THOMÆ GATAKERI

OPERA

CRITICA.


MARC. AUREL. ANTONINUS

THOMÆ GATAKERI

OPERA CRITICA.

DISSERTATIO DE N. INSTRUMENTI STYLO.
CINNUS, SIVE ADVERSARIA MISCELLANEA.
ADVERSARIA MISCELLANEA POSTHUMA.

MARCI ANTONINI IMPERATORIS

DE

REBUS SUIS LIBRI XII

Commentario perpetuo explicati.

OPUSCULA VARIA.

Omnia singulari cura recensita, ab infinitis typothetarum mendis expurgata, multorum Græcè dictorum Latina interpretatione illustrata, & locupletissimis accuratissimisque indicibus ornata.



TRAJECTI AD RHENUM,

Apud FRANCISCUM HALMAM, GUILIELMUM vande WATER, ANTONIUM SCHOUTEN. Bibliopolas.

M DC XCVIII.

HERMANNUS WITSIUS

Omnibus Sacrarum Literarum Veræque Theosophiæ Cultoribus S. P. D.

NOn minus eos de publico mereri qui doctissimorum hominum exquisitas lucubrationes cum orbe literato communicant, studiosisque familiariores efficiunt, quam qui sui monumenta ingenii, pari forsan labore sudata, at dispari arte, industriâ atque ingenio limata, ex propriis depromunt scriniis, si quis sentiat, is sententiæ suæ subscribat meam. Enimvero ea hactenus mea fuit vivendi ratio, ut ad juventutis Academicæ informationem Divinæ Providentiæ nutu vocatus, nihil mihi reliqui faciendum esse existimaverim, quo minus commissis mihi partibus omni diligentia fungerer. Quod vix fieri a me potuisse videbatur, si sola vivæ vocis institutione contentus, quæ exiguis arctorum parietum limitibus circumscribitur, publicum mihi cæteroquin silentium indixissem. Hinc arreptus mihi aliquoties calamus est, cum ut ad plures sese diffunderent quæ juvandis aliorum studiis meditata habebam, tum ut mansuris literis meorum succurrerem recordationi; denique ut & posteritati constaret, si modo ætatem aliquam scripta mea latura sunt, quibus rebus tradendis potissimam vitæ meæ partem impenderim. An aliquam laboribus istis a publico iniverim gratiam, judicare meum non est. Id unum dicere liceat: quod, si qui sint qui aliquid se nobis debere non diffitebuntur, eos non minus mihi acceptam referre velim iteratam hanc THOMÆ GATAKERI operum editionem, cujus auctor suasorque extiti, quam quidquid unquam vulgavi de meo. Quantum enim mea qualiacunque scripta a Doctissimi istius viri operibus accurationis, elegantiæ diffusissimæque eruditionis laude superentur, & quanto ex hisce major utilitas in lectoris commodum redundatura sit, nemo me melius intelligit, nemo candidius testabitur. Is est GATAKERUS, eaque venerandi nominis istius celebritas, ut peregrinum in republica literaria esse necesse sit qui eum ignorat, & iniquum

meritorum æstimatorem, qui tam præclaræ eruditioni rarisque virtutibus suum non statuit pretium. Paucos esse si dixero qui in abstrusioris antiquitatis, Græcanicæ præsertim, peritia paria hoc seculo præstiterint, a vero fortassis oratio mea non abludet. At fuerint aliqui quibus ad secularis literaturæ studia plus ab aliis occupationibus suis otii fuerit, quosque idcirco in isthac eruditionis parte nostro huic anteponendos esse nonnulli arbitrentur. Ego uti eorum judicio pertinaciter obniti nolim; ita, mea quoque libertate usus, ingenue profiteor, neminem me nosse, qui literas suas sanctius habuerit, easque veræ virtuti promovendæ, & Divinis voluminibus illustrandis religiosius dicaverit. Ex omni hominum genere vix ulli mihi infeliciores iis esse videntur, qui, Græcæ Romanæque literaturæ elegantia capti, sacrorum librorum simplicitatem fastidiunt; quales & patrum & nostra hæc ætas aliquammultos tulit. Hi enim profanæ sapientiæ fastu inflati, non modo sibimetipsis inutile efficiunt maximum illud divinæ benificentiæ munus, quo solo perennis ac duratura conciliatur felicitas; dum circa rerum inania insanientes ea quæ solida ac stabilia sunt temere neglectui habent: sed & ingenti oppido injuria sanctissima afficiunt oracula. Non eo solum nomine, quod salubrem illum animorum pastum levibus postponant scitamentis; verum etiam quod dominatum sibi quendam in ea soleant arrogare scripta, quorum Majestati omnem se sapientiam obsequiosa fidei religione submittere oportet. Hæc enim ad exotica illa examinare non verentur: atque ubi, cum rebus, tum verbis, totoque orationis contextu, plurimum ab illis discrepare deprehendunt, vix temperant sibi, quin vel aliena interpretatione aliorsum flectant, vel stilum ita vertant ut delicatulas aures suas minus offendat. Hinc licentiam sibi sumunt nonnulla addendi, alia demendi, aliqua etiam transponendi ac transformandi, prout præjudiciis aliunde haustis, neque optimo consilio in sacra ista illatis, consentaneum esse videtur. Quarum rerum tam dira passim occurrunt exempla, ut horrorem piis lectorum animis incutiant. Alia prorsus GATAKERO nostro mens fuit: quippe qui unctione quæ a Sancto illo proficiscitur largiter delibutus, & ab ipso edoctus Deo, singulas sacrarum literarum pericopas, ut totidem oracula, venerabundus exosculabatur; ac de cœlesti earum origine firmiter persuasus, in omnibus sapientiam Deo dignam cum incredibili animi voluptate deprehendebat. Sapientiam, inquam, ad quam ipsi cœlestes stupent genii, dum in recondita illius mysteria introspicere satagunt.

gunt. Sapientiam, quam nemo principum hujus seculi cognovit; & ad quam omnis illorum imaginaria & fucata sapientia GATAKERO nostro sordescebat, & pro stultitia reputabatur: nisi quatenus aliquâ se residuæ lucis, in Divinum hoc sacrarium inferendæ, scintillatione commendat. In hoc sacrario inveniebat, gustabat, plenoque ore hauriebat, sanctissimas illas delicias, quæ penitas afficiunt medullas, & quas terrestres animæ nec cupiunt, nec capiunt, nec intelligunt. Quæ in animum admissæ mundanorum omnium amorem expectorant, cœlestium rerum desiderium acuunt, efficiuntque ut ea demum vita esse videatur, quæ in sacrarum meditatione literarum, veluti in Dei contubernio, transigitur. Ita factum est, ut secularium librorum lectio excursus quidam, & animi majoribus intenti exspatiatio GATAKERO fuerit; unde ad Divina identidem regrediebatur. Neque regrediebatur, nisi opimis locupletatus spoliis, in Augusto hoc æternæ veritatis Templo, Deo ac virtuti dedicandis. Huic enim rei omne ejus studium, omnis opera, omnis eruditio sacra erat. Patet illud ex ditissimis illis commentariis, quos inimitabili industria ex omne genus scriptoribus in MARCUM ANTONINUM collegit; in quibus quidquid unquam uspiamve a Philosophis, Poëtis, Oratoribus, Historicis, præclare de virtute dictum est, tanquam in sanctiore aliquo ærario, summa cura, summa fide, coacervatum invenias. Patet item ex luculentissimis illis, nec vulgaribus, in sacra volumina observationibus, quibus, ex omni antiquitate sedulo conquisitis, insignem passim obscurioribus locis lucem fœneratur. Hic Criticen videas, non audacem illam, superbam, temerariam; sed modestam, verecundam, suis circumscriptam terminis, denique quæ Christianum, quæ Theologum deceat. Quæ quum ita sint, auctor Bibliopolis nostris fui, ut quidquid Latino sermone ab homine tam erudito tamque sancto editum erat studiose conquirerent, neque quidquam sibi præterlabi paterentur eorum quæ ad Sacram Criticen pertinent, omnia autem iteratâ, eaque nitidissimâ, editione, junctim uno justæ magnitudinis volumine complecterentur. Multa enim ex hisce olim distracta in privatorum delitescebant Musæis, nusquam fere venalia; unde paucis oppido, quantumvis desiderantibus, tam felicibus esse licuit, ut eorum usu potirentur. Dignissima tamen erant, quæ omnium eruditorum ornarent bibliothecas, omnium studiosorum hominum tererentur manibus. Quod ut fieri commode possit, nova hæc præstabit editio. Multis certe nominibus cæteris omnibus anteponenda. Non

modo, quod charta candidior, & typi elegantiores sint; sed & quod hic juncta inveniat lector, quæ membratim sparsa collectu fuere difficillima. Accedit & aliud, quod magno sibi usui esse comperient plerique. Nimirum Doctissimus Auctor, aliorum hominum peritiam ex sua æstimans, non existimavit operam sibi dandam esse, ut quæ ex Græcis laudavit scriptoribus, ea Latine semper præsto forent. Res tamen ipsa docuit, quanto id esset multorum incommodo. Idcirco Bibliopolis nostris, omnibus prodesse cupientibus, persuasi, nullis ut sumtibus parcerent, quo hac quoque in parte plurimorum satisfieret desideriis. Invenerunt itaque hominem perquam diligentem, atque huic rei apprime idoneum; cui ista demandata cura est, ut allegata loca in suis singula auctoribus investigaret, ea cum optimis exemplaribus conferret, & Latinam versionem, sive aliorum olim industriâ elaboratam, sive, ubi res poscebat, de suo subjungeret. Qod incredibili labore præstitum grato animo æqui lectores agnoscent; quamvis pro insigni modestia sua, vir cætera orbi literato probe cognitus, ignorari voluerit, cui hanc gratiam debeant. Hæc volui, Benevole lector, ne nescires. Vale, hominisque ingenui, & optime tibi cupientis, studiis favere perge. Dabam Trajecti in Batavis. Prid. Cal. April. MDCXCVIII.

THO.

THOMÆ GATAKERI

DE

NOVI INSTRUMENTI

STYLO DISSERTATIO.

Qua Viri Doctissimi

SEBASTIANI PFOCHENII,

DE LINGUÆ GRÆCÆ

NOVI TESTAMENTI PURITATE;

In qua Hebraiſmis, qui vulgo finguntur, qam plurimis larva detrahi dicitur;

D'IATRIBE

AD EXAMEN REVOCATUR:

Scriptorumqe qâ ſacrorum, qâ profanorum, loca aliqam-multa, obiter explicantur atqe illuſtrantur.

LECTORI CANDIDO.

H*Abes hîc tertium, & qidem prioribus duobus longè ampliorem, otii per valetudinem infirmam dudum interdicti, qem in illorum altero pollicitus sum, fætum.* Cinni, *sive* κυκεῶνος, (*id enim nominis inscribere libuit*) libros sex *penes me confectos habueram, in qibus eorum, qæ vel in codicibus sacris legendis, vel in aliorum scriptis evolvendis, avt adnotaram, avt animadverteram, segetem satis amplam, tanqam in*[a] Lancem Saturam *sev*[b] Εἰρεσιώνη *aliqam convectam, conjectamqe, immiseram, & in publicum emittere in animo habueram. Huic avtem tanqam* avctarium *sive* mantisam ([c] & mercem *forsan ipsa superasset* mantisa) dissertationem *hanc subjungere statueram. Verum opus istud, postqam partem bene magnam qadantenus absolveram, è manibus excussit Senatus apud nos supremi edictum, qo Theologorum qos de re Ecclesiasticâ constituendâ consultum accersebat, conventui ut interessem, evocabar. Huic deinceps per bienium integrum, & qod excurrit, operam, an opellam, dicam? qam possim, præsentiam saltem, qa per ætatem, valetudinemqe licuit, assiduam sedulus exhibere dum adnitor; opus hoc interim affectum, atqe imperfectum, inter chartas promiscuas, neglectim prorsus habi-*

a De *Lance Saturâ* videantur Casavbonus de Satyr. Rom. c. 4. & Heinsius de Satyr. Horat.

b De *Eiresione* Sophocles Polyn. Porphyrius de abstinent. l. 2. & Clemens Strom. l. 4.

c *Mantisa obsonia vincit.* Lucillius. Vide Scaligerum ad Festum.

habitum jacuit. At per morbum nuperum, cum & Conventui adeundo, & muneri pastoritio publicitus obeundo, abstentus agerem; ad opus, tam diu intermissum, reversus, postqam tum eis qæ affecta, magis hactenus qam effecta, nedum perfecta prorsus fuerant, manum novissimam admoveram, tum & ea qæ superant (nec exigua avt contemnenda pars ea) pertexueram; mutato consilio, qod Cinno, avctarii *sive* mantisæ *loco, adjiciendum destinaveram, id* promulsidis, *sive* anticænii *vice, qia generalia magis continere visum, in antecessum dare, satius existimabam. Id avtem si eruditis ad gustum facere intellexero, etiam* Cinni *integri propinandi aliqando, ubi facultas fuerit, animum dabit. Tu, lector, istis interim, qæ hîc habes, fruere; & à veritatis tramite sicubi devium deprehenderis; memineris, & me, & te etiam ipsum, hominem esse; qi*[a] *errore immunis nullus existat: Sed & nominis qidem Christiani professorem utrumqe, cujus munus sit, & fratrem amicè monere; & monentem, avre pronâ, animo prompto, avscultare. Tu avtem hac in parte si officio tuo non defueris, nec me meo defore spondeo, &, cum Deo bono, etiam spero. Hoc certè utrumqe votum est, eritqe perpetim,*

Tui, in Servatore communi,

THOMÆ GATAKERI.

a 1 Reg. 8. 46. Ecclef. 7. 20. Ἁμαρτάνει τι καὶ σοφὸς σοφώτερος. *Peccat etiam sapientissimus.* Æschylus. Ἀνθρώπινον τὸ ἁμαρτάνειν. *Humanum est peccare.* Gregorius Nazianzenus de Baptismo. Τὸ ἀναμάρτητον κρεῖττον ἢ καθ' ἡμᾶς. *Puritas ab omni peccato humana conditione sublimior est.* Idem ad Cledon. Ep. 2. Τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτεῖν ὅλως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνου Θεοῦ. *Omnis qidem vitio carere hominis modulum excedit, solúsque Dei est.* Idem in Patrem.

THOMAS GATAKERUS

DE

NOVI INSTRUMENTI

S T Y L O.

CAPUT I.

Scripti occasio. Diatribes Pfochemanæ encomium liberale. Linguæ matrices, quæ primitus fuerint, incertum. Latina, earum nulla: aliarum lingvarum cinnus: Græca, Æolica maximè, maximam partem, tradux. In Maroniana ecloga prima versuum primorum vocula natalibus suis reddita. μελέτη *meditatio. Avena à siccitate dicta.* Αὔη ψυχὴ *Heraclito. Ab H. Stephano dissensus. Composita spirituum mutantia.* Σχοῖνος *funis & finis. Hymnus 16. 6. & Amos 7. 17. illustrati. Funiculis antiquitus terra dimensa & distributa.* Σχοῖνος *mensuræ nomen. Ea omnibus non eadem. Meursius & Etymologus de isto notati.*

DUm amici rogatu, cujus curæ fideiqe reculas suas bonus ille senex morti jam proximus commiserat, viri gravissimi, & cum eruditione non vulgari, tum canitie qoqe venerandâ insignis, D. Gvalteri Traversii bibliothecam, bonis avtoribus liberaliter instructam, excutio; incidi in D. *Sebastiani Pfochenii Vedderavi* libellum, qi diatriben habebat *de lingva Græca Novi Testamenti puritate*; mole qidem havd grandem, sed literis bonis gravidam, qæqe pavcis schedis utilia ac observatione digna visa est complecti non pavca. Itaqe qam primum ei operæ me subduxeram, avidus admodum percurri strictim; legentemqe magnâ me voluptate affecit, cum tot sacræ Scripturæ periochas adverterem ex avtorum exterorum scriptis tam luculenter illustratos. Eundem verò, e bibliopolio havd ita multo post comparatum, dum per otium jam accuratiùs evolvo, offendi nonnulla, in qibus seqius sensisse virum doctissimum existimem. De qibus & ipse qid sentiam, si liberè indicavero, havd gravatim, spero, ille laturus est,

— *Et hanc veniam petimusqe damusqe vicissim.*

Ex his primum est qod *Sect.* 12. *Cardinales lingvas, quæ nullâ primâ mediante divinitus hominibus sunt datæ, Græcam, Latinam, Germanicam, Illyricam, &c.* statuit. At hoc, nec de reliqis tribus constat, avt constare etiam potest. Qum ut verissimè V. Cl. Jo. Buxtorfius *de ling. Hebr. conservat. & propagat. quæst.* 5. *sect.* 39. *Plurimæ lingvæ in confusione Babylonica ortæ ignorentur, & vel planè interciderint, vel ita insigniter mutatæ sint, ut nec vestigia, nec memoria illarum remanserint.* De *lingua verò Latinâ* constat contrà planè. Ea enim, cum ex Sabinâ Oscâqe multa habet, tum Græcæ maximâ ex parte originem suam debet. Astipulantur huic sententiæ viri undeqaqe doctissimi lingvarumqe harum peritissimi. Ex antiqioribus, Dionysius Halicarnass. *Antiqit. Roman. l.* 1. Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὔτ' ἄκρως βάρβαρον, οὔτ' ἀπηρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται, μικτὴν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστιν ἡ πλείων Αἰολίς. τοῦτο μόνον ἀπολαύσαντες ἐκ τῶν πολλῶν ἐπιμι-

A ξιῶν, τὸ μὴ πᾶσι τοῖς φθόγγοις ὀρθοεπεῖν. *Romani sermone nec prorsus barbaro, nec exqisitè Græco utuntur, sed qodam ex utroqe mixto, cujus major pars est Æolica. Atqe ex commerciis multiplici hoc solum reportarunt, qod non omnia vocabula rectè efferant.* Qod Eustathius in *Odyss.* α. Λέξεις Ἑλληνικαὶ πολλαὶ τοῖς ἐκεῖ ἐπεπόλαζον, καὶ μάλιστα Δώριαι ἐναπέμειναν καὶ χρόνῳ ὕστερον ἀπηγχρειώθησαν τῷ Ἑλληνικῷ ἰδιώματι, κατὰ τὸ γεγονότα καὶ βαρβαρικά. *Dictiones multæ Græcanicæ ad Italos emerserunt; & Doricæ maximè apud illos perstiterunt: etiamsi temporis progressu Græcanica illa nomina à nativâ descíverint
B specie, dum decurtantur & ritu barbaro enunciantur.* Fabius *Instit.* l. 1. c. 5. *Verba avt Latina, avt peregrina sunt: peregrina porrò ex omnibus prope dixerim, gentibus, ut homines, ut instituta etiam multa, venerunt.* Ita *lingvarum cinnum*, qod nostræ qidam vitio vertunt, suam qoqe, Latinam nempe, Fabius ipse agnoscit. Tum, *Plurima*, inqit, *Gallica valuerunt.* Mox, *post Punica & Hispanica*, qædam adjecta, *sed hæc*, inqit, *divisio mea ad Græcum sermonem præcipuè pertinet: nam & maximâ ex parte Romanus inde conversus est: & confessis qoqe Græcis utimur verbis, ubi nostra desunt.* Et *ibid.*
C c. 6. *Vocabula Latina plurima sunt ex Græcis orta; præcipuèqa Æolicâ ratione, cui est sermo noster simillimus, declinata.* Ter. Varro *de ling. Lat. l.* 9. *Adventitia pleraqe habemus Græca: Evander enim qi venit è Græciâ in Palatium, Arcas fuit.* Idem *l.* 4. Verrius, an Festus: *Olim lingua Græca fuit eadem cum Latinâ, parum pro prolatione mutata.* Svidas deniqe in Νάβλα. Φαίνεται δὲ ἐν πολλοῖς μὴ διαφωνῶν τῆς Ἑλλάδος φωνῆς ἡ Ῥωμαϊκή. *In multis vero Romana lingua a Græca differre non videtur.* E recentioribus, Jul. Scaliger in *de plant.* l. 1. *Universæ pene linguæ nostræ originem Graijs ipsis debemus.* Jos.
D Scaliger *in Fest. Verum est, eandem pene cum veteri Græcâ veterem Latinam linguam fuisse.* Dan. Heinsius *de Satyr. Horat. Ex eâ linguâ* (Græcam dicit) *unde plurima Romani usu sua fecerunt.* Hugo Grotius *de satisfact. Christi, c.* 8. *Est veterum Latinorum lingua tota, Græca depravatio.* Jo. Meursius *in mantissâ ad Luxum Romanum, c.* 12. *Veterem linguam Latinam esse Græcæ traducem, jam non ignotum est vel mediocritèr erudito.* Jo. Vossius *in præf. ad lib. de Vitiis Serm. Lingua Latina, tota pene fluxit ex Græca: si exceperis ea, quæ vel ex primigeniâ lingua retinuit, vel à vicinis Celtis accepit.*
E Lavr. Ramirez. *Pentecontarch. c.* 6. *A Græca defluxit lingua Latina.* Conradus Gesnerus *in Mithridato*; *Latini innumera rerum vocabula à Græcis mutuati sunt.* Hieron. Megiserus *præfat. Polyglot. Latini à Græcis complures voces mutuantur.*

Cæterum ut missâ testium testimoniorumqe avtoritate, in rem ipsam præsentem deveniamus; periculum facere volenti, illud hâc ratione mox patescet. Sumas qemcunqe volueris avtorem Latinum; vix lineam aliqam deprehendes, in qâ voces plusculæ non occurrant, qæ Græcam originem non redoleant tantum, sed palam præferant. Unus

nobis

nobis pro omnibus impræsentiarum Maro sufficiet. Is *Bucolica* sic orditur.

Tityre, tu patula recubans sub tegmine fagi,
Sylvestrem tenui musam meditaris avenâ.
Nos patriæ fines, nos dulcia linqimus arva;
Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbrâ
Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.

De *Tityro* & *Amaryllide*, qia propria sunt nomina, nihil dico. *tu* est Doricum τὺ: *patulm*, à *pateo*: *pateo*, πετάω. *recubo*, *cubo*, κύπτω. ὑπὸ *sub*: ut ὑπὲρ *super*. στέγω *tego*: & inde *tegmen*. φηγὸς, Dorice φαγὸς, *fagus*. ὕλη, *sylva*, *sylvestris*. τείνω *tendo*, *extendo*, *tenuis*. μοῦσα *musa*. μελετῶ *meditor*: ut *sedeo*, *sella*. Servius. nam μελέτη *meditatio*.

Μελέτη τὸ πᾶν, Periandri est Corinthii,
Meditationem esse qi totum putat.

Avson. *lud.* 7. *sap.*

Et rursus:

Μελέτη τὸ πᾶν, qi dixi; & dictum probo,
Meditationem id esse totum qod geras.

αὖος *siccus*, *aridus*. Itaque Homero Odyss. ε. tria illa ξύλων *lignorum epitheta*, κάγκανα, αὖα, περίκηλα, ἴσαντὸν ἐκ τῶ περὶ ξηρότητα δηλοῦν, *idem planè pollere*, monet Evstathius. Inde Heraclito αὔη ψυχὴ. *anima sicca & sobria*; de qâ alibi diximus. Ab αὖος αὔω verbum, & αὐαίνω, *exsicco*, *arefacio*. Solon Eleg. 2.

Αὐαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα.
At noxa exsiccat germina enascentia.

Neqe possum assentiri Lexicographorum principi, qi contra codicum fidem & matricis ipsius affectum, αὔω & αὐαίνω, cum spiritu aspero scribendum censet; eo qod ἀφαύω & ἀφαυαίνω in compositis habeantur. Siqidem usus in nonnullis obtinuit, ut composita spiritum mutent; qod in ἀντήλιος, ἀπηλιώτης, aliisque patet. Potiusque videtur, ut primigenii proles, qod ut compositi simplex, spiritum sequatur. Ab αὐαίνω itaqe αὐαλέος *siccus*, αὐαλέα, & λ in υ redeunte, *avena*; unde, ab ariditate potius qam, ut Grammaticum vulgus, ab aviditate, sic dicta, *avena*. *avena*, inqam, ut *cicuta*, ambitus latioris vox, nec ad speciem singularem restricta. νῶϊ *nos*. πατρία γῆ, scilicet *patria*. σχοῖνος *funis*, & *finis*, ut σφενδόνη *funda*. Funibus enim terram dimetiebantur, & fines sive terminos constituebant. Inde locutiones illæ, Hymn. 16. v. 6. *Funiculi acciderunt mihi in locis amœnissimis*. Et Amosi c. 7. v. 17. *Funiculo dimetietur terra tua*. Inde in Glossario, *Arvipendium*, σχοῖνος γεωμετρικός. Etymologus: Σχοῖνος μέτρον ἐστὶ γεωμετρικὸν — ἐκ γὰρ τῆ σχοίνε, τῆ μετρικοῦ σπαρτίε, τὰς τῶ μετρουμένων τῆ χωρίων σχοινίσματα ἔλεγον. Σχοῖνος *mensura est geometrica. — ex fune utiqe, metrico sparto, mensuras qibus agros metimur dixerunt*. Sed & certam terræ portionem, sive mensuram, σχοῖνος designat; qem Herodotus l. 2. affirmat *stadia sexaginta* continere; Plinius l. 5. c. 10. non *qadraginta*, ut Mevrsius *Animadv.* *l.* 4. *c.* 4. sed *triginta*: qod est dimidio minus qam qod Herodotus, qi *parasanga* totidem tribuit. At Hilarius *in Hymn.* 138. qod adhuc multo minus est, *milliario* nostro respondere vult, qod *octo* duntaxat *stadiis* constat. Cæterum *schœnos* & *parasangas*, etiam alios alia mensura determinasse, monet Plinius idem, *l.* 6. *c.* 16. Malè tamen Etymologus, qi *schœnum* cum *parasangâ* confundit. Pejus, qod *Parasangam Persicum stadiis triginta*, *Ægyptiacum sexaginta*, definit: ex qo errato priori medicinam facere Mevrsius frustrà conatur. qum contra planè Herodotus *Ægyptios* ajat, *qi minimam habent terræ portionem*, *ulnis metiri*; *qi plus paulò*, *stadiis*; *qi multum*, *parasangis*; *qi plurimum schœnis*. *Parasangam* autem (qem, nisi qo Ægyptii utantur?) *stadiis* 30. *schœnum* 60. constare. Nec moratur hìc me, qod Vir. Cl. Fr. Junius, *Orat. de ling. Hebr.* *parasangarum* esse *Persis spatium* 30. *stadiorum*, *qod Parasch-angarus*, *i. eqestris tabellarius*, *ab angariâ sive statione unâ ad alteram decurrebat*: *qam duplicatam in* 60 *stadia iidem schœnum vocarint*. Ut σχοῖνος dimensorius originem Persicam, an Hebraicam potius, habeat. qicqid enim de vocabuli hujus ortu primo fuerit, funium usus in limitibus designandis ac delineandis nulli, opinor, negabitur.

Sed hæc obiter, ad Maronem revertamur. γλυκὺς, *dul-*

A *cis*, *dulcis*, ut γνόφος, δνόφος Doricè, *tenebræ*. Et γῆ, δᾶ *terra*; Canin. λείπω *liqo*, *linqo*, ut ἵππος *equs*; unde *Epona*, & λείχω *lingo*. ἀρῶ *aro*, *arvum*. φεύγω, φυγῶ *fugio*. λειαίνω *lenio*, *lenis*, *lenitas*, *lentus*. *Vox lenior fit*, *gradus lentior*. Senec. *de ira*, *l.* 3. *c.* 13. Gellius *l.* 1. *c.* 26. Plutarchus *leniter* & *lentiter*. ἐν *in*, ὄμβρος *umbra*, si Jos. Scaligero credimus. μορφὴ *forma*, ut κύδος *decus*; & inde *formosus*: non à *formo* calido, ut ineptè nonnulli. Quanquam & *formum* est Græcum θερμὸς. σέπω, σέπος, *sonus*, ut σήπω, *sepio*, σηπτόν, *septum*. διδάσκω *doceo*. Vides e vocabulis 24 ex qibus qinqe versus
B isti consiunt, vix unum aliqod superesse, qod non natales Græcos apertè præferat. Frustra ergo inter primigenias lingvas Latina Pfochenio collocatur.

CAPUT II.

Lingua Græca svavitas. Dictionis sonum qod attinet: nec Latinam huic prorsus imparem videri. Fabii de hac censura discussa. Bvocales, qa dicuntur, pingviores crassioresqe à Romanis rejecta. De V consonâ critici à Fabio diversi. Ejus so-
C *nus genuinus; nec F Latini, nec Φ Græci, sed digammus Æolici, W nostri. F Latinum non est Φ Græcum. Illo Græci carent, hoc Latini. De hoc etiam à Fabio dissensus. De Z sono critici variantes. Y sonus qalis, nec Latinis ignotus. Consonarum commissiones & collisiones Græcis duriores & difficiliores qam Latinis in vocum initiis: freqventiores etiam in mediis & extremis. A Turnebo, & Mevrsio in nonnullis discessum. Epiphanius emendatus. Aspirata Græcis crebriora. Ciceronis locus expensus. in Cartaginis, triumpi, pulcri, orci, lurconis natales & scripturam rectam inqiritur. Aspirationis*
D *in his ratio nulla habita. L litera qalis, qam solens Latinis. Græca lingua an sermonis svavitate & gratiâ alias superet. Varia doctorum hac in parte censura. Peculiares sua qadam lingua cuiqe præ aliis elegantia. Utilitatis & commoditatis, non svavitatis ratio habita in Græcâ ad mentem divinam scripto promulgandam eligendâ.*

DEinde qod *Sect.* 16. asseritur; *sine dubio hanc unam ex pluribus cavsam fuisse, cur Deus linguâ istâ voluerit doctrinam Evangelii longe svavissimam & jucundissi-*
E *mam inter gentes propagari; qia scil. omnium aliarum lingvarum ea svavissima & jucundissima sit.* Nec de antecedente si qis litem velit intendere, qod hic tam fidenter affirmatur, avtor facilè probatum dederit. De conseqente vero mihi nec vero simile videtur. Sed de utroqe sejunctim videbitur. Ac primo qidem de linguæ hujus svavitate, qâ reliqis universis palmam præripuisse avtori nostro censetur.

Habet reverâ hic, fateor, Lingvam Latinam qod attinet, σύμψηφον ἢ σύμμαχον, M. Fabium Qintilianum, Oratorem nobilissimum, eumqe Latinum; ut nec judicii
F ratione censendo parum idoneus, nec affectus, qi judicium transversum agat, respectu, suspectus jure habeatur. Is de sono si qæstio instituatur, *Sermonem Græcum Latino jucundiorem*, *Græco Latinum duriorem* pronunciat, *Instit. Orat. l.* 12. *c.* 10. Nolim eqidem cum viro tanto, in cavsâ præsertim istiusmodi, cui rite dijudicandæ plura tanto, atqe ampliora illa, suppetebant adminicula, in certamen lubens descendere. Illud tamen monere, haud abs re fuerit, qod usus vitæ nos edocet qotidianus. Qemadmodum alterâ ex parte venire sæpe compertum est, ut propensiores in sua
G suosqe affectus à recto censendi tramite abducant; sic ex alterâ parte etiam id, nec rarò, contingit, exterorum admiratione effascinatos, ita affici mortales, ut suis qoqe iniqiores evadant. Scilicet

Εἶναι περιττῶς μᾶλλον ἀνθρώπων ἔθος.
Peregrina pluris facere potius mos est hominum.

nec est insolens rerum domesticarum fastidium, ut Cicero, *de finib.* l. 1. *dum vile habetur, qod domi est*, ut Senec. *de benef. l.* 3. *c.* 3. vel *qicqid intra pomœrium nascitur*, ut Varro. Deniqe vitiosum affectum hunc Fabius ipse, l. 1. c. 10. agnovit, *alienis*, inqit, *favemus*. *Ideoqe suum κυρτωύχενα mirati sumus*, incurvicervicum *vix à risu defendimus*. Ea innuit à gente suâ in suis derisiculo habita, qæ in Græcis non probarent tantummodo, sed applavderent ac suspicerent. Et

rursus

cursus l. 8. c. 3. *Multa ex Græco formata nova, & plurima à Sergio Flavio, qorum dura qadam admodum videntur: qæ cur tantopere aspernemur, nihil video, nisi qod iniqi judices adversus nos sumus.* Sed & in eis, qæ liti huic definiendæ attulit vir præstantissimus, nonnullis; ex seculi nostri scriptoribus, non diversa tantum, sed adversa sentientes habere, suis locis demonstrabitur. Liceat ergo, veniam saltem præfatis, de linguæ utriusqe svavitate pavca disserere; ne prærogativam hac in parte alteri ademptam, ad alteram transferri, proni nimis patiamur.

Atqe hic illud primo loco pro Latina præscribi poterit, qod sonis illis pingvioribus (diphthongos alii, alii bivocales, in qibus & Vossius l. 2. c. 2. nevtri commode satis, qod alibi ostendimus, nuncupant) *αι* & *ει*, quibus Græci *πλατειάζουσιν ἅπαντα, omnia ore deducto efferunt*, & *υ* etiam, qod enormius vastiusqe qiddam sonat, Latini prorsus ferè careant. Qam belle scilicet avribus occinunt Hesiodia illa *Ἐργ. v. 3.*

> —— *ἄφατοί τε φατοί τε*
> *Ῥητοί τ' ἄρρητοί τε.*
> —— *obscurique clarique*
> *Nobiles ignobilesqe.*

Cujusmodi in eâ linguâ occurrant necesse est non pavca; *sonumqe pingvem* dare nec Fabius ipse, l. 1. c. 4 diffitetur. Ista enim etiamsi Latini prisci admiserant, unde *Mousaj*, *Cojraj*, *Oisus*, *Jovre* dicebant, pro eo qod *Musæ*, *Curæ*, *Usus*, *Jure*, nunc dicitur; ætas tamen posterior, compτior præsertim politiorqe ea, qâ in mundum hunc carne vestitus humanâ prodiit mundi ipsius conditor, dato *πλατειασμοῦ* illis repudio; horum loco substituit, qibus tenuiorem pavlo lenioremqe sonum cum darent, avres teneriores delicatioresqe minus offenderentur. Qod & in multis factitatum, pronum est repertu, qæ a Græcis mutua Latini sumpsere. Sic enim qod Græcis *κραιπάλη*, Latinis est *crapula*; qod *βασκαίνω* illis, his *fascino*; *φαιὸς*, *fuscus*; *λέων*, *leo*, unde *deleo*; & *lenis*; *χαμαὶ*, *humi*, *λαιὸς*, *λαιϝὸς* Æolicè *lævus*; ut *λεῖος*, *λεῖϝος* Æol. *levis*; *μοιχὸς*, *mœchus*; *κοῖλον*, *cælum*, *κοιλαίνω*, *cælo*; *κοινὴ*, *cœna*; *ποινὴ*, *pœna*; *κοινὸν*, *cœnum*; *κονιῶ*, *qino*, *inqino*; *οἶνος* Æol. *ϝοῖνος*, *vinum*; *σχοῖνος*, *funis*, *finis*; *φοινίκεος*, *puniceus*; *λύω*, *luo*; *βοῦς*, *bos*; *βούλομαι*, *volo*; *ὑλάω* Æol. *ϝυλάω*, *vales*; *ᾠὰ*, *ova*; *οὖρον*, *urina*; *οὖρα* & *οὔρεια*, *urina ova*.

Nam qod *Æolicarum literarum vis, qæ in V illâ, qa cervum & servum dicunt, sermonem duriorem facere* Fabio videtur. Hac saltem in parte dissentientes prorsus habet, Criticorum seculi nostri par nobile, Justum Lipsium ac Joannem Vossium, qi uterqe huic literæ, ille *in dialogo de recta pronunciatione ling. Lat. c. 12.* hic, *de arte Grammaticâ, l. 1. c. 1. sonum udum, natantem, mollicellum* attribuunt. Prior ille etiam suam de ea dissertationem his verbis clavdit: *Illud mearum avrium judicium non celo; svaviorem literam hac duplici natam non videri post literas natas.* Certè qi rebus qibusqe nomina primitus imponebant, si cum Fabio sensissent, nevtiqam illi in vocabulo *svavitatis* indice, cujus tam insvavis avribusqe ingratus sonus existeret, literam eam iterato posuissent.

Cæterum, qem literæ huic plerique nunc durum dant sonum, qidam etiam (& è nostris, Oxonienses plurimum) B Græco, contra omnem antiquitatem, prout Checus noster jam olim palam fecit in disceptatione eâ de re cum Gardinero habitâ; neutrius est genuinus, sed est F Latini peculiaris. Perperam enim & hanc pronunciant nostri, qasi esset Græcorum Φ: cui Latini, qod respondeat, non habent; sicut nec Græci, qod F Latino. Aliud enim digamma Æolicum, (sive F erecti, sive inversi Ⅎ ei figura) sonabat; idqe ipsum planè, qod W nostrum, prout alibi demonstravimus. Patet hoc ex eo, qod de Cicerone Fabius l. 1. c. 4. refert ex *Oratione pro Fundano*; ubi testem Græcum ridet, quod primam ejus omnis literam dicere non posset. *Phundanium* sc. proferebat, cum *Fundanum* (qod *Vundanum* nostri plerique scriberent) debuisset. Is enim est planè F Romani sonus, qo V consonum efferunt plerique nostrum, in *Vitis*, Vine, *Vallis*, Vale, *Vitulina*, Veale, &c. Huic avtem qod *horridum planè* Fabius, *nec humanum da-*

A *sonitui*; et hic Criticos non ignobiles habet diversum sentientes. Imò *convivam, non judicium, verè appellandum*; censet Lipsius. Sonum certè hujus *molliorem dilutioremqe*; qam qi est Græcorum Φ, cum Lipsio juxta (Prisciano etiam in partes advocato) censet, inculcatqe subinde Vossius *art. l. 1. c. 15.* & 24. & 26. Accedit qod Terentianus præ F Latinâ *hirtam*, qasi ab aspiratione insitâ asperiorem illâ; pronunciat Græcorum Φ. Qam tamen inter *jucundissimas* illas, qibus *carere ait lingvam Latinam*, recensere Fabium; nonnulli sunt opinati.

B Verum falli eos constat; inde in fraudem inductos, qod *Zephyrum* & *Zopyrum* in exemplis Fabianis legebant. At duarum ille tantummodo, non & tertiæ meminerat. *Jucundissimas*, inqit; *ex literis non habemus; vocalem alteram, alteram consonantem, qibus nullæ apud illos dulcius spirant.* Addit, *horum in locum tristes & horridas à Latinis substitui; qibus Græcia careat.* Literas, qas desiderat, consonantem Z esse, vocalem Y, ex voce *Zephyrus* satis claret. Atqi nec Z, cui jucunditatis & dulcedinis lavdem tam amplam tribuit, ab asperitate omni immunis deprehendetur, si eam (pro du-

C plici namqe habetur) in elementa sua dissolverimus; vel Dorum ritu, in *σ* & *δ*, ex qibus constare affirmat Dionysius Halicarnassensis; vel Æolum more in *δ* & *σ*, è qibus componi vult, Velio citante Verrius; qi Z à D incipere ait, ut X à C. Sive enim cum illis, *συρίσδω* & *πλατασδω*, sive cum istis *Δσεὺς* & *μέλισδειν* protulerimus, avt svaviter admodum sonabunt illæ; et hæc (opinor) multo minus, ad Fabium etiam ipsum delatâ censurâ, qi l. 12. c. 11: *syllabas in d innixas asperum sonare*, jam pronunciavit. Martianus certè Capella avtor est, *de nupt. Philolog. l. 2. c. 8*, literam

D hanc idcirco Appium Clavdium detestatum, qod *dentes mortui*, dum exprimitur, *imitatur*. Verum è *duplicibus svavissimam* esse Dionysius Halicarn. affirmat. Et ut qod verum est fatear, prout nostri enunciant, nec avt adeò insvavis est, avt etiam duplex esse videtur; cum sonum ab S leviter declinantem, & leniorem paulò etiam attribuant. Qod patere poterit *ex verbis* illis cum nominibus cognatis unâ commissis; to apprise qasi *appretiare*, & to let a price *pretium constituere*, (aliter enim price pro *pretio*, aliter prize pro *bravio* & exaramus, & efferimus) to advise, *consulere*, &

E to give advice, *consilium dare*, to devise, *excogitare*, & a device, *excogitamentum*. siqidem in illis τοῦ Z, in istis τοῦ *s* sonus avditur; etiamsi illa per *s*, ista per *c*, perperam utraqe, pingamus. Cæterum Latini literam hanc literâ, uti mihi videtur, non minus svavi, molliore sane, non raro permutant, dum pro *μεῖζον*, *majus*, pro *ζεύγνυμι* *jungo*, pro *ζυγὸς* *jugum*, dicunt. Mollius certè sonare *y* nostrum quod est plane j Latinum qam z, vix fore puto qenqam, qi inficias ire sustineat. ut *tristem horridamqe* in hujus locum substitutam, qamnam Fabius voluerit, ego neqeam ario-

F lari. Y autem qod attinet, primò dissidet hic à Fabio artis rhetoricæ magister insignis, avrisqe planè subactissimæ, Dionysius Halicarnasseus; qi *εὐφωνίας* ratione sedem inter vocales ultimam ferè huic tribuit, dum tribus illis *α η ω* subjungit *ὅτι τρίζεται. καὶ στενὸς ἐκπίπτει ὁ ἦχος*, *eo qod, inqit, facta labiorum contractione non contemnenda suffocatur, & angustior excidit sonus.* At ejusdem sive vocalis, sive consonæ potestatem (nam scapo tantum abscisso figuram retinebant) Latinis prorsus defuisse, vix est ut Fabio, licet id jurato etiam, credamus. U scilicet vocalem, & V consonantem;

G nunc crassius & pinguius; nunc exilius tenuiusqe, nunc medio etiam inter utrumqe sono vocalem efferri solitam, non est qod diffiteamur; idqe multis disceptant viri magni, Jul. Scaliger, *de cavs. ling. Lat. l. 1. cap. 8.* & Jo. Vossius, *artis Gram.* l. 1. c. 12. At nullo horum modo enunciatum, exhibuisse, qod Y Græco plane responderet, id vero à ratione omni alienum prorsus videtur; nec ab eis admitti poterit, qos in Cui & pituita vi idem sonare, qod *υ* in *υἱὸς* affirmantes alibi adduximus. Qin nec qid *triste horridumve* sonet U Latinum, ego quidem intelligo. Nam de consonæ svavitate Lipsius qid senserit ac censuerit, est superius indicatum. Interim Y Græco asperitatis notam aliqam aspergit, qod in dictione inchoandâ constanter aspiratur. Qod Latinis rarius fit, qi *udus*, *unus*, *urceus*, dicunt, licet

ab ὕδ☉, ὑὸς, ὕρχη, descendant: nisi forte, qo soni asperitatem ex parte saltem leniant, qam non integram tollunt, ut in *χαμαὶ humi*, *χθαμαλὸς humilis*, *χυμὸς humor*, & similibus.

Cæterum de *M mugiente*, qem cum N *tinniente* componit Fabius; qorum illud Latina, Græca istud freqentius claudit: deqe *syllabis in B literam & D innixis*; qarum asperitatem veteres mollire tentaverint, *aversa* pro *abversis* (malè vulgò, *aversis* legunt) dicendo, (qo modo scilicet *avfero*, & *avfugio*, pro *absero*, & *absugio* dixere) sed & in præpositione illâ τῷ *B absonam & ipsam S subjiciendo*; qod videre est in *abscedo*, *abstineo*, *abstemius*. Ut nihil aliud adjiciam, regeri poterit; consonarum conflictus, idqe ipsis vocabulorum initiis, duriores multo, crebrioresqe eos, apud Græcos, qam apud Latinos, si rem rite qis putare voluerit, facile iri deprehensum. Hujusmodi sunt β & δ, in *βδέω pedo*, *flatum ventris emitto*, *βδελύττω aversor ob fœtorem*, *abominor*; δ & μ, in *δμωὶς servus*, *δμωὶς ancilla*, *δμῆσις domitura*, *δμητὴς domitus*; δ & ν, in *δνόφ☉ tenebra*, *δνοφόεις*, *δνοφερὸς tenebrosus*; θ & λ, in *θλάω contundo*, *θλίβω affligo*; θ & ρ, in *θραύω frango*, *θρέμμα alumnus omne qod educatur*, *θρῆν☉ luctus*, *θρὶξ capillus*, *θρόν☉ solium*, *θρύλλ☉ murmur*, *susurrus*; κ & μ, in *κμέλεθρα trabes*, si Herodiano fides, *κμητὰ elaborata*, si Hesychio; κ & σ, in *ξέω*, *ξύω rado*, *ξηρὸς siccus*, *ξίφ☉ gladius*, *ξὺν cum*, qod Attici qoqe toties τῷ *σὺν* loco usurpant; κ & τ, in *κτάω possideo*, *κτείνω interficio*, *κτῆν☉ jumentum*; μ & ν, in *μνᾶ mina*, *μνήμη memoria*; π & σ, in *ψαύω tango*, *ψάλλω cano*, *ψεῦδ☉ mendacium*, *ψιλὸς tenuis*, *ψαφαρὸς tritio*, *recutitus*; π & τ, in *πτίσσω pinso*, *πτύσσω plico*, *πτύον ventilabrum*, *πτώσσω expavesco*, *πτωχὸς mendicus*, *πτόρθος ramus*; σ & β, in *σβέννυμι exstinguo*, *σβέσις exstinctio*, *σβεστὴρ exstinctor*; σ & θ, in *σθένω valeo*, *σθέν☉ robur*, *σθεναρὸς robustus*; σ & μ, in *σμάραγδ☉ smaragdus*, *σμερδαλέ☉ terribilis*, *σμικρὸς parvus*, *σμῆνος examen apum*, *σμήχω*, *σμύχω corrumpo*, *exuro*, *σμύρνα myrrha*, *σμώδιγξ livor ex percussione*; σ & φ, in *σφάλλω supplanto*, *fallo*, *σφαδάζω pedes jacto*, *σφενδόνη funda*, *σφίγξ sphinx*, *σφύζω pulso*, *σφοδρὸς vehemens*; σ & χ, in *σκάω scalpro pertundo*, *σχεδὸν fere*, *σχίζω findo*, *σχόλιον glossema*, *σχοῖν☉ funis*; σ & κ & λ, in *σκλῆναι tabesco*, *σκλῆμα ossis exsiccatio*, *σκληρὸς durus*; σ & κ & ν, in *σκνιπὸς sordidus*; σ & τ & λ, in *στλεγγὶς strigil*, *στλεγγίζω destringo*; σ & φ & ρ, in *σφραγίζω signo*, *σφριγάω turgeo*; χ & θ, in *χθὲς heri*, *χθὼν terra*, *χθαμαλὸς humulis*, *planus*; χ & λ, in *χλαῖνα lena*, *χλαμὺς chlamys*, *χλιδὴ luxus*, *χλόης in virenti gramine qi cubat*, *aper*, *χλωρὸς viridis*; χ & ν, in *χναύω carpo*, *χνοῦς rasio*, *lanugo*; χ & ρ, in *χαράσσω leviter saucio*, *χρεία*, *usus*, *egestas*, *χρίω ungo*, *χρόν☉ tempus*, *χρυσ☉ aurum*; *χρώς color*, aliisqe ejusmodi, *ὅσα φύλλα καὶ ὕλης*, *qot folia sunt in arbore*.

Atqi consonantium concursiones & concussiones istas, qæ vocum exitus primos præsertim ubi occupant, cum prolationem necesse est reddant difficiliorem, tum & stridores strepitusqe duriores sæpe numero, diriores etiam qandoqe cient, sermo Latinus, maximam partem, nec admittit, nec agnoscit, Qin & in eis, qæ è Græco sermone deduxere, asperitatem commissuris illis recisis prorsus ac rejectis; ut in *ξηραίνω areo*, *ξηρὸς*, Doricè *ξαρὸς aridus*, *ξυρίζω*, *Doricè ξυρίσδω*, *rado*: nunc vocalibus, qæ consonarum collisum asperum illum solverent, interjectis; ut in *μνᾶ mina*, *μνῆμαι moneo*, *μέμνημαι*, *memini*: metathesi etiam qandoqe facta; ut in *βδέω pado*; β in π, ut *παπαῖ papa* (nisi sit à *πίρδω*, ρ extrito, ut in *λίσπαι lectus*, *μετρέω metior*) *σφῶ vos*, *σφετερὸς vester*, *σφέτερον πατρὶ ὑμνεῖτε*, *patri vestro hymnum dicite*, Hesiod. *σφῆκα vespa*, ut *λύκ☉ lupus*, *φάτης vates*; *ψαρὸς*, Æolicè *σπαρὸς*, *passer*; nunc consonantium alterâ sublatâ, ut in *βδέσις*, & *βδέσμα visium*, *βδέσαι visire*, an *vesire*, unde Lucilio, *visire minutim*; *μνήμων memor*, *ψάλλω*, Æolicè *σπάλλω pulex*; *πτίσσω pisso*, *pinso*; *πλευρὸν*, Æolicè *πτερὸν penna*; *πτύω spuo*, *πτύσις excreatio exspuitio*. *τλάω*, *τλῆμι*, *tolo*, *tulo*, *colere*, *τλητὸν* Dorice *τλατὸν latum*; *σφάλλω fallo*, *σφάλλομαι labo* & *labor*; ut *ἄμφω ambo*, *ὀμφαλ☉ umbilicus*; *χλαῖνα lena*; *σφῦρα sura*; *πτέρνη perna*; nunc in rejectarum locum, qæ mollius leniusqe spirarent, substitutis: ut in *σχίζω*, *sido*, *findo*, prout *χύω*, *χύζω* unde *χύδην*, *fudo*, *fundo*; item *σχίζω*, *scido*, *scindo*; *σχοῖν☉*, Æolicè *σφοῖν☉ funis*, *finis*, & *funis*, item *juncus*. Quibus adjici poterant innumera alia, qæ paginas integras implerent.

In mediis itidem dictionibus consonarum commissiones duriores observes nonnullas, qas aures respuunt. Qod genus in *ἄχθ☉ onus*, *molestia*, *ἀχθεὶς adductus*, *πεπραχθεὶς transactus*, *ἀράχνη aranea*, *βλῆχρον filix*, *σπλάγχνον viscus*; (aliisqe ejusmodi, de qibus denuò videndi locus mox dabitur) sed & in compositis illis *προσπταίω impingo*, *προσπέτομαι advolo*, *προσπτύω conspuo*, *προσπτύσσω amplector*, *προσψαύω attingo*, *προσψηφίζεσθαι decernere*, & *προσψιθυρίζεσθαι adsusurrare*, cum similibus. Et mihi certe durius multo sonare videntur syllabæ illæ Græcis in γ & τ innixæ; cujus prioris modi habentur in *ἴγδη mortarium*, *λίγδην stricte*, *λύγδην simul*, *μίγδην promiscue*, *βρύγδην cum stridore dentium*, *ῥάγδην abrupte*, posterioris in *ἄτλας Atlas*, *ἆτλ☉ ærumna*, *αὐτμὴν servus*, *ἀτμὶς halitus*, *πάτμ☉ Patmus*, *πότμ☉ fortuna fatalis*, *sorte obveniens*, *ἐρετμὸς ramus*, *ἔτν☉ puls*, *πτῶ cado*, *φάτνη præsepe*, in Latio verò, avt illius avt hujus etiam, vix ullæ reperiuntur; qam qæ (ut *abdo*, *abdomen*, *advenio*, *adversus*) in B & D Latinis, ex qo genere nec apud Græcos deesse docent illa, *λάμβδα*, *λάβδα*, *ῥάβδ☉*, *λάβδακ☉*, *γρίβδην*, *κύβδα*, *κρύβδα*, *κρύβδην*, *ἔβδην*, unde *ἔλθεν ἔβδην*, in epigrammate, & his similia.

Denique terminationes itidem apud Græcos asperiores offendas, qas Latini vel ignorant prorsus, vel rarentius usurpant. Ejusmodi sunt qæ passim in eâ lingva occurrunt, *σὰρξ caro*, *φάρυγξ*, *λάρυγξ guttur*, *μάστιγξ flagellum*, *σμώδιγξ livor ex percussione*, *ἴυγξ verticilla avis*, *λύγξ lynx*, *πτύγξ ptynx avis*, *λίπυγξ minimus avicula sonus*, *τετράδιγξ ne tantillum qidem*, *ἄψ retrorsum*, *rursus*, *λαῖλαψ turbo*, *ventus*, *φλὲψ vena*, *ἴψ vermis*, *qi vites infestat*, *θρίψ vermis*, *qi ligna corrodit*, *κνίψ culex*, *λίψ petra*, *αἰγίλιψ altus locus*, *ὄψ vox*, *ὦψ facies*, *αἰθίοψ æthiops*, *ἔλλοψ mutus*, *acipenser*, *μέροψ qi vocem habet divisam*, *sive articulatam*, *κίκροψ hirundo*, *πέλοψ Pelops*, *κύκλωψ cyclops*, *κώνωψ culex*, &c. tum in ξ exeuntia, non nomina tantum, sed & adverbia complura qibus nullus in Latio locus, *λὰξ*, *πὺξ*, *πλὶξ*, *πὶξ*, *πέραξ*, *ἄνεραξ*. Duplices avtem istas ξ & ψ (qarum tam ampla in clausulis apud Græcos seges) minus svaves esse Dionysius ipse agnoscit.

Qam multis avtem, qæ è Graciâ mediâ in solum Latiale transferre Romanis est visum, culturam aliqam deprehendas adhibitam, quâ soni agrestioris nativa in eis qoqe mitigaretur asperitas? hinc *ἀράχνη aranea*, *αἰσκλήπι☉ Æsculapius*, *κύκλωψ cocles*, *ἀστράγαλ☉ taxillus*, *talus*, *μασχάλη axilla*, *ala*, ut *maxilla*, *mala*, *πάσσαλ☉* & *πάτταλ☉ paxillus*, *palus*, *ἀσπάλαξ talpa*, *ἀλώπηξ*, Æolicè *βουλώπηξ vulpes*, *αὔξω avgeo*, *ἄγω*, *ὀκχῶ occo*, *κύσις cutis*, *πυθὸν putum*, unde *putum putare*, *πόσθη puta*, unde *προπόσθιον præputium*, non à præputando, ut vulgus Grammaticum putat, *ὑστέρα uterus*, *βρύζω*, Doricè *βρύσδω rodo*, *ἐρετμὸς remus*, *ῥοδάμν☉ ῥόδαμν☉ ramus*, *φλογμὸς flamma*, *ῥωχμὴ*, *rima*, *ὑάκινθ☉*, *vaccinium*.

Nec abnuerim tamen antiqvitatis ultimæ Latinos, antequam à Græci sermonis (unde Latinæ dictionis partem maximam defluxisse supra docuimus) more moduloqe longius abscesserant, è durioribus commissuris illis retinuisse non paucas, cum *sfunem*, *sfundam*, *sfungum*, sed & *stlembum*, *stlites*, *stlocum*, *stritavum*, & similia dicerent: qod cum ex vetustis monumentis, tum & ex scriptoribus fidei haud dubiæ satis constat. verum ætas insecuta, qo ab incunabulis suis illis primis remotior, eo lingvæ suæ expoliendæ studiosior, sonis tonisqe eis minus gratis offensa, paulatim abjecit, Græcisqe à qibus majores sui primitus acceperant, usurpandis reliqit. Qando Græci recentiores ex adverso striblíginis (sive Aristophaneo vocabulo *στριβλικίγξ* nuncupare libuerit) istius retinendæ ambitiosi, in Latinis, qas usurpant, vocibus Græce exprimendis,

com-

commissionibus istiusmodi, contra Romanum, qui puriori seculo invaluerat, ritum moremqe abutuntur. Inde σφίκλη pro vini fæce, apud Trallianum & Nicolaum, qod frustra Turnebus Adversf. l. 18. c. 18. erroris arguit; & Meursius emendatum ivit; est enim σφίκλη *facula*: sicut apud etymologum, τάβλα *tabula*, σύβλη *subula*, φίβλη *fibula*, σφίδη χορδή, & σφίδες, χορδαὶ μαγειρικαὶ teste Hesychio, pro *fidibus* sive *fidiculis culinariis*, coquinariis. Inde συμψέλιον pro *subsellio*; Epiphanius hæres. 58. §. 1. ἐπὶ συμψελλίοις δήσαντες *subselliis alligatos*, qod ἐπισυμψελλίοις viriosè junctim legitur, qibus accenseri possunt seqioris ævi illa, τζάγιος, pro ἅγιος *sanctus*, τζάγγρα pro *sagittâ*, τζαγγράτωρ pro *sagittario*, & τζέστος pro κέστος *cestus*, & τζίνιον pro κόνις, *cinis*, & alia ejusdem furfuris infinita.

Illud est insuper observatu non indignum, aspirata apud Græcos crebriora esse multo, qam Latinis. siquidem universis illi, sicut ab Y, ita & à P exorsis, spiritum asperum præfigunt; unde literam caninam illam, ex se asperam satis, aspiratione addita asperiorem etiam efficiunt. Nec valebit hic qicquam exceptio illa, siqis objecerit Latinos in mediâ qoqe dictione aspirationem qandoqe admittere, ut in *veho*, *traho*, *vehemens*, *prehendo*; & in verbis compositis, quorum simplicia sunt ab *h* inchoata, *habeo*, *halo*, *hæreo*, *hisco*, *&c.* etenim potest altera ex parte regeri. 1. rarenter admodum in vocibus simplicibus id fieri. 2. è verbis pavcissima esse in qibus *h* initialis sit. 3. nec in horum compositis perpetim obtinere, ut litera illa retineatur; etiamsi enim ab *habeo*. *exhibeo*, & *perhibeo* servata dicantur; at *debeo*, non *dehibeo*, *dirribeo*, non *dihibeo*, aut *dishibeo*, (sicut ab *emo*, *dirimo*) *præbeo*, non *prahibeo*, ab eodem verbo literâ eadem extritâ dicimus: sicut & ab *hisco*, *dehisco* qidem, non itidem *sathisco*, sed *satisco*, licet qasi *satim hisco* sit. 4. qædam ex his asperius Græcis, à qibus sumpta sint, sonare: est enim *veho*, nihil aliud qam ὀχῶ Græcum, sive ϝοχῶ Æolum, qod & Caninius observavit; *traho* inde compositum, qasi *travеho*, ut *mavelim*, *malim*. 5. P Græcum ubicunqe in mediâ dictione geminum occurrit, alterum saltem spiritu asperiore signari. 6. contineri spiritus asperi illius vim & potestatem in Græcorum literis tribus, Θ Φ Χ: qæ proinde ubicunqe obviam fiunt, sive in initiis præfixæ, sive in mediis vocibus intersitæ, syllabam eam, qam constituunt, flatu suo afficiunt; & in mediis qidem syllabis, nunc exeuntibus, nunc ineuntibus, nunc & utrisqe simul (qod in verbis primæ ac secundæ flexionis aoristis passivis prioribus, participiisqe inde deductis, videre est) creberrimæ occurrunt. At apud Latinos, qod istis respondeat nihil est. Etiamsi Græca qædam qo exprimant, literis C P T spiritus asperi notam indicem qandoqe subjiciant; ut in *Chalcus*, *Chria*, *Chryse*, *Philtrum*, *Phanix*, *Philosophus*, *Thalamus*, *Theatrum*, *Therma*, & similibus; qorum numerum justum inire haud ita difficile foret. Nam qod *in Oratore* de se Cicero, *Cum scirem*, inqit, *ita majores locutos esse ut nusqam, nisi in vocali aspiratione uterentur, loqebar sic, ut polcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem dicerem; aliqando, idqe sero, convicio avrium cum extorta mihi veritas esset, usum loqendi populo concessi, scientiam mihi reservavi*; verbis eis qid voluerit Orator, si avt nesciam planè, aut non satis assecutum me profitear, eo minus dispudeat, qia virum clarissimum & in rebus hisce versatissimum, *tanqam in crepusculo constitutum videre, nec videre se, Delioqe rem istam egere natatore*; ingenue agnoscentem deprehendo, *artis Gram.* l. 1. c. 24. Tentemus tamen, si dabitur forte, mentem Tullianam expiscari. Ecqid est ergo, qod *avrium convicio extortum* sibi vir dicendi peritissimus profitetur? istud enim est, opinor, de qo maximè ambigitur. Ego verò existimo, *avrium convicio extortam* sibi innuere, non veritatis confessionem; qasi serò tandem agnovisset eam, qam prius adhibuerat pronunciandi rationem rectam minus avt legitimam esse; sed *veritatem* (qod verbis disertis ait) ipsam, h. e. veram ac genuinam illam vocabulorum istorum pronunciationem, qam juxta normam à majoribus suis observatam, constanter prius usurpaverat. Cum enim populi, qi diversum loqendi seqebatur ritum, sermone freqentiori, qasi *convicio qotidia-*

A *no avres obtunderentur*, eò tandem redactum se, profiteri videtur, ut veram rectamqe, cui prius assveverat ipse, prolationem sibi eripi, & qasi per vim qandam *extorqeri* pateretur. Ut pari modo tum *extortam* sibi perhibeat *veritatem*, qo à Cæsare negat *extorqeri* posse *humanitatem*, *in Orat. pro Ligario*; qoqe *ab hominibus* per Epicuri dogmata, *verborum notiones*, aut *cognitiones*, *qibus imbuti sint*, *extorqeri* conqeritur, *de Finib.* l. 2. Hanc oratoris mentem esse, ex eis colligo, qæ subjungit, *usum se loqendi* (qod praxin spectat) *populo concessisse*, *scientiam* (qod veritatis

B est) *sibi retinuisse*, hoc est, si ego rectè capio, in sermone communi ad populi morem se accommodasse, hoc solo contentum, qod istæ pronunciandi rationem veram, ab illorum ritu diversam, compertam sibi cognitamqe, etiamsi eâ jam non uteretur, haberet. Ita idem plane fuerit, ac siqis hodiè apud nos diceret, etiamsi norit literas C & T eundem in Latinis vocabulis qibusqe sonum olim obtinuisse, eodemqe modo esse pronunciandas; tam C ante vocales E & I in *Cera*, *Cirrus*, qam ante *a* & *o* in *Carus*, *Corus*; tamqe T in secundâ vocis, *tirio*, qam in primâ;

C avrium tamen convicio assiduo, a C in illis, T istis, ut S proferentibus, superatum, usum, vitiosum qem norit populo concedere, veræ pronunciationis scientiam sibimetipsi retinere.

Firmari poterit hoc ulterius ex vocabulis illis ipsis, horum saltem aliqibus, qorum prolationem nuperam atqe vulgatem à priscâ pristinâqe suâ diversam, secutum jam se profitetur. Qatuor tantum recenset; *pulcros*, *Cetegos*, *triumpos*, *Kartaginem*: qorum duo sunt propria nomina, familiæ alterum, alterum urbis: duo reliqa communia, sive, ut vulgus Grammaticum, appellativa sunt; de qibus ratio

D certa magis. Nam de *Cetegos* ambigi potest, *Chetegos* an *Cethegos* vulgo dictum voluerit, qia nominis ratio in abdito delitescit. *Carthago* verò cur potius qam *Cartago* dici debeat, ratio justa vix ulla dabitur. Pœnis, qorum lingva est Syriacæ propago, fuit קרתא חדתא Νεάπολις, *Urbs nova*. Inde Græcis corruptè, literâ tertiâ extritâ, Καρχηδών: & Latinis corruptius adhuc, (restitutâ tamen, qam illi eliserant, literâ) *Cartago*. *Cartago*, inqam, potius qam *Carthago*, si Grammaticam seqimur lingvæ Syriacæ normam, qia *Tav* post *sheva* istiusmodi Hebræis Sy-

E risque lenius sonat; sed nec si Caninii rationem seqimur, qi ita vult à Græco nomen Latinum traductum, ut per metathesin pro Καρχηδὼν Καρδηχὼν primò, tum *Carthago* dicatur, *t* literæ aspirandi cavsa nulla fuerit, cum *δ* tenui, non *χ* aspiratæ respondeat, dum *δ* in *t* sicut in *ληδω latus*, σφυρίς σπυρίδα *sporta*, *χ* in *g* transit, prout in ἄγχω *ango*, χαλβάνη *galbanum* & similibus. Verum in istis analogia minus liqido se prodit; in reliqis duobus clarè satis elucescit. *Triumpus* enim, an *triumphus*, est Græcis θρίαμβος. Ubi, ut de *a* in *u*, demutatâ (qod neutiqam est

F insolens, unde ἀγκύλος, *uncus*, ἄρκτος, *ursus*, ἴαω, Æolicè, ἴυτο, *juvo*, ταλῶ, *talo*, *tuli*. μάλα, *multum*, μάχαιρα, *mucro*, κοχλίας, *scapula*, στραγγαλῶ, *strangulo*, & similia) nihil dicam; qia ad rem præsentem nihil facit; in syllabâ primâ aspirationem, sicut in multis aliis sustulit Latinitas: inde λήθω, λαθῶ *lateo*. πάσχω, παθῶ *patior*, πέθω *peto*, & per metathesin etiam *opto*, θίγω, θιγγάνω *tago*, *tango*, ἄρθρον *artus*, articulus; θυμαλῶ *tumeo*, θώμιγξ *tomex*, aliaqe innumera: in novissimâ verò aspirationem, qum in Græco nulla habere-

G tur, infercitum ire qæ cogeret, aut svaderet etiam, ratio nulla suppetebat: qin nec ullum permutationis istiusmodi succurrit exemplum, qâ β litera unqam in φ vel in *ph* transeat, at in π purum, citra aspirationem, β versum creberrime occurrit; ut in βαβαὶ *papæ*, βόσκω *pasco*, πύξος *buxus*, βόθος *puteus*, κύββα *cuppa* v. κυβὴ *caput*, βάλλω, *pello*, βλήχων *pulegium*, τρίβω *stipo*, ταρβέω *torpeo*. Sed nec frequenter minus in *v*; unde ἔρεβος *ervum*, βιῶ, Æolicè βιῶ *vivo*, βίοτος *vita*, βία *vis*, βιάω, βιάζω *violo*, βόλω *volo*, βαδίζω *vado*, βόσκομαι *vescor*, βιβαιῶ *voveo*: & in *f*; unde βρέμω *fremo*, βδάλλω *fello*, βλύω *fluo*, βολή, βλῆμα *fulmen*, βυθός; βύθος *fundum*. Ut suspicari qis non fine cavsa possit, *triumfos*, non *triempos*, scripsisse & dixisse soli-

tum Ciceronem: *triumphos* verò, sive morem Romanum, qi nisi Græcorum exprimendo *ph* nunqam adhibebant, cur diceret sive vocabuli originem, sive derivationis ritum perpetuum respiciamus, præter usum qi apud populum jam invaluerat, aliud nihil suppetebat. Nec celabo tamen, qod argutè satis hîc l. 8. Priscianus, cum *in pho verbum nullum Latinum terminaret*, ἀπὸ τῦ θριάμβου *triumpho* factum, *aspiratione à primâ ad postremam syllabam translatâ*, qo modo Jonice κύθρη pro χύτρα *olla*, ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα *huc*, *illuc* dicitur: *ad cujus imitationem Latini* pro θρίαμβος *triumphus per transmutationem aspirationis* protulerint; ideò tamen *b in p conversâ*, qia *b aspirari non potest*. Cæterum nec in traductionibus è Græco exemplum datur; nec pariant, qæ dantur; qum demutatio literarum istic aliusmodi sit; eaqe Latinis insolens: nec denique tam qid sit factum qæritur, qam qid faciendum, ratio & analogia poscat.

Restat vox *pulcros*; de qâ analogia qid poscat, dubitandi locus non datur. *Pulcrum* siqidem, sive *polcrum*, qo modo antiqitus efferebant, eadem ratione, à *polendo*, qa *à sepeliendo sepulcrum* deformatur. Vel si à supinis potius deducere, cum Vossio *analog.* l. 2. c. 32. libuerit, eodem erit modo à *politum*, *polcrum*, qo à *fultum*, *fulcrum*, à *sepultum sepulcrum*, à *lutum lucrum*, à *lavatum lavacrum*, à *simulatum simulacrum*: nec in *pulcrum* igitur magis, qam in his omnibus, aliisqe notæ ejusdem innumeris, aspiratio jure ullo desideratur. Qin & *sepulcra* sine aspiratione prolatum, Cicero ipse eodem in loco & testatur, & probat. Nec me moratur hîc Servius, qui ad Georg. l. 3. Reboo *est Græcum verbum. Nam apud Latinos nullum verbum est, qod ante finalem habet* o; *excepto* inchoo: *qod tamen majores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant* incoho. *tria enim habebant nomina, in qibus c literam seqeretur aspiratio*, Sepulchrum, Orchus, Pulcher: *è qibus* pulcher *tantum hodiè recepit aspirationem*. Nam de *sepulcro*, analogia qid postulet, & Cicero ipse monuerit, supra vidimus: nec potest ratio justa dari, qare in isto magis qam in reliqis supra adductis, aspiratio istiusmodi interferatur. De *Orco* diversa sensisse & censuisse Grammaticos monet ipse ad *Georg.* l. 1. Probum enim *Orchum* legere; Cornutum aspirationem addendam vetare. Mitto Verrium, qi, Festo teste, veteres ait *Vrgum* (male codices excusi *Vragum*) qasi ab *urgendo*, dixisse. præsertim qum sine exemplo gratis affirmatum hoc, Festus ipse adnotarit. At Cæsar *Scaliger* à Servio diversus, *de causs. ling. Lat. l. 1. c. 22.* *Aspirationem multis detraximus: ajunt remansisse in tribus*, Orchus, Pulcher, Lurcho. de numero cum Servio convenit; de vocum unâ dissentitur. Tum, Orchus, inqit, *tota Græca fuerat, & translata aspiratione à vocali ad consonantem* ὅρκος. De origine Græcâ haud contenderim: de aspiratione translatâ, est cur meritò ampliandum existimem: qum ab ὕρχη, Jonicè ὕρκη *orcam* & *urceum*, ab ἕλκος *ulcus*, ab ἑρκίζω *ercisco* & *erciscor*, sine translatione ullâ ejusmodi legam. Cæterum an ab ὅρκος *Orcus* descenderit, qod pro concesso sumitur, havd constat. Favet huic sententiæ, qod ex Celso Servius ad Georg. l. 1, *jurisjurandi Deum Orcum existere*. Et de Stygiæ qidem paludis aqis Homerus Od. E. n. 185.

— — ὅστε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.
— — qod maximum
Juramentum gravissimumqe existit beatis diis.

Et Maro *Æn. l. 6.*

— — — Stygiamqe paludem,
Dii cujus jurare timent & fallere numen.

at de Orco gemina nusqam, opinor, legas. qærendum ergò unde hoc habuerit Celsus, *Orcum esse jurisjurandi Deum*. Id verò mihi ab Hesiodo havsisse videtur, qi in Deorum prosapia n. 231. describendâ Erin refert, inter reliqam sobolem numerosam satis genuisse,

Ὅρκον, ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
Πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.
Jusjurandum, quod plurimum terrestres homines
Lædit, qando qispiam volens pejeraverit.

Cæterum ambigi potest, an Ὅρκος iste Latinorum *Orcus* sit, cui provinciam eam nusqam adscribi legimus. Itaqe aliò hîc à patre abit Josephus filius, & ipse forsan à veritate, patre, quem deserit, haud minus. Orcum, inquit, *in conjectaneis ad Varronem* pag. 180. *Romani sine dubio à Græcis acceperunt. Nam* ὅρκον *vocabant conditorium mortuorum*. Menandrum advocat, qi scripserit,

Οὐπώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρόν.
Εἰς τὸν ἴσον ὅρκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.
Nunqam æmulatus sum cadaver sumptuosum.
In idem sepulcrum, in qod summus, pauper venit.

Hunc ergo si seqimur, in neutrâ syllabâ aspirationi locus ullus futurus est. Verum Scaligero refragatur, etiamsi refragari neget se, vir Cl. Casavbonus ad *Svetonii Avgustum* cap. 35. & versum Comici alterum bis corruptum esse avtumat, rescribi postulat.

Εἰς τὸν ἴσον ὄρχον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελής.

ὄρχον avtem vult esse *foveam in qâ conduntur mortui*, *qasi* ὀρυχὸν *ab* ὀρύττω dictum; & *inde* potius *Orcum*. Verum *sibi videri*, Orcum, *sive* Horcum, *qo modo veteres scripsisse avtor est Marius Victorinus*, *esse Græcorum* ἕρκος. etenim *e* & *o esse literas permutabiles.* & sunt reverâ, sic enim ab ἐμῶ, & Æolicè ϝεμῶ fit *vomo*, ab ἔλαια, ἔλαιον, *olea*, *oleum*; à θέρω *torreo*, à θερμὸς *formus*, ab ὀρὸς *serum*, ab ἑλίζω *volvo*. accedit qod ὀρκάνην Hesychius εἱρκτήν, δεσμωτήριον, φραγμὸν, *carcerem*, *vinculum*. *sepimentum* exponat; & μάνδραν, Jo. Callierges *in schol. ad Theocritum*, προβατῶν ὀρκάνην, *ovium septum*: qo etiam *Orci* nominis rationem à Varrone datam refert Turnebus Adversf. l. 20. c. 37. sed & ὄρχον esse βόθρον, εἰς ὃ ἐντίθεται τὸ φυτὸν, *foveam in qam depangitur planta ut pullulet*, tradit idem Theocr. Schol. atqe eâ ratione, ἀπὸ τοῦ ὀρχάτου distingvi, qi sit φυτῶν στίχος, sive ἐπίστιχος φυτεία, *arborum sive plantarum ordine certo depalatarum series*. Verum idem hoc utroqe vocabulo designari docet Evstathius. Hesychio verò etiam ὄρχος, κῆπος. unde & Latinam *horti* vocem descendisse Scaligero visum est. ὄρχος, *hortus*, ut μόσχος, *mustus*. de qa voce Charisius *institut. Gram.* l. 1. Graccus & ortus *sine aspiratione dici debere Varro ait: sed consuetudo & Gracchos & hortos cum aspiratione usurpavit*. Dato igitur pro *mortuorum conditorio*, ὄρχον, à Menandro positum; & Latinorum *Orcum* inde deductum, aspiratam literam *c* poscere analogia videretur, etiamsi eam rarius admittant Latini. Verum de emendatione alterâ Grotius ut Scaligero assentiatur; at de priore cum Stobæo dissentit. apud hunc enim, & ex eodem Grotium, non ὄρχον, sed ὄγκον legitur. Menander Perinthiâ,

Εἰς τὸν ἴσον ὄγκον, τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελής.
In molem eandem cum summo vilis venit.

Et est elegans ἀντανάκλασις in voce ista, qæ & corporis *molem* & *fastum* qoqe designat. Ὄγκον certè codices Stobæani, qi soli credo Menandri reliqias istas nobis conservarunt, constanter præferunt. ut cum de vocabuli usu isto nihil certi habeamus, ab origine incerta petita scripturæ ratio, incertos nos necessariò sit dimissura. Mihi in istis ampliandi licentiam datam velim, donec certius aliqid exhibitum fuerit. nec spreverim tamen avt Casavboni ὄρκος, aut Hesychii ὀρκάνην, qam & εἱρκτὴν dici monet, qum εἱρκτὴν pro orco usurpatam offendam, Petri ep. 1. c. 3. v. 19. Verum Orci favcibus erepti tandem ad *Lurconem*, Orcum alterum, transeamus. *Lurcho*, inqit ὁ πάνυ, *contra analogiam aspiratum fuit*. nam ut mucco à muccis, & bucco à buccis, ita lurco à lura, *ob ingluviem. sed ratio significationis potior fuit, ob sonitum voratoris*. de etymo consentiunt Festus, Fr. Junius, alii plerique. Nonius à verbo nomen mavult. de aspiratione paria qui sentiat, neminem hactenus deprehendi. Restat vox tertia, qam & Cicero Serviusqe inter eas, recensent, qæ vulgò aspirabantur. De hac sic vir summus, *at qare* pulcher *aspiretur ratio declarat: fuit enim Græcum* πολύχειρ i. e. fortis: *igitur Romani, qi omnia ponerent in fortitudine, eum demum bonum & formosum putarunt, qi esset fortis*. Eadem fere habet & *de Subtil. exerc.* 300. S. 3. Verum in notationibus eruendis viro, licet alias incomparabili, minus feliciter cessit; in hac avtem à veritate qam longissimè recessit.

Mitto qærere, πλοῦχον ubi pro *forti* unquam sit usurpatum: Luce meridianâ clarius est *Pulcri* nomen in solo ac sermone Latiali, non advenam, sed indigenam esse, uti est superius comprobatum. *Pulcer*, utiqe vox est eâ analogia efformata, qâ *volucer*, *alacer*, *aldegmave*, *acer*, *acris*, ἄκρ@, ἀκροβὶς, prout ἄχ@, *ager*, *acer*, *acervus*, ἄκερ@, *acer*, & *acus*, *aceris*, *aceratus*, ἄχυρον, in qibus aspirata litera nulla; licet novissima etiam à Græco aspirato descendat. Nulla itaqe ratio hactenus comparet, qare in *pulcer*, avt *pulcrum*, c litera aspirationem habeat adjectam; qum nec analogia id reqirat ulla, nec insvavior avt minus avribus gratus sonus in illis qam in tot eisdem analogis, qæ sunt superius recensita, citra aspirationem ullam prolatus deprehendatur.

Illud interim ex Cicerone constat, qod & Servius adfirmat, præter usum Romanum fuisse in suis consonæ ulli aspirationem subjicere. Proinde *incobare*, non *incboare*, licet à χά@ foret tractum, dicendum pertendebant Verrius Flaccus, qi Avgusti ævo vixerat & Tranqillus; qod ex Diomede discimus, operis Grammat. l. 1. Etiamsi avtem studio atqe exemplo lingvæ Atticæ, Gellius l. 2. c. 2. *Veteres* Latinos refert, *plerisqe vocibus verborum firmandu roborandisqe, ut sonus earum esset viridior vegetiorqe, h literam, sive spiritum magis, insereret*: Sic *lachrymas*, *sepulchrum*, &c. dixisse. At certè qi aspirationes ejusmodi, Græci ritus æmuli, apud Latinos usurpabant, deridiculo fuisse habitos, ex Catulli, qo in Arium qendam lusit, (extat adhuc) Epigrammatio, monet & Fabius ipse l. 1. c. 5. Et Latini ipsi in deductitiis X Græci (qod ח Hebræorum ferè sonabat, unde Νῶχ@, Χάμ, πάσχα, נח חם פסח asperitatem nimiam haud sustinentes, vel tollebant prorsus, ut in ἀράχνη *aranea*, ἔχθ@ *odium*, ῥοχμὴ *rima*, χλαῖνα *lana*, vel leniebant saltem, nunc aspiratione simplici contenti, ut in χάω, χάσκω *hio*, *hisco*, χελιδὼν *hirundo*, χεὶρ *hir*, (unde Lucilio, citante de finib. l. 2. Tullio, *hir*, *siphon cui nil dempsit*) χεῖμα *hiems*, ὀχῶ *veho*, aliisqe qæ supra exhibuimus; nunc tenuem aliqam substituentes, vel eam, cujus vim inclusam jam habebat, unde ἰχοὶ. Doricè ἀχοὰ *aqa*, ἄχυρον *acus*, *aceris*, ἀχλὺς *caligo*, ἀύχμὸς *mucor*, λόγχη *lancea*, λόχ@ *locus*, μασχάλη *axilla*, σηκὸς *siccus*, σχίζω, σχίδω, Doricè, *scido*, *scindo*. ὕρχη *orca*, *urceus*, χάω, Æolice χάσκω *vaco*, χά@, Æol. χοῖρ@ *cavus*, ut ὄις *ovis*, ὠὸν ovum; vel aliam qamlibet, qa insvavius nihil sonaret; modò g affinem, eamqe vel solam, ut in ἄγχω *ango*, ἄχνυμαι *angor*, λόγχη *longus*, *longurio*, χαλβάνη *galbanum*, χάρις. χάριτι *gratia*. βλήχων *pulegium*. vel v subjectâ, qo plenius sonaret, unde ἔχω *qeo*, ἔχις *angvis*, ἐγχελὺς *angvilla*, ὄνυξ. ὄνυχ@, *angvis*, *ungula*, modo v solitariam, unde βραχὺς *brevis*, μαλάχη *malva*, modo f ut in χοῖν@, *funis* & *funus*, χύω. χύζω. χύνδω, Dor. χυνὶς, *fudo*, *fundo*, *futo*, unde *confuto*. *refuto*, (Titinnius apud Nonium, *coqus magnum ahenum, quando fervit, pavlâ confutat truâ*) & *futilis*, χολὴ *fel*, χλό@ *flos*, Χλωρὶς *Flora*, (*Chloris eram, qa Flora vocor*, Naso *Fast.* l. 5.) modo j, unde ὀμιχεῖν, *mejo*, (*mejere vis iterum?* Martial. l. 3. ep. 78.) βλήχων *pulejum* Ciceroni, qod *pulegium* Plinio, σχοῖν@ *juncus*; qandoqe, sed rarius, etiam s; unde ἔγχ@ *ensis*; & e; unde μόσχον, *mustum*. et hac qidem aliqando etiam aspiratâ, sed qæ mitius tamen qam illa altera spiraret; unde Καρχηδὼν, *Carthago*; qod priscis tamen (Cicerone ipso id testante) *Cartago*, dicebatur.

Qin nec illud præteriri debuit, literam *l*, qæ ἡδύνει τὴν ἀκοὴν, esseqe *semivocalium omnium svavissima*, Halicarnassensi censetur, Latinos in mutuatitiis, freqenter admodum substituere; nunc loco g γ, in σιγάω *sileo*; nunc δ δ, in δαὴρ, Æolicè δαϝὴρ *levir*, δάκρυμα *lacruma*, Ὀδυσσεὺς *Ulysses*, Πολυδεύκης *Pollux*, qasi *Poldux*; nunc ζ ζ, in ἀλάζω *halo*, βιάζω *violo*, ὄζω, ὀδώδω, *oleo*, *odor*: nunc ϛ ν, in νόνις *lens*, *lendes*; nunc ϛ μ, in δόκιμ@ *docilis*, ξυρήσιμος *rasilis*, μόρσιμ@ *mortalis*: nam μόρ@ *mors*, ut μῆν@ *mens*; ϛ ν, verò creberrimè, in ἀμείνων *melior*, νυμφὴ *lympha*, unde νυμφόληπτ@ *lymphaticus*, κώνωψ *culex*, κανθὸν *cilium*, unde ἐπισκύνιον *supercilium*, παλάμη *palma*, ἴον *viola*, τριχίνη *trichila*: sed nec ϛ ρ, minùs crebro, ut in κιῤῥὸς *gilvus*, λείριον *lilium*, κρίβανος *clibanus*, φᾶρ@ *pallium*, ἔρις *lis*, γαργαρίζω *gurgulio*, φύρω *fullo*, βρύζω, βρύζω, *bullio*, ἀστὴρ, ἀστέρι *stella*, σπινθὴρ, σπινθῆρες, *scintilla*. In diminutis verò nulla istâ apud illos freqentior occurrit. Sic enim eis *culter*, *culterum*, *cultellus*, *cultellum*, *flagrum*, *flagellum*, *scalprum*, *scalpellum*, *scamnum*, *scabellum*, *offa*, *ofella*, *mamma*, *mamilla*, *equs*, *equlus*, & *equleus*, *hinnus*, *hinnulus*, & *hinnuleus*, *parvus*, *parvulus*, *puer*, *puera*, *puerulus*, *puerula*, *puellus*, *puella*, *pulcer*, *pulcellus*, *misor*, *misellus*, *niger*, *nigellus*, *pulex*, *pulicellus*, *cuneus*, *cuneculus*, *culeus*, *culullus*, *cutis*, *cuticula*, *fides*, *fidicula*, *venum*, *villum*, *unus*, *ullus*, & aliæ ἀποκριβώμενα qum Græci ad formam eam exprimendam literâ caninâ illa omnium asperrimâ plurimum abutantur. inde enim illis παιδάριον *puerulus*, ὠάριον *ovulum*, ὀνάριον *asellus*, οἰνάριον *villum*, λογάριον *dictiuncula*, κοσμάριον *parvum ornamentum*, χιτωνάριον *tunicula*, ψυχάριον *animula*, aliaque ὑποκοριστικ@ ejusdem, qæ nec recenseri qeant. at horum qorundam, (neqe enim universa diminuunt) præter superius recensita, *asellum*, *verbulum*, *dictiunculam*, *tuniculam*, *animulam* dicunt Latini. Istis proinde universis æqa lance perpensis, non tam facile patietur lingvæ Latinæ δεινότατός τις ὑπερασπιστὴς *propugnator qis acerrimus*, svavitatis prærogativam ei lingvæ præreptam, ad dictionem Græcam delatum iri. sed nec Gallus forsitan qispiam, qorum lingvâ nullâ, opinor, confragosas illas consonantium commissiones collisionesqe religiosius devitat, svavitatis palmam, si cum suâ simul in arenam descenderit, Græcæ concedere ἀκονιτὶ, *sine difficultate* sustinuerit.

Atqe ista qidem vocum ipsarum sonum ac tinnitum (ut ita dixerim) merum spectant: in qo non sine certamine sanè justo, difficiliqe eo, in qo sudet satis, illud concessum iri sibi, Pfochenius sperare potuit, avt debuit; qod pro concesso tamen sumpsit. Cæterum dictionis sensum mentemqe (qod animæ spiritúsqe ei vicem habet) si examini subjecerimus, longè à Pfochenio hîc abibunt viri summi, lingvarumqe peritissimi. Siqidem primò de Hebraica pronunciat V. Cl. Fr. Junius, esse *omnium lingvarum principem, omniumqe jucundissimam*. Tum Tho. Erpenius, esse *eandem doctorum unanimi consensu, omnibus svavitatis & majestatis numeris absolutissimam*. Qin & Arabicam idem cum Græcâ pariter ac Latinâ hoc ipso nomine committit; nec dubitat, qin *præjudicio seposito si instituatur examen, pro Arabicâ statuendum foro; & tum Græcorum χάριτας, cum Arabum collatas, ἀχάριτας, tum & ingratas Latinorum gratias, havd rarò deprehensum iri.* qod & de Hebraicâ Junius Erpenio prior censuerat: qam tum eisdem illis componens ipse; *loquendi formulas*, inqit, *& phrases huic lingvæ peculiares, qi æqâ judicii lance examinabit, frigida illi, insulsa, atqe inelegantes Græcorum & Latinorum, etiam nobilissima videbuntur elegantia.* Verum istud illi viderunt; nec is ego sum, qi præstandi onus avsim in me suscipere, qicqid hac in parte heroes illi pronunciaverint. Nec tam barbara avt impolita mihi videtur ulla lingva, qin elegantias sibi peculiares habere possit, qæ aliâ etiam politiore ac comptiore haud satis commode explicentur. De istis autem qomodocumqe se res habuerit, duram certè difficilemqe nimis provinciam sibi imposuit Pfochenius, cum *lingvarum omnium*, (qarum haud pavcarum mecum pariter ignarum credo) *Græcam svavissimam esse*, probandi, necessitatem ratione hac interdixit ipse sibi.

Tum *svavitatis* nomine *Deum lingvam Græcam delegisse, qâ latum illud salutis æternæ nuncium mundo voluerit propalatum*, nulla prorsus ratione tam fidenter statuitur. Et aliò planè contendit ex Cicerone *pro Archiâ* subjunctum testimonium; qod non *svavissimam*, sed tunc temporis *receptissimam* fuisse probat; ut si alia, qæ minùs illâ svavis extiterat, Evangelii primitùs promulgandi tempore pariter obtinuisset, hanc potiùs ei muneri Deus fuerit assignaturus, & emolumenti publici magis qam oblectamenti, habiturus rationem. Qod eo magis credere par est; qia Apostolus ipse palam profitetur 1 Cor. 2. 4. οὐκ ἐν πειθοῖς λόγοις, 3. πιθανοῖς, *non persuasoriis verbis*, (si sincera ea vox)

sive

sive ἐν πειθοῖ λόγων, (ut ex Eusebio in *præparationis Evangelicæ* initio Beza) Evangelium se prædicasse; nec *svadæ medullam* illam, avt florem Atticum sectatum; qi Evangelicæ prædicationis vel vim masculam enervare posset, vel ejusdem existimationem imminutum ire videretur; cum dictionis svavitate potiùs allecti mortales, qam Spiritus sancti virtute præpotente ad fidem Christianam suscipiendam attracti fuisse censerentur.

CAPUT III.

Græci sermonis ubertas. Ciceronis judicium ab affectu profectum videri. Hebraicæ paupertatem perperam concludi, à radicum numero, à variis vocis ejusdem significatis, avt adversis etiam. Esaias c. 59. v. 15. explicatus. יחד *seorsim.* עדה *interdicere.* Μέλι *acetum.* γλυκεῖα *fel.* καλλίας *simia.* φαῦλος *&* εὐήθης, *quam disparata designent. Esai. c. 59. v. 9. explicatur. Ubertatem à Synonymorum quorundam varietate minus certò colligi. Visus, Leonis, avri appellationes complures Hebrais. Nulla non lingva in nonnullis aliâ qavis locupletior. Nostra in qibusdam Latinâ & Græcâ.* Panem pinsere, *vix Latinum. Cælius Curio notatus. Diomedes emaculatus. Pomponius restitutus. Erasmi dictio castigata. Scaligeri elogium, intemperies locutio minus propria.* Panis *pro frumento*, Frumentum *pro pane.* ἄρτος 1 Cor. 10. 17. *qomodo reddendus. Jovis nomina Græca frustrà in hoc argumento à Psochenio adducta. Dei itidem Hebraica ab aliis.* Sabaoth *non est nomen Dei.* יהוה *appellativum etiam. Deut. 6. 4.* אחד *non est nomen Dei. Nemesius & Revchlinus notati.* Unus *per* solo. *Job 31. 15. & Zech. 14. 9. Nec* פחד *Gen. 31. 42. 53. expenditur. Nec* אף רדא *4 Reg. 2. 24. Nec* הוא *Esai. 42. 8. &c. Provocabulum pro verbo substantivo usurpatum. Nec* כבם *Lev. 24. 11. nec* שכינה *Exod. 29. 45. nec* פלאי *Jud. 13. 15. Nec* Hu Peloni Almoni. *nec* Palmoni. *Dan. 8. 13. De Dei nominibus absconditis exercitatoris figmentum. Capnionis item de uno qandoqe futuro.*

TErtiò, de *sermonis Græci ubertate* nolo ἀμφισβητεῖν *contendere*, & ἐρίζειν *litigare* multo minùs: mihi omnium, qæ apud nos in usu sunt, (de ignotis enim qis sanus qicqam statuerit?) lingvarum uberrima ac copiosissima videtur. Ægreqe inducor, ut Ciceroni subscribam sic pronuncianti de suâ, *lib. de Fin. 1. Ita sentio, & sæpe disserui, Latinam lingvam, non modo non inopem, sed locupletiorem etiam esse, qam Græcam.* Et de eodem argumento l. 3. *Sæpe diximus, & qidem cum aliqâ qerelâ, non Græcorum modò, sed etiam eorum, qi se Græcos magis qam nostros haberi volunt, nos non modò non vinci à Græcis verborum copiâ, sed esse in eâ etiam superiores.* Nam qod *Tuscul. l. 2.* io contrariam mentem protulisse videtur; *Hæc duo* (*laborem* utiqe & *dolorem*) *Græci illi, qorum copiosior est lingva qam nostra, uno nomine appellant*; ironicè potuit dictum esse. Affectus forsan homini Latino imposuerit. M. Fronto, homo Latinus & ipse, Gellio Noct. Attic. l. 2. c. 26. referente, *Non inficias*, inqit, *imus, qin lingva Græca prolixior fusiorqe sit, qam nostra.* Nec vero accedo facilis Cl. V. Thomæ Erpenio fidenter affirmanti, *Inopem fore lingvam Græcam, si cum Arabicâ conferatur.*

De Hebræâ, cujus tam pavca extant, qis certi qicqam definierit? Hinc illæ tam adversâ fronte in se invicem arietantes de hâc lingvâ sententiæ; de qibus videri poterunt Petrus Lizetus in *Dialog. de Sacr. lib. in vulg. eloq. non vertend.* & Dan. Chamierus *de Canon. Version.* l. 11. c. 2. S. 9. Alii enim hanc lingvam, verborum qidem inopem valdè, sed sensibus copem admodum uberemqe existere, contendunt. Id eo argumento evinci volunt; qod radices in hâc lingvâ numero satis exili, prout rem ipsi supputant, comprehendantur. tum qod vocabulum unum, sive radix una, significationes sæpenumero plures obtineat. Verum ista planè nec navci sunt. Radicum enim numerum qod attinet; dato lingvæ cujuspiam, Græcæ puta vel Latinæ, tan-

A tundem duntaxat extare, partim historicè, partim didacticè scriptum, qantum è lingvâ Hebraicâ purâ jam superest; satis probabile est, thematum, sive radicum, censum haud valdè disparem utrobiqe iri deprehensum. Imò, ne longiùs abeamus, instituatur collatio inter veteris instrumenti versionem Græcam, avt Latinam certam aliqam, ejusdemqe contextum Hebraicum, thematumqe primitivorum utrobiqe numerus ineatur; haud multo radicum Hebraicarum, si hanc superet saltem, superaturam vel Græcorum vel Latinorum summam existimem. certè haud
B multum intra numerum bis millenarium subsistunt themata Hebraica, vel prima, vel qorum natales primi in occulto delitescunt prorsus, ut pro primis haberi debeant.

De significatu verò, qod subjicitur, multiplici; cuinam lingvæ non est istud cum Hebraicâ commune? Græca vis? qam varia significaor ista, è multis pavca? ἄγω *ago, eo, habeo, duco, traho, veho, adduco, abduco, educo, impello, rapio, æstimo, rego, instituo, pendo, frango.* βαίνω *loqor, incedo, abeo, ruo, conscendo, impono, consisto* ἅπτω & ἅπτομαι *necto, accendo, incendo, tango, tento, aggredior,*
C *gusto, esito.* ἄρχω *incipio, impero.* ἡγοῦμαι *existimo, ducatum præbeo.* qod utrumqe & *duco* Latinis. ἵστημι *statuo, erigo, constituo, instituo, sisto, appendo.* καρπὸς *fructus, semen, emolumentum, corporis pars, manus utiqe cum cubito commissura.* Φοῖνιξ *Pænus, rubidus, palma, instrumenti musici, medicamenti genus.* è Latinis havd pavciora adducere liceret; & ex aliis itidem lingvis; si vel opus id, vel operæ pretium esset.

At contraria etiam idem vocabulum qandoqe designat. ברך & *benedicere* & *execrari.* סכל & *prudentem* & *stultum*
D *esse.* יחד *simul*; qod passim occurrit; & יחד *seorsim*; qod pavcis animadversum; Esdr. c. 4. v. 3. & Job c. 34. v. 29. Concedo pavca qædam istiusmodi deprehendi. qanqam horum qod primo positum est loco, κατ' εὐφημισμὸν, *bonam ominationem*, in significatu altero usurpari videtur; qo modo Εὐμενίδες *Furiæ* Græcis dicuntur, & ἡ λαιὰ *læva* εὐώνυμος eisdem nuncupatur. Et Attici, teste, apud Photium *cod.* 279. Helladio. *Chrestomath.* l. 4. *acetum* μέλι *mel* vocant, cum sit à mellis sapore maximè alienum; & *fel* sive *bilem*, γλυκεῖαν *dulcem*, cum sit amarissimum: & *simiam*
E καλλίαν, qasi *pulcram*, cum sit turpissima; ut ex Dinarcho Svidas docet. Sed & idem istud in lingvis nihilo minus aliis offenditur, ἁζόμαι & *suspicio* significat, & *succenseo*, & *cum veneratione colo*, & *invideo*, & *admiror*, & *indignor.* ἄγος & *sacrum* & *scelus.* sicut & Latinis, *Avri sacra fames.* Ostendit itidem Plutarchus *de poetis legendis*, *reg.* 7. ex Homero; Verbum ἀλύειν significare nunc ἀδημονεῖν καὶ δυσφορεῖν, *angi & perplexum esse*; nunc γαυριᾶν καὶ χαίρειν, *exultare & gaudere*: Ex Evripide & Sophocle, verbum θοάζειν, modo κινεῖσθαι *moveri*, & *concitari*, modò καθίζεσθαι καὶ θαάσσειν, *considere* & *quiescere.* τὸ φαῦλον observat Eustathius
F *ad Il.* ω nunc κακὸν significare, unde φαῦλος σύμμαχος Demostheni; nunc ἀγαθὸν (sive ut Hesychius, καλὸν) unde φαῦλος Hercoles Evripidi: nunc ἐπὶ μεγέθους, *de magnitudine*, unde φαῦλον στόμα *os patulum*; nunc ἐπὶ σμικρότητος, *de parvitate* usurpari, unde φαύλη ἐλαία *oliva exigua*; ounc ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ καὶ μετρίου pro *simplici ac mediocri* sumi; qo modo & Platonem usurpasse avtor est Laertius. Sed & τὸ εὔηθες monet Thucydidis Scholiastes, ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀπονήρου, ἐπὶ καλοῦ pro *simplici, candido, ac malitiæ atqe im-*
G *probitatis omnis experte, in bonam partem* sumi; in Thucydidis illis *L.* 3. Καὶ τὸ εὔηθες, οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει, καταγελασθὲν ἠφανίσθη· τὸ δὲ ἀντιτετάχθαι ἀλλήλοις τῇ γνώμῃ ἀπίστως, ἐπὶ πολὺ διήνεγκεν. hoc est qod Esaias c. 59. v. 15. *veritas sublata est, & qi à malo abstinet*, משתולל *facit ut pro mente capto habeatur, deridendum se propinet*, (ut post Abrahamum & Solomonem Junius; qod Thucydides καταγελασθὲν) vel *spoliandum se præbet, in prædam semet exponit*, ut post Chaldæum interpretem Piscator, qod Thucydides ἠφανίσθη, & Salvian. *de provident. Divin. l.* 5. *In hoc scelus res devoluta est, ut nisi qis malus fuerit, salvus esse non possit*; qum tamen τὸ εὔηθες usitatissimè pro *stulto ac fatuo* sumi consveverit. Galenus, *in comment.* 3. *ad Hippocr. prognost.* S. 2. Εὐήθεις ἄνθρωποι, λέγονται μὲν καὶ οἱ κακοήθεις ἐν-

ὑπο-

ἀπορρήτῳ τινί, καθάπερ καὶ ὁ πίθηκος καλλίας. λέγονται δὲ καὶ οἱ ἐπιεικεῖς ἔχοντες τὸ ἦθος. ἀλλὰ δὲ μὴν πρώτη σημασία χρηστός ἐστι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τὸ δὲ δεύτερον σπανιώτερον. *Dicuntur autem homines etiam maligni simulatione qadam; sicuti simia formosa. Dicuntur autem & ii, qi bonis moribus praditi sunt. Sed prima qidem significatio apud Gracos freqens est, secunda autem minus usitata.* Περιδύειν nunc *induere*, nunc contra & *exuere*, significat: qod ex Hyperide Pollux *l.* 7. c. 12. ex Avtore innominato Svidas, observarunt. Στέγω præterqam, qod *tegere*, unde *στέγος tectum* & *sustinere*, unde *πάντα στέγειν, omnia sustinere*, charitas dicitur. Corinth. ep. 1. c. 13. v. 7. nunc *continere* significat, to keepe in; unde *στεγανὸν stagnum*, qod *aqam continet* ne effluat; nunc *arcere*, to keepe out, unde calceus vel ocrea *ὕδωρ στέγειν*, *aqam arcere* dicitur ne influat. Latinis pariter, *interdico*, nunc *præcipiendi*, nunc *prohibendi* significationem habet. sicut, & צוה sive צוה Hebræis. Devter. c. 2. v. 37. & Esai. c. 5. v. 6. Cicero *pro Cecinâ c.* 8. *Prætor interdixit, ut unde dejectus esset, eo restitueretur.* & inde Plavto *Asinar.* 3. 1. *interdicta* pro mandatis:

Neqeon' ego te interdictis facere mansvetam meis?

Elevo nunc *minuendi* & *deprimendi*. Cicero, *de orat.* l. 2. *Qod frangit adversarium, qod impedit, qod elevat.* nunc *magni faciendi* & *extollendi*. *Persius* sat. 1.

— — non si qid turbida Roma

Elevet. —

i. *altum faciat lavdando*. Schol. vet. qæ Cornuto tribuuntur. Et in proprio significatu Plavtus alicubi;

Capedum lapidem hunc, atqe eleva.

Conficio, nunc *consummare*, nunc *consumere*, nunc ad exitum perducere atqe perficere, nunc exitio atqe internecioni dare significat. *Infractum* animum pro *invicto* & *erecto* dicimus: at Cicero pro *fracto* sive *valde fracto* usurpavit. Orat. *post redit. Non modò non infracto animo erat, sed etiam confirmato, & renovato.* *Incoctum*, pro *non cocto, crudo, immaturo*. Plavt. *Milit.* 2. 2.

Qicqid est, incoctum non expromit; benè coctum dabit.

Et *incoctum* consilium, qod *immaturum* Sveton. l. 2. c. 8. at *incoctum*, *benè*, *probè excoctum* Persio sat. 2.

— — incoctum generoso pectus honesto.

qo modo Maroni *Georg.* l. 3.

— — Tyrios incocta rubores

Vellera. —

Tamqe Persio eidem, *sat.* 1. *sacer locus*, pro *sacrosancto* & non temerando; qam Maroni *Æn.* l. 3. *sacra fames*, pro *scelesta* & execrabili, dicitur. Qin & in Anglicâ nostrâ, to let, & *permittere*, & *impedire*; to cleave, & *findere*, & *cohærere* denotat, oversight, tam *ἐπιμέλειαν*, sive *curam sedulam*, qam & *παρόραμα*, sive *neglectum supinum* designat. Nihil ergò istinc emergit, qod lingvæ sanctæ inopiam paupertiemve evincat.

Cæterum ex adversâ parte, alii lingvam hanc uberrimam & locupletissimam esse contendunt: qum tot in eâ vocabula deprehendantur, qæ rem unam eandemqe ferè significent. Instant nonnulli in verbis illis, qæ *videndi*, sive *aspiciendi* significatum obtinent. ראה unde Græcis *ὁράω*, שבר . שעש . שזף . שור . שנח . נבט . שקף . פנה . חזה. Habes 10 vocabula idem ferè designantia. Septem apud Hebræos *avri* vocabula sunt, inqit Hieronymus ad *Principium Hymni* 45. ea sic enumerat Drusius *Observ.* l. 4. c. 15. 1. זהב 2. פז sive אופז 3. חרוץ 4 כתם 5. אופיר 6 בצר 7. סגור. primum & secundum habetur Jobi c. 28. v. 17. qartum ibidem v. 16. septimum ibidem v. 15. qintum & sextum ibidem c. 22. v. 24. tertium Paroem. c. 8. v. 10. Qanqam פז sive אופז regionis nomen esse; (qo modo & אופיר Annal. l. 2. c. 8. v. 18. & c. 9. v. 10.) כתם lapillum sive gemmam designare, Salmasio ad Solinum probetur magis. Qin & *Leonis* nomina septem observant; qibus & ætates distingvi volunt. 1. גור *σκυμνὸς catulus* Genes. c. 49. v. 9. 2. כפיר *λεοντίσκος leunculus*; ut *leno lenunculus* Drus. Ezek. c. 19. v. 2, 3. 3. ארי & אריה *leo adultus*, à ראה ab oculorum fulgore Leifild. ut *λέων* à *λάω video*; qia leo est *ὀξυδερκέστατος, perspicacissimus, acutissimum cernens*. Jun. analogia eadem, qâ ארבה *locusta* a רבה Livel. alii ab ארה *discerpere*; qi prædari jam ceperit. Broughton: vel a ירא qod *qicunqe eum viderit, timore corripitur*. Schindler. Esai. c. 11. v. 7. & c. 38. v. 13. 4. לביא à לב *leo cordatus*, & *animosus*. qia ferarum animosissima hæc. Hist. Reg. l. 2. c. 17. v. 10. Drus. Num. c. 23. v. 24. 5. ליש *λὶς leo annosus, veteranus*, Paroem. c. 30. v. 30. 6. שחל *leo immanis*. Job. c. 28. v. 8. 7. שחץ *leo superbus, fastuosus incessu*. Ibid. horum pars magna simul congesta reperitur. Jobi. c. 4. v. 10, 11. & c. 28. v. 8. item Nahum c. 2. v. 11, 12. vide Drus. Observ. l. 10. c. 4, 5. Caninius sic distingvit. אריה est commune, ut *homo*; גור ut *infans*; כפיר ut *juvenis*; לבי ut *vir mas*; ליש *vir adultus*, ætatis perfectæ. Opulenta satis procul dubio lingva hæc. verum nulla est lingva adeò inops & egena, qin in particularibus qibusdam, etiam alioqi se locupletiorem, non provocare tantùm, sed & superare possit. Lingva nostra, qantumvis pavpercula compluribus habeatur; at in nonnullis etiam luxuriari videtur, nec cum Latinâ solummodo, sed & cum Græcâ liberè fidenterqe satis in certamen posse descendere. Ex. gr. In eduliorum qorundam apparandi ratione variâ ac multiplici designandâ, qanta nobis sermonis ubertas, ubi penuriâ insigni dictio Latia laborat? qam enim ampla nostris vocabulorum seges, cum dicimus, seeth broth, stew prunes, poch egs, coddel apples, bake bread? qæ omnia per varietatis parilis inopiam, communi ac generali unâ *coqendi* voculâ Latini exprimere coguntur; qum & *jusculum*, & *pruna*, & *ova*, & *poma*, & *panes* qoqe *coqere* dicunt. Errant enim, qi *panem pinsere* Latinum esse putant. Isthis est Cœlius Curio, grandis illius, qo Rob. Stephani labores invasit, *Thesavri Latini*, sive *Fori Romani*, compilator, qi *Pinsere*, etiam pro *panem facere* sumi tradit. adducto Pomponii Comici vetusti testimonio, qi dixerit,

Neqe molis molui, neqe palmis pinsui.

Verum in codices ille depravatos incidit, qibus in fravdem est inductus. Et qidem apud Diomedem l. 2. editionis Badianæ sic legitur. at apud Priscianum l. 10. ex Probo vera comparet lectio,

Neqe molis molui, neqe (*neve*, Vossius, qo senarius constet) *pilis pinsui.*

Palmis sive manibus, sed & pedibus qandoqe, plantisqe, massa ea (qam nos pastam dicimus, Latini peculiariter qo exprimant, vix reperiunt) subigitur, panesqe efformantur; *pilis*, sive pistillis farra frumentave pinsuntur. à pinsendo *pistillum* & inde *pilum*, ut *qasillus*, *qalus*, *paxillus palus*, *vexillum velum*. Proinde nec dictionis puritati consuluit satis magnus ille Desiderius, qum Diogenis ex Athenæi l. 3. de *placentâ* illud, *ἄρτον* esse *καλῶς πεπιεσμένον*, *panem bene pistum* vertit. melius Dalechampius, *scitè*; Casavbonus, *probe*; *confectum*, uterqe, reddit. sed nec *pinsere*, aut *conficere*, aut *coqere denotat*; neither to make, nor to bake. *Pisere* siqidem, sive *pinsere*, est Græcorum *πτίσσειν*. In pistrino avtem pinsuntur farra, uti prodeat farina, unde panes confiant, in furno, qo fint esui, demum coqendi. Qin nec ad sermonis proprietatem astrinxit se Desiderio magno vir major ille, & patre etiam summo in nonnullis longè superior, cum in *prolegomenis ad Canones Isagogicos*, (in qibus adversus Theologos qosdam tam eruditione qam & pietate verendos, sub *Catharorum ac Prophetarum*, nominibus, per animi inpotentiam, calamum strinxit acerbius) dum de *mundi Natalibus* disserit, eos qi ad *Æqinoctium Vernum* referunt, refellendo, *αὐτόχθονα, ex ipsa terra ortum*, aliqem alium eis fingendum ait, *qi Adamo panem pinseret, depseret, coqeret*. coquntur siqidem panes; at nec pinsuntur, nec depsuntur etiam. molitur pinsiturve granum ipsum, qodcunqe fuerit; subigitur depsiturve farina aqâ liqoreve qovis macerata. panibus, qi nondum sunt, nevtrum hoc competit, nisi si metonymice, *panis* nomine frumentum, pani conficiendo natum aptum destinatumqe, intelligi placuerit. sic enim in sacris, *panis* qandoqe pro frumento usurpatur, Gen. c. 47. v. 15. 16. Hymn. 104. v. 15. Eccl. c. 11. v. 1. & Esaiæ c. 28. v. 28. sicut & vice versâ, *triticum*, sive *frumentum* pro pane, Thren. c. 2. v. 12. & Zach. c. 9. v. 17. Sed hæc obiter, & qasi in transcursu sint animadversa. Græci ipsi pariter & *κρέα ὀπτᾶν*, *carnem assare*, & *ἰχθῦς ὀπτᾶν*, *pisces assare*, & *ἄρτους ὀπτᾶν panes coqere*,

qere, unde ἀρτοπώλιον, *furni* nomen; promiscue dicunt, at nos distinctius, nec sine varietate qadam idoneâ venustâqe, rost flesh, broyl fish, bake bread. Itaqe qod Diocles helluo ille apud Athenæum l.8. pag.343. E. percontanti, gonger uter an lupus, piscis esset præstantior, respondit, O' μὲν ὀπτὸς, ὁ δ' ἑφθός. *Hic qidem assus, ille vero jurulentus*, nostri commodissimè, nec eleganter minus qam Græcus ille, sic efferrent, the one boyled, the other broyled. rosted, enim omnino non diceremus. Deniqe (plura ne adjiciam) tam panis substantiam in genere, qam & massas singulas inde confectas & efformatas, Græci pariter ac Latini communi ἄρτε *panisqe* appellatione comprehendunt. inde Luc. c.11. v.5. τρεῖς ἄρτους *tres panes*. qod nobis ἀναλόγως, *ad verbum*, esset, three breade. & Cor. ep. 1. c. 10. v. 17. εἷς ἄρτος, *unus panis*. qod vulgo vertunt pariter, one bread. verum nos distinctius elegantiusqe, bread illam, has loaves, dicimus. itaqe rectè reddunt apud Evangelistam, three loaves: rectiusqe apud Apostolum redderent, one loafe. de qo alibi disseruimus. Proinde ineptum planè fuerit, ex vocularum pavcarum qarundam copiâ avt inopiâ de lingvæ cujusqam totius ratione velle statuere. perinde enim id foret, ac si qis ex fundi unius & alterius vel feracitate, vel sterilitate, de regionis integræ alicujus conditione pronunciaret. atqi apud nos in provinciis eis etiam qæ sterilitatis nomine notantur, soli pingvioris laciniæ qandoqe occurrunt, qæ nec feracissimarum qæ habentur, parti ulli assurgant. onde de agro, in qo dego Surrejensi dicterium vulgare, *Tunicam esse eam e panno hirto confectam, sed qa limbo serico prætexta sit.* Et in lingvâ qavis, egentissimâ etiam, offendi poterunt qæ affluentiæ insignioris specimina exhibeant non contemnenda.

De Dei interim nominibus, qod utrinqe objicitur, nec ad rem ipsam satis facit, qod à Pfochenio de ζεῖν, θεῖν, θεῖς, θεῖν, θεῖν, ζῆν, ζῆν, ζῆν, ζεῖς; adducitur; cum hæc pleraqe sint avt dialecti variæ, avt efformationis meræ variationes. nec magis pro diversis, qæ lingvæ fæcunditatem indicent, vocabulis habenda, qam συρίζω, & συρίσδω, συρίσσω & συρίττω, *fibilo*, *fibilum edo* Græcis; *volucer* & *volucris* Latinis; a stone, & steane & stane nostris, qod pro variis regionibus variè profertur. nec verò sunt reverâ Dei nomina Hebræis ea omnia, qæ ex parte alterâ à multis, qo Hebraicis dictionis copiosæ existimationem concilient, recenseri consveverunt.

Hieronymus, *ad Marcellam de Dei nominibus*, *decem*, ait, esse *nomina*, *qibus Deus apud Hebræos nominetur*. qem numerum ut conficiat, אלה & אלהים qæ nullâ re aliâ distant, nisi qod alterum formam singularem habet, alterum pluralem, pro duobus Dei nominibus diversis posuit. poterat eâdem ratione *undecim* facere, si ארני & ארנים (nam & hoc de Deo usurpatur Malac. c. 1. v. 6.) pro duobus posuisset. Sed plura multo recenset Revchlinus, an Capnio avdire magis præoptet, *de verbo mirifico* lib. 2. qibus & alia insuper nonnulla, qi adjiciant, non desunt.

Primo loco τὸ צבאות posuit, qi Hieronymi nomine *in Psalmum* 146. scripsit. eidemqe in Dei nominibus locum dare Hieronymus etiam ipse sustinuit. qin & hoc inde confirmatum volunt, qod in Novo Testamento vocabulum hoc ipsum retentum sit ab Apostolis; Pavlo Rom. c. 9. v.29. & Jacobo c.5. v.4. verum & ficulneum planè est argumentum istud. cum alia ab eis retenta fuerint, qæ tamen Dei nomina neqaqam sint, ut *Amen*, *Abba*, *Talitha*, *Tabitha*, *Hallelujah*, et *Sabaoth* Dei nomen, non esse patet. 1. qia creaturas ipsas designat, *exercituum* nomine ideò appellatas, qia militiæ divinæ destinatæ sunt, ad imperatoris supremi nutum, ubi is voluerit, operam exhibituræ, vel ad hostium offensam, vel ad suorum tutelam. docet Moses, qi creaturam universam, sive mundi totius *structuram* & *instructuram* hoc nomine insignivit. Genes. c. 2. v.1. 2. qia Deus freqentissimè, אלהי צבאות *Deus Sebaoth* dicitur; ut Sebaoth à priori vocabulo, qod Dei nomen est, regatur. Histor. Reg. l.3. c.19. v.10.14. nec obstat, qod aliqoties אלהים צבאות legitur; ut Hymn. 80. v.4.19. integrum enim pro contracto nonnunqam usurpatur.. sic אלהים אמה Jer. c.10. v.10. *Jova Deus veritatis est*. i. *Deus verus*. nec aliter capiendum יהוה צבאות qo modo & interpretes omnes ferè tam Græci, qam Latini, cepere, qi vertunt κύριος δυνάμεων, & *Dominus exercituum*. Nec est opus, ut cum Piscatore אלהי istic supplendum censeamus. unde etiam comprobari potest, tam vocem Jova, qam & *Elohim*, non tanqam proprium tantùm, sed tanqam appellativum qoqe usurpari. qo modo *Adam* & proprium est protoplasti nomen, & hominis etiam, sive generis humani, commune. atqe ita Devteronom. c.6. v.4. (de qo loco amplius infra videbitur) secundo loco sumi videtur, ubi dicitur; *Jova Deus noster, est unus Jova*. 1. *solus verus Deus*. Optimè Epiphanius *hæres.* 26. §.10. de Gnosticis agens; Τὸ ὄνομα τὸ Σαβαὼθ ἄρχοντά τινα εἶναι νομίζουσι. οὐκ εἰδότες, ὅτι ὅπου λέγει, Τάδε λέγει Κύριος Σαβαὼθ, οὐκ ὀνομά τινος εἶπεν, ἀλλ' ὄνομα δοξολογίας τῆς θεότητος. [Κύριος] Σαβαὼθ γὰρ ἑρμηνεύεται ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, Κύριος τῶν δυνάμεων ὅπου γὰρ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ τὸ Σαβαὼθ ὄνομα ἐστι γεγραμμένον δύναμιν ὑποφαίνει. ὅθεν ὁ Ἀκύλας πανταχοῦ τὸ Ἀδωναὶ Σαβαὼθ ἑρμηνεύει. λέγων, Κύριος στρατιῶν. *Sabaoth qendam principum esse existimant nomine insignitum, nescii utiqe ubi dicitur, Hæc dicit* Dominus Sabaoth, *non nomen cujusqam dici, sed qod ad numinis divini celebrationem pertineat. Dominus enim* Sabaoth *est ex lingva Hebraica usu*, Dominus potestatum. *ubicunqe enim in Veteri Instrumento* Sabaoth *scriptum reperitur, potestatem denotat. proinde Aqila ubiqe* Adonai Sabaoth, *reddit* Dominus exercituum.

Sed & אחד qod *unum* sive *eundem* significat, unde Ethnicorum *Adad* sumptum fuerit, Dei nomen esse volunt. Elicit hoc Jo. Wemesius noster *in tab. 1. leg. 2. exerc.* 5. ex Jobi c.31. v.15. Ubi Job de famulo suo verba faciens; *An non in alvo qi me fecit, fecit & illum? an non concinnavit nos in utero* אחד *unus?* id est *Deus*, verissimè. sic enim Jeremiæ ipse c. 1. v. 5. *Priusqam in utero formaveram te.* scilicet qod Augustinus *de verb. Apost. serm.* 11. *qi prius creavit hominem sine homine, idem modo procreat hominem ex homine.* Idemqe *ad Julian. l.3. c.17.* *Qi primum hominem fecit ex pulvere, omnes etiamnunc fabricatur ex semine.* Verum *unus* in Jobi dicto nihil est aliud qam *idem*. idem est planè cum eo qod Malachias c.2. v.10. *An non unus, i. idem, pater nobis omnibus est? An non Deus unus. i. idem, creavit nos?* idem cum eo qod Lucretius l.2.

Deniqe coelesti sumus omnes semine oriundi.
Omnibus ille idem pater est.

Ex enervant sane atqe elidunt vim argumentationis, cum Jobi, tum & Malachiæ, à communi utriusqe conditore atqe avtore, sive (ut cum Scholâ loqamur) ab efficientis ac effabricantis causæ principalis identitate petitæ, cum non *Deum eundem*, sed *Deum Echadum*, qod est ipsorum futile commentum, verti postulant. Religiosiùs certè hic scripturam tractant Doctores Hebræi, qi אחד exponunt, פועל אחד *opifex unus*, ut R. Jairus. vel יעל אחד *figulus unus*, ut R. *Levi*. nam qod Græci vertunt, ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ *in matrice unâ*, ut אחד ad רחם referatur, etsi Mercerus admittat, & de unâ ratione omnea in eodem uteri, sive matricis, loco formandi exponat; mihi certè nullo modo probari potest.

Sed alius locus adducitur, unde certiùs istud evincatur. Is est è Zachariæ c.14. v.9. *Die illo erit Jova unus, & nomen ejus* אחד *unum*. ubi disertè dicitur Dei nomen futurum אחד *Echad*. at vero istic nihil minùs dicitur. hoc tantum prædicitur, fore ut Jova solus, solus verus Deus, pro Deo solus habendus sit, nomenqe ipsius solum in veneratione futurum, non & idolorum, prout ante obtinuerat. firmant antegressa: *erit Jova rex super terram universam*. i. solus regnum & dominium obtinebit. Atqe ita strictim Solomon Jajrus. Sed disertissimè David Camius: *erit Deus unus, qia agnoscent, qod Jova unus est Deus, nec est alius Deus præter ipsum: atqe ita etiam nomen ejus futurum est unum, qia non facient mentionem alterius alicujus Dei in seculo, sed nominis illius tantummodò mentionem facient; juxta id qod supra scriptum est,* Cap. 13. v. 2. *Excindam nomina idolorum è terrâ, & non commemorabuntur amplius.* Nec secus Abraham Ezræ filius, *Deum unum futurum, qia unus is per totum orbem rex futurus est:* qanqam de *nomine* *meo*,

uno, prout & Moses Maimonides ad ineptum de tetragrammato commentum declinat; qo solo, cum omnibus tunc innotuerit, in diebus illis Deus sit nuncupandus. *Unus* pro *solo*; sicut & Devt. c.6. v.4. *Jova Deus noster Jova unus.* i. *solus est.* ac proinde, qod moa seqitur, *toto corde, animo, valore diligendus*, non tam qia simplex & *unicus*, nec plures; sed qia *solus*, nec alius præter ipsum, qi partem aliqam dilectionis huic, qi solus verus Deus est, subtractam sibi vindicet. Ineptiunt enim prorsus, qi Triadem hoc loci insinuari somniant; in qibus est qi Alexandri Pont. Ro. nomine epistolam prodidit commentitiam. *Si Trinitas*, inqit, *non est, qare in Devteronomio dicitur, Dominus Deus vester, hic est Deus?* nec melioris notæ, qod subjungitur statim; *Si Trinitas non est, qare in eodem dicitur libro, Dominus Deus unus, Deus magnus & potens est?* qo eodem fine & Avgustinus usurpavit de verb. Ap. serm. 1. qasi hypostaseon trinitas in Deitatis unitate eis verbis designaretur. qæ reverâ meræ sunt argutiolæ. Nihil siqidem est aliud qam qod supra dixerat Cap. 4. v. 39. *Jovam Deum esse, & qn coelis supernè, & in terris infra; nec ullum esse* (*Deum* scilicet) *præter ipsum.* qodqe toties inculcatur Esaiæ c. 45. v.5.6.14.18.21. *Ego sum Jova: & præter me nullus est.* Qin & ita Abraham Ezræ filius; יהוה Deus tuus est אחד יהוה *unus, & sensus est* לבדו *solus.* prout Nehem. c.9. v.6. אתה הוא יהוה לבדך *Tu es solus Jova.* pro eo qod est Hymno 86. v.10. אתה אלהים לבדך *tu es Deus solus.* Et remittit nos ad illud Zachariæ superius allatum, tunc complementum habiturum, ubi *Deus verus qi rex solus futurus sit, gentibus omnibus labium purum dederit*, ea Zephan. c. 3. v.9. *ut lingvâ unâ eademqe loqantur universa, & ipsius solius nomen invocent. Et qia*, inqit idem, *non est alius Deus nisi ipse solus, ideo debitor es ut diligas eum toto corde*, &c. Qin & eodem plane Solomon Jajrus concedit. *Ipse*, inqit *nunc est nobis Deus, & non gentibus: sed etiam omni mundo futurus est, ubi Zacharia & Zephania illud complebitur.* Clarum itaqe satis est ex eis qæ allata sunt, non *unius* vocabulo nomen aliqod speciale denotari, qo *Deus* scilicet nuncupetur, sed loco qi adducitur, altero *ejusdem*, altero *solius* significationem obtinere. Illud tantum adjicio, ne phrasis insolens videatur, *unum* pro *solo* etiam apud avtores profanos freqenter admodum usurpatum deprehendi. Flaccus lib.2. od.2.

> *virtus*, inqit, *populum falsis*
> *Dedocet uti*
> *Vocibus: regnum & diadema tutum*
> *Deferens uni*, (h.e. huic soli) *propriamqe laurum*
> *Qisqis ingentes oculo irretorto*
> *Spectat acervos.*

Et ibidem,

> *Latius regnes, avidum domando*
> *Spiritum, qam si Libyam remotis*
> *Gadibus jungas, & uterqe Pœnus*
> *Serviat uni* i. e. *soli.*

Idem epist. 9. l. 1.

> *Septimius Claudi, nimirum intelligit unus* (i. *solus*)
> *Qanti me facias.*

Et ibid. *mihi commodus uni.* i. *soli.*

Plavtus Mostell. 1. 3.

> — *Erras, qa illum expectes unum.* i. *solum.*

Ibidem,

> *Qid oleas nescio, nisi id unum, ut male olere intelligas.*

Et act. 3. sc. 3.

> *Sat sapio, si abs te modò uno caveo.*

Cicero deniqe Verrin. 2. *Ille erat unus timendus ex his omnibus.* i. e. *solus.*

Qod avtem exercitator doctissimus ex Talmudistarum lacunis putidis אחד in vaticinio illo per magnum ד scribi, qæ litera nota sit numeri qaternarii, qo significatur, Deum in orbis terrarum plagis qatuor solum colendum; geminum est illi planè nugamentum; qo hominem creaturæ totius epitomen qandam, mundumqe minorem existere, indicari volunt ex protoplasti nomine, qod itidem literis qatuor constet, qibus mundi plagæ totidem designentur, Α ἀνατολὴ *oriens*, Δ δυσμὴ *occidens*, Α ἄρκτος *septemtriones*,

A Μ μεσημβρία *meridies.* Videatur Avgustinus in Psalm. 95. Et in Joan. tract. 9. & Psevdo-Cyprianus (qem vel hunc Cyprianum non esse cum Erasmo pro comperto habeas) *de montibus Sion, & Sinai, adv. Judæos.* Ut mirum sit virum gravem ineptiis hisce Rabbinicis qicqam delatum voluisse.

Postqam avtem in hoc pelagus nos immersimus imprudentes, altiùs paulo provehamur; nec succensebunt nobis, credo, qi veritatis divinæ simplicitatem affectu pio prosequuntur, & religiosè venerantur. Proinde τῷ אחד
B subjungemus τὸ פחד & hoc nomen Dei esse Caninio dictus contendit in opere prænotato. Id confirmat partim ex Jacobi dicto gemino Genes. c. 31. v. 42. *Nisi Deus patris mei, Deus Abraha, &* פחד *Isaaki mecum fuisset.* Et rursus v.53. *& juravit Jacob per* פחד *patris sui Isaaki.* partim ex Petronii illo. *Primus in orbe Deos fecit timor.* unde & ἀπὸ τῆς δέους *Deos* dictos Grammatici voluerint. Verum infirma nimis hæc. ut enim illa omittam, qæ minus huc faciunt, non seqi *Timorem* esse *nomen Dei*, etiamsi detur, timorem primum mentibus humanis divinitatis opinionem vel reli-
C gionem incussisse; qod tamen secus esse novimus; & opinionem formidini, prout intellectum affectui, præisse, rationi magis est consentaneum. Sed & de notatione posse non immeritò ambigi; cum *Dei* vocabulum potiùs, vel a Δεὺς, qod pro Ζεὺς Æolicum est, qod Francisco Junio; vel a θεὸς, sicut a πέρθω *perdo*, ab ἔνθεν *inde*; qod Angelo Caninio placet, deductum videatur. Non evincunt Mosis testimonia illa פחד esse *Dei nomen*, etiamsi nomine *pavoris*, vel *timoris* potius (neqe enim illis assentior, qi ad pavorem alludi volunt, qo Isaac expavit, vel cum ma-
D ctandus erat, vel cum Jacobo Esavi loco benedixerat cap. 27. v. 35. licet hoc Rab. Solomon & Junius velint) non inficias iverim, *Deum* illum designari, qem *Isaak* pater Jacobi *timeret*, i. *coleret*, & veneraretur. non magis qam מורא aut מעריץ ejusdem esse nomina, propterea qod Esaiæ c.8. v.13. de eodem dicitur, *esto ille timor, & tremor vester.* avt etiam *spem* & *salutem* esse Dei nomina, qia idem suorum *spes salusqe* dicitur Jerem. c.14. v.8. & Esaiæ c. 12. v. 2. i. is in qem spem suam collocant, & à qo salutem & expectant & adipiscuntur. qod idem & de φῶς *Lux*, &
E Ἀγάπη *Dilectio*, etiam potiori ratione dictum fuerit; qia ista absolutè de Deo prædicantur. *Deus est Lux*; et, *Deus est Dilectio* Joan. Ep.1. c.1. v.5. & c.4. v.8.16.

Sed pergamus porrò. Aliud Dei nomen exculpunt nobis nugivenduli qidam Judæi ex historiæ Regum l. 4. c. 2. v. 14. *& assumpsit Elia chlamydem, qa ab eo deciderat, & percussit aqas dicens, ubi est, (vel ubi es) Jova Deus Elia?* אף הוא *Etiam ipse, & percussit aqam & divisæ sunt huc & illuc.* Qæritur hic, cuinam parti commatis hujus, אף הוא illud annectendum sit; vel potius, sitne Elisæi, an histo-
F rici Elisæi factum referentis. Verba cum seqentibus committunt, & historici verba faciunt, è doctoribus Judæis, qi locum hunc commentariis illustrarunt, R. Solomon Jajrus, R. David Camius, & R. Levi Gersomi filius; & interpretantur, *etiam illi sic factum chlamydem, qomodo Elia priùs fuerat*; sive ipsum qoqe eodem cum successu aqas Jordanis percussisse. Qos seqvuntur e nostris Vatablus, Castellio, Junius, & Piscator: nisi qod Vatablus seorsum legit: q. d. *etiam ipsi factum est miraculum*; qod & Camius αὐτολεξεὶ, *ad verbum*: cum isti provocabulum cum verbo
G percutiendi conjungant, vertantqe, *etiam iste cum percussisset aqas*, &c. Alii, qos moa recensebimus, præcedentibus annectunt. atqe ita faciendum contendit D. Weemesius in tabul. 1. leg. 3. Exercit. 7. Ratio, qam subjungit ibidem, hæc est: *Distingvuntur*, inqit, *à præcedentibus ista per pavsam, qam Pesik vocant.* Resp. 1. Ut de nomine ne contendam; qum tradant tamen Grammaticorum filii lineolam illam, ubi inter duo *Munachin* intercedit, qod hoc loco fit, non *Pesik* sed *Legarme* dici. *Pesik* sive etiam *Legarme* illud levissimam plerumqe vocis suspensionem indicat. tantum abest ab eo, ut sententiæ, in qâ reperitur, partes à se invicem divellat. Exempla vis? occurrunt passim. Genes. c. 3. v. 15. ואיבה אשית *Et ponam inimicitiam, inter te & mulierem.* habes *Pesik* propriè dictam post

Munach ante *Rebia*, inter nomen casus qarti & verbum à qo regitur. Ibid. c. 1. v. 30. ולכל רמש *Et omni repenti super terram.* habes *Legarme*, inter duo *Munachim*, prout istic, inter adjectivum & substantivum, cui cohæret, interjectum. qam futilis ergo ratio ista? qam infirmo nixa fundamento?

2. Accentus istic, qi τῷ *Aph—hu* suffigitur, *Munach* scilicet non est è regiis, qi vocem sistunt; sed e ministrantibus, qi protelare solent. Prior avtem versiculi, sive commatii, pars habet *Athna* affixum vocabulo proximè præcedenti, qam perfectioris distinctionis notam esse, integrum versiculi membrum claudere, & *colo nostro respondere*, fatetur ipse, ad Leg. 10. exercit. 2. ut ex ipsius concessis *Aph-hu* istud, pavsarum rationem si habverimus, sit à præcedentibus sejungendum. Qod si qis dictionis seriem objecerit, verborumqe trajectionem duriusculam admitti obtenderit, si cum seqentibus ista commiserimus: norit is in sacrâ paginâ trajectiones istiusmodi havd infreqentes occurrere. Sic Genes. c. 22. v. 4. ביום השליש וישא *Die tertio & sustulit Abrahamus oculos.* Job c. 23. v. 12. מצות שפתיו ולא אמיש *Mandata labiorum illius & non declinavi.* Prov. c. 23. v. 24. וישמח בו יולד חכם *Sapientem gignens & lætabitur de illo.* Ibid. c. 24. v. 27. אחר ובנית ביתך *Postea & domum tibi extruito.* Esaiæ c. 37. v. 26. למימי קדם ויצרתיה *A diebus priscis & formavi eam.* Jer. c. 52. v. 6. בחדש הרביעי בתשעה לחדש ויחזק הרעב בעיר *Mense qarto, die mensis nono, & invaluit fames in urbe.* qæ cum aliis multis sunt huic gemina planè. ut nihil istinc præscribi qeat, qo minus historici verba censeantur ista, qibus post Vatis dictum intertextum, ad rei gestæ narrationem denuò redeatur.

Verum prioribus reverâ annectunt non pavci, & Elisæi verba volunt esse: sed qibus de sensu havd inter se perinde convenit. Pleriqe simpliciter, prout & priores illi, verba capiunt. Vetus Lat. *Ubi est Deus Elia etiam nunc?* Pagnin. & Tigurin. *etiam ipse?* Heinsius; *ille ipse?* Petrus Martyr, *ac etiam ipse? Elias* scilicet qi discedens spiritus duplam portionem promiserat. qomodo & Camius qosdam accepisse refert.

Alii verò mysticum nescio qid subesse somniant. voluntqe istud אף הוא *nomen esse Dei*, qem Elisæus adoraverit. ita R. Abrabaniel intellexisse fertur; qi יהוה pro *Aph—hu* in commentariis substituerit. atqe hanc sententiam multis propugnat vir doctissimus, cujus rationes breviter discutiemus.

1. *Unicum*, inqit, *esse vocabulum patet, qia accentu Euphonico, qi Maccaph dicitur, Aph & hu conjunguntur.*

Imò contra potius; & ideò contra potiùs. iste enim perpetuus ferè τῷ *maccaph* usus est, ut vocabula, qæ à se invicem distincta sunt, uno qasi tono, sive accentu, enunciandа simul indicet. qis enim sani cerebri, כי—טוב *qod bonum esset*: Genes. c. 1. v. 4. ויהי—ערב *& fuit vespera* ויהי—בקר *& fuit mane.* ibidem v. 5. ויהי—אור *surgeqe lux.* v. 3. (ut innumera passim occurrentia taceam) unum conficere vocabulum dixerit? ut mirari non possim satis, virum in literis Hebraicis tam sedulò versatum, tam à lingvæ usu aliena prorsus, uti sciolus qivis facilè animadverterit, chartis suis illinere voluisse.

2. *Septuaginta interpretes nunqam vertunt.*

Qid hoc *nunqam* istic velit, non possum ariolari. qasi verò sæpiùs occurrat *Aph—hu* istud. id enim Lector imprudens forsan hinc existimaverit. Atqi etiamsi hoc loco illi Ἀφφὼ reddiderint; nec alibi tamen uspiam occurrit *Aph—hu* istud, qod Deo scilicet tribuatur; nec apud interpretes illos ἀφφὼ illud, præterqam istic deprehenditur.

3. *Aqila & Symmachus κρύφιον vertunt, qod nomen Dei occultum significat.*

Esto, sed horum avtoritas parum valet; apud eos saltem, qi qales ii fuerint, novere; ad nomen numinis Divini novum conflandum ex vocabulis, qæ sensum usumqe communem alium passim obvium obtineat.

4. הוא *proprio Dei nomini sæpè conjungitur.* Thren. c. 1. v. 18. צדיק הוא יהוה *Jova ipse sanctus est*, הוא פלא Dan. c. 8. *etiam Messiæ.* Zech. c. 9. v. 9.

De הוא amplius deinceps videbitur. interim μνημονικὸν σφάλμα est illud ex Dan. c. 8. est enim Judic. c. 13. v. 15. Cæterum ratio est ineptissima. הוא. i. *ipse, nunc de Deo, nunc de Messia enunciatur: ergo* הוא & אף—הוא *est nomen Dei*, pari modo ratiocinari licuerit. הוא *de Achazo rege enunciatur*, idqe non sine emphasi qadam Annal. l. 2. c. 28. v. 22. הוא המלך אחז *ipse rex Achaz.* vet. Lat. idem. Junius *talis.* Piscator *Is de rege Achazo dico*, Castell. *ergò Hu est nomen regis Achazi.* vel sic etiam, אנכי & אני i. *ego, de Deo enunciatur; Deoqe nomini passim conjungitur.* Exo. c. 19. v. 12. & Levit. c. 19. eodem in capite duodecies. ergò *Anoci*, *vel Ani, sive Ego, est nomen proprium Dei.*

5. *Chaldæus non transfert, sed hoc modo ἀποφθέγξη, Suscipe petitionem meam, Domine Deus Elijahu Aph-hu.*

Illud ubi ἀποφθέγξη, *Aph-hu* qod transferret, nihil erat; non magis qam nomen Elisæi: qia in utraqe lingva idem utrumqe valebat. nec aliud Camius, qi paraphrasten hic lavdat, inde collegit.

6. *Judæuli precationes suas ita ordiuntur, Aph-hu, qi ante orbem conditum fuisti; Aph-hu qi orbem condidisti.*

Præclarum scilicet argumentum, à superstitiosulis homunculis mutuatum; qibus qidlibet pro libitu confingere & procudere parum est pensi; qorumqe preculæ tot ineptiis & inaniis, farfari qidem folio levioribus, aranearum avtem telâ vanioribus vilioribusqe sunt refertissimæ. qoties enim, ut reliqa impræsentiarum mittamus, occurrit in preculis illis אנא הוא qasi נא & אנא i. *Nunc vel, Qaso, vai, ne*, sint peculiaria Dei nomina; uti inter reliqa nugamenta Talmudica Revchlinus; (qibus ille nimium qantum est effascinatus) qia Hymno 118. v. 26. dicitur, *Ana, domine, salvifica Na. Ana domine, fortunifica Na.* uti ille vertit, barbarè satis.

Verum de *Aph-hu* isto, unde Ἀπφὼ & Ἄμφω procuderunt; uti apud Svidam & Procopium videre est, qi plura volet, adeat licet V. C. Danielem Heinsium *in Prolegomenis ad Nonni Censuram*; ex qo Exercitator ipse nonnulla sumpsisse videtur; sed in alienam ab avtoris mente, sensuqe, qi delirio illi nullus favet, sententiam contendit. Non itaqe *nomen Dei in vanum assumunt*, (uti exercitationum avtor fidenter, ne censoriè nimis pronunciat,) *qi istud*, utpote qod pro Dei nomine jure non habeant, *nevtiqam advertunt*; sed ii potius Dei verbum sacratissimum in vanum accipiunt, qi commenta istiusmodi ex eodem eliciunt.

De loco illo in Elisæi historiâ, qæstio altera moveri poterat; semel an bis amnis à Prophetâ percussus sit. Neqe enim desunt, qi existiment, vatem, cum irrito successu primò percussisset, ad preces cum expostulatione conceptas confugisse; à qibus, cum denuò idem tentasset, pro voto exitum habuisse. atqe in hâc sententiâ est R. David, qam & seqjuntur Græci interpretes, vetus Lat. & Vatablus. alii semel tantùm percussum volunt amnem; ut sit actus singularis iterata narratio. atqe ab hac parte est R. Levi; qem seqjuntur Junius, Piscator, nostrùmqe pleriqe. suo qisqe per me eâ de re fruatur judicio: qanqam ipse huc devergam magis.

Verum hoc misso. qemadmodum istud compositum אף—הוא ita הוא (qod est *ille*, vel *ipse*) simplex, volunt esse *nomen Dei*. De hoc mira multa multis sermocinatur Jo. Revchlinus, sive Capnionem mavis, *de verbo mirifico* l. 2. *Sanctissimum ac imprimis venerandum hoc nomen* הוא *ante* יהוה *à nonnullis collocatum fuisse: prophetarum nobilissimo à Deo ipso manifestatum*, Esajæ c. 42. v. 8. *Ego Jehovah* הוא *est nomen meum.* Cap. 43. v. 25. *Ego sum, Ego sum* הוא *delens iniqitates tuas.* ibid. v. 10. *Ego sum* הוא *& ante me non est formatus Deus, &c.* Hymn. 102. v. 27. *Tu es* הוא *& anni tui non deficient. hoc esse qod Platoni τοῦτο, qod Latinis idem ipsum, Jovi à Virgilio tributam, Æn. l. 10.*

—— *Rex Jupiter omnibus idem.*

tum de hujus nominis virtute ac potestate disserere pergit, qæ legenti meritò possint vel navseam parere, vel stomachum movere. Nam loca adducta qod attinet; qis nisi blennus bardusqe planè fuerit, non primo statim intuitu animadverterit, pro vocabulum istud pro *ipso* sive *eodem*, prout passim in argumento qovis, ἀδιαφόρως, *indifferenter* usurpari?

pari? Evincit plane hoc ipsum locus primo lavdatus. *Ego Jova: hoc* (*Jova*, nempe) *est nomen meum.* Sed & proximus: *Ego, ego* (inqam) *sum, ipse, qi deleo iniqitates tuas.* Hymni verbis pro *eodem* sumi, antithesis docet. *illa mutantur*; (qæ avtem mutantur, desinunt esse qod fuerant, & incipiunt esse qod non erant.) σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, uti post Græcos interpretes Apostolus, Heb. c. 1. v. 12. *tu avtem idem es*; & æternus scilicet & immutabilis. Qin nec Maroni *Idem* nomen est *Jova*; qod ridiculè hic asseritur; sed *idem*, i. æqualis omnibus, paritèr erga utramqe partem affectus, ἀπροσωπολήπτης, *qi personarum discrimen non servat*, ea voculà prædicatur. *Hu* ergò cum *Aph-hu* eodem abeat. non *Dei nomen* alterutrum magis, qam, *Ille, Iste, Ego, Idem*, Virgilii; qia de se iste,

Ille ego qi qondam, &c.

avt Æneæ, qia de eodem idem,

Multum ille & terra jactatus & alto.

Qanqam & locis illis plerisqe *provocabulum* הוא etiam pro *verbo substantivo* usurpatum dici possit. (qemadmodum & Hymno 44. v. 4. אתה הוא מלכי אלהים ubi non male vertunt, *Tu es rex meus, o Deus*) qod in literis sacris locis innumeris factum deprehendere licet. Eccles. c. 1. v. 5. שם זורח הוא *ibi est oriens*, i.e. *ibi oritur*. Et v. 10. חדש הוה זה *hoc novum est.* Et c. 5. v. 9. ויתרון ארץ בכל הוא *emolumentum terra in omnibus est.* Ester. c. 7. v. 5. מי הוא זה ואי זה הוא *Qis est iste? aut ubi est iste?* & alibi passim.

Sed nec שם nomen proprium Dei, etiamsi de Dei nomine, cum nomen in genere significet, κατ' ἐξοχὴν usurpetur. Levit. c. 24. v. 11. nec est necesse ut שם ibi pro nomine Dei tetragrammato, prout Jajrus vult, potius qam pro aliqo alio sumatur. etiamsi illud postea vers. 16. exprimatur. Sed de loco isto alibi disseruimus. Et שכינה multo minùs, cujus in sacris literis, tanqam nominis divini, nec vola compareat, nec vestigium. nam qod ex Exod. c. 29. v. 45. producitur ושכנתי *Et habitabo inter eos.* non magis שכינה qod *habitationem* vel *habitaculum* significare ex deductionis formâ debuit, qam הליכה *ambulatio* sive *ambulacrum*; qia Deus idem dixit Levit. c. 26. v. 12. והתהלכתי *Et deambulabo inter vos*; nomen esse Dei evincit. imò hoc qam illud potius; si quid roboris rationibus istiusmodi inesset, qia Dei הליכות *ambulationes*, sive *incessus*, legimus, Hymn. 68. v. 25. Qod si ex loco illo, qo Deus, apud populum suum habitare dicitur, Dei nomen procudere ex usu foret שכן potius qam שכינה nominis id esset; qum is qi habitat, *habitator* potiùs qam *habitaculum* diceretur. Cæterum pari licentiâ, imò ratione etiam potiore, ex Hymno 90. v. 1. מעון qod idem sonat; ex Hymn. 32. v. 7. סתר *latibulum*; ex Hymn. 9. v. 9. משגב *arx*, ex Hymn. 46. v. 2. מחסה *receptus*; ex Hymn. 18. v. 2. מצודה *propugnaculum*; ex Hymn. eod. v. 31. צור *rupes*; ex Hymn. 31. v. 3. סלע *petra*; ex Hymn. 30. v. 20. מגן clypeus; ut reliqa omittam, pro Dei nominibus haberi possent: atqe ita in infinitum multiplicarentur Dei nomina.

Qin nec illud, פלאי Judic. c. 13. v. 15. (unde הוא & הוא—אף־הוא Dei nomina asserebantur, propterea qod הוא τῷ פלאי qod sit *Dei nomen*, *præfixum* reperiatur) *Dei nomen* est; cum *occultum* tantùm sive *abditum* eo loci significet. Et si foret etiam, nihil minùs inde evinceretur, qam הוא itidem esse Dei nomen. qale enim hoc esset, de nomine percontanti respondere, *nomen meum Hu est*, *nomen meum Pele?* verum angeli nomen sciscitanti Manoæ, regerit ipse, Manoæ curiositatem compescendo; *qorsum inqiris in nomen meum, quum occultum ipsum sit?* Accedit R. Solomon qi מכוסה i. *absconditum* interpretatur, item R. David, qi & qod Chaldæus habet מפרש interpretatur *separatum à notitiâ tuâ* scilicet *qod tuum non est nosse.* Sed & Tigur. *reconditum* & Vatab. *occultum.* Castell. *arcanum.* at Græcus, θαυμάσιον. Lat. vet. *mirabile.* sed illud potius, opinor. neqe enim Junio possim assentiri vertenti, *& mirificus fuit.* Licet versu proximo angelus מפליא *mirificè fecisse*, sive *mirum in modum egisse*, dicatur. & Capnioni multo minùs: qi *nomen mirificum* vertit; &, delirans ipse portentosissimè, *portentificum* exponit. Potiore certè ratione קנא *Kane*, qod *Zelotypum* denotat, in Dei nominibus sedem sortemqe asseveret, sibi ac tueretur, qia Deus ipse Mosi, Exod. c. 34. v. 14. יהוה קנא שמו אל קנא הוא *Jova cujus nomen est Zelotypus: Deus est Zelotypus*: ut ab affectu sive attributo illo, nominis, qod sibi ipse indiderit, rationem verbis eis reddiderit; qam *Pele*, sive *Admirabilis*, vel *Absconditus*, qia Angelus, sive *admirabile*, sive *absconditum* esse *nomen suum* dixerit. Nolo interim hic disqisitionem exqisitiorem instituere, angelusne iste qi dicitur, fuerit *angelus fœderis* Mal. c. 3. v. 1. de qo Deus Mosi Exod. c. 23. v. 21. *nomen meum est in eo*: qod non constat.) an *Spiritus* qispiam; uti R. Solomon censet, qi *angelos nomina vel ipsis etiam nota ulla* negat habere, sed *cognomina* pro negotii ratione, cui obeundo destinantur; qo modo angelus שרפים dictus est a שרף qod est *urere*, qia ad vatis labia prunâ admotâ expurgandum missus est; unde & istum vult Petr. Martyr, פלאי qod etiam *mirabilem* significat, dictum; qia ideò venerat, ut *miraculum* ederet: an denique *vates* aliqis; qod R. Levi opinatur; qi & Pinchasum (i. *Phineem*, si Scaligerum seqimur) esse suspicatur. certè nisi Deus ipse fuerit, (qod non liqet, nec verò verisimile est, cum sacrificium sibi immolari prohibeat,) qo modo *nomen Dei* diceretur *Pele*, cujus istic nulla mentio?

Cæterum monitu gravi serioqe concludit dissertationem suam de nomine *Aph-hu* Exercitator eruditissimus; qo *Dei nomina, qæ nobis revelata sunt, inqirenda studiosè* monet; verum *qæ abscondita sunt penitùs*, qale sit *Hu Peloni-Almoni*, & contractum *Palmoni* Dan. c. 8. *neutiqam esse investiganda.*

1. Qæro, ubi legatur istud, *Hu-Peloni-Almoni.* nusqam sanè. *Hu-Pele* supra habuimus; tanqam ex Daniele; sed qod alibi reperiatur. at istud sacra pagina nullibi exhibet. Cæterum & hoc inter ἁμαρτήματα μνημονικὰ censeatur, qæ apud avtorem illum crebra sunt. qanqam ea tanqam Spiritus sancti verba, qæ omninò nulla sunt, lavdare, incogitantiæ supinæ nimis fuerit.

2. *Peloni-Almoni* pro Dei nomine ubi qæso reperitur? ter tantum legitur, de homine semel usurpatum, Ruth c. 4. v. 1. de loco bis; Hist. Reg. l. 1. c. 21. v. 3. & l. 4. c. 6. v. 8. & nihil est aliud qam qod Græci dicunt ὁ δεῖνα, *hic vel ille homo, hic vel ille locus*; & usurpant, ubi vel nomen hominis locive non succurrit, vel etiam nominatim designare nihil sit opus. qam avtem absurdum, nec à ratione tantum, sed & à religione alienum, è formulâ dictionis istiusmodi, qam usurpare consveverint homines, ubi nihil qicqam pensi habent, illud qod volunt, nominent necne, nomen fictitium comminisci, qod majestati divinæ attributum eas?

3. *Palmoni*, (qod Dan. c. 8. v. 13. reperitur) si ex *Peloni Almoni* contractum fuerit (qod est vero simillimum, & Exercitatori etiam ipsi probatur) qa ratione *Dei nomen* censebitur, nisi illud item, ex qo contractum est, fuerit? at hoc nihil esse minus, liqidò satis est demonstratum. Esse avtem inde *contractum* monent R. Abraham Esræ filius; & Saadias Illustris, qi & ideò angelum allocutum se, à Daniele *Palmoni* vocatum volunt, qia *nomen illius nesciebat.* Symmachus reddidit, τινὶ τινι. qem & Hieronymus secutum sese profitetur. Pagnin. & Castell. *cuidam.* Tigur. *cuidam eximio.* Lat. vetus & Vatabl. *alteri nescio cui.* Piscator *anonymo*, sive *innominato*, *cuidam.* Concedunt eodem R. David in radicibus, & Jo. Mercerus. Et verisimilius videtur ac simplicius istud, qam qæ Jo. Calvinus, Fr. Junius, & Constantinus Imperatorius, viri licet summi, contra magis receptam; cum Judæorum, tum & nostrorum, sententiam, de voce istâ argutantur, qo ad Christum trahant; qi פלא i. *admirabilis* dictus sit, Esaiæ c. 9. v. 6. qo loco (id ut obitèr advertam) miror, qâ ratione adducti interpretes, duo illa vocabula פלא & יועץ à se invicem dispescuerint, secus qam in reliqis factum est, Christo ibidem attributis appellationibus; ut *mirabilis* pro uno attributo, *consiliarius* pro altero habeatur. Meliore consilio mihi videntur Septuaginta, qi feruntur, interpretes conjunxisse θαυμαστὸς βουλευτής. (neqe enim verum est qod Petrus Cluniacens. l. 2. Epist. 2. *nomina ista tam sublimia*, *ne Regi scandalum objicerent*, *reticuisse.*) & Castellio pari-

ter,

ter, *admirabilis consiliarius.* nam qod Hieronymus vult אל & גבור qoqe sejungi, ut jam non qatuor, avt qinqe etiam duntaxat, sed sex constituantur appellationes, vix qenqam opinor astipulatorem habiturum. Cæterum nihil horum Exercitatorem juvat, qi *Palmoni* concedit esse ex *Peloni* & *Almoni* coalitum; qod viri summi illi negant, qi Christo attribuunt; secus facturi, si de vocabulo isto cum Exercitatore nostro gemina sentirent.

4. Si nomen istud *prorsus absconditum* sit, qo modo tandem in hominum nootiam devenit? avt qâ ratione *absconditum prorsus* esse perhibetur, qod in sacris codicibus scriptum palam reperitur? aut ubi tandem in hoc nomen inqirere aloùs prohibemur? aut cur in oomen *Aph-bu* potius, qam in istud inqirere teneamur? tum velim scire, qænam illa siot *abscondita prorsus Dei nomina*: & unde esse ejusmodi aliqa nostro isti innotuerit. Qale enim est nomen, cujus oullus est usus? avt qis usus nominis absconditi prorsus? De Musicâ notum est adagium, qod Lucianus habet in *Harmonide*; οὐδὲν ὄφελος ἀπορρήτου καὶ ἀφανοῦς τῆς Μουσικῆς. hoc est, ut Gellius l. 13. c. 29. *Musicam, qa sit abscondita, eam esse nulli rei.* de nomine idem multo justiùs dixeris. qorsum enim nomen, qod mortalium nulli innotescat? avt si cui innotuerit, prorsus absconditum certè ampliùs non erit. nisi forsao Dei nomina nescio qæ somniare velimus, qæ mortalibus ignota prorsus, angelis ac spiritibus beatis in usu sint. qo modo Poetarum princeps, versibus illis, *Iliad. υ. n. 74.*

Ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

Qem Xanthum vocant dii, homines autem Scamandrum.

& *Iliad. ξ. n. 291.*

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Chalcidem nominant dii, homines autem cymindin.

alia apud superos rerum nomina, alia apud mortales in terris positos obtinere. Nec sanè minus frivolum, qod Capnio *de verb. mirif.* l. 2. *hoc tempore plura esse Dei nomina, in futuro seculo non nisi unum fore*; atqe hoc voluisse Zacariam, ubi dixit, *Et nomen ejus unum erit.* Utinam discerent tandem mortales Apostoli monitum illud religiosius observare, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, *supra modum non sapere ultra qam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Rom. c. 12. v. 3. Interim, de lingvæ vel exilitate vel ubertate, ex istis haud est facile certi qippiam statuere.

CAPUT IV.

Nullam lingvam res qasqe Græcâ aptius exprimere, non posse probari. sed nec idem dici posse de Hebræâ. Jo. Buxtorfii junioris elogium. A nominibus qa Adam creaturis dedit, id minus solide censeri. Adæ nec perspicacia, nec comprehensio immensa. Nominum Hebraicorum notationes multa ignota. è notis nonnulla exteris nihilo feliciores. אריה λέων. לילית *noctua.* שפן *cuniculus.* ארבה ἀκρίς. *Jul. Scaligeri elogium. Nulla non lingva in notationibus, & locutionibus nonnullis felicior aliis. Latina multa Græci, qibus exprimant, non habent. Ineptus. Delicia. Inde tralationum difficultas.* Ἐγκομβώσασθε 1 *Pet.* 5. 5. ענק *Hymn.* 73. 6. שרתי רבתי *Thren.* 1. 14. σεργάτη. *Hesychius, & Arrianus, emendati.* τυργάτη. *Stuckii, & Dunæi conjectura rejecta. Rob. Spaldingi elogium.* πέργαμον. רקמה *Hymn.* 139. 15. רטפש *Job.* 33. 25. גלולים *idola. Stercutius. Picumnus. Pithumnus. Bel-Zebul. Bel-Zebub. Verborum apud Hebræos forma transeuntes & reciproca, Græcè ac Latinè difficilius expressa* הרעיב *Deut.* 8. 3. λιμαγχονεῖν. הרקיד *Hymn.* 29. 6. σκιρτῶσαι, σκιρτωμένοις. *v.* 8. יחיל ὠδινῆσαι, μαιεύεσθαι. *LXX & Vulg. notati.* הבליך βασιλεύειν, *transitivè usurpatum.* θριαμβεύειν *itidem & θριαμβεύειν.* 2 *Cor.* 2. 14. γνωσθῆναι, & ἐπιγνωσθῆναι 1 *Cor.* 8. 3. & 13. 12. *Gal.* 4. 8. *à Beza discessum. Reciprocorum apud Hebræos usus non unus. Forma mixta. Agentia Latinis in sensu reciproco. A Vossio recessum. H. Stephanus à Psochenio frustra accersitus; qum contra ipsum faciat.*

A lingvæ Græcæ svavitate ac ubertate, ad ejusdem significantiam, sive notiones, ac res qaslibet aptissimè exprimendi vim atqe virtutem, transitur *sect.* 19. *Nulla*, inqit, *lingva est, qæ res qascunqe aptiùs exprimat.* Atqi hâc in parte Psochenio ex diametro adversum plane iter intendunt, qi de lingvâ Hebraicâ scripserunt pleriqe, cum Theologi, tum literaturæ humanioris professores. Siqidem lingvam Hebraicam isti ideo contendunt in notionibus rebusqe qibusvis exprimendis fælicissimam habendam, qod ea primitus à Deo protoplastis sit data; qodqe eâ generis nostri avtor, qi creaturarum omnium naturam, cum dotibus innatis perspectissimam habuerat, tum animantibus singulis, tum & rebus aliis qibusqe, pro rerum ipsarum naturâ, oomina commodissima assignaverit. itaqe nusqam alibi notationes deprehendi, qæ rerum vocabulis subjectarum ingenium ac proprietates tam vivaciter depingant. Istis Psochenius (nec turba tantum numerosa, sed & egregiè erudita sunt) qî satisfacere possit, ipse vident. Mihi interim, (ut ne controversiæ illi de lingvæ primigeniæ origine me immisceam, qam à viro præstantissimo & professore celeberrimo Joh. Buxtorfio in dissertatione ea de re eruditissimâ, qæ nuperrimè prodiit accuratissimè pertractatam video) nec tam vasta, sic pene immensa, videtur extitisse primi parentis nostri, ab origine ipsâ, comprehensio, ut universas rei totius creatæ facultates ac dotes à primordio statim perviderit. multa enim experientia edoceri, multa ratiocinationis vi elicere atqe adjicere, opus habuit. nec notationes pleræqe vocum Hebraicarum ejusmodi sunt, qin ex aliis lingvis proferri possint, qæ aptitudinis ratione cum illis meritò committantur. nam & qod inde colligunt interminatam illam Adæ peritiam, qia nomina singulis qibusqe tam apta, tam naturæ cujusqe significantia imposuerit; havd qaqam necessaria mihi videtur conseqentia. neqe enim avt peritiâ, sive perspicaciâ tantâ est opus, ut nomen idoneum satis rei cuipiam qis indat; qum à facultate aliqâ, qæ statim se prodat, satis fælicitèr id fiat; avt in eis, qæ extant in codice sacro animantium, rerumve aliarum nominibus, tam clarum hujusce rei specimen elucet. qum qorundam notationes in abdito planè delitescant; (qis enim vocabulorum horum זאב. דוב. שה. שור. תור. סוס. סיס ליש qæ *leonem, hirundinem, equum, turturem, bovem, ovem ursum, lupum* designant, rationem vel probabilem, nedum certam dederit?) aliorum verò ejusmodi sint, qæ vel cum aliis lingvis communes existant, vel earum saltem nihilo superiores. v. gr. ארי & אריה *leonem* volunt à visu nomen mutuatum. idem Græci de suo jactant; παρὰ τὸ λάειν, τουτέστι βλέπειν, *videre*, λέοντα dictum. לילית non *lamia*, avt *spectrum*, aut *furia* nescio qæ Adamo in conjugio primitus juncta, (uti delirant Talmudistæ) sed *strix*, avis nocturna, ut Ezræ filius, à לילה, qod *noctem* colat. Latinis pariter *noctua*, & *vespertilio*, à *nocte* altera, à sero *vespere* alter nomen sortiti. שפן à ספן affini, qod sub terram se abscondat, non *mus montanus* (qod Junius vult) Alpium incola, regionibus Canaaniticis ignotus; sed *cuniculus*, qem & Latini pariter inde sic nuncuparunt, qod *cuniculus* clam sub terram agat, unde latibula sibi comparet. Agur paroim. c. 30. v. 25. ארבה *locusta*, à multitudine, qod turmatim incedat, catervatim volet. Idem ibid. v. 26. nec minus commodè ἀκρὶς eadem Græcis, παρὰ τὸ ἄκρας τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν φυτῶν νέμεσθαι. Etymolog. *qod summas segetes stirpesqe depascat.* Frustra ergò, qantum ego asseqi possum, de notationibus tanto cum fastu prædicatur, tam illustres, tam sensuum satas, tam rebus ipsis accommodas, tam deniqe peritiæ ac perspicaciæ eximiæ indices, in lingvâ sanctâ reperiri.

Sed nec de lingvâ Græcâ tam fidentèr pronunciatum oportuisse videtur, *nullam esse lingvam, qæ res qascunqe aptius exprimat.* habent lingvæ singulæ appellationes, dictiones, phrases, formulas, sibi peculiares; qæ vix ullâ aliâ fæliciter satis, pariqe vel elegantiâ vel emphasi, exprimi possint. De Latinis qibusdam monuerunt hoc viri magni. Vocabuli *Ineptus vim maximam* esse Cicero affirmat, de Orat. l. 2. *nec posse Græcâ voce ullâ vim hujus exprimi*, contendit

tendit multis Jul. Scaliger, summus ille scientiæ omnimodæ literaturæqe thesaurus. De Tito Imperatore dictum illud, *Moriuntur deliciæ generis humani*; Græcos, qi exprimerent, frustra qæsivisse, observat Cl. Casavbonus ad Svetonii Titum. Ita nec *inqviatum*, qod in partem seqiorem; nec *debeiatum* vocabulum, qod in meliorem sumitur, his avtoribus Græci fælicitèr expresserint. Cæterum hujus ejusdem farinæ farraginem satis amplam, qæ Græcè reddere volenti crucem figat, apud virum illum summum deprehendere est in dissertatione illâ ad Ferronum Atticum inscriptâ. Hinc illud Hieronymi ad Pammachium de optimo genere interpretandi, ex præfat. ad Evsebii Chronicon à se versum; *Difficile est, alienas lineas inseqentem, non alicubi excidere: & arduum, ut qæ in aliâ lingvâ benè dicta sunt, eundem decorem in translatione conservent. Significatum est aliqid unius verbi proprietate: non habeo, qo id efferam, & dum qæro implere sententiam, longo ambitu vix brevis viæ spatia consummo.* Idem comment. in ad Ephes. c. 1. *Multa verba sunt, qæ nec de Græco in Latinum transferri valent, nec de Hebraico in Græcum, & reciprocè nec de Latino in Græcum, nec de Græco in Hebræum.* Et ibid. in c. 4. *Omnis metaphora, si de aliâ in aliam lingvam transferatur ad verbum, qibusdam qasi sentibus orationis sensus & germina suffocantur.* Qin & A. Gellius Noct. Attic. l. 9. c. 9. tametsi *Virgilium* ajat *Theocriti qiddam reliqisse, qod Græcum qidem mirè qam svave sit, verti avtem neqe debuerit neqe potuerit*; subjungit tamen, *non abesse, qin, qod pro eo, qod omiserat, substituerit, jucundius lepidiusqe sit.*

Proinde iniqam nimis censuram exercuerit, qi ex uno & altero vel dicto, vel vocabulo, (imo plura si istiusmodi congesserit) avt Græcæ, avt alicui cuivis lingvæ, peculiari, qod lingvæ aliæ, citra vel elegantiam, vel emphasin deminutam vix exprimant; statuere velit, *nullâ aliâ aptius avt significantius designari res illas.* cum in qibusdam Latina Græcis, in qibusdam Hebræa utrisqe his, aliæ aliis invicem, in multis hoc nomine palmam præripiant. De voce ἐγκομβώσασθε Petro Ep. 1. c. 5. v. 5. usurpatâ alibi diximus. nec video cur *internè vestire* vertat istic avtor iste, cum nec vocula ipsa *internè* significatum habeat, non magis qam *induendi* verbum; nec, qem adducit, Grammaticus aliqid ejusmodi insinuet. At pro illâ possim ei Asaphi illud opponere Hymn. 73. v. 6. ענקתמו גאוה *Eos torqu instar* (qod ornamenti insignis loco habetur) *cingit superbia.* de qo reddendo Græcus desperasse videtur, possim & τοῦ δελεάζειν Hebræum רמה objicere, qod escam vel ejusmodi qicqam projiciendo fallere ac decipere significat. Sed Jeremiæ illud Threnor. c. 1. v. 14. ישתרגו si pensiculatiùs consideres, vix reperias, avt apud Latinos, avt Græcos etiam, qod vim & ἐνέργειαν vocabuli exprimat satis. habet enim in se inclusam imaginem non unam. tralationem nempe, vel à *ramis arborum densarum* sibi invicem *implexis.* hi enim שריגים Genes. c. 40. v. 10. qod post Esdræ filium Vatablo placuit. vel à *filis*, qæ ad *funem*, sive *rudentem* conficiendum *contorqventur.* unde חכמה סריגי *lectorum funiculi.* qod post Jajrum Piscatori visum. vel à *viminibus* etiam è qibus *sporta contexuntur*: qod Junius mavult. vel à *retibus* sive *laqeis*, qibus *pisces, feræ, volucres*, ita *implicitæ, involuti, intricati, constricti tenentur*, ut expedire sese nullâ ratione qeant, siqidem סריגן Chaldæis tam *retia*, qam & *sportas è vimine contextas*, designat. inde avtem σαργάνη Græcis, qod utrumqe horum qoqe, & *sportam* & *sagenam*, significat. frustra enim sunt, qi Græcam largiuntur originem, Etymologus & Favorinus. Usurpavit Apostolus ad Corinth. Ep. 2. c. 11. v. 33. ubi סרגנתא Syrus, pro eo qod σαργάνη dixit Lucas Act. c. 9. v. 25. qam vocem ibi Syrus retinuit. Etymolog. Σαργάνη, ἀπὸ σχοινίου πλέγμα-τιον, εἰς ὑποδοχὴν ἰχθύων. *Sargane, ex funiculo factum, ad recipiendos pisces textum.* Svid. Σαργάνη, οἱ μὲν σχοινίον τι, οἱ δὲ πλέγμα τι ἐκ σχοινίου. *Sargane, alii qidem funiculum qendam ita vocant. Alii vero textum ex funiculis confectum.* Hesych. Ὀρσαλίχη, ἄγγος κρεμαστόν. ἄλλοι σαργάνην. *Orsaliche, qidam vas pensile, alii sportam vocant.* Idem alibi ὀρσάλιχος, inter alia ex qorundam sententiâ, σαργάνην. In Æschylum Scholiastes ad illud Tragici, Περὶ πᾶσαν δ' ὀρσάλιχην πυργώσας. Ὀρσάλιχη, τὸ

A θηρευτικὸν δίκτυον, ὃ καὶ σαργάνη καλοῦσι. *Orsalichæ, venatorium rete, qod & sargane vocatur.* Rursus Hesychius; Σαργάναι, δεσμοί, καὶ πλέγματα γεγενημένα σχοινίοις αἱ χορτοφόροι. pro qo Vir Cl. Salmasius in Exercit. Plin. pag. 755. A legendum existimat, φορμίς ἀχυροφόροι. h. e. *corbula paleis colligendis ac ferendis.* sunt avtem γέρραθεν, ἐκ λύγων πλέγματα. *è vimine contexta* qælibet. addit qi Hesychium transcripsit, Favorinus; ἔστι δὲ καὶ εἶδος σπυρίδος, *est vero & species sporta.* Qin & Hesychius idem. Δαίρπη, σαργάνη, κόφινος. *Dairpe, sporta, corbis.* qod aliis τάρπη. Sic enim

B idem, Salmasio itidem restituente, Τάρπη Συρακούσιοι κόφινον. τινὲς δὲ σορόν. *Tarpe, Syracusii corbem vocant, qidam vero sandapilam.* &, Ταρίφη, κόφινος μέγας· οἱ δὲ νεκροφόρον ἀγγεῖον. *Tariphe, corbis magnus; alii vero vas ad efferenda cadavera accommodatum*, est avtem & hoc ex viminibus contextum, cratis instar. Maro Æn. l. 11.

Haud segnes alii crates, & molle feretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine qerno.

Qid si avtem apud Peripli maris Erythræi avtorem, *pag.* 20. in verbis illis, βαστάζοντες φορτία μεγάλα, τέρπονας, ἀμπελίνοις

C ἀφωμοιωμένα, *afferentes secum magnas sarcinas, viminum terponas omæampelinis similes.* pro τέρπονας, non ἐκ τερπόνων, qod V. Cl. vult, sed ἐκ σαργάνων legamus? hoc enim apud Hesychium legitur; (σαργάναι, πλοκαί, συνδέσεις, πέδαι. σαργάναι, *nexus, colligationes, compedes.*) illud, qod hactenus succurrit, nusqam. nam τέρπονας, qod Stuckius substitutum ibat, locum istic non habet. Ταργάνην avtem Attici dixere, qod alii σαργάνην. Tzetzes ad *Lycophronem*; ἡ γὰρ ἡμῖν σαργάνη, ἤτοι σπυρίδιον, αὕτη παρ' Ἀθηναίοις ταργάνη λέγεται. *Qæ enim nobis sargane, sporta, vel sportu-*

D *la, ab Atheniensibus targane dicitur.* unde ταργανῶ *implicare, intricare, involvere.* τεταργανωμένη, συμπεπλεγμένη, συνεπλεγμένη. Etymologus. qi & τεταργανῶσθαι ἀντὶ τοῦ συμπεπλέχθαι Lycophroni usurpatum monet. Atqe ita is de Agamemnone,

Ἐν ἀμφιβλήστρῳ συντεταργανωμένον.
Cinctu sagena convolutum undiqe.

ἀμφίβληστρον, h. e. *sagenam* dixit amiculum illud δυσέκδυτον, *quo difficulter exiret, qod cum difficultate exueret*, sive

E αὐχενιστῆρα βρόχον, *laqeum qo cervices ejus constrinxerat*, qo implicatum maritum interfecit Clitæmnestra. frustraqe est Dunæus noster, cum συντεταργανωμένον legendum existimat. siqidem & vocabulum idem alibi usurpavit Lycophron idem, sed sensu pavlò diverso, pro *committere* sive *compingere*, qum Ulyssis ratem vocat Αὐτεργάτην βάριν, *manu ejus factum navigium*,

Εἰκαῖα γόμφοις συντεταργανωμένην.

h. e. *gomphis*, (qâ voce & Septimius est usus) sive *clavis, temerè commissam, seu compactam.* Ad Prophetæ threnodi illud (qod Græci συνεπλάκησαν reddidere) proxi-

F me accedere avtumabat, Rob. Spaldingus ὁ μακαρίτης, vir literarum Hebraicarum peritissimus, cui ego prima lingvæ sanctæ rudimenta debeo, qiqe D. Livelæo in professione publicâ successit. Plavtinum illud, qo is in Persâ act. 4. sc. 6. usus est, *Contortuplicata sunt.* Eodem Fr. Junius Exod. c. 26. v. 1. expressum voluit, qod de bysso Moses משזר dixit; *contortuplicatum. i. duobus vel pluribus filis in modum chordæ contortis.* Vides qam *contortuplicato nomine*, ut cum Comico loqar, ad Hebraicum illud vix etiam fælicitèr satis explicandum sit opus. Græcè fæliciùs opinor, non ex-

G tuleris, qam si ἐταργανώθησαν vel τεταργάνωνται dixeris. verum nec istud licet a lingvâ sanctâ mutuatum (inde enim natales trahere supra indicavimus) Hebraici vocabuli vim integram assequitur: qum tot notiones non exprimat Græcorum τὸ ταργανᾶν, qot שרג Hebraicum; qia ampliorem hoc משפחה (ut cum Ezraida loqar) sive *cognationem*, qam Græcorum illud habeat. Aliud est (ut id obitèr moneam) Platoni Comico οἶνος τεταργανωμένος. qod V. C. Casavbonus ad Athenæi l. 11. c. 13. ostendit esse οἶνον σεσηπότα, *loram.* sic enim Hesych. τάργανον, ὄξος ἐκ στεμφύλων. *targanon, potus ex uvarum in torculari expressarum tormentis solidis.* unde apud Phœnicem Colophonium in Iambis, ἐκ πίθου τάργανον ἐκλάπτεν, de sene, qi vinum non poterat, loram, qod poterat, libabat. atqe inde

ταργαίνειν,

συγχέειν, ταράττειν, *turbare*, Hesychio. ad prius illud שרג accedit propiùs, qod Grammaticus idem monet, ὄζον. i. *ramum*, Lydis σύργαστον dici.

Qale vero est illud Hymno 139. v. 15. רקמתי pro qo Septuaginta Interpretes, qi vocantur, qos & Latinus secutus est, רקמתי legisse videntur, qum reddant ἡ ὑπόστασίς μου. *substantia mea.* at Aqila, referente Drusio, qam exiliter, qam jejune? ἐποικίλθην, *effictus sum.* (Certè nec Græcus, nec Latinus qispiam, nisi ambitu verborum adhibito, vocabuli vim nativam ac genuinam unqam absolverit. insignem enim in se continet imaginem ab *opere ac artificio Phrygionico* traductum, qod Hebræis רקמה dicitur. Efformationis opificium, qod nervis, ossibus, carne, cute, consistit, *artificio* confert *Phrygionico*, qod magnâ constat varietate, filisqe ac tincturis sibi invicem intertextis. R. D. Camins. qi & vocabulo מסתבבים usus est, cujus radix סבך est significatione שרג illi, de qo dictum superius, affine. Piscator: *Verbum* רקם *significat propriè acu pingere, seu intexere variorum colorum fila: qod Itali verbo ex voce Hebraâ deducto vocant* recamare. *est igitur hic elegans metaphora. nam ut phrygio diversorum colorum fila scitè in telâ contexit; ita Deus ex diversis membris corpus hominis scitè atqe artificiose compegit.* Imò non corpus tantum ex membris, sed membra etiam singula ex particulis variis & variantibus, qasi opus qoddam variegatum, contexuit. Itaqe Marcus Imperator l. 2. S. 2. corpus humanum vocat, κρυφάντιον, ἐκ νεύρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλεγμάτιον. *peplum*, sive *reticulum* potiùs, *ex nervis, venis, arteriis, implexis invicem, contextum.* Hebraicam vocem proximè accessit Symmachus, qi ἐποικίλθην reddidit. h. e. *variegatus sum.* nam ποικιλτὴς, *qi acu intexit* Sept. חרקם & ποικιλτικὴ, πολυμιταρικὴ τέχνη, *ars variegandi, versicoloribus filis contexendi.* Hesychio Svidâqe testibus. Cæterum generalius laxiusqe qiddam τὸ ποικίλλειν Græcorum, qam Hebræorum τὸ רקם qod artificium istud peculiaritèr designat.

Job. c. 33. v. 25. רטפש *viridior ac vegetior, avctiorqe fit caro ejus*, dum plantarum germinumqe in morem vigescit ac accrescit, *qam in pueritiâ fuerit.* dilutè siqidem nimis Græcus ἀπαλυνεῖ, *molliet.* Est enim, ut David Camius, dictio composita ex רטב *virescere* ibid. c. 8. v. 16. & פש *crescere, avgeri.* Malac. c. 4. v. 2.

Qin & גלולים à גלל qod *stercus* significat, *idola*, qasi *stercorea*, & stercoris instar abominanda; Græcè, avt Latinè etiam qi verteris, ut vocabuli vim non corrumpas? aliud est enim Latinorum *Sterculius*; sive *Saturnus* ut Macrobius l. 1. c. 7. sive *Pilumni filius*, ut Plinius l. 17. c. 9. *cui ob inventum fimum, sive stercoris, ad agros lætificandos usum, immortalitatem Italia tribuit.* hoc enim honoris, non dedecoris, nomen fuerat. qanqam Avgustino nevtiqam assentiri possum, qi à *Sterculio stercus* nomen accepisse vult, de moribus Manich. c. 8. qum ab hoc potius manaverit illud; & a munere nomen ille, qisqis fuerit Deunculorum, sortitus sit; ut ex Varrone monet Servius ad Georg. l. 2. *Sterculius* idem Lactanrio institut. l. 1. c. 20. ni codices vitiati sint. nam Tertulliano *Sterqilinius* etiam Servio ad Æn. l. 9. qi & *Pithumno Pilumni fratri* appellationem eam inditam vult. ita enim Danielis Servius habet; licet alii, è qibus Giraldus de Diis, & Vives ad Avgustin. Civit. l. 6. c. 9. *Picumnum*, non *Pithumnum* legant. astipulari lectioni illi videtur, qod nonnulli fratres istos *Avdum Deos* habitos idem refert; qasi ἀπὸ τοῦ πιθεῖν *Pithumnus* dicatur; qum Varro tamen *conjugales* faciat: qod & ex Marcello discimus. *Beelzebul* vero, qod literulâ unicâ permutatâ, à *Beelzebub* fluxisse videtur, & αὐτολεξεὶ *Belum*, sive *Jovem stercoreum*, avt *stercoris Dominum* significat, utrum *ad ignominiam à Judæis confictum* sit necne, ut Jo. Drusius censuit, alterius loci disqisitio fuerit.

Jam illud est Hebrææ linguæ peculiare, qod unum idemqe verbum flexione solâ levitèr immutatum, non activam tantum & passivam, qod & aliis conceditur, sed in alium aliudve transeuntem, in sese etiam redeuntem, obtineat usitatissimè significationem; ut efformatione unâ, id alius ut faciat facere, aliâ ut ipse tibi te facere, significet, qod simpliciter facere te formâ primævâ, fieri à te efformatio-

A ne primâ denotabat. Id verò Græcis cum sit insolens prorsus, avt ambito facto, avt efficto noviter vocabulo, avt Hebraismo adhibito, sensum istum exprimere necessariò coguntur. Hinc apud Græcos interpretes verba plane insolentia, λιμαγχονῆσαι, qasi *famis anginâ afficere*, qo הרעיב LXX Devter. c. 8. v. 3. Symmachus & Theodotion Prov. c. 10. v. 3. exprimere conati sunt. qod enim de Midi dictum refert Budæus Comment. Ling. Græc. pag. 454. edit. Colon. ὁ δ' τυχὼν τῆς εὐχῆς λιμαγχονηθεὶς ἀπέθανε, *qi fortuito ex voto inedia angina suffocatus periit*, recentioris

B alicujus esse videtur; & est præter fabulæ argumentum. ævi recentioris & illud Galeni, hominis Asiatici, *de dogmat. Hippocr. & Plat. l. 5. c. 7.* ὅσοι αὐτῶν (τῶν οἰκετῶν) ἢ κλέπτοντες, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον δρῶντες ἁλῶσι, καὶ μαστιγούμενοι, καὶ λιμαγχονούμενοι, καὶ ἀτιμαζόμενοι πρὸς τῶν δεσποτῶν, οὐκ ὀργίζονται. *Qi ex ipsis (domesticis) aut suffurantes, aut hujusmodi aliud qippiam facientes deprehenduntur, si cædantur, fame puniantur, & ignominia a dominis afficiantur, non irascuntur.* nam qod λιμαγχεῖν verbum, qod idem significet, eidem avtori ascribit Budæus, & ex Budæo Stephanus: nec locum ullum

C lavdant, & est merito suspectum. Ejusdem modi sunt & σπειρῶσαι, qo Aqila; σπειροποιῆσαι, qo Symmachus, הרקיד eorundem, Hymn. 29. v. 6. item ὠδίνειν, qo Aqila; ἐκμαιοῦσθαι, qo Symmachus, Hebr. יחיל ibid. v. 8. reddiderunt. nam qod qinta editio ad hoc exprimendum verbum μαιεύεσθαι adhibuit, est omninò ab hymnographi mente prorsus alienum. μαιεύεσθαι enim, sive *obstetricari*, dicitur, qi vel qæ parturienti fert opem, datqe operam ut commodius faciliusqe enitatur; cum vocabulum à vate sacro usurpatum significet *ad partum cogere, eiqe adigere ut abortum*

D *per pavorem faciat & consternationem*: ut rectè Ezraides. qod & vocabulis illis novâ facie deformatis interpretes illi designatum volebant. mitto enim LXX interpretum (qæ dicitur) versionem, qia aliorsum abscedit, dum vertit καταρτιζομένην. in *efformationis* sensu sumptâ voce Hebrææ (prout & Jairus accepisse videtur) qod tamen *præparandi* verbo pejus Latinus vetus extulit.

Hinc & apud eosdem vocabulorum, haud insolentium qidem illorum, significatus & syntaxes insolentiores. ita, qo τὸ המליך Hebræorum explicent LXX illi, βασιλεύειν

E βασιλέα, pro *regem constituere*, sive *facere, qi regat, regem.* Histor. Reg. l. 1. c. 9. v. 22. & l. 4. c. 3. v. 27. (etiamsi loco altero à veritate Hebraicâ, & Historici mente recessisse videantur) Esaiæ c. 7. v. 6. Ezech. c. 17. v. 16. Hos. c. 8. v. 4. & alibi. ita Clemens Alex. Stromat. l. 1. editionem nescio qam secutus, Devter. c. 8. v. 3. legit ἐδίψησέν σε ἐν γῇ ἐρήμῳ. *sitivit te*, pro *sitire te fecit*, הצמאך. Hinc & in novo Testamento Hebraismus ille Pauli ad Corinth. Ep. 2. c. 2. v. 14. τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς. ubi θριαμβεύοντι ἡμᾶς, non est qod Hieron. ad Hedybiam,

F qæst. 11. vel *triumphum suum per nos agere.* qod Erasmo tamen placuit. Et multo minus, *triumphare nos*, uti vetus interpres. i. e. *de nobis triumphare*, sive *nos in triumpho circumducere.* qod & Hieron: attulit ex Ep. 1. ad Cor. c. 4. v. 9. qomodo βασιλεῖς θριαμβεύειν Plutarchus dixit in Romulo. & θριαμβεύσας αὐτούς. de dæmonibus, Apost. idem ad Colos. c. 2. v. 14. sed & è Latinis, *Achæos triumphandos*, Plinius de viris illustribus. et, *gentes triumphatas*, dixit Maro Georg. l. 4. sed θριαμβεύειν ἡμᾶς, est *facere ut triumphemus*, uti rectè Primasius. Ita Tertullian. Apologet. c.

G 27. *Illos nunqam detriumphamus magis, qam cum pro fidei obstinatione damnamur.* Ejusdem κόμματος esse existimat Beza, illa Pauli, in ad Corinth. Ep. 1. c. 13. v. 12. τότε ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. ubi Vetus interpres *Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum.* at Beza, *Tunc amplius cognoscam, prout amplius edoctus fuero*, ut τὸ ἐπὶ pro loco super veniens incrementum cognitionis declaret. & ἐγνώσθην αὐτὶ τοῦ ἐδιδάχθην sumatur. In eadem Epist. c. 8. v. 3. εἴ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. *Si qis Deum diligit, is cognitus est ab eo.* hoc est, inqit interpres doctissimus *scire eum fecit*, qod æqipollet τῷ ἐδιδάχθη qo modo & *Avgustinus in Joan. orat. 98. Qum hoc fit in hominis mente, ut qod credit, sciat; (i. e. amplius intelligat) ipse dicitur cognosci à Deo, qia Deus illum cognoscentem facit.* In Epist.

ad

ad Gal. c.4. v.9. Γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ. *Cum cognoscatis Deum, imò potius cogniti sitis à Deo.* ubi Beza rursus, *cogniti.* i. *scire facti*, *edocti.* ex eodem Augustino; cujus & hæc ibidem verba; *Non tunc cognoverat* (i. *cognoscere cœperat*) *eos Deus, præcognitos & electos ante mundi constitutionem: sed tunc eos cognoscere seipsum fecerat.* Verum de primo istorum loco, malim ego simpliciter, cum veteri interprete: *Tunc cognoscam sicut & cognitus sum.* i. ut Piscator; *tunc perfectè cognoscam.* qod & *imperfectis* antithesi confirmatur. In posterioribus duobus cum Grotio & Piscatore; *à Deo cogniti.* i. *pro suis agniti & approbati.* qo modo *viam justorum nosse* i. *probare*, Deus dicitur Psal. 1. v.6. & Apostolus, Rom. c.7. v.15. Ὃ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. *Qod perpetro, non probo, non agnosco pro meo.* Vide Vers. 17. Et Christus in die novissimo, improbis nomen suum professis, dicturus prædicitur; Math. c.7. v. 23. Ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. *Nunqam novi vos, nunqam pro meis habui.* & Virginibus fatuis, qeis lucernæ oleo inanes, Math. c.25. v.12. οὐκ οἶδα ὑμᾶς. *nescio, non agnosco, vos.*

Sed nec reciprocam illam significationem, nisi περιφράσει adhibitâ Græcus unqam explicuerit. Cujus tamen insignis, nec unus usus est. Neqe enim significat tantùm, *hoc vel illud sibi facere*, sed & *hoc vel illud facientis personam sibi induere.* Sic Histor. Reg. l. 2. c. 13. v. 5. התחל *ægrotum finge te.* Ibid. c. 14. v. 2. התאבלי *lugentem age, lugere te fingito.* Ibid. l.1. c.21. v.13. יתהולל *insanum egit, insanire se finxit.* Et c.18. v. 10. יתנבא *prophetico more se agebat.* & l.3. c.14. v.2. מתנכרה *aliam, extraneam simulans se.* qorum omnium (& adjici multa plura possint) ne unum qidem Græci interpretes ad amussim extulerunt, dum reddunt, μαλακισθῆναι, πένθειν, προσποιεῖσθαί τι, προφητεύειν, ἀλλοιωθῆναι. Qin & illud Hymni 76. v.5. אשתוללו (qod Sept. ἐταράχθησαν & vocabulo ipso & sensu procul) unde nobis Græculus qispiam citra ambaginem expediet? hoc enim voculâ unâ insinuatur, ut optimè Junius, *spoliandos dediderunt se.*

Mitto formas flexionesqe mixtas, qia rariùs occurrunt. qale illud Jerem. c.22. v.23. ישבת *ô qa habitasti, & etiamnum habitas.* uti Sixt. Amama reddidit. illud Zachar. c. 10. v.6. הושבותים *reversos collocabo*, sive *reduces confidere faciam.* i. in tranqillitate constituam. Est enim ex שוב & ישב sive השיב & הושיב conflatum: ut D. Camius admonuit. Cæterum de istoc ista sufficiant.

Formæ autem reciprocæ qod respondeat Latinis cum desit, in sensu reciproco verba multa agentia coactè satis ac violentèr usurpare coacti sunt; qibus ideò sensum passivum, sed perperam, puto, assignat V. C. Jo. Vossius de analog. l.3. c.3.

Deniqe, qod ad Henr. Stephani in N.T. *Præfationem* in sectione hac extremâ, nos Psochenius amandat; nihil ibi qicqam, qod avt sententiæ nostræ adversetur, avt Psochenianæ patrocinetur, comparet. Adversus illos disserit Vir Cl. qi *in scriptis Evangelicis ac Apostolicis inculta & horrida putant esse universa.* qum *non pauci sint in eis loci, in qibus interpretandis non aliâ de causâ valde laboratur, qam qod selectis & valdè significantibus vocabulis usi sint horum avtores*: & qod ὑπερσημαντικὰ sive ὑπερσημαίνοντα; qæ in eis occurrunt, *elegantia in versionibus exprimi nevtiqam qeant.* Qæ nos viro doctissimo omnino concedimus. Cæterum nec hoc esse lingvæ Græcæ peculiare pronnnciat ille, ut *res qasvis reliqis lingvis qibusqe aptius ac significantius exprimat*: Et in scriptis sacris, cum *Latinismos* etiam, non *Hebraismos* tantum deprehendi agnoscit; tum & ex *Hebraismis* illis qosdam tales esse affirmat, ut *eorum vim, energian, & emphasin nulla in ullâ lingvâ loqendi genera asseqi possint.* Qod Psocheniano placito ex diametro adversatur.

CAPUT V.

Psochenii tria Ζητήματα. *Tertium, qia nominum duntaxat, qum de re constet, rejicitur. Jo. Cochii de eo dissertatio. Primum examini subjicitur. Non seqitur stylum N.T. esse eundem, qi Græcorum priscorum fuerat, qia voces, phrases, formulæ multa eadem utrobiqe. In N.T. vocabula multa Latina, Hebræa in V.T. versione Græcâ; & in N.T. plures significationes vocabulis Græcis data qam lingva illius usus ferat, ex analogo illi, Hebraico.* πνεῦμα *significata varia.* σὰρξ καὶ αἷμα. πνεύματος *itidem. Joan. 3.8. Jac. 2.26.* αἰὼν *etiam, &* κόσμος. *2 Cor. 4.4. discessum ab Irenæo, & Græcis. Ad qæsitum secundum transitur. Possunt etiam stylo puriori assueti, minus purè scripta intelligere. Græci qâ Græci Latina avt Hebraica non intelligerent. Græcus sermo temporibus Apostolicis à puritate pristinâ desciverat. Sermonem minus elegantem rudiores nonnunqam melius intelligunt. Græci prisci ad multa in N.T. hærerent. Beza à Psochenio adversus semet advocatus.*

TRia qærit *sect.* 27. Psochenius, 1. *An textus novi Testamenti verè Græcus sit, nec alienier à stylo Græco profano.* 2. *An Homerus, Pindarus, Plato, Demosthenes, Isocrates, &c. si reviviscerent, possent novum Testamentum, intelligere.* 3. *An ea lingva dici debeat Græcanica, Hellenistica, seu Græciensis.* h. e. Ἑλληνιστική.

De tertio, qia est ὀνομάτων ζήτημα ψιλόν, *nominum nuda qæstio*, & de qo Heroum par nobile jam dudum certamen acre satis inierunt, ego intactum præteribo; illud tantum præfatus, istic nomine illo qodcunqe tandem assignare libuerit, characterem qendam peculiarem designari, qi Hebræorum ac Syrorum idioma verbis licet Græcanicis facie tota ferè repræsentet, de qo ad viri doctissimi Johannis Cochii in Titulos duos Talmudicos præfationem, Lectorem qi hac de re plura voluerit, (transcribere enim nimis prolixum foret) & Psochenium cum primis ipsum, qo ista perpendat ulterius, percipiat plenius, amandatum lubens velim.

De prioribus duobus, quantum potero, dispiciam. Primum qod attinet, fidenter asseritur, *Textum novi Testamenti vere Græcum, nec alienum planè à stylo Græco profano esse.* probatur id, qia *Græci avtores profani, eisdem phrasibus & verbis locuti sunt, qibus N.T. Scriptores.* At consecutio ista infirma nimis est, nisi eisdem per omnia vocibus formulisqe usos constiterit. Etiamsi enim in multis conspiraverint, non tamen inde seqetur, stylum utrobiqe esse eundem. qis nisi pituitâ nares penitùs obstructus Scholasticorum stylum purè Latinum pronunciaverit? eisdem tamen illi cum vocabulis tum & formulis, utuntur qam plurimis, qæ in Ciceronis, Salustii, Livii, Terentii &c. scriptis passim deprehenduntur. Scriptores verò sacros, cum vocabulis, tum formulis etiam havd paucis, qæ a Græcæ lingvæ puritate eâ, qæ in scriptoribus profanis, qorum supra mentio facta est, sese exerit, aliena sunt, usos esse, qi negare voluerit, is sanè non ἀμβλυώττειν, *cæcutire, visu obtuso & hebeti esse*, dicendus videtur mihi, sed ἑκόντας τοὺς ὀφθαλμοὺς καταμύειν, *sponte oculos comprimere.*

Latina plane non Græca, nemo puto negaverit esse illa, ἀσσάριον pro *asse*, formâ diminuente, Matth. c.10. v. 29. Et Luc. c.12. v.6. κοδράντην *qadrantem.* Matth. c.5. v. 26. & Marc. c.12. v.42. κουστωδίαν *custodiam*, Matth. 27. v. 65, 66. & c.28. v.11. κῆνσον *censum.* Matth. c.17. v.25. & c. 22. v.17.19. Marc. c.12. v.14. λέντιον *linteum.* Joan. c. 13. v.4. μίλιον *milliare.* Math. c.5. v.41. πραιτώριον *prætorium.* Matth. c.27. v.27. Marc. c.15. v.16. Joan. c. 18. v. 28, 33. & c.19. v.9. Act. c.23. v.35. Philip. c.1. v.13. σικαρίους *sicarios.* Act. c.21. v.38. σιμικίνθιον *semicinctium*; & σουδάριον *sudarium.* Act. c.19. v.12. σπεκουλάτωρα *spiculatorem.* Marc. c.6. v.27. φαιλόνην *penulam*, Tim. Ep.2. c. 4. v.13. φραγέλλιον *flagellum.* Joan. c.2. v.15. φραγελλῶσαι *flagellare.* Matth. c.27. v.26. & Marc. c.15. v. 15.

Hebræa verò, vel Syriaca, non Græca illa, ἀββᾶ Marc. c.14. v.36. Rom. c.8. v.15. Gal. c. 4. v. 6. ἀλληλούϊα Apoc. c.19. v.1.3.4.6. ἀμὴν, qod passim occurrit. Βελίαλ Cor. Ep.2. c.6. v.15. γέενναν, qod toties inculcatur, Matth. c.5. v.22, 29, 30. & alibi sæpe, cum apud eundem, tum & apud Evangelistas, Marcum c.9. v. 43, 45, 47. & Lucam c.12. v.5. & Apost. Jacobum c.3. v.6. μαμμωνᾷ Matth. c.6. v. 24.

C

v.24. & μαμωνᾶ Luc. c.16. v. 9, 11, 13. μεσσίας Joan. c. 1. v.41. & c. 4. v. 25. πάσχα Matth. c. 26. v. 2, 18. & alibi sæpè. ῥαββί Matth. c. 23. v. 7, 8. & c. 26. v.25, 49. Marc. c. 9. v. 5. & c. 11. v. 21. & apud Joannem numerosè. & ῥαββουνί Marc. c. 10. v. 51. pro qo ῥαββονί Joan. c. 20. v. 16. ῥακὰ Matth. c. 5. v. 22. σαβαὼθ Rom. c. 9. v. 29. & Jac. c.5. v.4. σάββατον Joan. c.5. v.9. & alibi passim. Et σαββατισμὸς Hebr. c.4. v.9. σατᾶν Cor. Ep.2. c.12. v.7. Et σατανᾶς Matth. c.4. v. 10. & alibi sæpenumero. σάτον Matt. c.13. v.33. σίκερα Luc. c.1. v.15. ὡσαννὰ Matth. c. 21. v. 9, 15. Marc. c.11. v.9,10.

Formulas avtem phrasesqe, qod attinet, etiamsi multas congesserit avtor iste, qæ apud Græcos scriptores, etiam probatissimos, reperiuntur; qanqam in qibusdam asserendis (qod post, cum Deo bono, ostendendi locus dabitur) lapsus videtur; non tamen hoc evincit, nihil qicqam interesse inter stylum, qo usi Novi Testamenti scriptores, eumqe qo profani illi, si aliæ freqentes reperiantur, qæ lingvæ Græcæ scriptoribus purioribus illis insolentes planè fuerint.

Tum de usu sensuqe vocabulorum, illud observarunt viri magni, qod nemo hactenus est inficiatus, nec etiam inficiari qisqam poterit, nisi mero meridie solem ortum negare, animum obstinaverit, Testamenti veteris interpretes Græcos, hosqe secutos Novi scriptores, vocabulis Græcis plures sensus significatusqe tribuisse, qam Græci sermonis usus receptior ferat; qia qæ illis in sensu primo proprioqe apud Hebræos respondent, notiones in eâ lingvâ plures designant. Moris illius exempla suppeditant haud pavca V. C. Daniel Heinsius in *Aristarcho sacro*, & Sixtus Amama in *appendice ad parænesin de excitandis lingvarum studiis*. Ego unum avt alterum tantùm proponam.

Vocem σαρκὸς apud Græcos scriptores profanos pro *corporis parte* aliqâ, unâ propriè, aliâ unâ & alterâ minus propriè, usurpari, monuit Galenus method. med. l. 10. συνεκδοχικῶς, pro *corpore toto* sumi, docet H. Stephanus *Lexic. Ciceron. Græco-Lat.* *fructuum* etiam qorundam *pulpam* eâ voce designari, ex Theophrasti scriptis discimus. Atqi σαρκὸς nomine (qod pro αἵματος apud Heinsium reponendum p.211.) horum nihil intelligitur, ubi dicitur, Joanni, Evang. cap. 1. v.13. οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς. *Qi non ex sanguine, nec ex libidine carnis.* ubi ibid. v.14. καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. *Et sermo ille factus est caro.* ubi Paulo ad Rom. c.1. v.3. ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. *Facto ex semine Davidis secundum carnem.* ubi cap.3. v.20. οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ. *Non justificabitur ulla caro.* ubi c. 6. v.19. διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. *Propter infirmitatem carnis vestræ.* ubi cap.7. v.18. οὐκ οἰκεῖ ἐν τῇ σαρκί μου ἀγαθόν. *In carne mea non habitat bonum.* ubi cap.8. v.1. & 4. μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν. *Qi non secundum carnem ambulant.* v. 5. οἱ κατὰ σάρκα ὄντες. *Qi secundum carnem sunt.* v. 6. τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς. *Qod sapit caro.* v. 8. οἱ ἐν σαρκὶ ὄντες. *Qi secundum carnem sunt.* v. 9. οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί. *Non estis in carne.* v.13. εἰ κατὰ σάρκα ζῆτε. *Si in carne vixeritis.* ubi ad Hebr. c.5. v.7. ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. *Qi in diebus carnis suæ.* ubi ad Galat. c.5. v. 19. τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς. *Opera carnis.* ubi ad Ephes. c.2. v. 3. ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς, *cupiditatibus carnis.* qibus locis ἡ σὰρξ nec eorum qos diximus, ullo, nec uno tamen modo sumitur; sed nunc pro ipso *homine*; nunc pro *humanâ naturâ*; nunc pro ejusdem *infirmitate*; nunc pro *vitiositate*; qia scilicet בשר Hebraico ista designari consveverunt. Ecqem avtem mihi avtorem profanum dabis, qi formulas illas, in codicibus sacris, adeo freqentes, adeo familiares, ἐν σαρκὶ εἶναι, κατὰ σάρκα εἶναι, ζῇν, περιπατεῖν, στρατεύεσθαι, *in carne esse*, *secundum carnem vivere*, *ambulare*, *militare*, eo præsertim, qo Apostolus sensu, vel unicâ saltem vice usurpaverit? Adjici poterat his formula illa σὰρξ καὶ αἷμα, & αἷμα καὶ σὰρξ, *caro & sangvis*, sive *sangvis & caro*; (qam Judæorum Magistris familiarem esse docet V. Cl. Drusius Annot. in N. T. part. alt.) Domino Christo, Matth. c.16. v.17. sed & Pavlo, ad Galat. c.1. v.16. & ad Eph. c.6. v.12. pro *homine*, sive *natura humana* (qomodo Sirachidæ c.14. v. 15. γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος est *genus humanum*) Apostolo avtem eidem ad Corinth. Ep. c.15. v. 50. pro *naturâ corruptâ*, sive *corruptioni obnoxiâ* usurpata. Sed pergamus.

A Τῇ σαρκὶ τὸ πνεῦμα, *carni spiritus*, in sacrâ paginâ opponitur. ecqid avtem scriptoribus profanis πνεῦμα? *ventum* significat. idemqe, esto, denotet, ubi D. Christus Joannis c.3. v.8. τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ. *Ventus, qo vult, spirat.* etiamsi nuspiam alibi in N. T. paritèr usurpetur. *Flatum* sive *halitum* designat. idemqe, me Cajetano calculum sponte concedente, designet, in illis Jacobi c.2. v.26. τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν. pro *afflatu* sumitur. Et per me licet, sumatur Act. c.20. v. 22. δεδεμένος τῷ πνεύματι. cæterum, qia latiùs longè patet Hebræorum רוח qam Græcorum πνεῦμα, prout apud avtores profanos usurpatur; ut huic respondeat,
B cum idoneum magis nihil occurreret, aliis planè sensibus ac notionibus exprimendis scriptores sacri adhibuerunt. Hinc illa, Joannis c.4. v.24. Πνεῦμα ὁ Θεός. *Deus est spiritus.* & c.1. v.32. Τεθέαμαι τὸ πνεῦμα, *Conspexi spiritum.* & v.33. Ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι. *Qi baptizat spiritu.* & c. 3. v.6. Τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστι. *Qod genitum est ex spiritu, spiritus est.* & c. 7. v.39. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. *nondum enim erat spiritus sanctus.* & Hebr. c. 1. v. 14. λειτουργικὰ πνεύματα. *ministerii munere fungentes spiritus.* & c.12. v.
C 23. πνεύματι δικαίων τετελειωμένων. *spiritus justorum consummatorum.* & Marc. c. 3. v.11. τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα. *spiritus impuri.* & Thes. Ep.1. c. 5. v.23. τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα. *spiritus, & anima, & corpus.* & Rom. c. 8. v. 1. οἱ κατὰ πνεῦμα περιπατοῦντες. *secundum spiritum ambulantes.* & v. 5. οἱ κατὰ πνεῦμα ὄντες. *qi secundum carnem sunt.* & Gal c.6. v. 1. ἐν πνεύματι πρᾳότητος. *spiritu lenitatis*, & Cor. Ep.1. c.12. v.10. διακρίσεις πνευμάτων. *discretio spirituum.* & alia innumera. qibus locis τὸ πνεῦμα nunc *numen* ipsum; nunc in numine, *tertiam*, qam dicimus, *hyposta-*
D *sin*; nunc *angelos*; nunc *dæmonas*; nunc *animam humanam*; nunc in animâ τὸ ἡγεμονικὸν *mentem*; nunc *partem animæ regenitam*; nunc *sanctificationis donum*; nunc *dotes* qasdam *peculiares*; nunc *animæ dispositionem* qamlibet, designat. qæ scriptoribus exoticis peregrina reverà & extranea sunt.

Αἰὼν Græcis *seculum*, *ætatem*, *æternitatem* significat. Verum nostris, non hæc tantum, licet & hæc, sed *mundum* etiam ipsum, prout עולם Hebræis utrumqe denotat. hinc illa, Hebr. c.1. v. 2. δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. *per qem etiam mundum condidit.* & c.11. v. 3. κατηρτίσθαι τοὺς
E αἰῶνας, *mundum esse compactum.* Sed & qod Apostolus Cor. Ep.2. c.4. v.4. τὸν θεὸν τοῦ αἰῶνος τούτου. *Deum hujus seculi* nuncupat; qem Christus apud Joannem c. 12. v. 31. & c. 14. v.30. & c.16. v.11. τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου. *principem hujus seculi.* frustra enim sunt, in qibus est Irenæus *adv. Valent.* l.3. c.7. qem & Jo. Chrysostomus & Theophylactus seqiuntur, qi qo hæreticorum cavillationes eludant, de Deo verè dicto intelligi volunt. utrumqe conjunxit Apostolus idem Ephes. c.6. v.12. ubi dixit τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ κόσμου τοῦ αἰῶνος τούτου. *principes mundi seculi hujus.* Qin & κό-
F σμος pro totâ *mundi fabricâ* Græcis est familiare, & peculiariter qandoqe pro *cœlo*. At sacris scriptoribus, præter mentem istam, variè admodum adhibetur; nunc pro *hominibus mundi* ipsius *incolis* generatim sumptis, sive pro *genere humano*, Joan. c.3. v. 16. οὕτως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον. i. e. ut rectè Calvinus, *genus humanum.* inde qæsita ἐκ τῆς ἀμφιβολίας elegantia eidem c. 1. v. 10. ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. *in mundo fuerat is, per qem conditus est mundus; nec tamen eum novit mundus.* nunc pro *mundi amasiis*, hominibus impiis
G improbisqe, de qibus, Joan. c.15. v.19. μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος. *mundus odio vos habet.* & c.17. v.9. οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ. *non pro mundo rogo.* & Joan. Ep.1. c. 5. v. 19. ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. *totus mundus in malo jacet.* inde formæ illæ κοινολογούμεναι, εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ & εἶναι ἐκ τοῦ κόσμου. *esse in mundo & esse ex mundo.* Joan. c. 16. v. 19. 33. & c.17. v. 11, 14, 16. nunc pro *gloriâ*, *potentia*, *opulentia*; qibus homines imprimis operam dare solent. unde illud Apostoli; Gal. c. 6. v. 14. ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. *mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* & Joan. Ep. 1. c. 2. v. 15. ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ. *si qis mundum dilexerit, non est charitas patris in illo.* Alia ad navseam etiam adjungi & coacervari poterant. Verum ista impræsentiarum sufficient;

qæ &

qæ & ideò selegi magis, qia ex istis qædam singulis ferè paginis occurrunt.

Verum de istis seorsum infra videbitur. Interim qæsitum secundum aggredior, qo qæritur, *scriptores illi veteres, si reviviscant, utrum Apostolorum & Evangelistarum scripta intelligere possint.* Hoc tu asseris: Et præsumpto priore (qod nondum tamen satis firmatum est) niti adfirmas. *Sect.* 134. Ego verò exadversum tibi hac in parte consisto denuo.

Ac primò, nego tibi illos, qâ Græcos Græciqe sermonis purioris duntaxat gnaros, potuisse multa in sacris codicibus posita intelligere, qom partim *Latina*, partim *Hebraica* sint Græcis freqenter immista, qalia non pavca supra dedimus.

Tum nec in rem tuam fore contendo, etiamsi hoc tibi concessum esset. Etiamsi enim dictio minus pura foret; fieri tamen posset, ut intelligerent etiam illi, qi lingvæ puriori duntaxat essent assveti. Cicero avt Salvstius, si reviviscerent, an non in scriptis Scholasticis, Boethio stolidè tributâ *scholarium disciplinâ*, *epistolis obscurorum virorum*, aliisqe ejusmodi, qisqiliis, an sterqiliniis dicam? Ennianis certè appellatione istâ dignioribus, (nisi sicubi voces exoticæ occurrerent) pleraqe intelligere possent? ecqis tamen scripta hæc, avt purè Latina, avt non etiam impurissima atqe inqinatissima, dixerit? Qod tamen non ita accipi velim, ac si scripta sacra cum putidis illis lacunis, vel cloacis etiam, committam; sed ut ostendam, non si prisci illi intelligere possint scriptum Græcanicè qippiam, inde confici necessariò, ut purè Græcâ illud conceptum sit. Imò missis (si id minùs placet) sterqiliniis illis, Apulejum unum, è seqioris ævi scriptoribus seligamus. Hunc Tullius, si ad vivos redire concederetur, qin maximâ ex parte intelligeret, nullus ambigo. nec tamen stylum Apulejanum ideò purè Latinum avt Romanum esse assentiri qisqam me adegerit. Adjicere poteram Irenæi Lugdunensis Episcopi libros adversus sui temporis *μυθοποιὰς καὶ μυθολόγους*, *fabularum fictores & narratores* conscriptos. hos nemo non intelligat satis, qi Latinè qicqam norit, nec qisqam tamen lingvæ utriusqe peritus, dictionis phrasin purè Romanam, ac non planè Græcanicam potiùs dixerit. Unde etiam facilè constare poterat, etiamsi apud Epiphanium scripti hujusce *ἀποσπασμάτια, particula avulsa*, vel *τεμάχια, frusta*, magis, satis ampla & prolixa non superessent, avtorem lingvâ Græcâ scripsisse; nec opus ipsius primigenium, sed versionem esse duntaxat, qam in manibus habemus. Qin & Demosthenes avt Plato redivivi, si in scripta sacra inciderent, multa dubio procul intelligerent, qæ usus Græci non esse intelligerent tamen.

Verum urges *sect.* 135. &c. *Pavlum cum Græcis locutum fenstra, nisi ab eis posset intelligi. qod si ab illis, qibuscum agebat, qidni & à priscis pariter illis, si ad superos reverterentur?* At ego tibi illud facile concesserim. & nego tamen firmam satis esse conseqentiam. Apostoli siqidem temporibus declinare coeperat lingva Græca, & a puritate priscâ havd parum desciverat, dum exoticas tum dictiones, tum & phrases Italas, Siculas, Syras, Pœnas, alias, partim imperii, partim commercii diuturni ratione osuqe admiserat. Ut ne adjiciam, minus purâ concepta, ab imperitis & plebejis, qibus non minùs qam sapientioribus & peritis rerum ac sermonis, debitores se agnoscunt scriptores sacri, sæpenumerò meliùs intelligi, qam si purissimâ & elegantissimâ conciperentur. qo Sect. 140. objectioni obviam eatur.

Cæterum etiam literatissimis illis remoram non raro objiceret, acceptionum formularumqe, qarum superiùs mentio facta est, occurrentium subinde insolentia; qo minùs multa adeo expeditè comprehenderent, avt sensum etiam literalem, qem vocant, facilè expiscarentur. Et ex eis etiam qæ probè satis intelligerent, avribus forsan insolentia acciderent non pavca. Demosthenes certè ipse in scriptis Pavlinis hæreret qandoqe; pluresqe fortasse salebras offenderet, qam facile conjecerit, nisi qi rationem apud se perspiculatiùs putaverit, uti pavlo post ostendemus.

Sed ad Bezæ de sermone Apostolico dissertationem, qam *annotationibus* in Act. c. 10. subjecit, provocatur. sect. 136. Næ tu, Psocheni, valdè imprudentèr, & inconsultè facis, dum ad eum provocas, qi jam olim litem contra te eo ipso in loco decidenit. cujus ego sententiam, cum prius adducere potuissem, qæ causæ tuæ jugulum, non impeteret tantum, sed confoderet planè; in hunc tamen locum reservatam malui, qo tuis temet telis confectum haberes, & contra te jam (qod leguleji ajunt) *in Curia rectus* consisteret, nec respui posset, qem pro te ipse vel testem adduxeras, vel Patronum advocaveras, vel avtorem lavdaveras, vel arbitrum judicemqe cavsæ tuæ statueras. Avdi ergò Bezam jam tuum; sed nihil minus qam tuam, qod tu rere, cavsam agentem, avt pro te in lite istâ pronunciantem. *Qod attinet*, inqit, *ad sermonis Apostolici simplicitatem, eam ego qidem non modò non reprehendo, sed etiam non possum satis admirari. — dicam certe qod sentio, qi hac simplicitate pios animos magis afficiant, scriptores prorsus nullos extare. neqe de rebus ipsis loqor duntaxat, sed de verbis ac dicendi genere. — Sed cur ista potius simplicitas placeret, qam ornata elocutio, gravissimas cavsas habuerunt Apostoli: atqe adeò, cur interdum etiam balbutiendum, atqe adeò solœcissandum cum vulgo putarent. Sic placuit Deo confundere hujus seculi sapientes ut ex professo Pavlus adversus Corinthios illos disertulos disserit. Deinde res erat illis maxima ex parte cum rudibus ac plebejis hominibus: qorum sermonem si qis ad Grammaticorum avt Rhetorum præcepta exegerit, ineptè profectò fecerit. Ut avtem Hebraismos permiscerent, non modo hæc cavsa fuit, qia Hebræi erant, (potuisset enim Spiritus sanctus hoc qicqid erat in ipsis emendare, si displicuisset) sed qia cum de eis rebus dissererent, qæ Hebraicis literis erant tradita, necesse fuit multa retinere, ne doctrinam qampiam novam afferre viderentur. & certè tam multos Hebraismos ab illis servatos fuisse minime miror; qum pleriqe sint ejusmodi, ut nullo alio idiomate tam feliciter exprimi possint: ut nisi illas formulas retinuissent, nova illis interdum vocabula, & nova dicendi genera commiscenda fuerint, qæ nemo planè intellexisset.* Hæc ille, qibus nos & ista consignabimus: hoc tantum adjecto (qod & superius attigeram) *Hellenismos* cum nonnullis, an *Hebraismos*, ac *Syriasmos* cum aliis, magis idoneè forsan, dixerimus; phrases formulasqe & vocabulorum significationes intelligi, qæ *Orientalium lingvarum, Hebrææ Syrave idiotismum redolentes*, apud Græcos scriptores, Asiaticos præsertim atqe Alexandrinos, seculi ut plurimùm inclinatioris duntaxat, in usu communi deprehenduntur.

CAPUT VI.

Minus idonea paradigmata plurima Psocheniana; cum & varius usurpata, nec tam clara Hebraismi vestigia præferant. Temporum enallage nulli non lingvæ communis. Enallage ex usu peculiari in nonnullis. In Hesiodo aliisqe qibusdam explicandis lapsum videri Psochenium. Aoristus sæpe notat qid fieri consveverit. De Ioan. 11. 37. ab Heinsio discessum. Marc. 15. 6. ex Matthæo explicatus.

IAm ad *selectiora* (uti ipse Sect. 30. appellat) *exempla* accedo; qibus de qæstione primâ ratiocinationis assumptum (*eisdem nimirum phrasibus verbisqe locutos Græcos scriptores profanos, qibus & N. T. scriptores*) *ad oculum demonstrare* conatur. Adversus qæ prima nobis esto præscriptio ista. *selectiora* parum meritò dici horum non pavca, præ eis, qæ nos ante attigimus. qalia & plurima alia poterant exhiberi, & nos deinceps exhibebimus obiter nonnulla. partim qia Hebraismum qædam minùs clarum exhibent, qem illa palam præ se ferunt; partim qia rariùs interveniunt nonnulla, qum illa singulis materiis sint intercalaria, & nusqam ferè non occurrant.

Siqidem qæ primâ in acie collocantur, *sect.* 31, 32, 33, de *temporum enallage*, qâ *præsens pro futuro*, *præteritum pro præsenti*, vel etiam *pro futuro* ponitur, id duntaxat nobis ferè repræsentant qod nullius non lingvæ est communis affectio. qanqam exterorum avtoritates adductæ havd ita appositæ forsan censeri possint nonnullæ. Nam qod ex De-

mosthene, ὑπείληφα ἀντὶ τοῦ ὑπολαμβάνω, ex Luciano, μέμνημαι ἀντὶ τοῦ ἀναμιμνήσκω, adducitur, non tam à lingvæ usu generali, qam à verborum istorum ratione peculiari profluere videtur. atqe in altero, eo magis, qia præsens in istâ significatione (poetas si semoveris) ousqam ferè reperitur. qâ ratione & *memini*, & *odi*, apud Latinos, cum præteriti formam habeant, præsentis significationem obtinent, qia forma præsentis, qæ in usu sit, oulla est. sed & peculiari locutione *novi* & *noveram* iidem familiariter dicunt, & illud, qod præteriti perfecti, hoc, qod plusqam perfecti, ut vulgo appellitant, formam gerit, præsentis ac imperfecti loco plurimùm usurpant; cum tamen & *nosco* & *noscebam* utrumqe legatur. Tum in Hesiodi illo Ἐργ. v. 334.

Ἔργων ἀντ᾽ ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν,

Pro operibus iniqis gravem exhibet talionem.

non existimo necessarium esse, ut ἐπέθηκεν, ἀντὶ τοῦ ἐπιτιθέναι sumatur. ego malim reddere, *poenam, sive retributionem gravem solet exhibere.* ut sit ἐπέθηκεν, ἀντὶ τοῦ ἐπιτιθέναι εἴωθε, ἐθέλει, φιλεῖ. hoc enim sensu ἀόριστοι illa creberrimè usurpantur. Sic enim Homerus Odyss. ξ. v. 464. de vino;

— Ὅς τ᾽ ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ᾽ ἀεῖσαι.

— Sapientem ad canendum impulit.

i.e. *impellere assolet.* & Hesiodus ipse v. 242.

Τοῖσιν δ᾽ οὐρανόθεν μέγ᾽ ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων.

Jupiter ipse malum induxit grave caelitùs illis.

i. *inducere solet; sæpenumero inducit.* qod proximè dixerat v. 240.

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ.

Sæpe mali unius poenas urbs integra pendit.

Demosthen. Olynthiac. 2. Ὅταν ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. *Ubi vires qis per avaritiam malasqe artes acqisivit, prima qæqe occasio, & offensio levissima, excussit omnia & dissolvit.* i. e. *excutere & dissolvere solet.* Isocrates ad Demonicum: Τὰς τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε. *Improborum consvetudines exiguum dirimere solet temporis spatium.* Et rursus: Κάλλος, ἢ χρόνος ἀνήλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανεν. *Formam vel tempus absumere, vel morbus corrumpere consvevit.* Hæc ubi chartis illeveram, virum literarum Græcarum peritissimum deprehendi, plane de hoc ipso, qem Pfochenius adduxit Hesiodi loco paria mecum statuentem, in *append. de Dialect.* c. 6. qo loco & geminam planè ex Homero *Il.* δ. v. 160. sententiam profert de numinis vindictâ. in qâ explicandâ ab Evstathio, qi eodem cum Pfochenio istic inclinat, discedens, in partes nostras pedibus it.

Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ᾽ Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,
Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ· σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν,
Σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι, γυναιξί τε, καὶ τεκέεσσιν.
Nam etiamsi Olympius non protinus finem facit,
Attamen tandem aliqando faciet: & magno luent
Cum propriis capitibus, uxoribus, & filiis.

ubi ἀπέτισαν, pro ἀποτίειν εἰώθασι, ut Hesiodo ἐπέθηκεν, pro ἐπιτιθέναι εἴωθεν, dictum, rectè vult Stephanus. qi & inter multa alia qæ congessit ibidem exempla, subjungit & Homeri illud ex *Il.* α.

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ᾽ ἔκλυον αὐτοῦ.

h. e. κλύειν εἰώθασι.

Qi Diis paruerit, hunc præcipuè exavdibant,

i.e. *exavdire consveverunt.* Eodem modo Christi illud Joan. c. 11. v. 33. εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου, exponit V. C. Heinsius in *Aristarcho* suo. cap. 24. ἤκουσας, ἀκούεις, vel ἀκούειν εἴωθας. qod hoc tamen loco nevtiqam necessarium videtur. nam qod ex Tertulliano affertur, qi verterit, *Gratias ago tibi, qia semper me exavdias;* videtur is locum strictim citando, incisa duo in unum contraxisse, ne iteratò idem poneret. Habetur libri adversus Praxeam cap. 23. Verum pari prorsus citra controversiam modo locutus est Marcus Evangelista, c. 15. v. 6. Κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον. *Cæterum singulis festis dimittebat eis unum ex vinctis.* pro eo qod Matthæus c. 27. v. 15. Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ἀπολύειν ἕνα δέσμιον τῷ ὄχλῳ. *solvebat*, inqit ille, qod iste, *solvere solebat.* Eundem & temporis futuri verborum usum apud Hebræos observat vir doctissimus Simeon de Muis in sacris variis, c. 11. *E consvetudine* scilicet *idiomatis Hebraici, verbo futuri temporis, rem, qæ fieri soleat, freqenter atqe eleganter exprimi.* ita ישתה & ינחש *bibet & avgurabitur.* Gen. c. 44. v. 5. interpretatur is, *bibere solet,* &, *avgurari solet.* itaqe locum sic παραφράζει, *Qem surripuistis scyphum, is est, in qo potare herus meus, & ad se venientium fidem experiri solet.*

CAPUT VII.

De Phil. 1. 23. disceptatur. Hebraismus ei à Pfochenio affictus. ἀναλῦσαι, ἀντὶ τοῦ ἀναλυθῆναι. Infinita in Kal passive sumi exempla Pfochemana non probant. Indefinitè usurpata multa passive possunt efferri. Historia 2 Reg. 21. 8. expenditur & explicatur. Nutrix mater dicta. Scaligeri σφάλμα μνημονικόν. at non genitrix. A Camio discessum. Locus 1. Annal. 3. 16. expenditur. A Iunio discessum. Genuisse Nasoni dictus, qi adoptaverat. Piscatoris vacillatio & lapsus memorialis. Zedekia duo. Gen. 50. 23. explicatur, ex c. 30. 3. Locutiones sylleptica. Hym. 91. 12. Num. 26. 59. 3. Reg. 1. 6, explicantur. Expenditur & explicatur locus subdifficilis. 2. Reg. 24. 1. Evlogii interpretatio rejecta. nec Theodoreti admissa. nec Psevd-Avgustini. Piscatoris avdentior; etiam vix pia. Iunii supplementum minus necessarium. minus tamen avdax ipse Piscatore, a qo avdacia nomine notatur. Piè magis Doctores Judæi. Veram videri interpretationem, ut verbum indefinite sumatur; copula (qod sæpe fit) pro cavsali. Devt. 32. 37. expenditur & explicatur. Altare, Dei mensa; victima, cibus. Gen. 41. 13. & 2. 20. & 15. 6. & 9. 6. & 48. 1. 2. 3. Reg. 22. 28. Luc. 6. 38. & 12. 20. locutiones indefinita. לקרא *non passivè sumitur Gen. 4. 26. nec* כצרוף *Hymn. 66. 10. nec* באמר *Hymn. 42. 2. nec* אמר *Prov. 25. 7. Locus Tob. 3. 13. à Junio parum rectè redditus. Versus 6 & 7. ibidem explicati. ἀπολυθῆναι, defungi. Ad Philip. 1. 23. 2. Tim. 4 6. redditur. ἀνάλυσις, resolutio. de morte usurpatur. Epicharmi verba apud Plutarchum restituuntur; Antoninum supplentur. ἀνάλυσις, dimissio. à gladiatoribus certamine exacto dimissis; vel vectoribus munere confecto, lora solventibus, Beza. Tertulliani varia lectio. aliud καταλύειν, ἀναλύειν aliud. ἀπόλυσις de morte. Matth. 26. 24. explicatur. ἀνάλυσις, reditus. Stobæus emendatur. ἀνάλυσις, migratio, discessus. ἔξοδος, exitus, transitus; de morte. à tentorii funes vel navis rudentes solventibus tractum. cur ἀναλῦσαι, ἀντὶ τοῦ ἀναλυθῆναι, nulla ratio.*

SEct. 35. qod *plerique* dicuntur *tradere* Philip. c. 1. v. 23. *ex Hebraismo positum esse τὸ ἀναλῦσαι ἀντὶ τοῦ ἀναλυθῆναι.* qinam illi pleriqe sint, ego plane sum nescius. neqe hactenus in aliqem, qi id tradiderit, incidi. Qod avtem ipse subdit, qo Hebraismi saltem speciem induat, *infinitiva & gerundia in Kal sæpe passivè usurpari*; sed & *gerundia Latinis passivè sumi qandoqe*; etsi qi negent non desint, evinci posse videtur. Cæterum *infinitiva Hebræis*, ubi cæteroqi verba ipsa non promiscuè usurpantur, in flexurâ primâ *passivè sumi*, non evincunt, qæ istic allata sunt. Id qo liqidius elucescat, sic habeas. Hebræis solenne est verba sæpenumerò indefinitè usurpare; qæ passivâ formâ vertendo optime expresseris. exempla pavca, sed illustriora dabimus.

De duabus Herodici Thessali natis Livius l. 40. *Theoxena multis petentibus aspernata nuptias est. Archo Poridi eandem nupsit, & apud eum plures enixa partus, parvis admodum relictis omnibus, decessit. Theoxena, ut in suis manibus liberi sororis educarentur, Poridi nupsit; & tanqam omnes ipsa enixa foret, suum sororisqe filios in eadem habebat curâ.* De Micale & Merabe, Savlis filiabus, havd absimile qiddam refert historia sacra Reg. l. 2. c. 21. v. 8. *Accepit rex qinqe filios Micalis filiæ Savlis, qos peperit Hadrieli Barzillai filio.* nodus istic non unus. primò unde Micalis proles, qæ *ἄτεκνος* defuncta dicitur, Cap. 6. v. 23. tum qomodo Adrieli ea prolem fustu-

sustulerit, cui non ipsa, sed Merab soror ipsius est uxor data, Lib. 1. c. 18. cum Paltieli ipsa nupserit. Lib. 1. c. 25. v. 44. & l. 2. c. 3. v. 14. Priori solvendo Junius (qod & Piscator probat) *sororis* nomen interserit, ut sit *sororis Micalis*. qod firmatum it ex versu 19. ubi *Golias* idem dicitur, qi Paralip. l. 1. c. 20. v. 5. *Golia frater* perhibetur, cui adjici potest & illud Jerem. c. 32. ubi Hanameel vers. 12. Jeremiæ *patruus* dicitur, qi vers. 8. ejusdem *patruelis*, sive *patrui filius* dictus fuerat. sed & qod Mattanias Jeconiæ *patruus*, sive *patris frater* perhibetur, Reg. l. 4. c. 24. v. 17. qi Annal. l. 2. c. 36. v. 10. ejusdem *frater* nuncupatur. At Chaldæus; *filios Merabis, qos educaverat Mical.* Hunc seqQuntur Judæi doctores pleriqe, Camius, Jajrus, Esajas, & Ezræ filius; qi ideo Micalis filios dictos volunt, qi Merabis erant, qia illa educavit, & pro suis habuit. qod Archus liberis præstitisse Theoxenam retulimus. cui adjici poterit, qod *matris* nomine (id monente Nonio) *nutrix* qandoqe veniat. hinc Maro Æn. l. 8. de lupâ qæ Romulum Remumqe expositos nutricabat,

Geminos huic ubera circum

Ludere pendentes pueros, & lambere matrem.

Ad qem locum Servius, *Matrem. i. qasi matrem, cujus affectum pueris exhibebat. sanè etiam veteres nutrices matres vocabant.* Plavtus Menæch. prolog.

Ita formâ similes pueri, ut mater sua

Non internosse posset, qa mammam dabat,

Neqe adeò mater ipsa, qæ illos pepererat.

qem locum, puto, Jos. Scaliger in animo habuit, qum in *notis ad Maronis Cirin* scripsit, *Nutrix etiam mater Plavto in Mercatore; & obstetrix etiam mater eodem in Truculento.* sed *Mercatorem*, opinor, pro *Menæchmis*, per memoriæ lapsum posuit.

Sed restat alter scrupulus; qomodo illos Mical *genuisse* sive *peperisse* dici possit. Siqidem hac ratione *genitricem* à *matre* latiusculè sumptâ, ut nutricem etiam comprehendat, distingvi volunt Grammatici. Hunc ut eximant nonnulli, è qibus Camius, volunt *gignere*, vel *parere*, pro *educare* sumi. trahit horsum is illud ex historiola Ruthæ c. 4. v. 17. *Naomia natus est filius.* qum cum illa tamen non pepererit, sed enutriverit duntaxat. v. 16. verum aliud *gignere aliqem*, sive *aliqam, filium*; aliud *natum esse alicui*. nam & *nobis natus* dicitur Christus. Esai. c. 9. v. 6. & Luc. c. 2. v. 11. & apud Juvenalem Sat. 9. cui ope suâ patris nomen acqisiverat, patrono parasitus,

Qod tibi filiolus vel filia nascitur ex me.

Tum adjungit illud, Num. c. 3. v. 1. *Hæ sunt generationes Aaronis & Mosis*; cum Aaronis filii soli recenseantur. sed, *Mosis*, inqit ille, *perhibentur esse. qia sub Mose educati atqe instituti.* Sed & istud longius petitum videtur, & consangvinitatis ratione potiùs dictum, meritò censeatur.

Ad adoptionis itaqe ritum alii confugiunt. & *genuit* pro *adoptavit* dici volunt. Sic enim inqiunt, Annal. l. 1. c. 3. v. 16. Jeconiæ *filius* Zedekias dicitur; cum iste tamen illius *patruus* existeret; successionis ratione. qomodo de Avgusto, qi adoptionis jure Julio Cæsari successit, Naso *Metamorph.* l. 15.

Qam sua progenies; nec enim de Cæsaris actis

Ullum majus opus, qam qod pater extitit hujus,

Qam tantum genuisse virum, qi nominis hæres, &c.

Hoc enim volunt nonnulli, inter qos Junius ad Annal. l. 1. c. 3. & in *Parall.* l. 1. c. 2. & Brughtonus noster in *concentu Scrip.* nam Piscator istic *ἀπροσωπόληπτος*, *modo harum, modo illarum partium esse* deprehenditur. siqidem in *Scholiis* ad Annales, *Tsidkia*, inqit, *filius ejus; scilicet Jechoniæ; non naturalis, sed legalis, successor nempe in regno.* at in curis posterioribus idem, in *scholiis* scilicet ad Matthæum, *Ego puto*, inqit, *in Chronicis recenseri duos Sedechias; qorum prior numeratur inter filios Josiæ, posterior verò inter filios Jehojakimi: hunc posteriorem in locum Jechoniæ à Rege Babylonis suffectum esse; ac proinde propriè in loco citato* (nempe 2 Reg. 24. v. 17.) *fratrem nominari.* Hæc ille. in qibus, de Jechoniæ successore qod statuit, ego amplexandum censeo. Leviculum est enim, qod bonus senex memoriâ lapsus, *fratrem* dicit in Regum historiâ nominari, qum illic disertè *patruus* dicatur. qod superius pavlò, aliâ occasione indicavimus. *Chronicorum*, qam appellant, historiam voluit, cum *Regum* lavdaret. Verum de duobus Sedechiis qod opinatur, scripturæ sacræ contextus mihi liqidò satis prodere videtur. Sic enim verba habent in stirpis Davidicæ genealogiâ producendâ; *Filii Josiæ, Primogenitus Johanan, secundus Joakim, tertius Tsedekias, qartus Shallum. Filii autem Joakimi, Jeconias filius ejus, Tsedekias filius ejus.* Qo loco qare *Sedekias duos* in unum conflemus, rationem nullam video; præsertim cum *Ezechias* pariter *duos* in eodem Capite Vers. 13. & v. 23. legamus. Nec videtur destina satis valida locutio poetica, qæ sermonis historici interpretationem, coactiorem saltem, nullo alio tibicine suffultam sustineat. Nec hic itaqe locus locum istic obtinebit. Ut nec illud insuper adjiciam aliam esse adoptionis, qa Julio Avgustus, qod Naso respexit, aliam successionis meræ, qâ Jeconiæ Sedekias suffectus est, existere rationem.

Illud forsan videri poterit, Chaldæi versioni firmandæ, non ineptum, qod Genes. c. 50. v. 23. etiam *filii Maciris filii Manassis nati* perhibeantur *super genua Josephi*. ubi *nati* sunt pro *educati* sunt, positum videri possit. sed dictio potius est *ἰδιωτική*, qod Junio visum, qi reddidit, *nati sunt, & educati super genua Josephi*: vel *συλληπτική* potiùs, *nati ponebantur*, sive *educabantur, super genua Josephi*. qomodo & Rachel de Bilhâ ancillâ suâ, Cap. 30. v. 3. *ut pariat super genua mea.* i. e. ut rectè Piscator; *ut pariat ponendos* (sive *educandos*) *super genua mea*. Junius: ut *partus ejus excipiam gremio, & tanqam meos habeam.* Chaldæus qem & Jajrus seqitur. *pariat ea, & ego* ארבי *educam.* ut Esaiæ c. 1. v. 2. גדלתי *educavi*. nam רב & גדול freqenter pro eodem usurpantur. itaqe Ezræ filius cap. 50. ילדו exponit גדלו *educati sunt*. ubi Chaldæus; *Maciri nati sunt* ורבי *& educavit eos Joseph.* & Jajrus; *educati sunt*, sive *creverunt, inter genua ejus. super genua*, dixit Moses. qod *in manibus* Livius. altera phrasis à *nutricibus*, qi infantulos manibus gestant; qô allusum Hymn. 91. v. 12. altera a *parentibus*, sive *avis*, avt *aviis*, sumpta, qi filios avt nepotes parvulos, oblectamenti cavsâ, *super genua collocare* solent: qod Piscator adnotavit.

Verum expeditior mihi videtur de Micale extricandi via, qam & Brugtonus noster suggerit. ut verbum *genuit* indefinitè svmatur. *qos genuit*, sive *peperit qadam*, Merab nimirum. nos dicimus which one bare. i. e. explicatius loqendo, *qi geniti sunt*, sive, ut optimè in eam mentem Castellio, *ex Adriele genitos*. sic Num. c. 26. v. 59. *Uxor Amrami Jocebed filia Levi, qam peperit Levi in Ægypto.* i. qam *peperit qadam*, uxor nempe ejus. i. e *qæ ei edita est*, sive, ut Castellio, *ei in Ægypto natam*. nec est opus cum Junio *uxorem* interserere. Sic & Histor. Regum l. 3. c. 1. v. 6. de Adonia dicitur, *Et peperit eum post Absalomum*, cum tamen mater eadem utriusqe non fuerit; sed Adoniæ Chaggitha, Absalomi Maaca. Reg. l. 2. c. 3 v. 3, 4. itaqe Jun. *pepererat enim* [*Chagagitha*] *post Absalomum* [*natum.*] nostri, *peperit illum* [*mater ejus*] *post Absalomum.* Castell. [*à matre*] *post Absalomum genitus* qi si & illud, *à matre*, reticuisset, (è qá enim, nisi è matre gigni poterat?) historici mentem abunde satis expressisset. Absalomo utiqe ætate, sicut minorem, ita proximum, ac Salomone conseqenter majorem, Adoniam extitisse. Sed ab hoc paradigmate, nobili satis ad aliud havd nobile minus transeamus. Histor. Reg. l. 2. c. 24. v. 1. *Ira autem Jovæ ulterius accensa est adversus Israelem, & incitavit Davidem in eos, &c.* plurimùm hic se torqent interpretes, qomodo Deus Davidem excitasse dicatur ad id faciendum, qod ipsi displicuit. & de qo supplicium in suis à Davide exegit. nec novus hic scrupulus. Christophorum qendam olim cum malè haberet, Evlogium Alexandrinum per literas de eodem consuluit, uti Photius avtor est *Biblioth.* Cod. 230. Huic avtem respondet Evlogius, Græcum interpretem secutus, scripturam sacram *κύριον*. i. *Dominus*, sed & *Dei*, nomen tribuere qandoqe, non Deo vero, sed *Diabolo*, neqitiæ ac pravitatis principi. huc accersit illud Christi de *dominis duobus* Matth. c. 6. v. 24. & Apostoli illud de *Deo hujus seculi*, ad Cor. Ep. 2. c. 4. v. 4. addit tamen, non tam *κύριον*, *dominum*, qam *ἐχθρὸν κύριον*, *iram Domini* hic dici,

qi in Paralip. l. 1. c. 21. v. 1. *Diabolus* dictus sit. Verum solutionem istam Photius nullus probat; qi Theodoretum aliosqe sanctos patres nodum istum fæliciùs avtumat solvisse. Theodoretus ergo ipse qid? *ἐπέσεισε. τουτέστιν, ἐνέδωκε, συνεχώρησε· κωλύειν δυνάμενος, οὐκ ἐκώλυσε. τὸ συγχωρῆσαι ἐκάλεσεν ἐπισεῖσαι. incitavit*, inqit, id est, *permisit, commovit*. i. e. *concessit: in poenam populi, prohibere, cum posset, non prohibuit. mandatum pro concessione sumitur.* Hæc ille in Reg. l. 2. q. 37. Utrumqe & Evlogö & Theodoreti commentum in commentariolos suos *in octateuchum* retulit Procopius Gazæus. At Avtor mirabilium. S. scr. qi Avgustini nomine proſtat. l. 2. c. 13. *Deum ipsum movisse* diserte pronunciat, ob peccata populi. & disertiùs, imò fidentiùs *καὶ παλιμαγκότερον* Piscator; *Incitavit, ipse Jehova; nam apertè de Jehovâ utrumqe dicitur; qod ita ejus accensa fuerit in Israelitas, & qod incitarit Davidem, dicendo. i. e. inspirando, inspiravit avtem per Satanam, ut apparet ex collatione 1. Chron. 21. 1. h. e. præcepit Satanæ ut inspiraret. confer 1. Reg. 22. v. 22.* verum ista vix pronis avribus mens pia exceperit. nec adducta loca firmant satis. Interim avdaciæ reum Junium peragit, ipse justo plus avdentior, qod vertit, *Qumqe incitasset adversarius Davidem. avdax*, inqit, *supplementum; & qod ipsa verborum consecutio respuit.* Ex Hebræis denique doctoribus R. David, & Levi; *adcer*, sive *cogitationem, Davidis* rejiciunt. ita tamen ut nec Deum prorsus excludant; cujus providentiâ reguntur ac disponuntur universa: unde illud Josephi ad fratres suos, *Non vos, sed Deus me misit huc*. Genes. c. 45. v. 10.

Cæterum sunt reverâ coactiores interpretationes istæ universæ; nec ad *καταφύγια*, *refugia* ista refugere est opus. expedita difficultatum harum exolvendi ratio futura est, si illud *incitavit* indefinitè sumatur & reddatur; *incitavit (aliqis scilicet) Davidem*. i. *David incitatus est, ad numerandum populum*. à qo, nisi a *Satanâ*, cujus mentio expressa in Annalibus sacris; ubi historia eadem denuò narratur? qod tamen textui hoc in loco insertum non oportuit; ne amplius diceretur, qam Spiritus sanctus, qo historiæ concinnator actus est, hoc loco dici voluerat. qod si *avdax supplementum* censeatur, qod nihil supplet, nisi qod alibi hâc ipsa de re dictum sit, qanto magis avdaciæ deputabitur, id Deo tribuere, qod nec istic nec illic etiam necessariò ascribitur? Cavtiùs & religiosiùs Castellio; *Eo impulsus est David*, &c. In hac avtem interpretatione etiamsi lubens acqiescam; subjiciam tamen qod pensiculatius ista perpendenti ulterius mens suggerit. Hebræis *copula causæ* notionem freqenter satis induit. Genes. c. 12. v. 1. ויאמר *Dixerat enim Jova Abramo*. Jun. Hymn 60. v 13 & 108. v. 13. *Exhibe nobis avxilium, qo ab hoste tuti simus:* ושוא *vana est enim qam homo pollicetur, salus.* Esaiæ c 64. v. 5. *Ecce, tu irasceris;* ונחטא *qia nos peccavimus.* Qidni & istic vertamus? *Ira avtem Jova rursus excanduit adversus Israelem: nam instigatus fuit, avt eo qod instigatus fuerat, David adversus illos, ut Israelem Judamqe recenseri mandaret.* Ut Davidis in populo recensendo lapsus, iræ divinæ flabellum, non flagellum prædicetur. ego certè, qod obstet, nihil video: peritis tamen piisqe aliis ad pensitandum proposito, ad alia notæ congeneris jam pergo.

Deut. c. 32. v. 37. ואמר *& dicet*. qæritur, qisnam iste, qi dicturus dicitur. R. Abraham Ezraides, *adversarius*. Vatablusqe itidem: *Qum dicet hostis, ridendo vos*. nec alitèr Latinus interpres vetus (qem seqmuntur & Genevenses nostri) qi vertit, *& dicent: adversarii, scilicet*, Nic. Lyranus. vel, *alii videntes*; Hugo Cardinal. ut sint hostium & alienigenarum verba, populo Dei in captivitate illudentium. At Græci interpretes, *καὶ εἶπε κύριος*. qos qi seqmuntur, *Dei verba* volunt esse, vel *suos increpantis*; qomodò Judic. c. 10. v. 14. & Jer. c. 2. v. 28. & c. 11. v. 11, 12. qo Jairus inclinare videtur; Procopius, & ab Oleastro palam concedunt: vel *gentibus insultantis*, qod Junio & Piscatori magis probatur. Joannes verò Calvinus vult esse *populi Dei, hostibus suis illudentis & insultantis, eosqe post liberationem suam qasi triumphantis*. Ego primis illis assentior. nec obstat interpretationi isti, qod avt *Dii* in plurali nominantur; qum pro more sic suo loqantur Ethnici, avt qod *victimis ac libaminibus vesci* dicatur: de Deo enim vero gemina censent cum eis, qæ de Deis suis opinabantur. Ut avtem rectè Calvinus observat, *verbum*, dicet, *indefinitè sumitur*: eodemqe redit, ac si dictum esset, *dicetur*. in eo tamen cum Oleastrio idem halucinatus, qod de *sacrificantibus* dictum existimet, *adipem victimarum comedisse eos, libaminisqe vinum bavsisse*, cum de *Deis* ipsis id dictum sit. hos enim victimarum suarum nidore, libaminumqe ac suffituum vapore, vesci illi existimabant. idemqe forsan eo magis de Deo vero sentiebant, qod & altare *mensa Dei*, & victimæ *cibus Dei*, in sacris dicta deprehendantur. Ezech. c. 41. v. 22. & c. 44. v. 16. & Malach. c. 1. v. 12.

Genes. c. 41. v. 13. *Sicut interpretatus est nobis, ita fuit. me restituit in locum meum, illum verò suspendit.* at qis hoc utrumqe fecisse perhibetur? coactiùs nonnulli, qos commemorat Esraides, *Josephum fecisse*, qia *futurum prænunciaverit*. qomodo, *mundat* i. e. *mundum pronunciat*, sacerdos. Levit. c. 14. v. 11. Et Propheta, cum *extruere*, & *depangere*; tum & *diruere* & *extirpare* dicitur; qæ & qos vel extructum & depactum iri prædicat, vel demolitum & extirpatum iri denunciat. Jer. c. 1. v. 10. cum c. 18. v. 7, 9. atqe ita Jo. Burgesius noster *adv. Ames.* c. 4. S. 9. Meliori (opinor) consilio, alii ad *Pharaonem* referunt, cujus & nomen textui ipsi Junius inseruit. qod minus tamen necesse fuit. Vertere poterat, *ego restitutus, ille vero suspensus est*. ut in margine Hebraismum adnotaret, *restituit*, *& suspendit*, indefinitè usurpatum utrumqe; atqe ita Græci, *οὕτω καὶ συνέβη, ἐμέ τε ἀποκατασταθῆναι ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἐκεῖνόν τε κρεμασθῆναι*. *ita etiam contigit, & me restitui, & illum suspendi.* licentiùs pavlo Castellio: *ejus interpretationem, & me in integrum restituto, & illo in crucem acto, eventus comprobavit.* Optime Jairus. *Restituit*, *Pharao* scilicet cujus mentio superius facta. Cap. 40. v. 2. *Est defecta locutio. neqe enim exprimit qis restituerit; nec id vero opus erat. satis fuit dicere, restituit, is scilicet cujus in manu situm erat; iste avtem fuit Pharao.* pariqe modo scripturas ejusmodi defectivas accipere oportet; ut ii fecisse intelligantur id qod dicitur, qorum muneris vel potestatis erat id exeqi.

Genes. c. 2. v. 20. *& nuncupavit Adam pecudem qamlibet, & volucrem, & bestiam: sed non invenit Adamo avxilium idoneum. non invenit*, indefinitè. i. *non est inventum*. Græci, *οὐχ εὑρέθη*. qomodo qod Cap. 15. v. 6. de Abrahâ dictum est, *Credidit Deo, & reputavit illi in justitiam*, reddunt cum iidem, tum & Apostolus, Rom. c. 4. v. 3. & Gal. c. 3. v. 6. *καὶ ἐλογίσθη*, *& reputatum est*. sed nec ineptè Junius; *non aderat non inveniri*, pro *non adesse, non esse*, Hebræis familiare.

Sic cap. 9. v. 6. *qi effundit sangvinem hominis, per hominem effundetur sangvis illius: qoniam ad imaginem Dei fecit hominem.* ad sensum rectè Junius, *ad imaginem suam hominem fecit* [*Deus*] malim tamen, ut dictionis syntaxis retineatur, *ad imaginem Dei factus est homo.*

Histor. Reg. l. 3. c. 22. v. 38. *& immersit currum ejus* (Achabi in prælio occisi) *in piscinâ Samariticâ, & linxerunt canes sangvinem ejus, & laverunt arma ejus. immersit, aliqis* scilicet (neqe necesse est, ut cum Junio *avrigam* dicamus) i. e. *currus immersus est*. ita Camius, *immersit, immersor* scilicet, sive *is qi immerserat. sicut*, Genes. c. 48. v. 1. *dixit Josepho*. & ibid. v. 2. *& nunciavit Jacobo. aliqis*, scilicet, pro eo qod est, *dictum est Josepho; nunciatum est Jacobo. & laverunt arma*, qibus id ut facerent obvenerat, scilicet i. *lota sunt*. qanqam dictio istic est ambigua. itaqe pro eo qod *arma* Chaldæus, & cum eodem *consentientes* Camius & Jajrus; *meretrices* exponit Levi Gersomides, & Græci *πόρναι*.

In Novo Instrumento. Lucæ c. 6. v. 38. *mensuram bonam dabunt in sinum vobis*. i. *dabitur vobis mensura bona*. vel ab hominibus, vel a Deo saltem. Et cap. 12. v. 20. *hâc nocte repetent à te animam tuam*. i. *ea a te repetetur* neqe enim designatur, per qos id futurum sit. Sed & illud cap. 16. v. 9. *ἵνα δέξωνται ὑμᾶς, ut recipiant vos in æterna tabernacula*. qidni commodissimè reddi possit? *ut recipiamini*. Videatur Piscator in *scholiis* ad locum. Apocal. c. 12. v. 6. *habuit mulier in eremo paratum sibi a Deo locum, ut alerent eam*. hoc

est,

est, (qod disertè dicitur. v.14.) *ut ibi aleretur.* ab eis scilicet per qos id ut fieret à Domino est provisum.

His defixis, ad Pfochenii exempla accedo. Primus qem adduxit, locus est Genes. c.4. v. 26. ubi לקרא vult passivè sumi. atqi ego illud Pfochenio nullus concesserim. de variis loci interpretationibus nihil dicam. ad verbum sic habet. *Tum captum est* (ab hominibus nempe piis, in corpus qoddam à fæce seculi secretis) *invocare nomen Jova.* neqe enim *nomen* ad *captum* refertur, qod & Abraham Ezræ monuit. Optimè Hieron. in qæst. Hebr. *Tunc initium fuit invocandi nomen Domini*, nam qod Junius reddidit, *tunc captum est invocari nomen Jehova.* sensum, non syntaxin secutus est: qod & in margine monitum voluit. neqe Pfochenius ipse, qia Sect. 65. ἅρπαγμα ἀφαιρούμενος, vertit, *qa erepta*, & ὡς οἰκεῖα παραδιδόναι, *ceu propria transmitti*, ideo ab Halicarnasseo, avt participium illud, avt verbum istud, passivè sumi avtumabat.

Alter locus est ex Psalm. 66. v.10. *Conflasti nos, Domine*, כצרוף *secundum conflare*, (i. e. *ut conflatur*, ὡς πυροῦται LXX) *argentum.* poterat qis eo confugere, ut diceret, *secundum conflare*, esse *secundum conflationem argenti.* sicut *velle* pro *voluntate* sumitur, *vivere* pro *vitâ.* verum nec id opus. infinitum indefinitè usurpatur. *secundum conflare.* i. *perinde ac conflat aliqis*, avrifex, an qis alius, *argentum.* qod tamen rectè cum Junio vertas, *ut conflatum argentum.* Optimè Piscator: Hebr. *secundum conflare argentum.* i.e. *sicut conflant argentum. impersonalis locutio.* qanqam indefinitam nuncupare prœoptem.

Tertius locus est Psalm.42. v.4. *Sunt lachryma mea cibo mihi interdiu & noctu*, באמר *dum dicitur mihi, ubi est Deus tuus?* sensus non displicet; sed nec μετάφρασις. ad verbum tamen, *in dicere*, idem est ac si diceretur, *cum dicunt.* Nec aliud de loco novissimo censendum, ex Prov. c. 25. v. 6. טוב אמר *satius est, ut dicatur*, (ad verbum tamen, *ut dicat*) *tibi.* rectè Piscat. *Hebr. Dicere tibi.* i. *e. ut dicat tibi.* scilicet *magister avla*; *Sive etiam ὁ καλέσας, is qi invitavit te, ut Dominus* Lucæ c.14. v.10.

Eadem est ratio, qo ad seqentia viam munienmus, voti illius, qod Raguelis filia Sara concepisse perhibetur, in Hist. Tobiæ c.3. v.13. εἰπὸν ἀπολῦσαί με ἀπὸ τῆς γῆς. qod Junius minùs commodè reddidisse videtur; *Dicens, ut liberes me ab hâc terrâ.* qasi vel εἰπεῖν scriptum sit; vel εἰπών, qid ea *dicat*, insicet, cum insinuet potius, qid Deum *edicere* velit. ab εἰπεῖν εἶπον in imperandi notione; ut ab ἔπεμψα πέμψον. sed fefellisse virum doctissimum simul ac diligentissimum videtur, distinctiuncula post εἶπον in editis posita; qæ omnino furcillanda est. ad verbum sic sonat, *edicito dimittere me à terrâ istâ.* ubi *dimittere* indefinitè sumitur: & sensus est, *ut dimittar.* qo modo Tobias pater supra versu 6. Ἐπίταξον ἀναλαβεῖν τὸ πνεῦμά μου, ὅπως ἀπολυθῶ καὶ γῆ γένωμαι. *Pracipe recipere spiritum meum.* i. e. *ut recipiatur spiritus meus; qo dimittar, vel absolvar, & in terram redigar.* corpus scilicet qod attinet. prout Marcus Imperator, *commentar. l.6. S.10.* Τί δέ μοι καὶ μέλει ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ, ὅπως ποτὲ αἶα γένωμαι; *Qid mihi aliud cura fuerit, qam ut aliqando terra fiam?* & versu proximo: Ἐπίταξον ἀπολυθῆναί με τῆς ἀνάγκης ἤδη εἰς τὸν αἰώνιον τόπον. *Pracipe dimitti, sive absolvi me*, i. e. ut *dimissus*, sive *absolutus*, *à necessitate istâ* concedam *jam in locum aternum.* ἐπίταξον dicit hîc, qod εἶπον ibi. ἀπολυθῆναι hîc (sicut de Aarone, Num. c.22. v. 29. ἀπελύθη Ἀαρὼν, dicitur, pro eo, qod est, *defunctus, sive mortuus est.*) qod ibi ἀπολῦσαι, sed indefinitè, sicut & τὸ ἀναλαβεῖν, sumptum; nec secus in simili ferè sententiâ, εἰπεῖν τινα Lucæ c.11. v. 20. de qo loco supra diximus.

Atqe ita demum ad locum illum supra adductum ex ad Philipp. c.1. v.23. revertimur. ubi τὸ ἀναλῦσαι affirmat Pfochenius optimè exponi posse per *reverti.* & istud pavlisper dispiciamus. Est enim locus insignis: sed in qo Hebraismus mihi, cæcutienti forsitan, hâc saltem in parte, nullus omnino relucet. Verba sic habent. ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι· cui & geminum ejusdem adjicere liceat, ex ad Timoth. Ep.2. c.4. v.6. ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. qibus in locis qid τὸ ἀναλῦσαι, qid ἡ ἀνάλυσις, significet, inter eruditos havd perinde convenit. interpretamenta illustriora discutere, havd infrunitum (spero) censebitur.

Ἀνάλυσις itaqe qatuor plurimùm significata habet. primo *resolutionem, dissolutionem, solutionem* compositi alicujus designat. atqe ita reddidit vetus interpres in illo ad Timoth. ἡ γὰρ ἀνάλυσις τῇ συνθέσει opponitur ut rectè Budæus Comment. Ling. Græc. pag. 104. edit. Colon. De Penelopes telâ, qæ proverbio locum fecit, Homer. *Odyss. β. v.*104.

> Ἔνθα καὶ ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστόν·
> Νύκτας δ' ἀλλύεσκεν ——
> *Hic magnam illa die texebat sedula telam:*
> *Nocte resolvebat.* ——

Eò allusisse videtur Plutarchus lib. de *Oracul. defect.* verbis illis, Ἐνίοις δὲ φθορὰν ἤδη καὶ στέρησιν ἡ φύσις, μᾶλλον δ' ἡ ὕλη στέρησις οὖσα, ἀναφλύγει (ἀναφαίνει, Xylander leg.) πολλάκις καὶ ἀναλύει τὸ γενόμενον ὑπὸ τῆς κρείττονος αἰτίας. *Quibusdam interitum & privationem natura infert; vel materia potius privationi obnoxia, retexit & resolvit id qod à cavsa prastantiori exstiterat.* atqe hac ratione morti aptè satis tribuitur ἀναλύσεως appellatio. sicut enim creatio, sive procreatio συνθέσεως; ita obitus ἀναλύσεως rationem habet. notum est Epicharmi illud. Συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε, πάλιν· γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω. τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἕν. ita enim sunt restituenda, qæ in Plutarcho, *ad Apollon. consolat.* vitiata exhibentur. *Concretum est, & discretum est. eodemqe revenit, unde venit, ad terram terra, sursum spiritus; Ecqid horum grave? nihil qicqam.* cui consonat M. Antonini Imper. illud commentar. l.4. S.5. vocula modò, qæ intercidit, restituatur. Ὁ θάνατος τοιοῦτος, οἷον γένεσις. σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων, [καὶ] εἰς τὰ αὐτὰ [διάλυσις,] *Mors ejusmodi qiddam est, qale genitura, hac enim ex eisdem ipsis elementis concinnatio, in qa eadem illa dissolutio est.* Emendationi Marcus ipse præit, qi l.2. S.17. mortem pronunciat, οὐδὲν ἄλλο, ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῷον συγκρίνεται. *nihil aliud qam elementorum eorum dissolutionem, ex qibus animal unumqodqe consistit.* qin & Platoni in *Gorgiâ*, (referente & Clemente, *Stromat.* l.4.) Ὁ θάνατός ἐστι τῆς ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. sive, ut idem *Phædone*, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. *Mors est solutio compagis humana, qa animo corporeqe constat. Et separatio atqe exsolutio animi à corpore.* de qo etiam Sosibius apud Stob. tom.2. c. 119.

> —— ἀναλύεται
> Τὸ σῶμα πνεύματος φυγόντος. ——
> —— *post anima fugam*
> *Dissolvitur corpus relictum.* ——

Et omnium disertissimè avtor vitæ Homericæ, (qi Plutarchi nomine censetur) poetam ait verbis illis, Iliad. η. v.99.

> Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.
> *Vos in aqam & terram cunctos converti opto.*

σημαίνειν ἀνάλυσιν εἰς τὰ γεννητικὰ στοιχεῖα τοῦ παντὸς, *resolutionem* (qæ morte fit interveniente) *in genitalia totius elementa designare.* de qo etiam videri possunt Hesychius, Evstathius, Plutarchus adv. Epicur. & Alexander problem. l. 1. q. 75. Hac ratione forsan de Pamphilo Martyre Photius dixit, cod. 118. subiisse illum τὴν διὰ πυρὸς ἀνάλυσιν, *resolutionem per ignem.* Atqe ita τὸ ἀναλῦσαι cepit hîc vetus Interpres, qum vertit, *dissolvi.* qem Jo. Calvinus etiam & Tigurinus seqcuntur.

Secundò ἀνάλυσις *dimissionem* significare qibusdam censetur. atqe ita vertit Theod. Beza Ep. 2. ad Timoth. c. 4. v. 6. ut *allusio sit ad gladiatorum certamen, qi victoriâ demum potiti in ipsâ ex certamine dimissione coronabantur.*

Qin & istic εἰς τὸ ἀναλῦσαι, idem reddidit, *ad dimissionem*; sed allusione aliâ potiùs probatâ. *Metaphora est*, inqit, *ab eis sumpta, qi curru vecti, qum ad locum destinatum pervenerunt, καταλύειν dicuntur, qod eqorum lora & vincula solvere consveverunt, atqe ita qoqe verbum ἀπολύειν alibi accipitur hoc ipso sensu* Luc. c. 2. v.29. *Et pro dimittere, sive abeundi copiam facere* Luc. c.9. v.10. Hæc ille, qibus & Syri פטר astipulari videtur; qod *dimittere* significat; unde & הפטרה *dimissio*, qâ populo abeundi facul-

tas

tas datur in synagogis post lectionem prophetarum. favet &, qod Tertulliani à Rigaltio editi codices in Scorpiac. c. 13. pro ἀναλύσεως in Ep. 2. ad Tim. c. 4. v. 6. *dissjunctionis* exhibent. *disjungi* enim dicuntur jumenta, cum dempto jugo interqietum ab opere dimittuntur. Verum alii codices, qod & Junius præfert, *deversionis*, habent; qod est vocabulum Tertulliano familiare. Cæterum primò ista sine exemplo dicuntur. Tum & ἀναλύσαι & καταλύσαι diversa significant. qod & Joan. Leunclavius observavit *in not. ad Gregor. Nyss.* καταλύειν, inqit, *eleganter significat aliqò divertere. Unde κατάλυσις militare vocabulum; & καταλυμα diversorium* Luc. c. 2. v. 7. ἀναλύειν *contrà significat migrare de loco in qo fueris.* Et Erasmus: καταλύειν *dicuntur, qi se componunt in diversorio;* ἀναλύειν *qi movent sarcinas, mutantqe diversorium.* sed & aliud apud Lucam ἀπολύειν, aliud apud Pavlum ἀναλύσαι, cum dimittentis sit, qod illic Simeon, Νῦν ἀπολύεις, (qod Tobias dixerat, ἐπιτάξον ἀπολυθῆναι, & Sara εἶπε ἀναλῦσαι) dimissi, qod Pavlus hic εἰς τὸ ἀναλύσαι. qæ & accuratè distingvit, de hoc eodem negotio agens, Epictetus; uti mox videbitur. qanqam non abnuerim ἀπόλυσιν etiam *discessionis* significatum habere, & hâc eâdem ratione de *morte* dici. sic enim in Testamento suo Lyco apud Laertium Vit. Philos. l. 5. c. 71. Μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόλυσιν (qod Petrus Ep. 2. c. 1. v. 15. μετὰ ἐμὴν ἔξοδον dixit.) Et Heraclitus ad Amphidem. Ep. 1. Τάχα ἡ ψυχὴ μαντεύεται ἀπόλυσιν ἑαυτῆς, ἤδη ποτὲ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τούτου καὶ σπηλαίου τοῦ σώματος ἐκκύπτουσα. *Forsan & anima discessum præsagit suum, ex carcere & qasso hoc corpore prominens, vel prospectans.* Tum & Themistius (qod Psochenius qoqe monuit, ἐπιδείξεως sect. 2.) apud Stobæum Tom. 2. tit. 119. Ἀπολύεσθαι τὸν ἀποθνήσκοντα, καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσι. *Discedere morientem, & mortem discessum vocamus.* Et Theophrastus hist. plant. l. 8. c. 17. ῥᾳδίαν ποιεῖ καὶ ἄπονον ἀπόλυσιν. pro *mortem facilem & expeditam facere.* qod nos diceremus, to make a speedy and easie dispatch. contrà qam de Tyndaro Hegio Plavtinus in Captivis, act. 3. sect. 5.

Diu ego hunc cruciabo, non uno absolvam die.

Illud itidem Abrahæ, Genes. c. 15. v. 2. אנכי הולך ערירי *ego orbus incedo*, vel *vado*. qanqam potest sumi, & sumendum existimo, qo modo Maronianum illud Æn. l. 1.

Ast ego, qæ divûm incedo regina. ——

Græci interpretes vertere, Ἐγὼ ἀπολύομαι ἄτεκνος. *Sine prole decessurus sum.* qâ eadem notione Christus Matth. c. 26. v. 24. & Marc. c. 14. v. 21. Ὁ υἱὸς ἀνθρώπου ὑπάγει. pro qo Lucas. c. 22. v. 22. πορεύεται. *Filius hominis abit*, sive *vadit*; è vitâ *decedit, eo qo scriptum est modo.* qod Sophocles θανόντα μὲν βεβηκέναι, *mortalem decessisse* plenius dixit in Oedipo Rege; τὴν πανυστάτην ὁδὸν, *omnium postremam viam* in Trachiniis.

Sed de hoc etiam supra; nec ἀπόλυσιν nunc, sed ἀνάλυσιν qærimus.

Tertio loco, ἀνάλυσις, *reditionem, reditum, reversionem* significat. ita τὸ ἀναλύειν sumitur Lucæ c. 12. v. 36. Προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων. *Servis similes, qi dominos expectant suos, qando à nuptiis reversuri sint.* qod eô dictum, qia in nuptiis plurimùm ad noctem intempestam trahebantur convivia. Ita Athenæus deipnosophist. l. 2. ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες, *à coenâ reversi.* Et Appian. *belli civil.* l. 4. Ἀναλύοντα δὲ ἐκ μέθης στρατιώτην προσκρούσαντές τι ἀπέκτειναν. *A compotatione ebriâ revertentem militem, occasione aliqa offensi, interfecerant.* Io Salomoni falsò inscriptâ sapientiâ. c. 2. v. 1. Οὐκ ἐγνώσθη ὁ ἀναλύσας ἐξ ᾅδου. *Non est inventus, qi ab inferis regressus sit.* Et ibid. c. 16. v. 14. Οὐδὲ ἀναλύει ψυχὴ παραληφθεῖσα. (emendante D. Hoeshelio *in notis ad Phot.*) *Neqe revertitur anima semel recepta.* qo eodem sensu, resurrectionis argumentum tractans, Gregorius Nyss. *de homin. opific.* c. 25. Πάντας ἐκ τοῦ ἴσου ἐν προστάγματι πρὸς τὴν ζωὴν ἀναλύοντας. *Omnes ex aqo eodem interdicto, ad vitam revertentes, sive in vitam denuo remigrantes.* Atqe hâc ratione etiam de *morte* usurpari poterit. est enim illa ἐπάνοδος, *reversio sive regressio* qædam. Salomon ipse Eccles. c. 12. v. 7. *Redit pulvis* (i. corpus) *ad terram, qod priùs fuerat; Spiritus autem ad Deum qi eundem dederat.* Genes. c. 2. v. 7. facitqe huc qod Epicharmus supra. Sed & qod Evripides in *Supplicib.* (qod Moschionis nomen frustra præfert apud Stob. tom. 2. c. 124.) & ex Evripide Lysias in Epitaph.

A

Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν. πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. ——
Et unde nostra qodqe natura est datum,
Eo reverti; magnus æther spiritum,
Corpus recipiat terra. ——

B Idemqe Chrysippo (qod ex Clementis *stromat.* l. 6. discimus) referente etiam Philone lib. *de mundi immortal.* & Marco Imper. l. 7. S. 49.

Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν. θνήσκει δ' οὐδέν.

ita Philonem emendat H. Grotius: apud qem vitiosè leg. Βλαστόντα γῆς.

Retroqe meant, qa terra dedit
C *Iterum in terram: qod ab æthereo*
Venerat ortu, cæleste poli
Repetit templum, nihil emoritur.

qod Gregor. Nyssen. de homin. opific. c. 26. per verbum ἀναλύεσθαι expressit. Οὐ μόνον τὴν γῆν, εἰς τὴν γῆν ἀναλύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ὁμόφυλον. *Neqe terram modo ad terram reduci; sed & aerem & humorem ad ea qæ generis ejusdem sunt, se conferre.* qi & ἀνάλυσιν ἀντὶ τοῦ ἀνακάμψαι usurpavit, ibidem, uti Elias Cretensis observavit, verbis illis, Αἱ ἀναλύσεως ἀποκαταστάσει τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἴδιον. *Qod hominis ad pristinum statum*
D *redeunti proprium est restituere.* Idem & Lucretius sic extulit de rerum natur. l. 2.

Cedit enim retrò, de terra qod fuit antè,
In terras: & qod missum est ex ætheris oris,
Id rursum coeli relatum templa receptant.

Itaqe Seneca, Epist. 76. *Mors est, eo reverti unde veneris.* atqe hoc modo τὸ ἀναλύσαι Hieronymus hic cepit; qum vertit *reverti*, *adv. Ruffin. apol* 2. qo & Tertullianus fortè an respexerit, qum *recipi* reddidit. *de spectac. c. 28. exire de*
E *seculo, & recipi apud dominum:* Et *ad uxor. l. 1. c. 5. seculo eximi, & recipi ad dominum.* Et *de patient. c. 9. recipi jam, & esse cum Christo.* atqe huc inclinat Psochenius, ut τὸ ἀναλύσαι istic τὸ ὑποστρέψαι, sive ut Elias Cret. τὸ ἀνακάμψαι significet; & ad animæ conditionem priscam respiciatur, qâ à Deo illa primitus devenerat.

Non improbo prorsus. existimo tamen simpliciùs hoc loco locutum Apostolum.

Restat itaqe qarta, & novissima ea, τῆς ἀναλύσεως significatio, qâ *migrationem, abitum, discessum* significat. Ja-
F sonis Cyrenæi Epitomator. *Maccab. hist.* l. 2. c. 12. v. 7. Ἀνέλυσεν, ὡς πάλιν ἥξων. *Discessit*, vel *recessit*, *tanqam rediturus denuò.* Epictetus apud Arrianum dissertat. l. 1. c. 9. Ὅταν ὁ Θεὸς ἀπολύσῃ ὑμᾶς τῆς ὑπηρεσίας ταύτης, τότε ἀναλύσετε πρὸς αὐτόν. *Ubi Deus è servitio isto vos dimiserit, tunc ad ipsum discedatis, proficiscamini, emigretis.* ita Melanchthon, Camerarius, Piscator, Castellio, Leunclavius istic sumunt, & *migrare* vertunt. sed & Chrysostomus, qi μεθίστασθαι. i. *emigrare, sedem commutare.* & nostri, qi *discedere.* Nec aliter ego Syri illud כפטר ceperim. nam & פטר Hebræis,
G unde Syrorum פטר etiam pro *discedere* atqe *abire* usurpatur. *Reg. Histor.* l. 1. c. 19. v. 10. ויפטר Græc. καὶ ἀπῆλθεν. *abscessit.* Jun. Ita de Mose Chald. *in Cant. c. 1. Cum advenisset tempus Mosis* למפטר מן עלמא *ut ex hoc mundo discederet, emigraret. exiret.* qod de Constantio Imper. Ammianus *rer. gest. l. 21. mundo citiùs digressurum.* Et de se Julianus apud eundem *l. 25. clarum hunc meruì è mundo digressum.* Et de Proteo philosopho *l. 29. cum mundo digredi statuisset.* Et de Archo Livius supra lavdatus, *parvis admodum relictis omnibus decessit.* qod nos dicimus, sitte deceased. De Christo Domino Lucas c. 9. v. 31. sermones cum illo habuisse Mosen, & Eliam περὶ τῆς ἐξόδου. *de exitu sive excessu ejus.* sicut Paterculus *hist.* l. 2. de Varrone; *moriturus, vera de exitu ejus* (i. Antonii morte) *magnâ cum libertate*

tate eminatus est. Et de se Petrus Ep. 2. c. 1. v. 15. μετὰ τὴν ἔξοδον, *post excessum meum.* qo modo *l.* 25. Ammianus, *Post fratris Constantini excessum.* *Mors* enim, animam qod attinet, est *exitus*, sive *excessus de corpore*, ut Tertull. *de resurr. c.* 19. Inde Gregor. Naz. orat. in *sacr. bapt. pag.* 644. A. de homine moribundo, Δάκρυον περί σε, τῆς ἐξόδου μηνύματα. *Lacryma circum te, excessus indices.* qanqam Cyprian. *de mortal. Mors non est exitus, sed transitus.* Sed *exitum* is esse negavit, qâ *exitus* cum *exitio* affinitatem aliqam habere videtur; qasi non *interitum*, sed *transitum* esse significaret. qomodo Plavtinus ille captivus *Act.* 3. *sc.* 5.

Qi per virtutem periit, havd interit.

Qin & Chrysostomus & Theophylactus ad illud Joan. c. 13. v. 1. de Christo dictum, cum instaret tempus, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου, *qo ex mundo demigraret, transiret*; observant mortem μετάβασιν. i. *transitum* dici. qo modo & in Lemuelis documentis v. 8. חֲלוֹף *transitus* pro morte usurpatur. Seneca Epist. 65. *Mors avt finis est, avt transitus. at non illud; hoc ergo.* Ita Cicero *Tusc. l.* 4. *Mors migratio est.* Tertull. *de patient. c.* 9. *Profectio est, qam mortem putamus.* De Metello Paterculus *l.* 1. *magis de vitâ migrare, qam mori.* Et Hieronymus, de Nepotiano in *Epitaph. non emors, sed emigrare.* nec secus Apostoli hujus ejusdem cum Piscatore sumendum illud censuerim, cujus supra non semel meminimus ex ad Tim. Ep. 2. c. 4. v. 6. ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε, *instat tempus migrationis meæ.* Hinc de Meletio Gregorius Nyss. ἡ πρὸς Χριστὸν ἀνάλυσις, *ad Christum profectio*, vel *migratio.* De Pamphilo Photius *cod.* 118. ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει Θεόν. *ad Deum, qem expetebat, profectus est.* De Evlogio Palladius *histor. Lavsiac.* c. 26. ἀναλύσας πρὸς τὸν κύριον. *ad Dominum commigravit.* videtur avtem metaphora, vel ab eis sumpta, qi in *tentoriis* degunt; qibus migraturis *tabernaculorum funes solvuntur*; vel (qod magis reor, eoqe cum Erasmus, tum & Piscator propendent) à *navtis* traducta, qi ubi terris relictis discessuri sunt, *solvunt rudentes*, qod Græcis nunc λύεσθαι, nunc ἀπολύεσθαι, nunc ἀναλύειν dicitur. unde τὰ ἀπόγεια λυσάμενος, *si qa fune soluto navi se commiserit.* Lucianus in Sectis. &, πρυμνήσια ἀπολυσάμενος, *funes navticos cum solvisset.* Cyrillus, *de sacr. Trinit. dialog.* 2. & τὰ πρυμνήσια ἀναλύειν, *rudentes solvere.* Homerus Odyss. ε. Et Latinis pariter, nunc *solvere*, nunc *navem*, nunc *oram solvere*, nunc *resolvere*. Cicero *ad Tiron. l.* 16. *ep.* 9. *nos eo die coenati, solvimus.* Cæsar *de bell. Gallic. l.* 4. *Naves per mediam noctem solvit.* Fabius *institut. l.* 1. *Oram solventibus bene precamur.* Et *l.* 4. *c.* 2. *Oram solvimus, profecti sumus.* Et Livius l. 23. *Alii resolvunt oras; alii, ut ne qid teneat, anchoralia incidunt.* Facit huc eximiè Platonis illud *in Timæo*, à Dionysio Longino lavdatum, περὶ ὕψους c. 28. Ἡνίκα δὲ ἡ τελευτὴ παρέστη, λύεσθαί φησι τὰ τῆς ψυχῆς, οἱονεὶ νεὼς, πείσματα, μεθεῖσθαί τε αὐτὴν ἐλευθέραν. *Ubi mors, sive vitæ finis, affuerit, solvi animæ, tanqam navis cujusdam, retinacula, eamqe liberam dimitti.* Denique, ut locum hunc Pavlinum mittamus tandem, nihil est necesse, ut ἀναλύειν hic ἀντὶ τοῦ ἀναλυθῆναι sive ex Hebraismo nescio qo, sive citra Hebraismum etiam ullum, sumatur.

C A P U T VIII.

Κοινὸν, profanum, immundum. κοινοῦν, inqinare. à Christianorum usu traxit Lucianus. Τὸ δικαιοῦν, qâ τῷ הִצְדִּיק Hebræorum respondet; apud Thucydidem non comparere. Scholiastæ verba pro Thucydideis à Psochenio supposita. Camerario, qæ nullus dixit, adscripta. Thucydidis loca data. δικαιοῦν, non absolvere, *sed* condemnare *Thucydidi. Græcis priscis, &* addicere supplicio, *&* afficere. *Svidas restituitur; à Portâ male habitus. Halicarnassensis frustra à Psochenio lavdatus. aliud δικαιοῦν de personâ reâ; aliud δικαιοῦν de cavsâ, sive re ipsâ. Guil. Bradshavi & Frid. Spanheimii elogia. utriusqe halucinatio. Etymologus explicatus. Analogia non sufficit ad dictiones probitatem puritatemve, non potest ex eâ constare de sensu τοῦ δικαιοῦν Apostolico. Evdoxii ἀσεβὴς. Ulpiani ἄχρηστος. Demosthenes Pavlum vix cepisset. Justificare Latinum non est, non magis qam justare. Πίστις alio sensu in N. T. usurpata qam alibi passim. Πιστεύειν, & πεποιθέναι, εἰς τι, vel ἐπί τι, ἐν, vel ἐπί τινι, formulæ Græcis priscis inusitatæ. Aristotelis locus perperam acceptus. Styli dotibus præcipuis, puritate exqisitâ denegatâ, non detrahitur. Tertulliani & Apuleji dictio qalis. Utriusqe elogium. Hebraismi Apostolicæ dictioni vim addunt.* עשׁג *de fiducia. ἀνθρωπαρέσκειν, & ἀντιπίπτειν.*

HActenus in exemplorum delectu minùs ἀκριβῶς versatum Psochenium ostendimus: nec *selectiora* debuisse dici, qæ vel peculiare propemodum nihil habent, vel in sacris rariùs occurrunt, vel pro Hebraismis havd ita communitèr habentur. Jam in eis qibusdam, qæ *selectiora* jure merito censeantur, qomodo rem egerit, deinceps perpendemus. Τὸ κοινὸν pro *prophano*, *polluto*, *immundo*, & τὸ κοινοῦν (unde tamen forsan Latinis & *coeni* nomen, & *inqinandi* verbum) esse *lingvæ Hellenisticæ peculiaria* affirmat Drusius, negat Psochenius *sect.* 65. Nolo qod ille olim, Æmyl. Scavrus apud Fabium institut. l. 5. c. 12. & Val. Maxim. l. 3. c. 7. *utri creditis?* Stet per me libera sua cuiqe animi sententia, dum qod contendit, saltem probatum præstet. De Hellenisticæ vocabulo controversiam, qæ est περὶ ὀνομάτων ζήτημα, sepono. Apud *Maccabæorum scriptorem* reperiri largitur Psochenius. Verum, qo partes tuetur suas, Lucianum advocat ex *de Protei, sive Peregrini morte.* pag. 568. ubi hæc habeat. Καταφρονοῦσιν ἁπάντων ἐξίσης, καὶ κοινὰ ἡγοῦνται, ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως τὰ τοιαῦτα παραδεξάμενοι. *Omnia ex æqo contemnunt, & communia putant, citra fidem accuratam talia recipientes.* At qis non primo statim intuitu hominem impurissimum deprehendat solenni Christianorum vocabulo Christianis illudentem. qomodo pavlo ante προφήτης καὶ θιασάρχης, καὶ ξυναγωγεὺς, dixerat. Itaqe ut de ævo inclinatiore nihil dicam, à Christianis ipsis petito verbo Christianis convitium dicere voluerat.

Ad vocem proximam pergamus.

Αὐτὸς γὰρ ὁ μιαρὸς οὐδὲν ἕλκεται.

Fumus enim iste nihil attraxit.

Ea est verbum τὸ δικαιοῦν, qod τῷ הִצְדִּיק Hebræorum respondeat. Et hoc *apud avtores profanos reperiri*, negat Parcus, affirmat Psochenius. Est avtem illud ex vocabulis insignioribus, inter exempla lectiora jure collocandum, utpote qod & in dissertationibus sacris creberrimè occurrat, idqe designet qod in religionis Christianæ ac salutis negotio primas fere non immerito occupat. Hoc vero apud Thucydidem in eâdem significatione reperisse, indicante Camerario, adfirmat Psochenius. *Apud alios*, inqit, *profanos avtores Græcos, & in eâdem significatione occurrere, attestatur pro nobis doctissimus Camerarius; producto scilicet exemplo hoc ex Thucydide.* ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε ὅτι τυραννικῶς ἄρχετε. Verum non uno modo a Psochenio est istic peccatum, nec latæ culpæ tantum & supinæ negligentiæ, sed fravdis dolique mali manifestus tenetur. Supinæ negligentiæ ascribi jure merito potest, qod Scholiastæ verba pro Thucydideis apponit illa, ὅτι τυραννικῶς ἄρχετε, cum interpretantium esse disertè monuisset Camerarius; tum & qod ex verbis, qæ apposuit non animadvertit, nisi si qod animadvertit, dissimulare libuerat, non posse eo qo ipse vult, significatu verbum δικαιοῦσθαι hic sumi. itaqe versione, prudens forsan, præter morem suum, hîc abstinuit. Ecqis enim erit horum verborum sensus, *justificabitis vos, qod tyrannicè imperatis?* Fravdi manifestariæ non potest non dari: primo, qod ea interpretantium verba omisit, qæ disertissime docent, sensu plane adverso τὸ δικαιοῦσθαι hîc usurpari: δικαιώσεσθε, inqiunt, i. e. δικαίως καθ' ὑμῶν ἀποδείξετε. *justè, sive jure, contra vos statuetis, sive demonstrabitis.* hoc verò non est *justificare*, sed redarguere, & sententiam adversus se ferre. Tum Camerario insignem facit injuriam, qem interpretationis tam absurdæ avtorem ciet. nihil enim ille minùs, qam qod illi affingit Psochenius; imo potius contrarium prorsus. Verborum Domini Christi apud Matthæum c. 11. v. 19. ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, duplicem exhibet expositionem.

prior hæc est, ad qam Thucydidem adducit. *Sapientia à sobole judicatur. Vel sententia pronunciatur, tanqam in judicio, de sapientia ab eis, qi illam, ut pueri avdire debebant. qo nihil scilicet magis perverse, atqe præpostere fieri posset.* At qis perversum avt præposterum unqam censuit, ut *a filiis suis sapientia justificaretur?* hæc enim verbi istius de qâ agitur, est significatio. & hoc ferè modo, rejecto priore, Camerarius tandem illic sumendum concludit; *ut dicatur sapientia à suis coli, cum alii eam respuant, qo modo Publicani perhibentur* δικαιῶσαι τὸν Θεὸν i. e. *Deum celebrasse*, ut ille interpretatur. Lucæ c.7. v.29. eoqe magis huc inclinare profitetur, qia Lucas c.7. v.35. eadem referendo πάντων addiderit. *absurdum sit avtem existimare, à suis omnibus tam indignè habitam sapientiam, ut adversus eam sibi ipsi censuram arriperent universi.* cæterum priorem ubi proposuerat expositionem. *Sic*, inqit, *propemodum est verbo hoc usus Thucydides l. 3.* ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε. *sic enim interpretantur:* δικαίως καθ' ὑμῶν ἀποδείξετε, ὅτι τυραννικῶς ἄρχετε. *Censet Cleon omnibus modis severissimè esse in Mitylenaeos, qi defecerant, animadvertendum. qod si non fiat, inqit, neqe apud illos gratiam estis inituri, ac potius contra vos ipsos decernetis, tanqam sententiâ juste latâ, qod vestra gubernatio Tyrannica sit.* Hæc αὐτολεξεὶ Camerarius; qæ Psochenio qi faveant ipse viderit. Sed Thucydidis loco obscuriori pavlo, qo lux clarior illucescat, de concionis à Cleone habitæ occasione pavca dicentur. Defecerant ab Atheniensibus Mitylenæi, & Lacedæmoniis clam sese adjunxerant. adversus qos Paches dux Atheniensis cum exercitu missus, urbem deditione ceperat, sub eâ lege, ut qid de civibus statueret, Atheniensi populo liberum foret. Ii ad primum conventum vehementiùs commoti, puberes omnes interficiendos, impuberes in servitutem redigendos censuerant. at postero die, ubi æstus detumescere jam ceperat, subiit animos tam immanis consilii poenitentia. Et reclamat Diodotus; sed urget Cleon. ἐπεβούλευσαν γὰρ μᾶλλον (inqit) ἢ ἀπέστησαν. *neqe enim tam ab Atheniensibus illos defecisse, qam adversus eosdem constitisse.* orationem verò verbis his concludit, (integram enim periodum non gravabor describere.) Ἐν δὲ ξυνελὼν λέγω. πεισθέντες μὲν ἐμοὶ, τά τε δίκαια ἐς Μιτυληναίους, καὶ τὰ ξύμφορα ἅμα ποιήσετε· ἄλλως δὲ γνόντες, τοῖς μὲν οὐ χαριεῖσθε· ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε. *Ut semel rem totam expediam, si qidem me avdieritis, & qod adversus Mitylenaeos justum, & qod vobis ipsis utile, facietis: sin aliter censueritis, nec gratiam apud illos ullam inibitis.* (qum sint scilicet ἀχάριστοι, *homines* planè *ingrati*, ut Scholiastes adnotavit. vel potius qia imperium vestrum pro injusto & tyrannico nihilominùs habituri sunt) *& vos ipsos condemnabitis.* sive, ut Schol. *justam plane adversus vos ipsos sententiam feretis, qod injustam atqe Tyrannicam potestatem exercetis.* atqe hunc reverâ sensum esse seqentia docent. Εἰ γὰρ οὗτοι ὀρθῶς ἀπέστησαν, ὑμεῖς ἂν οὐ χρεὼν ἄρχοιτε. *Si enim isti deficiendo à vobis rectè fecerunt, vos ipsi contra jus fasqe eis imperare censebimini.* Ita contrarium planè significatum apud Thucydidem sortitur τὸ δικαιοῦν, atqe apud scriptores sacros; cum istis absolvendi, illi condemnandi sensu sumatur. Qin & δικαιοῦν Thucydidi, qomodò & aliis Græcis scriptoribus, non est *damnare* tantùm avt *addicere*, sed & *punire, poenas exigere.* Sic enim idem l. 8. Ἐς δὲ καὶ ἀντείποι, εὐθὺς ἐκ τρόπου τινὸς ἐπιτηδείου ἐτεθνήκει. καὶ τῶν δρασάντων, οὔτε ζήτησις, οὔτε δικαίωσις ἐγίγνετο. *Si qis contradiceret statim sub specioso aliqo prætextu interficiebatur: de cædis avtem avtoribus, nec qæstio habebatur, nec sumebatur vindicta.* qod nos diceremus; no justice was done upon them. utramqe significationem indicavit Svidas. Δικαιοῦντα, καταδικάζοντα. Δικαιοῦντα, *condemnantem* (qo loco Lexicographum frustra tum solicitat, tum & interpolat Porta, qum scriptoris testimonium supplere debuisset, vocabulum hoc ipsum ad dictionis finem subjiciendo, ut τὸ γῆς ἀγονίᾳ δικαιοῦντα, *terra sterilitate punientem*, legeretur) & Δικαιοῦν, τὸ κολάζειν. Δικαιοῦν, *punire.* Hesychius item; Δικαιοῦν, μαστιγοῦν, νουθετεῖν. Δικαιοῦν, *flagellare, castigare.* &, Δικαιῶσαι, κολάσαι. Δικαιῶσαι, *punire.* Frustra ergò Thucydidem hic Psochenius avtorem lavdat; frustra Camerarium testem advocat.

Verum qod Thucydides non præstat, Dionysius forsan Halicarnass. præstabit. Apud hunc *Antiqit. l.6.* T. Largius sic fatur: Ἡμεῖς οἱ Ῥωμαῖοι δικαιοῦμεν, ὅσα ἄν τις ἀρετῇ πολεμίους ἀφέληται, ταῦτα τοῖς ἐγγόνοις ὡς οἰκεῖα παραδιδόναι. *Nos Romani ita justum esse censemus, qa qis hostibus erepta virtute qæsivit, ceu optimo jure propria ad posteros transmitti.* Sed nec istud Psochenii cavsam juvat. Imposuerat certè jam olim doctissimo, mihiqe cum primis amicitiæ foedere conjunctissimo, D. Gvilielmo Bradshavo, qod apud Svidam offenderat, Δικαιοῦν, τὸ δίκαιον νομίζειν. existimabat enim eo sensu id dictum, qo δικαιοῦσθαι τῷ Apostolo dicitur; uti patet ex avreo illo qantivis pretii *de Justificatione peccatoris coram Deo*, libello editionis Anglicanæ *c.1. S.8.* verum à V. C. Antonio Vottono, in *animadversionibus*, erroris admonitus, vir pectoris candidissimi, ac veritati indicatæ cedere promptissimi, in editione Latinâ expunxit. Imposuit & viro celeberrimo D. Friderico Spanhemio, qi in *Dubiorum Evangelicorum* opere elaboratissimo, *part. 3. dub. 104.* τοῦ *Justificare* varia significata recensens, inter alia; *Aliqando*, inqit, τὸ δικαιοῦν *in scripturâ sumitur. 1. effectivè; & notat qandoqe* δίκαιον καθιστᾶν, *justum constituere; non per infusionem justitiæ, sensu Pontificio, sed per ejus imputationem, sensu Scripturæ. 2. declarative; & notat;* δίκαιον νομίζειν, *secundum Svidam; idqe vel gratis, qando terminatur ad homines, vel meritò, qando terminatur ad Deum.* At verò priore illo sensu nusqam in sacrâ paginâ τὸ δικαιοῦν vel τὸ הצדיק etiam usurpatum reperio. De Danielis verbis c.12. v.3. ipse superiùs pronunciaverat, *vocabulum hoc illic* ὁμώνυμον *esse; ut eo sensu Doctores & pastores justificare dicantur, qo salvare Timotheus.* 1 Tim. c.4. v.16. Optimè. neqe enim, ut rectè Avgustinus *contr. Petil. l.3. c.42.* *Etiam tum per sanctum & fidelem dispensatorem gratia spiritualis credentibus impertitur, dispensator ipse justificat, ac non ille unus, de qo dictum est, qi justificat impium.* Verum justitiæ insitæ, an imputatæ, notionem includat, Vir Clarissimus nihil statuit. Et mihi certè prior subindicari videtur, ut eodem sensu מצדיקים qo & משכילים dicantur; eidemqe utroqe vocabulo designentur; *qi homines ad sapientiam erudiunt, qiqe ad justitiam convertunt*, h. e. *qi sapientes justosqe faciunt.* Nec aliter Fr. Junius & Jo. Piscator. qanqam si, qod Calvino magis placet, prius vocabulum absolutè sumamus, ut *eruditi & veritatis intelligentes* intelligantur, eodem reciderit. Qod avtem ad Rom. c.5. v.19. (hunc enim locum, opinor, Vir Cl. voluit) *Christi obedientiâ* δίκαιοι κατασταθήσονται dicimur: non id probat τὸ δικαιοῦσθαι eo sensu usurpari. neqe verò uspiam, opinor, eo sensu usurpatur. aliud est enim *justum constitui*, etiam ubi de imputatione sermo habetur, aliud *justificari.* cum illud justificationis fundus & fundamentum existat; & justificationem veram, cui substernitur, necessariò præcedat. justus enim qis existat priùs necesse est, qam possit verè justificari. utrumqe avtem istud à Christo habemus. nam & satisfactionis Christi meritum homini ex se injusto imputatum, justum eundem jam constituit; qum justitiam ei conciliet, qâ justus sit, & justitiæ hujus virtute, qæ merito illo comparatur, justificatur necessariò, ubi id opus fuerit: h. e. jure merito absolvitur, qi hâc ratione justus extat. Sensum posteriorem qod attinet; ut nihil dicam, meritò justificari posse & hominem, ubi culpâ, cujus arguitur, immunis insonsqe fuerit deprehensus, Devt. c.25. v.1. idqe sub Deo etiam ipso judice. Hymn.7. v.8. Δικαίωσις illa, de qâ Svidas, *neqe ad hominem terminatur, neqe ad Deum.* neqe enim *personam* ullam, sive *reum*, cujus utiqe res agitur, sed *cavsam* sive *rem* ipsam, de qâ agitur, respicit. Proinde aliud est δίκαιον νομίζειν, eo qo Svidas voluit significatu; de re ipsâ nempe, (factum illud, sive censura fuerit) prolatum. h. e. *æquum* id *justumqe censere:* qo sensu Hebræorum הצדיק usurpatum nusqam reperies. aliud τὸ δικαιοῦν phrasi Apostolicâ, forensi tamen, de personâ, sive reâ, sive criminis suspectâ, pronunciatum; & significat *pro justo absolvere*, & adversus criminationes, vel suspectas etiam vel objectas, justitiam personæ, cujâ id interest, innocentiamqe sartam tectam tueri. In significatu priore passim occurrit, Svidasqe exem-

exemplum unum & alterum exhibet. in posteriori verò nisi apud Scriptores sacros, qiqe ab eis sumpserunt, nusqam, qod sciam, qisqam hactenus extare docuit. Itaqe qod Etymologici avtor habet: *'Εδικαιώθησαν, δίκαιοι ἐκρίθησαν, ἐνομίσθησαν. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἐναντίον, κατεδικάσθησαν δικαίως. 'Εδικαιώθησαν, justi sunt judicati, existimati. Significat vero etiam contrarium, juste condemnare.* Illud ad usum vocabuli apud scriptores sacros; hoc ad ejusdem apud profanos avtores acceptionem, referendum est, è qibus hujus, non & illius, exempla profert, eoqe sensu freqenter monet usurpari. Ita nullus planè istic locus adducitur, qi τοῦ δικαιοῦν sensum usumqe eum, qem qærimus, exhibeat.

Cæterum, qod istorum nullus, Vir Clarissimus Martinus Chemnitius forsan est exhibiturus. De qo, Joannes Cunradus Dietericus, in *Specimine Antiqitatum Biblicarum lib. 1. In Loco*, inqit, *de Justificatione, vocis δικαιόω, qâ utitur Apostolus, significationem genuinam eruit, non tantum ex perpetuo S. Scripturæ usu, sed etiam ex profanâ literaturâ; constanter enim tam sacri, qam profani avtores τὸ δικαιοῦν in suâ qisqe lingvâ, in forensi significatione, pro accusatum in judicio absolvere, & justum pronunciare usurpant.*

Nolo impræsentiarum, de *perpetuo* vocis istius in sacris scriptis *usu*, cum Viro doctissimo litigare: etiamsi aliud svadeant superius animadversa nonnulla. mitto itidem qærere, qid velit, qod ait, *avtores profanos in suâ qemqe lingvâ*, vocabulum istud ita, uti ipse explicat, usurpare. neqe enim, qid hoc sit, asseqor satis. Sed Chemnitium ipsum, qid afferat, videamus. *Pontificii*, inqit, *clamitant, usu omnium lingvarum verbum justificandi significare, non absolvere, seu reputare justum, sed justum facere, datis seu infusis novis qalitatibus.* His ille opponit: *In Græcâ communi lingvâ δικαιοῦν simpliciter esse verbum forense; & duas habere significationes. 1. significare, aliqid justum censere, non privato judicio; sed sicut illi, qi cum imperio sunt, pronunciant.* Huc adducit, è Sophoclis ad *Oedipum Colon.* Scholiaste, *δικαιοῦν, δίκαιον κρίνειν.* & Svidæ illud, *δίκαιον νομίζειν.* cui usui comprobando, cum è Svidâ, tum & Plutarcho qædam adducit. *2. significare, supplicio afficere, κολάζειν, non sicut privati homines puniunt, sed cum causâ dijudicatâ, judicialiter aliqis punitur.* unde Svidas, *Δικαιούμενος κολαζόμενος, δίκην τυγχάνων. Δικαιούμενος, qi punitur, qi dat poenas.* &c. *Δικαίωσις, κατάκρισις. Δικαίωσις, castigatio, animadversio, poena.* cujus itidem exempla ex eodem subjungit; sed & ex Cicerone, qi in *Verrinis* sic usus est. Unde adversus Pontificios ritè concludit, *τὸ δικαιοῦν* apud Græcos esse *verbum forense; nec in usu vulgari lingvæ Græcæ*, ita perpetuò (qod illi contendunt) *usurpari*, ut significet *justitiâ positivâ, sive inhærente, imbuere.* Qanqam in significatione istâ, qâ *justum qid censere* dicitur, haud forense semper est. neqe enim judices soli, sed privati qoqe qilibet, qid sit jus fasqe, qid æqum, qid iniqum, & consulere & censere consveverunt: nec de privato cujusvis judicio, & opinatione etiam, qam & de judicis pro tribunali sedentis sententiâ, vocabulum istud minus usurpatur. qod exemplis havd paucis, si id opus esset, firmatum dari poterat. Sed neqe Chemnitium hoc latuisse videtur, qi *à specie forensi ad genus transferri*, agnoscit. etiamsi vero similius multo sit, ab usu promiscuo, qi prior extiterat, ad usum fori transiisse.

Addit Chemnitius, *ideò Apostolos hoc verbo usos in Articulo Justificationis; tum qod Græcis in forensi significatione in usu lingvæ Græcæ vulgari notum esset;* tum & *qia LXX. τὸ δικαιοῦν usurparunt pro Hebræo illo* הצדיק. Monet denique, qod Dietericus non advertit; *observandam differentiam*, inter vocabuli illius apud sacros scriptores, & apud profanos, usum etiam forensem. *Non enim*, inqit, *omnino congruit* (istorum usus) *ad phrasin Scripturæ, qæ justificare, pro justum pronunciare usurpat ferè semper de personis: Græci vero de ipsis cavsis vel negotiis usurpant. Hebræis item justificare significat, eum, qi absolutus est, defendere, & ornare præmiis:* (imo potius, vel ut insontem defendere, qod est advocati, vel absolvere, qod est judicis: nam neqe ad absolutionem præmii qicqam necessario conseqitur, nec absolutum præmiis nescio qibus ornandi ulla suppetit necessitas) *Græcis vero usur-*

A *patur in alteram partem, pro condemnare, vel condemnatione (condemnatum, forsan) punire; id qod in Scripturâ non fit.* Fallit ergò lectores suos Dietericus cum Chemnitium affirmat, ex literaturâ exoticâ demonstrasse, *τὸ δικαιοῦν apud profanos avtores pro accusatum absolvere & justum pronunciare, constanter* usurpari. Tantum enim ab hoc abest, ut illud dicat Chemnitius, ut adversum planè verbis disertis pronunciet. Nihil itaqe hactenus à qoqam allatum comparet, unde vocis istius usus Apostolicus à veteri lingvâ Græcâ descendisse comprobetur.

B At, inqit Pisochenius, *sect. 145. vocabuli sensus iste elici poterit ex Græcæ lingvæ fundamentis. neqe enim insvetum est, verba Græca in όω habere activam significationem, siqidem sic dicimus, χρυσόω deavro, ταξιόω ordino, ἐμψυχόω edoceo.*

Primò, ex contextus serie, argumentoqe subjecto deprehensum iri plerumqe hoc, non ego qidem negaverim. Tum etiam vox minùs purè Latina, à Latinè perito tamen havd difficulter poterit percipi. 3. Analogiam qod attinet, non sufficit ea ad vocabulum aliqod vel Græcâ vel

C Latinâ civitate donandum, usus accessent necesse est,

Qem penes arbitrium est & jus & norma loqendi.

uti Flaccus. Proinde ex Varrone *de Ling. Lat. l.* 8. Gellius *Noct. Attic. l.2 c. 25.* statuit, *in omnibus pæne verbis consvetudinem dominari; nullamqe esse similium observationem*, nisi *usu* comprobatam, id qod multis ibidem exemplis confirmatur. Qod si cui Luciani *Lexiphanem* adire libuerit, qot ibi comperiet vocabula pro insulsis, nec Græcis, sed Barbaris habita, qibus tamen ad justam analogiam nihil desit? Verum illorum loco unum & alterum subjicere non abs re

D fuerit. *'Ασεβὴς* analogiam & notationem etiam si spectemus, qidni significare possit eum, *qi nihil colat*, qia qod colat, non habet? qæ est numinis summi prærogativa singularis. nec tamen ego certè Græcè locutum existimo Evdoxium illum *ἑτερόδοξον καὶ αἱρετικόν.* qi Deum Patrem eâ notione *ἀσεβῆ* dixit, cum orationem, qam pro concione habuit, à verbis illis parum avspicatis est avspicatus, *ὁ πατὴρ ἀσεβὴς· ὁ υἱὸς εὐσεβής.* ad qas voces orto tumultu havd levi, qod Deo Patri *impietatis* notam inurere videretur; eam qid vellet verbis illis, explicaturus, adjecisset; *ὁ μὲν πατὴρ ἀσε-*

E *βὴς, ὅτι οὐδένα σέβει· ὁ δὲ υἱὸς εὐσεβὴς, ὅτι σέβει τὸν πατέρα. Pater qidem ἀσεβὴς est, qippe qi neminem colit. Filius autem εὐσεβὴς, qia colit patrem.* resedit qidem tumultus; sed pro tumultu risus havd restrictior est insecutus. refert Socrates *l.2.c.43.* Sed nec Ulpianum, cum τὸ καινὸν καὶ οὐδέ πω ἐν χρείᾳ γενόμενον φαινόλην, *penulam novam, & qâ usus nondum erat*, *ἄχρηστον* dixit, Græcè peritissimus etiam qisqam, qid vellet, facile assecutus esset; qem ludibrio idcirco habitum refert Athenæus l.3. *ἀχρήστου ζητουμένου φαινόλου*, cum eâ in balneis surreptâ, *penulam ἄχρηστον, amissam*, conqereretur; qam

F nisi *inutilem*, sive nulli jam usui, nemo non dici existimaverat. Certe Cl. Casavbonus mecum pronunciabit. *Id verbi*, inqit, *hac notione barbarum esse constat.* Denique qod *in όω exeuntia activam habere significationem* adjicitur, qid hic faciat nullus video. nam *δικαιόω* tam, qum in *condemnationis* & in *castigationis*, qam cum in *absolutionis*, avt *defensionis* significatu usurpatur, activam obtinet significationem: nec hinc itaqe constare potest in hoc potius qam in illo sensu sumendum. Certè si Thucydides avt Demosthenes in illud Apostoli incideret, Rom. c. 3. v. 30. *Εἷς ὁ Θεὸς, ὃς*

G *δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως· Deus unus est, qi justificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.* aliud qidvis (credo) potiùs inde exculperent, qam qod Apostolus voluit: & de fide divinâ potius in maleficis ex utràqe classe ad justitiæ normam supplicio vel adjudicandis vel afficiendis, qam de peccatoribus fiduciæ in Christum intuitu absolvendis liberandisqe, dictum existimarent. cum τὸ δικαιοῦν illo sensu vulgò receptum nossent, hoc nunqam à qoqam usurpatum accepissent. illud itaqe demum affirmo, nihil hactenus dictum, unde constet τὸ δικαιοῦν hâc notione magis esse Græcum, qam esse *justificare* Latinum: qod ut τῷ הצדיק respondeat, ex lingvæ Latinæ analogiâ (qod observasse memini Marium nostrum) diceretur potiùs, sicut à *probus probare*,

re, ita à *justus justare*. nec hoc Latinum tamen qisqam diceret.

Justificationis negotio annexa est *fidei*, an *fiducia* potius, conditio; sub cujus lege ea datur. Atqe hic primo τὸ τῆς πίστεως ὄνομα aliâ apud scriptores sacros notione adhibetur, qam apud profanos plerumqe sumitur. Accedit proximè qod ex Hesiodo ac Theognide (idem enim ferè uterqe volunt) adduxit H. Stephanus in *Thesavro*. Ille enim,

Πίστεις δ' ἄρ τοι ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

Fidere sit, sitqe & diffidere cavsa ruinæ.

Iste avtem, qod ille dixerat, ex parte alterâ qasi ἐπανορθώσας,

Πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα.

Fidendo periit res, diffidendo remansit.

Sive ut H.S. explicatiùs, *Fidem habendo pecuniam amisi; at diffidendo ea salva remansit.* Unde pervulgatum fluxit illud, qod Epicharmo tribuitur (de qo videri poterunt, Polyb. *Hist.* l.17. Et Dio Prus. *orat.* 24.)

Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

Vigila, nec cui temere fidas (avt credas) nervi hi sunt prudentiæ.

Verum amplius aliqid (qod & idem observavit) apud sacros scriptores id vocabuli designat. Certè apud nos vocula illa Faith, qæ Latinorum *fidei*, Græcorum πίστει respondet, nunqam extra rem sacram eo sensu adhibetur, qo in religionis argumento necessariò sumitur; ounqam pro eà vel *fide* vel *fiducia*, qam alicui habemus, cum dictis ejus *credimus*, ipsi de re aliqâ præstandâ *fidimus*; sed pro eâ, qam aliis præstamus, *fidelitate*; qâ notione πίστις usurpata deprehenditur, Matth. c. 23. v. 23. Cæterum formulas illas, qibus nihil freqentius, τὴν εἰς τὸν κύριον πίστιν. Act. c.20. v.21. τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. ibid. c. 24. v. 25. & Coloss. c. 2. v. 5. ἡ πίστις πρὸς τὸν Θεόν. Thess. Ep.1. c.1. v.8. & πίστιν ἔχειν πρὸς τὸν κύριον Philem. v.5. τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν. Galat. c.3. v.26. Ephes. c.1. v.15. Colos. c.1. v.4. Timoth. Ep 1. c.3. v.13. & Ep.2. c.3. v.15. denique τὴν πίστιν ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι Rom. c.3. v.25. tum πιστεύειν εἴς τινα. qod in Joannis Evangelio solo tricies sexies reperitur. Joan. c. 2. v. 11. & c.3. v.15,16,18,36. & c.4. v.39. & c.6. v.29, 35, 40, 47. & c.7. v.5.31,38,39,48. & c. 8. v. 30. & c. 9. v. 35. 36. & c.10. v.42. & c.11. v.25,26,45,48. & c.12. v.11,36, 37,42, 44. ter. 46. c.14. v.1. bis. 12. & c.16. v.9. c.17. v.20. Act. c. 10. v. 43. & c. 14. v. 23. & c. 19. v. 6. Rom. c. 10. v.14. Galat. c. 2. v. 16. Philip. c. 1. v. 29. Petr. Ep. 1. c. 1. v.21. Joan. Ep.1. c.5. v.10. & εἰς τὸ ὄνομά τινος. Joan. c.1. v.12. & c.2. v.23. & c. 3. v. 18. Joan. Ep. 1. c. 5. v. 13. sed & τῷ ὀνόματι Joan. Ep.1. c.3. v.23. & εἰς τὸ φῶς. Joan. c. 12. v. 36. & εἰς τὴν μαρτυρίαν. Joan. Ep 1. c.5. v. 10. & ἔν τινι. Act. c.13. v.39. & Ephes. c.1. v.13. & ἐπί τινι. Rom. c. 9. v.33. & c.10. v.11. Tim. Ep.1. c.1. v.16. Petr. Ep. 1. c. 2. v.6. qibus & adjici possunt ejusdem ferè mentis illa, ἐλπίζειν εἴς τινα. Joan. c.5. v.45. Cor. Ep.2. c.1. v.10. & ἐπί τινι. Act. c. 10. v.43. & c.16. v. 31. & c.22. v.19. Rom. c. 4. v.5,24. & ἔν τινι. Philip. c. 2. v.19. & ἐν τῷ ὀνόματί τινος. Matth. c.12. v.21. & ἐπὶ θεόν. Rom. c.15. v. 12. Timoth. Ep.1. c. 4. v. 10. & c. 6. v.17. & ἐπί τινα. Timoth. Ep.1. c.5. v.5. Petr. Ep.1. c.3. v.5. & ἐπὶ ... Petr. Ep.1. c.1. v.13. item πεποιθέναι ἔν τινι Philip. c.2. v.24. & c.3. v. 3,4. & Thess. Ep.2. c.3. v.4. & ἐπὶ θεῷ. Matth. 27. v.43. & ἐπὶ θεοῖς. Marc. c.10. v.24. Luc. c.11. v.24. & c.18. v.9. Cor. Ep. 2. c.1 v.9. Hebr. c.2. v.13. formulas, inqam, istas, (ut de voce πιστὸς & πιστοί, nihil dicam, unde οἱ πιστοὶ tam crebro ἀντὶ τῶν πιστευόντων usurpatur) ubi nam tandem apud priscos Græcos illos, in eis, qæ scripto consignarunt, monumentis reperias? certè qi illorum, etiam rudera qælibet, qam diligentissimè ruspati sunt, nihil hactenus ejusmodi nobis repræsentarunt. nam qod πιστεύειν πρὸς τὸ θεῖον, nonnemo deprehendisse se ratus est, apud Aristotelem *rhetor.* l.2. c. 17. partim interpretis errore, partim interpunctione pravâ deceptus est Sic enim philosophi habent se verba: φιλόθεοί εἰσι, καὶ ἔχουσι πρὸς τὸ θεῖον πως, πιστεύοντες διὰ τὰ γεγενημένα ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς τύχης. *Dei amantes sunt, & numini qodam modo addicti sunt, sive, erga numen divinum affecti aliqo modo sunt, fidentes ob bona qæ à fortunâ eis obtigerunt.*

A Neqe ista eò à nobis dicuntur, ut (qod immeritò hâc à parte stantibus affingi solet) sacrosanctis illis summè verendis Spiritus Sancti amanuensibus sermonis *impolitiem*, *illuviem*, *barbariem* astruamus. qanqam de dictionis facie havd laborasse se profitentur ipsi: & occurrere in scriptis eorum σολοικοφανῆ, *qæ videntur barbara*, saltem nonnulla nemo doctus diffitebitur: sed nec ut *gravitatem*, *majestatem*, *vehementiam*, *perspicuitatem*, *venustatem* etiam eisdem detractum avt derogatum eamus.

Facessant Pfochenii nugamenta ista καὶ κενὰ περιέργματα, B *inanes strepitus*, qæ frustra, ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδῶντα, *ultra fossam saliens*, (ut cum ipso loqar) oggerit *sect.* 158. qasi Græca lingva priscæ pigmenta oratoria in se, tanqam in pyxide una unicaqe conclusa universa contineret; nec extra eam gratiarum qicqam avt elegantiarum haberi posset. Neqe verò a *puritate* lingvæ alicujus pendet prorsus dictionis *vis* ac *vehementia*. qis enim Tertulliano in suo genere disertior? qis Apulejo locupletior? figuris ac pigmentis rhetoricis abundat uterqe; alter etiam luxuriat. qæ narranda suscepere, adeò vivis coloribus describunt, vel de- C pingunt potiùs, sed diversimodè prorsus, ut legentium oculis ipsis exhibita, & exposita videantur. noster verò ille, ubi cum adversario aliqo agendum, qam artificiosè aggreditur, acriter premit, vehementer perurget, arctè undiqe constringit, ut elabendi avt eluctandi ratio omnis intercepta habeatur? itaqe non immeritò de illo Vincentius Lirinensis *commonitorii cap.* 1. *Ingenio tam gravi ac vehementi excellit, ut nihil sibi pene ad expugnandum proposuerit, qod non avt acumine irruperit, avt pondere eliserit? jam porro orationis suæ lavdes qis exeqi valeat? qæ tantâ nexi-* D *tate qâ rationum necessitate conserta est, ut ad consensum sui, qos svadere non potuerit, impellat: cujus qot pene verba, tot sententiæ sunt; qot sensus, tot victoriæ.* Ecqis tamen Apulejum, avt Tertullianum etiam, de dictionis Latinæ puritate prædicet? ecqis non Afrum magis qam Romanum dicendi characterem in utroqe agnoscat? qod si in Septimio tamen impedire non potuit, qin disertissimus haberetur, & qod de Pericle olim oratorum vehementissimo, ἤστραπτ', ἐβρόντα. Aristoph. *Acharn.* Fab. *instit.* l. 12. c. 10. *fulminare* censeretur: cur Hebraismum sapiens stylus Apo- E stolicus obstet, qo minùs Pavlus, qod & de Pericle dictum, *tonare* dicatur; avt qo minùs δεινότητος, *lenitatis*, *illecebrarum* nomine *Pavlina*, *libertatis & majestatis Petrina*, *gravitatis Joannæa* dictio prædicetur?

Imo potiùs (ne Bezæ verba supra adducta denuo repetamus) è contrario asserimus, sicut ista eis qibusdam plurimùm Apostolis res erat, tunc temporis cum primis familiaria extitisse, Judæis præsertim, qi versione Græcâ utebantur; ita & mentem Spiritus Sancti pleniùs atqe ἐμφατικώτερον multo explicare, qam priscæ illius Græcæ, F qæ apud profanos habentur, formulæ flosculive ctiam poterant. Certe Hebræorum illa האמין & בטח cum particulâ ב adjectâ, vim qandam & ἐνέργειαν insignem habent, qæ nisi formulis istiusmodi feliciter satis exprimi vix posse videtur. Qin & illud eorundem נשען unde משען & משענת *scipio*, *baculus*, cui innititur qis, qoqe sustentat sese in formulâ illâ על יי נשען Annal. l.2. c. 13. v. 18. & c.14. v.11. & c.16. v.7,8. & Esai. c.50. v. 10. qo alluditur & Hymn. 18. v. 18. eam emphasin habet, ut coacti sint Græci Interpretes vocabulis insolentibus ista reddere, τῷ G ἀντιστηρίζεσθαι, καὶ τῷ ἀντιστήριγμα. Esai. c.50. v. 10. Ἀντιστηρισάσθω ἐπὶ τῷ Θεῷ. & Hymn. 18. v. 18. Ἐγένετο κύριος ἀντιστήριγμά μου. Sed ad alia transeamus.

CAPUT IX.

Inter ἰδιότητας & ἰδιωτισμοὺς *distingvendum. idiotismum non probat locutio poetica, avt rarior vocabuli formulæve usus. In poetis Latinis Hellenismi crebri. Ex notionibus communibus formulæ peculiares oriuntur.* Is, id, πλεονασμός. Ἰδὼν εἶδον, *Hebraismus. Æschylus incassum accersitus. Crassa Pfochenii in Æschylo hallucinatio.* Videndo non videre,

Devt. 29. 3. & alibi. In improvidos, illiteratos lingvâ alicujus ignaros, verum divinarum imperitos, usurpatum. Plutarchus emendatus & suppletus. Lucianus Christianorum formulis utitur, Christianis illudendo. In Platonis loco lapsus Ribera. Reduplicationes Hebraïs familiares, Græcis priscis insolentes; vehementiæ inserviunt: qandoqe deminuunt. Gen. 3. 4. qod Junius minus commode reddit, explicat. In Joan. 11. 26. Argutiunt pariter hallucinatus. Facundus, facundia; Gratitudo, ingratitudo; Beatitas, beatitudo; *vocabula olim minus usitata.* Mortem videre, gustare, *pro* mori.

PRima nobis fuit præscriptio adversus exempla à Psochenio adducta; omissa fuisse, qæ omnium ferè consensu Hebraïsmum resipiunt, qæqe in usu apud sacros scriptores sunt freqentissimo. Altera, qod nec in eis qæ ad rem ipsam aptiora & pertinentia magis sunt visa, id qod est pollicitus, præstiterit: qod in qibusdam jam liqidò demonstratum est; & in aliis multò pluribus deinceps demonstrabitur. Alia jam futura est præscriptio, non sufficere ad cavsam ipsius obtinendam, qod formula hæc avt illa apud scriptorem Græcum aliqem, poetam præsertim, semel avt iterum occurrat, qo probetur usu communi receptam fuisse apud Græcos formulam illam. De poetis siqidem primò, constat satis, multa eos hàc in parte usos esse libertate; formulas phrasesqe usurpasse, qæ nec in sermone communi, etiam eruditorum, habeantur, nec etiam lingvæ suæ idiomati satis convenirent. Ecqis illud Horatii *carm. l. 2. od. 9. desine qerelarum*, Latinum, (& non Græcum potiùs, λῆγε τῶν ὀδυρμῶν) esse dixerit: avt illud, *l. 3. od. 27. abstineto irarum,* (ὀργῆς ἀπέχου) cui affine Silii illud *l. 10.*

—— *Consul non desipit ira.*

(τῆς ὀργῆς οὐκ ἐπαύσατο) avt illud etiam *ibid., od. 30. agrestium regnavit populorum* (τῶν λαῶν ἦρξεν, ἐβασίλευσεν) de qo Servius ad Maronis illud, *Æn. l. 11.*

—— *nec veterum memini lætorve malorum.*

Lætor malorum, pro malis. figura Græca est: sicut Horatius, Agrestium regnavit populorum, pro agrestibus populis. Sed de his amplius videri poterit Jo. Vossius in *arte Grammat. de construct.* c. 33. qi idem & ejusdem illud in Epist. ad Pisones,

—— *idem facit occidenti.*

h. e. ταυτὸν ποιεῖ. more Græco, non Latino, dictum affirmat, *libri ejusdem cap.* 58. advocato etiam Victorio, qi *Var. lect. l. 10. c. 22.* idem ante censuerat. qanqam ad Vossium amandare nihil est opus, cum Psochenium ipsum habeamus *sect.* 153. agnoscentem, *apud Virgilium, Ovidium, Horatium, in singulis ferè paginis varios Hellenismos.* Deniqe, cum formulæ nonnullæ ex notionibus qibusdam communibus efficta, atqe enatæ sint; qidni etiam præter usum lingvæ, qâ utebantur populares sui, notionis ejusmodi expressio scribenti alicui in mentem incidere potuerit, qam is scripto suo insereret?

Tùm inter ἰδιώματα & ἰδιοτροπίας distingvendum meminerit. potest enim esse lingvæ alicujus & solius ἰδιοτροπία, qod non tamen sit ita lingvæ illius peculiare, qin in aliis, sed rariùs & insolentiùs, usurpetur. Avdi V. Cl. Is. Casavbonum ad Apuleji in *apologiâ* illud, *Calumniam Magiæ, qæ faciliùs infamatur, qam probatur, eam solum sibi delegit ad accusandum. Est ἰδιοτροπία, inqit, familiaris huic scriptori, apud qem sæpe reperias, eam dictionem πλεονάζουσαν. Infra; qod animi partem rationalem, qæ longè sanctissima est, eam violet. Tolle, eam, sententiæ nihil detraxeris. Ita avtem Græci, Herodotus præsertim ac Pavsanias, atqe è recentioribus Agathias. esse id propriè Hebræorum dialecti esse certum est.* Qare *propriè Hebræorum dialecti* dixit, cum & Græcos ita loqi agnoscat? scilicet qia nec tam solens lingvæ Græcæ, & avtorum duntaxat qorundam peculiaris formula illa videatur: cum apud Hebræos qosqe nihil crebrius, nihil usu tritum magis. V. g. ut ad exempla, qæ à Psochenio allata sunt, discutienda tandem perveniamus. Act. c. 7. v. 34. *ἰδὼν εἶδον, videndo vidi. Vulgaris, inqit creditur esse Hebraismus. atqe ita οἱ LXX. solent exprimere, qod Hebr.* ראה ראית. Et qid ni ita credatur? cum apud Hebræos scriptores, formulis istis nihil qicqam freqentius occurrat. Qia scilicet *non soli οἱ LXX. sic loquuntur, sed alii etiam.* qi alii? *Æschylus, & Lucianus.* At horum alter nihil minus. Æschyli, qæ adducuntur ex *Prometheo vincto v.* 437. ista sunt.

Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
Κλύοντες οὐκ ἤκουον.
Qi primò qidem videntes videbant frustrà,
Avdientes non avdiebant.

At tu, Psocheni, frustra es planè, dum ea lavdas; qæ ad rem ipsam nihil pertinent. neqe enim dicit apud Æschylum Prometheus, mortales olim cæcos planè surdosqe fuisse, sed cum visu avdituqe pollerent satis, perinde illos fuisse ante artes disciplinasqe à sese inventas invectasqe ac si nec viderent ea qæ in oculos ipsis incurrerent, nec avdirent, qæ avribus incidissent. non sunt itaqe conjungenda βλέποντες ἔβλεπον, sed inciso potius à se invicem distingvenda. Id qo meliùs patescat, altius pavlo repetita Æschyli verba repræsentabimus.

—— τἀν βροτοῖς δὲ πήματα
Ἀκούσαθ᾽, ὥς σφας νηπίους ὄντας τὸ πρὶν
Ἔννους ἔθηκα, καὶ φρενῶν ἐπηβόλους. ——
Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες, ἔβλεπον μάτην,
Κλύοντες, οὐκ ἤκουον, ἀλλ᾽ ὀνειράτων
Ἀλίγκιοι μορφαῖσι, τὸν μακρὸν χρόνον
Ἔφυρον εἰκῆ πάντα, —— ἀτὰρ γνώμης τὸ πᾶν
Ἔπρασσον.

i. e. vertente Grotio:

—— *nunc sed hominum incommoda*
Avdite; qos ego mentis exortes prius
Expergefeci cordis ad prudentiam.
Etenim videntes multa, cernebant nihil;
Surdâ avdiebant avre: sic par somniis
Abibat avum, cuncta cum promiscua
Passim jacerent; cuncta temerè, improvidè,
Sine mente agebant. ——

Contenderam jam olim Tragici ista cum Mosis illis l. 5. c. 29. v. 3. *Specimina illa maxima, & ostenta, & prodigia viderunt oculi vestri: sed necdum dedit vobis Jova hactenus cor ad dignoscendum, neqe oculos ad perspiciendum, neqe avres ad avscultandum.* Item cum illis Esaiæ c. 6. v. 9. (qo tamen loco in priore sententiolæ commatio formula, de qâ agitur, disertè exprimitur) *Avdiendo avdietis,* (Græc. ἀκοῇ ἀκούσετε. & ex Græco Matth. c. 13. v. 14. & Lucas Act. c. 28. v. 26.) *nec intelligetis; & videndo videbitis* (βλέποντες βλέψετε. Græc.) *neqe cognoscetis. pingvefacito cor populi hujus, avresqe eorum aggravato, & oculos occludito; ut ne oculis suis videant, neve avribus avdiant, neve corde intelligant.* & c. 42. v. 19. *qis adeò cæcus ac servus meus? surdus ac nuncius meus? qi multa videns, nihil observas, avres aperiens nihil obavdis.* ita οἱ ἑβδομήκοντα, κωφὸς & τυφλὸς Græcis interpretibus hic idem sunt, qod Tragico illi βλέπειν μάτην. Geminum est avtem Sophoclis illud apud Stobæum tom. 2. tit. 4.

Ἀλλ᾽ οἱ κακῶς πράσσοντες, οὐ κωφοὶ μόνον,
Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁρῶντες εἰσορῶσι τἀμφανῆ.
Qos distinent adversa, surdescunt malis,
Et clara qæ sunt, non vident, nec cum vident.

Nec abscedit Heracliti illud apud Clementem *Strom. l.* 5. (qi cum dicto celeberrimo Matth. c. 11. v. 15. & c. 13. v. 19. & alibi, à Christo usurpato, componit, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. *qi habet avres ad audiendum, audiat.*) & Evsebium *præpar. Evang. l. 3. c. 13.* & Theodoretum *therapeut. l.* 1. Ἀξύνετοι ἀκούσαντες κωφοῖσιν ἐοίκασι· φάτις αὐτοῖσιν μαρτυρεῖ, παρεόντας ἀπεῖναι. *Insipientes etiam cum avdiunt, surdis sunt similes: atqe etiam, teste adagio, præsentes absunt.* Qod avtem de avditu Heraclitus, de visu iisdem avtoris ἀνώνυμος Senarius:

Ὁ γραμμάτων ἄπειρος, οὐ βλέπει βλέπων.

cujus dicti vetustatem corruperit planè, qi eodem, qo Æschylum Psochenius, modo exceperit. Grotius eleganter sic expressit.

Illiterata vita, cum oculis cæcitas.

αὐτολεξεὶ sic habeas,

Illiterati, nec ea qæ vident, vident.

Contra,

Διπλῆ ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.

Qi literas didicere, bis tantum vident.

Ex sapientum scitis illustremus ista. Apud Platonem, Socrates, sensu scientiam distare demonstraturus, à Theæteto qærit; Τῶν βαρβάρων πρὶν μαθεῖν τὴν φωνήν, πότερον οὐ φήσομεν ἀκούειν, ὅταν φθέγγωνται, ἢ ἀκούειν τε καὶ ἐπίστασθαι ἃ λέγουσι; καὶ αὖ γράμματα μὴ ἐπιστάμενοι, βλέποντες εἰς αὐτά, πότερον οὐχ ὁρᾶν, ἢ ἐπίστασθαι, εἴπερ ὁρῶμεν, διϊσχυριούμεθα; *Antequam barbarorum vocem intelligamus, utrumne nos negabimus, audire eos, ubi loquuntur, an audire & scire qæ dicunt affirmabimus? rursusqe literarum imperiti, ubi eas spectamus, num videre, & scire, siqidem videmus, asseverabimus?* Cui ille; Αὐτό γε τοῦτο αὐτῶν, ὅπερ ὁρῶμέν τε καὶ ἀκούομεν, ἐπίστασθαι φήσομεν. τῶν μὲν γὰρ τὸ σχῆμά τε καὶ τὸ χρῶμα ὁρᾶν τε καὶ ἐπίστασθαι, τῶν δὲ τὴν ὀξύτητα καὶ βαρύτητα ἀκούειν τε ἅμα καὶ εἰδέναι· ἃ δὲ οἵ τε γραμματισταὶ περὶ αὐτῶν, καὶ οἱ ἑρμηνεῖς διδάσκουσιν, οὔτε αἰσθάνεσθαι τῷ ὁρᾶν ἢ ἀκούειν, οὔτε ἐπίστασθαι. *Hoc ipsum illorum qod videmus atqe audimus, scire nos dicemus. alterius nempe figuram ac colorem videre nos & scire, alterius acutum gravemve sonum audire simul & percipere. at vero qæ literatores atqe interpretes docent; ea nec sentire nos, nec scire, dicemus.* Vides qomodò literarum lingvarumqe imperiti, *nec videntes vident, nec audientes audiunt;* qomodò item harum *periti duplo plus* qam illi & *audiunt*, & *vident.* De signis divinitùs datis paritèr Porphyrius, *de abstinent. ab animal. esu. l. 2.* Πᾶσι σημαίνουσι, πᾶς δὲ συνίησι τὰ σημαινόμενα. οὐδὲ γὰρ ὁ παῖς τὰ γεγραμμένα δύναται ἀναγινώσκειν, ἀλλ᾽ ὁ μαθὼν γράμματα. *Significant ea qidem omnibus; sed significata non intelligit qivis. neqe enim puer, qæ scripta sunt, legere potest, sed is solus qi literas didicit.* Idemqe apud Eusebium *præpar. Evang. l. 3. c. 7. præfat. ad Physiolog.* de signis ac statuis ab hominibus confectis, qas cum Pontificiis nostris librorum instar habere contendit. Τὸν Θεόν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὰς δυνάμεις διὰ εἰκόνων συμφύλων αἰσθήσει ἐμήνυσαν ἄνδρες, τὰ ἀφανῆ φανεροῖς ἀποτυπώσαντες [ἀποτυπ. M. S.] πλάσμασι τοῖς καθάπερ ἐκ βίβλων τῶν ἀγαλμάτων ἀναλέγειν τὰ περὶ Θεῶν μεμαθηκόσι γράμματα. θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, ξύλα καὶ λίθους ἡγεῖσθαι τὰ ξόανα τοὺς ἀμαθεστάτους· καθὰ δὴ καὶ τῶν γραμμάτων οἱ ἀνόητοι, λίθους μὲν ὁρῶσι τὰς στήλας, ξύλα δὲ, τὰς δέλτους, ἐξυφασμένον δὲ πάπυρον, τὰς βίβλους. *Deum Deiqe virtutes per imagines sensui subjectas depinxerunt homines, in eorum gratiam, qi ex statuis tanqam ex libris qibusdam, didicerant divina eruere documenta: nihil autem mirum est, si homines imperiti statuas nihil alivd qam ligna lapidesqe reputent: qemadmodum literarum ignari, columnas, sive pilas tanqam lapides spectant codices ut ligna, libros ut papyrum affabrè contextam.* Plutarchus de *Socrat. genio. pag.* 581. Ὡς ἐν ἰατρικῇ σφυγμὸς ἢ φλύκταινα, μικρὸν, οὐ μικροῦ δὲ σημεῖόν ἐστιν· οὕτω μαντικῇ ψυχῇ πταρμὸς ἢ κληδὼν, οὐ μέγα καθ᾽ αὑτὸ [μεγάλου δὲ σημεῖον] συμπτώματος. οὐδεμιᾶς γὰρ τέχνης καταφρονεῖται τὸ μικροῖς μεγάλα, καὶ δι᾽ ὀλίγων πολλὰ τεκμηριοῦν. ἀλλ᾽ ὥσπερ εἴ τις ἄπειρος γραμμάτων δυνάμεως, ὁρῶν ὀλίγα πλῆθει καὶ φαῦλα τὴν μορφὴν ἀπιστοίη ἄνδρα γραμματικὸν ἐκ τούτων ἀναλέγεσθαι πολέμους μεγάλους, οἳ τοῖς, πάλαι συνέτυχον, καὶ κτίσεις πόλεων, πράξεις τε καὶ μαθήματα (παθήματα, forsan) βασιλέων, εἶτα φαίη ὁμολογεῖν μηνύειν καὶ καταλέγειν ἕκαστον τῶν ἱστορικῶν τούτων ἕκαστον, ἡδύ γ᾽ ἄν, ὦ φίλε, γέλωτα σοὶ τὰ ἀνθρώπω τῆς ἀπειρίας ἐπελθεῖν. &c. (Ita locum mancum ac perperam habitum restituere qadantenus conati sumus:) *Qemadmodum in re medicâ, pulsus aut pustula, parvum qiddam, nec parvi tamen indicium est. ita animæ divinationis peritæ sternutatio aut omen, cum per se nihil magni sit, magni tamen eventus potest esse præsagium. neqe enim ulli arti hoc neglectui est, è parvis magna, è paucis multa præsagire. Sanè si qis literarum imperitus, cum eas numero paucas, specie minùs elegantes videret, pro incredibili haberet, fore ut literatus qispiam ex eis recitaret bella magna a priscis gesta, urbes conditas, regum facta fortunasqe; ac jurare paratus esset, memoritèr illum ex notitiâ propriâ potiùs narrare unumqodqe horum; qam ex libro recitare; nonne svaviter hominem de imperitiâ ridere tibi subiret?* E nostris, qanqam in istis exterorum superstitionibus addictior, Synesius *de insomn.* Σημαίνει μὲν διὰ πάντων πάντα· καί ἐστι ταῦτα γράμματα παντοδαπὰ, καθάπερ ἐν βιβλίῳ τοῖς αὖ (forsan, τοιαῦτα ἔψει) τὰ μὲν Φοινίκια, τὰ δὲ Αἰγύπτια, καὶ ἄλλα Ἀσσύρια· ἀναγινώσκει δὲ ὁ σοφός. σοφὸς δὲ ὁ φύσει μαθών. *Omnia per omnia qidem significat: suntqe ista ut litera omne genus, in libris videre est, qædam Phoenicia, qædam Ægyptia, qædam & Assyria. sed legit hæc peritus duntaxat. peritus vero is est, qi natura didicit.* Ad qem locum videri possunt Nicephori Scholia. Meliùs Joan. Chrysostomus de divinis eloqiis in Ep. 1. ad Corinth. orat. 7. Καθάπερ τὰ παιδία, τὰ βιβλία ὁρῶντα, οὐκ οἶδε τῶν γραμμάτων τὴν δύναμιν, οὐδὲ οἶδεν ἅπερ ὁρᾷ. μᾶλλον δὲ κἂν ἀνὴρ ἄπειρος ᾖ γραμμάτων, ταὐτὰ πείσεται· ὁ δὲ ἔμπειρος πολλὴν εὑρήσει τοῖς γράμμασιν ἐναποκειμένην τὴν δύναμιν, καὶ βίους ὁλοκλήρους, καὶ ἱστορίας. καὶ ἐπιστολὴν ὁ μὲν ἄπειρος λαβὼν, χάρτην ἡγήσεται καὶ μέλαν εἶναι· ὁ δὲ ἔμπειρος καὶ φωνῆς ἀκούσεται, καὶ διαλέξεται τῷ ἀπόντι, καὶ ὅπερ ἂν βούληται διὰ τῶν γραμμάτων πάλιν ἐρεῖ. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μυστηρίου γίνεται· οἱ μὲν ἄπιστοι, καὶ παρὰ ἀκούοντες, οὐ δοκοῦσιν ἀκούειν· οἱ δὲ πιστοὶ, τὴν διὰ τοῦ πνεύματος ἔχοντες ἐμπειρίαν, ὁρῶσι τὴν ἐναποκειμένην τὴν δύναμιν. *Qemadmodum pueri libros cum intuentur, qia literarum vim nesciunt, ne norunt qidem qæ vident: qin & pariter afficietur vir qoqe, si literarum fuerit imperitus. at peritus qi fuerit, magnam in literis illis delitescentem vim deprehendet, vitas integras, atqe historias. Epistolam pariter imperitus acceptam pro chartâ duntaxat atramento litâ habebit: at peritus vocem audiet in eâ loqentem, & cum absente ejus operâ colloqetur, & qicqid libitum fuerit literarum ope respondebit. ad eundem modum in mysteriis istis usu venit: infideles etiam cum audiunt, nec audire videntur: at fideles peritiâ spirituali imbuti, rerum subjectarum vim intuentur.* De operibus divinis itidem Gregorius Nyssenus *lib. de præmaturè abreptis:* Ἐπὶ τῶν οὐρανίων θαυμάτων ὁρᾷ μὲν ἐπίσης τὰ φαινόμενα κάλλη, κἂν πεπαιδευμένος, κἂν ἰδιώτης τύχῃ τις ὤν, ὁ πρὸς τὸ οὐρανὸν ἀναβλέπων· διαφέρονται δὲ περὶ αὐτῶν οὐχ ὁμοίως, ὅτε ἀπὸ φιλοσοφίας ὁρμώμενος, καὶ ὁ μόναις ταῖς αἰσθήσεσι τὸ φαινόμενον ἐπιτρέψας. οὗτος μὲν γὰρ ἢ ταῖς ἀκτῖσιν ἥδεται τοῦ ἡλίου, ἢ τὸ κάλλος τῶν ἄστρων θαύματος ἄξιον κρίνει, ἢ τὸν ἀριθμὸν τῆς σεληνιακῆς δρόμων ἐπὶ τοῦ μηνὸς παρεσημήνατο. ὁ δὲ διορατικὸς τὴν ψυχὴν, καὶ διὰ παιδεύσεως πρὸς τὴν κατανόησιν τῶν οὐρανίων κεκαθαρμένος, πρὸς τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν βλέπει, καὶ ἐκ τῆς ἐγκυκλίου κινήσεως τὴν ἐκ τῶν ἐναντίων ἐναρμονίαν ἐπισκοπεῖ. &c. *In coelestibus miraculis, qæ oculis objiciuntur, pulcritudines vident paritèr, sive qis eruditus, sive rudis fuerit, qotqot coelum intuentur. nec tamen paritèr de illis cogitant, is qi philosophiâ imbutus accedit, atqe is qi sensibus rem totam permittit. iste enim, vel radiis solaribus delectatur, vel siderum fulgorem admiratur, vel Lunæ per menses singulos redeuntis numerum observat. at verò is qi animum perspicacem habet, & eruditionis ope ad coelestium contemplationem excultus est, universi totius harmoniam miram intuetur, atqe ex motu circulari rerum sibi invicem adversantium concinentem pulcrè compagmationem considerat.* &c. De eisdem deniqe Avgustinus *in Joan. tract.* 24. *Qemadmodum, si literas pulcras alicubi inspiceremus, non nobis sufficeret laudare scriptoris artificium, qoniam eas pariles, æqales, decorasqe fecit, nisi etiam legeremus, qid nobis per illas indicaverit: ita Dei facta miranda, qi tantum inspicit, delectatur pulcritudine factorum, ut miretur artificem; qi autem intelligit, qasi legit. aliter enim videtur pictura, alitèr videntur literæ. picturam cum videris, hoc est totum vidisse, laudasse. literas cum videris, commoveris eas & legere. qod si forte non nosti,* Qid putamus, *inqis, esse,* qod hic scriptum est? *interrogas qid sit, cum jam vides, aliqid. sed aliud tibi demonstraturus est, à qo qæris agnoscere qod vidisti. alios ille oculos habet, alios tu: apices similitèr videtis, non similiter signa cognovistis. tu vides, & laudas; ille videt & laudat, legit & intelligit.* Idemqe de verb. Dom. orat. 44. *Qemadmodum qi videt literas in codice optimè scripto, & non novit legere, laudat qidem antiqarii manum, admirans apicum pulcritudinem; sed qid sibi velint, qid indicent illi apices, nescit; & est oculis laudator, mente non cognitor. alius autem & laudat artificium, & capit intellectum: ille utiqe, qi non solum videre (qod commune est omnibus) potest, sed etiam legere,*

legere, qod, qi non didicit, non potest. ita qi viderunt Christi miracula, & non intellexerunt qd sibi vellent, & qid intelligentibus qodam modo innuerent, mirati sunt tantùm, qua facta sunt. alii vero & facta mirati, & intellecta assecuti. Verum oblitus es, inqis, eorum, qæ præ manibus habes. nihil minùs. Cinno hæc mantisa destinabatur. mercis avtem naturam referre mancisam novum non est. nec studiosis ingrata fore ista spes est. Sed de viâ in semitam.

Æschylum ostendimus Psochenio frustra advocatum. Ad Lucianum transimus. Apud hunc Protei Menelaus, *ἰδὼν οἶδεν, videns vidi. ita locutus Lucianus ὁ ἀτιμώτατος. nec verisimile Lucianum hominem Ethnicum, Judæis (pariter ac Christianis) infensissimum, ab eorumqe moribus, vitâ, conversatione qam maximè abherrentem, Græci sermonis elegantiâ relictâ, illos in stylo imitatum.* ita *sect.* 131. Psochenius. Respondeo, 1. Lucianus ὁ ἀτιμώτατος ille poetica suis immiscere solenne habet. è qo genere hoc esse potuit. tum potuit per ludibrium e nostris phrasin istam usurpasse. neqe enim hoc scurræ illi impuro insolens, inde enim & τὸν βραδύγλωσσον, *tardiloquum*, pro Mose posuit, & ὡς τῶν ἀσεβῶν χώρων λυτρώσασθαι, pro *liberare à locis impiis*, dixit, in *Philopatride*: qo in centunculo dogmata Mosaica utrosqe Christianos subinde subsannat. ut Dei ipsius apud Mosem. l.2. c.3. v.7. verba μυκτηρίζων imitari voluisse non immeritò censeatur. Cui adjici potest, avtores etiam profanos & Christiano nomini satis iniqos, horum tamen formulas, interdum seriò, interdum & per derisum, usurpare. Sic Ammianus *l.* 22. *c.* 11. de Diodoro qodam Alexandrino, *dum adificanda præesset Ecclesiæ.* qod V.Cl.Cl. Salmasio observatum in *Epist. ad Colvium de Virorum cæsarie & mulierum comâ.* Deniqe geminationem vocabuli vim aliqam dictis adjicere ratio ipsa, eadem omnibus communis, suggerit. qid ergo impedit, qo minùs istius ductu, formulam qandoqe concipiat qis à linguæ suæ usu alienam; qæ alii alicui, qam is nesciat tamen, familiaris existat? etiam mulierculæ ad mensam Hebraismum excidisse temerè animadverti non semel; qam tamen literas Hebraicas nunqam attigisse, etiam sacramento interposito, avsim asseverare. Qæ avtem, malùm, pervicacia ista, Hebraismum negare, qod singulis ferè paginis in Hebræis scriptoribus occurrit, qod apud Græcos horum interpretes huic exprimendo adhibetur, qod spiritus sancti amanuenses, ab istis sunt mutuati; Græcismum asserere, cum priscum nullum omninò, qi eo unqam usus sit, lavdes; unum duntaxat scriptorum priscorum ætate inferiorem, scriptis sacrisqe Christianis illudentem passim, qi semel tantum id usurparit, proferas? at nos è contrario Græcis receptam formulam non esse, ex priscorum omnium silencio certiùs, non probabilius tantum, multo probabimus. Sic habeas. *Facundum* & *facundiam*, vocabula ista Ciceronis ætate extra poesin havd fuisse usu recepta, rectè contendunt Grammatici, qia *facundia literarumqe Latinarum parens Cicero* (Plinium avdis ex *l.* 7. *c.* 30.) cum de re ipsâ tot libros scripserit, totiès tam multa dixerit, vocabulis istis nusqam sit usus. Sed & qis non pro certissimo habuerit argumento, *gratitudinis* & *ingratitudinis* vocabula, qæ hodiè nec ab illorum scriptis exulant, qi politi tamen haberi solent, nec Senecæ ætate (qam *Ciceroniana tanqam aurea argenteam successisse*, Erasmus censuit) nedum Ciceronis obtinuisse, qia hic (qod & Budæo observatum) Græco ἀχαριστίας uti maluerit, *ad Attic. l.* 8. ille cum in libris *de beneficiis* istius vel virtutis vel vitii totiès meminerit, *animi grati ingratiqe* periphrasi perpetuò id utrumqe expresserit? Certè de *beatitatis*, forsan & *beatitudinis*, vocabulo idem statui possit: cum Cicero semel tantùm, idqe cunctabundus, *sive beatitas, sive beatitudo*, *de Natur. Deor. l.* 1. (qod & Fabius *l.* 8. *c.* 3. monuit) eo usus sit: Seneca argumentum illud ex professo profecutus, non *de beatitate*, avt *beatitudine* etiam, sed *de vitâ beatâ* librum suum inscripserit. Pariqe nos ratione formulam istam, qâ de agimus, apud Græcos, ab antiqo nevtiqam receptam jure contendimus, qod cum varias admodum qæ vehementiæ inservirent formulas usurparint, istâ tamen ex eis nemo qisqam unqam uspiam usus deprehendatur.

Cæterum Psochenio de formulâ istâ suppetias forsan tulerit Fr. Ribera. Is enim in *commentariis* ad Zephaniæ c. 1. S. 7. etiamsi Evthymium castiget, qod ad Hymn. 131. ambigere videatur, an *Hebraismis* accenseri debeant *reduplicationes* istiusmodi; profert tamen ex Platone, qo nemo αὐτοπαθής, compositionis istius, uti ipse censuit, exemplum. Ex *Symposio* itaqe ejusdem adducit, Βίᾳ γὰρ ἔρως οὐχ ἅπτεται, οὔτε ποιῶν ποιεῖ. qod ipse vertit; *violentia enim amoris non tangit, neqe faciens facit*: i. *non vehementèr stimulat*. inqit ille. At vero pari modo in Platone lapsus est Ribera, qo in Æschylo Psochenius. dictionis Platonicæ series hæc est. Ἔρως οὔτ' ἀδικεῖ, οὔτ' ἀδικεῖται· οὔτε γὰρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, εἴ τι πάσχει, (βία γὰρ ἔρωτος οὐχ ἅπτεται) οὔτε ποιῶν, ποιεῖ. subit animum viri mihi multis nominibus honorandi D. Joannis Boisii dictum; *Da codicem probè interpunctum, commentarii justi vicem habebit.* interpunctione genuinâ adhibitâ, vides omnia istic proclivia; sed qæ ad Riberæ argumentum nihil qicqam pertinent. *Amor*, inqit, *injuriam nec infert cuiqam, nec a qoqam eandem patitur. neqe enim per vim patitur qicqam, si qid patitur, (vis enim amorem nulla tangit) neqe faciens, facit.* hoc est, *neqe si qid facit, per vim facit.* qod de perpessione superiùs dixerat. dicti ratio ab axiomate illo pervulgato petitur, *Nemo volens læditur.* subjungit enim, Πᾶς γὰρ ἑκὼν ἔρωτι πᾶν ὑπηρετεῖ. *Amori enim qisqe in re qâqe sponte suâ obseqitur.*

Unicum ubi adjecero, qod nemini hactenus animadversum offendi, formulam hanc mittam; *geminationem* nimirum *vocis* istam Hebræis solennem, non *avgere* aut *intendere* semper, sed *minuere* qandoqe atqe *elevare*. Ita sumendum in serpentis verbis. Genes. c. 3. v. 4. *non moriendo moriemini.* ubi argutè nimis, sed & dilutè, Junius; qod Piscatori tamen placuit; *infert non esse certum, qod mors secutura sit, si de fructu vetito comedat: non enim dicit*, inqit, *moriendo non moriemini; qod ex diametro pugnaret cum verbis Dei supra c.* 2. *v.* 17. *sed inverso vocum ordine, tantùm negat mortis certitudinem.* At ego vocum ordinem inversum nullum video. מות תמות *moriendo morieris*, inqit Deus. לא מות תמותון *non moriendo moriemini*, inqit Diabolus. qænam istic inversæ voces? nec incertum esse voluit, an morituri essent fructu vetito gustato, sed pro certo planè habendum, non esse morituros; nullam esse prorsus à fructus illius esu mortis justam formidinem, vel suspicionem etiam levissimam. qod & Pareus vidit, qi ex Lombardo adducit illa, *Deus affirmat, mulier dubitat, diabolus negat.* ita *non moriendo moriemini*, idem valet ac si dixisset, *non omninò morituri estis.* nihil minùs eventurum est, qam ut mortis discrimen subeatis vel levissimum. Non absimile prorsus est illud D. Christi, Joan. c. 11. v. 26. Πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα. *Qisqis vivit, & credit in me, non morietur in æternum.* qod malè accipiunt, qasi neget Christus, eos, qi dum in vitâ sunt, in æternum perituros. Avgust. *de verb. Apost. serm.* 33. *Licet moriatur ad tempus, non morietur in æternum*, qum Christus *nunqam moriturum* pronunciaverit. qo modo eum Judæi qoqe ceperant, cum idem ferè; nisi qod aliâ usus mortis periphrasi, θάνατον θεωρῆσαι, ἰδεῖν τὸ ἀποθανεῖν (qomodo Ethan Hymn. 89. v. 48. & Luc. c. 2. v. 26. & Hebr. c. 11. v. 5. ἰδεῖν θάνατον, pro eodem; & contrà ζωὴν ὄψεσθαι, pro *vitâ frui*, *vivere*. c. 3. v. 36.) dixit c. 8. v. 51, 52. nam qod ille θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, illi οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα, (eâ usi formulâ qâ & Apostolus Hebr. c. 2. v. 9.) *mortem in æternum non gustabit.* hoc tantùm falsi; qod mortem naturalem dixisse Dominum avtumabant, cum spiritualem ille diceret; nec morte istâ qæ naturam conseqitur, defungendos, sed in illâ etiam, qam oppetituri essent morte, morituros negaret. Sed ne de loco illo obstruatur, etiamsi verbi significatio minui videatur, intendi tamen rem ipsam negatè prolatam. plus enim esse extra omne mortis ullâ ex parte admittendæ periculum consistere, qam ejusdem subeundæ necessitate nullâ obstringi. qanqam ad id qod proposuimus obtinendum, illud suffecerit: de verbi siqidem geminati usu sensuqe duntaxat qæritur: alterum huc subjungemus, qo etiam affirmatè enunciata minuit formula ista. habetur in Genes. c. 47. v. 7.

ubi

ubi Jacobo cum filiis suis expostulanti qod Benjaminis mentionem apud Ægyptium fecissent, respondent illi, *num cognoscendo cognoscere poteramus, dicturum illum fuisse, facite descendas huc frater vester.* rectè Jun. *Poteramus ne ullo pacto cognoscere?* itaqe perperam reddidere, qi vertunt; *poteramusne certò cognoscere?* cum illi hoc vellent, se ne suspicari qidem hoc potuisse. Eadem est formulæ istius ratio in jumenti verbis, qibus Balaamum dominum sessoremqe suum alloqendo interrogat, Numer. c. 22. v. 21. *an solere, sive solendo solita sit.* h. e. *an unqam omninò solens fuerit id facere* qod tum fecerat. Et ne qis objiciat, ἐρωτηματικῶς ista negationem vi saltem ac virtute in se continere, habeat ex Mosis l. 4. c. 30. v. 12. & 15. *Si vir illius* הפר יפר *irrita faciendo irrita fecerit.* i. e. si qo modo irrita fecerit. *ubi nostri* ἀλλοπρόσαλλοι, *modo harum, modo illarum sunt partium,* priore loco, utterly made void; posteriore any wayes made void, rectius, reddunt.

CAPUT X.

נפש anima *pro* homine. *Ezekiel Tragicus qalis avtor. alius sermo communis, alius poeticus, & affectibus commovendis exprimendisve adhibitus.* συνεκδοχαὶ *lingvarum omnium communes. nec omnes tamen usu pariter familiares.* σώματα *pro servis. Strabo emendatus. Campensis in Athenæo lapsus. Epiphanii ratio altera rejecta. sed & Magii.* Animæ *pro servis.* Corpora *& de liberis. A parte totum. A potiore Hebræis magis familiare. Apoc. 18. 13. explicatur. Pollux notatus.* Anima *pro vitâ. de Evcherio Erasmi elogium. Anima ipsa potest in Hesiodi & Homeri locis adductis intelligi. Scholiorum Homericorum avtor qis.* Anima *pro cadavere, Hebræis: Maroni qoqe.* σὰρξ caro, *pro corpore. Hebræis etiam pro homine; in sermone qoqe communi.* κρέας *pariter poetis Græcis; sed rarius. Sophoclis locus cum Aristophaneo à Scholiaste perperam commissus.* περὶ ψυχῆς, de animâ *dimicare, fugere. Evnapius emendatur.* περὶ κρεῶν, pro carnibus. *ubi frustra Scholiastes. aliter lepus, aliter servulus. Plavti locus, aliter qam Scaligero explicatus.* caro *pro homine Hebræis crebrum, Græcis rarum.* corpus *contra illis rarum, his crebrum.* Caro *Hebræis, pro parte genitali.* Corpus *item, juxta Augustinum. utrumqe pro parte irregenitâ.*

ISTis expeditis alia nonnulla discutiamus. *Sect.* 34. נפש *anima*, pro *seipso Hebræis poni dicitur.* Psal. 16. v. 10. & ψυχὴ pariter Act. c. 2. v. 27, 31. sed & Jerem. c. 51. v. 14. & Marc. c. 13. v. 34. Sed *idem apud Græcos avtores profanos legi* excipitur. Theocr. *Idyl.* 16. v. 24.

> Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχῇ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν.
> *Sed partem animæ*, i. sibi ipsi; *partem etiam alicui poetæ dare.*

Et Evripid. *Hercul. Fur.* v. 451.

> Ἢ τίς παλαιός με τῆς ἐμῆς ψυχῆς φονεύς;
> *Aut qis misera anima mea*, i. mei *occisor?*

Hoc avtem aliis tantùm verbis repetit noster nobis denuò *Sect.* 95. ψυχὴν *animam pro homine usurpari*; LXX. Gen. c. 46. v. 27. *Mosen secutis: & a Lucâ* Act. c. 7. v. 14. *à Petro itidem* Ep. 1. c. 3. v. 20. *Verum ab Evripide pariter usurpatum in Helenâ.* v. 15. *Ubi ea asserit,* ψυχὰς πολλὰς, *animas multas* i. e. *homines ob ipsam occubuisse. Et Ezechielem Tragicum* (qem nemo tamen pro Græci sermonis avtore idoneo jure habuerit) *eadem formulâ usum, ubi ex Mose eadem, qæ apud Lucam Stephanus, denarrat.* Verum cedo nobis arbitrum qemvis, non præjudicio corruptum prorsus, is sententiam ferat, æqum ne sit pro Hebraismo haberi, qo est nihil apud ipsos in sermone qolibet usitatius, an Græcorum idiomati ideò ascribi, qia apud poetam unum avt alterum semel, bisve, avt sæpiùs etiam, ad affectus maximè teneriores exprimendos, usurpatum deprehenditur.

At *unde*, inqis, *Hebraismi illis innotuerunt, qibus nihil unqam fuit cum gente illâ commune?* norunt omnes συνεκδοχικῶς partem pro integro usurpari. estqe hoc in genere lingvæ nullius non commune. Verum in rebus qibusdam non in aliis, huic vel illi peculiare. Verbi gratiâ. Græci σῶμα i. *corpus* pro *homine* ipso, præcipuè ubi de *servis* loquuntur, usurpant. Demosthenes *Philip.* 3. Τριήρεις γε, καὶ σωμάτων πλῆθος, καὶ χρημάτων πρόσοδοι, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς ἀφθονία. *Triremes, corporumqe multitudo, & pecuniarum reditus, reliqiqe apparatus copia immensa.* Aristoteles in *narrat. mirand.* Iberos refert gentem πολεμικὸν, ἀντὶ ἑνὸς σώματος θηλυκοῦ διδόναι τοῖς ἐμπόροις ἤττονα ἢ πέντε σώματα ἄρρενα. *pro uno corpore feminco qatuor avt qinqe mascula mercatoribus permutare.* inde σωματέμπορος, *venalitius, mango.* Glossar. sive ἀνδραποδοκάπηλος, καὶ μεταβολεὺς ἀνδραπόδων. Evstath. *ad Odyss.* α. & σωματεμπορεῖν Straboni, *l.* 14. qi de prædonibus Cilicibus, λῃζόμενοι καὶ σωματεμποροῦντες. *prædam agentes, & corpora nundinantes.* & rursus προσποιούμενοι σωματεμπορεῖν. *corporum mercaturam prætendentes.* ita enim conjunctim legendum, non divisim σώματα ἐμποροῦντες, & σωμάτ᾽ ἐμπορεῖν. qod Cl. Casavbonus tamen non mutavit. Sic Athenæus. *l.* 5. ex Moschione refert, molis stupendæ navigium traxisse Archimedem, *δι᾽* ὀλίγων σωμάτων. i. e. non *paucis instrumentis*, uti vertit Dalechampius, sed *pavcorum servorum ope*; qod monuerunt Hieron. Magius *Miscell. l.* 1. *c.* 12. & Casavbon. *ad Athen. l.* 5. *c.* 10. Epiphanius in *ancorat.* S. 59. Ἡ συνήθεια τοὺς δούλους σώματα εἴωθε καλεῖν. δεσπότας, φησὶν, ἑκατὸν σωμάτων, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς ἐχόντων. *Servos usus communis corpora vocare consvevit. centum, inqit dominus est corporum, cum illa animas tamen habeant.* rationem subjungit primo loco argutiorem pavlò. Ἐπειδὴ ἡ δεσποτεία τῶν ἀνθρώπων σωμάτων κυριεύει, ἀλλ᾽ οὐ ψυχῶν, διὰ τοῦτο δούλους εὐλόγως σώματα ἐκάλεσεν σὺν ψυχῇ, ἵνα δείξῃ τὴν χρῆσιν τῶν σωμάτων. *Qandoqidem dominium in corpora, non in animas, habetur, ideò servos rectè corpora vocarunt, ut corporum usum designarent.* & favet qidem opinioni isti illud Aristophanis *Pluto*;

> Τοῦ σώματος γάρ οὐκ ἐῶσι τὸν κύριον
> Κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον.
> *Jus corporis, non illi qi illud possidet,*
> *Sed ei, qi pretio est mercatus, concesserit.*

nec tamen ea videtur formulæ hujusce ratio, cum aliis *animæ* contra pro eisdem dicantur; atqe ita ferè Epictetus apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 5. ubi monuerat, ne ministrantium ad epulas turbâ nimiâ uterentur, ἄτοπον γὰρ, inqit ὀλίγαις κλίναις πολλὰς δουλεύειν ψυχάς. *absurdum est, ut toris exiguis animæ multæ inserviant:* nec *corporis* tantum sed *animæ* usum etiam habent fructumqe percipiunt domini, & ab eis præsertim, qi artificio aliqo insignes sunt, servis. Sed nec probabile videtur, qod Magius; ideo *corpora servos dici, qia in nostro sunt dominio, qo modo corpus, qod solum nostrum esse ex philosophorum qorundam sententiâ Servius ad Æn. l.* 6. qasi non & anima nostra sit. Qin nec de servis solis, licet de istis creberrimè, phrasis illa usurpatur, qâ *corpus* pro *homine* ponitur. Siqidem de se Jolaus in Evripidis *Heraclidis*,

> Τὸν Ἡρακλεῖ ποτε συμπαραστάτην
> Ἰόλαον; οὐ γὰρ σῶμ᾽ ἀσήμαντον τόδε.
> *Nostis Jolaum, qi Herculi qondam astitit*
> *Socius? neqe est enim incelebre corpus hoc.*

h. e. non est *incelebris persona* hæc. Et in eadem fabulâ, v. 529.

> Ἡγεῖσθ᾽, ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε.
> *Deducite eò, ubi corpus hoc debet mori.*

h. e. ubi me oportet mori. prout pavlò post ibidem,

> Σὲ δ᾽ οὐ δίκαιον κατθανεῖν ἄνευ πάλου.
> *At te est iniqum forte non missâ mori.*

Nec secus Sophocles *Oedipo Rego*,

> —— δρῶντα γάρ νιν, ὦ γύναι, κακῶς
> Εἴληφα τοὐμὸν σῶμα σὺν τέχνῃ κακῇ.
> *Malum struentem, o mulier, artibus malis*
> *Hunc deprehendi corpus adversus meum.* i. e. adversus me.

Verum potius illud est, qod adjecit Epiphanius ibid. εἴωθεν ἡ ἀνθρωπότης καλεῖν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ὀνόματος. & rursus, S. 78. ἀπὸ τοῦ ἑνὸς εἴδους ὁ ἄνθρωπος ὅλος καλεῖται.

Homo

Homo duabus cum constet partibus, animâ & corpore, solent A
homines hominem ipsum ab harum alterâ nuncupare. sed & for-
tassis a parte seqiori servos sæpius, qia deterioris illi condi-
tionis censeantur. At Hebræis familiare magis à parte alte-
râ, *animâ* scilicet נפשות ψυχὰς *animas* eosdem nuncupa-
re. Avgustin. *de Trinit. l. 7. c. 3. A parte meliore, i. animâ*
totum dicitur, cum anima & corpus sit totus homo. Hinc Ge-
nes. c. 12. v. 5. inter Abrahæ facultates reliqas recensentur
& animæ qas acqisiverat: Græc. πᾶσαν ψυχὴν ἣν ἐκτήσαντο·
Apocalyps. avtem c. 18. v. 13. utrumqe reperitur; ubi in-
ter reliqa Babylonicæ meretricis mercimonia habentur, tum
σωμάτων *mancipia*, tum & ψυχαὶ ἀνθρώπων, *animæ homi-* B
num, qod ex Ezechiele mutuatum videtur c. 27. v. 13. ubi
נפש אדם *anima hominis* (i.e. *anima humana*) pro *manci-*
piis venalibus usurpatur. qanqam apud Joannem non in-
commodè distingvere videtur Piscator, qi *corporum* nomi-
ne, *servos ære comparatos*, *animarum*, *liberos plagio surre-*
ptos, avtumat designari. Pollux interim hic notandus ve-
nit, qi *l. 3. c. 7. S. 1.* σώματα ἁπλῶς, inqit, οὐκ ἂν εἴποις,
ἀλλὰ σώματα δοῦλα. vetat scilicet servos σώματα simpliciter
dicere, sine adjectâ voce δοῦλα. qod avtorum omnium, C
probatissimorum etiam, avtoritati planè contrait. *corpora*
ergò pro *hominibus*, *servis* maximè, Græcum est. *animæ*
pro eisdem idiotismi Hebraici: qi tamen usus cum funda-
mento communi nitatur, potuere Græcorum nonnulli,
etiam usus Hebræorum ignari; poetæ præsertim qi à suo-
rum usu freqentiùs recedere solent; præter lingvæ suæ mo-
rem, hominem aliqandò à parte illâ alterâ designare.

Addam, in Pschenii gratiam, nec Latinis ignotum,
avt insolens planè, *animam* pro *homine* usurpare. Tertul-
lianus *de anima c. 13. Enimverò qis non animæ dabit summam* D
omnem, cujus nomine totius hominis mentio titulata est? Qan-
tas animas pasco? *ait dives; & animas salvas optat guber-*
nator. Cicero *famil. l. 14. Ep. 14. vos, mea carissima ani-*
ma, qam sæpissimè ad me scribite. Cæterùm qis mihi apud
veteres Græcos, vel historicum vel philosophum exhibue-
rit, qi vocem ψυχὴ familiariter eo modo qo scriptores sa-
cri, usurparit? Pavlus Rom. c. 2. v. 9. θλῖψις καὶ στενοχω-
ρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχήν. *Afflictio & angustia in omnem animam*
hominis. & c. 13. v. 1. πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις
ὑποτασσέσθω. *Omnis anima potestatibus supereminentibus sub-* E
jecta esto. Lucas Act. c. 3. v. 23. πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ ἀ-
κούσῃ, &c. *Omnis anima, qæ non audierit,* &c. & c. 2. v.
43. ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος, *omni animæ metus est*
obortus. & ibid. v. 41. ψυχαὶ ὡς τρισχίλιαι. *Animæ qasi qa-*
ter mille. & c. 7. v. 14. Stephanus, ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα
πέντε· *Erantqe animæ septuaginta qinqe.* & Petr. Ep. 1.
c. 3. v. 20. εἰς ἣν ὀλίγαι, τουτέστιν ὀκτὼ, ψυχαί. *In qa*
pauca, id est, octo animæ. & Joan. Apocalyps. c. 16. v. 3.
πᾶσα ψυχὴ ζῶσα. pro *animante qovis.* neqe hic qisqam mihi
Homerum reponat, qi *Iliad. α. v. 3.* dixerit F

> Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν.
> *Multas autem fortes animas Plutoni præmisit.*

qanqam & ibi ψυχὴ pro alterâ hominis parte sumi videtur:
avt Juvenalem, qi *satyr. 4.*

> ——— *Claras qibus abstulit urbi*
> *Illustresqe animas impune & vindice nullo.*

& *satyr. 10.* de Annibale,

> *Finem animæ, qæ res humanas miscuit olim,*
> *Non gladii, non saxa dabunt, nec tela, sed ille* G
> *Cannarum vindex, & tanti sangvinis ultor*
> *Annulus* ———

Avt si qid etiam ex rhetorum myrotheciis, avt amatorcu-
lorum blanditiis depromptum, huc arcessere libuerit. neqe
enim avt poetico, avt oratorio, avt amatorio etiam dicen-
di genere usi sunt, ubi hoc modo loquntur Spiritus sancti
amanuenses, sed simpliciter vel res gestas narrant, vel præ-
cepta suis tradunt,

Animam verò pro *vitâ* etiam Græcis usurpari, freqenter
satis, ego qidem Pschenio id *sect. 41.* urgenti, non in-
vitus concesserim. etiamsi poetarum tantùm hic qoqe dicta
adducat; qorum etiam pars dimidia meritò fuerit contro-
versa. qum & Hesiodi illud Ἔργ. v. 686.

> Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι
> *Opes enim sunt anima miseris mortalibus.*

nihil impediat; qo minùs de *animâ* ipsâ sumatur, qam nec
pecuniis cariorem habeant havd pavci. qos elegantèr Ev-
cherius in insigni illâ *ad Valerianum epistolâ* parænetica (de
qâ pronunciat Erasmus, *nihil vidisse profectum à nostra reli-*
gionis hominibus, qi eloqentia qoqe gloriâ floruerint, qod cum
hujus phrasi sit conferendum) his verbis alloqitur: *Qo devium*
ac praeceps hominum amor raperis? scis ea qæ tibi obveniunt di-
ligere, & ipsum te diligere nescis? foris est qod amas; extra
te est qod concupiscis. revertere potius in te, ut tu tibi sis carior,
qam tua. (ipsum te vult animam tuam. *Animus enim cujusqe*
is est qisqe. Cicero *Scipion. somno.*) Et, *Meritò*, inqit, *po-*
scit studia majora pars melior. sed nec Homeri illud *Iliad. I.*
v. 322.

> Αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν,
> *Semper meam animam exponens ad pugnandum.*

non & de *animâ* ipsâ intelligi qeat. nam Didymus qem ad-
vocat, (qanqam Heracleo is, non Didymus, viris doctis
censetur) nihil hìc mutat. eoqe magis ob ea qæ sequntur v.
401. ubi Achilles,

> Οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, &c.
> *Non enim mea vita æqipollens,* &c.

qibus animam sibi suam cariorem esse pronunciat, qam the-
savros universos, qos vel Troja ipsa, cum floreret maxi-
mè, vel Apollinis Pythii septa contineant: & rationem
adjungit v. 408.

> Ὅτι ἀνδρὸς ψυχὴ πάλιν οὐκ ἔλθῃ,
> Ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.
> *Qod viri anima non revertitur,*
> *Postqam transiverit septum dentium.*

ubi Evstathius τὴν ψυχὴν, τὸ ψυχικὸν πνεῦμα, *animam*;
animalem spiritum, dicit verum missis his; Hebræorum
illud peculiare non immeritò censetur, qod *animam*, non
pro *vitâ* tantùm, vel etiam pro *homine vivente*, sive *vitâ*
prædito; sed etiam pro *homine mortuo & exanimi* usurpant,
inde טמא נפש *pollutus animâ*, i. a contactu hominis mor-
tui, cadaveris. Agg. c. 2. v. 14. Levit. c. 22. v. 4. Ibid.
c. 19. v. 28. *Neqe cæsuram inditote carni vestræ* לנפש *pro*
animâ i. e. *pro mortuo* qovis. & cap. 21. v. 1. *Sacerdos*
pro animâ ne se polluito. & rursus v. 11. *Sacerdos maximus*
על כל־נפשת *ad animas ullas*, i. cadavera, mortuorum
corpora, ulla, *ne accedito.* rationem reddit Avgustin. e-
pist. 157. *Anima corpus, qod animam continebat; ut ecclesia*
dicitur locus ille etiam absente populo. atqe ita sumunt pleriqe
nostri, qod ex Psal. 16, Pschenius attulit. At eandem
tamen formulam Maroni usurpatam deprehendimus Æ-
neid. l. 3. de Polydori cadavere ab Æneâ cum pompâ fu-
nebri sepulto.

> —— *animamqe sepulcro*
> *Condimus.* ——

i. *cadaver*, corpus inanime. οὐ γὰρ θάπτομεν τὰς ψυχὰς ἐν
τοῖς μνημείοις, *non enim animas in monumentis sepelimus.* Epi-
phanius in ancorat. S. 87. nam qæ Servius ibi garrit, nec
navci sunt.

Sed aliud est poetam aliqando insolentiùs sic locutum;
aliud in sermone communi ac familiari obtinere.

Sed porrò pavlò pergamus. *Usus sacri eloqii est*, inqit
Gregorius Rom. in Evangel. homil. 25. *ut aliqandò ex par-*
te totum, aliqandò ex toto partem significet. ex parte totum,
ut Genes. c. 47. v. 26. *Omnes animæ, qæ descenderunt cum*
Jacobo in Ægyptum, &c. *neqe enim animæ sine corporibus de-*
scenderant. sed per solam animam totus homo significatur; qia
ex parte totum exprimitur. contra solum dominicum corpus in
monumento jacuerat, & Maria non corpus Domini, sed subla-
tum Dominum qærebat. videlicet ex toto significans partem. Nec
ab usu, secundum qem loqitur Gregorius, abhorret sermo
profanus. Sed in lingvæ cujusqe proprietate usuqe peculiari
statuendo, exqirendum semper *qatenùs.* Verbi gratiâ. ad-
ducit Pschenius sect. 56. σάρκα i. *carnem* pro *corpore* usur-
patam, ne pro *Hebraismo* mero id habeatur, ab Evripide
Tragico non semel; ab Epicteto, etiam, qi Stoicis so-
lenni more, *corpus* σάρκα, appellat. cui poterat & M. An-
toninum Imper. adjicere, qi nunc κρεάδιον, nunc σαρκίδιον

per contemptum corpus nuncupat. Epicurum etiam qi in select. sent. apud Laert. l. 10. *Τὴν γὰρ σάρκα τὸ παρὸν μόνον χρηματίζειν· τὴν δὲ ψυχὴν καὶ τὸ παρελθὸν καὶ τὸ μέλλον.* qod Cicero fin. l. 1. *Nam corpore nihil nisi præsens, & qod adest, sentire possumus: animo avtem & præterita & futura.* Et è Latinis Senecam, qi Epist. 74. *Non est*, inqit, *summa felicitatis nostra in carne ponenda.* Mitto qærere, an familiaris ista Græcis priscis locutio fuerit. nam de poetis non repetimus, qod dictum superius; Epictetus avtem an Arrianus, vix est ut lingvæ Græcæ purioris avtor idoneus habeatur. cum aliud est, ut rhetoricando ad rem elevandam, & deprimendam, *carnis* nomine *corpus* nuncupetur; aliud ut in usu familiari, ubi nihil istiusmodi attenditur, eadem corpori appellatio tribuatur. Sed concedatur carnem illis pro corpore usurpatam; ex *parte* scilicet *totum*, *totum*, inqam, *corporis*. at nunqid ideò & *totum hominis*? Certe Hebræis sicut נפש i. ψυχὴ anima, pars altera freqentèr; ita בשר i. σὰρξ caro, non minus familiaritèr, nec ubi tropi avt schemata qæruntur, sed ubi more vulgari ac usitatissimo sermo instituitur, pro *toto homine* sive *toto hominis*, si qis id maluerit, usurpatur. Exempla aliqot superiùs dedimus, ubi de variis hujus vocabuli apud sacros scriptores significatis egimus: qibus plura hic adjicere, cum possem plurima, superfluum foret. Videantur Gen. c. 6. v. 3. 12, 13. Esaj. c. 40. v. 5, 6. cum Psal. 97. v. 6. Matth. c. 24. v. 22. Rom. c. 3. v. 20. cum Psal. 143. v. 2. &c.

Nec abnuerim tamen & κρέας, qo modo ψυχὴν supra diximus, pro homine ipso, sed rarenter admodum, poetis Græcis usurpatum. Exemplum unum dabitur, qod è Sophocle nobis suggerit Aristophanis enarrator. Apud Comicum ludibundus, vector Stygius, negat servum qenqam admissurum,

Εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν.
Nisi qi navali interfuerit prælio,
Et fortiter pro carnibus rem gesserit.

Ad qem locum Scholiastes, *περὶ οὐδενὸς ἄλλου, ἢ περὶ τῶν ἰδίων κρεῶν, τουτέστι, σωμάτων· οὐ περὶ τῶν χρημάτων καὶ πατρίδος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος. pro re nullâ aliâ, præterqam carnes suas. i. corpora: non pro pecuniis & patriâ, sed pro corpore proprio.* Additqe idem, *κρέας γὰρ τὸ σῶμα, caro enim pro corpore* usurpatur. qod & Sophocleo illo confirmatum it;

Τοιοῦτος ὢν ἄρξεις σὺ τοῦ δὲ τοῦ κρέως.
Tun' ergò talis imperes huic corpori?

Grotius. Ita perinde foret, acsi περὶ ψυχῆς, *pro animâ*, h. e. pro vita, sive salute, dixisset. qo modo περὶ ψυχῆς decertare, dimicare, fugere, currere, festinare dicuntur, qi in extremo versantur discrimine. Sic Reg. l. 3. c. 19. v. 3. Elisæus *pro animâ suâ* fugere perhibetur. Et apud Synesium Epist. 4. Maccabæus gubernator Judæus, etiamsi per diem qieti sacræ destinatum, clavo manum admovere obstinatius recusasset, tandem tamen, cum navfragii periculum clarum satis instare animadverteret, *Νῦν, φησὶν, ὁ νόμος ἐφίησιν· ἐπειδὴ νῦν σαφῶς τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς θέομεν. Nunc*, inqit, *lex permittit: qandoqidem pro animâ jam cursum instituimus.* h. e. vitæ nunc discrimen agitur. Comicus idem ipse in Vespis,

— ποιήσω δακεῖν τὴν καρδίαν,
Καὶ τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν. —
Saxo suum cor mordicus ut lancinet,
Pedemqe pro vitâ struat.

Florens. De Valente Evnapius in Maxim. *Τοῦ βασιλέως κινδύνοις τοῖς ἐσχάτοις ἐμβεβηκότος, καὶ οὐ περὶ βασιλείας, ἀλλὰ τὸν περὶ τῆς σωτηρίας ἀγῶνα τρέχοντος. Rege in extremo discrimine constituto, nec de regno, sed de salute jam decertante.* qod *ἀγῶνα θανάσιμον δραμεῖν* dixit Evripides Oreste, &

Ψυχῆς ἀγὼν, ἐν ᾧ ζῆν ἢ θανεῖν χρεών.
De vita certamen; in qo oportet vivere, vel mori.

Idemqe in Julian. *Οὐ τὸν περὶ ψυχῆς θέοντες, ἀλλὰ τὸν περὶ κρότου καὶ φωνῆς ἀγωνιζόμενος.* (leg. *ἀγωνιζόμενοι.*) *Non de vitâ, sed de plavsu famaqe decertantes.* Qibus adjici posset & Nicetæ illud in Manuel. l. 6. c. 3. *Πάντες γὰρ τὸν περὶ ψυχῆς τρέχοντες, ἀπηνεῖς τινες ἦσαν ἀνοικτίρμονες, καὶ ὡς τάχος εἶχον, σώζειν ἑαυτοὺς ἔσπευδον. Cum in extremo vitæ discrimine versarentur universi, inviti qodammodo immisericor-*

A *des facti sunt, & propria qisqe, qanta poterat celeritate, saluti consulebat.*

Eadem itaqe ratione περὶ κρεῶν dimicare dictum avtumabat Scholiastes, qâ περὶ ψυχῆς in illis dicitur, ubi salutis discrimen agitur. ut qemadmodum τὸ κρέας apud Tragicum pro corpore, sive pro homine ipso, ita τὰ κρέα apud Comicum pro eodem usurpetur. Atqi aliud planè τὸ κρέας, aliud τὰ κρέα: nec περὶ κρέως, sed περὶ κρεῶν Comicus dixit. qod περὶ σωμάτων Scholiastes ineptissimè interpretatus est, *nisi si qis pro corporibus strenuè rem gesserit*; tanqam B si Geryones qosdam, tricorpores, avt bicorpores saltem servos, Orci vector somniasset: Verum κρέα, non κρέας posuit Comicus, qo modo in Vespis idem, *γαλῆν κρέα κλέψασαν*, *carnes furatam felem*, dixit. Joci festivitatem corrupere prorsus, dum non advertunt, ab inexpectato poetam lusisse. Cum enim, *qi navali prælio rem strenuè gesserit*, dixisset; expectaret qis adjecturum, *pro salute*, vel *pro patriâ*. at ille servulorum cum parasitis communem eisdem indolem tangendo, *pro carnibus*, subjecit. Stasimus Plavtinus in Trinum. 2. 4.

C *—— pol ego, etiamsi vetet,*
Edim, atqe ambabus malis expletis vorem;
Et qod illi placeat, præripiam potissimum,
Neqe illi concedam qicqam de vitâ meâ.

Habes luculentissimè depictum τὸν περὶ κρεῶν ἀγῶνα, *pugnam pro carnibus. Servi Comici sententia*, inqit Erasmus, *qi felicitatis puppim ac proram in ventris expletione collocat.* Rectissime! avdi enim qod seqitur;

Verecundari neminem apud mensam decet:
Nam ibi de divinis atqe humanis cernitur.

D Senatum respexisse putat Jos. Scaliger, in qo dici solet, *Nulla verecundia debet nos demovere à sententia dicendâ, ubi de rebus divinis & humanis agitur. divina res & humana Parasito est esca. aliter, inqit, coperis, perit lepos.* At qidni bellum patrium spectetur potius? In hoc enim qoqe *pro aris focisqe* pugnatur. Celeberrimum illud Hectoris Il. μ. v. 243. pronunciatum, a tot avtoribus Aristotele, Rhet. l. 2. c. 21. Cicerone, Plinio, Luciano, aliis tantopere prædicatum,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.
i. e. Una avis optima, pro patriâ pugnare tuendâ.

E Parasitus à Metagene Comico inductus, ad suos mores inflectendo, sic παρῳδεῖ,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ δείπνου.
Una avis optima, pro coenâ pugnare tuendâ.

qod nos diceremus, to fight for ones victuale. Verum aciem pugnamqe bellicam, non Senatus dissidia avt disceptationes forenses allusisse Comicum Græcum patet clarissimè. cujus mentem parœmiographus cum fæliciter satis expressisset; aliorsum tamen declinare maluit hîc, ubi posuit, respicere potuisse adagium illud, qo ὁ λαγὼς τὸν περὶ F τῶν κρεῶν τρέχει dicitur, ne in pulpamentum concedant scilicet, qod σωμάτων tamen, me avtore, nullus interpreteris. Illud potiùs huc fecerit, qod Plutarchus *in animant. terrest. & aqat. collat.* ubi canes ait venaticos, qi lepores insectantur, qos exanimes nolint attingere, οὐ κρεῶν χάριν, ἀλλὰ νίκης ἀγωνίζεσθαι, *non carnium, sed victoriæ causâ contendere*; sed & qod Neoptolemum Pindarus Nem. 7. κρεῶν ὑπὲρ μάχας (qia pro carnibus victimæ, qas diripere contendebant indigenæ) decertantem occubuisse. qod mortalibus priscis freqenous usu venire necesse fuit, qum de victu ac G commeatu potissimum bella invicem gererent. De Achille ac Hectore Homerus Iliad. χ. n. 157.

Τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων,
Καρπαλίμως· ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην
Ἀρνύσθην, ἅ τε ποσσὶν ἀέθλια γίγνεται ἀνδρῶν·
Ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον. ——
Currebant, iste hâc fugiens, pone ille secutus,
Qam poterant rapidi: neqe enim carnesve petebant;
Aut offam, solita velocis præmia cursus:
Cursus erat de animâ. ——

At istis contra, qos perstrictos volebat Comicus, *de offâ* planè *carnibusqe*; qanqam & ideo *de animâ*, sive *de vitâ*, uti alter ille Comicus. Pari avtem modo in Epicureos ludit Plutarchus; apud qem ubi negaverat qidam, *juxta Epicuri placita*

placita ἡδέως ζῆν εἶναι, *suaviter vitam agi posse*; Παπαῖ, inqit aliter, εἰς τὴν γαστέρα τοὺς ἀνθρώπους ἔοικας ἐναλεῖσθαι, καὶ τὸν περὶ τῶν κρεῶν ἱππεύειν. *Papa, videris in ventrem viris istis insultum facturus, & ad cursum pro carnibus adacturus.* Servus ergo catillo *pro carnibus*, non tamen, qo modo *lepus, pro suis*, ne in escam & pulpamentum aliis cedant, sed *pro offâ*, ut habeat ipse, qod abliguriat, strenuè rem gerere dicitur. Perperamqe omninò Tragici dictum, cum Comici isto committitur. aliud enim ibi κρέας, aliud hic κρέα. Qin nec κρέας Sophocli, tam *corpus*, qom *hominem* ipsum designat: μεταληπτικῶς tamen, havd diffiteor; ut *carne* primò corpus, tum *corpore* homo, ὅλον τὸ ἐμψυχωμένον, denotetur. Cæterum nec hujus tantùm unius significati, sed reliqorum qoqe à lingvarum aliarum usu, etiam isto remotiorum, exemple protulisse Pschenium oportuit, si cavsam suam obtinere vellet.

Illud insuper istic observatum velim, qo lingvarum idiomata accuratius attendantur. cum σῶμα. i. *corpus* Græcis sit in usu freqentiore pro *homine* ipso, σάρξ i. *caro* non item, contra Hebræis בשר i. *caro*, in usu familiari pro eodem habetur; at גף sive גוף *corpus* non item: ut sicut vix Hebraicè loqatur, qi גוף pro *homine*; ita vix Græcè qi σάρκα pro eodem usurparit. cum tamen eadem in hoc utroqe, qæ & in illis, synecdoche existat. Nec sum nescius apud Mosem l. 2. c. 21. v. 3,4. בגפי i. e. αὐτοσώματι, *cum corpore suo*, αὐτὸς μόνος (uti Græci rectè reddiderunt) i. e. *ipse solus*, usurpatur. sed & apud Doctores Hebræos τὸ גוף i.e. *corpus* pro *homine* adhiberi. unde illud Simeonis Gamalielis filii in Dictis Patrum c.1. v.17. לא מצאתי לגוף טוב משתיקה *non inveni qod sit corpori*, i. *homini*, *melius silentio*. Verum aliud est in formulâ peculiari unicâ, aliud in sermone communi qovis promiscuè adhiberi: nec qid lingva Rabbinica avt Talmudistica, sed qid sacra & pure Hebræa admittat, jam qæritur. certè qi כל־גוף pro *omni homine* Hebraicè dixerit, nescio an Hebraicè locutus dicatur; qi avtem πᾶσαν σάρξ, cum Apostolo Rom. c.3. v.20. pro eodem dixerit, cum priscis Græcis ego locutum dicere non avsim. Adjicere liceret & illud בשר sive *carnem* pro *certis* qibusdam *corporis membris*, qæ disertè nominari pudor prohibet, Hebræis sumi familiariter. Levit. c. 15. v. 1. Ezech. c. 23. v. 20. unde tractum videtur, qod σάρξ pro *parte* hominis *irregenita* ab Apostolo usurpatur. Rom. c. 7. v. 18. qia partes eæ concupiscentiæ sedes. nec τὸ σῶμα seciùs eidem usurpatum, si Avgustino credimus, in ad Corinth. Epist. 1. c. 7. v. 4. *Corporis*, inqit, adv. Julian. l. 5. c. 4. *nomine appellat, non totum corpus qod membris omnibus constat, sed membra, qibus sexus discernitur, concubitusqe peragitur.* qo nomine pars itidem nondum regenita censetur, Rom. c. 6. v. 6. & Col. c. 3. v. 5. Verum nec Avgustini istud nos præstabimus; & ad alia properamus.

CAPUT XI.

Λόγοι σεμνοί. A re rusticâ & agriculturâ. in his, νεοσσοὶ Pschenio havd rite. Ἄροτοι ἱεροὶ *Athenis.* σπεῖρειν, σπόρον, ἐκφύειν, שכבת זרע עץ הזרי זרע פרי נין *semen mulieris etiam. Lev. 12. 1. de qo commentum Rabbinicum.* semen & *fructus pro sobole & posteris, Hebræis qam Græcis in sermone communi usitatiora.* Φιλότητι μιγῆναι *Hesiodo & Homero freqens.* Βατραχομυομαχίας *avtor.* Ὥρα, *Hebræorum* עונה. *Epiphanius emendatus.* Φιλότης, *&* φιλότητες. χάρις, χαρίζεσθαι, χάριτας πρᾶξαι. *Maximus Tyrius emendatus & Pindari Scholiastes.* εὔνοια ἀπὸ τῆς ὁμιλίας *diversa Plutarcho, & Dioni; sed ejus qam Apostolus radix genuina, comesqe necessaria.* Εὔνοια ἐφ' ὁμιλίᾳ *Solonis lege indicta.* παθεῖν; *&*, παθεῖν τι; *elegans formula. Plutarchus mendâ fudâ emundatus, Halicarnassensis interpres notatus.* Cognoscere, *&* notitiam habere, *in* σεμνοῖς λόγοις; *nec Hebræis solis. Epiphanius notatus. formula eadem de sexu seqiore usurpata. Ab Hebræis derivatam vult Grotius.* Τὸ συνελθεῖν, καὶ τὸ συνοικεῖν, *in iisdem. Laertium Pschenius havd rectè cepit.* συνοικεῖν, ἢ συμβιοῦν.

A *Themistius emendatus. Vita pars minima vivitur. Senarius Menandro assertus. Ennius restitutus & explicatus.* שכב συγκαθεύδειν. בוא ביאה εἰσέρχεσθαι, εἰσελθεῖν, intrare, ingredi: *Locutiones ellipticæ, metonymicæ, vel synecdochicæ. Græci* βαίνειν. *&* ἐπιβαίνειν *de brutis solis.* קרב *&* πλησιάζειν *tam de homine qam de brutis;* πλησιασμὸς *de his,* διαλεχθῆναι *de hoc negotio usurpatur, at non* διάλεξις: πλάτης, πλάτις, *&* ἱμονοπλάτις; *at non* πλάζειν. *Pollux, & Aristophanis Schol. emendati. Frischlini versio parum idonea.* Esse cum aliqâ. συγγενέσθαι. נגע B ἅπτεσθαι, θιγεῖν, tangere, attingere. tagaces. *Nonius emendatus. A Phil. Pareo dissensus.* ἀθικτος, ἀνέπαφος, intacta virgo. *Catullus frustra solicitatus.*

N*Atura* (inqit Tertullianus de animâ c. 27.) *veneranda est, non erubescenda. concubitum libido, non conditio, fœdavit. excessus, non status, est impudicus.* Cæterum ita verenda qædam sunt naturæ officia, ut disertis vocabulis id palam proloqi sit pudor, qod exeqi tamen pudor nullus prohibeat. imo, sicut apud verecundos C ac modestos homines (Cynicos enim impudicos pariter ac impudentes nihil istic moramur) actus ipse lucem aspectumqe alienum non sustinet; ita nec verba nuda claraqe sermo patitur pudicus, ubi facti mentionem exigit cavsæ justa necessitas. Inde λόγοι σεμνοί, qi dicuntur, formulæqe honestiores, (de qibus Agellius noct. Attic. l. 9. c. 10.) apud omnes fere gentes, rebus istiusmodi exprimendis conqisitæ. Atqe hâc in parte Pschenio Sect. 36. Hebræorum de re conjugali sermo, cum Græcorum, committitur; nec horum hac in parte inferior esse pronunciatur. D qanqam istud istic non qæritur; sed an formulæ eæ, qas scriptores sacri usurpant, Græcis priscis pariter familiares fuerint. sed qid afferatur videamus tamen. qæ ex sermone Græco, eoqe sacro, non soluto, adducuntur *metaphoræ elegantes, à re rusticâ & agriculturâ* traductæ (qanqam, qod liberi νεοσσοὶ Evripidi in Herc. Fur. dicuntur, qum ad ovium pullitiem potiùs Tragicus respexerit, qi ad agriculturam spectet, non video,) ad controversiam præsentem nihil qicqam faciunt. Potest tamen istis adjici Plutarchi insigne illud ex libr. de præcept. conjugal. p. 144. A. Ἀθηναῖοι τρεῖς E ἀρότους ἱεροὺς ἄγουσι. πρῶτον ἐπὶ Σκίρῳ, τοῦ παλαιοτάτου τῶν σπόρων ὑπόμνημα. δεύτερον ἐν τῇ Ῥαρίᾳ. τρίτον ὑπὸ Πόλιν, τὸν καλούμενον Βουζύγιον. τούτων δὲ πάντων ἱερώτατός ἐστιν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει. διὸ δεῖ μάλιστα τούτῳ χρῆσθαι μετ' εὐλαβείας τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα, τῶν ἀνιέρων καὶ παρανόμων πρὸς ἑτέρους ἀγνεύοντας ὁμιλιῶν, καὶ μὴ σπείροντας, ἐξ ὧν οὐδὲν αὐτοῖς φύεσθαι θέλουσιν, ἀλλὰ κἂν γένηται καρπός, αἰσχύνονται καὶ ἀποκρύπτουσιν. *Tres arationis ritus sacros Athenienses celebrant. unam in Sciro, antiqissimæ segetis monumentum: secundam in Raria: tertiam sub ipsa urbe, qam a jugo* F *boum Buzygium nuncupant. Cæterum istis omnibus sacratior est satio conjugalis, & de liberis gignendis instituta aratio. in qâ itaqe cumprimis virum ac mulierem religiose conversari addecet; congressibus extraneis, incestis illegitimisqe, puros sese conservantes; nec ibi serentes, unde nihil enasci velint, avt si qis inde fructus prodeat, cum probro futurum sit, clam haberi cupiant.* Sed & è Legibus Atticis Isidori Pelusiotæ illud lib. 3. Ep. 243. Τὴν γὰρ παρθένον ὁ ἀνὴρ συναπτόμενος, γυναῖκα, τουτέστι, γόνιμον ποιεῖ. διὸ καὶ παρ' Ἀθηναίοις, ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμους, ἐπ' ἀρότῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι, καὶ γο- G νεῖς οἱ τεκόντες καλοῦνται. *Vir qippe virginem sibi matrimonio copulans, γόνιμον, hoc est, foecundam γυναῖκα reddit. Ob idqe etiam apud Athenienses legitimus congressus arandorum filiorum causa fieri dicebatur: ac γονεῖς parentes appellantur.* qo loco tamen cum Plutarcho ἐπ' ἀρότῳ malim. Ibidem. Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ ἀντιδιαστέλλεται· τουτέστι, τῷ σπειρομένῳ γεωργὸς ὁ καὶ ἀναρύττων τὴν γυναικείαν χώραν. (παρ' ὃ καὶ ἀνήρ, ὡς οἶμαι, λέγεται) ἡ σπειρομένη γῆ, καὶ διὰ τοῦτο γόνιμος γενομένη. *Mulieri vir opponitur, hoc est, serenti agricola, ac fœmineam regionem effodiens, (unde etiam ἀνήρ, ut opinor, nomen traxit) terra sata, propterea qe foecunda existens.* De qibus verbis (nam notationes ridiculas mitto) alibi dicetur. Ex Epist. 12. Ὁ μὲν σπείρων, ἡ δὲ σπειρομένη· ὁ μὲν γεωργεῖ, ἡ δὲ γεωργεῖται· ὁ μὲν γεωργοῦ χώραν ἐπέχει, ἡ δὲ γῆς. Attamen ille serit,

 has

hac seritur: ille gignit, hac parit: ille agricola, hac terra locum obtinet. Poterant adjici & è poetis Latinis havd pavca; qæ tamen qia reverâ magna ex parte sunt minus σεμνά, *honesta*, prætereo. Subjiciam duntaxat Sophoclis locum qendem ex Oedipo Rege, in qo pluribus eodem respicientibus vocabulis subjectum hoc prosecutus est.

——— τὴν τεκοῦσαν ἤροσε,
Ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη, κἀκ τῆς ἴσης
Ἐκτήσαθ' ὑμᾶς, ὧνπερ αὐτὸς ἐξέφυ.
——— *genitricem arans,*
Ex qâ ipse satus est ipsam, vos sibi insuper,
Qibus ipse pullulavit, ex iis protulit.

Habes hic ἀροῦν, σπορὰν, φύειν. Verba sunt Oedipi filias ex Jocasta matre suas alloqentis.

Sed nec insveta Hebræis ista: qibus non in poeticis tantum, sed in sermone familiari נין *filius* à נין sobolescere Hymn.72,v.17. unde crebrum illud נין ונכד *filius & nepos*. Gen. c.21. v. 23. Job. c. 18. v. 19. & Esaiæ c. 14. v. 22. Tum זרע *semen*, & פרי *fructus*, pro *prole ac sobole*; qod utrumqe passim occurrit. unde & שכבת זרע *concubitus seminis*. i. e, *seminalis*. Lev. c. 19. v. 20. Et ibid. c.12. v. 1. אשה כי תזריע *mulier ubi seminaverit, & marem pepererit*. Græc. σπερματισθῇ. Heb. *seminificaverit*; inqit Piscator, atqe ita Pagninus reddidit. Piscator ipse, *semen conceperit*. atqe ita nostri, Vetus, & Tigurinus. *susceperit*. At Buxtorfius, *sementaverit*. Vatablus, *semen emiserit*; Junius, *ediderit*. Atqe ita Abr. Esdraides; adducto Genes. c. 1. v.11,12, ubi מזריע זרע de plantis dicitur, unde & mulierem semen edere, contra Aristotelis dogma, *de generat. animal*, l.1. c.19. evincunt: è Græcorum qoqe sapientibus pariter contendentibus, *ex utriusqe parentis semine coagulato fœtum confingi*, uti & Esdraidés istic monet. Qanqam nugantur plane, qum (eodem referente) ulterius progressi Hebræorum Magistri, inde colligunt, *Marem edi, qoties mulier semen mittere prior cœperit, fœminam, ubi vir*. ita Menachem in locum illum; & Jairus ad Gen. c. 46. v. 15. qi ideò vult prolem masculam Leæ matri attribui, Dinam filiam Jacobo patri. Verum missis istorum nugamentis, patet hinc formulas hasce non Hebræis minus qam Græcis esse usitatas.

Illud obiter hac occasione atqe hoc loco in antecessum dabimus. Sect. 109. Pfochenius eos perstringit, qi dicto Apostolico ad Corinth. Ep.2. c.11. v.22. σπέρμα Ἀβραάμ. pro *Abrahami posteris*; *metonymiam Hebraicam subesse* monuerunt. *cur non*, inqit, *æqe metonymia Græca diceretur? non minus enim Græcis est atqe Hebræis usitata.*

Atqi hoc ille nevtiqam probavit. neqe enim si apud Tragicum unum avt alterum, vel poetas qosvis etiam, eâ notione vox ista usurpata sæpiusculè deprehenditur; ideò *Græcis æqè atqe Hebræis usitatam metonymiam* esse illam inde constabit. cum prorso sermone (qi est lingvæ cujusqe maximè familiaris atqe usitatus) scribentibus minus freqens tamen esse qeat; & est reverâ istis apud Græcos insolens satis; qum apud Hebræos in omne genus scriptione, tam historicâ & didacticâ, qam poeticâ & dramaticâ nusqam non sese ingerat.

Qod idem & de eo dictum sit, qod Sect. 117. de usu vocis καρπῦ, in eandem mentem Act. c.2. v.30. Psal.132. v.11. & alibi passim, disseritur. qo loco, ut priscis Græcis in usu pari li vocem eam fuisse comprobet, nihil qicqam adducitur præter illud Evripidis Jone n. 815.

Ἄλλης γυναικὸς παῖδας ἐκκαρπούμενος.
Ex alia muliere pueros procreans.

ubi tamen vox ipsa qoqe nevtiqam comparet. Sed in transitu istic ista: nos jam in σεμνοῖς illis recensendis & dispiciendis pergamus.

Illud itaqe φιλότητι μιγῆναι, ex Homero ipso, apud qem passim occurrit, qemqe Plutarchus *in erotico pag.* 769. A. monet φιλότητα τὴν τοιαύτην προσαγορεύειν συνουσίαν, *amicitiam nominare conjugum concubitum*, vel ex Hesiodo, qem Scultetus lavdat *in deliciis Evangelicis*. c. 2. ubi pleraqe ista reperiuntur, adduci potiùs poterat; qam ex Carcillo, Tigrete, an Pigrete, cui pugnam cum ranis murinam il-

A lam viri docti attribuunt. Siqidem, ut Philosophus Topic. l.8. c. 2. παραδείγματα οἰστέον, οἷα Ὅμηρος, οὐχ οἷα Χοιρίλος. *Exempla afferenda, qalia Homerus, non qalia Chœrilus.*

Cæterum non minus eleganter τὸ εὐνοίας ὀφειλομένης, *debita benevolentia*, vocabulo (qanqam Græcis id insolens) idem expressit Apostolus, ad Cor. Ep. 1, c.7. v.3. Hoc avtem Hebræorum ענתה qod Exod. c. 21. v. 10. LXX. ὁμιλίαν vertunt; cujus radix ענה non qâ *compressionis* notionem habeat, sed qâ *benignitatem*, sive *benevolentiam*,
B h. e εὐνοίαν, Psal.18. v.36. & Psal. 45. v. 5. designet, ab Apostolo expressum censet V. Doct. Lud. Cappellus *in Spicilegio*. Qo prior etiam Jo. Drusius monuit *Præteritorum* lib. 6. εὐνοίας vocabulum Hebræorum τῷ ענתה respondere, qod ex Magistrorum sententiâ coitum significet. Proinde qod de Abisag Epiphanius hæres. 69. S.46, dixit, cognovisse eam regem jam decrepitum, εἰδήσει τῇ δι' ἐννοίας, *cognitione, qa sola animi comprehensione constat*, non εἰδήσει τῇ διὰ χρήσεως, *cognitione qa ad usum refertur*. poterat elegantius & σεμνοτέρως, *honestius*, etiam sic extulisse, ut diceret,
C cognovisse eam, εἰδήσει τῇ δι' ἐννοίας, non τῇ δι' εὐνοίας; qod ibi pro ἐννοίας perperam legitur. Certè non σεμνῶς minus, undecunqe id havserit, Apostolus τῷ εὐνοίας vocabulo officii conjugalis id extulit, qam Græci illi, qi hujus loco usurpant, vel φιλότητα, (qod poetis magis peculiare. Homer. Iliad. N. v. 636.

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος.
Omnium qidem satietas est, & somni, & amoris.

Et in plurali, Pindar. Pyth. 9.

——— κρυπταὶ
D Κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς
Πειθοῦς ἱερᾶν φιλοτάτων.
——— *Occulta*
Claves sunt sapientis
Svadela sacrorum amorum.

vel χάριν, qod est prorsi sermonis avtoribus etiam in usu; unde χάριν δοῦναι, & χαρίζεσθαι, ἐπ' ἀνθρώπων περὶ μίξεως, *gratificari, & gratiam dare de hominum coitu*, dici, monet Pollux l. 5. c.15. S.1. Xenophon memoral. l. 3. pag. 784. D. ubi Theodotam meretricem, qâ ratione amasios suos
E excipere ex usu sit, instruit Socrates. καταμανθάνεις ὡς ἐμβλέπουσα χαρίζοιο. *intelligere potes, qo pacto homines intuendo grata esse possis.* & E. τῷ σφόδρα σε φροντίζοντι ὅλῃ τῇ ψυχῇ κεχαρίσθαι. *toto pectore gratificandum illi cui admodum curæ sis.* Et, pag. 785. C. τῷ φαίνεσθαι βουλομένη χαρίζεσθαι, καὶ διαφεύγουσα. *qasi gratificari velis, interimqe elabaris.* Hesychius: Χαρίσασθαι, παρασχεῖν. λέγονται γὰρ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι, αἱ πρὸς συνουσίαν ἑαυτὰς ἐκδιδοῦσαι. *Χαρίσασθαι, exhibere. Dicuntur autem mulieres χαρίσασθαι, qæ se ad concubitum offerunt.* Et Svidas: Χαρίζεσθαι κοινῶς μὲν,
F ὡς οἱ πολλοί. ἰδίως δὲ, ἐπὶ ἀφροδισίων. *Χαρίσασθαι communiter qidem, ut vulgus loqitur. Peculiariter vero de rebus Venereis dicitur.* Plutarchus in amatorio pag. 751. D. Χάριν γὰρ ἡ θήλεος ὕπειξις τῷ ἄῤῥενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν. *Qod enim mulier viro obseqium præstat, gratia fuit ab antiqis dictum.* adducitqe Pindarum, qi dixerit, τὸν Ἥφαιστον ἄνευ χαρίτων ἐκ τῆς Ἥρας γενέσθαι. *Vulcanum e Junone sine gratiis natum.* Et Sapphus illud περὶ τῆς ὑπηγαμενῆς ἔχουσαν ὥραν,

Σμικρά μοι παῖς ἔμμεναι φαίνεο κἄχαρις.

Qa nondum tempestiva nuptiis esset.

G *Videre mihi parva esse puella, & gratiarum expers.*

& in plurali χάριτας πρᾶξαι eodem sensu usurpatum. unde emaculandus obitèr Maximus Tyrius: apud qem dissert. 8. pro ἄχαρις vitiosè (qod est ex diametro contrarium) χαρίεσσα exhibetur. Nec Pindari Scholiastes minùs; apud qem ad Pyth. oden 4. voce nec navci, λιθόχαρις legitur. qanqam lectionis geminæ interpretationem veram subjunxit, ἡ μή πω δυναμένη διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίσασθαι. *qa per ætatem viro nondum potest gratificari.* Porrò ex diametro contrarium qod ajebam, etiam hâc mente si dixero, V. C. Heinsium astipulantem habiturus sum. sic enim in Lection, Theocriti c.15. ad Idyll.8. cujus initium, Δάφνιδι τῷ χαρίεντι &c. i. e. *Daphnis ingressus ætatem* τὸ χαρίεντος *vocasse à poetâ χαρίεις dici potest, ut hac voce denotetur, non*

forma

forma corporis, sed ætatis tempus. Ælianum in partes accessit, qi var. histor. l. 10. c. 18. de Daphnide; Βουκολοῦντα δὲ κατὰ Σικελίαν ὁ Δάφνιν, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ, καὶ πρώτως ὑπηνήτῃ, ἔνθα ὁ χρόνος ὁ χαριέστατος ἐστὶν ἤδη τῶν καλῶν μειρακίων, ὥσπερ φησὶ καὶ Ὅμηρος. *Quem autem in Sicilia pasceret Daphnis, una ex nymphis eum amare coepit venustum pulcrumqe, & cum ipso rem habuit, quum esset in ætatis flore, qo tempore solet pulcrorum adolescentum pubes esse speciosissima, ut alicubi etiam dicit Homerus.* Homeri locus qem respexit Ælianus, habetur Odyss. κ. v. 279.

Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριέστατη ἥβη.

Primum pubescenti, cujus gratiosissima est pubertas.

qod & eodem prorsus modo legitur Iliad. ω. v. 384. atqe ita forsan etiam scripserit Ælianus. Cæterum aliud est apud Plutarchum εὔνοια; qod ἀπὸ τῆς ὁμιλίας dispescit verbis illis. Εἰ γὰρ ἡ παρὰ φύσιν ὁμιλία πρὸς ἄῤῥενας οὐκ ἀναιρεῖ τὴν ἐρωτικὴν εὔνοιαν, οὐδὲ βλάπτει, πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστι τὸν γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν ἔρωτα τῇ φύσει χρώμενον εἰς φιλίαν διὰ χάριτος ἐξικνεῖσθαι. *Si enim consuetudo naturæ adversa cum viris nihil adimit amatoriæ benevolentiæ, neqe eam lædit: multo magis probabile est mulierum & virorum amorem, naturæ opera utentem per amicitiam ad gratiam pervenire.* ubi χάριν dicit, qam prius ὁμιλίαν, φιλίαν qam prius εὔνοιαν dixerat. de qâ & postea pag. 767. D. Στέργεσθαι δὲ καὶ στέργειν ἐπί μοι δοκεῖ γράμματι τοῦ στέγειν διαλλάττον, εὐθὺς ἐμφαίνειν τὴν ὑπὸ χρόνου καὶ συνηθείας ἀνάγκῃ μεμιγμένην εὔνοιαν. *Στέργεσθαι autem & στέργειν, qod est deligi & diligere, unica litera a στέγειν, qod est perferre, differunt, primaqe fronte ostendere videntur benevolentiam tempore & consuetudine necessitati permixtam.* Sed & Dio Prus. orat. 3. pag. 52. D. Καὶ τὰ ἀφροδίσια τούτοις ἥδιστα καὶ ἀνυβριστότατα, ὅσα γίνεται μετὰ φιλίας τῶν συνόντων, καὶ ὅσα μάλιστα εὔνοιαν ἀνθρώποις ἐπήλθεν... *Et res Venerea illa suavissima, & maxime expertes injuriarum, qa fiunt cum amicitia coeuntium, & qacunqe conciliant benevolentiam hominibus, supervenere...* qibus locis etiamsi aliam τὸ εὐνοίας ὄνομα notionem habeat, qam apud Apostolum; clare tamen ostendunt, qam aptum fuerit ad eum sensum, in qem Apostolus usurpavit. Edictum avtem Apostolicum, qo εὔνοιαν ἀποδιδόναι sibi invicem conjugatis interdicit, accedit proximé Solonis lex illa, à Plutarcho pag. 89. C. in vitâ ejusdem recensita; qæ jubet τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυγχάνειν πάντως τῇ ἐπικλήρῳ τὸν λαβόντα. *Qod ter mense cogatur, ut minimum, orbam is qi eam duxit complecti.* cujus & constituti rationem subjungit: Καὶ γὰρ εἰ μὴ γένοιντο παῖδες, ἀλλὰ τιμή τις ἀνδρὸς αὕτη πρὸς σώφρονα γυναῖκα καὶ φιλοφροσύνη, πολλὰ τῶν συλλεγομένων ἑκάστοτε δυσχερῶν ἀφαιροῦσα, καὶ ταῖς διαφοραῖς οὐκ ἐῶσα παντάπασιν ἀποστραφῆναι. *Nam etsi non generent liberos, honos tamen hic qalis qalis a marito casta mulieri habitus & benevolentia multas abstergit undiqe collectas acerbitates, nec permittit eam jurgiis plane abalienari.* Qanqam avtor idem in opusculo amatorio pag. 769. A. legem eandem, non ad τοὺς ἐπικλήρους τὰς λαβόντας restringit, sed ad omnes promiscué conjugatos extendit; Κελεύσαντα, μὴ ἔλαττον, ἢ τρὶς κατὰ μῆνα τῇ γαμετῇ πλησιάζειν. subditqe; οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα· πόθεν; ἀλλ' ὥσπερ αἱ πόλεις διὰ χρόνου σπονδὰς ἀνανεοῦνται πρὸς ἀλλήλας, οὕτως ἄρα βουλόμενος ἀνανεοῦσθαι τὸν γάμον ἐκ τῶν ἑκάστοτε συλλεγομένων σχημάτων ἐν τῇ τοιαύτῃ φιλοφροσύνῃ. qæ eo libentius adduco, partim ut formulam elegantem observem, partim ut loco turpiter depravato medicinam faciam. formula elegans, πόθεν; & πόθεν γάρ: qâ negari aliqid solet, tanqam qod vel non possit esse, vel non fas sit credi. Dionys. Halicarn. l. 4. Ἀρχήν γε τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν, ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι βασιλεῖς; πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. *Num imperium accepit, eo modo, qo reges qi eum antecesserant? unde? multum abest.* ubi dicti venustatem interpres corrupit, dum formulæ usum non advertit Arriani Epictetus l. 2. c. 21. ὡς γὰρ ἀποθησόμενοι, ἢ ἐπανορθώσοντες, ἢ ἀλλ' ἀντ' αὐτῶν ληψόμενοι ἔρχεσθε; πόθεν; οὐδ' ἐγγύς. *num enim acceditis, tanqam vitia vestra deposituri, avt correcturi, avt alia eorum loco meliora accepturi? unde? longe ab eo abestis.* Plinius min. l. 4. Ep. 14. *Qa nos refugimus, non qia severiores, unde enim? sed qia timidiores sumus.* Gregorius Naz. de pace orat. 3. Ἡ πολλὰ ἂν κατέβαλον χρήματα τοῖς ἐπαινοῦσιν, εἴ με βελτίω τοῖς ἐπαίνοις εἰργάζοντο. νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. πόθεν; ἀλλ' ὅπερ εἰμί, τοῦτο μένω καὶ δυσφημούμενος καὶ θαυμαζόμενος.

A *Ego me collavdantibus pecunias copiosas dependerem, si qidem me lavdibus suis meliorem facerem. nunc verò havd ita se res habet. qi id qeat? sed id ipsum qod sum idem maneo, sive me illi maledictis incessant, sive admirationi habeant.*

Tum σχημάτων vox hìc obscœnum sonat: ac si conjuges Plutarchus vellet, ἐν τῇ γαμικῇ φιλοφροσύνῃ σχήματα συλλέγεσθαι, ea *schemata, (modos,* Naso art. l. 3. *Mille modi Veneris.) conqirere,* qibus scorta impura amasiis suis solent χαρίζεσθαι cujusmodi sunt qorum meminit Clemens in hor-

B tatorio pag. 40. D. τὰ Φιλαινίδος σχήματα, *figuræ & gestus Philænidis,* τὰ συνουσιαστικὰ scilicet de qibus scripsisse Astyanassam qandam Helenæ famulam, avtor est Svidas. qo modo Alexis (referente Plvtarcho de poet. legend. & de virt. moral.)

Τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν τὸν σώφρονα.

Voluptates undiqaqe svadet conqirere.

Verum nihil minùs Plvtarchus in animo habuit, qi & *uxorem meretriciè haberi* vetuit in præcept. conjugal. locum vitiatum interpres vidit; sed tanqam conclamatum omisit.

C forsan sic ex priore restituendum fuerit, ut pro σχημάτων, δυσχερασμάτων reponatur. qod itaqe priore loco δυσχερῶν avtor dixerat, hoc loco δυσχερασμάτων dixisse videtur; qod exscriptor cum non intelligeret, in σχημάτων corruperit. δυσχεράσματα Svidæ sunt ἀτυχήματα, *infortunia, res adversæ, calamitates, difficultates.* apud qem avtor innominatus, ὁ δὲ ἐπὶ τὸν ἀπράγμονα βίον ἐτράπετο, μίσει τῶν ἐν πολιτείᾳ δυσχερασμάτων, *ut ille vero, ad vitam a rebus gerendis alienam qi se convertit, odio difficultatum, qæ sunt in Reipublica administratione.* qanqam possit & molestiarum no-

D mine commodè reddi. *Lege latâ,* inqit, *Solon jussit, ut ter minimùm qot mensibus maritus cum uxore consvesceret. neqe id voluptatis cavsâ. unde enim?* (sive, qi enim id vellet?) *sed qod qemadmodum foedera secum invicem temporibus statis renovant civitates: perinde connubium renovari vellet, ex eis qæ undeqaqe occurrunt molestiis, per ejusmodi gratam utrisqe familiaritatem.*

Verum ista de Græcis elegantiis illis suffecerint; de qibus impræsentiarum minùs qærebatur. propiùs ad rem de qâ agitur accedit, qod formulam illam, *Cognovit Adam uxo-*

E *rem suam.* Genes. c. 4. v. 1. *Et non cognovit eam, donec peperisset primogenitum suum.* Matth. c. 1. v. 25. (qod frustra, imò inepeè ac ridiculè, Epiphanius hæres. 78. S. 17. & 20. aliò conatur detorqere) nec Græcis scriptoribus insolentem esse docet, adductis tribus è Plutarcho locis: qibus adjici plura ex eodem qeunt. uti qod in *monitis politicis,* de Alexandro, αἰσθόμενος τῆς ἀδελφῆς ἐγνωκυίας τινὰ τῶν καλῶν καὶ νέων, οὐκ ἠγανάκτησεν. *cum accepisset sororis suæ notitiam habuisse adolescentem formosum qendam, non succensuit.* Et in Pompejo. de ipso; ὅτι σωφροσύνη τῆς ἀνδρὸς μόνου γνωσθείσης

F τῆς γεγαμημένης. *nupta solius notitiam habentis temperantia.* Et in Catone majore de Lælio, μόνην ἣν ἔγημεν ἐξ ἀρχῆς γνοὺς γυναῖκα. *unius qam primam duxit, mulieris notitiam habens.* Sed poterat ex Menandro potius Comico vetusto; eo magis qia familiari isti ac vulgari magis sermone utuntur. ex eo σεμνοῦ λόγου παράδειγμα istud profert Hermogenes de inventione tom. 4. c. 11. sunt avtem puellæ vitii tibi allati historiolam referentis: Διονύσια ἦν πομπή. ὁ δ' ἠκολούθησε μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν. ἔπειτα φοιτῶν, καὶ κολακεύων τὴν μητέρα, ἔγνω με. *Bacchanalia agebantur. ille avtem ad fores*

G *usqe secutus est. tum ventitans, matre delinitâ, cognovit me.* ἐπισημαίνων, inqit rhetor, πρᾶγμα αἰσχρὸν σεμνοτέρῳ λόγῳ συνθεῖναι. *rem turpem oratione honestâ insignivit.* Et hæc itaqe nec priscis Græcis insveta prorsus fuerit formula. Sed nec Latinis, qod ex Cæsare; apud qem *Belli Gallici l. 6. Germanis,* dicitur, *turpissimum haberi intra annum vigesimum foeminæ notitiam habuisse;* ostendit Pschenius. & ex Nasone, qi *fabul.* l. 4. de Cadmo in angvem verso,

— — ille suæ lambebat conjugis ora,

Inqe sinus charos, veluti cognosceret, ibat.

ex qo eodem adjicio & de muliere usurpatum. Sic enim apud eundem de Medeâ Hypsipyle ad Jasonem,

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo;

Et apud Nonium Turpilius Demiurgo,

Mulier

Mulier meretrix, qame qæsti causâ cognovit sui.

Cæterum statuere non dubitat, qi & istud suggessit V. Cl. Grotius, locutionem istam *ex Hebraicâ in lingvas cæteras derivatam*, in *Annot.* ad Matth. c.1. v.15.

Qemadmodum avtem τὸ γινώσκειν, ita & τὸ συνελθεῖν, ut nonnullis placet, & τὸ συνοικεῖν, eodem significatu, tam priscis Græcis, qam & nostris scriptoribus utrumqe adhibetur. Prius illud forsan juris controversi fuerit. Attamen apud Matthæum c.1. v.19. non desunt, qi sic sumant, avtores magni, in illis, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς, *priusqam convenissent illi*, Josephus utiqe & Maria. qod non de *coitione*, sed de *coitu*, sive congressu Erasmus exposuit; non de *conventione in ædes communes*, sed de *cubilis ejusdem conscensione*. Certè ita cepisse videtur Joannes ὁ χρυσόρρημος. οὐκ εἶπεν, inqit πρὶν ἢ ἀχθῆναι αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ νυμφίου· καὶ γὰρ ἔνδον ἦν. *Non dixit, priusqam deduceretur in ædes sponsi; erat enim intus.* Nec abscedit Piscator, adjecto ex Lex. Vet. Sophoclis illo, (qo & suppletur τὸ ἐλλιπές) Συνῆλθον τὸ εἰς λέχος. *In cubile convenerunt.* Favorinus itidem, undecunqe habuit, Συνῆλθον τὰ ζῶα ἐπὶ τῇ ὀχείᾳ. *Animalia convenerunt ad coitum.*

Verum τὸ συνοικεῖν qin sic usurpetur, ambigi non potest. Siqidem τοῦ συνοικεῖν h. e. *cohabitandi* vocabulo Petrus Epist. 1. c.3. v.7. mariti cum uxore conversationem, ac consvetudinem connubialem integram complexus est. Mitto tanqam coactum nimis, & ineptum planè, qod κατὰ γνῶσιν eodem loci, huc trahit Oecumenius, ac si Petrus Pavli illud ad Cor. Ep.1. c.7. v.3. honestiùs pavlò formulâ istâ extulisset. Sed verbum συνοικεῖν ita usurpant paritèr Atheniensium leges apud Demosthenem, an qem alium adv. Neæram. Ἐὰν ξένος ἀστῇ συνοικῇ τέχνῃ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας. *Sin hospes mulierem civem duxerit qacunqe arte aut machinatione, qvis eum apud legislatores accusato.* — — ἐὰν δὲ ἁλῷ, πεπράσθω. *Qi si damnatus fuerit, venumdetur.* — ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ ξένη τῷ ἀστῷ συνοικῇ κατὰ ταυτὰ καὶ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ τῇ ἁλούσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμάς. *Similiter si & peregrina civi cuipiam nupserit: pari ratione is etiam, qi peregrinitatis damnatam habet in matrimonio, mille drachmis mulctetur.* Et Orator ipse: οὐκ ἐᾷ τὴν ξένην τῷ ἀστῷ συνοικεῖν· οὐδὲ τὴν ἀστὴν τῷ ξένῳ. *non permittit lex, avt peregrinam cum cive, avt civem cum peregrina cohabitare, consvescere.* Ex Timæi histor. l.10. refert Laertius l.8. dicere solitum Pythagoram, τὰς συνοικούσας ἀνδράσι θεῶν ἔχειν ὀνόματα, κόρας, νύμφας, εἶτα μητέρας καλουμένας. *qæ cum viris cohabitant, sive consvescunt, dearum sortiri nomina, puellas, nymphas, sive sponsas primò, mox matres nuncupatas.* qem locum in animo habuisse Pfochenium existimo, cum Sect.39. scripsit Timæum κόρην pro νύμφη, *sponsâ*, כלה accipere. qod Laertius tamen non dicit. Fefellit illum utiqe interpunctio vitiosa, qæ conjungenda disjunxerat. Scitè avtem Plvtarchus ad istud τοῦ συνοικεῖν vocabulum de conjugibus usurpatum alludens in monitis conjugalibus. p.142. E. Τῶν σωμάτων οἱ φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεστώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον· τὰ δ᾽ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν καὶ ναῦν· τὰ δ᾽ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐστὶ τῶν ζώων ἕκαστον. σχεδὸν οὖν καὶ γάμος, ὁ μὲν τῶν ἐρώντων, ἡνωμένος καὶ συμφυής ἐστιν· ὁ δὲ τῶν διὰ προῖκας ἢ τέκνα γαμούντων, ἐκ συναπτομένων· ὁ δὲ τῶν συγκαθευδόντων, ἐκ διεστώτων, οὓς συνοικεῖν ἄν τις ἀλλήλοις, οὐ συμβιοῦν νομίσειεν. *Corpora philosophi, alia dicunt ex disjunctis constare, ut classem & exercitum: alia ex connexis, ut domum & navem: alia unita & coalita, ut animantium unumqodqe* (de qâ distributione videri possunt & Seneca Epist. 102. Et Pomponius J. C. Digest. l. 41. tit. 3. leg.30.) *eodem fere modo conjugium eorum, qi qidem mutuo erga se invicem amore afficiuntur, coadunatum est & coalitum: eorum verò qi dotis sobolisve cavsâ duntaxat contrahunt, qasi rerum est connexarum; eorum denique, qi ut simul dormiant tantum, tanqam rerum à se invicem sejunctarum; qos itaqe cohabitare potius, qam unà vitam degere dixeris.* Hoc avtem Plutarchi Themistius forsan respexit, qi in libr. de animâ, referente Stobæo tom.2. c.97. de conjugum pari qi in amore mutuo, ac concordiâ singulari ævum simul transegerant; Ὅθεν ἐμοί γε, inqit πλεῖστον αὐτῇ φαίνεται χρόνον ὁ ἀνὴρ συμβεβιωκέναι. πάντα γὰρ δὴ καὶ τὸν δεκαετῆ χρόνον ὁμαλῶς συνεβίωσεν· αἱ δ᾽ ἄλλοις (ἄλλαι leg.) συνοικοῦσιν, οὐ συμβιοῦσιν, ὅταν λυπῶσι τοὺς ἄνδρας, ἢ ζηλοτυπῶσιν, ἢ διαφέρωνται περὶ χρημάτων, ἢ κακῶς λέγωσι, ἢ φεύγωσι θρυπτόμεναι τὰς φιλοφροσύνας ἢ συνδιαιτήσεις. ὥστ᾽ ἂν ἔξω ἐξαιρῇς χρόνος, ἐν ᾧ ταῦτα πράττουσιν, ἀπολείπεται βραχὺς ἐκεῖνος ὁ τοῦ συμβιώσεως. *Unde mihi visus est maritus ejus plurimum temporis cum eâ convixisse. per totum enim decennium æqali & inoffenso cum ipsâ tenore convixit. at aliæ maritis suis cohabitant, non convivunt, ubi vel viros suos tristitiâ afficiunt, vel zelotypiâ laborant, vel de facultatibus litigant, vel obloquuntur, vel benevolentiam mutuam & convictum aversantur. proinde tempus illud si exemeris, qo se hoc modo gerunt, breve admodum deprehendetur intervallum, qo sibi invicem convivunt.* Novissima illa Menandri in Plocio dictum puto, alludunt, qod apud Stob. extat. tom.2. tit.108.

Μικρόν τι τοῦ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον.

Illud certè expressisse Senecam (missis aliorum conjecturis de P. Syro avt Ennio, Lipsii; de Actio, Mureti; nam Maroni versus abjudicat) cum Jano Rutgersio, l.4. c.17. statuo; qum ait de vit. brevit. c. 2. *Adeò ut, qod apud maximum poetarum more oraculi dictum est, verum esse non dubitem,*

Exigua pars est vitæ, qam nos vivimus.

Cæterum qidem omne spatium, non vita, sed tempus est. Idem Epist. 99. *Hoc, qod ætatem vocamus humanam, compara tempori universo, videbis qam exiguum sit. Ex hoc qantum lachryma, sollicitudines occupant, mors anteqam veniat optata, valetudo, timor, teneri, avt rudes, avt inutiles anni: adjice labores, luctus, pericula; & intelliges etiam in longissimâ vitâ minimum esse qod vivitur.* qod Martialis festive sic expressit. l.6. Ep. 70.

At nostri benè computentur anni,
Et qantum tetrica tulere febres,
Avt langvor gravis, avt mali dolores,
A vitâ meliore separetur;
Infantes sumus, & senes videmur.

Vide Senecam amplius de brevit. vit. c. 3. & 7. qi & ibid. c.8. eleganti imagine hoc ipsum illustravit. *Non est*, inqit, *qod qenqam propter canos avt rugas, putes diu vixisse: non ille diu vixit, sed diu fuit.* (*nihil enim minus est hominis occupati, qam vivere.* Ibid. c.6.) *Qem sæva tempestas à portu exceptum huc & illuc tulit, ac viribus ventorum ex diverso furentium per eadem spatia in orbem egit, non ille multum navigavit sed multùm jactatus est. Potest fieri, imo sæpè fit, ut qi diu vixerit, parum vixerit.* Idem Epist. 49. Facit huc Similis Epitaphium apud Xiphilinum ex Dione in Hadriano. lib. 69. pag.796. C. Βιοὺς μὲν ἔτη τόσα. ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά. *Cujus ætas multorum annorum fuit, ipse septem duntaxat annos vixit.* qod cum Menandro, nec non Themistio avt Plutarcho, etiam verbis tenus (mens enim eadem omnibus his) ad amussim convenit. Hinc illa Manilii reprehensio Astronom. l.4.

Qid tam sollicitis vitam consumimus annis;
Torqemurqe metu, cæcaqe cupidine rerum,
Æternisqe senes curis, dum qærimus, ævum
Perdimus; & nullo votorum fine beati,
Victuros agimus semper, nec vivimus unqam?

Hoc est avtem qod Ennius Iphigen. apud Gellium. l. 9. c. 10.

— — *præter propter vitam vivitur.*

sive, ut magno cum judicio restituit V. Cl. Cl. Salmasius in *Exercit. Plinian.*

— — *præter propter vita vivitur.*

h. e. *absqe ullâ certâ ratione τῇδε κἀκεῖσε περιελκόμεθα.* dum *incertè errat animus*, qod prius dixerat, tanqam in salo fluctuabundus. Sed ut ad pensum revertamur: cum τοῦ συνοικεῖν. i. cohabitandi nomine tota maritalis consvetudo & conversatio comprehendi soleat, de conjugibus adversus se invicem dissidia, suspiciones, rixas foventibus, avt non mutuâ sibimet invicem dilectione ac benevolentiâ conjunctis, usurpari posse concedunt avtores illi, ut *cohabitare* dicantur; at *convivere* unâ dici non oportere, cum hâc ratione βίον ἀβίωτον, *vitam nec vitalem* sibi invicem faciant.

Itaqe

Itaqe qomodo Plato olim Xenocratem bonum probumqe cæteroqi, cum moribus tamen nimis esset avsteris, *θύειν ταῖς χάρισι*, i. *gratiis litare* jussit: ita Plutarchus, *καὶ τῇ σώφρονι μάλιστα δεῖ πρὸς τὸν ἄνδρα χαρίτων*, *etiam muliere sobria ac temperanti gratias esse erga virum qam maximè necessarias*, *ἵν' ἡδέως συνοικῇ*, *ut*, qod Metrodorus olim dicebat; *svaviter ac jucundè cohabitare*, sive (qod superius dictum est) *non cohabitare* tantum, sed & *convivere possint*.

Cæterum Plutarchi illud *συγκαθεύδειν*, etiam alterius *σεμνοῦ λόγου* meminisse facit, qo Græci Veteris Instrumenti interpretes; sed & Latinus vetus, creberrimè, negotium istud viri cum muliere exprimere consveverunt; & Hebræorum שכב qod *concumbere* significat, interpretari. Est avtem istud *καθεύδειν*, sive *κοιμᾶσθαι*; unde *συγκαθεύδειν*, sive *συγκοιμᾶσθαι*. nam *dormire*, & *unà dormire* utrumqe significat. Ita Genes. c. 39. v. 10. *οὐχ ὑπήκουσε καθεύδειν μετ' αὐτῆς*. *non sustinuit cum eâ dormire*. Vet. Lat. *recusabat stuprum*. cum tamen supra vers. 7. & rursus vers. 12. *κοιμήθητι μετ' ἐμοῦ*, vertisset, *dormi mecum*. sic & Levit. c. 19. v. 20. *ἐάν τις κοιμηθῇ μετὰ γυναικός*. *vir si dormierit cum muliere*. & Histor. Reg. l. 1. c. 2. v. 24. *συνεκοιμῶντο μετὰ τῶν γυναικῶν*, *dormiebant cum mulieribus*. Et Devt. c. 27. v. 21. *ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ ἀδελφῆς*. *maledictus qi dormit cum sorore*. sed & valdè *κατασχηματικῶς* ibid. v. 20. *ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ παντὸς κτήνους*. *Maledictus, qi dormit cum omni jumento*. Hesychius. *Συγκοιμᾶσθαι, συνελθεῖν*. *Simul dormire, convenire, concumbere*. inde *συγκοίμησις*, *concubitus* Platoni Et Pollux. l. 5. c. 15. *περὶ μίξεως*, *de coitu*, *συγκοιμηθῆναι*, *συγκατακοιμηθῆναι*, *συγγενέσθαι*, *simul dormire, concumbere*. Epictetus enchirid. c. 39. *Αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται· τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς πρόσεστι, μόνον δὲ συγκοιμῶνται τοῖς ἀνδράσιν, ἄρχονται καλλωπίζεσθαι*, &c. *Faminæ statim atqe annos qatuordecim attigerunt, à viris Dominæ vocari solent. videntes itaqe nihil aliud habere se eximium, nisi qod cum viris unà dormire possint, corpori excolendo operam dare incipiunt*.

Sed & ביאה illa, qam ex doctoribus Hebræis commemorat Pfochenius, aliam resipit formulam in sacris usitatam; qà *intrare* vir ad mulierem dicitur. Genes. c. 6. v. 4. יבאו *postqam filii Dei ad filias hominum*, (qas uxores duxerant) *intraverant*. *εἰσεπορεύοντο*, Græc. Et cap. 16. v. 2. Sara Abrahamo בא *intra ad ancillam meam*. *εἴσελθε*. Græc. Et cap. 29. v. 29. ויבא *& intravit etiam ad Rachelem*. *εἰσῆλθε*. Græc. Et cap. 19. v. 31. *non est qisqam* עלינו לבוא *qi veniat, vel intret ad nos juxta morem totius terræ*. *ὃς εἰσελεύσεται πρὸς ἡμᾶς*. Rarior qidem ista, nec insveta tamen prorsus, exteris qoqe formula. Sic enim Avgustum de Cæsare Cleopatra apud Dionem l. 51. pag. 451. B. alloqens inducitur, *Ὁρᾷς τὸν πατέρα σου τοιοῦτον, οἷος πολλάκις πρὸς ἐμὲ εἰσῆλθεν*. *Vides patrem tuum* (inqit, imaginem hujus *ἀναπλοδευτικὴν*) *talem, qalis ad me sæpenumerò est ingressus*. congressum amatorium havd obscure volens intelligi. Est avtem forma Elliptica; qæ exprimitur plenius Judic. c. 15. v. 1. ubi Sampson. אבאה אל־אשתי החדרה *ibo*, sive, *intrabo, ad uxorem meam, in cubiculum*. Ubi Targum לאדרון כשכבא בית *in cubiculum* (qod est) *locus concubitus*. Græc. *εἰσελεύσομαι πρὸς τὴν γυναῖκά μου καὶ εἰς τὸν κοιτῶνα*, optime *τὸ* בית משכב expressit. Porrò figuratæ sunt etiam aliâ ratione locutiones istiusmodi. Vel enim metonymicæ sunt, qibus ex antecedente id qod est conseqens designatur; ut *introitus* pro *concubitu* sumatur; vel saltem synecdochicæ, qibus actiones plures ad unum idemqe *ἀποτέλεσμα* producendum concurrentes unâ aliqâ continentur; ut *introitus* hujusce nomine *concubitus* qoqe, & *coitus* etiam simul comprehendantur. qæ distinctius pavlò expressiusqe qandoqe proponuntur. Sic enim hist. Reg. l. 2. c. 11. v. 4. de Bathsheba dicitur, ותבוא אליו וישכב עמה. *Intravit ad illam, & cubuit cum eâ*. Et in eadem historiâ, c. 12. v. 24. de Davide; ויבא אליה וישכב עמה. *Intrabat ad illam, & cubuit cum eâ*.

Cæterum qo lingvarum idiomata discrepantia adnotemus; Græci *τὸ βαίνειν* & *ἐπιβαίνειν*, qæ ab Hebræo, בא & בוא mediante *βῶ* sive *βάω*, originem trahunt, de animantibus reliqis, non de *homine* usurpant. Aristoteles hist. animal. l. 6. c. 21. de bove. *Βαίνει δὲ σφοδρῶς, ὥστε συγκάμπτεσθαι τὴν βοῦν*. *inscendit vehementer, ut fœmina vix tolerans succumbat*. Et lib. 5. c. 14. de Elephante, *ἄρχεται μὲν βαίνεσθαι, ἔτη ὢν ἢ πέντε καὶ δέκα*. *incipit coire anno decimo, aut decimo qinto*. —— *βαίνει δὲ πέντε ἐτῶν ἢ ἓξ ὤν*. *cum qinqe aut sex annos natus*. Et Homer. Odyss. ψ. v. 278.

—— *συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον*.

Suumqe inscensorem aprum.

Huic propinqum est & קרב *appropinqare, accedere propius* Genes. c. 20. v. 4. *Et Abimelech* לא קרב, *non accesserat ad eam*. *οὐχ ἥψατο αὐτῆς*. Græc. *non attigerat eam*. Esaiæ c. 8. v. 3. ואקרב *& accessi ad prophetissam*, *προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν*. Græc. Ezech. c. 18. v. 6. *ad mulierem separatam* לא יקרב *non accessit*. Græc. *πρὸς γυναῖκα ἐν ἀφέδρῳ οὐ προσεγγιεῖ*. Levit. c. 18. v. 14. *ad uxorem ejus* לא תקרב *non accedes propius*. *εἰς γυναῖκα αὐτοῦ οὐκ εἰσελεύσῃ*. Græc. Et pleniùs ibidem, v. 6. *nemo vestrum* תקרבו *accedito* (*προσελεύσεται*, Græc.) *ad ullam propinqam carnis suæ, ad retegendam nuditatem ejus*. Huic avtem *ὡς προσελθεῖν* respondet planè Græcorum *τὸ πλησιάζειν*, qo tamen Græci interpretes nusqam usi deprehenduntur. Maccabæorum Scriptor semel tantum l. 2. c. 6. v. 4. *ἐν τοῖς ἱεροῖς περιβόλοις γυναιξὶ πλησιαζόντων*. *inter septa sacra cum mulieribus concumbentium*. apud exteros nihil freqentius. pulcrum illud veréqe regium Nicoclis apud Isocratem votum. *Εἰδὼς ἅπαντας ἀνθρώπους περὶ πλείστου ποιουμένους τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ μάλιστα ὀργιζομένους τοῖς ταῦτα ἐξαμαρτάνουσιν, οὐδενὶ φανήσομαι σώματι πεπλησιακώς, πλὴν τῆς ἐμαυτοῦ γυναικός*. *Cum omnes homines norim liberos suos conjugesqe plurimum facere, nec qicqam graviùs ferre, qam qæ in istis admittuntur; id mihi curæ futurum est, ut ad nullius unqam, præterqam uxoris meæ, corpus deprehendar accessisse*. Inde *πλησιασμὸς* Aristoteli, sed de brutis animantibus, usurpatum, hist. animal. l. 4. c. 9. *εἰσὶ γὰρ ἑκάστοις τῶν ζώων ἴδιαι φωναὶ πρὸς τὴν ὁμιλίαν καὶ τὸν πλησιασμόν*, *sunt enim singulis animalium voces propriæ ad coitum*, scilicet *ἃς ἀνακαλοῦνται τὰς θηλείας πρὸς τὴν ὀχείαν*, *qibus vocant fœminas ad coitum*, ut priùs dixerat. ut ideò forsan vocabulum istud rejecerit Pollux l. 5. c. 15. qia de *homine* dici non consveverit. Pollucis verba hæc sunt; *οὐ μὴν ὁ πλησιασμός, οὐδ' ἡ διάλεξις, ἀλλὰ διαλεχθῆναι αὐτῇ, καὶ διαλεγόμενος εἰμί, ὡς Ὑπερείδης*. *Non tamen appropinqatio, aut concubitus, sed concubuit cum illa, & concubinus sum, ut Hyperides*. legendum *διαλεχθῆναι*. Sic enim Aristophanes Pluto. Act. 4. sc. 5.

Οὐκ ἂν διαλεχθείην διεσπεκλωμένῃ.

Non concubuerim cum muliere perpetuo congressu attritâ.

Ubi frustra fuit interpres eruditus Nic. Frischlinus, qum vertit, *verba non commutaverim*.

Atqe hic lingvarum *ἰδιώματα* rursum notanda veniunt. *Διαλεχθῆναι* verbum, inqit, Pollux, *περὶ μίξεως* usurpatur, idqe Atticis etiam; nam Hyperidem lavdat. qod à *λέγεσθαι*, *ἀντὶ τοῦ κεῖσθαι*, *κοιμᾶσθαι*, pro *cubare*, *dormire* tractum est; at *διάλεξις* nomen inde enatum non item. tum *τὸ πλησιάζω* eadem notione adhibetur; at non & *πελάζω*; qum ad hoc tamen illud originem suam referat, & significationem primam propriamqe eandem utrumqe sortiatur. qin & *τὸ πελάζω* qamvis hunc usum non habeat, tamen inde, tanqam si ejusmodi qippiam designet, orto vocabulo, sed poetis peculiari, (qo modo eisdem *πόσις maritus*, ita) *πλαίτις uxor* dicitur, *παρὰ τὸ πελάζειν τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν κοίτην*, *qod virum in concubitu accedat*. sive appellat propè (nam *appellere* ad verbum est *τὸ προσπελάζειν*) ut Svidas & Scholiastes ad illud Aristophanis in Acharn.

Καὶ ταῖσι παιδίοισι καὶ τῇ πλαίτιδι.

Et liberis meis meæqe conjugi.

& *meretrix* iisdem *ἐμπελάτειρα* (ita enim scribendum, non *ἐμπελάτειρα*, & analogia & avtoritas ipsa docent.) *ἀπὸ τοῦ ἐμπελάζειν πᾶσι*, qod neminem refugiat, sed omnibus applicet & adjungat se. ut Etymologus indicat, ex Callimacho illo;

Τίς αὐτὸν σκοτίους ἐμπελάτειρα τέκεν,

Qos illi spurios ediderat meretrix.

qin & *τοῦ πλαίτις* nomine ejusmodi qippiam subinnuit Sophocles

phocles in Philoctete, cum Ixionem vocat τὸν Διὸς λέκτρων πελάτην. qasi lecti insessorem Jovialis. denique τὸ πλησιάζω verbum, tam de homine, qam & de aliis animantibus usurpatur; qum πλησιασμὸς inde deductum, qantum compertum habemus, ad bruta sola restringatur. ut analogiæ solius ratio in his nevtiqam sufficiat; sed usus, qi in omni sermone πρωτεύειν φιλεῖ, primatum obtinere solet, eum primis attendendus sit.

Qo modo avtem בא adire, & קרב accedere, in notione istâ creberrimè usurpant Hebræi; ita ratione non absimili, (qod rarius tamen occurrit) esse, vel fuisse cum aliqâ virum dicunt. Sic enim Tamari sorori Absalom, Reg.l.3. c. 13. v.20. Num Amnon frater tuus היה עמך fuit tecum? Jun. fuit apud te. Vulg. concubuit tecum. Vatabl. rem tecum habuit. Piscat. compressit te. Synecdoche generis verecunda. Huic avtem convenit plane Græcorum τὸ συγγενέσθαι, cujus meminit & Pollux supra adductus ex. l. 5. c.15.

Cæterum qod קרב Græci supra ἥψατο verterunt, respondet magis τῷ נגע qo etiam in eandem mentem usus est Salomon Parœm. c.6. v.29. Ita & הבא אל־אשת רעהו qi ad uxorem alienam ingreditur; non futurus est insons כל־הנגע qisqis eam attigerit. Græc. οὕτως ὁ εἰσελθὼν πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον, οὐκ ἀθωωθήσεται· οὐδὲ πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς. Et Genes. c. 20. v. 4. Ἀβιμελὲχ δὲ οὐχ ἥψατο αὐτῆς. Abimelech non attigerat illam. pro eo qod Hebr. dictum est. לא קרב אליה. eodem planè vocabulo idem Pavlus Apostolus expressit ad Corinth. Epist. 1. c. 7. v. 1. καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. bonum fuerit homini, mulierem non attingere. Eodemqe modo cæteri etiam usurparunt. Aristoteles histor. animal. l.5. c. 14. de elephante. Ἣν δ' ἂν ἐγκύμονα ποιήσῃ, ταύτης πάλιν οὐχ ἅπτεται· qam impleverit, eandem deinceps non attingit. Idem polit. l. 7. c. 16. Περὶ δὲ τῆς πρὸς ἄλλην ἢ πρὸς ἄλλον, ἔστω μὲν ἁπλῶς μὴ καλὸν ἁπτόμενον φαίνεσθαι μηδαμῆ μηδαμῶς, ὅταν ᾖ καὶ προσαγορευθῇ πόσις. Aliam præterqam conjugem ullam unqam omninò attingere, ubi qis maritus factus fuerit, inhonestum, sive ignominiosum habeatur. Xenophon Hierone; Τὸ δὲ καὶ φιλοῦντα μισεῖσθαι, καὶ ἅπτεσθαι ἀχθομένων, πῶς οὐχὶ τοῦτο δυσχερές; At amare odio habentem, & agrè ferentem attingere, qomodo non molestum fuerit? Epictetus Enchirid. c. 32. S. 6. Περὶ τὰ ἀφροδίσια, εἰς δύναμιν πρὸ γάμου καθαρευτέον. ἁπτομένῳ δὲ, ὡς νόμιμόν ἐστι μεταληπτέον. A re venereâ, qaunum potest, ante nuptias abstinendum; ubi attigeris verò, eâ legitime utendum. qod V. C. Theodor. Beza ad Apostoli locum exhibuit. Sic Clemens pædag. l. 2. c. 10. Μηδὲ μὴν ἅπτεσθαί τινα πλὴν γαμετῆς τὸν προσήκοντα τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. nullam præter uxorem propriam mulierem attingere. Et Plutarchus in Pomp. de Florâ, postqam Geminum admiserat; μηκέτι αὐτῆς ἅψασθαι τὸν Πομπήϊον, καίπερ ἐρᾶν δοκοῦντα. deinceps eam nevtiqam attigisse Pompejum, etiamsi amare videretur. Cæterum qod V. Doct. Phil. Pareus in Lexic. Plavtin. ἁψάμενον γυναικὸς, Græcis ait eum dici, qi mulierem aliqam deperèat; sicut Latini dicunt amore percussum; non magis possum probare, qam qod tanqam ex Plutarcho in Lexicis vulgatis affertur, ἁψάμενος αὐτῆς, pro ejus amore recors. qod mendosum esse censet Lexicographorum princeps.

Qemadmodum verò τὸ ἅπτεσθαι γυναικὸς, ita etiam τὸ θιγεῖν, qod est illi συνώνυμον, Græcis paritèr usurpatur. Apud Evripidem Hippolyto v.885. Theseus,

> Ἱππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν
> Βίᾳ, τὸ σεμνὸν Ζηνὸς ὄμμ' ἀτιμάσας;
> Lectum meum vi sustinuit attingere
> Hippolytus; oculum nec reveritus est Jovis?

Lectum attingere dixit, qod de Revbene filio Jacobus, Gen. c. 49. v. 4. stratum ascendit meum. de Alexandro Plutarchus in vitâ ejus. οὔτε ταύτης ἔθιγεν, οὔτε ἄλλην ἔγνω. nec hanc attigit, nec alterius cujusqam notitiam habuit. Idemqe apud Plutarchum in amatorio Antipatridæ, qem resciverat puellam qandam deperire, Ἀπόλοιο τοίνυν κακὸς κακῶς, ἀποσχέσθαι καὶ μὴ θιγεῖν τῆς γυναικός. Malè igitur, inqit, malus pereas, qi abstineas nec attingas mulierem. qod Terentius Hecyrâ, 1.2.

> Nocte illâ primâ virginem non attigit.

A Plavtus Amphitr. 2.3.

> Ut mi unum extra te nemo corpus corpore
> Contigit, qe me impudicam faceret.

Apud eundem in Avlul. 4. 10. ubi senex inducitur de thesavro surrepto qem suspectum habebat, adolescentem compellans; adolescens de virgine qam vitiaverat, veniâ petitâ, seni se vicissim purgitans.

> S. Qid tibi ergò meam me invito tactio est?
> Tu illam sciebas non tuam esse: non attactam oportuit.
> L. Ego qia sum tangere avsus, havd cavssificor, qin eam
> B Ego habeam potissimum. ——

de avlâ, scilicet sev ollâ, senex loqebatur, de filiâ adolescens. dictionis interim ambiguo Comicus lusit. nam & rem aliam tangere, sive attrectare fures dicuntur, uti ex Sabino de jure civili l. 2. Gellius monet, Noct. Attic. l. 11. c. 18. unde tagaces Lucilio l. 30. nuncupantur. qod ex Nonio, sed emendato, discitur. & puellam tangere, qi vitium oblatum, & virginitatem imminutum eunt. havd absimilis lusus in eâ voce Comico alteri Evnucho, 4. 9. Martialis l. 1. Ep. 74.

> Nullus in urbe fuit totâ, qi tangere vellet
> C Uxorem gratis, Cæciliane, tuam.

Inde ἀθίκτους, ἀνεπάφους παρθένους, ἀνάνδρους. intactas, non tangendas virgines, innuptas. Hesych. Et intacta virgo ad Flacci illud, serm. l.1. sat.2.

> —— matronam nullam ego tango.

&, —— sunt qi nolint tetigisse nisi illas.

Acron schol. Propriè. inde intacta virgines. Catullus in Epithalamio.

> Ut flos in septis secretis nascitur hortis,
> Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
> D Qem mulcent avræ, firmat Sol, educat imber,
> Multi illum pueri, multæ optavere puellæ:
> Idem cum tenui carptus defloruit ungui,
> Nulli illum pueri, nullæ optavere puellæ:
> Sic virgo, dum intacta manet, dum cara suis; sed
> Cum castum amisit polluto corpore florem,
> Nec pueris jucunda manet, nec cara puellis.

dum intacta. i. qoad. dum cara i. eousqe. Fabius l.9. c. 3. ut frustra sint, qi dum alterum in tum pervertunt. Sed de istis satis superqe: ad alia, nec ab istis longè dissita, transimus. E

CAPUT XII.

Κόρη, puella, virgo. Nomen ætatis, integritatis. Γυνὴ, mulier, virum experta, nupta, matrona. Nomen sexus, ætatis. status. Ἀνὴρ, vir, itidem. Gal. 4. 4. & 1. Cor. 7. 34. explicantur. Tertulliani dictum minus commodum; lapsus memorialis. Isidori notationes ineptæ. Virgo non semper integritatis nomen. Homeri & Evangelistæ verba malè commissa. Nec κόρη sponsa Timæo; nec Homero, avt κόρη sponsa, avt γυνὴ uxor. Κόρη, puella, pupilla. Locus 2. Pet. 2. 14. explicatus. μοιχαλὶς qid. De Matth. 5. 28. Piscatoris sententia probata. Γυνὴ uxor, respondet Hebræorum τῷ אשה non τῷ אשת. Τεκεῖν γυναῖκα, & τεκεῖν τὰς ψυχὰς, Hebraismi.

G Narrat Laertius vitarum l. 9. ex Athenodori περιπάτων l. 8. Democritum Hippocratis medici, qi ipsum invisebat, comitem puellam, primo aditus die salutasse verbis illis, χαῖρε κόρη, Salve Puella; postridiè verò redeuntem cum ea nocte interveniente vitiata esset, χαῖρε γύναι. Salve mulier. ut utrque nomine τὴν οἷον ἄνδρα καθαρὰν, uti ad Odyss. υ. Evstathius; a viro puram atqe intactam, γυναικὸς avtem, virum expertam intellexerit. Poterat itaqe philosophus de se prædicare, qod apud Æschylum ille in Jaculatricibus;

> Νέας γυναικὸς οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
> Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη.
> Ἔχω δὲ τούτων θυμὸν ἐπιγνώμονα.
> Non me puellæ lumina ardescentia
> Fallant, solent qæ prodere expertam virum.

Mens

Mens mi perita dignoscendi hujusmodi.

Apud Theocritum, an Moschum (huic enim Heinsius asserit) ubi puella devirginata,

> Παρθένος ἐνθάδ' ἔβην· γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρψω.
>
> *Veneram ego huc virgo: at mulier jam hinc sum reditura.*

regerit ille, qi vitium obtulerat,

> Ἀλλὰ γυνὴ μήτηρ, τεκέων τροφός, οὐκέτι κούρη.
>
> *At mulier mater, sobolis nutrixqe; puella*
>
> *Amplius havd dicenda.* ———

Ita tam ἀπὸ τῆς κόρας, qam & ἀπὸ τῆς παρθένου ἡ γυνὴ disertè distingvitur. Musæus de Herone, qæ, cum à suis pro virgine haberetur, noctu cum Leandro clam consvescebat,

> Παρθένος ἠματίη, νυχίη γυνή. ———
>
> *Virgo die, noctu mulier.* ———

Tatius Levcippe. l. 8. Εἰ μὲν τυγχάνει γυνή, δουλεύειν τῷ δεσπότῃ· εἰ δὲ φησὶν εἶναι παρθένος, ἐν τῷ σπηλαίῳ ἀποκλεισθῆναι. *Siqidem mulier fuerit, hero suo serviat: sin virginem esse se profitetur, in Syringis antrum concludatur. Est avtem*, inqit, *Syringis antrum*, ἀπόρρητον γυναιξὶ, καθαραῖς δὲ εἰσελθούσαις οὐκ ἀπόρρητον παρθένοις, *mulieribus qidem interdictum, at non virginibus intactis.* Longus Pastoral. l. 3. de Daphnide & Chloe; Ἤδη ποτὲ καὶ γυμνοὶ συγκατεκλίθησαν, καὶ ἐγένετ' ἂν γυνὴ Χλόη ῥᾳδίως. *Aliqandò & nudi unà cubitum ierant; & facilè mulier fieri poterat Chloe.* Hinc Cicero objurgantibus, qod homo sexagenarius puellam virginem duxisset, *Cras*, inqit, *mulier erit.* refert Fabius Instit. l. 6. c. 4. De Junone pariter Lactantius Institut. l. 3. c. 17. *Si adolevit, si virgo fuit primò, posteà mulier; hominem fuisse, qi non intelligit, pecudem se fatetur.* In Aristæneti qæ nomen præferunt epistolis l. 1. ep. 6. de puellâ ante conjugium violatâ; Διδάξω, πῶς ἂν ἡ πρὸ γάμου γεγονυῖα γυνὴ, παρθένος ἔτι δόξῃ τῷ νυμφίῳ. *Docebo, qomodo mulier ante nuptias facta, sponso virgo videaris.* Et ibid. ep. 10. de puellâ pridiè nuptâ; Νυνὶ δὲ τῆς νύμφης ἐν γυναιξὶ τεττομένης. *Sponsâ nunc in mulierum ordine constitutâ.* Porrò qemadmodum *virgo*, sive *puella*, ex congressu virili *mulier*; ita *mas* pariter, ex usurâ muliebri, *vir* fieri dicitur. Ap. Longum fabulæ dictæ l. 3. Lycænium adolescentulo Chloes amasio, qem eâ anticipatâ ad se pellexerat; Μέμνησο, ὅτι σε ἄνδρα ἐγὼ πρὸ Χλόης πεποίηκα. *Memineris Chloe priorem me, te virum fecisse.* Martialis l. 11. Epigr. 79.

> *Illa virum faciet,* ———

Et l. 8. epigr. 46.

> *Fælix qa faciet prima puella virum.*

qod imitatus Clavdianus in Fescen. Ode 1. 40.

> *Beata, qa te mox faciet virum.*

Virginis ac *mulieris* distinctionem hanc agnoscunt & Juris magistri. Sic enim ex Ulpiano ad Sabin. l. 28. in Digest. l. 10. tit. 1. leg. 11. *Qod si ego me virginem emere putarem, cum esset jam mulier, emptio valebit.* Idemqe ad Edict. Ædil. Curul. l. 1. (habetur Dig. l. 21. tit. 1. leg. 14.) *Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit, sanam non videri, constat.* ubi *mulier* priore loco *sexus*, posteriori *status* nomen est. Isidorus Ægyptius l. 3. Epist. 243. Evdæmoni cuidam, qi Mosis illud Genes. c. 2. v. 23. de ratione nominis ex originatione Hebraicâ mulieri inditi, ad lingvæ Græcæ rationes ineptè exigens, παρὰ λόγον dictum censebat, Αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Ἐγὼ δὲ, inqit, οὐ μόνον κατὰ λόγον, ἀλλὰ καὶ θαυμασίως αὐτὸ γεγράφθαι φημί· καὶ ὅπως ἄκουε. ἡ γυνὴ παρὰ τὴν γονὴν εἴρηται. αὕτη γὰρ κληθήσεται γυνὴ, τουτέστι, γονίμη, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τοῦ μέλλοντος γόνιμον ποιεῖν, ἐλήφθη. τὴν γὰρ παρθένον ὁ ἀνὴρ συναπτόμενος γυναῖκα, τουτέστι, γόνιμον, ποιεῖ. *Ipsa vocabitur* γυνὴ, *qia de viro sumpta est. Ego vero non modo rectè, sed etiam eximio atqe admirando modo hoc scriptum fuisse ajo, & qa ratione ductus audi.* Ἡ γυνὴ παρὰ τὴν γονήν. *hoc est, a genitura dicta est. Ipsa igitur* γυνὴ *vocabitur, hoc est, ad gignendum idonea: qia ex viro suo, qi eam foecundam redditurus est, sumpta est. Vir qippe virginem, sibi matrimonio copulans*, γόνιμον, *hoc est, foecundam* γυναῖκα *reddit.* qibus verbis, etiamsi per lingvæ Hebraicæ inscitiam, parem cum Evdæmone errorem erraverit, dum dicti exotici ex Græco sermone rationem investigat; & Græco etiam vocabulo notationem havd satis probabilem tribuerit; cui etiam multo minus verisimilem adjecit, cum ἄνδρα; παρὰ τὸ τὴν γυναικείαν χώραν ἀνορύττειν, *a fæmineam regionem effodiendo*, dictum avtumat; at γυναῖκα, sive *mulierem*, ἀπὸ τῆς παρθένου, *a virgine* ita dispescit, ut hoc nomine eam designari velit, qæ viri congressu foecunda sit facta. qod tamen non est congressionis illius conseqens necessarium. Eodem facere videatur & Apostoli illud ad Cor Ep. 1. c. 7. v. 34. Μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. *Discreta sunt mulier*, sive *uxor* potius, *& virgo.* Verum *conditionis civilis* ibi nomen est γυνὴ, & τῇ ἀγάμῳ *innupta* opponitur; ut seqentia liqidò docent. qo modo sumi videtur & apud Sophoclem in Trachin. ubi Dejanira,

> Τὸ νεάζον, ——— ἐν ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον
>
> Ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ τῆς κόρης γυνὴ κληθῇ. ———
>
> *Læta exigit, marorum expers juvencula*
>
> *Ævum, donec pro virgine mulier cluat.*

Et apud Longum past. l. 3. ubi Lamon de nuptiis inter prius dictum par amatorium contrahendis pollicitus; Τότε ἔσονται ἀνὴρ καὶ γυνή. νῦν δὲ φιλείτωσαν ἀλλήλους ὡς ἀδελφοί. *Tunc fient vir & mulier: interim castè se diligant, ut frater & soror.* Sed & apud Theocritum Idyll. 2. γυνὴ, i. e. *mulier*, qasi *nupta*, sive *matrona*, ab eâ distingvitur, qæ extra nuptias vitiata, mulier sit facta, in Simæthæ verbis illis,

> ——— ὅς με τάλαιναν
>
> Ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε κακὰν καὶ ἀπάρθενον ἦμεν.
>
> ——— *qi pro matronâ miseram me*
>
> *Fecit ut infamis fierem, nec virgo vocarer.*

i. fecit, ut nec *virgo* jam, nec *mulier*, etiam, i. *matrona*, nuncuper. qam observationem agnosco debere me doctissimo Jer. Hoelzlino ex notis in Apollonium, rectèqe ibid. Schol. ἀντὶ γυναικός. v. ἀντὶ τοῦ γυναικὸς κατάστασιν ἔχειν. *mulierem fieri, in conjugis, sive matronæ statu ac conditione constitui.* Cæterum de Mariâ Christi matre supra dictus Apostolus, ad Galat. c. 4. v. 4. *Misit Deus filium suum* γενόμενον ἐκ γυναικὸς, *factum ex muliere*; qæ *virgo* tamen, & peperit, & post partum perstitit. nec fuit qicqam, qod eo confugeret Tertullianus, ut diceret, de carne Christi c. 23. *eam virginem concepisse, in partu nupsisse; Apostolumqe cum non ex virgine, sed ex muliere, editum filium Dei pronunciavit, agnovisse adaperta vulva, nuptialem passionem.* Siqidem, ut Tertulliano satisfaciamus de suo; ipse idem de virgini. veland: c. 4. *Naturale vocabulum est fæmina, naturalis vocabuli generale, mulier. generalis etiam speciale, virgo, vel nupta, vel vidua, vel qot etiam ætatis nomina accedunt. subjectum igitur est generali speciale, qia generale prius est, & subcessivum antecessivo, & portionale universali: & in ipso intelligitur, cui subjicitur, & in ipso significatur, qia in ipso continetur.* Qin & cap. 5. adversus eos, qi putant non competere *mulieris* nomen nisi ei soli, qæ virum passa sit, contendit multis, *proprietatem hujus vocabuli, ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, qo communitèr etiam virgines conseantur.* Qumqe de primâ generis humani matre Evâ ex Mose Genes. c. 2. v. 23. dixisset. *Fæmina illa statim mulier est cognominata, adhuc virgo; vocabitur mulier, qia de viro sumpta est, & ipso adhuc virgine.* De Mariâ ipsâ (qam *Evam alteram* Irenæus l. 3. c. 33. indigetare non dubitat; qomodo Christum ea editum *Adamum alterum* Apostolus ad Cor. Epist. 1. c. 15. v. 45.) subdit cap. 6. *Apostolus formam vocabuli istius secundum Genesin observat, sexui deputans illud; sic mulierem vocans virginem Mariam, qemadmodum & Genesis Evam. Sed & Angelus Gabriel cum benedicit illam, inter mulieres, non inter virgines deputat: Benedicta tu inter mulieres. sciebat angelus mulierem etiam virginem dici.* Hæc ille prioribus illis potiora: absqe eo qod memoriâ lapsus, qæ *mulieris*, *angelo*, qæ Elisabethæ sunt verba, Gabrieli tribuit. Vide Lucæ c. 1. v. 42. Qibus gemina suppeditat, & qem superius lavdavimus, Isidorus l. 3. Ep. 176. Γυνὴ καὶ ἡ παρθένος καλεῖται, κἂν ἀδιάφθορος ᾖ. γυνὴ διὰ τὸ εἶδος, κἂν ἀκέραιος ᾖ. γυνὴ διὰ τὴν φύσιν, κἂν ἀρρενικῆς ὁμιλίας ἀμύητος τυγχάνῃ. *Mulier qippe virgo qoqu appellatur, etiamsi intacta sit: mulier ob formam, etiamsi integra sit: mulier ob naturam, etiamsi masculi congressus expers sit.* tum adductis περὶ τῆς ἀεὶ παρθένου, *de semper virgine*, Apostoli. verbis, Τί φησι. inqit, ὦ Παῦλε; τὴν παρθένον

γυναῖκα καλεῖς; ναὶ, φησί· γυναῖκα καλῶ διὰ τὴν φύσιν, παρθένον δὲ ἔχω τῇ γνώμῃ. γυνὴ γὰρ ἡ παρθένος, κἂν ἀνέπαφος ᾖ. γυνὴ διὰ τὸ σχῆμα καὶ τὴν πλάσιν· παρθένος διὰ τὸ ἀκέραιον καὶ τὸ καθαρόν. *Qid ais Paulle? virginem mulierem appellas?* Ita, inqit: *mulierem ob naturam appello, virginem avtem mente teneo. Mulier enim est virgo, etiamsi alioqi a viris contactu aliena sit. Mulier ob speciem & effictionem, virgo propter integritatem & puritatem.* Hæc ille.

Sed qorsum ista? qærat qis. pavcis accipias. de vocabulorum istorum usu qædam nobis cum Pfochenio sunt dispicienda. havd male ergo Pfochenius sect. 39. qod Græcum κόρην tam *adolescentulam*, qam & *virginem* designare pro concesso sumit. utramqe enim comprehendit. nec abs vero abit, qod ex Homero observat, Briseidem, nunc κόρην, nunc & γυναῖκα eandem dici. sed nec controversum est, qod sect. 103. ex Nasone, Flacco, Gellio contendit, etiam *gravidas, utero laborantes, puerperas, puellas* nuncupari. Qibus illud qoqe adjici poterat, cum poetæ Græco dictum,

Κοῦροί τ' ἀδμῆτές τε κόραι·

tum & imitato eundem Latino, Æn. l. 2.

—— pueri, innuptaqe puellæ.

qo κόραι ἀδμῆτες, *virgines nondum compressæ, nondum maritale jugum passæ,* ἀπὸ τῆς δαμάζειν, *ab uxoribus,* αἳ διὰ τὸ παρὰ ἀνδρῶν δεδαμάσθαι, *qia à maritis sunt domitæ & compressæ,* sic dictis; & *puellæ* pariter *innuptæ*, à nuptis distingverentur. Poterit &. (qod pavcis animadversum, Servio tamen observatum) *virginis* qoqe nomen, non *integritatis* semper, *ætatis* qandoqe duntaxat existere. De Penthesileâ Amazonidum ductrice, qam viro intactam voluisse cur opinemur, nihil est, Maro Æn. l. 1.

—— avdetqe viris concurrere virgo.

ad qem locum Servius, *Virgo, ætatem ostendit & sexum.* & pleniùs adhuc, ad Æn. l. 11. ubi Camilla, qæ innupta, *arma muliebria* appellat sua; *Usus obtinuit, ut innuptas virgines, nuptas mulieres vocemus. nam apud majores indiscretè virgo dicebatur & mulier, utrumqe enim sexum tantum designabat.* Lavdat qidem ex Terentii Hecyrâ illud, 3.3.

Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio qo improbo.

etiam mulierem, inqit, *post partum virginem vocat*, qod tamen hic nihil est necesse. Potuit enim ita dictum intelligi, qo modo de Medea in Nasonianis epistolis Hypsipyle,

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo.

At alterum illud, qod ex Bucolicis citat, clarum est satis: ubi de Pasiphae, qæ & *nupta*, & bis etiam *mater*, Eclog. 6. *Ah virgo infalix*; dicitur. & ibi Servius; *Virgo, à viridiore ætate. nam jam mater fuerat.* & subjungit Calvi dictum geminum de Jone in vaccam demutatâ.

Verum ista forsan de *virginis* appellatione tam laxâ poesis sola suggesserit. In communi qoqe sermone usum promiscuum qodammodo sortiuntur vocabula ista, κόρη, γυνὴ, *puella, mulier*; & nunc de *intactis*, nunc & de *attactis* usurpantur; nec promiscuum tamen prorsus, sed qi ex subjectæ materiæ ratione, dictiqe occasione distingvendus sit; qod optimè observavit & Tertullianus de Virg. vel. c. 4. & 8. ubi duo illa Apostoli dicta, qo *mulierem a virgine divisam* pronunciat, ex ad Cor. Ep. 1. c. 7. v. 34. Et qo *mulierem omnem velato capite esse* jubet, ibid c. 11. v. 5. secum invicem componit. Siqidem, (qod supra est abunde demonstratum) sicut κόρη Græcis, *puella* Latinis, nunc *ætatis*, nunc *integritatis*; ita γυνὴ illis, *mulier* istis, nunc *sexus*, nunc *ætatis*, nunc *conditionis*, sive honestæ, sive inhonestæ etiam nomen est.

Cæterum aliud est istud omne, ab eo, qod à Pfochenio propositum fuerat. *Qod Matth.* inqit, *cap. 1. vers. 20. dixit, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. ne metuas accipere Mariam uxorem tuam. id Hebr. diceretur.* לקחת מרים אשתך *Syrus exponit.* למסבו מרים אנתתך *hic γυνὴ (uxor) ponitur pro sponsâ. videtur avtem hæc loqendi ratio Hebraismum importare. sic enim Jacob Labano Genes. c. 29. v. 21.* הזה את אשתי *οἱ LXX. δός μοι τὴν γυναῖκά μου. cedo mihi uxorem meam. cum tamen nondum esset Jacobi uxor, sed tantùm destinata in uxorem.* Et subjicit, *Sed sic qoqe Græci loquuntur profani,* & *ὁ συμπάντων λόγιος ἀοιδῶν, optimus*

A *omnium poetarum.* Verum qo modo tu, ὦ λῷστε, id nobis confirmatum exhibes? *Homerus*, inqis, *Briseidem γυναῖκα vocat, eandemqe κούρην. κούρην avtem Timæus pro νύμφῃ sponsâ accipit.* de Timæo supra vidimus. nusqam ille κούρην ἀντὶ τῆς νύμφης accepisse, avtori tuo, unde istud es mutuatus, perhibetur. Qanqam, age, concedamus hoc tibi; esto *sponsam* alicubi κούρην dixerit Timæus. ergone hinc seqetur Homerum, ubi Briseidem κούρην dixit, κούρης nomine *sponsam* intelligi voluisse? avt etiam, qia γυναῖκα eandem dixit, ideò γυναικὸς nomen, de *sponsâ*, qæ hîc nulla compa-
B ret, usurpari? rectè vertis ipse Homeri illud,

Ἡ δ' ἀέκουσ' ἅμα τοῖσι γυνὴ κίεν.

Ipsa avtem simul cum eis mulier ibat.

At male verteris, *uxor ibat*; avt *mulierem*, ibi *sponsam*, nedum *uxorem* interpreteris. imo cavte minùs, qod κούρην *uxorem* eodem loci reddideris, (ubi ais, *Hæc ipsa γυνὴ v. 336. & 337. vocatur κούρη, adolescentula, virgo.*) cum poeta qam istud nihil minus voluerit. Evstathius, Ἰστέον, inqit, ὅτι τὴν Βρισηΐδα, ὥσπερ καὶ τὴν Χρυσηΐδα, κούρην καλεῖ, οὐχ ὡς παρθένον· ψεῦδος γάρ· ἀλλ' ὡς ἁπλῶς νεανίδα. *Brisei-*
C *dem perinde ac Chryseidem, non ut virginem, (falsum enim hoc) sed ut puellam, sive adolescentulam, simpliciter, κούρην appellat:* Nec male tamen qis κόρας *virgines* verterit in illo rhetoris dicto, qi (referente in lib. *de verecundiâ* Plutarcho) hominem *impudicum*, an *impudentem*, an utrumqe ἀναίσχυντον, dicebat, οὐ κόρας, ἀλλὰ πόρνας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν, *non virgines, sed meretrices in oculis habere.* Alterum utiqe is τὸ κόρας significatum allusit, qo oculi etiam *pupillam* vox ea designat. Unde & in Didymonem famæ pariter vitæqe parum integræ medicum, qem in adulterio deprehensum,
D dignum pronunciavit, qi e nomine suo (ἀπὸ τῶν διδύμων nempe) suspenderetur, ambiguo lusit. cum enim κόρης ὀφθαλμὸν *puellæ oculum*, sive puellam ab oculo laborantem curaret, ὅρα, inqit Cynicus, μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου ἰατρεύων, τὴν κόρην φθείρῃς, *cave, ne dum virginis oculum curas, pupillam*, vel etiam *puellam* (nam in alterutram partem sumi poterat) *corrumpas.* de oculi incolumitate solicitus videri volebat, cum de virginis integritate discrimen potius ageretur. Rhetoris verò dictum illud allusisse potuit avtor Græcus ille, qisqis fuit, cujus ἀποκρίσεις μετὰ τῶν
E satis prolixum Cæsarii dialogis, à Levnclavio Latinè repræsentatis, insertum reperitur. Is inter alia, de oculi natura usuqe disserens, Christi Domini verba illa adducit, Matth. c. 5. v. 28. *Qicumqe mulierem ad concupiscendum adspexerit, jam adulterium cum illa in corde suo commisit.* De qo loco, ut obiter aliqid dicam; non possum non Piscatori calculum dare, qi illud πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι interpretatur ὥστε ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς *ita ut concupiscat*; sive *donec concupiscat.* qomodo Marc. c. 13. v. 22. dicitur, πρὸς τὸ ἀποπλανᾶν, *adeo ut seducant*, vel, *seducturi sint.* i. talia & tanta,
F ut per illa seducerentur etiam electi, si ut seducerentur illi fieri posset. præpositio utrobiqe non *finem avt propositum*, sed *eventum* designat. atqe ita certè sumendum est de aspectu illud, ut aspectus exterior corruptelæ interiori præeat, & ab illo ista oriatur. alioqi qi hoc fine fœminam qo concupiscentiam irritet & accendat, intuetur, is in corde suo jam libidinatus est, nec est à præcepto illo violato immunis. Verum ut ad avtorem illum innominatum redeamus. Is ex Christi dicto illo ansis arreptâ. *Qapropter*, inqit, *virgines esse debent oculorum pupulæ, qa idem cum virginibus*
G *nominis ornamentum sortita sunt. sæpenumero enim, qæ intra palpebras virgo erat pupilla, per ipsarum deductionem, vagumqe motum suum, nutus & cogitatio scortationis facta est.* qæ verba novissima qam sint fideliter è Græco reddita, incertum est. Hæc verò eo libentius hic inserta volebam, qia accedunt prope Petri illud Ep. 2. c. 2. v. 14. ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος. h. e. verbum verbo reddendo, *Oculos habentes plenos adulteræ.* qod Beza probat. & *Hebraismum esse censet, qo epitheton pro substantivo ponitur.* qo modo Devt. c. 29. v. 19. *ut addas ebriam sitienti*, i. *ebrietatem siti*, nec tamen, Hebraismum id eum esse pronunciat, ideò in nullâ aliâ lingvâ reperiri voluerat. qod ex ejusmodi locutionibus, sed iniqè satis, elicere noster solet. nam & Gallis suis familiare hoc esse profitetur. Ex ἐπιθετικῶς qidem τὸ

μοιχα-

μοιχαλὶς usurpatur Matth. c.12. v. 39. & Marc. c. 8. v. 38. ubi *γενεὰ μοιχαλὶς* dicitur. Potest tamen energiæ amplius aliqid voci hinc *μοιχαλίδος* hic subesse, ut substantivè potius, sicut ad Rom. c.7. v. 3. sumatur; & *adulteram* designet, qam *in oculis* (qod proverbio dici consvevit) ferre jugiter perhibeantur.

Cæterum Hebraismus ille (ut ad institutum redeamus) qem & apud profanos scriptores reperiri contendit Pfochenius, *τὸ γυναικὸς ὄνομα*, non *mulieris* simpliciter, sed *uxoris* notione sumit; ut Hebraico, non אשה qod *mulierem*, sed אשת qod *uxorem* duntaxat significat, (vide Jud. c. c. 4. v. 4. ubi utrumqe reperitur) respondeat; nec avt sexus, avt ætatis, sed conditionis nomen sit; & desponsatam sive nuptiis destinatam uxoris appellatione dum cohonestat, uxoris loco habendam moneat. Substernitur fundamentum hoc legi illi, qæ virginis desponsatæ violatorem morte multat. את אשר ענה אשת רעו *qia uxorem proximi sui vitiavit.* Devt. c.22. v.24. Græc. *ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ.* qod tu etiam havd fidè satis verteris, *humiliavit mulierem proximi sui.* monet avtem locus iste phraseon illarum meminisse, qæ apud Græcos illos interpretes occurrunt toties, *ταπεινοῦν τὴν γυναῖκα*, de virginitate imminutâ; & *ταπεινοῦν τὰς ψυχάς*, de corporis per jejunia solenniora maceratione, Lev. c.16. v.29.31. & c.23. v.19.32. qas vix, credo, apud prophanum Scriprorem e Græcis priscis aliqem, etiamsi qam curiosissimè ruspatus fuerit, Pfochenius deprehenderit. Interim aliud istic proponit, & aliud probat. *sponsam uxoris* nomine Evangelistæ insignitum proponit; *virginem mulieris* Homero nuncupatam, (& hoc frustra) probare conatur. qod nihil plane cum illo commune habet.

C A P U T XIII.

Κακία pro vexatione, Hebraismus. aliud κακία, aliud κακότης. aliud φιλία, aliud φιλότης. κακὰ, mala, etiam de vexationibus usurpata. טוב *bonus, & ἀγαθὸς pro hilari, Hebraismus.* טוב לב *&* טוב יום *ἀγαθὴ ἡμέρα. Locus Prov.15. 15. explicatur. Drusius in eo αὐθεντικώτατος. Animus lætus à mente benè conscià.* טובה *bona, pro pulcrâ, sive formosâ. Verba Mosis Gen. 6. 2. explicata. Antiqi qam plurimi in eo lapsi. Dei filii, eo loci, non desertores Spiritus; sed Semi, Enoshi, Enochi progenies. Angeli Dei filii dicti; contra qam Chrysostomus.* טוב *primâ notione bonum, alterâ pulcrum.* *Καλὸν contra primâ notione pulcrum, tum bonum & honestum.*

ILlud monui non semel, & monendum identidem videtur, peculiares qasdam esse sæpenumerò suas lingvis singulis rationes, etiam in eis, qæ sibi invicem respondent vocabulis. Verbi gratiâ. Qod Matthæi c. 6. v. 34. *κακία* pro *vexatione* usurpatur, cum usitatè *malitiam* denotet, *Hebraismo* solet *deputari*, & *Hellenistarum* qos nuncupant *peculiare* censeri: & reperitur qidem crebrò sic sumptum apud *Græcos interpretes* Exod. c.22. v.23. Histor. Reg. l.3. c.21. v.28. & l.4. c.6. v.33. & c.14. v. 10. Annal. l.1. c.21. v.15. & l.2. c.7. v.22. & c.25. v.15. Eccles. c.5. v.12. & c.7. v.4. Dan. c.9. v.14. Amos. c.3. v.6. & alibi. sed & apud Maccabaicon scriptorem l.1. c.7. v.23. & c.10. v. 46. Hoc avtem ut rejiciat Pfochenius sect.53. opponit, (qod & Fr. Ribera prior monuerat ad Joelis c.2. S.21.) *τὴν κακότητα Græcorum disertissimos* (sed poetas tamen solos) *hoc eodem sensu usurpare. nihil avtem* inqit, *plus distat κακότης à κακία*, qam *φιλότης* à *φιλία*.

At tu, Pfocheni, si me consuluisses, exemplo istoc abstinuisses planè. pugionem enim hoc facto eis, qi ex adversâ sunt parte, porrexisti, qo exceptionem tuam confoderent. Esto enim ab eadem stirpe proveniant *φιλία* & *φιλότης*, & significatione eâ, qæ utriqe est usitatissima, conveniant. peculiares tamen habet suos horum alterum usus, qi non sunt alteri cum eodem communes. neqe enim, qod Homerus dixit Iliad. ν. v.636.

A *Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος.*

Omnium qidem satietas est, & somni, & amicorum.

Probè feceris, si *φιλότητος* loco *φιλίας* substitutum ieris. Sed & *οἱ φιλότης*, *ἀντὶ τοῦ*, *οἱ προσφιλέστατοι* usurpari monet Hesychius. Et firmant exempla. ita enim Lucianus non semel usurpavit. at *οἱ φιλία*, sensu gemino si qis dicere voluerit, næ ille cum Græcis nullus loqetur. nec conseqentèr pro *vexatione*, qi *κακίαν* adhibuerit, etiamsi *Græcorum disertissimi* notione pari *τὴν κακότητα* usurparint. Tertullianus reverà adv. Marc. l.2. c. 24. *Apud Græcos interdum malitia*
B *pro vexationibus & læsuris, non pro malignitatibus ponuntur.* Dixisset aliqid, si *mala* posuisset. *κακὰ* enim tam Græcis, qam Latinis *mala*, in hanc mentem usurpatur. at *κακίαν* nec istâ, nec ullâ opinor, Græcis dictum deprehendas.

Τῷ רע apud Hebræos *τὸ* טוב opponitur; qod primâ notione *bonum* significat, ab hâc ortâ, lætum. sic Ester c. 1. v.10. המלך כטוב לב *cum bonum esset cor (i. hilaris animus) regis vino.* Jun. *cum esset hilari ac læto animo rex.* Drus. qod ego malim; ut טוב ad *regem*, non ad *cor* referatur, cum istic, tum & Reg. histor. l.2. c.13. v.28. sicut Ester.
C c.5. v.9. exiisse dicitur Haman טוב לב *bonus corde.* Jun. i. *lætus animo.* sive, *læto hilarique animo.* Et Ruth. c. 3. v. 7. Boaz cubitum concessisse, *bonus corde.* i. *hilaris animo.* Jun. ubi tamen Græci, *ἠγαθύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ.* sicut & Reg. l.2. c.13. v.28. *ὅταν ἀγαθυνθῇ ἡ καρδία αὐτοῦ.* Sic יום טוב *dies bonus* pro *læto ac hilari*, Ester. c.8. v.17. & c. 9. v.19. 22. ubi *ἀγαθὴν ἡμέραν*, iidem reddidere. Nec secus sumendum regis sapientissimi illud, Parœm. c.15. v.15. *Omnes dies afflicti* (ita enim malim, qam, *pavperis*, qod est nimis restrictum, cum Junio) רעים *mali, i. molestiæ ac mœsti-*
D *tia referti, sunt.* וטוב לב *at boni corde (i. læti animo.* Jun.) *dies* (ex τοῦ κοινοῦ repetendum) *sunt juge convivium.* errant enim, qi de *conscientiâ bonâ* accipiunt; ut sit, qod Diogenes apud Plutarch. de tranqill. *Ἀνὴρ ἀγαθὸς πᾶσαν ἡμέραν ἑορτὴν ἡγεῖται.* *Vir bonus diem unumqemqe festum ducit.* Sic tamen Drus. miscellan. l.1. c.75. *Voluptate continuâ perfunduntur, qibus mens benè conscia.* Ita *Comicus*, (Plavtus Pseud. 1. 5.)

Bonus animus in malâ re dimidium est mali.

Idemqe Captiv. 2. 1.

E *In re malâ animo si bono utare, adjuvat.*

Et contra Mostell. 1. 3.

Nihil est miserius, qam animus sibi conscius.

Melius idem ipse Proverb. l.2. Cl.1. adag.10. *Constans animi lætitia, molestias, qas gignit inopia, discutit. cor lætum ac suâ sorte contentum tanqam epulæ nuptiales.* Nec inficior, lætitiam solidam absqe conscientiâ bonâ nullam haberi; & oraculi instar mihi Senecæ illud, Epist. 59. *Gavdium hoc non nascitur nisi ex virtutum conscientiâ.* sed & Isidori illud, soliloq. l.2. *Vis nunqam tristis esse? fac vivas benè.* Sed aliud
F istic Parœmiastes voluit, idqe ipsum planè, qod cap. 17. v.22. aliis verbis dixit; *cor lætum.* i. *animus hilaris, est instar bonæ medicinæ: sed spiritus fractus,* i. e. *mœstus exiccat ossa.* Et c.15. v.13. *Cor lætum*, i. *animus lætus, bonum* i. *hilarem facit vultum.* cordis lætitia vultu hilari se prodit. *sed cordis dolore frangitur spiritus.* Iste avtem τοῦ *ἀγαθοῦ* usus Græcis priscis, opinor, ignotus est.

Idem, puto, & de alio vocabuli istius usu dici potest, qo טוב nimirum Hebræis pro *pulcro*, sive *formoso* usurpatur. Ita Gen. c.6. v.2. sumitur. Verba sunt Mosis; *Cum*
G *filii Dei* (non Angeli illi, sive Spiritus desertores nescio qi; etiamsi Angeli qoqe ita qandoqe nuncupentur; contra qam Chrysostomus avtumat, Job. c.1. v.6. & c. 2. v. 1. & c.38. v.7. uti Enoch ille *ὑποβολιμαῖος*, *supposititius*, cujus *ἀποσπασμάτιον*, *particulam avulsam*, satis amplum Jos. Scaliger evulgavit, fragmenta aliqot Tertullianus dedit; Josephus itidem antiqit. l.1. c.4. Justinus, apolog. 1. & 2. Irenæus. l.4. c.70. Clemens, Pædag. l.3. c.2. & Strom. l.3. & 5. Tertullianus, de cultu fœmin. l.1. c.1. & l.2. c.10. & de Virgin. vel. c.6. & de idololat. c.9. Methodius, de resurrect. apud Epiphan. hær. 64. S. 21. & Photium cod. 234. Athenagoras, Apolog. pro Christ. Lactantius, instit. l.2. c.5. Evsebius, præpar. Evang. l.5. c 4. Sulpitius, hist. l. 1. Ambrosius, de Noe, c. 4. & de Virgin. l. 1. Pavla

lus Burgens. in Gen. c.6. Fr. Georgius, Tom.1. problem. 330. qod refutant Jo. Chrysostomus, in Gen. orat.22. Basilius Seleuc. orat.6. Philastrius, hæres. 108. Augustinus, in Gen. qæst.3. & de civit. Dei, l.15. c.23. Theodoretus in Gen. qæst.47. Nic. Lyranus, in Gen. c.6. sed Sethi, ut Augustinus & Theodoretus, sive Enoshi, ut Cæsarius, dialog. 1. & Cyrillus, adversus Julian. l.9. & ad Calosyr. c.17. aut Enochi etiam, ut ex antiqo autore aliqo Suidas, in Μαμμωνᾶ, posteri, (apud qos religionis veræ professio hactenus perstiterat) *viderent filias hominum* (eorum utiqe, qi à recto Dei cultu ac pietate alieni extiterant) *qod* הבת sive *bona*, h. e. pulcræ, seu formosæ, *essent*. Inde, *mulier*, *puella*, *virgo*, טובת–מראה *bona aspectus*, sive *aspectu*. Gen. 24.16. & 26.7. (qod Latini *facie honestâ*, dicerent. qanqam nec ista eadem prorsus videntur) pro qo Cap.12. v.11.14. יפה i. *pulcra*, sive *formosa*: & יפת–מראה *formosa aspectus*, sive *aspectu*, dicitur. Et טובות מראה *puellas*, sive *virgines*, *bonas aspectu*; pulcras utiqe & formosas. Ester. c.2. v.2. At verò apud priscos Græcos, κόρην, aut παρθένον, aut γυναῖκα, ἀγαθὴν, pro *puellâ*, *virgine*, *muliere*, *pulcra*, sive *formosâ*, vix uspiam, credo, reperies. Atqe hîc denuò usum lingvarum variantem observes licet. Τὸ καλὸν Græcis primâ notione *pulcrum*, sive *formosum*, alterâ deinde *bonum*, aut *honestum* etiam indicat. inde Maximus monachus, centur. 5. S. 83. *Ταυτὸν τὸ ἀγαθὸν καὶ καλόν. πᾶσι γάρ ἐστι τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ὡς ὄντως ἀγαθὸν, ἐφετὸν, καὶ ἐραστὸν, καὶ αἱρετὸν, καὶ ἀγαπητόν. Idem est bonum qod pulcrum; omnibus enim pulcrum bonum est, ut verè admirandum, desiderabile, amabile, eligendum, & gratum.* Contra apud Hebræos τὸ טוב primò *bonum*, post latius dimanando, *pulcrum* designat. Atqe hæc de vocabulorum usu sufficiant, qibus *malum bonumqe* cum Hebræis, tum & Græcis priscis denotantur.

C A P U T XIV.

שמע ἀκούειν, audire, obedire. *Photii interpres lapsus. Plutarchus emendatus. In Plinio lectio varia.* משמעת ἀκοὴ, *pro* obedientiâ, *Hebraismus. item qod* ἀκοὴ ἀπειθεῖν, ἐξ *ολθεῖν dicitur. Gellii locus suspectus.* φωνὴ, fama, rumor. קול *Hebrais idem. D. de Dieu hîc haerenti satisfactum.* φωνὴ *pro* re, *coactius. nec seqi, qia* דבר *sic sumitur, ideò &* קול. *A synonymo ad synonymum seqela non est universalis.* Λόγος *pro* re *non necessario sumi in exemplis à Psochenio adductis.* Νίκ© *&* Καινὸς *diversa.* Ἔπος *in diverbio*, versus, *non* res. *Rhesi autor qis.* Dictum *an Maroni pro* re; ἔπος *an Homero.* ῥῆμα, res, ἔργον, opus, *ab* ἔχω. *πρᾶγμα & χρῆμα* res *utrumqe*: *χρήματα tamen & πράγματα, non idem ubiqe. Discediiur à de Dieu in explicatione* Exod. 4.8. שמע לקול animadvertere. דברי אותות *Hymn.* 105. 27. *vox rebus mutis tributa. Hymn.* 19. 3. *variè expositus.* ἀκούειν, intelligere. קול φωνὴ, *pro* præconio. איש רנה præco.

Τῷ שמע Hebræorum respondet Græcum ἀκούω, Latinum *audio*, habetqe horum unumqodqe varias qasdam, easqe inter se communes, apud suos notiones ac significationes. שמע enim Hebræis, & *auribus* aliqid *percipere*, & monenti sive jubenti *obtemperare*, significat. qin & Græcum ἀκούω, non illud tantùm, sed hoc etiam designat. Qanqam enim qod refert Diodorus Sic. l.40. (apud Photium Cod.244.) legibus à se promulgatis subscripsisse Mosem, *Μωσῆς ἀκούσας τοῦ Θεοῦ, τάδε λέγει τοῖς Ἰουδαίοις.* Latinè parum fideliter reddidit, qi Andr. Schotti nomen præfert. *Hæc Moses loqitur Judæis, obediens Deo.* cum debuisset, *Hæc à Deo accepta*, sive *cum à Deo audivisset, Moses Judæis loqitur.* Attamen sic Demosth. adv. Leptin. *καὶ πρότερον τῶν ἄλλων ἐπιτάττοντας οὕτως ἀκούειν ὑμῶν. eosqe qi aliis prius imperabant, vos audire i. vobis obtemperare.* sive *vobis dicto audientes esse*, *assuefecit.* allusit saltem hunc verbi usum Pythius in oraculo Soloni dato, cujus in Symposio meminit Plutarchus pag. 152. C.

A *Εὐδαίμων πόλις ἐστὶν ἑνὸς κήρυκος ἀκούειν.*
(sed leg. ἀκούει)
Felix urbs, qæ præconis vocem unius audit.
i. *qæ uni obtemperat.* itaqe apud Plutarchum subjungit Solon, cum ad Monarchiam id traheret Æsopus; *Ἀλλὰ μὴν καὶ νῦν Ἀθηναῖοι ἑνὸς κήρυκος ἀκροῶνται, καὶ ἄρχοντος τὸν δῆμον, δημοκρατίαν ἔχοντες. Atqi Athenienses, cum statum habeant popularem, unum tamen præconem ac principem audiunt*, legem. Sed & *audio* pariter Latinis. Plautus (si is saltem est) Amphitr. act.4. sc.4.

B *Si me audias, observes.*

Et rursus,

— Mitte hunc meâ gratiâ, & me audias.

Cicero ad Curion. Epist. 7. *Tecum loqere, adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera.* Et eleganter; sed non sine tropo, Virgilius Georg. l.1. extremo;

——— frustra retinacula tendens,
Fertur eqis auriga, neqe audit currus habenas.

i. inhibenti, sive habenas tenenti aurigæ non obseqitur. Et Plinius hist. nat. l.10. c.43. *cornum maximè audit sorbus.* i.
C eidem obseqitur, ut glutini ope cum eâ committatur. qanqam qidam codices, *odit* exhibent; ut adversum planè denotetur.

Atqe hactenus verborum qidem ipsorum in tribus lingvis illisce usus planè convenit. at verò nomina ab his verbis deducta si spectaverimus, mox lingvarum illarum phrasin sermonemqe haud perinde concordem deprehendemus. Si qidem משמעת Hebræis non *audientiam* tantùm, sed & *obedientiam* significat. Esaiæ c.11. v.14. cum notione istâ, nec *auditio* Latinis, nec ἀκοὴ Græcis in usu sit. nec tamen
D vocabulo isto Græci abstinuerunt interpretes, qo τὸ שמע Hebræum hoc sensu usurpatum exprimerent, in insigni Samuelis dicto, Histor. Reg. l.1. c.15. v.22. *Ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθή. Ecce obedientia victimis præstat.* Hujus ergò potiùs, qam alterius illius significatus παραδείγματα, *exempla*, nobis si exhibuisset Psochenius, insueti sermonis hac in parte notâ interpretes illos liberasset.

Nam formulam illam qod attinet, qàm Sect. 44. ex Matthæi c.4. v.24. attulit, *καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ.* qod Marcus c.1. v.28. *ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ.* etiam si ἡ ἀκοὴ pro *fa-*
E *mâ* sive *rumore*, apud Græcos qandoqe, sed rariùs usurpetur: tamen formula illa, qâ *exire fama*, sive rumor dicitur, cum divulgatur & propalatur, Hebraismum planè resipit, respondetqe Hebræorum illi, Ester. c.9. v.4. ושמעו הולך בכל־הארץ *& fama ejus exivit*, divulgata est, *per totam terram.* Et ibid. c.1. v.17. יצא דבר *exibit*, divulgabitur, *verbum*, sive *res*. vel etiam ut Drusius, *fama de facto.*

Hâc autem occasione & de aliâ voce huic vicinâ, significationem qod attinet, dispiciemus. Act. c.2. v.6. *Γενομέ-*
F *νης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, orto autem hoc rumore*, Beza. ut φωνὴ ἀντὶ τῆς φήμης, sicut ἀκοὴ supra, pro *famâ*, *rumore*. *nos Anglicè* diceremus; when it was voiced abroad. qo etiam pertinet, qod apud Gellium habetur, (ni corruptus sit locus, & pro *vocificant*, *notificant*, legendum sit) ubi de Philippo Macedone l.9. c.3. *cujus*, inqit, *vim atqe arma, — inclyta illæ Demosthenis orationes concionesqe vocificant.* i. διαβοῶσι, διαθρυλλοῦσι, διαφημίζουσι, *famigerant*. Verum hoc Cl. V. Ludovico de Dieu minus arridet. *nusqam* enim *qærenti diligenter occurrere, ubi aut* קול *Hebræis aut* φωνὴ
G *Hellenistis pro rumore sumatur.* atqi ego illum id ulteriùs qæritandi labore levaturus sum. Genes. c.45. v.16. והקול נשמע *καὶ διεβοήθη ἡ φωνὴ*, Græc. *auditumqe est & celebri sermone vulgatum*. Vet. Lat. licentiùs. castigatius Jun. *cum rumor iste auditus esset.* sed & Castellio; *famâ domum Pharaonis perlatâ.* habes hic utrumqe & קול Hebræis, & φωνὴν Hellenistis, qos appellas, hâc qam qæris, notione. ita fidem liberavi meam. sed habeas insuper ἐκ τοῦ περιόντος loca ista. Jerem. c.4. v.15. כי קול מגיד מדן Græc. *διότι φωνὴ ἀναγγέλλοντος ἐκ Δὰν ἥξει. vox.* i. *fama*, rumor, *annunciantis à Dan venit.* vel, ut Græcus, *rumor*, sive *fama annunciantis*, i. de ascendente. Ibid. c.50. v.46. מקול נתפשה בבל Græc. *ὅτι φωνῆς ἁλώσεως Βαβυλῶνος.* Ver. Lat. *à voce captivitatis Babylonis.* Jun. *propter rumorem qod occupata*

fit

fis Babel. vel etiam, *à rumore*. Sed & Jerem. c. 10. v. 22. qo minùs קול שמועה φωνὴ ἀκοῆς, *fama nuncii*, verti possit, qod obstet, nihil video. coactius multo certè mihi videtur, φωνὴν αὐτὶ τοῦ πράγματος, pro *re*, sive *negotio*, apud Lucam sumere, qia Hebr. דבר LXX nunc per λόγον, nunc per ῥῆμα, nunc per φωνὴν interpretantur; & sicut דבר, sic ῥῆμα & λόγος sæpe pro *re* & *negotio* usurpantur: ut reddatur, *Facta autem hâc re i*. qum hæc res ita contigisset. nam nec φωνὴ nisi rariusculè, his tantum, opinor, Genes. c. 11. v. 1. & c. 15. v. 4. loco τοῦ דבר Græcis illis adhibetur, qibus etiam locis דבר in *sermonis* significatu reperitur, nec firmum satis fundamentum videtur, notionem novitiam vocabulo alicui citra exemplum affingere, eo qod huic cognata qædam sic qandoqe capiantur.

Atqe hic obiter occasione istâ divertemus pavlisper ad Psochenii sectionem 54. qâ contendit τὸ ῥῆμα pro *re* à Lucâ c. 1. v. 37. usurpatum, *tam Græcorum qam & Hebraisantium* esse. idqe hâc ratione subnixus, qia λόγον, & ἔπος Græci avtores sic usurparint. Nolo istic Montacutii nostri, ex Analect. exercit. 5. sect. 4. de Lucæ loco isto argutiolam Psochenio opponere. *Non ait*, (inqit) Nil impossibile, *ait*, πᾶν ῥῆμα apud Deum esse possibile. *prius enim oportet ut sit* ῥῆμα, *vel in proposito, vel in propalatione, qam sit in possibilibus fieri, nam impossibile est, qod non est* ῥῆμα. *qod dici non debet, fieri neqit*. Et Vetus qidem interpres, *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*. Beza itidem, *Apud Deum non erit ullum verbum, qod fieri non possit*. Simplicius meliusqe, opinor, Tigurinus, *Non erit apud Deum impossibilis ulla res*. & Castellio, *Nulla res est, qam Deus facere non possit*. Et *Hebraismum* rectè adnotavit Vatablus. Cæterum tam Græcismum qam Hebraismum esse, Psochenius qâ probare nititur, rationem discutiamus. Ac primò, controversi juris videntur, qæ pro antecedentis firmamento adducuntur, exempla. nam λόγον qod attinet, Platonis illud è de republ. l. 2. οὔπω σοὶ ἱκανῶς εἰρῆσθαι περὶ τοῦ λόγου, ut vertatur *nondum satis de re ista dictum putas?* qod cogat nihil est. potest enim ibi λόγος, vel *sermonem* significare, ut respectus habeatur ad Socratis illud, qod antecesserat, ᾤμην λόγου ἀπηλλάχθαι, *existimabam me sermone defunctum*, cum ad Thrasymachi, scilicet dissertationem oratione benè longâ respondissem; vel etiam *sententiam ac opinionem*; ea enim qoqe est familiaris τοῦ λόγου notio; atqe in hunc sensum eû loci accepit Serranus. tum Evripidis illud ex Andromachâ, νέοι λόγοι, (ut de libertate Poeticâ nihil hîc dicam) qidni *nuncium novum*, sive *sermones novos?* nam qod, *verba ipsa famula non fuisse nova Andromacha*, suggerit Psochenius, *ut pote qibus jam assueverat*. ut nihil dicam νέους, non καινὰ dici, de qo alibi (cum Deo bono) videbitur: qis nescit *novos sermones* dici, qibus res narrantur novæ? ἔπος avtem qod attinet; nihil minùs evincit tritum illud, οὐδὲν πρὸς ἔπος, qam qod istic vult Psochenius. sonat enim ad verbum, *nihil adversum*. originem dicti ex Demetrii illius, qi Phalarei personam gerit, illis petas licet, Οἱ δὲ πρὸς οὐδὲν ἀναπληροῦντες τὸ σύνδεσμον, ἐοίκασι τοῖς ὑποκριταῖς τοῖς τὸ οὐδὲν πρὸς ἔπος λέγουσιν ab *histrionibus* nimirum, qi ea vel effutirent, vel exeqerentur, qæ *ad versum* carmenve, qod vel pronunciabatur, vel agebatur, *nihil facerent*. qod firmat & aliud inde ortum diverbium, Platoni de legib. l. 3. & alibi usurpatum, παρὰ μέλος. i. e. *præter cantionem*. nam qod Latinè verti solet, *nihil ad rem*, non magis probat ἔπος, qam ῥόμβον, avt Διόνυσον, *rem* significare, qia οὐδὲν πρὸς ῥόμβον, & οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, idem eodem pariter modo redditur. νέον avtem ἔπος Evripidis in Hecubâ parem habet cum priore illo, νέων λόγων rationem. nec obstat, qia πρᾶγμα ἐν νέον φέρειν in materiâ geminâ eidem (si idem saltem; nam Aristarchi mavult esse in miscellan. l. 3. c. 22. Petitus) in *Rheso* dicitur; cum tam *rumor novus*, qi de re novâ, qam res rumori subjecta nova dicatur. Attamen ne qid subticeamus qod huc facere videatur. Jos. Scaliger ad illud Maronis in Ceiri,

> *At levis ille Deus, cui semper ad ulciscendum*
> *Qæritur ex omni verborum injuria dicto*.

Dictum, inqit, *hic accipitur, ut Homero* ἔπος, *hoc est, res*.

A Locum nullum indicavit. hæc forsan, avt ejusmodi voluit. Iliad. α. v. 543.

> Πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν ἔπος, ὅττι νοήσῃς.
> *Promptus tolerasti dicere qicqid animo agitares*.

Et ι. v. 816.

> Τῷ σοι ἐγὼ προφρονέως ἐρέω ἔπος, οὐδ' ἐπικεύσω.
> *Ideo ingenue rem dicam, nec celabo*.

Et λ. v. 651.

> Νῦν δὲ ἔπος ἐρέων, πάλιν ἄγγελος εἶμ' Ἀχιλῆϊ.
> *Qare nunc rem renunciaturus Achilli, nuncius redeo*.

B Verum de istis etiam ambigi potest; nec obstare qicqam videtur, qo minus in his ἔπος *sermonis* significationem habeat. nec verò sermonis etiam communis ac familiaris ideam exhibent nobis Poetica qælibet.

Denige dato vel λόγον vel ἔπος pro *re* usurpatum, esse Græcis familiare; non tamen conficietur hinc, ῥῆμα qoqe eundem apud hos usum habere, etiamsi a ῥέω *res*. sicut & ab ἔπος vel ἔπω potius, sed aliâ mente, *opus*, si Jos. Scaligero fidem adhibemus. Sic habeas. Et πρᾶγμα & χρῆμα *rem* significant. χρήματα tamen & *opes*; at πράγματα
C non item. itaqe si qis pro Hesiodi illo, Ἔργ. v. 686.

> Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
> *Opes enim sunt anima miseris mortalibus*.

dicere voluerit,

> Πράγματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι;

per allusionem aliud indicasse, Græcè peritus qivis; idem protulisse, nullus dixerit. rursus πράγματα *negotia ac molestias* designat; at χρήματα non item. itaqe qod Epicurus olim. ὁ θεὸς πράγματα οὔτε αὐτὸς ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει. *Deus negotium nec ipsi habent, nec aliis exhibent*; si qis
D hoc modo proferre voluerit, χρήματα ὁ θεὸς οὔτε αὐτὸς ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει. à Græci sermonis usu qam longissimè divertet. Sed & nos e diverticulo tandem in viam redeamus.

Nec verò mihi qidem svaderi potest, hoc sensu sumendum, vel קול Hebr. vel φωνὴ Græc. Exod. c. 4. v. 8. ut האמן לקול האות, & שמע לקול האות ἀκούσωσι φωνῆς τοῦ σημείου, & πιστεύσωσί σοι τῆς φωνῆς τοῦ σημείου; *avscultare ad vocem signi, & credere ad vocem signi*; sit *avscultare ad negotium* sive *rem ipsam signi*; Et *credere negotio*
E sive *rei ipsi signi*, vel etiam *ad negotium* sive *rem ipsam signi*. nam & שמע לקל est simpliciter τὸν νοῦν παρέχειν, *animadvertere, animum intendere* rei alicui, qid id velit, vel exigat, ut histor. Reg. l. 1. c. 15. v. 1. שמע לקול דברי יי *animum adhibe verbis*, sive *dictis Domini*. etiamsi Hymn. 105. v. 27. דברי אותות malim cum Piscatore, *res signorum*, i. res miraculosas; qam cum Junio *verba signorum*, licet αὐτολεξεὶ ita sonet, reddere. atqe ita Castius; *facerunt miracula*. pariqe modo דברי usurpatum deprehendas Hymn. 65. v. 4. Est. c. 9. v. 31. Jer. c. 14. v. 1. de qo alibi diximus.
F sed aliud דבר hic; aliud קול illic. nec est adeò insolens etiam, ut *vox* avt rebus inanimatis, avt actionibus etiam tribuatur. Sic enim & *sangvis e terrâ* Genes. c. 4. v. 10. Et *lapis è muro, nodus è tigno*, Habac. c. 2. v. 11. & Sodomæ excessus, Genes. c. 18. v. 20. *clamorem* edere dicuntur. & *coelorum fabrica, solisqe cursus*, & *diei noctisqe perpes intercursus*, majestatem divinam tantùm non *vociferari*, Hymn. 19. v. 1, 2, 3. ubi etiam disertis verbis Hymnographus, qocunqe modo interpretari libuerit, *vocem* illis tribuit. אין אמר ואין דברים בלי נשמע קולם sive, ut Junius,
G *etiamsi neqe sermo neqe verba sint eis, sine his tamen intelligitur vox eorum*. i. tametsi muta sint, nec sermone humano prædita, tamen ipsis suis operationibus voce altâ satis & canorâ creatoris sui gloriam prædicant. & sic Abraham & David exponunt. sive, ut Calvinus mavult, *non est sermo neqe verba, ubi non avdiatur vox eorum*. q. d. nihil qicqam impedire lingvarum discrepantiam, qo minus ubiqe avdiatur ac percipiatur istorum præconium; cum *communi gentium universarum idiomate loqantur. avdiri* avtem pro *intelligi*, Piscator, non malè. Sicut avdire, pro *intelligere*: Esaj. c. 33. v. 19. & 36. v. 11. eodem hoc modo Budæus Comment. Ling. Græc. Edit. Colon. pag. 565. observat, τὸ ἀκούειν usurpari, Galeno method. med. l. 4. ἀκούειν σε χρὴ, *intelligere te oportet*. Et Themistio de anim. l. 2.

ἀκλι-

ἀνταλλαγὴν ἀυτοῖς ἀπάντων τούτων τῶν ὀνομάτων. simplicius intelligenda sunt omnia hæc nomina. Sed & *audire* Latinis pariter usurpatum qandoqe deprehendas. sic enim Terent. Andr. 4. 1.

Audivi Archillis jamdudum, qod Lesbiam adduci jubes.

i. intelligo, hoc te velle.

Deniqe ut mittam tritum illud, *Res ipsa loqitur*; nec *virgula* divinæ *vox* denegabitur, qam *attendere* & *avscultare* שמע jubentur; ut pote per qam Deus ipse populum suum alloqatur. Micæ c. 6. v. 9. *Vox*, inqit, *Jeva civitatem inclamat; virgam audite*, sive *avscultate*. Et est reverâ geminus plane hic Mosaico illi locus: ut alter alteri illustrando facem invicem alluceat. Certè si *virga* divinæ *vocem audire* dicitur, qidni & *signi* sive *prodigii* in *virgâ* Mosaicâ virtute divinâ exhibiti *voci attendere*, *fidemqe adhibere* pariter dicatur?

Sed aliam τῆ φωνῆς, qâ τῷ קול Hebr. respondet, notionem minùs usitatam, ubi adjecero, huic capiti colophonem imponam. קול itaqe Hebræis, & φωνὴ Hebraisantibus, etiam *ἀντὶ τοῦ κηρύγματος* adhibetur. qod admonuit me, Calvino usurpatum in loco illo Psaltæ explicando, *præconii* vocabulum. Et sanè qidni Hymni verba ita vertamus, *nusqam non auditur præconium eorum.* ita קול sumitur Annalium l. 2. c. 30. v. 5. *Et edictum fecerunt* להעביר קול Græc. *τοῦ διελθεῖν κήρυγμα*, *ut proclamatio transiret per totam terram.* Ibid. c. 36. v. 22. ויעבר קול Græc. *παρήγγειλε κηρύξαι.* Vet. Latin. *jussit prædicari, proclamationem edidit; per totum regnum suum.* qod idem repetitur & Esdræ c. 1. v. 1. ubi Græcus etiam φωνὴν habet, & Latinus *vocem*. Ibid. c. 10. v. 7. ויעבירו קול. Græc. *καὶ παρήνεγκαν φωνὴν*. Lat. *& missa est vox. proclamationem, præconium, promulgationem ediderunt.* Et iste (credo) τῆ φωνῆς usus inter Hebraismos, qem ei dedimus, locum tuebitur, pro eo qod alibi רנה dicitur, Histor. Reg. l. 3. c. 22. v. 36. ubi R. Levi. הרנה. i. e. קול הכרוז *vox præconis.* Et R. David Masculino verbo jungi observat, vel qia loco קול ponitur, vel qia ad hominem refertur, qi scilicet vocem eam ediderit. itaqe Junius *virum clamoris* reddidit איש רנה *præco.* atqe ita Chaldeus כרוז *κῆρυξ, præco*: & Græcus *ὁ ἱεροκῆρυξ.*

CAPUT XV.

Substantiva adjectivorum loco Hebrais freqentia. Ea qandoqe subjecti, qandoqe adjuncti notionem habent. σοφία λόγου Apostolo, sermonis peritia. σοφία Græcis priscis ἀντὶ τῆς ἐμπειρίας. sapientia. Latinis pro peritiâ. Σοφὸς, & sapiens pro perito. Stobæus à Gesnero & Grotio malè habitus, restituitur. Ætas τέκτων ὁ σοφός. Provocabulum affixum ad substantivum remotius pertinens.

Nihil est apud Hebræos in usu magis, qam ut *adjectivorum loco substantiva substantivis in regimine subjuncta* usurpent. Hinc qæ passim occurrunt formulæ illæ איש דמים *vir sangvinum.* i. sangvinolentus. Histor. Reg. l. 2. c. 16. v. 8. איש רמה *vir doli* i. dolosus. Paroem. c. 26. v. 19. איש ריב *vir litis*, pro litigante. Esai. c. 41. v. 11. איש שפתים *vir labiorum*, pro eloqente. Job. c. 11. v. 2. Et איש דברים *vir verborum*, pro eodem. Exod. c. 4. v. 10. איש שיבה *vir canitiei*, pro cano. Devt. c. 32. v. 25. איש חיל *vir roboris*, pro robusto. Annal. l. 1. c. 26. v. 8. אל אמת *Deus veritatis*, pro veraci, veracissimo. Hymn. 30. v. 6. אל דעות *Deus scientiæ*, pro sciente, scientissimo. Histor. Reg. l. 1. c. 2. v. 3. אל הכבוד *Deus gloriæ*, pro glorioso. Hymn. 29. v. 3. רוח חכמה *Spiritus sapientiæ, peritiæ.* i. sapiens, peritus. Exod. c. 28. v. 3. & Deut. c. 34. v. 9. רוח קנאה *spiritus zelotypiæ*, i. zelotypus. Num. c. 5. v. 14. הר קדש *mons sanctitatis*, i. sanctus. Ezech. c. 28. v. 14. בשר קדש *caro sanctitatis*, i. sancta. Agg. c. 2. v. 12. אדמת קדש *terra sanctitatis*, i. sancta. Exod. c. 3. v. 5. Et sexcenta istiusmodi. Hinc in Novo Instrumento illa etiam creberrima. *ὁ Θεὸς τῆς δόξης Deus gloriæ*, pro glorioso. Act.

A c. 7. v. 2. *τὸ κράτος τῆς δόξης potentia gloriæ*, pro gloriosâ. Colos. c. 1. v. 11. *ὁ πλοῦτος τῆς δόξης divitiæ gloriæ*, pro gloriosis. Eph. c. 1. v. 18. & c. 3. v. 17. *ὁ πατὴρ τῆς δόξης pater gloriæ*, pro glorioso. Ephes. c. 1. v. 17. *ἐπιφάνεια τῆς δόξης apparitio gloriæ*, pro gloriosâ. Tit. c. 2. v. 13. *πνεῦμα πραότητος spiritus lenitatis*, i. lenis. Galat. c. 6. v. 1. *πνεῦμα σοφίας spiritus sapientiæ*, i. sapiens. Ephes. c. 1. v. 17. *πνεῦμα δειλίας spiritus pavoris*, i. pavidus. Tim. Ep. 2. c. 1. v. 7. *πνεῦμα δουλείας spiritus servitutis*, i. servilis. Rom. c. 8. v. 15. *σκῆπτρον δικαιοσύνης sceptrum justitiæ.* i. justum. Heb. 1. v. 8.
B *ὁσιότης καὶ δικαιοσύνη ἀληθείας justitia & pietas veritatis.* i. vera. Ephes. c. 4. v. 24. *ῥήματα ἀληθείας καὶ σωφροσύνης verba veritatis & sobrietatis.* i. vera, & sobria. Act. c. 26. v. 25.

Ea his omnibus, qæ in veteri Instrumento occurrunt, unicum Pfochenius sect. 42. selegit illud, Prov. c. 1. v. 2. אמרי בינה Græc. *λόγους φρονήσεως. dicta prudentiæ.* huic avtem geminum esse vult Apostoli illud ad Corinth. Ep. 1. c. 1. v. 17. *ἐν σοφίᾳ λόγου.* Syr. במלא בחכמת *in sapientiâ sermonis* h. e. *sermone sapiente.* At verò advertere debuit, prout ipse explicat, non esse formulas has prorsus pares.
C nam in formulâ priore, *adjectivi* loco ponitur *substantivum* qod regitur; in posteriore qod regit. in Salomonis dicto prius nomen *subjecti*, posterius *adjuncti* rationem habet: qum in Apostoli verbis, prius *adjuncti*, posterius *subjecti* speciem induat. atqe hæc juxta Pfochenii ipsius mentem sensumqe dicta sunto. neqe enim ego illi assenserim in interpretatione phraseos illius Apostolicæ. Siqidem *σοφία λόγου* non est, ad verbum reddendo, *sermo sapiens*: qo modo *σοφοὺς λόγους sermones sapientes* Tragicus dixit, à Plutarcho lavdatus de garrulitate, & a Stobæo tom. 2. tit. 4. verbis
D illis.

Οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι,
Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους.

Implere nunqam potero pectus perfluum,
Sapientem non sapienti sermonem ingerens.

Sed est *sapientia.* i. *peritia sermonis*; uti Beza optime reddidit. à qâ *λέγειν σοφὸς, dicendi peritus*, Evripidi, apud Athen. l. 15.

Ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος δισσῶν λόγων
E *Ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.*
Dicendi vir peritus, in re qalibet
Utramqe in partem gnaviter contenderit.

Ita Exod. c. 28. v. 3. & c. 35. v. 10. חכם לב *corde sapiens*, pro perito. ita cum Castellione malim, qam cum Junio, *industrium.* Et ibid. רוח חכמה *spiritus sapientiæ.* i. peritiæ. Sed & cæteris. De Hippiâ Plato. *Πάντων δὲ πλείστας τέχνας πάντων σοφώτατος εἶ ἀνθρώπων. Omninò in artibus plerisqe omnium es hominum peritissimus.* Et eidem in Alcib. 2. *σοφία ἐστὶν ἡ ἡνιοχία. avrigandi peritia est sapientia qædam.* Aristoteles ethic. l. 6. c. 7. *Τὴν σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις,*
F *τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν. Sapientiam tribuere solemus eis, qi in artibus qibusqe peritia sunt exqisitissima.* ita *Phidiam*, inqit, *dicimus*, *λιθουργὸν σοφὸν*, *sculptorem sapientem*; & Polycletum, *ἀνδριαντοποιὸν σοφὸν*, *sapientem statuarium. sapientiæ nomine* nihil aliud designantes, qam *ἀρετὴν τέχνης*, *artis illius peritiam insignem.* Eadem notione *tempus*, sive *ætatem*, senectutem in animo habens, Crates *fabrum*, non *σοφὸν*, *sapientem*, ut Gesnerus, sive *peritum*, avt *egregium*, ut Grotius reddidit, sed *οὐ σοφὸν*, *minus peritum*, sive *imperitum*, vocavit versibus illis, qos Stobæus
G nobis exhibuit, tom. 2. tit. 115. an 117.

Ὁ γὰρ χρόνος μ' ἔκαμψε τέκτων οὐ σοφὸς,
Ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα.
Faber havd peritus, imbecilliora omnia
Facere solens, tempus me incurvum reddidit.

Vas enim sincerum incrustarunt viri docti illi, cum *οὐ*, qod prius habebatur inducto, *μὲν* intersitum ivere. Restitutionem firmant, qæ seq–untur proxime eodem loci ex Diphili Puteo;

Σχέτλιος τεχνίτης ἐστὶν ὁ χρόνος, ὦ ξένε·
Χαίρει διαπλάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα.
Est tempus, hospes, pravus admodum artifex:
Statum in deteriorem desingens omnia.

Τεχνίτην

Τεχνίτην σοφὸν dixit, qod ille τέκτονα ἢ σοφὸν, & σοφόν γ' forsan, prout ἅπαντα ille. Homerus itidem de Margite; A

Τὸν δ' οὔτ' ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρα,
Οὔτ' ἄλλως τι σοφόν.
Dii nec fossorem hunc, nec aratorem statuêre,
Nec sapientem ullâ in re aliâ. ——

Qin & Platonem Laertius cap. 63. observat σοφίας nomen triplici ratione usurpasse; *ἰδιαίτατα μὲν, ἀντὶ τῆς τῶν νοητῶν ἐπιστήμης· ἰδίᾳ δὲ, ἀντὶ τῆς φιλοσοφίας· κοινῶς δὲ, ἀντὶ τῆς ἐμπειρίας, maxime proprie qidem pro scientiâ rerum qa* B *intelligentiâ comprehenduntur: proprie vero pro philosophiâ: communiter pro peritiâ qavis in re.* unde & σοφὸν τὸν δημιουργὸν, *opificem sapientem* pro perito dixerit. Et ad illud Homeri Iliad. ο. v. 412.

Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος, ὅς ῥά τε πάσης
Εὖ εἰδῇ σοφίης ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης,
——— *naupegi arte manuqe periti,*
Qem pulcrè instituit Pallas sapientiâ in omni:

(qem locum in animo fortean habuerint Comici dicti) qod τῷ τέκτονι, i. e. ναυπηγῷ, σοφίαν tribuit; adnotat Scho- C liastes. *Τὸ παλαιὸν πάντας τεχνίτας σοφοὺς ἐκάλουν. Antiqitus artifex qivis sapiens dicebatur.* qod Pythagoras post immutavit. nec secus Evstathius. *Σοφίαν*, inqit, *ἁπλῶς τὴν τέχνην φησὶν, ἔθει ἀρχαίῳ. Sapientiam simpliciter artem dicit, ex more veteri. οἱ γὰρ παλαιοὶ, σοφοὺς ἐκάλουν ἅπαντας τοὺς τεχνίτας. veteres artifices omnes sapientes vocabant.* unde illud, — *σοφὸς ἥρμοσε τέκτων.* —— *Sapiens.* i. peritus, *compegit faber.* qod non est Homeri (uti H. Stephanus avtumavit) qi adjectivo hoc per totam tum Iliada, tum & Odysseida, nusqam usus reperitur, substantivo semel tantum; sed alterius, D nescio cujus.

Qin & Latinis qoqe priscis *sapientiam* pro *peritiâ* usurpatam deprehendere est. Qanqam enim à *sapientiâ* peculiariter sic dictâ, qam Pythagorico vocabulo *Philosophiam* nuncupare maluerunt, *peritiam* multis dispescit Seneca Epist. 88. & 90. usus tamen obtinuerat, ut *sapientia* nomine *peritia* qoqe designaretur. Sic enim apud Nonium Titinnius Setinâ,

——————— *Sapientiâ*
[*Sam*, an *Svam*] *gubernator torqet navem, havd valentiâ; coqus* E
Magnum ahenum, qando fervit, pavlâ confutat truâ.

Nec aliud, opinor, *sapientia* nomine volebat Ennius, cum, Festo referente, in *Annalibus* dixit;

Nec qisqam Sophiam, sapientia qa perhibetur,
In somnis vidit prius, qam sam discere cepit.

carminum pangendi peritiam dicebat; qam (uti P. Merulæ visum) non ex insomniis meris sibi obvenisse, sed disciplinâ studioqe, prout aliis qibusqe, comparatam innuebat: sive, ut Jo. Scaliger avtumat, neminem de eâ somniare F vult, qi non ad eandem animum prius adjecerit. Sed nec Afranius etiam in *Sellâ*, qum ex *sapientia* personâ illud protulit;

Usus me genuit, mater peperit Memoria;
Sophiam vocant me Graji, vos Sapientiam.

Certè *peritia* potius, sive τῆς ἐμπειρίας, qam σοφίας sive *sapientia* propriè sic dictæ natales eis nobis depinxit verbis.

Itaqe σοφία λόγων pro *sermonum peritia*, qam *rhetoricam* dicimus, non est reverâ *Hebraismus* magis, qam *juris peritia*, sive *jurisprudentia*, vel etiam *juris studium*. nam ῥῆμα G κυρίου, *verbum Domini*, δῶμα Θεοῦ, *ædes Dei*, νεῦρον βοὸς, *nervum bovis*, πετεινὰ οὐρανοῦ, *volatilia cæli*, pro Hebraismorum exemplis qinam posuerint, avt si qi posuerunt, qare id fecerint, mihi planè incompertum est. In illis verò Apostoli ad Thessal. Ep. 1. c. 1. v. 3. pro qo vers. 13. malè ponitur, per typothetæ oscitantiam, ἔργον πίστεως *opus fidei*, & κόπος ἀγάπης *labor charitatis*, & ὑπομονὴ ἐλπίδος *tolerantia spei* videtur Hypallage subesse, qalem in illis alteris Pfochenius suspicatus est. dicitur enim (qod & Piscator monuit) ἔργον τῆς πίστεως, ἀντὶ τοῦ, ἡ πίστις τοῦ ἔργου, *opus fidei*, pro *fide operis*, i. operante, efficaci. Et de reliqis pariter, ut respondeant Hebræorum illis נחלים אפיק *impetus torrentium*, pro torrentibus impetus, i. impetuosis. Job. c. 6.

A v. 15. & גבהי שמים *altitudines cæli*, pro cælis altitudinum, i. altissimis. Ibid. c. 11. v. 8. & גלת החיל *deportatio copiarum*, pro copiis deportationis, i. deportatis. Obad. v. 20. Huic avtem finitimum est reverâ Evripidis illud ex Hecuba, ὠκυδρόμος ποδὸς, pro *celeri pede*. Verum istud Poetæ est, & Tragici. nec prorsum tractantibus adeò freqens: qum apud Hebræos etiam in oratione solutâ freqentissimè occurrat.

Verum missis istis, illud adjectum sit, in formulis illis, qarum supra meminimus, provocabulum adjunctum ad B substantivum prius plerumqe referendum; secus qam vulgò fieri assolet. v. g. Hymn. 4. v. 1. אלהי צדקי malim vertere, *Deus justitia mi.* i. mi juste Deus, vel Deus mi justissime, qam (cum plerisqe) *Deus justitia mea.* ut Hymn. 119. v. 123. אמרת צדקך, *sermo*, sive *promissio justitia*, i. justissima, non *tua*, sed *tua*. Hymn. 59. v. 10, 17. אלהי חסדי *Deus benignitatis.* i. benignus vel benignissimus, meus. neqe enim commodè satis Junius, *benignitas mea.* Hymn. 65. v. 5. אלהי ישענו *Deus salutis noster.* i. Deus noster salutifer. potiùs qam *salutis nostra.* Hymn. C 18. v. 3. קרן ישעי *cornu salutis*, i. salutare, *meum*, non *mea.* Hymn. 15. v. 1. בהר קדשך *in monte sanctitatis*, i. sancto, *tuo*; non *tua*. Hymn. 110. v. 2. מטה עזך *scipionem roboris.* i. robustum, *tuum*; non *sui*. ut affixum non ad illud referatur, cui affigitur, sed ad illud à qo id regitur. Sic in N. T. Colos. c. 1. v. 13. τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης (i. τοῦ ἠγαπημένου. Ephes. c. 1. v. 6.) αὐτοῦ. *filii amoris.* i. amati sui; *filii sui*; non *amoris sui*. Hebr. c. 1. v. 3. τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. *verbo potentia*, i. potente, *suo*. *Verbo suo*, non *potentia sua.* Nec est hoc, fateor magni momenti, sed nec spernendum D tamen.

C A P U T XVI.

Puer centum annorum; *diverbium de silicernio delito. Drusii nescientia sua, unde tractum, ingenua confessio. Fons indicatur. Esaia 65. 23. expenditur. Plavti locutio gemina.* Bis pueri senes. *Erasmus bis lapsus. Numerus certus pro* E *incerto. Hesiodi dictum, de infantibus, seculo argenteo, centenariis. Vatis verba ad Messia tempora referunt Judai, ad seculum a resurrectione futurum è nostris nonnulli, frustra utriqe.* בן מאה שנה υἱὸς ἑκατὸν ἐτῶν filius centum annorum, *Hebraismus. Expenditur 1. Reg. 13, 1.* Savl unius anni filius. *rejecta eorum interpretatio, qi ad animi simplicitatem referunt.* בן שנה ἐνιαύσιος, anniculus, anni unius. *repudiata & Junii ac Piscatoris. Hugonis item & Rabani. recta Doctorum Judaorum, & è nostris qorundam opponitur, & firmatur.* Annos duos regnasse, *Savl qi* F *dicatur. retunditur Vatabli, Scaligeri, Tigurini avdacia. rejicitur & Osiandri sententia, qi plures omninò annos regnasse negat: sed & illorum, qi his tantum simpliciter ac innocenter se gessisse; qive de reliqo non vere regem, sed alium insessorem volunt extitisse.* Regnum cepisse, *qid 1 Reg.* 14. 47. accepisse, *Dan.* 5. 31. לכד λαγχάνειν, nancisci, *sortitò accipere. Vera datur è Judais nostrisqe interpretatio; de rebus post biennium exactum gestis. In Genevensibus lapsus Villetni.* בני קדם filii Orientis, *Orientales.* קדם anticus, *& antiqus. Proverbium, nullo fundo. Vocum* G בני υἱοί, τέκνα, filii, *usus multiplex creberrimus Hebrais & Hebraisantibus, in materiâ qalibet. huic nihil affine ex antiqitate omni producit Pfochenius. nuperum tantum lavdat Epigrammatarium.* Υἱὸς ἀνθρώπου, Filius hominis, *pro homine; &* υἱοὶ ἀνθρώπων, filii hominum, *pro hominibus, Hebraismus.* Υἷες Ἀχαιῶν, *pro Achivis. phrasis peculiaris. qo modo &* ἰατρῶν παῖδες *pro medicis. nec* τέκνα Ἀχαιῶν *pro illis dicitur, nec* ἰατρῶν τέκνα *pro istis. Nec* τέκνα ἀνθρώπων LXX. *usurpatum. De homine & filio* hominis, *Gregorii argutiola.* Παῖς *nomen atatis & status;* υἱὸς *nevtrius. Nonnus ab Heinsio notatus. Locus 4. Reg.* 9. 4. *expenditur. Hebrai de brutis* בני i. υἱοὶ, *filios familiariter usurpant:* ילד i. τέκνον, *rarius. Graci contra de eisdem,* τέκνα, *non &* υἱοὶ, *avt communiter etiam* παῖδας, *vox nevtrum.*

trum. ἐπιδοὺς ὠδῖνα τῶν τέκνων. *Cæsaris & Massinissæ dicta gemina, de mulierculis simias & catellos in deliciis habentibus. Latinis familiaria satis* patrum matrumqe *in brutis nomina;* filiorum *filiarumqe minus. nos neutra admittimus. Formulæ variæ de rebus variis in hoc genere à poetis usurpatæ; sed qæ ab Hebraicis plurimum distant. qibuscum tamen, ex Victoris mente, qam non ceperat, perperam componit Drusius.* בן לילה noctis filius, *Jonæ ricinus.* בר שעתה filius horæ, *Syris qid.* Herba solstitialis, *qid Plauto.* בן פרת Vitis fœcundæ filius, *Joseph. Gen.49.22. Substantivi ellipsis.* בנות filiæ, *propagines, ibidem. Latinis* matris, filiarum, nepotum *nomina in stirpibus;* adoptionis *qoqe, in poesi. Hymn.* 80. 16. בן soboles; μόσχος χελιδόνος, hirundinis vitulus. Halcyonis, *& qadrupedum,* infantes. *νήπια pariter Græcis.* πῶλος, pullus, pulli, *&* pulluli, *plantæ* novellæ. *inde* pullulare. *μόσχοι Græcis.* μοσχεύματα, vitulamina. *πῶλοι, puellæ poetis.* pulli Veneris, *meretrices.* בנות & בת יענה filia, *&* filiæ noctuæ, *sive* ululæ, *pro noctuis & ululis ipsis, (loco unico excepto) constanter semper in Scripturis.*

PUer centum annorum, de sene deliro proverbialiter usurpatur. itaqe io Parœmiarum collectanea sua misit Carolus Bovillus. à qo & mutuatum se candidè profitetur Jo. Drusius proverb. sacr. class. 1. l. 5. prov. 62. sed ubi habeatur, cum nescium se agnoscat ingenuè, ad marginem adscribit tamen Genes. c. 11. v. 10. in Græcis Bibliis legi, *Sem erat filius centum annorum, qando genuit Arphaxad.* verum aliud est, *filius centum annorum*; aliud, *puer centum annorum*; puer scilicet si Hebraisare volumus, *filius centum annorum*, sive puer centum annos natus. Extant itaqe verba hæc eadem Esaiæ c.65.v.23. נער בן־מאה שנה *puer filius centum annorum*; sed alio planè sensu à vate sacro prolata. *Non existet*, inqit, *apud eos aut infantulus, aut ætate provectus, qi non est impleturus dies suos: puer enim, cum annorum centum fuerit, morietur*; i. e. ad centesimum usqe annum pertinget, qi nunc puer est; sive priusqam centum annorum fuerit, ut Latini loquuntur, non morietur. Nec aliter Plautus Milite act. 4. sc. 1.

Meri bellatores gignuntur, qas hic prægnates fecit:
Et pueri annos octingentos vivunt.
Qui mille annorum perpetuò vivunt, à seculo ad seclum.

neqe enim voluit tot annos eos, pueros adhuc existentes, vivere; sed pueros hujus seminio editos, ad annos tot pertingere. Inde igitur sumptum, sed παρῳδικῶς usurpatum, io sermonem proverbialem transiisse videtur, *Puer centum annorum*; de sene, qi per ætatem delirat. qod usu venire monet tritum illud diverbium, cujus meminere Plato de legibus (non de republica, ut Erasmus memoriâ lapsus) Theopompus Comicus citante Clemente Strom. l. 6. & Aristophanis Scholiaste ad Nubes, Aristophanes ibidem, Lucianus in Saturnalibus, Varro in Satyris, alii;

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες ——
Bis pueri senes.

Plato item Comicus, sed perperam ab Erasmo (qod & H. Stephanus, & Jo. Brodæus l. 5. c. 4. priores monuere) laudatus ex Scholiaste eodem,

Ἀλλ', ὡς ἔοικε, δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων.
Verum, ut videtur, bis fuat puer senex.

qod vitioso captus codice, Parœmiographus legerat,

Ἀλλ' ὡς ἔοικε δὶς γέροντ' ἂν παῖς γέρων.

Vertitqe,

Similis videtur bis seni puer senex.

Sed & Sophocles, cum ab eodem Scholiaste, tum & à Clemente allatus;

Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.
Namqe ætas hominis ultima in puerum redit.

Grotius.

Plautus Mercat. act. 2. sc. 2.

Senex qom extemplo est, jam nec sentit nec sapit.
Ajunt solere illum rursum repuerascere.

rursum re dixit πλεονασμῷ, ut Tragicus, πάλιν αὖθις. De deliratione denique senili videri poterit & Pindari Scholiastes ad Pyth. oden. 4. qo loco ἑκατονταέτης ἀντὶ τοῦ πολυέτης qi

A *centum est annorum pro eo qi est multorum annorum*, à Pindaro usurpatum eidem existimatur: qod & vatis nostri menti congruit: ut oumerus certus pro incerto positus sit.

Ex illo igitur vatis sacri dicto tractum est adagium, si è sacro saltem sumptum sit codice. potest enim & ab Hesiodo sumptum videri: qi in operibus v. 129. de argentei seculi alumnis sic loqitur.

Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
Ἐτρέφετ' ἀτάλλων, μέγα νήπιος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.
At matris per sedula opem centum puer annos
B *Intra ædes, fatuus, excreverat enutritus.*

Cui affine est, qod habent Hebræi doctores, Camius & Esdraides, & ex eisdem Hieronymus, & Oecolampadius exhibent (qi tamen ad æternitatem à resurrectione futuram trahere frustra satagunt) tam longa sub Messiæ regno futuræ vitæ spatia repromitti, seculi primævi rationibus gemina, ut *centum anni* reputentur *infantia*, vel *pueritia* saltem. nec de longævitate istiusmodi dissentit Musculus: cum vigorem ac firmitatem in senili etiam ætate duraturam intelligi malit Calvinus. Sed a Vate sacro potiùs mutua-
C tum svadet, cum qod à nostris tantum usurpetur, tum qod adjectâ maledictionis notâ qandoqe effertur. Sic enim Gregorius Rom. ad Januar. Epist. à Gratiano laudatus caus.2.qæst.7. c.27. *Maledictus puer centum annorum*, de sene flagitioso, & exempli perniciosi. ad qem locum insulsè nimis glossator, *Canon*, inqit, *propter malitiam aliqorum fingit aliqid esse, qod non est.* qanqam Gregorius ipse Comment. in lib. Job. l.17. c. 2. vaticinii locum, unde diverbium emanasse videtur, havd incommode prorsus sic explicat: *Puer centum annorum morietur, & peccator centum*
D *annorum maledictus erit, ac si diceret; vita qidem pueri in longum trahetur, ut à factis puerilibus corrigatur: Sed si a peccati perpetratione, nec temporis longinqitate compescitur, hac ipsa vita longinqitas, qam per misericordiam accepit, ei ad cumulum maledictionis accrescet.*

Cæterum de adagio illo viri docti viderint, sacræne paginæ, an profanæ, origioem debeat. Nos ad alia, nec aliena tamen prorsus, properamus. *filius centum annorum*, pro centum annos naro, Hebraismo familiari dici solet. Theodoret. in Esai. c.65. Τὸ δὲ υἱὸν ἑκατὸν ἐτῶν, κατὰ
E τὸ Ἑβραίων, καὶ Σύρων ἰδίωμα, τέθεικεν ἀντὶ τοῦ ἑκατὸν ἐτῶν. *Filium centum annorum, juxta Hebræorum ac Syrorum idioma posuit pro centum annorum* simpliciter. atqe ita Genes. c. 11. v. 10. שם בן־מאה שנה *Sem filius centum annorum*: non tamen (qod vir eruditus, memoria fisus, havd consulto codice, frustrà avtumavit) ibi saltem, & Græci; (Qanqam τῶν LXX editio Romana nuper voculam eam istic interjecit.) sed tantum, ἦν Σὴμ ἑκατὸν ἐτῶν. *erat Sem centum annorum*. nec secus ibid. c.5. v.32. & c.7. v. 6. c.12. v.4. aut alibi uspiam apud Mosem, qod memini. Verum
F in libris Historiæ Regum etiam apud Græcos sæpiùs occurrit, υἱὸς *filius*, annorum tot, Lib.1. c.4. v.15. & l.3. c. 14. v.21. & l. 4. c.8. v. 17, 26. & c. 11. v. 21. & alibi ibidem. & in Annal. libris itidem.

Commodùm avtem hic se offert de phrasi istâ nodus solvi dignus; eoqe magis, qia duplici difficultate locus, ubi ea offenditur, laborat. qod & R. Levi monuit. Habetur in Reg. l.1.c.13. v.1. in hæc verba בן שנה שאול במלכו ושתי שנים מלך. qæ Græci, qi LXX nomen præferunt, omiserunt prorsus. Latinus Vetus sic reddidit, *Filius*
G *unius anni erat Savl, cum regnare cœpit: duobus avtem annis regnavit super Israel: & elegit sibi Savl tria millia de Israel.* &c. Duo avtem istic qæruntur. Primum est, qa ratione Savl *filius unius anni* dicatur. Respondet Scholiastes ad Ben. Syræ dicta apophth.5. *erat filius anni* i. *tanqam puer anniculus, cum regnum iniret, simplex nempe, humilis, innocens, & immunis criminis.* atqe hunc sensum tuentur, præter Rabbinos qosdam, teste Jairo, Paraphrastes Chaldæus, Symmachus, qi ὡς υἱὸς ἐνιαύσιος reddidit, Theodoretus, Procopius, Gregorius Rom. adductis eis tum Christi, Matth. c. 18. v. 3. tum Apostoli verbis, ad Corinth. Ep.1. c.14. v.20. & hujus vestigia premens, qi Evcherii personam sustinet, Angelomus, Lyranus, Hugo Cardin. Conradus item Pellicanus, Leo Judæ, & Patric.

Cocburnus

Cocburnus *de vulg. ac crass. script. serm.* l.2. c.1. qo trahunt, sed obtorto collo, illud cap.15. v.17. *cum parvus esses in oculis tuis*; qod nihil est aliud, qam cum conditionis infimæ existimares te. cap.9. v.21. & illud item c.9. v.2. juxta veterem interpretem, *erat electus & bonus, & non erat vir de filiis Israel melior illo*; qod de specie corporis ac staturâ tantummodò dictum est. Et reverâ בן שנה pro *anniculo* creberrimè usurpatur, qod Græci interpretes passim ἐνιαύσιον reddunt. qo modo & בן חדש pro eo qod est *mensis unius*, & Græcis μηνιαῖος. nec hic secus, sed aliâ planè simpliciqe magis notione, sumendum. Ea avtem qo facilius expediatur, primò illud *cepit* rejectum oportet, ut pote qod à textu ipso absit planè. Sed nec Junii versio admittenda videtur; *Agens primum annum Savl in regno suo.* Et expositio multo minùs, qam tamen Piscator probat. i. *cum recens regnum suum iniret. Statim enim*, inqit, *in ingressu prioris anni sui gesta sunt, tam qa narrantur duobus superioribus capitibus, qam qa describuntur seqente versu.* Etiamsi enim verum sit, qæ prioribus duobus capitibus narrata sunt, intra primum regni Savlini annum fuisse gesta, eoqe respicere primum capitis hujusce incisum; at nec *in anni illius ingressu statim* peracta fuisse ea omnia verisimile est, qæ sunt illis scripto prodita; nec ad ea qæ deinceps hoc capite commemorantur, qicqam faciunt. transitionis tantum rationem habent, qâ rerum antegressarum historiâ conclusâ & qasi consignatâ, ad inseqentium narrationem via clavsulâ proximâ munitur. Melius itaqe Judæi Doctores, Triumviri illi, Salomon, David, & Levi, *annum regni Savlis primum jam exactum* dici intelligunt, annumqe statuunt intercessisse ab inunctione Savlis in regem, ad regni Gilgale factam instavrationem. Atqe hanc interpretationem seq−untur Vatablus, Osiander, Petrus Martyr, & Genevenses nostri. Itaqe *Savl filius anni in regno suo*, idem est acsi diceretur, *Savl annum unum jam regnaverat*: qemadmodum, *Sem filius centum annorum* Genes. c.11. v.10. i. centum annos jam vixerat: sicut de Arpachsato aliisqe ibidem mox dicitur, vers. 12, 14, 16, &c. Mitto enim qod nonnulli, referente Hugone, qi nec improbari vult prorsus, Savlum dici *unius anni filium*, qia *unum* jam *supra vigesimum* (qo scilicet ad munera publica obeunda admitti consveverant, Numeror. c.1. v.3.) *annum expleverat*. qô facit, qod Jos. Scaliger in Orat. adv. Pareum, numeri vel vicenarii vel tricenarii notam, *caph* vel *lamed* hoc loco intercidisse opinatur. item qod Rabanus cum aliis qibusdam, de Ishboshethe *Savlis filio*, non de Savle ipso intelligunt, ac vertunt, *Fuit avtem Savlo filius unius anni.* hæc, inqam, mitto, qia horum utrumqe refellit ætas filiorum Savlis; illud Jonathæ, qi per regni paterni initia, vir erat militaris, arma gerebat, cohortes ductabat, prælia conficiebat; istud Ishboshethis, qi ad patris obitum 40. dicitur fuisse annorum l.2. c.2. v.10.

Restat alter scrupulus, qo modo *duos annos regnasse* Savl perhibeatur: cum plures multo regnasse certissimum sit. nam Actor. c.13. v.20,21. Savli & Samueli junctim, cum *hujus dignitas ab illius regiâ majestate absorpta sit qodammodo*, ut rectè Beza, *qadraginta annos* Apostolus attribuit; qorum Savlo 14. avt 15. adscribunt Jos. Scaliger, Sethus Calvisius, & Matth. Beroaldus; viginti præter propter, Evpolemus apud Evsebium præpar. l.9. c.22. Petrus Comestor, Herman. Contractus, Anton. Cappellus, alii plerige. At Josephus Antiq. l.6. c.15. triginta octo; unà cum Samuele octodecim; post hujus avtem obitum viginti. qod est nevtiqam verosimile. Cæterum duobus plures multo regnasse historiæ series rerumqe gestarum moles clarissimè evincunt. meritoqe explodenda est Osiandri sententia, qi plures regni Savlini annos numerari renuit. nec ferenda sane Vatabli avdacia, qi *duos tantum* reddi postulat. Hunc nodum ut exolveret, Tigurinus vertit, *sicqe regnavit duobus annis.* h. e. simpliciter atqe innocenter. nam priora verterat, *Fuit in regno suo, qemadmodum puer unius anni.* hæc verò vis est, ea textui infercire, qo ad sensum nostrum trahamus, qæ nec in eodem reperiuntur, nec ad sensum simplicem eliciendum necessariò reqiruntur. sensum tamen hunc, mirum qanto cum consensu, interpretes nostri amplexati sint. *Licet multis annis regnaverit, illis solis regnare dicitur in qibus innocens & humilis fuisse perhibetur*: inqit Gregorius in Reg. l.1. qi & subjungit, pia illa qidem, sed minus commodè istinc conclusa: *Illo solùm tempore nos vixisse gavdeamus, qo innocentèr & humilitèr viximus. nam illa tempora, qa in seculi vanitate, & fluxâ carnis vitâ consumpsimus, qasi perdita maximè memorantur.* Eodem concedunt Theodoretus, Procopius, Angelomus, Evcherius personatus, Lyranus, Hugo; qi duo novissimi etiam aliam rationem adjiciunt, *qia Davide jam in regem à Deo electo, & à Samuele etiam inuncto, Savl à Deo rejectus ac depositus, pro rege legitimo amplius non habebatur.* nec dissentiunt Borrhaus, Junius, Piscator, Villetus noster. qi & illud urgent, ex cap. 14. v.47. ubi Savl *regnum cepisse* dicitur. i. *tyrannicè occupasse*, inqit Junius: qem Piscator etiam cum notis numeralibus vitiatis transcripsit. Verum ejusmodi istud est, qale illud V. C. Jos. Scaligeri, qo Darium qi Balthasari successit, regnum Babylonicum, non vi invasisse, sed procerum consensu electum suscepisse, inde confirmatum it; qia Danielis c. 5. v.31. קבל sive παρέλαβεν, ut Græci, h. e. *accepisse regnum* dicitur. atqe ita sanè sæpè Latini. Seneca de Benef. l. 1. c.1. *Nemo libenter debet, qod non accepit, sed expressit.* Et de provident. c. 5. *Qid opus fuit auferre? accipere potuistis.* Isti verò è contrario Savlem inde probare nituntur, regnum tyrannicè occupasse, qia *regnum* לכד *cepisse* dicitur. Verum nevtri forsan istorum temerè assentiendum fuerit. etiamsi enim קבל in sacris vix usurpatum deprehendatur, nisi de re aliqâ à sponte tribuentibus acceptâ; nec secus Annal. l. 1. c. 18. v. 1, 2. sumatur: ut in hâc controversia parum aptè à viro eruditissimo locus ille adductus videri possit; tamen קבל מלכותא sive τὴν βασιλείαν παραλαβεῖν nihil aliud sonare videtur, qam *regnum suscipere, in regno succedere*, qoqe tandem modo id fiat. Ita Vir Cl. Constantinus Imperatorius in discursu Jachiadæ Danieli præfixo, ostendit in Danieli adjectis c.13. v.65. Cyrum Astiegis, qem illi hostem fuisse tradunt, τὴν βασιλείαν παρειληφέναι, *regnum accepisse*, dictum. Nec secùs de Maximino qi Alexandro interfecto imperium Romanum invasit, Herodianus l.7. Ὁ δὲ Μαξιμῖνος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο. *Maximinus regno accepto, magnam fecit rerum mutationem.* Nec ibi ergò argumentum satis firmum videmr, & est istic etiam multo infirmius. etiamsi enim τὸ לכד de vi captis plerumqe usurpetur, non potest tamen ita hoc loco sumi, ubi de Saule adhibetur, Savlem enim regnum vi occupasse, cum vi nullâ vel opus fuerit, vel is sit usus, dici non potest. ut ne adjiciam etiam post Davidem inunctum, Savlem tamen ab eodem pro Dei uncto habitum agnitumqe cap. 24. v.6. & c.26. v.11. narratur tantùm eo loci, Savl, ubi regnum susceperat, qæ bella gesserit adversus hostes Israelis. Verbum avtem לכד non temerè ibi usurpatum videtur, sed allusione habitâ ad rationem peculiarem, qâ Saul ad regnum designatus est. in eâ etenim describendâ eodem plane vocabulo usus fuerat historiæ illius concinnator cap. 13. v. 20,21. וילכד *& capta est tribus Benjamin; & capta est familia Matri; & captus est* (sorte scilicet) *Savl Kishi filius.* Optimè Græci interpretes, Ἔλαχε τοῦ βασιλεύειν. qemadmodum de Zachariâ Lucas c.1. v.9. ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι. nec malè Tigurinus, *regnum nactus.* nam λαγχάνειν *nancisci*. λ. in n. ut contra νύμφη *lympha*. Cicer. Verrin. 3. *Prætor factus sortem nactus est urbanæ provinciæ.* atqe ita vertere licuerit. *Saul regnum sorte nactus*, vel *cum regnum ei sortitò obtigisset, debellavit undiqe hostes Israelis.* Proinde locus iste expositionem illam nihil juvat, in historicâ narratione præsertim, per se sanè nimis duram. Verum sensus omnino genuinus est, qem nobis exhibet Doctorum Hebræorum trias illa superius nominatim designata; *Primum annum Savl exegerat in regno suo. duos avtem annos regnavit: & elegit sibi Savl tria millia ex Israele*, &c. h. e. ubi annos duos regnaverat, tertio tandem, regno jam confirmato, qo & majestatis speciem ampliorem præ se ferret, & præsidia avxiliaria ad regni tutelam præstò atqe in procinctu haberet, tria millia è toto populo suo selegit, qorum duo millia secum detinuit, mille tertium Jonathæ

filio commisit. Atqe hanc interpretationem, ne soli cum Judæis sentire videamur, probat ac tuetur Petrus Martyr. nec abscedunt Conr. Pellicanus & Genevenses nostri, qi tum demum, post biennium nempe peractum, Savlem pro conditione regiâ magnificè magis se, qam ante gessisse adnotant. neqe enim, qod Villetus noster eis frustra affingit, pro rege prius etiam habuisse se Savlem, scriptores illi diffitentur. Verum ea de re qicqid fuerit, indicatur istud illis verbis, eo tempore Savlem, post exactum scilicet regni sui biennium, dilectum illum habuisse. Nam justo restrictius Historici verba sumit V. Cl. Jacob. Capellus *in histor. sacr. & exot.* qum vertit. *Filius unius anni erat Savl, ex qo regnabat.* h. e. jam annum unum regnaverat. *& secundum annum regnabat super Israelem.* qasi intra annum secundum, qæ mox gesta narrantur, cæpta sint agitari. Etenim שתי שנים *annum secundum*, qi commodè reddi possit; non video. nec uspiam alibi sic usurpati exemplum posse produci existimo. proinde sensui, qi superius est datus, de regni biennio, non inchoato, avt currente, sed exacto jam & absoluto, prorsus inhæreo. Atqe hæc ex diverbii illius occasione, de formulâ illâ, qâ בן־שנה *filius anni*, vel *annorum* plurium, qis dicitur, Hebraismo, alus (opinor) lingvis insolenti; & istius rursus, de loci controversi, qiqe multos exercuit, sensu simplici ac genuino, dicta sunto.

Huic adjungi poterat & alia ejusdem κόμματος formula, eaqe etiam (ut nonnullis placet) παροιμιωδῶς, *proverbialiter*, usurpata; ea est בני קדם qod non uno modo Græci reddiderunt. nam qod de Salomone dicitur, Hist. Reg. l.3. c.4. v.30. eum *sapientiâ exsuperasse* כל בני קדם Græci habent, πάντων ἀρχαίων ἀνθρώπων, *veteres sive antiqos homines omnes*. at Esaiæ c.11. v.14. & Jobi c.1. v.3. בני קדם reddunt, τοὺς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, i. *orientales, plagæ orientalis incolas*. diversæ versionis ratio ab ambiguo vocis קדם significatu, qæ modo *orientem*, modo *anteriorem* sive loco, sive tempore, h. e. vel *anticum* vel *antiqum* denotat: inde variæ expositiones Genes. c.2. v.8. & Hymn.68. v.33. meliùs avtem in posterioribus locis, qam in priore illo Græci reddiderunt. nam & in illo de Salomone, *orientis filii* sunt orientales; qi & cum Ægyptiis, qum hi utriqe sapientiæ nomine clarissimi tunc existerent, ibidem conjunguntur. ut loci, non temporis notionem τὸ קדם ibi contineat. Hinc avtem proverbium sine fundo exculpsere: qod, qia alibi luculentèr discussimus, notasse tantùm hic contenti, ad alia pergemus.

Freqentia & familiaria admodum sunt Hebræis ista. Hosh. c.10. v.9. בני עלוה sive עלה. Græc. τέκνα τῆς ἀδικίας, *filii pravitatis, injustitiæ*; pro pravis, injustis. Deut. c.25. v.2. בן מכות *filius plagarum*, vel *flagellationis*. i. e. πληγῶν ἄξιος, Græc. *plagis dignus*, vel sustinendis addictus. Lemuel. v.5. בני עני *filii afflictionis*, pro afflictis. & mox. v.8. בני חלוף *filii transitus*. i. e. mortis, excidii, pro morti, exitio destinatis. Reg. l.2. c.12. v.5. בן מות υἱὸς θανάτου. Græc. *filius mortis*, pro mori dignus; mortis damnas, morte mulctandus. בני מות Græc. υἱοὶ θανατώσεως, *filii mortis*, pro morte plecti dignis. Reg. l.1. c.26. v.16. Hymn. 79. v.11. & Hymn. 102. v.21. בני תמותה *filii cædis, occisionis*, pro cædi, occisioni destinatis. Judic. 18. v.2. & Annal. l.2. c.28. v.6. בני חיל *filii roboris*, ἄνδρες δυνατοὶ ἰσχύϊ, Græc. *viri robore præditi*. Genes. c.15. v.2. בן משק ביתי *filius derelictionis domus meæ* i. e. is cui domus mea linqenda est. Esa. 5.1. בן שמן *filius olei*, sive *pingvedinis*, τόπος πίων, Græc. *solum pingve*. Esaiæ c.14. v.12. בן שחר *filius avroræ*. ὁ πρωῒ ἀνατέλλων, Græc. *tempore matutino oriri solitus*. Ezræ c.4. v.1. & c.6. v.19. & alibi passim בני הגולה οἱ υἱοὶ τῆς ἀποικίας, ἀποικεσίας, Græc. *filii migrationis*, sive *deportationis*, pro eis qi migraverant, sive deportati fuerant. Eccles. c.12. v.6. בנות השיר αἱ θυγατέρες τοῦ ᾄσματος *filiæ cantici*, *cantatrices*, Piscat. *res canora*. Jun. Job. c.41. v.28. בן קשת *filius arcus*, pro sagittâ, qæ arcu emittitur. Thren. c.3. v.13. בני אשפה *filii pharetræ*, Græc. ἰοὺς φαρέτρας, (forsan υἱοὺς) pro eisdem, qia pharetrâ continentur, & ex eadem prodeunt, sive depromuntur. deniqe Job. c.5. v.7. בני רשף *filii prunæ*, pro scintillis a prunâ exilientibus.

Hinc manarunt in novo Instrumento formulæ, qæ toties occurrunt, illæ. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Joan. c.17. v.12. & Thess. Ep.2. c.2. v.3. *filius perditionis*, pro perdito, vel perdendo, perditioni sive exitio destinato. υἱὸς γεέννης. Matth. c.23. v.15. *filius gehennæ*, pro gehennæ cruciatibus plectendo. οἱ υἱοὶ τῆς ἀπειθείας. Ephes. c.2. v.2. & c.5. v.6. & Col. c.3. v.6. *filii contumaciæ*, pro hominibus contumacibus. οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου. Luc. c.20. v.34. *filii seculi hujus*, pro eis qi in hoc seculo degunt. & c.16. v.8. pro eis qi in seculo isto duntaxat sortem suam obtinent. Hymn.17. v.14. οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας. Matth. c.8. v.12. *filii regni*, pro eis qi in Dei regno gratioso, i. e. Ecclesiâ, degunt. & c.13. v.38. pro eis qi in regno Dei glorioso sortem suam habituri sunt. οἱ τῆς ἀναστάσεως υἱοί. Luc. c.20. v.36. *resurrectionis filii*, pro eis qi ad vitam resurrecturi sunt. τέκνα φωτός. Ephes. c.5. v.8. & Luc. c.16. v.8. *filii lucis*, pro eis qi in luce degunt, sive qi in lumine gratiæ, vultusqe divini aspectu amœno agunt. Hymn.4. v.6. & 16. v.11. τέκνα ὀργῆς. Ephes. c.2. v.3. *filii iræ*, pro eis qibus ira divina debetur, sive qi iræ divinæ obnoxii sunt. Et τέκνα κατάρας. Pet. Epist.2. c.2. v.14. *filii execrationis*. h. e. execrationi divinæ subjacentes.

Ecqid istis παραπλήσιον saltem exhibebit nobis ex Græcis antiqis Pfochenius? nihil qicqam, opinor, nihil istiusmodi illis familiare saltem, pro certo satis compertum est, profert tantùm ex Epigrammatum Florilegii lib.9. (qod edit. Stephan. l.5. reperitur) nuperum qendam epigrammatarium Constantinopolitanum, qi cum Hebræos fortè hâc in parte imitari voluerit, avdacter satis, υἱέα νίκης, & νίκης παῖδας, pro *victore*, ac *victoribus* posuerit. Verùm non est iste nobis avt lingvæ Græcæ avtor idoneus, avt usus veteris testis ἀξιόπιστος.

Sequntur formulæ illæ in V. T. בן אדם & בן איש & in plurali בני אדם & בני איש in Novo, sicut & apud Græcos interpretes, υἱὸς ἀνθρώπου, & υἱοὶ ἀνθρώπων, *filius hominis*, & *filii hominum*, pro homine, & hominibus simpliciter. Mitto enim antiqorum qorundam, argutiolam qâ inter *hominem* & *filium hominis* ita distingvunt, ut Adamum *hominem*; non & *filium hominis*, Adami posteros utrumqe hoc existere moneant. Videatur Gregorius in Job, Comment. Moral. l.17. c.10. At hunc esse *lingva etiam Græca idiotismum*, inde contendit Pfochenius, Sect. 55. qia *Græcorum omnium ὁ πάνυ πρῶτος Homerus* υἷας Ἀχαιῶν dixerit, cum τοὺς Ἕλληνας intelligeret. at meminisse debuerat, nec *idiotismum* rectè censeri dictionem poeticam (neqe enim idiotis ea familiaris esse assolet) nec apud Homerum etiam, nedum Græcum scriptorem ullum *filios hominum* pro *hominibus* familiariter usurpari.

Sed apud Græcos saltem, etiam prorsæ scriptores, *παῖδας μουσικῶν, ἰατρῶν, φιλοσόφων pro musicis, medicis, philosophis dicuntur*. παῖς avtem *tam sacris, qam & profanis scriptoribus pro filio usurpatur*. Conceduntur ista: nec tamen inde conseqetur, in qâcunqe formulâ illud usurpatur, istud avt usurpatum fuisse, avt legitime etiam usurpari. Videatur V. C. Dan. Heinsius in prolegomenis ad Nonnum; qem meritò notat, qod παῖδα Θεοῦ Christum dixerit, ubi apud Evangelistam υἱὸν legerat. Tu, Pfocheni, nisi tam υἱοὺς ἰατρῶν qam παῖδας ἰατρῶν, tam υἱοὺς ἀνθρώπων etiam qam ἰατρῶν, dici solitum ostenderis, nihil effeceris. neqe enim avt υἱοὺς ἰατρῶν tantum, avt παῖδας etiam ἀνθρώπων protulisse suffecerit: cum à vocabulo ad vocabulum a formulà speciali, ad specialem. argumentatio istic nulla sit. de artium atqe scientiarum professoribus sic loqi amant scriptores illi; de mortalibus generatim sumptis, simpliciter consideratis, neqaqam. v. g. ne longiùs evagemur, magis affinia sunt υἱὸς & τέκνον, qam υἱὸς & παῖς. tamen si qis avt Homerum imitari volens, pro υἷας Ἀχαιῶν, τέκνα Ἀχαιῶν; avt si qis etiam qia οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες dici consvevit, ideò etiam τὰ τῶν ἰατρῶν τέκνα, eadem notione dicere animum induxerit, næ ille κακοζηλίας, *malæ æmulationis*, notam neutiqam defugerit.

Ad hæc ipse sect.45. observas, ut נער Hebræis, ita παῖδα Græcis, *puerum* Latinis, & *ætatis* & *ministerii nomen* esse: nec id inficiaturum qenqam existimo. itaqe illud Histor.

stor. Reg. l.4. c. 9. v. 4. וילך הנער הנער הנביא havd malè reddidit vetus ioterpres, *Abiit adolescens, puer propheta.* & meliùs adhuc Tigurinus, *minister Propheta.* Genevens. *Servus.* nisi qod uterqe alterum omisit. est enim ad verbum, uti Pagninus habet, *Abiit puer, puer propheta.* ut נער primâ vice *ætatis*, alterâ *status* sive conditionis rationem obtineat. ita disertè Chal. *Abiit adolescens, discipulus prophetæ.* qem Jairus seqitur; nec refragatur Camius: uterqe, sed ex traditione merâ; de Jonâ Amittæi interpretatus. qanqam Græci ἐπορεύθη τὸ παιδάριον ὁ προφήτης. hosqe secutus Castellio, *Juvenis ille, qi juvenis vates erat.* sed & Junius (qem tralatores nostri îsdem secuti sunt) *Abiit puer ille, puer propheta ille.* qod meis certe avribus absonum accidit. meliùs Martyr, *puer prophetæ. i. e. famulus.* nec obstat qod è *filiis prophetarum* fuisse versu. 1. perhibetur. famulabantur enim illi τῶν προφητῶν. qomodo Eliæ Elisæus ipse Cap.3. v.11. & c.2. v.3. & Mosi Jesus Exod. c. 33. v. 11. qem locum ad marginem cum Junius adscripserit, miror in textu reddendo, aliô concedere voluisse. παῖς itaqe & *ætatis* & *status* sgoificationem habet. at υἱὸς planè neutrius; sed originis duntaxat. proinde ab illius usu ad illius argumentari est prorsus ἀνακόλουθον, *præcedentibus non respondens.* Tum in formulis supra positis pro Hebraico בני Græci interpretes, nunc υἱοὺς, nunc τέκνα usurpant. nusqam tamen deprehendes, τέκνον ἀνθρώπου, τέκνα ἀνθρώπων, sicut υἱὸν ἀνθρώπου, & υἱοὺς ἀνθρώπων dicunt passim, pro homine avt hominibus usurpasse.

Rursus בן & בנים Hebræi etiam in *brutis* animantibus posuerunt. Ita dicunt בן בקר *filium bovis*, pro vitulo. Exod. c.29. v.1. בן אתון *filium asinæ.* Genes. c. 49. v. 11. pro pullo asinino. & בן אתנות *filium asinarum.* Zach. c.9. v.9. qod Matth. c.21. v.5. υἱὸς ὑποζυγίου, pro pullo asinæ jugalis, בני יונים *filii columbarum*, pro pullis. Levit. c. 14. v.30. בני עזים *caprarum filii*, pro hædis. Annal. l. 2. c.35. v.7. בני לביא *filii leonis*, pro catulis. Jobi. c 4. v. 11. בני צאן *filii pecudis*, pro agnis hoedisve. Hymn. 114. v.4. בני נשר *aqilæ filii*, pro pullis aqilinis. Agur. v. 17. בני ערב *filii corvi*, pro pullis corvinis. Hymn. 147.9. pro qo tamen in Jobi historiâ dramaticâ, ubi de corvo sermo est, ילדו h. e. *proles*, avt *liberi ejus*, pulli appellantur, Cap.38. v.41. ילד certè & τέκνον; qo modo ילד verbum & τίκτω, sibi invicem sunt analoga.

Et Græci qidem de *brutis*, sive pedestribus illis, sive volatilibus, τέκνα, usurpant; (qod nostra tamen Britannorum lingva nevtiqam ferat) at υἱὸς havd itidem. de leone, Homerus Iliad. ρ. v.133.

—— ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν,
ᾧ ῥά τε νήπι᾽ ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ
Ἄνδρες ἐπακτῆρες. ——
—— *sicut aliqis leo circa suos liberos,*
Cui qidem catulos ducenti occurrerint in sylva
Viri venatores. ——

de qo Plutarchus, lib. de amore prolis pag. 434. D. Ὅμοιός ἐστι διανοουμένῳ πρὸς τοὺς κυνηγέτας ἀγωνίσασθαι περὶ τῶν τέκνων. *Videtur similis esse meditanti cum venatoribus de liberis pacisci.* (qo modo de se Apostolus, Philip. c.2. v.17. Ἀλλ᾽ εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. *Qin etiam si pro libamento offerar super sacrificio & ministerio fidei vestræ, gaudeo & gratulor omnibus vobis.* de qo alibi diximus.) & mox. Ἀλκὴν ἡ φύσις, καὶ τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος οὐδὲν ἐνδεές, ποιεῖ τε τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις πόνους, ἀγωνίζεσθαί τε τοὺς ὑπὲρ τῶν τέκνων ἀγῶνας. *Robur dat natura, & famella mare nihil est inferior, & in exhauriendis laboribus necessariis, & in pugna pro liberis pugnanda.* De urso idem; Ἡ δὲ ἄρκτος, ἀγριώτατον καὶ σκυθρωπότατον θηρίον, ἄμορφα καὶ ἄναρθρα τίκτει, τῇ δὲ γλώττῃ, καθάπερ ἐργαλείῳ, διατυποῦσα τοὺς ὑμένας, οὐ δοκεῖ γεννᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ δημιουργεῖν τὸ τέκνον. *Ursa, animal qo neqe deformius est aliud, neqe morosius, informes artubusqe carentes catulos parit, lingva autem tanqam instrumento formas membra: ut non solum parere, sed & fabricari videatur foetum.* De perdicibus; Αἱ δὲ πέρδικες, ὅταν διώκωνται μετὰ τῶν τέκνων, ἐκεῖνα μὲν ἐῶσι προπέτεσθαι καὶ φεύγειν. *Perdices qando una cum liberis exagitantur, eos prævolare sinunt ac fugere &c.* de

A gallinis. Περὶ τῶν τέκνων ἀμύνονται, καὶ διαμάχονται παρὰ δύναμιν. *Liberis timent, defendunt, & ultra qam vires patiuntur ut propulsandis certant.* de eisdem Oppian. Venat. l.3. v.127.

Εἰρυμένη φίλα τέκνα, τά τ᾽ ἔτι νήπια φέρβει.
Muniens caros liberos, qos etiamnum parvulos pascit.

De aqilis Aristoteles, Histor. animal. l.9. c. 34. Τὰ τέκνα ἀναγκάζει ἔτι ψιλὰ ὄντα πρὸς τὸν ἥλιον βλέπειν. *Liberos adhuc implumes cogit adversos intueri solem.* De vespis etiam Homerus, Iliad. μ. v.170.

B Ἄνδρας θηρητῆρας, ἀμύνονται περὶ τέκνων.
Viros venatores, defendunt liberos.

de passeribus, Iliad. β. v.311.

Ἔνθα δ᾽ ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοί, νήπια τέκνα.
Ibi erant passeris pulli, imbelles nati.

de simiis Oppianus venat. l.2. v. 608.

Κεῖνοι καὶ φίλα τέκνα δυσειδέα δοιὰ τεκόντες,
— τὸ μὲν φιλέουσι, τὸ δ᾽ ἐχθαίρουσι.
Illæ etiam caros liberos, turpes, geminos enixæ;
— *alterum qidem amant, alterum vero oderunt.*

C Plutarch. Pericle pag. 192. C. Ξένους τινὰς ἐν Ῥώμῃ πλουσίους, κυνῶν τέκνα, καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις περιφέροντας, καὶ ἀγαπῶντας, ἰδὼν ὁ Καῖσαρ, ἠρώτησεν, εἰ παιδία παρ᾽ αὐτοῖς οὐ τίκτουσιν αἱ γυναῖκες. *Cæsar, cum peregrinos forte qosdam vidisset Romæ divites, qi canum & simiarum liberos in gremiis circumferebant, atqe in deliciis habebant, anne fœminæ, qæsivit, apud eos non parerent pueros.* qod ex Ptolomæo commentar. l.8. Massanissæ Mavro regi tribuit Athenæus l. 12. qi simias coementes qosdam interrogaverit, παρ᾽ ὑμῖν αἱ γυναῖκες οὐ τίκτουσι παιδία; *num apud vos mulieres non pariunt*

D *liberos?* Scilicet τέκνα & de simiis & canibus usurpavit, παιδία de hominibus. nec temerè repertum iri opinor, qi παῖδας de brutis, nedum υἱοὺς posuerit. qanqam pro poeticâ libertate παιδοτρόφος ἱερή, *nutricem sacram liberorum*, halcyonem Simonides dixerit, referente Aristotele histor. animal. l. 5. c. 8. & Oppianus de capreâ, κυνηγετ. l. 2. v. 344.

Οὓς παῖδας κομέει, γήρᾳ δ᾽ ἐπὶ μητέρα παῖδες.
Suos liberos curat, in senio autem matrem liberi.

Qin & θυγατέρας de eqino genere dixit Aristoteles, Histor.

E Animal. l.6. c.22. Ἀναβαίνουσι δὲ καὶ ἐπὶ τὰς μητέρας οἱ ἵπποι, καὶ ἐπὶ τὰς θυγατέρας. *Escendunt eqi & matres, & filias suas.* vel qia *matres* prius dixerat; qod cum Græcis, tum & Latinis est familiare; (qamvis nostris prorsus insolens, qi de maribus Sire, de fæmellis Dam, dicimus, de neutris *patris matrisve* nomen usurpamus) vel Simonidem forsan imitatus, qi ut ipse rhetor, l.3. c. 2. de mulis dixerat.

Χαίρετ᾽, ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.
Salvete, eqarum filiæ velocium.

F cui subjungit Philosophus, καίτοι, καὶ τῶν ὄνων θυγατέρες ἦσαν. *attamen asinorum etiam filiæ fuerant.* Latinis certè familiaria satis esse *patrum matrumqe* in his nomina, ex Varrone, Plinio, Columellâ, aliis liqet. *filiorum filiarumqe*, rariora. Columella tamen l. 6. c. 36. cum *paterno* nomini *avitum*, tum & *filiorum* appellationi *nepotum* adjecit. *Ejusmodi*, inqit, *admissarius* (de onagro agens) *nepotibus magis qam filiis utilior est.* & mox; *qicqid ex eo provenit, paternam formam & modestiam, fortitudinem celeritatemqe avitam refert.*

G Poeticâ, qidem, sive libertate, sive licentiâ usus, ἐνιαυτοῦ παῖδα, *anni prolem*, hederam dixit, Chæremon Tragicus in Baccho, avtore Athenæo l. 13. non eo sensu, qo Hebræi בן שנה i.e. *anni filium*, pro anniculo, avt *hornam segetem* Latini, sed qod anno toto vireat: qo modo & ἔαρος τέκνα, *veris sobolem*, flores, idem in Io, qia vere prodeunt; & in *Centauro* λειμῶνος τέκνα, *qasi prati prolem*, eosdem, ut tempestatis illic, ita loci istic natalis ratione habitâ, appellavit. Verùm poetica ista, & à sermone vulgari remotiora. Qibus accenseri possunt, qæ partim ex Pindaro, qi scilicet Olymp. Ode.2. ἁλίου παῖδα *solis filiam* diem; ἀκτίνων γενέθλιον πατέρα, *radiorum genitorem patrem*, solem, Olymp.7. vocavit; partim ex Alcmane, Sophocle, Evripide, aliis congessit V. Cl. Conrad. Rit-

tershusius ad Oppiani *halieut.* l. 1. v. 735. Ea itidem qæ ex Varrone recenset Petr. Victorius Var. lect. l. 23. c. 5. qi in *Marcipore*, ventos, *phreneticos septemtrionum filios*: (qo modo Pindarus Olymp. Ode. 11.

— Ὀυρανίων ὑδάτων
Ὄμβρων, παίδας νεφέλας.
— Cœlestes aqas,
Imbres, nubium prolem).

Et in *lege Mœniâ*, (Nonio utrumqe referente) *τὸ μεταμέλ-λον*, h. e. *pœnitentiam*, *inconstantiæ filiam* dixit. Fallitur enim Vir. Cl. Jo. Drusius, cum Observ. l. 4. c. 2. ex Victorii mente, pari modo, *inconstantiæ filium*, *pro homine inconstanti*, qo *υἱὸν ἀπωλείας*, pro *perdito homine*, Varroni dictum avtumavit. neqe enim ejusmodi qicqam, avt Victorius, qem, uti videtur, aliud agens, vir occupatissimus legerat, avt Varro etiam ipse voluit. Sed nec Vir Cl. idem, avt de ventis Varronis illud, avt communi sermone protrita illa, *veritas temporis filia*, & *philosophiæ alumna*, cum Hebræorum dicto, qo nomen יהוה *qatuor literarum filium*, appellant, commodè satis componit, in *Tetragram.* c. 4. Pœnitentiam utiqe Varro *inconstantiæ filiam* dixit; qo modo Lyricus ille,

— Ἐπιμαθέος
Ὀψινόου θυγατέρα Πρόφασιν.
— Epimethei
Sero sapientis filiam Excusationem.

Pyth. Ode. 5. Et *Δίκας θυγατέρ' Ἡσυχίαν*, *Justitiæ filiam Tranquillitatem*. Ibid. Ode. 4. qod inconstantia utiqe pœnitentiam, inconsiderantia excusationem sive purgitationem, justitia observata tranqillitatem parere & producere consueverunt, qâ & eadem ratione vice versâ, *Luxuriam avaritiæ*, Cicero de Oratore l. 2. & *Sapientiam rerum omnium bonarum*, *matrem* dixit, de legib. l. 2. qia ab ista utiqe bona qæqe proveniant; illa ad rapinam & *πλεονεξίαν*, *avaritiam*, perducit, dum, ut Memor (qi sub Senecæ personâ, si Scaligero fides, delitescit) in *Octav.*

— orbis immensas opes,
Luxuria avaris manibus, ut perdat rapit.

Sed & Gellius noct. l. 13. c. 8. *Sapientiam Usus & Memoriæ filiam*, ex Afranii Comici mente dixit.

Simpliciùs ex usu lingvæ ad Jonam Deus in historiolâ missionis ejusdem ad Ninivitas, קִיקָיוֹן non *cucurbitam*, ut Græci, nec *hederam*, ut Hieronymus, qod & ipse fatetur; de qo videri possunt Avgustini & Hieronymi epistolæ *ἀμοιβαῖαι*, *mutuæ*, & hujus in Jonam commentarii; sed *ricinum*, plantam in Syriâ freqentissimam; (de qo consulere licebit Drusium. qæsit. l. 2. c. 44. Et cum Mercerum, tum & Livilæum nostrorum in Jonam;) vocat *filium noctis*. Jon. c. 4. v. 10. שבן־לילה היה ובן־לילה אבד *qi filius noctis extitit*; *& filius noctis periit*. Sic enim Syrus Novi Testamenti interpretes. Matth. c. 13. v. 5. & Marc. c. 4. v. 5. de semine in terrâ petrosâ בר־שעתה שוח *filius horæ illius exoriebatur*, pro eo qod Græcis dictum est *εὐθέως ἐξανέτειλε*, *statim exoriebatur*; Et de clinico sanitati restituto, Marc. c. 2. v. 12. בר־שעתה *filius horæ surrexit*. qin & Marc. c. 5. v. 42. de puellâ idem enunciatur. Et Luc. c. 6. v. 49. de ædificio; *filius*, an *filia*, *horæ domus cecidit*. & Matth. c. 20. v. 34. de cæcis sanatis; *& filiis*, vel *filio horæ illius aperti sunt oculi eorum*; pro eo qod est *εὐθέως*, *statim*. tam enim formæ fœmineæ qam masculeæ, tam plurali, qam singulari בר Syriacum; qod Hebræorum τῷ בן respondet, in locutionibus hujusmodi adjungitur. pro qo alibi dicitur בשעתא בה *in illâ horâ*, Matth. c. 8. v. 3. & c. 26. v. 74. Marc. c. 7. v. 34. & מחרא *confestim*, *illico*, Matth. c. 26. v. 49. Marc. c. 10. v. 52. Luc. 12. 36. & alibi. Nec est necesse ut in Jonæ ricino miraculum statuamus, qale vel in paralytico sanando, vel in cæci oculis aperiendis visuqe donandis extiterat; ut unâ eâdemqe scilicet nocte per dispensationem extraordinariam ricinus e terrâ prodierit, & ad eam altitudinem se extulerit, qâ umbraculi vicem vati præstare potuerit. verum, qod & Junius monuit, *proverbialis* videtur *locutio rei momentaneæ*; *qæ qasi momento enascitur*, *& momento rursus emoritur*. qalis Plavto *herba solstitialis*, Pseud. 1. 1. qæ interpretum ingenia frustra exercuit & vexavit.

Qasi solstitialis herba, pavlisper fui:
Repente exortus sum, repentino occidi.

qod imitatus Avsonius de Alethio Minervio Rhetore Profess. 7.

Ostentatus raptusqe simul,
Solstitialis velut herba solet.

Optime Christ. Becmannus in Originib. Lat. *Herba solstitialis*, *qæcunqe tempore solstitii nocte*, *præsertim frigidiusculâ*, *ut solet*, *& rorulentâ oritur*, *& posteà interdiu à calore solis*, *qi tum maximè sævit*, *exuritur*. Proinde *filius noctis*, stirps ista, qo modo *horæ filius*, seges illa super petram; qod nimirum celerrimè provenire & in altum se attollere consveverit. Ita Plinius l. 15. c. 7. de ricino; *In Hispaniâ repente provenit*, *altitudine oleæ*, *cavle ferulaceo*, *folio vitium*. Et Hieronymus in Jon. *In Palæstinâ creberrimè nascitur: mirumqe in modum*, *si semen jeceris*, *citò confota consurgit in arborem*; *& intra pavcos dies*, *qam herbam videras*, *arbusculam suspicis*. Sed nec mirum ævi brevioris esse: tum qod tam citò in altum exeat, ut qod *noctis filius* prodiisse dicitur, *noctis* qoqe *filius* periisse perhibeatur, *res enim diu duratura tardiùs crescit*. ut rectè Servius ad Maronis illud Georg. l. 2.

—— Et tardè crescentis olivæ.

tum qod cavle sit ferulaceo. *ἰσχυρότερα γὰρ τὰ πυκνότερα*. *robustiora sunt*, *spissiora qaqe*, ut Theophrast. *hist. plant*; l. 4. c. 14. & in *de cavsis* earundem l. 2. c. 15. *ἰσχυρὸν μὲν τὸ πυκνόν· εὔφθαρτα δὲ τὰ μανά*. *robustum est spissum qoqe: at corrumpi proclivia*, *qæ rara sunt*. qalia ferulacea sunt universa, præsertim, ubi internæ ab extra corrumpens cavsa accesserit; qalis Jonæ ricino vermis ille, cujus attactu exaruisse refertur. nec incommodè itaqe Dei dictum hoc de ricino, cum Christi illo de gramine, Matth. c. 6. v. 30. qo *hodiè extare*, *cras in clibanum immitti* dicitur, componit Livelæus noster; cum idem plane locutione utraqe designetur.

Poeticis illis accenseri potest, Jacobi illud, qo in vaticinio novissimo, morti jam proximus Josephum filium, cui benè ominatur, Genes. c. 49. v. 22. appellat בן פרת *filium* (i. e. palmitem) *fœcunda* (vitis scilicet גפן פריה Hymn. 128. v. 3. Esai. c. 33. v. 12. subjecti defectum parilem habemus Esai. c. 17. v. 6.) *juxta fontem sita*; cujus בנות *filiæ* (i. propagines) *super murum proserpunt*. qod Psaltes dixit, *ad latera domicilii*, qo sensu & בן *filium* usus pare Hymn. 80. v. 16. contra qam Junius, observat rectè Piscator. Eodem spectat & qod apud Latinos *matris* nomen arbori sive stirpi, fructui *filiæ*, stolonibus *nepotum* appellatio, *adoptio* qoqe tam surculis, qam & pomis baccisve (sed in poesi tantummodo novissimum hoc) attribuitur. de ficu Indicâ Plinius l. 12. c. 5. *Superiores ejus rami in excelsum emicant*, *sylvosâ multitudine*, *vasto matris corpore*. de lavro Maro *Georg.* l. 2.

Parva sub ingenti matris se subjicit umbrâ.

Item.

—— Et rami matris opacant.

E nostris qidem de malo.

—— fœcundæ filia mali.

de vitibus Columella. l. 4. c. 6. *nepotes enatos decerpemus*. & cap. 24. *claviculis ac nepotibus liberandos censeo*. qo trahunt & Maronis illud,

—— feram facturæ nepotibus umbram.

Martialis lib. 13. ep. 46.

Vilia maternis fueramus præcoqa ramis;
Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

Et Naso remed. l. 1.

Venerit insitio; fac ramum ramus adoptet.

Avdacius Achæus *μόσχον χελιδόνος* i. *hirundinis vitulum* dixit, pro eo qod Latini *pullum* dicerent, senario illo ab Evstathio lavdato,

Χαίνοντα λιμῷ, μόσχον ὡς χελιδόνος.
Inediâ hiantem, pullum velut hirundinis.

Cui nec concedere multum videtur, qod Halcyonis pullos *infantes*, Plinius l. 9. c. 33. & qadrupedum *infantes*. Ibid. c. 61. dixit. in qo Græcos est imitatus. Siqidem non Homerus tantum *νήπια τέκνα*, Iliad. β. de passeris pullis, & Iliad. ρ. de leonis catulis, dixit; sed Plutarchus etiam de brutis

alis

aliis usurpavit, lib. *de serâ numinis vindictâ* pag. 562. B. Ἄρκτων ἔτι νήπια καὶ λύκων τέκνα καὶ πιθήκων εὐθὺς ἐμφαίνει τὸ συγγενὲς ἦθος. *Ursorum catuli, & luporum ac simiarum filii statim suam ostendunt indolem.* Qin & νήπια de frumentis dicere sustinuit Theophrastus *histor. plant.* l. 8. c. 1.

Atqe hîc lingvarum mihi usum observa, sodes. *Hirundinis vitulus* avribus Latinis est insolens. at *pullus* eisdem solens satis. Nec Græcis minùs insolens esset πῶλος χελιδόνος· cum tamen πῶλος nihil aliud qam *pullus* sit, *pullusqe* tam de eqo qam de alite dicatur. Rursus *pullos* & *pullulos* Latini dicunt plantas novellas, qæ à stirpium radicibus exurgunt, unde *pullulare* perhibetur stirpium illarum matricum soboles. itaqe accuratè locutum Maronem observat Servius, ubi de arboribus dixit Georg. l. 2. n. 10.

— aliæ ipsæ Sponte suâ veniunt, —

n. 14. *— alia posito surgunt de semine; —*

Et n. 17.

Pullulat ab radice aliis densissima sylva.

At *stirpis vitulum* si dixerit, avres Latinæ respuunt. contra δένδρου πῶλον si dixeris (qamvis πῶλος sit *pullus*; & hic illi natales debeat suos) Græcus id nihilominus aversetur. ipse tamen δένδρου μόσχον (cum μόσχος primariò *vitulum* significet) pro *surculo* sive *ramo teneriore*, avre pronâ admittet: inde enim μοσχεύειν surculis istiusmodi adhibitis plantaria instituere. Et μοσχεύματα, *stolones*, *propagines*. qod apud avtorem libri Sapientiæ Salom. c. 4. v. 3. Vetus interpres, vocabulo novo licenter confictο, *vitulamina*, tanqam a *vitulo*, expressit. ἐκ νόθων μοσχευμάτων, inqit avtor ille, οὐ δώσει ῥίζαν εἰς βάθος *ex adulterinis stolonibus radicem in profundum aget.* qod avtem ille νόθον μόσχευμα, id Evripides Andromache, sed metaphorâ diversâ usus, κακῆς γυναικὸς πῶλον dixit, i. *mala mulieris pullum.* qi idem & in Hecubâ Polyxenam πῶλον appellat: & πῶλον ἄζυγα, qam alibi παρθένον ἄζυγα, *puellam innuptam.* Sicut & Nicander in Alexiph. Θηλυτέρης πώλοιο γάλα pro *lacte mulieris adolescentula.* Sed & Chæremon in pannychide, πώλους Κύπριδος, *Veneris pullos*, meretrices dixit referente l. 13. Athenæo.

Hoc unum ubi adjecero, aliisqe disqirendum objecerim, dissertationem hanc clavdam, scriptoribus sacris, ubi de noctuis loquntur, non בני h. e. *filios*, sed בנות *filias*, יענה i. e. *noctua*, sive *ulula*, pullos nuncupari: imò בת היענה *filiam noctua sive ulula*, & בנות יענה *filias noctua*, sive *ulula*. pro noctuis, sive ululis ipsis; ab eisdem constanter usurpari. illud, Levit. c. 11. v. 16. Deut. c. 14. v. 15, istud, Job. c. 30. v. 29. Esai. c. 13. v. 21. & c. 34. v. 13. & c. 43. v. 20. Jer. c. 50. v. 39. Mic. c. 1. v. 8. nec uspiam sine adjectione istâ legitur vox יענה nisi qod plurale masculeum ἀνωμάλως inde deductum יענים semel usurpatum offenditur, Thren. c. 4. v. 3. formulæ peculiaris in hac volucri rationem cum commoda mihi nulla succurrat, aliis ipse expiscandam eruendamqe relinqo.

C A P U T XVII.

Φυλάττειν, observare exeqi; *respondet Hebræo* שמר. *Usu hujus nihil e priscis producitur. Ex Hesiodo adducta, aliud planè sonant. Aliud* animo custodire, *aliud* opere exeqi. Ῥήματα ἐν καρδίᾳ θέσθαι. ἐν τῇ καρδίᾳ τηρεῖν, *Hebraismi.* τηρεῖν *in his respondet* τῷ נצר *in exeqendi sensu*, τῷ נצר *nec hic qicqam e priscis. Herodianus temporibus Apostolicis posterior.* τηρεῖν, *uti &* נצר *&* שמר insidiose observare. servare *pariter Latinis. Verba Christi Joan.* 15. 20. *expenduntur. Lavr. Chadertum (post Erasmi) expositio proposita & comprobata. Sophoclis interpunctio recta restituta. Gen.* 3. 15. *in Græcâ versione, lectio varia. Prov.* 24. 12. *& Job.* 7: 20. *loca parallela.* נצרת לב *Prov.* 7. 10. *passiva formæ notio activa.* διατηρεῖν καὶ διαφυλάττειν *parallela Galeno.*

SEctione 60. Illud Lucæ c. 11. v. 28. Φυλάττειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. *Dei verbum observare*, *videtur*, inqit Pfochenius, *imitari* illud Ecclesi. c. 12. v. 13. שמור מצותיו τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάττειν. LXX. Estqe reverâ Hebræis atqe Hebraisantibus admodum familiare freqensqe שמר מצוה תורה דבר ἐντολὴν, πρόσταγμα, νόμον, ῥῆμα φυλάσσειν, pro eo qod est *mandatum*, *legem*, *dictum exeqi.* qod in V. T. ejusqe interpretibus passim occurrit. Exod. c. 21. v. 17, 24. & c. 13. v. 13. & c. 20. v. 6. Levit. c. 19. v. 19. Devt. c. 4. v. 2. & c. 5. v. 29. Hymn. 119. v. 34, 44, 55, 88, 101, 133, 157, 166, 167, &c. Et in Novo itidem Instrumento nihil fere crebrius reperitur. Matth. c. 19. v. 20. Marc. c. 10. v. 20. & Luc. c. 18. v. 21. πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην. *hæc omnia observavi.* i. executus sum. Act. c. 16. v. 4. φυλάσσειν τὰ δόγματα. *decreta custodire*, sive executioni dare. Ibid. c. 24. v. 20. & Galat. c. 6. v. 13. φυλάσσειν τὸν νόμον, & Rom. c. 2. v. 26. τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου. *legem legisqe jura* sive *scita observare.* i. e. re & facto exeqi. *Sed ita qoqe*, inqit, *hanc phrasim Hesiodus expressit, perinde ac si sacra Biblia inspexisset.*

Nos verò verba Poetæ avdiamus simul & dispiciamus. Ἔργ. v. 489.

Ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο.
Animo avtem bene omnia custodi.

Et v. 559.

Ταῦτα φυλασσόμενος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν.
Hæc custodi in perfectum usqe annum.

h. e. *studiose observa, & reipsâ fac, qa tibi pracepi. Et hoc expressit* (inqit) v. 27. *per hæc verba.*

— Σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐγκάτθεο θυμῷ.
— Tu vero hæc tuo repone in animo.

At tu istîc, Pfocheni, phrases, sensusqe confundis, miscesqe qæ dirimenda sunt: neqe enim ἐν θυμῷ φυλάττεσθαι, ἤτοι θυμῷ ἐγκατατίθεσθαι, idem est, ac *studiose observare*, & *re ipsâ facere.* notiones enim hæ diversæ planè a se invicem exsistunt. aliud est *in mente*, sive *animo reponere*, *custodire*; aliud verò *opere* sive *facto exeqi.* qanqam illud ad istud medium est, hoc finis illius. siqidem multa mente ac memoriâ sedulò, imo solicitè reponere & custodire solemus, ab aliis vel pollicita vel interminata, qæ executioni tamen mandare, nostri nec muneris est, nec voti etiam. Unicum itaqe idqe Poeticum, prolatum est exemplum, qod familiarem esse Græcis formulam hanc non magis probaverit, qam hirundinis unius accessus ver fecerit. Phrasi priori respondet magis, illud Regis sapientissimi, Parœm. c. 3. v. 1. מצותי יצר לבך τὰ ῥήματά μου τηρείτω σὴ καρδία. *asservet mandata mea cor tuum.* Et vatis peritissimi illud Daniel. c. 7 v. 28. ומלתא בלבי נטרת καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου συνετήρησα. *Et in corde meo*, sive *penes me*, *rem asservavi.* qibus finitima sunt illa Lucæ c. 1. v. 66. ἔθεντο ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. *in corde suo reposuerunt.* & c. 21. v. 14. θέσθε εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. *reponite in corda vestra.* gemina planè illa Lucæ c. 2. v. 19. συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ. & v. 51. διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς *conservabat*, sive *custodiebat*, *dicta hæc omnia in corde suo.* qæ certè nisi Hebraismi fuerint manifestarii, ego in istis nihil video.

Interim occurrit hîc verbum נצר qod & priori ἐκ παραλλήλου junctum reperitur, Hym. 119. v. 34. & alibi sæpenumerò eodem, de qo prius dictum, significatu usurpatur. Deut. c. 33. v. 9. Prov. c. 28. v. 7. Hymn. 24. v. 11. & 78. v. 7. & 105. v. 45. & 119. v. 2, 22, 33, 56, 100, &c. cui respondet apud Novi fœderis scriptores τηρεῖν τὸν νόμον, τὸν λόγον, τὰς ἐντολάς. Matth. c. 19. v. 17. & c. 28. v. 20. Joan. c. 8. v. 51, 52, 55. c. 14. v. 15, 21, 23, 24 & c. 15. v. 10. & c. 17. v. 6. Act. c. 15 v. 5, 24. Jac. c. 2. v. 10. Joan. Ep. 1. c. 2. v. 3, 4, 5. & c. 3. v. 22, 24. & c. 5. v. 2, 3. Apoc. c. 1. v. 3. & c. 2. v. 26. & c. 3. v. 8, 10. & c. 12. v. 17. & c. 22. v. 7, 9. qibus omnibus locis sicut Hebraicum נצר ita Græcorum τηρεῖν in *exeqendi*, *præstandi*, *perficiendi* sensu usurpatur. itaqe & cum Exod. c. 34. v. 7. נצר חסד LXX. ποιῶν ἔλεος verterunt: qomodò ibidem Cap. 20. v. 6 עשה חסד dictum fuerat: tum Matth. c. 23, v. 3. τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε, ἐκ παραλλήλου ponuntur. Affertur qidem in eandem mentem ex Herodiani l. 6. de Alexandro, ψευσαμένου αὐτοῦ καὶ μὴ τηρήσαντος τὰ συνθήματα. *Cum fefellisset ipse, nec pacta servasset.*

vasset. sed nec Græcis priscis familiarem hanc fuisse formulam, hinc constat.

Cæterum poterit non immeritò disqisitio institui de phraseos hujusce usu, in Domini verbis apud Joannem c. 15. v. 20. *Mementote*, inqit, *sermonis, qem dixi vobis; Non est servus major domino suo. si me persecuti sunt, & vos persequentur:* εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσι. Vet. Interpres; *si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt.* Et in hanc partem concedunt expositores pleriqe. Euthymius verò sic παραφράζει: *ne graviter feratis qod vos persequantur; aut qod vestros contemnunt sermones: qa enim in me ostenderunt, hac & in vos ostendent: & sufficit servo ut sit sicut Dominus ejus.* Illyricus item: *Sicut meas conciones & salutaria monita contempserunt, ita vestra contemnent.* Et Piscat. *Innuit*, inqit, *contrarium.* q. d. *Qum sermonem meum non servaverint, sed contempserint; non debet vobis mirum videri, si & vestrum sermonem contemnant.* Theophylactus sermonem ἐλεγκτικὸν esse autumat, itaqe sic explet, & explicat. Εἰ ἐμὲ μὴ ἐδίωξαν, ἀλλὰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν· ἀλλὰ οὐκ ἔστι τοῦτο· οὔτε γὰρ τὸν ἐμὸν, οὔτε τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν. *Si me non essent persecuti, sed sermonem meum servassent, etiam vestrum servaturi essent. Verum secus res habet. neqe enim aut meum, aut vestrum servaturi sunt.* ut sit qod Deus Ezechieli c. 3. v. 7. *non audient te, qia nec me audient.* nec secus Hemmingius: *si sermonem meum servabunt; & vestrum servabunt. sed non meum sermonem servabunt; ergò neqe vestrum servabunt.* Verum affirmatur istic, qod apud Ezechielem negatur. nec consecutio adeò valida videtur, servaturos eos verba discipulorum, si domini ipsius verba servaverint; qum plus Domino qam servis, magistro qam discipulis deferri consueverit. Tum nec syllogismus, qem eliciunt, legitimus est. neqe enim in syllogismo hypothetico, sive connexo, ex antecedente sublato, conseqens tollitur. Porrò nec, hoc si vellet, dicendum fuisse videtur, εἰ ἐτήρησαν, *si servarunt*, sed εἰ τετηρήκεσαν ἄν, &c. *si servassent sermones meos, & vestros servaturi essent.* Deniqe in seqiorem partem τὸ τηρεῖν hic sumi, suadet, cum in membro priore *persecutionis* mentio, tum qod proximè subjungitur, *Sed hac omnia vobis facient, mei nominis causâ, qia ignorant illum qi me miserat.* Ferus itaqe de observatione non obseqiosâ, sed insidiosâ interpretatur. *Si me in verbis meis insidiose observarunt, & vobis pariter laqeos ponent.* atqe hoc secutum memini Theologum insignem D. Laurentium Chadertonum, cum harmoniam Evangelicam apud Cantabrigienses in ad populum munere publico, tirone me tunc, explicaret. Certe dictionis Dominicæ series liqidò suffragatur. nec adversatur aut res ipsa, aut vocabuli usus. nam rem ipsam qod attinet; Domini Christi sermones *observasse* adversarios, qo ex eis adversus ipsum aliqid excerperent, ex Evangelistarum narrationibus notissimum est. Lucas c. 11. v. 53. *Hac ipso dicente adversus eos,* ἤρξαντο δεινῶς ἐνέχειν καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων, ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, καὶ ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, &c. *Ceperant Scriba & Pharisai graviter ipsum urgere, & ad loqendum de multis instigare, insidiantes ei, & ab ore ejus captantes, qod haberent unde ipsum deferrent.* Et c. 20. v. 26. qo loco, hoc ipso, sed composito, vocabulo, est usus, καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους. *& observantes eum, emiserunt insidiatores, qi se justos simularent,* ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, *ut excerperent aliqid ex sermone ejus; qo eum imperio potestatiqe prasidis traderent.* Nec de verbi usu constat minus. nam τὸ τηρεῖν simplex, ἀντὶ τοῦ παρατηρεῖν, non raro sumitur. Sic Matth. c. 27. v. 36. Καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ. postqam Dominum cruci affixerant, *considentes ibi observabant eum.* Et mox v. 54. οἱ τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν. *Centurio qiqe illi aderant, qi Jesum* scilicet (non, asservabant; qorsum enim jam suffixum? sed) *observabant.* aliud ergo οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν. Lucæ c. 22. v. 63. aliud istic οἱ τηροῦντες. Sic Thucydides l. 4. Τηρήσαντες νύκτα χειμέριον ὕδατι καὶ ἀνέμῳ, ἅμα ἀσέληνον. *Observatâ, sive captatâ, nocte qadam pluviâ ventoqe procellosâ, ac illuni.* Idem lib. eod. Μάλιστα δ' ἐτήρουν ἀνέμῳ καταφέρεσθαι. *Observabant autem cum primis, qi possent vento devehi.* Et rursus: ἐτήρουν τὴν παρέλευσιν. *Brasida adventum observabant.* Et l. 5. Τηρήσαντες αὐ-

A τὰς γυμνοπαιδίας. *Observantes qo tempore ludos gymnicos exercebant.* Sic & Sophocles Oedip. Reg.

> — Καί μ' ὁ πρέσβυς ἀπ' ὄχου
> Ὄχου παραστείχοντα, τηρήσας, μέσον
> Κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο.

ita enim interstingvenda sunt illa; secus qam in editis.

> — *Vehiculo me descendentem senex*
> *Simulac conspexit; observans, medium caput*
> *Ferri geminato vulneravit impetu.*

vel,

B
> *Geminâ flagello cuspide instructo icerat.*

utroqe enim modo interpretantur scholia. at lectio vulgata habet, τηρήσας μέσον κάρα, διπλοῖς, &c. ac si *caput observasse* diceretur, qo modo Græci Interpretes, Gen. c. 3. v. 15. αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν· καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν. Et Vetus Lat. *Ipse servabit caput tuum: & tu servabis ejus calcaneum.* qo tamen loco qidam codices τηρήσει, & τηρήσεις exhibent: qod ad veritatem Hebraicam propius accedit. Cæterum voluit Tragicus, Lajum, non Oedipi *caput*, sed Oedipum ipsum observasse, qâ ratione utiqe obsistere imparatum

C impotemqe potissimum adoriretur, qaqe parte, vulneri maximè pateret. Apud Plutarchum de curiosit. ἀλετρίβαι, exponuntur, οἱ τηροῦντες τῶν μυλῶν τὸν ψόφον, *qi molarum strepitum observabant*, qo clanculum molentes apud Magistratum deferrent. De Plutarcho Gellius Noct. Attic. l. 2. c. 9. Nimis minutè, ac prope etiam subfrigidè in Epicuro accusando λέξιν τηρεῖ. Ita Latinis qoqe non *observare* tantum, sed & *servare* usurpatur. Terent. Andr. 1. 1.

> — *Observes filium, qid agat.*

D Et ibidem 2. 5.

> *Herus me relictis rebus, jussit Pamphilum*
> *Hodie observare.* —

Plautus Menæch. 1. 2.

> *Malo cavebis, si sapis; virum observare desines.*
> *Atqe adeò, ne me neqiqam serves, ob eam industriam*
> *Hodie adducam scortum ad cœnam, atqe aliqo condicam foras.*

Qod post ibid. 5. 2.

> — *Qoties monstravi tibi, viro ut morem geras?*
E
> *Qid ille faciat, ne id observes; qo eat; qid rerum gerat.*

Idem Asinar. 4. 1.

> *Tuus servus servet, Veneri eas det, an viro.*

Idem Milit. 2. 3.

> —— —— *Serva istas fores,*
> *Ne tibi clam se subterducat istinc.*

Idem Aulul. 2. 7.

> —— *Ego intervisam, qid faciant coqi:*
> *Qos pol ut ego hodie servem, cura maxima est.*

Et Curcul. 4. 2.

F
> *I pra, Virgo; non qeo, qod pone est servare.*

Naso Metamorph. l. 1. de Argi luminibus,

> *Catera servabant, atqe in statione manebant.*

Sed & Hebræi pariter τῷ שמר usurpant. Hymno. 56. v. 7. de insidiantibus sibi (qos versu 3. & alibi sæpe שוררים qasi *speculatores suos vocat*) *Conveniunt, delitescunt,* שמרו *servant*, i. observant, *vestigia mea, dum expetunt vitam meam.* ubi LXX πτέρναν μου φυλάξουσι. Nec aliter, licet in meliorem partem, ceperim, qod Parœm. c. 24. v. 12. legitur. Si dixeris, *Ignoramus istud,* הוא ידע הלא תכן

G לבות הוא יבין ונצר נפשך. *An non qi corda appendit, intelliget? Et qi animam tuam servat,* i. observat, *dignoscet?* תכן & נצר eodem spectant. Deum, inqit, qi corda hominum appendit & observat, qî potest qidqam, qod qis intra se cogitat, latere? Huc spectare videtur & illud Parœm. c. 7. v. 10. נצרת לב *mulier corde observata, animo circumspecta.* Jun. Ego malim *anima observatricis, indagatricis.* activam enim significationem obtinent qandoqe participia illiusmodi. qo modo & λελογισμένος Græcis, & qod huc respondet, *consideratus* Latinis. Qin & aliis arbitrandum relinqo, an non apud Jobum c. 7. v. 20. נצר האדם *hominum non tam conservator, qam observator,* eadem ratione Deus dicatur. ita certe ego cum Piscatore malim; *qi custodis instar observas, qid agant homines; ita ut te nescio*

nihil

nihil boni vel mali agere possint, qam cum Junio; qi *pro bonitate tuâ servas, & administrationem salutis tibi uni vindicas.* & congestioni Jobicæ illud convenit magis; qi & idem cap.14. v. 16. qiritatur, *numerare Deum gressus suos, & peccata ipsius observare.* qo tamen loco verbum שׁמר adhibetur.

Qomodo avtem Hebræi נטר sive נצר & שׁמר ἐκ παραλλήλου in hoc sensu usurpant: ita τὸ τηρεῖν & φυλάττειν cum compositis ab utroqe orti Græci. Galenus de affect. propriis dignosc. & cur. c. 6. Ὕστερον δὲ καὶ χωρὶς παιδαγωγῶν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιτηρῶμεν αὐτοὶ καὶ παραφυλάττωμεν. ἐπιτηρῶμεν forsan & παραφυλάττωμεν. *Post absqe pædagogis, observemus & custodiamus ipsi nosmetipsos*, & ibid. Τὸν ἐπιτηροῦντα καὶ παραφυλαττόμενον τὰς ἰδίας ἁμαρτίας. *Eum qi peccata propria observat & advertit.*

CAPUT XVIII.

Εἰς εἰρήνην ὑπάγειν, πορεύεσθαι. Hebraismus. Duplex formulæ hujus usus Hebræis. dimissionis amicæ, ominationis faustæ. *4. Reg. 5. 19. expenditur. ἐρωτᾶν τινὰ εἰς εἰρήνην, salutare. ἐρωτᾶν τὰ εἰς εἰρήνην, nunc* de pace percontari, *nunc* pacem apprecari, *nunc* poscere. *Jer. 15. 5. πορεύεσθαι εἰς εἰρήνην, Jud.18.6.* proficisci ad pacem. *i. prosperum successum. Bezæ verba à Pfochenio mutilata. formula ipsa peculiaris in Hebraismo, non mera præpositionum enallage attenditur. ἐν in exemplis Pfochenianis non παρέλκει. Ubi abest, ellipsis est. Evphronis senarius restituitur. Vossii elogium. Verba Hymni 17. 13,14. expenduntur. Jairus Decaplorum avtori perperam citatus. Pleonasmus ἐν ex Hebraismo. ὁμολογεῖν ἐν τινι, cuinam respondeat.* ב *&* ל *Hebræis sæpe redundant. inde ἐν παρέλκει toties Interpretibus Græcis. Svidas suspectus. ἀξιοῦν cum inde natis priscis Græcis ignotum. αἰνεῖν τῷ κυρίῳ, ὁμολογεῖν ὀνόματι αὐτοῦ, meri Hebraismi. Esaia 45. 23. ex Rom.14.11. & Phil.2.11. explicatur. ὀμνύειν ἐν τινι, & ἐπί τινι, Hebraismi. item προσκόπτειν ἐν τινι, pro* re aliqa offendi, in rem aliqam impingere. *aliud* meridie. *&* in plateis impingere. In portu impingere, *diversimodè acceptum. σκανδαλίζεσθαι verbum priscis Græcis vix cognitum. & formula illa σκανδαλίζεσθαι ἐν τινι, multò minus. Ἐν pro per, usitatissimum Hebræis, fatetur Pfochenius, Græcis non probat. exemplorum alterum non patiat; alterum qod vult ipse, non exhibet.*

DE præpositionum εἰς & ἐν usu nonnulla locis diversis profert Pfochenius, qæ pro *Hebraismis* haberi nolit. Ac primò, occurrit crebrò in sacrâ paginâ populis orientalibus familiaris oppidò formula לך לשׁלום qod Græci interpretes reddunt, *πορεύου εἰς εἰρήνην*. idqe etiam ibi, ubi Hebræi habent בשׁלום ad verbum, *ἐν εἰρήνῃ*, *in pace*. sic enim reddiderunt, לך בשׁלם Reg.l.1. c. 20. v. 13. *πορεύου εἰς εἰρήνην*. & Reg.l.2. c. 15. v. 9. *Βάδιζε εἰς εἰρήνην*. Scriptores avtem Evangelici, nunc *πορεύου εἰς εἰρήνην*. atqe ita Lucas c.7. v.50. & c.8. v.48. nunc *ὕπαγε εἰς εἰρήνην*. Et sic Marcus c.5. v.34. In hâc avtem formulâ cum εἰς pro ἐν sumi videatur; inde Vir doctus sect. 71. *non esse Hebraismum* contendit, qia *præpositiones illæ εἰς & ἐν apud Græcos etiam priscos*, poetas maximè, *secum invicem permutentur*. Verùm nec hoc sufficit ad evincendum, formulam ipsam non esse lingvarum Orientalium idiotismum.

Usus formulæ (qod obiter monere visum est) duplex est. vel est enim *amicæ* ac pacificæ *dimissionis*; & sic usurpatur Exod. c.4. v.18. Reg. l.1. c.1. v.17. & c.20. v.42. Vel etiam *faustæ ominationis*, ut Judic. c.18. v. 6. illo avtem sensu, non & isto, accipiendum videtur, Regum l.4. c.5. v. 19. ubi Naamanem Syrum dimittendo, Elisæus formulâ istâ usus perhibetur; neqe necesse est, ut vel *v*aticinio sanctum eis verbis Naamanis postulatum comprobasse concedamus; vel ut ambagibus nescio qibus, qd insinuare voluerit, designemus; cum simpliciter exponi possit, *& valedixerat illi*, de Naamanis postulatis impræsentiarum dis-

A serere non est animus, non possum interim eis assentiri, qi Naamanem in eo excusatum eunt, de qo ipse veniam deprecando, culpæ affinem sese nevtiqam diffitetur: & eis multo minus, qi de tempore præterito exponi postulant verba illa בהשׁתחותי ac si diceret, *qod incurvaverim me in templo Rimmonis, dum Regem dominum meum eò fuerim comitatus*. in qam tamen sententiam concessisse video è popularibus nostris viros insignes, Tho. Cartvrigtum, Rob. Dunngamum, & Tho. Godvinum de ritibus Judaic. l. 4. c.7. Ut enim nihil dicam, etiamsi particula ב de præteri-
B to usurpatum reperiatur, qandoqe; ut in Hymnorum 52 & 54 titulis, בבוא *cum venisset*, & Esai. c.28. v.9. בחלותו *cum ægrotasset*; rarius tamen id fieri: rem ipsam si spectemus, frigidum nimis videtur, Naamanem, qi idololatra ipse hactenus fuerat, nec minùs qam Rex ipse, qem assectabatur, Rimmonis cultui addictus, de eo duntaxat veniam poscere, qod dum Regi inter sacrificandum obseqium præstaret, coram idolo illo se incurvasset. Non desunt qi de formulis duabus illis לך בשׁלום & לך לשׁלום ita distingvant, ut לך בשׁלום *vade in pace*, de non redi-
C turo; לך לשׁלום *vade ad pacem* de redituro dicatur. Verum istud nec ex formularum ipsarum notione peculiari aliqâ elicitur; nec ea earundem usu perpetuo firmatur. Jethronem certè cum Mosem generum formulâ illâ à se dimisit, Exod. c. 4. v. 18. rediturum ad se non expectasse havd liqet; præsertim cum ad suos invisendos tantum iter illud instituisse se profiteretur.

Cæterum huic formulæ affinis est illa שׁאל לשׁלום Reg. l.1. c.10. v.4. & c.17. v.22. & c.30. v.21. & l.2. c.8. v.10. qod Græci verterunt *ἐρωτᾶν εἰς εἰρήνην*, & *ἐρωτᾶν τὰ εἰς εἰ-*
D *ρήνην*, pro eo qod est simpliciter *salutare*. qanqam aliud est שׁאל לשׁלום & *ἐρωτᾶν τὰ εἰς εἰρήνην*. Reg. l.2. c. 11. v. 7. *de pace*. i. salute ac prosperitate alicujus, *percontari*. & aliud rursus שׁאל שׁלם Hymn.122. v.6. qod etiam Græci *ἐρωτᾶν τὰ εἰς εἰρήνην* vertêre, *pacem*. i. incolumitatem & tranqillitatem alicui *apprecari*. & *ἐρωτᾶν τὰ πρὸς εἰρήνην*. ubi Syrus בְעא על שׁלמא *ea qa pacem spectant*, vel simpliciter, *pacem poscere*. Luc. c.14. v.32. illud enim Jerem. c.15. v.5. מי יסור לשׁאל לשׁלום לך qod Græci verterunt, *τίς ἀνακάμψει εἰς εἰρήνην σοι*; Hieronymus, *Qis ibit ad rogan-*
E *dum pro pace tuâ?* Tigurin. *qis secedat, ut pacem tibi petat?* malim priore modo interpretari, *qis secedat de pace tuâ*, vel *de pace te, percontatum*. i. salutatum te; ut rectè Vatablus. cui consentiunt Junius & Piscator. has avtem formulas lingvæ Græcæ non esse *ἐπήλυδας, peregrinas*, sed *ἐγχωρίους, vernaculas*, vix est ut eruditum qenqam pronunciaturum possim credere.

Qin & in formulâ illâ לך לשׁלום *πορεύου εἰς εἰρήνην*, ubi *faustæ ominationis* cavsâ usurpatur; idemqe valet, qod Reg. l.3. v.22. v.15. עלה והצלח *ascende & prosperare*, prout ad-
F hibetur Judic. c.18. v.6. ambigi potest, an τὸ εἰς pro ἐν ponatur. cum possit *αὐτοτελῶς* exponi, *vade ad pacem* i. e. pacem sive prosperos successus habiturus. ita enim *pax* in hâc formulâ necessario sumitur, Hebræorum & Hebraizantium more, pro fausto scilicet prosperoqe successu. alioqi qomodo pacem eis polliceretur, qi ad belligerandum, aliosqe occupandos consultò proficiscebantur?

Non tam itaqe de præpositionum harum permutatione vicissitudinariâ, qam de phrasibus formulisqe, in qibus id fit, controversia instituenda fuerat.

G Nam qod Sect.93. de præpositione εἰς pro *ad*, & *adversus* usurpatâ disserit: qi pro Hebraismo habuerint, nec ipse commemini, nec nominat qenqam Pfochenius. transeat ergo. Bezæ tamen injuriam aliqam facit, dum expunctâ voculâ *usitatius*, Gazæ regulam illam ex Bezæ Annotatis citat, qâ εἰς *de inanimatis*, *de animatis* πρὸς usurpari perhibetur.

Seqitur alter præpositionis ἐν præcipuè usus, qâ *παρέλκειν* ea Pfochenio censetur, Sect. 47. qod mihi secius videtur. neqe enim *παρέλκει* magis ἐν in Evripideo illo.

Στρατηλατήσω κλεινὸς ἐν κλεινῷ δορί.

Imperator ero inclytus cum inclyta hasta.

qam, *cum* in Ciceroniano illo, in orat. Milonianâ; *esse cum*

zelo

telo hominis occidendi causâ lex vetat. qod & Pfochenius ipse videtur agnoscere, qum vertit,

Imperator ero cum inclytâ hastâ.

Sed nec in Hesiodio illo Ἔργ. n.636.

— νηῒ ἤλυθ' ἐν νηῒ μελαίνῃ.

Huc venit cum navi nigra.

qam in Maroniano illo Æneid. l.4.

Æneas celsâ in puppi jam certus eundi.

neqe enim metri rationem, positum postulasse præscribetur. qæ in Euphronis versu, qi & istic citatur, ne senarius syllabâ prolixior justo evadat, (qod obiter sit monitum) B Διφθερῶν pro Διφθερίας legendum postulat. Verùm non esse formulas pleonasticas istiusmodi, in qibus præpositio illa expressa habetur, sed esse pticas potiùs in qibus ea desideratur, multis ostendit clarissimè Vir Cl. Vossius in Commentariis Grammaticis illis luculentissimis, lib. *de construct.* cap. 46. 47, 48 & 56. cujus ego hic in parte lucubrationibus si qid adjiciam, *Crasi thesavris teruntium addere* meritò existimer. In hâc avtem ellipticorum classe collocandum videtur (qod in transitu notare visum est) illud Psaltæ Hymn. 17. v. 13. חרבך *gladio tuo*, pro בחרבך nec avdiendi videntur, qibus ellipsis ista minus observata imposuit, Tigurinus & nostri, (licet Jairum, Camium & Esdraidem, avtores magnos, hic secuti) qum vertunt, *Qi est gladius tuus.* Sed & qod ibid. v. 14. legitur ידך *manu tuâ.* vers. 7. ימינך ἐν τῇ δεξιᾷ σου, *dextrâ tuâ*, sive *per dextram tuam*, plenius expressum reperitur. neqe enim possum probare, avt qod Camius, *consurgentes contra dextram tuam*; qod tamen Græci secuti sunt; avt qod Esdraides, *qi confidunt in dexterâ tuâ*, qod Junius etiam admisit, à qo utroqe istic discedit Jairus, & cum מושיע non cum C D חוסים conjungit τὸ בימינך secùs qam Decaplorum avtor eruditissimus exhibuit. Ex qo etiam Obadiam illustrem discimus in eandem nobiscum partem concedere. Sed nec eos magis avscultandum avtumem, qi versu illo 14. vertunt, *viros, qi sunt manus tua.* qod nihilominus, post Camium & Esdraidem, amplexi sunt Vatablus & Tigurinus, sed & nostri; qi tamen versionem alteram illam, qæ mihi sanior habetur, in margine utrobiqe repræsentarunt; contra qam Genevenses, qi in contextu eam, qam nos tuemur, exhibuerunt, alteram in margine adscripserunt. Jairus enim in hâc clavsulâ nugatur planè; sicut in priore Avgustinus. Ellipsin eandem videre est. Hymn. 60. v. 5. & E 108. v.6. item Hymn. 78. v. 9. רומי קשת pro בקשת jaculantes arcu. qo modo & Jerem. c. 4. v. 29. qod eò magis observo, qia ellipses istæ sunt Hebræis minus, qam avt Græcis avt Latinis freqentes.

Cæterum aliæ sunt formulæ, apud sacros scriptores freqentissimæ, qas Pfochenius istic havd attingit, ab Hebræis mutuatæ, in qibus manifestus ב ἐν pleonasmus deprehenditur. Ex his est illud ὁμολογεῖν ἐν τινι, *confiteri in aliqo*, F pro eo qod est, *aliqem publicè asserere, palam agnoscere.* Matth. c. 10. v. 32. Πᾶς ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου. *Qisqis confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo.* qod & idem ferè Lucæ c. 12. v. 8. reperitur. Syrus utrobiqe, אודא בה & תודא בי ut enim omittam τὸ ὁμολογεῖν, de personâ agnoscendâ avt asserendâ vix reperiri usurpatum. ὁμολογεῖν ἐν τινι eodem sensu sumptum, est ab usu Græco magis multo alienum. itaqe ἐν loco τοῦ ὁ ἐπὶ adhibitum volunt; ut respondeat, vel Hebraico G על Nehem. c. 9. v. 2. ויתודו על-חטאתיהם *Et confessi sunt super iniqitatibus suis*, sive simpliciter *iniqitates*. qod Beza vult. vel Hebraico ב ut Hymno 87. v. 3. נכבדות מדבר בך *gloriosa prædicantur in te.* i. e. de te; qod Piscatori magis placet. ut sit sensus, *qi confitetur de me*, esse me scilicet Dominum suum; *de illo confitebor ipse*, esse eum utiqe discipulum meum. ego ex lingvæ Hebraicæ usu, (in qâ ב creberrimè παρέλκον deprehenditur) simpliciter sumendum existimo, ac si ὃς ἂν ἐμὲ καὶ αὐτὸν ὁμολογήσω diceretur, *qi me palam agnoverit, ac professus fuerit*, &c. Qomodo Apostolus dixit ad Rom. c. 10. v. 9. Ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν. *Si Christum Jesum ore tuo confessus fueris.* Redundare certè sæpenumerò particulas illas ב & ל liqidò constat. Ita enim Jobi c.16. v.10. פערו בפיהם *distendunt in ore suo.* pro qo simpliciter ibid. c. 29. v. 23. פיהם פערו *os suum distendebant.* Nehem. c. 9. v. 19. ביומם qod alibi passim יומם *interdiu.* Jonæ c. 3. v. 5. ויאמינו באלהים & *crediderunt in Deo.* i. Deo, verbo Dei comminatorio fidem habuerunt. Hymni 82. v. 8. כי אתה תנחל בכל-הגוים & Græc. Ὅτι σὺ κληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. *Qia tu possides in omnibus gentibus.* i. possides omnes gentes. Piscator, post Jairum; qi exponit simpliciter תנחל הגוים & Esdraidem, qi ב hic נוסף esse adnotat: pront & Parcem. c. B 9. v. 5. לחמו בלחמי *comedite in pane meo.* i. panem meum. Φάγετε τῶν ἐμῶν ἄρτων Græc. & Chald. רכולו לחמי & ibid. שתו ביין *bibite in vino.* i. vinum, *qod miscui.* Et נחל hic esse verbum יחצא i. e. transitivum, qomodo Zech. c. 2. v. 12. ונחל *& possidebit Jova Judam portionem suam.* Et Exod. c. 24. v. 9. ונחלתנו *& possidebis nos.* qanqam Abrahum idem comment. in Parcem. c. 9. ait in eis ביין & בלחמי *Beth* poni loco *Mem*, sicut & Levit. c. 8. v. 32. & c. 14. v. 18. ubi והנותר בבשר ובלחם & rursus שכן *qod residuum fuerit in carne, pane, oleo*, dicitur, pro *ex carne, pane, oleo.* uti C ibidem planè enunciatur, c. 6. v. 16. & c. 7. v. 17. ut sit, *comedite in pane, bibite in vino*, pro, *ex pane*, & *vino.*

Cæterum particularum istiusmodi, ubi sic redundant, usum qo exprimant Hebraisantes Græci, à syntaxi Græcâ non rarò abscedunt. Sic Deuter. c. 28. v. 60. ודבקו בך καὶ κολληθήσονται ἐν σοί. Et Reg. l. 4. c. 5. v. 25. תדבק בך κολληθήσεται ἐν σοί. *adhærebit in te*, pro tibi. Et ibid. c. 3. v. 3. בחטאות דבק ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ἐκολλήθη, *adhæsit in peccatis*, pro, peccatis, simpliciter. Zech. c. 3. v. 2. יגער בך D ἐπιτιμήσαι ἐν σοί. qod Judas Apost. v. 9. Græcè magis, Ἐπιτιμήσαι σοι, *Increpet te.* Sic Annal. l. 1. c. 5. v. 25. וימעלו באלהי καὶ ἠθέτησαν ἐν τῷ Θεῷ. *Et qum prævaricati essent in Deum.* Reg. l. 4. c. 18. v. 7. & c. 24. v. 20. וימרד במלך καὶ ἠθέτησεν ἐν τῷ βασιλεῖ. *Rebellavitqe in Regem.* Et v. 1. ἐν αὐτῷ. Ibid. c. 1. v. 1. ויפשע מואב בישראל ἠθέτησεν ἐν Ἰσραήλ. *Et defecit ab Israele.* Annal. l. 2. c. 10. v. 19. ויפשעו בבית Δ. ἠθέτησεν ἐν τῷ οἴκῳ Δ. pro qo eodem, Reg. l. 3. c. 12. v. 19. ἠθέτησεν εἰς τὸν οἶκον. Sicut & ibid. l. 4. c. 18. v. 20 מרדת בי ἠθέτησας εἰς ἐμέ. Ezech. c. 2. v. 3. פשעו בי ἠθέτησαν ἐν ἐμοί. Et sine præpositione, E Reg. l. 1. c. 8 v. 50. פשעו בך ἠθέτησαν σοι. cum tamen τὸ ἀθετεῖν, prout & in Novo passim instrumento, Marc. c. 6. v. 26. & c. 7. v. 9. Luc. c. 7. v. 30. & c. 10. v. 16. Joan. c. 12. v. 38. Cor. Ep. 1. c. 1. v. 19. Gal. c. 2. v. 21. Thes. Ep. 1. c. 4. v. 8. Tim. Ep. 1. c. 5. v. 12. Hebr. c. 10. v. 28. Jud. v. 8. non nisi accusativum, in qem transeat, admittat. nam qod Suidas ex avtore incerto affert, Κατάρχων μὲν ἠθετήσαντος τοῦ πλημμελήματος. *Incipiens qidem, & illud andax facinus improbans.* mihi certè, sicut apud eundem, alia havd pavca, suspectum est. qin & τὸ ἀθετεῖν ipsum, indeqe enata ἀθέτησις & ἀθέτημα, qorum illud ad Hebr. c. 7. v. 18. & c. 9. v. 26. hoc apud LXX. Reg. l. 3. c. 8. v. 50. Annal. l. 2. c. 36. v. 14. & Jer. c. 12. v. 1. reperitur, vix avtumo apud priscum qenqam avtorem iri deprehensum. Nec aliud fuerint illa Annal. l. 2. c. 7. v. 3. הודו ליהוה qod Græci reddunt, ᾔνουν τῷ κυρίῳ. cum τὸ αἰνεῖν in hoc sensu casum qartum poscat. & ipsum illud ὁμολογεῖν, qod in *lavdis & celebrationis* significatu usurpatur, ad Hebr. c. 13. v. 15. ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, *nomen ipsius celebrantes*; & inde coalitum ἐξομολογεῖσθαι, Matth. c. 11. v. 25. & Luc. c. 16. v. 21. ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, *celebro, lavdo te, pater*, qi ab Hebraico verbi הודה usu tractum negaverit, qod τῷ ἐξομολογεῖσθαι ii LXX. plurimùm exprimunt, næ is frontem insigniter perfricuerit necesse est.

Nec est obiter observatu indignum, pro eo qod Apostolus ad Rom. c. 14. v. 11 πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. *Et mihi confitebitur omnis lingua.* qod & idem ferè ad Philipp. c. 2. v. 11. ἐξομολογήσηται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστός. *Omnisqe lingua profiteatur Jesum esse Christum.* apud Esaiam c. 45. v. 23. legitur, תשבע כל לשון *jurabit lingva omnis*, לי scilicet ex priore clavsulâ supplendum, *mihi. omne genus incurvabitur mihi, omnisqe lingva mihi jurabit*, i. e. jurejurando mihi sese obstringet. hoc est avtem qod Apostolus, *confitebitur Deo, & confitebitur Christum Jesum esse Dominum.* istud

istud est enim Dei Christiqe dominium agnoscere palamqe profiteri, cum eidem tanqam Domino Deoqe suo solenni sese juramento obstringunt. nec secus reddidisse LXX. ex Hieronymi commentario liqet.

Cæterum aliud est ישבע באלהים Esaiæ c. 65. v. 16. & loco proximè adducto בי נשבעתי qod est αὐτολεξεὶ, *in Deo jurabit*; & *in me juravi*, pro eo qod est, *per Deum*, & *per me* qod Sept. verterunt. Reg. l. 2. c. 19. v. 7. & l. 3. c. 1. v. 30. & c. 3. v. 8. ἐν κυρίῳ. & Jerem. c. 5. v. 7. ὤμνυον ἐν τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. *jurare per eos qi non sunt dii*. atqe ad eundem plane modum Evangelistæ. Matth. c. 5. v. 34. 36. Ὀμνύειν ἐν τῷ οὐρανῷ, ἐν τῇ γῇ, ἐν τῇ κεφαλῇ. & c. 23. v. 16, 18, 20, 21, 22. Ἐν τῷ ναῷ, ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ἐν τῷ δώρῳ, ἐν τῷ χρυσῷ, ἐν τῷ θρόνῳ, ἐν τῷ καθημένῳ, &c. *jurare in cælo, in terrâ, in capite, in templo, in altari, in dono, in avro, in solio, in insessore*, &c. pro *jurare per cælum, terram, caput, templum, altare, donum, avrum, solium, insessorem*, &c. sive ut Jacob c. 5. v. 12. ex Græcâ syntaxi, ὀμνύειν τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, *cælum, terram jurare*. qomodo & Latini, *Jovem lapidem jurare*. Favorinus apud Gellium l. 1. c. 21. nam prius illud, prout & illud Matth. c. 5. v. 35. εἰς Ἱεροσόλυμα. & qod Sept. habent Deut. c. 6. v. 13. ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῇ. Hebraismum plane resipiunt. nec suffecerit dicere, ἐν sæpenumero apud Græcos pro *per* usurpari. hoc enim est qod qæritur, utrum in jurandi formulis apud Græcos ἐν, εἰς, ἐπὶ de eo proferantur, per qem, vel, per qod juramentum concipitur. qod non facilè credo isti demonstratum.

Istis accenseri possunt & formulæ illæ προσκόπτειν ἔν τινι, & ἔν τινι σκανδαλίζεσθαι. nam cum προσκόπτειν λίθῳ, vel πρὸς τι sit usitatissimum, pro eo qod est *re aliqâ offendi*, vel *in rem aliqam impingere*, qomodo προσκόπτειν τῷ λόγῳ Petrus dixit, Ep. 1. c. 2. v. 8. i. e. *sermone offendi*. & προσκόπτειν τῷ λίθῳ, Pavlus ad Rom. c. 9. v. 32. & πρὸς λίθον, Matthæus c. 4. v. 6. & Lucas c. 4. v. 11. ex Hymno 91. v. 12. *ad lapidem offendere, impingere*, attamen ב Hebræorum qo explicent in formulis istiusmodi usurpatum במה יכשלו Parœm. c. 4. v. 19. *in qo impingant*, & וכשלו בם Esai. c. 8. v. 15. & Jer. c. 6. v. 21. *& impingent in illis*. Et Levit. c. 26. v. 37. וכשלו איש באחיו *& impingent in se invicem*; etiam ἔν τινι προσκόπτειν καὶ σκανδαλίζεσθαι, qandoqe dicunt. sic enim ad Rom. Pavlus idem c. 14. v. 21. Ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, *ad qod impingit, qove offenditur frater tuus*. alioqi προσκόπτειν ἔν τινι, sicut בצהרים כשלנו Esaiæ. c. 59. v. 10. *in meridio*, sive clarâ luce, *impingimus*. & vers. 14. כשלה ברחוב *impegit*, vel *corruit, in plateis veritas*: non tam *objectum circa qod*, ut loquntur, qam *adjunctum temporis*, vel *subjectum loci*, sive *negotii*, in qo impingitur, denotat. qo modo & in adagio Græco. ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν. *in portu impingere*. h. e. dum in portu adhuc consistit, vel dum portu egreditur. ita enim Fabius instit. l. 4. c. 1. *Pessimus est gubernator, qi navem, dum portu egreditur, impegit*. ut affine sit illi, *de limine offendere*, qo usus est Tertullian. adv. Valent. c. 3. sive, *in limine primo deficere*, uti Maro extulit: Æn. l. 6. Qanqam aliò illud qi trahant, nec de egressu primo, sed de à reditu ingressu usurpent, non desunt. Sic enim Gregorius Naz. in Tetrastich. 27.

Μηδὲν μέγ' εἴπῃς ἐν πλόῳ πρὸ πείρατος·
Πολλοὶ πρὸς ὅρμον ἐν πλόῳ ἔδυ σκάφος.
Jactare noli te ante subductam ratem:
Periere multi portus jam proximi.

Joannes Chrys. in Matth. orat. 15. Edit. Parif. pag. 181. B. Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ πολλή πάλιν ἡ λύμη ἢ γὰρ μετὰ τύφου, ἢ μετὰ κενοδοξίας ταῦτα ποιεῖς, ἵνα μηδὲ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς κερδαίνῃς· καὶ τί γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερον, ὅταν καὶ ἐν τῷ λιμένι ναυαγῇς; *Sed ibi qoqo etiam multa est perversitas & corruptela: aut enim cum fastu id superbia facis, aut ad gloria vanitatem, ut ne de bonis qidem operibus mercedem conseqaris. Qo qid infelicius credatur esse; cum in portus tranqillitate etiam naufragium pateris?* Nicephorus item Gregoras hist. Rom. l. 7. c. 3. Ὅτι χρονίας ἐλπίδας ἐς πέρας ἐληλυθυίας ἤδη, καὶ μονονουχὶ τῶν κόλπων ἐντὸς ὅλας ἀποφορτιζομένας καρποὺς ἐξαίφνης, ὡς εἰπεῖν, ἐν αὐτοῖς τοῖς λιμέσιν ἀνατετραμμένας τεθέαται. *Qod diuturna spei jam penè compos factus, omnem laborum suorum fructum in ipso portu effusum cerneret*. Et l. 9. c. 6. Μὴ πρὸς τὸ τῆς σπουδῆς ἀνύσιμον συμπέρασμα τὸ σκάφος αὐτῷ τῆς τύχης ἀνατραπείη, πάσας τὰς τῶν δρόμων ἐκείνων ἐλπίδας ὑποβρυχίους πεποιηκός. *Ne in ipso portu naufragium faceret, & omni spe destitueretur*. Sed hæc obiter, ad superiora revertimur. Sicut ad Rom. c. 14. v. 21. conjunxit Pavlus τὸ προσκόπτειν καὶ τὸ σκανδαλίζεσθαι, qæ duo verbo unico Syrus expressit מתתקל בה, ita τὸ πρόσκομμα καὶ τὸ σκάνδαλον post Pavlum ibid. v. 13. Petrus Ep. 1. c. 2. v. 8. pro eo qod Hebraicè apud Esaiam c. 8. v. 14. נגף ומכשול legitur: Syrus verò תוקלתא וכשלא reddidit, (nam apud Pavlum alterum tantummodò usurpavit) qæ utraqe eandem radicem agnoscunt. nam כשל unde בשל & כשלא est Hebræis *offendere, impingere*; indeqe litteris cognatis כ & ק, ש & ת permutatis ac transpositis, Chaldæis Syrisqe תקל unde תוקלא & תוקלתא ejusdem prorsus significationis. τὸ σκανδαλίζειν avtem & inde passivum σκανδαλίζεσθαι (nam de nomine alibi dicturi sumus) præterqam qod apud Apocryphos scriptores sæpius occurrit, Syrachid. c. 9. v. 5. & c. 23. v. 7. & c. 32. v. 16. etiam apud Spiritus sancti amanuenses identidem reperitur: idqe eâdem qâ supra diximus, compositione; ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. Matth. c. 11. v. 6. & σκανδαλισθήσονται ἐν σοί. cap. 26. v. 33. & ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. cap. 13. v. 57. Esse avtem Græcæ lingvæ nativas ac genuinas voces formulasqe istas, havd ita de facili nobis est probaturus Pfochenius; qum apud avtorem probatum neminem fuerint hactenus deprehensæ.

Sed ad aliam τοῦ ἐν usurpationem transimus. *usitatissimum est apud Hebraos* (Pfochenium avdis sect. 63.) *ut præpositio* ב *ponatur in significatione per. Et hanc significationem qoqe præpositio Græcorum* ἐν, *qa Hebræorum* ב *respondet, in novo testamento obtinet*. Hebr. c. 1. v. 1. ἐν τοῖς προφήταις *per prophetas*. & ἐν υἱῷ *per filium*. Johan. c. 3. v. 21. ἐν Θεῷ *per Deum. Sed eodem significatu usus est illâ particulâ Xenophon lib. de polit. Atheniens. dicens;* ἅτε ἐν παντὶ τῷ βίῳ *qasi per universam vitam. Et idem ibidem* οὐκ ἐν ἄλλοισι ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ. *non per alium aliqem, nisi per populum*.

Verum primò qæro à te, vir optime, an de Græcis possis dicere, qod de Hebræis protulisti. *usitatissimum apud hos, perinde atqe apud illos, esse affirmasti; & res qoqe ipsa*, inqis, *liqido ostendit*. At tu, cum hoc tibi probandum esset, duo tantùm exempla usus istius apud avtorem Græcum adduxisti; eaqe (si accuratiùs dispiciantur) qæ ad id, qo de agitur, evincendum, parum valeant. Neqe enim illud ἅτε ἐν παντὶ τῷ βίῳ *utpote* (non, qasi) *per totam vitam*, simile qicqam habet cum illis, ἐν τοῖς προφήταις, & ἐν τῷ υἱῷ, qum in istis ministerii ratio, in illo temporis spatium τῷ ἐν designetur. in alterius avtem loci verbis illis, Δεῖ ἀφικνουμένους Ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν, οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ; τὸ ἐν non necessario *per* significat; sed per *apud* reddi commodissimè potest. atqe ita vertit Levnclavius: *Athenas proficiscendum, cavssamqe agendam, non apud alios, qam apud populum*. Itaqe neqe à Pfochenio in hoc tmematio allata, πρὸς τὸ προκείμενον qicqam faciunt; neqe etiamsi facerent, τὸ ἀποφαινόμενον comprobarent.

CAPUT XIX.

Vocabula δύσφημα, vitabantur priscis. Βεβίωκε, βεβίωται. Fuit, Vixit, *pro defunctus est. Plutarchus a Cruserio perperam redditus, à Campensi haud integrè citatus. Thyaro, Apoc. 16. 17. De Milesiis Proverbium. Oratio in istis elliptica, qandoqe suppleta.* Non esse, *pro mortuum esse.* οὐκ ἔτ' εἶναι. *&* οὐκ εἶναι. *Latinis*, Nullus sum, *&* Nulla sum. *Donati argutia supervacanea.* οὐδείς ἐστι, & οὐδέν ἐστι, *Græcis, qod* Nihili est, *Latinis*. Non esse, *pro defunctum esse, Hebræorum potius qam Græcorum idiotismus: & ab illis Evangelista.*

CAstigat superstitiosulos illos Epictetus dissert. l. 3. c. 24. qi mortis mentionem facere, puta, Αὔριον ἀποθανεῖ, *Fieri potest ut cras moriatur*, de amico filio-

ve dicentem, τὸ δυσφήμων εἶναι existimabant. Et veteres sanè incessit, an insedit, qasi religio qædam, ut vocibus malè ominatis consultò abstinerent. Itaqe de defuncto qopiam ubi verba fieri contigerat, *vixit*, avt, *fuit* inqiebant. Sic Tibull. l. 3. eleg. 5.

Sev erimus, sev nos fata fuisse volent.

Plavtus *Trucul.* 1. 2.

Ita pene tibi fuit Phronesium. ——

Allusit eò & leno apud eundem Pseud. 1. 3.

Mortuus est qi fuit, qi est, vivus est.

Idemqe *Pers.* 4. 4

Omne ego pro nihilo esse duco, qod fuit, qando fuit.
Tanqam hominem, qando animam efflavit, qum eum qæras qi fuit.

Et mox.

— qid illum memorem, qi fuit?

Sed &, *vixit*, pari notione rationeqe dixere. Itaqe qod ille apud Plavtum *Capt.* 3. 3.

Nunc illud est, cum me fuisse, qam esse, nimiò mavelim.

Alter apud eundem *Bacch.* 1. 2.

Vixisse nimiò satius est jam qam vivere.

Idem Psevd. 1. 3.

Illicò vixit amator, ubi lenoni placet.

ubi Acidalius, pro *placet*, *ne placet*, mavult. Seneca *Epist.* 12. *Pacuvius, qi Syriam usu suam fecit, cum vino & illis funeris epulis sibi parentaverat, sic in cubiculum ferebatur à cænâ, ut inter plavsus exoletorum, hoc ad symphoniam caneretur, βεβίωκε, βεβίωκε. nullo non se die extulit. Hoc qod ille ex malâ conscientiâ faciebat, nos ex bonâ faciamus, & in somnum ituri, læti hilaresqe dicamus,*

Vixi, & qem dederat cursum fortuna, peregi.

qod Dido Virgiliana, *Æneid.* l. 4. Et mox: *Qisqis dixit, Vixi, qotidiè ad lucrum surgit.* Cicero *ad Attic.* l. 12. Ep. 2. *Homini non recta, sed voluptaria qærenti, nonne βεβίωται?* hoc est, qod Apostolus ad Tim. Ep. 1. c. 5. v. 6. Ἡ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε. *Qæ lascivia se dat, etiam superstes adhuc mortua est.* Idem alibi de se; *Sed mihi qidem βεβίωται.* Et de Catilinæ in conjuratione consortibus supplicio ultimo jam sublatis, *Vixerunt*: pro eo qod est, extincti sunt, qia *occisos* dicere odiosius videri poterat. qod narrans in *Cicerone*, Plutarchus, qi ἔζησαν reddidit, οὕτω δὴ, inqit, Ῥωμαίων οἱ δυσφημεῖν μὴ βουλόμενοι, τὸ τεθνάναι σημαίνουσι. nec tamen fideliter satis vertit ista Cruserius, *Ita Romani vitantes verbi atrocitatem interfectos significant esse.* qum de *mortuis* simpliciter usurpatum avtor ajat, verbiqe omen illos potius qam atrocitatem usurpatione eâ defugisse. Sed nec integrè lavdat doctissimus Dalechampius ad Plin. l. 28. c. 2. ubi sic refert, μὴ βουλόμενοι δυσφημεῖν, ἐξεῖναι λέγουσι τὸ τεθνάναι codicem utiqe vir eruditus consulere neglexit. qod monere visum, ne σφάλμα μνημονικὸν hic cuiqam fravdi sit. Εὐφημίας ejusdem rationem habuerunt, cum defunctos μακαρίτας, *beatos, felices* appellabant; & *beatum esse*, avt *benè habere* pro *defunctum esse* usurpabant. Plutarch. ad Appollon. Καλὰς ἐλπίδας ἔχειν σε δεῖ περὶ τοῦ μακαρίτου υἱοῦ σου, ὅτι τοῖς συγκατειλεγμένοις συνέσται. *Spes de filio tuo defuncto bonas habere te par est, qum horum in censum adscitus cum illis una futurus sit.* Julianus ad Hermogenem, à Budæo lavdatus; Ἐκεῖνος μὲν δὴ, ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο, κούφη γῆ. *At ille, qum vita functus sit, terra levis esto*, Synes. Epist. 36. Ἑνδεκάτῃ μηνὸς Ἀθὺρ, ὁ μακαρίτης Καστρίκιος, αὐτὸ ἦτο ἐγένετο. *Mensis Athyr die undecimo, Castricius hoc ipsum, qod dici solet, beatus factus* (hoc est, feliciter defunctus) *est.* Flaccus serm. l. 1. sat. 9. 27.

— havd mihi qisqam. (cognatorum scilicet superstes)
Omnes composui. felices. nunc ego resto.

Ammianus l. 25. de Juliano: *Anatolium qæsivit, qem cum beatum esse Sallustius respondisset, intellexit occisum.* qo forsan respexisse potuit & Persius, ubi de defuncto sat. 3. v. 103.

—— tandemqe beatulus alto
Compositus lecto. ——

Cæterum superiores illas formulas accedunt propius Maroniana illa, *Æneid.* 2.

Venit summa dies; —

A *— fuimus Troes, fuit Ilium & ingens*
Gloria Teucrorum. —

Et l. 11.

— potuit qæ plurima virtus
Esse, fuit. —

Et Catullianum illud de Phaselo, Epigr. 4.

Sed hæc prius fuere. —

qibus geminum esse observat D. Beza Apocalypticum illud c. 16. v. 17. Γέγονε. *Fuit* Babylon scilicet, qæ est loci illius mens genuina. Nec non παροιμιῶδες illud;

B Πάλαι ποτ᾽ ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.
Fuere qondam strenui Milesii.

Qod tractum censet Ang. Politianus *miscel.* c. 88. à senario illo, qo de se canere soliti senes Spartani,

Ἄμμες ποτ᾽ ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι.
Olim nos fuimus strenui juvenes.

Lavdat Plutarchus *in instit. Lacon.* & in tract. *de lavde sui.* Proverbium illud usurparunt, Anacreon, teste Zenobio, & Aristophanis Scholiaste, Aristophanes in Pluto 4. 4. Synesius Epist. 81. Polemon item Dionysium Sophistam
C perstringendo, referente, *in vitis Sophist.* l. 1. Philostrato, sed aliter pavlo efferens, verbo nempe ad emphasin majorem iterato,

Ἦσάν ποτ᾽, ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.
Fuerunt qondam, fuerunt strenui Milesii.

originem illi tribuunt havd unam; de qo videri possunt Zenobius, Apostolius, Scholiastes Aristoph. ex Aristotele Athenæus, l. 12. & ex Athenæo Evstathius ad *Iliad.* ω. usurpari rectè monet Svidas, ἐπὶ τῶν ποτὲ ἀκμασάντων, νῦν δὲ ἀσθενούντων, *de eis, qi olim viguerunt, nunc avtem*
D *imbelles facti sunt.* Itaqe in formulis istis, qod *fuisse* aliqando affirmatur, id jam adesse, avt existere amplius, tacitè negatur. Itaqe rectè Servius ad illud Maronis ex Æn. l. 11. *fuit*, i. e. *exhavsta & consumpta est.* Proinde pleniùs Aristophanes in *vespis*, allusione ad parœmiam illam factâ, senibus illudens,

Ὦ πάλαι ποτ᾽ ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
Ἄλκιμοι δ᾽ ἐν μάχαισιν·
Πρὶν ποτ᾽ ἦν, πρὶν ταῦτα· νῦν δ᾽
Οἴχεται γε. ——
E *Strenui ô qi qondam eramus in saltationibus,*
Strenuiqe in præliis.
Olim erant, olim ista, sed
Nunc abiere. ——

Evripides itidem, qi in *Medeâ* ἰδιωτικῶς,

Ἐρεχθεΐδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι.
Olim fuere fortunati Erechthidæ.

In *Hecubâ* idem explicatius,

Κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ᾽ ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμ᾽ ἔτι.
Olim fui qoqe ipsa, jam non sum amplius.

F Et in *Troad.*

Πρὶν ποτ᾽ ἦμεν·
Βέβηκεν ὄλβος· βέβηκε Τροία.
Qondam eramus:
Fælicitas abiit; abiit Troja.

Et Naso, *trist.* l. 5. *eleg.* 8.

Nos qoqe floruimus: sed flos fuit ille caducus.

Qemadmodum avtem *fuisse* pro *vixisse*, dicebant, qosqe vel *fuisse*, vel *vixisse* dicebant, hos volebant jam non ampliùs superesse: ita *non esse* qandoqe pro *mortuum esse* usur-
G pabant. de qâ formulâ sic Pf. chenius Sect. 37. Matth. c. 2. v. 18. ὅτι οὐκ εἰσί. Syrus ולא איתיהון *qoniam non sunt. subavdi, in vivis. videtur avtem*, inqit, *Evangelista expressisse Hebræum* איננו *vide* Gen. c. 37. v. 30. הילד איננו LXX τὸ παιδάριον οὐκ ἔστιν

Certe qi expressisse negaverit, qod Jeremiæ c. 31. v. 15. dictum est כי איננו oculos sponte clavsisse hunc, pronunciaveris fidenter. Sed & cur Syrum potius interpretem, qam vatem citat Hebræum, cujus verba lavdat Evangelista?

Verum non est tantùm, inqit, *Hebræi sermonis hic idiotismus. Eodem enim modo loqi amat Evripides, in Hippolyto coronat.*

— ἀπαλλαχθήσομαι
Βίου θανοῦσα· χαίρετ᾽ οὐκ ἔτ᾽ εἰμ᾽ ἐγώ.

—— *discedam*

— discedam ex hâc vitâ
Moriens; valete: non vivo ego amplius.

Ibid.

Ἱππόλυτος οὐκ ἔτ᾽ ἐστίν.
Hippolytus non amplius superest.

Et *in Alcest.*

Τέκνα, τέκν᾽, οὐκ ἔτι δὴ,
Οὐκ ἔτι δὴ μάτηρ σφῷν ἐστιν.
O liberi, liberi, non amplius jam,
Non amplius vestra mater superest.

Et *in Supplic.*

—— οὐκ ἔτ᾽ εἰσί σοι, μᾶτερ, τέκνα.
Non amplius tibi, mater, superstites sunt liberi.

Aristophanes etiam *Plut.* act.1. sc. 2.

—— οὐκ ἔτ᾽ εἰμὶ ἐγώ.
Nulla sum amplius.

h. e. intermorior, Qibus in Psochenii gratiam adjiciam senarium illum Aristophani in Ranis usurpatum, sed ex Evripidis *Oeneo* mutuatum, in qo etiam οἱ ὄντες *superstites*:

Οἱ μὲν οὐκ ἔτ᾽ εἰσίν. οἱ δ᾽ ὄντες κακοί.
Amplius enim isti non sunt: at qi sunt mali.

Possem qidem jure præscribere, formulam Evangelicam. & qæ in istis usurpatur, havd per omnia pariare; cum particula ἔτι, qod in his omnibus adjicitur, apud Evangelistam, sicut & in Hebræis illis, nulla existat. Sed Psochenio potiùs hic suppetias feram, & ex Thucydide exempla dabo, in qibus qum particula illa non compareat, cum phrasi Evangelicâ gemina facient. Apud hunc ergo l.2. Pericles in orat. funebri; Τῶν οὐκ ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοι ἔσονται. *Futura soboles qibusdam oblivionem inducet eorum qi non sunt.* h. e. qi defuncti sunt. Et paulo post. Τὸν γὰρ οὐκ ὄντα ἅπας εἴωθεν ἐπαινεῖν. *Eum qi non est,* i.e. mortuum, *lavdare qisqe solet.* Ubi Schol. τῶν μὴ ὄντων τῶν τεθνηκότων & τὸν οὐκ ὄντα, τὸν τεθνηκότα. Sed nec Latini a formulâ istâ abhorrent. Cicer. *ad Attic.* l. 12. Ep. 19. *Longum illud tempus, qum non ero, magis me movet, qam hoc exiguum, qod mihi tamen nimiùm longum videtur.* Cui affine est & illud Comicum, *Nullus sum.* &, *Nulla sum.* Plavt. *Mercat.* 1. 2.

Peris, nullus sum.

Et mox.

Vah mihi misero, nullus sum.

Et act.2. sc. 3.

—— nullus sum, occidi.

Terent. *Evnuch.* 5. 7.

Nullus sum.

Et *Hecyr.* 4. 1.

Peris, misera; nulla sum.

Ad qem Donatus; *Plus est nullum esse, qam periisse. nam qi perit, vel corpus habet reliqum: qi verò nullus est, ita est acsi natus non sit.* Argutè nimis. Ut enim nihil dicam, eos qi morte nos in eâdem conditione constitui, statuebant, in qâ eramus, anteqam in lucem prodiremus, (in qibus est & Seneca, qod ex ad *Lucilium* suum *Epist.* 54. liqet) corpus tamen à morte reliqum nevtiqam negasse: nec avt ille. cum ibi diceret, *Mors est, non esse*; aut alii qivis, cum *nullus sum*, vel, *non sum amplius*, dicebant, in nihilum plane redigi se eis vocibus volebant.

Cæterum, ut lingvarum rationes varias istic qoqe observemus, nec Græci hâc mente, sed aliâ prorsus qam Latini, *Nullus sum*, & *nullus est.* οὐδείς εἰμι, & οὐδείς ἐστι, dicunt, pro eo utiqe qod hi, *nihil sum*, & *nihil est*, dicerent. nec tam familiare Latinis est in sensu illo, *Non sum*, avt *Non est*; qam, *nullus sum*, &, *nullus est*: Nec tam freqens deniqe avt familiare est, vel Græcis, vel Latinis, soluti præsertim sermonis scriptoribus, *non esse*, pro defunctum esse, qam est Hebræis, apud qos nihil fere crebriùs occurrit. Genes. c.5. v.24. & c.42. v.13,32,36. bis. Job. c.7. v.8,21. & c.24. v.25. & c.27. v.19. Hymn. 37. v.10.36. & 39. v.14. & 59. v.13. & 103. v.16. Prov. c.12. v.7. Jer. c.31. v.15. Thren. c. 5. v. 7. Ezech. c.26. v. 21. & c.27. v.36. & c.28. v.19. ut horum potius qam illorum idiotismus meritò dici debeat. Nec ab exteris illa, sed à sacræ paginæ interpretibus sumpsit Evangelista; & ab

A Hebræis utrisqe qorum verba ipsa vel vertunt vel lavdant.

CAPUT XX.

Πεινᾶν καὶ διψᾶν τὴν δικαιοσύνην, qid sit Matth. 5. 6. Lucas cum Matthæo conciliatus. Paupertas & esuries, non simpliciter beatitudinis cavssa procreantes: sed ejusdem non necessariò
B *privativa Artemidorus à Psochenio frustra arcessitus.* Διψῶ. Ἄργος. πεινᾶν καὶ διψᾶν τὴν δικαιοσύνην; διψῆσαι ὕδατος, διψῆσαι Θεοῦ, *&* πρὸς Θεὸν, *meri sunt Hebraismi. Suida lacuna supplenda.* πεινᾶν καὶ διψᾶν, *ut Latinum* desiderare, *tam* carere, *sive* egere, *qam &* appetere. *Fontes sitiunt. Proverb. Lux hinc verbis Domini Joan. 4. 14. & 6. 35.*

C MAtth. c.5. v.6. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. *Beati qi esuriunt & sitiunt justitiam.* h. e. inqit, Psochenius. Sect. 64. μάκαρες τρὶς τετράκις, οἷς πάνυ μέγας ὁ τῆς δικαιοσύνης πόθος τε καὶ ἔρως ἐντέτηκεν. *qi maximo justitiæ tanguntur amore & desiderio. ponitur nimirum sitire pro valde desiderare. idem hoc Artemidorus notat, dicens;* τὸ μὲν γὰρ διψᾶν, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἐπιθυμεῖν. *Loquuntur avtem ita Hebræi. Psal.* 42. v. 3. נפשי לאלהים צמאה. LXX ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεόν. *Sitiens est anima mea Dei. Loquuntur ita etiam Græci; & Lucianus in Dialogo* Ἐρωτ. καὶ μοι σφόδρα διψῶντι τοιαύτης ἀνέσεως. *Et mihi valdè sitienti ejusmodi relaxationem. Et Cicero pro Planc.*
D *Sitientem me virtutis tuæ deseruisti.* Hæc ille. Qibus adjicere poterat Cyri dictum illud memorabile, qo animi liberalis & munifici affectum egregiè depinxit Xenophon *institutionis* suæ l.4. extremo. Ἀλλ᾽ ἔγωγε καὶ δίδωμι, καὶ χάριν οἴομαί σοι πλείω ἔχειν, ὅτι ᾔτησας, ἢ σὺ ἐμοί, ὅτι λαμβάνεις. οὕτως ἐγὼ ὑμῖν διψῶ χαρίζεσθαι. *Ego verò do tibi istud: majoremqe me tibi gratiam debere avtumo, qod petieris, qam te mihi, qod acceperis. adeò ego vobis sitio gratificari.* Et Ciceronis illud de Orat. l.3. *Pavllum, sitiens istarum artium, de qibus loqor, gustavi.* qod imitatus Gellius l. 12. c 2. *homi-*
E *nem avarum, & avidum, & pecuniæ sitientem* pro eo qod l.3.c.1. *pecuniæ* nunc *cupidum*, nunc *cupientem* dixerat.

Verum primò, de sensu loci illius in Evangelio ambigi non immeritò potest. Siqidem etsi cum veteres, tum & recentiores pleriqe in eâ, qæ hîc ponitur, mente sumant; non desunt tamen, (qod Mart. Chemnitius monuit, harmon. Evang. c.51. Et ex eodem Guil. Perkinsus noster, de serm. Dom. in monte.) qi interpretentur, vel *de eis, qi cum magno animi dolore vident, refrigescente charitate, abundare iniqitatem, ac ex vero meroqe zelo optant & qærunt*
F *justitiam. sev emendationem*: vel (qod magis probabile videtur) *de piis, qi in hoc mundo jus suum contra improborum calumnias & violentiam obtinere non possunt, sed coguntur esurire & sitire justitiam.* Certe Lucas c. 6. v. 21. de esurie loqitur corporeâ; οἱ νῦν πεινῶντες, *qi nunc esuritis.* esurie laboratis, possuntqe duorum Evangelistarum verba hoc modo commodissimè committi: ut utrumqe dixerit Christus, *Beati estis, qi, dum istic oppressi, esurire cogimini, justitiam vobis fieri adversus eos, qi vos opprimunt, frustra esuritis & sititis: futurum est enim ut & satiemini, & jus vestrum, qod*
G *tam anxiè, sed incassum, nunc qæritis, ad satisfactionem plenissimam obtineatis.* scopumqe Christi in præcedentibus esse, oppressos consolari, observat etiam Vict. Strigelius. Sic in prioribus, qos *pavperes Spiritu*, i. e. humiles, dixit Matthæus; *pavperes* simpliciter Lucas dixit. q.d. *Beati estis pavperes mundo, qi & spiritu pavperes simul. i. e. humiles, estis*: vel, *modò spiritu qoqe pavperes*, i.e. *humiles, sitis.* neqe enim pavpertati assidet semper humilitas. Scite Bernardus a *multi humiliantur, nec sunt humiles.* Ita pavpertas, & esuries non hîc considerantur, tanqam cavsæ beatitudinis, sed tanqam impedimenta ejusdem, qæ videantur, nec existant tamen. sensusqe salvatoris est, *Beati vos pavperes, & esurientes; non qod, sitis, sed qamvis sitis tales.* atqe hæc ob ter de sensu loci, & historiæ Evangelicæ consensu.

Deniqe

Denique Artemidori verba qod attinet, qæ è Stephani thesavro mutuatus videtur Psochenius: aliud plane sonant qam ipse censet: qod & avtore consulto facile animadvertisset. Sunt ex Scriptoris illius Ὀνειροκριτικῶν l. 1. c. 68. qo loco non refert is, qid τὸ διψῆν verbum significet, avt qomodo vocabulum hoc usurpetur: sed qid ipsum *sitire* sit. ait enim, *sitientem in somnis bibere, fausta indicationis esse. sitire verò, nec reperire qi sitim sedes, infauste*; nec pro voto ac cupiditate res successuras significare. qia nempe *sitis cupiditas est*, & τὸ διψῆν ἐπιθυμεῖν. atqi his verbis non magis indicatur metaphoricus vocabuli istius usus, qam Aristotelicis illis *de animâ* l. 2. c. 3. πεῖνα δὲ καὶ δίψα ἐπιθυμία, καὶ ἡ μὲν πεῖνα, ξηροῦ καὶ θερμοῦ. ἡ δὲ δίψα, ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ. *Fames autem & sitis concupiscentia, & fames qidem calidi & sicci; sitis autem frigidi & humidi.* avt Platonicis illis *polit.* l. 4. Ἐπιθυμιῶν τι φήσομεν εἶναι εἶδος, καὶ ἐναργεστάτας αὐτῶν ταύτας, ἥν τε δίψαν καλοῦμεν, καὶ τὴν πεῖναν. *Speciem aliqam cupiditatum esse dicemus, & harum ipsarum manifestissimas, qas sitim & famem appellamus.* qibus illi verbis rerum ipsarum naturam, non usum vocabulorum definiunt. poterat illud potius Hesychii adduxisse, Διψῶν, τὸ ἐπιποθῶν. unde Aristarchus voluerit δίψιον Ἄργος Homero dictum, non qasi ἄνυδρον, *aqarum inopia laborans*, qod Hesiodo dicitur, sed qasi πολυπόθητον, *valde desiderabile.*

Denique ut detur τὸ πεινῆν καὶ τὸ διψῆν pro ἐπιθυμεῖν σφόδρα non esse Hebraicæ lingvæ peculiaria; (qod an qisqam dixerit, mihi planè incompertum est.) sed Græcis etiam Latinisqe avtoribus usitata. at formula illa πεινῆν καὶ διψῆν τὴν δικαιοσύνην, pro *justitiam* (qoqo modo sumas) *esurire & sitire*; eaqe itidem, qæ ex LXX adducitur, διψῆσαι τὸν Θεὸν & πρὸς τὸν Θεόν. Hymn. 42. v. 2. & 63. v. 2. pro *Deum sitire*. Et illa insuper Exod. c. 17. v. 3. διψῆσαι ὕδατι, pro *aqam sitire*; qibus illi συντάξει τὸ ל Hebraicum exprimere voluerunt; sunt ab usu Græcorum planè alienæ. qi Θεοῦ, ὕδατος, καὶ δικαιοσύνης πεινῆσαι καὶ διψῆσαι dicerent, qomodo & ἐπιθυμῆσαι & ὀρέγεσθαι; Sic enim Homerus Odyſ. ο. v. 137.

Σίτου δ' οὐκέτι φῆ πεινήμεναι,

Cibum amplius esurire, sive, *desiderare, se negabat.*

Pindarus *Nem.* 3.

Διψῇ δὲ πρᾶγος, ἄλλο μὲν ἄλλου.

Desiderat avtem res alia qidem aliud.

i. e. ut Schol. Ἐπιθυμεῖ ἄλλο μὲν ἄλλο πρᾶγμα. rectè. subjungit enim,

Ἀεθλονικία δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν

Φιλεῖ.

Certaminum victoria verò maxime cantum

Amat.

ut διψῆν idem sit, qod φιλεῖν. nam appetimus, qæ diligimus. Aristot. *de cal.* l. 2. c. 12. Διὰ τὸ φιλοσοφίας διψῆν. *eo qod philosophiam sitiat*, vel, *philosophiæ sitiens sit.* Xenoph. in *Sympoſ.* pag. 886. A. Αἰσθάνομαι δὲ καὶ τυράννους τινὰς, οἳ οὕτως ἂν πεινῶσι χρημάτων, ὥστε ποιοῦσι πολὺ δεινότερα τῶν ἀπορωτάτων. *Animadverto & Reges qosdam esse, qi esuriunt divitias, ut longe graviora committant qam homines maxime inopes.* Plato *polit.* l. 8. de civitate Democratica, πόλις ἐλευθερίας διψήσασα, *libertatem sitiens*, i. e. avidè expetens, *civitas.* Plut. *de tranq. coerc.* Τροφῇ μὲν ὁ πεινῶν κατὰ φύσιν χρῆται· τιμωρίᾳ δὲ, ὁ μὴ πεινῶν, μηδὲ διψῶν αὐτῆς. *Alimento qidem esuriens naturaliter utitur; supplicio verò, qi illud nec esurit, nec sitit.* Clem. *Pædag.* l. 2. c. 10. Διψῶσα τίκτειν ἡ ὑστέρα παιδοποιίας προσίεται τὴν σποράν. *generationis sitiens*, sive *appetens, uterus, semen admittit.* Demosthenes apud Svidam. διψῶ δὲ τιμωρῆσαι *ulcisci eum sitio*, ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμῶ *cupio, appeto.* nam qod Svidas idem, Διψῶ, αἰτιατικῇ, τὸ ἐπιθυμῶ. Διψῶ, *sitio, cum accusativo, vehementer cupio.* respexit, puto, & adjecerat, qod jam intercidit, locum illum ex versione Græcâ Hymn. 63. v. 2. Ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. *sitivit te anima mea.* hujus enim avt gemini alicujus loci, interpretamentum sunt, qæ in Svidæ codicibus statim attexuntur. qale & διψῶ τοὺς λόγους. qod ex avtore innominato affert Favorinus.

Verum obiter hic alia notanda verborum πεινῆν καὶ διψῆν significatio. qemadmodum enim Latinis verbum *desiderare*,

A tam *carere*, sive *egere re aliqâ*, qam & *cupere*, sive *appetere* significat; sic & πεινῆν Græcis. Apud Xenophontem *instiut.* l. 7. de Hyrcanis Cyro Artabazus: πρῶτοι ἡμῖν φίλοι ἐγένοντο, καὶ μάλα πεινῶσι συμμάχων. *Hi primi nobis amici facti sunt, cum auxiliarium valde esuriremus.* h. e. auxiliarium penuriâ multum laboraremus. Et est sane phrasis κομψοτάτη καὶ ἐμφαντικωτάτη, *venustissima & significantissima*, q. d. *tantâ auxiliarium laborabamus penuriâ; ut qemadmodum esurientibus qicqid se offert gratum est; ita qorumcunqe opem, atqe amicitiam oblatam amplecti, & beneficii loco habere,*

B *prompti admodum essemus.* Græcismum hunc imitatus est Apulejus lib. *de Deo Socratis*; ubi de divite imperito, *In suis divitiis inops, egens, pavper, vera beatitudinis, id est, secundæ vitæ & prudentiæ fortunatissimæ, esurit & sitit.* ubi *esuries* & *sitis*, non *desiderium* & *appetitum*: neqe enim boni veri is in istis est; sed *inopiam* & *egestatem* designant. Nec aliud sonat παροιμιῶδες illud à Cicerone usurpatum ad Q. Fratrem l. 3. Ep. 1. *Ipsi fontes jam sitiunt.* h. e. aqæ penuriâ laborant, aqâ destituuntur planè. Sed nec aliter accipiendum, qod Dominus Capernaitis. Joan. c. 6. v. 35. Ὁ ἐρ-

C χόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσει πώποτε. *Qi accedit ad me, nevtiqam esuriet: Et qi confidit mihi, nevtiqam sitiet unqam.* neqe enim simplicitèr sumi potest, omnem deinceps pabuli cælestis sublatum iri appetitum. siqidem sitiebat Deum, & qi eum accesserat, eidemqe fidebat, vates, Hymn. 42. v. 2. & 62. v. 1. Verissimumqe est, qod sub sapientiæ personâ Sirachides c. 24. v. 24. Οἱ ἐσθίοντές με, ἔτι πεινάσουσι· καὶ οἱ πίνοντές με, ἔτι διψήσουσι. *Qi me comederint, esurient ampliùs: & qi biberint, amplius sitient.* Sed hoc velle videtur, nunqam fore, ut

D ad boni veri inopiam ac indigentiam denuò redigantur. qo sensu sumendum & qod mulieri Samariticæ idem Evangelii ejusdem c. 4. v. 14. Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. *Qisqis ex aqâ illâ, qam ego ei daturus sum, biberit, neqaqam sitiet in æternum.* h. e. nunqam penuriâ avt inopiâ aqæ cælestis laborabit deinceps. cujus ratio subjungitur: qia *aqa* utiqe, *qam illi dedero, fiet intra ipsum πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον, fons aqæ scaturientis ad vitam æternam.* intra se fontem cum perennem habeat, nunqam deerit, qod vitæ spirituali sustentandæ

E animæqe reficiendæ sufficiat. ejusmodi est enim *aqa* ista, qæ *reficiat nec deficiat* unqam, ut scitè Beda.

CAPUT XXI.

Participia passiva pro adjectivis in bilis *Hebræis usitatissima, teste Psochenio. Ne sit tamen* Hebraismus, *sed Græcorum ac Latinorum qoqe idiotismus, loca duo proferuntur, ex*

F *Homero alterum, alterum ex Virgilio. Homeri loco locus istic nullus. Homerus ratione non unâ à Psochenio depravatus; perperam habitus, perperam redditus. Hebræis usus ille ideò freqentior, qia verbalium ejusmodi penuriâ laborant.*

SEct. 67. *Nihil est*, inqit, *usitatius apud Hebræos, qam qod participia passiva Niphal, ponantur pro nominibus in bilis. ut Prov. c. 21. v. 20.* נחמד אוצר LXX. θησαυρὸς ἐπιθυμητὸς *thesavrus desiderabilis, &c. Sic Gal. c. 2.*

G *v. 11. ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. qod esset condemnatus, h. e. condemnabilis. Sed sic dicit Homer. Il. α. v. 388.*

Ἠπείλησεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστί.

Minatus est verbum, qod jam perficibile est.

Et sic loquuntur etiam Latini. Virgil. Æneid. l. 8.

—— pictus conspectus in armis.

Prævaricari poterat videri hic Psochenius, nisi tam obstinatè cavsam, qam consultò suscepit, ad finem usqe proseqeretur. *Nihil est*, inqit, *usitatius apud Hebræos. Sed & Homerus*, Poeta scilicet aliqando *sic locutus est. Et sic Latini qoqe loquuntur.* Nam *Virgilius* Poeta & ipse, semel sic locutus adducitur. An Hebræorum idiotismus esse negabitur, qo nihil apud Hebræos est usitatius? Græcorum, avt Latinorum esse censebitur, cujus ex omnibus utriusqe lingvæ,

lingvæ, qi sermone communi scripsere, avtoribus, ne unum qidem exemplum producitur? unum tantùm in alterutrâ, ex ejusmodi scriptoribus, qi præter usum communem, metri ratione etiam sæpenumerò id exigente, sibi multa concedunt? Verum qid si è Græco scriptore illo nihil qicqam, qod hoc faciat, allatum sit? an non tota hæc periocha Psochenio jure merito inducenda fuerit? reverà ita planè se res habet. Mitto, qod τετελεσμένον, pro τετελεσμένος posuit; qod comma post μῦθον collocavit, cum colon forsan debuerit; qod ὃ verterit, *qod*; unde, cum relativum esse existimaret, factum videtur, ut τετελεσμένον pro τετελεσμένος posuerit. qanqam neqe id necesse fuerat, etiamsi relativi vim, ὃ pro ὅς, qod Evstathius censuisse videtur, istic haberet. certè τετελεσμένος hoc loco non est *perficibilis*, sed *perfectus*, *completus*, in actum & exitum deductus. ita Evstathius, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστὶ, ἤγουν, ὃς δὴ τετέλεσται. Vertendum itaqe. *Sermonem comminatorium emisit: is avtem jam executioni datus est.* vel etiam, *vere minatus est; qa jam etiam est confecta.* Erat reverà, cum id proloqeretur Achilles. Denique cum nihil usitatius esse apud Hebræos agnoscat; nec adeò vel Græcis vel Latinis etiam sit familiare, illorum potius (opinor) qam horum idiotismus habebitur; ad qem adigit etiam necessitas qædam, qia verbalium ejusmodi laborant illi inopiâ, qæ copiosissima istis suppetunt.

CAPUT XXII.

Avtoribus ea affingere Psochenium, qa nulli dixerint, suspicio. Ἐν ἀρχῇ, *Joan. 1. 1. Mosis verba prima alludere, Heinsius.* Ἐν ἀρχῇ, *pro* in exordio operis, *Græcis dici ex Luciano, ostendit Psochenius. ecqid ad rhombum?* Τὸ ζητεῖν, *pro* studere, studiose qærere, τῷ בקש *Hebr. respondere monet Beza. Græcis sic qoqe usurpari Psochenius ostendit. qod ille non negat. Evangelista ab his, an ab illis habuisse probabile?* τὸ θεωρεῖν, *pro* videre *in N. T. tantum qi opinantur usurpari, falli pronunciat Psochenius, LXX interpretes accersit. absqe his Isocratem solum, ejus verba aliud potius insinuant.* ὅτι *pro* διότι, qare; qomodo. כי *Hebr. usurpari pariter, Beza. Hebraismum esse negat Psochenius, adducto Homeri loco, qem Beza ipse citaverat.* ὅτι *eo loci,* unde, *potius, qam* qare. *locus aptior à de Dieu allatus.* Ἀλλὰ, *pro* εἰ μὴ nisi *Græcis priscis in usu fuisse, qo probet Psochenius, Herodianum solum advocat, avt inferioris Scriptorem. & frustra advocat, qia non necessariò sic explicandus. Poetæ locus ex Plutarcho geminus; mendo liberatus.*

CONsultissime egisset Psochenius, si ad avtorum, qorum placita notat, loca digitum intendisset; qo calumniæ vel notam, vel suspicionem saltem, defugeret; cui culpæ, vereor, ne affinis qandoqe fuerit. Neqe enim seqitur, ut si qis formulâ hâc vel illâ, avt phrasin aliqam Hebraicam æmulatum scriptorem, avt Hebræi scriptoris locum aliqem respexisse vel expressisse, dixerit: ideò dictionem illam, qæcunqe ea fuerit, pro mero Hebraismo statim habuerit. Ejusmodi avtem pronunciata, arripuisse sæpiùs videtur Psochenius, unde palum erigeret, ad qem sese exerceret, & vires suas experiretur; lectionis saltem variæ specimen aliqod exhiberet. Ex hoc genere videri potest, qod sect. 68. habet ex Joannis c. 1. v. 1. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. *In principio erat sermo.* qod idem rursus v. 2. & Act. c. 11. v. 15. *Sed estne*, inqit, *hæc phrasis Græca? non videtur; sed Graciensis, sed Græcanica. namqe exprimit Hebræum* בראשית *Genes. c. 1. v. 1. ubi LXX* ἐν ἀρχῇ. *Sed numqid & Lucianus Graciensis fuit, & vix Græcè scripsit? Sic certè ille loqitur, in μακροβίοις* pag. 474. tum prolixam satis ex opere Lucianeo illo periocham attexit, in qâ de Aristobulo verba novissima sic habent, *ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ πραγματείας λέγει, sicut ipse in operis sui principio testatur.* At verò qis tandem, *ὦ φιλότης*, negavit, ἐν ἀρχῇ, pro *in exordio*, seu *in initio* Græcè dici? Heinsius reverà in *exercit. sacr.* c. 3. de Evangelistæ verbis illis agens, *Svavissima*, inqit, *haud dubio est parodia, e Geneseos initio desumpta*; Et mox; *Venustissima est allusio.* Sed qid hoc, avt ejusmodi qippiam, ad id, qod de *phrasi, non Græcâ sed Graciensi, sed Græcanicâ*, ludendo illudit nobis Psochenius? multum itaqe hic pulveris incassum excitatur, ubi nullus antagonista est, qicum manus conserantur.

Eodem referas licet, qod sect. 66. habetur. Qum enim Beza ad Marc. c. 12. v. 12. adnotasset, τὸ ζητεῖν, pro eo qod Latini dicunt *studere, affectare, studiosè qærere, positum, verbo* בקש *Hebræorum respondere.* Psochenius, qò probet, qod nemo, qod sciam, Beza certè nullus, negavit; è Græcis scriptoribus loca varia producit, qibus τὸ ζητεῖν eodem sensu usurpatum reperitur. Lavdo diligentiam; industriam amplector; qiâ ex scriptis profanis sacra illustrantur. Verum nihil hoc ad illud qod Beza affirmat. nec à Græcorum potius, Matthæum, qi Syriacæ lingvæ magis assveverat, qam ab Hebræorum sermone, τοῦ ζητεῖν usum istum havsisse, verosimile videtur.

Qin & Sect. 69. *Qicunqe*, inqit, *in solo N. T. arbitratur τὸ θεωρεῖν significationem habere videndi, maximè fallitur. namqe in eodem significatu occurrit hæc vox in veteri fœdere apud* LXX *interpretes: occurrit & apud alios profanos avtores.* At ecqis ille, qæso, qi arbitratus est, in solo N. T. τὸ θεωρεῖν sic sumi? Tum qi *Graciensi* sive *Græcanico* isto, qem dicis, charactere Novi Instrumenti scriptores usos contendunt, an non de *Interpretibus Græcis* illis idem statuunt? Et certè apud utrosqe hos freqentissimus est verbi istius usus iste; apud Græcos priscos, si qis, rarus admodum. nam qod tu unicum ex Isocratis Evagorâ affers; Ὅθεν καὶ μάλιστ' ἄν τις τὴν φύσιν τὴν ἐκείνου —— θεωρήσειε. *Unde cum primis aliqis, qi animus fuerit —— viderit.* potest æqe fœliciter, avt etiam aptius ac commodiùs, *deprehenderit*, avt *perspexerit*, qam *viderit*, reddi. qo modo θεωρεῖν τὸν τρόπον Demosthenes dixit *Olynth.* 1. pro *modum rei perspectum habere.*

Sect. 72. qia Beza ad Marci. c. 9. v. 18. monuerat ὅτι, *cur*, novè pro διότι dici, & particulam כי apud Hebræos interdum etiam interrogative usurpari. Psochenius, *Fortassis*, inqit, (qasi hoc Beza dixisset) *Hebraismus est. Sed qis docuit hunc Hebraismum Homerum, ubi* Odyss. 19. v. 464. *hunc in modum etiam* dicit,

—— Ἐξερέεινον ἅπαντα
Οὐλὴν ὅττι πάθοι.
—— *Interrogaverunt singula*
De cicatrice qare passus sit.

hic sanè res ipsa loqitur, τὸ ὅτι exponendum *per qare*, *cur*. At primò Psochenium interrogare licuerit, an ab Homero Evangelista hunc τοῦ ὅτι usum acceperit. Tum, non ideò seqitur nescivisse Bezam apud Homerum aliosqe etiam Græcos avtores, qanqam minùs usitatè, ὅτι, sic sumi, qia כי Hebræorum ita qandoqe monet usurpari. nam & idem ipse ad capitis ejusdem vers. 11. Ὅτι, inqit, *particula aliqando pro διότι accipitur, etiam indefinitè, sicut post*, vers. 28. *Sic etiam apud Homerum*, &c. atqe hunc ipsum locum producit. ubi tamen vertendum potius videatur, *sciscitabantur cicatricem unde, qam, cur, vel qare, haberet.* Sed locum luculentiorem ad vers. 28. adducit D. de Dieu ex eodem, *Iliad.* 1.

Ὅς κ' εἴποι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.
Qi dicat, Phœbus cur tantopere irascatur.

Sect. 74. Marc. c. 9. v. 8. ἀλλὰ *sed*, pro εἰ μὴ, *nisi*, sicut & alibi usurpatur; prout & אלא Syris; qod ex לא אם conflatum opinatur Piscator; & τῷ ἀλλὰ Græcorum originem dedisse, Caninius. Verum qærit, an *hoc ab Hebræis fluxerit.* Psochenius ipse aliter censet, qia apud Herodianum in *Pertinace* eundem τοῦ ἀλλὰ usum reperit, verbis illis, Αἴτιος δὲ τοῦ τοιούτου θανάτου οὐκ ἔστιν ἄλλος, ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ. *Causa mortis hujusmodi nullus fuit alius, nisi ipse sibi.* Cui poterat geminum illud poetæ incerti adjecisse, ex Plutarcho *de tranqill.*

Οὐδείς μοι τῶν ἄλλων αἴτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτός.

ubi pro ἄλλων, leg. ἄλλος, metro svadente, sed & sensu exigente: est enim τῶν pro τούτων.

Extitit horum alius mihi nemo, nisi ipsemet, avtor.

sive,

Nemo, nisi ipse, mihi qisqam culpandus ob ista.

Qanqam non decrunt forte, qi dicturi sint, ἀλλὰ istic utrobiqe in usitato significatu adhiberi, & subesse ellipsin aliqam. q. d. *mortis ejusmodi illi avtor* (ita enim malim αἴτιος, qam cavsa reddere) *nemo alius fuit*; *sed ipse sibi* scilicet *avtor extitit*. Et, *nemo alius avtor horum*, sive *nemo alius*, *mihi incusandus ob ista*, *sed egomet ipse*, solus scilicet *in culpâ sum*. nec tam proprius istic τῷ *nisi* locus. Est enim exceptivum; cujus munus est ex prænominatis aliqem aliqidve exceptum indicare. qod istic non fit; qum ex alienis ipse non sit. Itaqe nec satis commodè huc trahi videtur Herodiani locus ille; qum non sit necessariò ἀλλὰ pro εἰ μὴ eo loci sumendum. nec si id daretur, priscis Græcis usitatum id inde seqeretur, cum Apostolicis temporibus multo fuerit inferior avtor ille. Et à Syris potiùs suis, qibus id opidò familiare, qam a Græcis priscis, qibus in usu fuisse nullus probat Psochenius, scriptores sacros hoc sumpsisse vero simillimum existat.

CAPUT XXIII.

Anselmi nomen, qa Hervai sunt, praferunt. Δῶμα pro tecto Evangelistas à Gracis V. T. interpretibus sumpsisse, dicitur. Gracis priscis sic usurpatum ex Æsopi fabulis probatum it Psochenius. Æsopum qicqam scripsisse havd constat. Fabula Æsopica dicuntur, & qa illius non fuerant. Ab inferioris avi hominibus, qa illius feruntur esse, collecta & concinnata. Cum Pradensi Domno Hispano congressus. Tectorum & adificiorum forma apud populum Judaum. Δῶμα & δῶ nomina antiqa; sed pro tecto antiqitus unsqam usurpata. Nec qicqam adducit Pradensis, eò qod faciat. Δῶμα tectum *primò*, ædes totas *dein figuratè*, *nec origo vocabuli*, *nec usus docent.* Domi esse, *qa ratione dicatur. Pradensis commentum futile exploditur. H. Stephani paradoxon rejicitur. Vossii de ellipsi opinio probatur: ejusdem elogium. hallucinatio in loco qodam Terentiano.* domi *nunc adverbiale, ut οἴκοι, nunc nominis instar. Latius sumptum* domi forisqe, *&* domi belliqe.

SEct. 75. Matthæi illud c. 10. v. 27. ἐπὶ τῶν δωμάτων. *super tectis.* Non *Anselmus* (neqe enim is est avtor enarrationum illarum Evangelicarum) sed Hervæus Anselmo longe posterior, *morem architectura in Palastinâ usitata respicere avtumat.* (haud frustrâ) Beza verò & Piscator *à Gracis V. T. interpretibus accepisse* adnotant *Evangelistas*; ut δῶμα, qod Græci ἀντὶ τοῦ οἴκου usurpant, pro גג Hebraico sumant; qo στέγος *tectum* designent, & ab οἴκῳ etiam distingvant. Et certè Græci illi interpretes rarò aliter utuntur: Evangelistæ verò nunqam. videantur præter locum adductum, Matth. c. 24. v. 17. Marc. c. 13. v. 15. Luc. c. 5. v. 19. & c. 12. v. 3. & c. 17. v. 31. & Act. 10. v. 9. Verùm reclamat & hic Psochenius: rogatqe petulanter satis, *nunqid ex LXX versione Gracâ fabulas suas descripserit Æsopus. namqe eodem*, inqit, *modo loquitur in principio suarum fabularum, fabulâ*: Αἶξ καὶ λύκος. Ἔριφος ἐπί τινος δώματος ἑστώς. &c. *Hoedus stans super tecto.* &c.

Cæterùm unde nobis, qæso, probabit Psochenius, Æsopum ipsum aliqid unqam scripsisse? avt hanc etiam, qam refert ipse, fabulam Æsopum avtorem habere? Ambigi meritò utrumqe potest. Siqidem fabulas commentum, eisdemqe usum creberrimè in conventibus Phrygiâ oriundum Æsopum, qibus delinitos suorum animos ad prudentiam, industriam, virtutem acueret, avtores gravissimos testes habemus. Videatur Gellius *Noct. Attic.* l. 2. c. 29. at scripto eas Græco idiomate comprehensas edidisse, avt si qas Græcè ediderat, eas ad nos, prout ipse scripserat, pervenisse, vix idoneum avtorem, qi attestetur, ostendas. Aphthonium enim cujus paulò post verba dabimus, parùm moror. Tum non omnes ab Æsopo fuisse confectas, qæ Æsopicæ appellantur, in confesso est. Aphthonius in *praexercit. de fab.* Νικᾷ δὲ (ὁ μῦθος) μᾶλλον Αἰσώπειος λέγε-

A σθαι, τῷ τὸν Αἴσωπον ἄριστα πάντων συγγράψαι τοὺς μύθους. *Evicit tamen (fabula) ut Æsopea appellaretur: qod Æsopus optimas omnium fabulas conscripserit.* & Theon Progymn. c. 3. Αἰσώπειοι δὲ ὀνομάζονται ὡς ἐπὶ πᾶν, οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρετὴς τῶν μύθων ἐγένετο, ἀλλ' ὅτι Αἴσωπος αὐτοῖς μᾶλλον κατακόρως καὶ δεξιῶς ἐχρήσατο. *Sed Æsopica plerumqe dicuntur, non qod primus fabulas invenerit Æsopus, sed qod fabulis Æsopus crebrius & magis scite usus fuerit.* Sed & Priscianus, *in art. praexercit. Omnes avtem communitèr Æsopia nominantur; qoniam in conventibus freqentèr solebat Æsopus fabulis*

B *uti.* Fabius ipse deniqe *institut.* l. 11. c. 11. *Illa qoqe fabula, qa etiamsi originem non ab Æsopo acceperunt, nomine tamen Æsopi maximè celebrantur, ducere animos solent, pracipuè rusticorum & imperitorum.* Fabulas itaqe, qæ Æsopi nomine vulgò circumferebantur, qum tamen patrem Æsopum earum aliqam multæ nevtiqam haberent, cum pueris maximè instituendis imprimis utiles viderentur, qia ætas illa fabellis plurimùm oblectari consveverit, in fascem unum seculis insecutis, collectas sedulò compegerunt viri docti, & Græco alii, alii Latino, soluto alii, serto alii sermone ex-

C presserunt, eisqe insuper, vel ab aliis acceptas, vel ex ingenio suo confictas adjecerunt, haud pavcas. Hoc de se ingenuè profitetur Phædrus, qem Avienus *prafat.* ad suas, ait, *harum* (fabularum utiqe Æsopicarum) *partem aliqam qinqe in libellos resolvisse.* sic enim is in *exordio lib.* 3.

Librum exarabo tertium Æsopi stylo.

& mox, de Æsopi fabulatoris instituto qædam locutus,

Ego porro illius semitâ feci viam.

Et cogitavi plura qam reliqerat.

ubi forsan pro *semitâ*, *semitam* legendum; & pro *& cogi-*

D *tavi*, *excogitavi. ex semitâ viam*, sive *semitam viam facere* dici potest, qi dilatat rem aliqam, & ex angustiore additione factâ ampliorem efficit. Hinc factum, ut fabulas nec easdem omnes denarrent, nec eodem ordine describant. Certè qam Psochenius in codice suo sedem primam occupasse insinuat, ea nec in Babrii Gabriæ, an Ignatii, (nam & de avtore, & avtoris etiam nomine in diversas partes itur) nec in Phædri fabulis usqam comparet, qorum uterqe jambis, sed Græcis alter, alter Latinis, vinctas dedere nobis fabulas Æsopicas; sed nec in eis, qas libero ser-

E mone exhibuit Lavr. Valla. In eis avtem qæ Maximus Planudes Græcè edidit, postremum ferè locum sortita est; tantum abest, ut libri principium occuparit; estqe fortasse à Planude ipso vel confecta, vel conscripta. Proinde, ut nihil dicam, non fuisse necesse, ut avtor fabulæ istius qisqis is fuerit, *suas ex LXX versione fabellas describeret*; (qod viro pio gravique minus dignum est scomma,) si vocabulum aliqod præter usum Græcorum adhibitum ab eis fuisset mutuatus: nihil adfert Psochenius, qo probet, vel ab illis vocabuli illius usum hunc Evangelistas non accepisse, vel à

F Græcis priscis idem eodem sensu usurpatum; cum avtor iste Apostolorum & Evangelistarum ætate inferior multo meritò censeatur; nec qod antiqitatem ei asserat, qicqam allatum sit.

Verum istic mihi non cum Psochenio solo, cum *Pentecontarcho* (id enim Tituli scripto suo visum est dare) *Don Laurentio Ramirez de Prado* manus fuerint conferendæ. Is operis sui illius, qod tantâ cum pompâ prodiit cap. 27. *Sunt*, inqit, *qi asserant in Novo Testamento voces esse Gracas non merè Gracas, sed efficias ab Apostolis: ex qarum numero*

G *sit δῶμα, qa in cap. 10. Act. n. 9.* ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα. Hunc ad qem se exerceat, ubi palum erexerit, adoriturus sic pergit. *Qi faciliùs ducunt ea, qa ignorant, extra pomarium Graca lingva, tanqam monstra amandare, qam consulere doctiores, ut docti ipsi evadant.* Hæc ille; pro fastu Hispano satis. Verum doctum hunc nos docentem avdiamus pavlisper indocti, qo à docto isto, edocti meliùs, doctiores evadamus. *Est δῶμα*, inqit, *tectum* Matth. c. 10. n. 27. Luc. c. 12. n. 13. & c. 17. n. 31. &c. *Tectum avtem erat superior pars adium, & fine fastigio plana. Clare D. Hieronymus*, &c. *Et sic explicat D. Ambrosius*, &c. Atqi, ὦ πολυμαθέστατε, hoc & ante te natum norant, qos tu indoctos hic indigetas. nec erat opus, ut *Divos* huc advocares, avt avtores etiam tot profanos accerseres? qibus eorum

hic

hâc in parte ignorantiam, avt instrueres, avt coargueres etiam. Verùm ubi prolixâ admodum de *tectis* istiusmodi dissertatione paginas sex integras compleverat, concludit tandem. *Hac ergò vox* Doma *antiqior est, qam Bibliorum interpres, & ipsi Apostoli.* An non ex præmissis elicienda fuerat conclusio ista? at in præmissis, cum ex avtoribus omne genus Græcis, Latinis, antiqis, recentioribus, poetis, rhetoribus, historicis, testimonia de *tectis* istiusmodi qam plurima, corrogaverit, nusqam avt *δώματ@* avt *domatis* vocem pro *tecto* istiusmodi usurpatam offendit; exceptis tantum Græcis, qos LXX vocant, veteris Instrumenti interpretibus, *à qibus vocem hanc mutuatos Novi Scriptores* contendunt, qos ductor doctorqe iste flagellat, *indoctis* illi.

Verùm & istis antiqiorem fuisse, tabulis obsignatis, in seqentibus liqidò demonstrabat. *Antiqi*, inqit, *Graci δῶμα & δώματα dicebant.* Theocritus. Idyl. β. v.17.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

Jynx trahe tu illum virum ad meam domum.

Apud Homerum passim, & per abscissionem δῶ. Odyss. 15. v. 423. & 431. *ὑψερεφὲς δῶ.* i. *alta domus.* Iliad. 1, v. 426. *χαλκοβατὲς δῶ.* i. *area domus. Hesiodus in Theogoniâ prope finem,*

Ναίει χρύσεα δῶ ἀγαυὸς Θεός.

i. incolit aureas ades magnus Deus.

ubi *Scholiastes; δῶ, δώματα κατ᾽ ἀποκοπήν.* Scilicet nesciebant indocti illi, *δῶμα* & *δώματα* pro *domo* sive *adibus* usurpari; & nescissent adhuc, nisi insignis Domnus de Prado hoc eos istis commonuisset. At verò, ô illustrissime, si hoc avdis libentiùs, non *δῶμα vocem* negant illi *Gracam esse*; & multo minùs *ab Apostolis* eam ajunt esse *effictam*: (hæ sunt enim calumniæ meræ, cerebriqe commenta tui) sed usum hunc vocis, qo pro *tecto* propriè ac primario sic dicto sumitur, priscis Græcis ignotum & ab interpretibus illis sumpsisse affirmant Apostolos. Tu verò, qod erroris illos hâc in parte coargunt, ne verbulum qidem protulisti. tantum *σκιαμαχίαις καὶ χειρονομίαις*, magnificè te extulisti; tandemqe, qasi non tam istis qam Grammaticorum grege toto, detriumphatis, de scammate discessisti. At te tanto cum fastu ovantem interim rident meritò Grammaticorum filii.

Domus, inqit, *sive Gracè δόμ@ avt δῶμα, non significat, qod Hispane dicimus* casa; *nam id propriè ades dicitur, sed partem superiorem adium, vel solarium, vel tectum; & à parte totum pro adibus solet poni.* Verum unde patet *δόμος* & *δῶμα tectum* propriè denotare? vocis cujusqe mens propria, vel ab origine, vel ab usu dignoscitur. horum neutrum istic Pradensi Domno suffragatur. non origo. *δέμω, δέδομαι, δόμ@, δεδέμημαι, δόμημα*, & contractius *δῶμα*, ab *extruendo* utrumqe dictum est. numqid avtem apud Hispanos, avt terrarum ullibi, ædium *tectum* duntaxat extrui solet, reliqæ ædium partes exurgunt sponte suâ? Etiamsi ergo *tectum*, qod Latinis pro domo tota, sive pro ædibus ipsis integris qandoqe usurpatur, eam partem propriè ac primariò designat qod nunc *ὀροφὴν* Græci, nunc & *στέγην*, appellant; tamen de Græcorum *δῶ*, sive *δῶμα* idem statuere, qod svadeat nihil est: qia notationis ratio in illo liqidò se prodit, qâ *tectum* est *à tegendo* sic dictum, qæ istic ejusmodi nulla comparet. de usu verò vix hiscere posse qenqam existimem, qi Græcè qicqam legerit. Et Pradensis ipse exemplorum satis produxit, qod os, vel sibi, vel alii cuivis, id auso statim obstruxerit.

Sed Plavtus, inqit, *in Casina disertè id explicuit, cum dixit,*

Insectatur omnes domi per ades.

sic Hispanè, en las casas de la morada. i. e. *in adibus domi*, *Et qam Latinè dicitur*; Non est domi, *deest in adibus.*

Expectabam aliqid, unde *δόμ@* & *δῶμα* Græcis sic usurpari ostenderet; idqe perpetim ferè, usu obtinente. Sed videamus tamen id qod attulit: & Grammaticis hisce tricis immoremur pavlisper. *Domi esse*, qâ ratione dicatur,

Grammatici qarunt & adhuc sub judice lis est

nî Pradensis dictamen in rem judicatam abierit. Henr. Stephanus in *Psevdo-Ciceroniano*, & *Roma* & *Domi casu tertio*

A vult utrumqe dici, ut sit *domi* contractius factum pro *do-*
mui. credo, ut *παράδοξον* singulare aliqod proferret potiùs,
qam qod ita censeret; avt qo Malaspinæ, qi *secundi casus*
dixerat esse, contradiceret. At V. C. Jo. Vossius, qo
nemo rem Grammaticam accuratiùs excussit & explicuit,
casus iisdem cum reliqis censet esse *secundi*; formulamqe
defectam; sicut *Roma*, pro *in urbe Roma*, ita *domi* pro *in*
loco domi; sive, ut Gaspar Scioppius, qod Pradensi no-
stro favere videatur, *in adibus domi*, *de construct.* c. 25. &
c.66. adducitqe etiam in append. Plavtinum illud ex *Casin.*
B act.3. sc. 5. qod & Pradensis in rem suam trahere annisus
est, *domi per ades*. sed qâ ratione scilicet formulæ id expli-
cat? ut per *ades domi*, vel *in adibus domi*, sic *per ades te-*
cti, sive *in adibus tecti*? qis cerebri sani sic loqeretur, vel
est unqam locutus qisqam? nihil minus. *Ut domus*, inqit,
sit totum adificium, ades dicantur partes, ac conclavia singu-
la. nempe ab adeundo, juxta Varronem, qia loca sunt distin-
cta, qo accedatur. mitto reliqa argutiora pavlò. sed qo
Plavtum ex Plavto exponat, profert ex *Avlularia*, act. 3.
sc.2. illud,

C —— *angulos omnis*

Mearum adium & conclavium mihi perviam facitis.

Ista verò Domni Pradensis commento futili sunt ex diame-
tro adversa. Ego interim optimè censuisse eundem virum
doctissimum senno, ubi *domi genitivum* esse statuit *adver-*
bialiter positum, *de analog.* l.2. c.17. Et reverâ *domi* Lati-
num respondet plane τῷ *οἴκοι* Græcorum. qod esse *adver-*
bium nemo iverit inficias. qanqam locus ille, qem vir idem
doctiss. adducit ex Terentii *Evnucho*, act. 4. sc.7. ubi *domi*
focique legitur, qod utrunqe in eadem ille classe statuit, aliò
D plane spectare videtur. verba sunt;

—— *Sanga uti fortes decet*

Milites, domiqe fociqe fac vicissim ut memineris.

ad qem locum Donatus, si is est: *Domi & foci genitivi sunt.*
rectè. sed *adverbialiter usurpatum*, neutrum id qidem; cum
a verbo *memineris*, qod casum hunc exigit, utrumqe regatur.
Sic Plavtus Trinum. act.4. sc.3.

Non fugitivus est hic homo: commeminit domi.

Sed nec ratum itaqe haberi potest qod vir idem clariss. sibi
hac in parte adversatus, *de construct.* c. 25. affirmat, *foci* eô
E loci *pro foci loco positum*, cum dictionis nec syntaxis id per-
mittat, nec admittat sensus.

Qanqam in locutionibus de qibus supra dictum est, illis,
domi nomen, *havd adverbium esse* inde contendit Charisius
Instit. Grammat. l. 1. *cap. de analog.* qia *pronomen* qandoqe
adjectum habeat. Sic enim Cato *contr. L. Furium*; *Domi*
mea sape fuit. Et Varro *de ling. Lat.* l.8. *Ab eadem ratione,*
domi sua qisqe ubi lavatur, balneum dixerit. Atqi nihil ob-
stat, qo minùs statuamus nunc *adverbii*, nunc *nominis* ra-
tionem induere. Verum de subtilitate istâ qicqid fuerit;
F certè *domi esse*, vel *non esse* aliqem, ubi dicimus, num hoc
volumus, *agit*, vel *non agit in tecto*, sive *in tegulis*? an
sub tecto potius, non *sub dio*? Qin & *domi* simpliciter cum
dicimus *esse* aliqem, non *ades* has vel illas *ἀορίστως* volumus,
ut si *intra ades* qasvis, qæcunqe eæ fuerint, propriæ an a-
lienæ, tum is qem dicimus, egerit, *domi esse* intelligatur:
sed peculiarem propriumqe, cui consvevit, commoratio-
nis locum eâ voce designamus. qod nos Anglicè peculiari
vocabulo dicimus, his home. sed nec ad *ades* ipsas, ne-
dum ut ad *tegulas*, restringimus; sed etiamsi in horto, vel in
G areâ, vel in agro ædibus adsito agat, hominem *domi esse* dici-
mus immò latiùs, latiusqe adhuc dictionis istius pomœria pro-
tollimus, ut etiamsi nec in ædibus, nec in fundo etiam sit suo,
domi esse dicamus, qi non peregre agit. unde formulæ illæ;
domi belliqe, sive *domi duelliqe*, & *domi militiaeqe*, & *domi fo-*
risqe. Cicero *Tuscul.* l. 5. *Qorum virtus fuerat domi militiaeqe*
cognita. Offic. l.1. *Parvi sunt foris arma, nisi est consilium do-*
mi. Plavtus *Asinar.* 3.2.

—— *qa domi duelliqe male fecisti.*

Et *Captiv.* in *Prolog.*

—— *judices justissimi*

Domi, belliqe dvellatores optumi.

de Mario Sallustius in *Jugurth.* *Animus belli ingens, domi*
modicus. Verum tricis illis expediti, Pradensi misso, &

ad

ad Grammaticos vapulatum ablegato, ad Pfochenium nostrum redeamus.

CAPUT XXIV.

Ὅτι ἐγώ εἰμι, Rabbinismum aut Hebraismum qi sapere censent, hebetudinis stupendæ arguit Pfochenius. Et qi sint, nullus dixit. respondet formæ Hebraicæ, Esai. 43. 10. cui cum Aristophaneo à Pfochenio allato κοινὸν ἰδεῖν. Rabbinismum in illis Joan. 1. 33, 34. οὗτός ἐστι, qi latere autument, non comparent.

SEct. 76. Marci c. 13. v. 6. *illud*, Ὅτι ἐγώ εἰμι, *Ego sum*, ait Pfochenius, *multos per Hebraismum, vel potius Rabbinismum, positum somniare, vereqe somniare. Ipsis enim & tonsoribus notum esse, populos qosvis, nedum Græcos solos, ita loqi.* qærit ergo, *qis ita stupidus, qis tam hebetibus sit oculis, ut non aliis qoqe linguis hanc locutionem communem esse videat.* Certè qum nemo (credo) qisqam sit, qi non videat, digito designatos oportebat esse multos illos, qos tam stupidos, tam visus hebetis fuisse Pfochenius hic insinuat. Mihi interim cum in neminem horum hactenus inciderim, qos tam multos Pfochenius prædicat, subit animum suspicio, fide minus sincerâ istic versatum ipsum; fieriqe posse ut e nostris qidam, non ἐγώ εἰμι simpliciter phrasin vel Hebræis, vel Rabbinis etiam peculiarem dixerint; sed formulam illam ellipticam, ὅτι ἐγώ εἰμι ubi nihil aliud adjectum reperitur, fœliciter admodum exprimere Hebraicum illud כי אני הוא Esaiæ c. 43. v. 10. qod in veteri codice nonnunqam occurrit, & cui nihil geminum hîc adduxit Pfochenius. nec verò satisfacit, qod solum videri qeat, ex Aristophane illud, ἐκεῖνος· εἰμ' ἐγώ. *is sum ego.* qia responsionem comprehendit qæstioni subjunctam, unde necessario ex usu communi suppletur qicqid deesse videri poterat. Illud autem si multi illi dixerint, qos stupiditatis & hebetudinis tam stupendæ insimulat; ipsi forsan Pfochenio stuporem haud minorem objecerint, qi duo tam disparata distingvere a se invicem neqiverit. Ejusmodi forsan subesse possit aliqid, qod Sect. 88. de *Rabbinismo*, *qem nescio qi latere autument in formulâ illâ*, οὗτός ἐστι. Joan. c. 1. v. 33, 34. qæ respondeat illorum היינו הוא הוא verum cum non liqeat, aut qi isti sint, qos notat, aut qid pronunciaverint, re in medio, donec indicium clarius nobis is dederit, relictâ, ad alia transitum faciemus.

CAPUT XXV.

Universa lege sirempse condita. Siracidæ locus, perperam redditus; pejus expositus. Sed & Mosis verba, Gen. 2 4. Error inde enatus, mundum totum uno momento productum. Error is Procopio falsò tributus. Dies *pro tempore, ætate.* σήμερον *&* αὔριον *pro tempore præsenti, mox futuro.* ביום *pro si, qibusdam; pro* qando, *sæpissimè. Aristotelis locus malè redditus.* ὄψεσθαι, videri, dies docebit. 1 Cor. 3. v. 13. Dies ægritudinem adimit. *Propertii locus expensus; in eoqe aliqid ex conjecturâ demutatum. Expressum, vel e proverbiali qodam dicto, vel forsan potius ex Euripideo. Hoc apud varios autores variè corruptum, restituitur. Servano & Grotio lectio vitiosa imposuit.* ἵνα, ubi, in qo. *Gellii codices emendati. Euripidis senarius à Stephano frustra tentatus: aliunde restitutus.* ἐν' αὐτοῦ, *ut* ἐνθάδ' αὐτοῦ. *Pleonasmi poetici.* Βέλτιστος αὐτοῦ. *Graduum collationis* ἀναλογία. *Absolutum pro gradu nunc primo, nunc secundo. Gradus primus, pro absoluto; pro secundo. secundus pro primo. complures Scripturæ locis, hinc lux data. Gradus primus vehementiæ caussâ geminatus.* Μετάληψις, dies pro *diebus; dies pro ætate. Formula illa*, In diebus illis, *non tam exteris historicis familiare; qam sacris*,

IEsus Syrachides *sapientiæ* suæ c. 18. v. 1. Ὁ ζῶν εἰς αἰῶνα, ἔκτισεν τὰ πάντα κοινῇ. Qod Junius reddidit, *Qi vivit in seculum, is creavit omnia communi lege.* Et exponit, *rebus creatis omnibus, ut ortum & interitum habeant; & penès ipsum solum in rebus omnibus constet perfectio.* Hoc est, qod Cassius Hemina *annal.* l. 2. *Qæ nata sunt, ea omnia denasci.* i. e. τὰ γενόμενα πάντα καὶ ἀπογίνεσθαι, ut Plutarchus loqitur *ad Appollon.* & Seneca *Epist.* 99. *Omnes (imo, omnia) eadem conditio devinxit; cui nasci contigit, mori restat.*

At vetus interpres dum reddit, *Qi vivit in æternum, creavit omnia simul*, erroris ansam præbuit magnis etiam qibusdam; in qibus Augustinus, qi *in Genes. ad liter.* l. 4. c. 33. inde concludit, *Deum universa semel simulqe, uno eodemqe temporis momento, e nihilo produxisse.* dierum verò plurium in singulis condendis mentionem factam, ad comprehensionis nostræ tarditatem juvandam. cui sententiæ etiam Thom. à Vio Cajetanus haud obscure favere deprehenditur. nec improbandam esse affirmat Sixtus Senens. *biblioth. sanct.* l. 5. *annot.* 24. E Judæis etiam, qos inter Jairus, fuerunt, qi hoc idem tuerentur. Qin & eo progressus est Philo, *allegor.* l. 1. ut εὐήθης, *fatuæ simplicitatis*, esse pronunciet, si qis *sex dies* in mundo condendo exactos existimaverit. Eandem sententiam & Procopio Gazæo affingunt Sixtus Sen. ubi supra, & Villetus noster *in Genes.* c. 2. *sect.* 7. sed immeritò, ut mox videbitur. Qamvis autem ea historiæ mundi conditi à Mose scripto traditæ ea diametro adversetur; ea Mose tamen ipso excerpunt, qo eandem firmatum eant. illud nempe. cap. 2. v. 4. *Ista sunt generationes* (sive, *origines*) *cæli ac terra, qando condita sunt; in die qâ Dominus Deus fecit cælum & terram.* Ecce, ajunt, *in die, non in diebus*, cælum & terra condita perhibentur. Verum respondet Procopius, qi ex Philone, licet tacito nomine, sententiam hanc profert, non probat: *Non est inusitatum sacræ scripturæ dies multos unius nomine comprehendere, sic enim* Jesus filius Nave præcipiens populo, dicit; *Ne desciatis à domino in diebus hodie. nam præsens seculum nominatur hodiè. haud dissimili itaqe modo, multi dies in unam mundi absolutionem absumpti, haud abs re nominati sunt dies unus.* Hæc ille. Cæterum locus ex libro Joshuæ, qem laudat, nusqam comparet. legitur tantùm cap. 22. v. 18. Ὑμεῖς ἀποστραφήσεσθε σήμερον ἀπὸ κυρίου· καὶ ἔσται ἐὰν ἀποστῆτε σήμερον ἀπὸ κυρίου, καὶ αὔριον ἐπὶ πάντα Ἰσραὴλ ἔσται ἡ ὀργὴ κυρίου. *Vos avertamini hodie a Jehova: unde futurum est vobis rebellantibus hodie contra Jehovam, ut cras adversus totum coetum Israelis effervescat.* ubi revera σήμερον & αὔριον, *hodiè* & *cras*, non pro die hodierno crastinoqe præcise sumuntur; sed alterum pro tempore qod modò pavlulum præcesserat, alterum pro eo qod confestim insecuturum sit. Et *ibid.* vers. 29. qem locum, opinor, is respexit: Μὴ γένοιτο οὖν ἡμᾶς ἀποστῆναι ἀπὸ κυρίου, ὥστε ἀποστραφῆναι ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ἀπὸ κυρίου. *Absit a nobis illud, ut rebellemus contra Jehovam, & ut avertamus nos hodie a Jehova.* ubi τὸ σήμερον in latitudine pari sumitur pro tempore præsenti, qod diem non unum comprehendat. nec secus ἡ σήμερον ἡμέρα, sive *dies hodierna*, dicta est, Genes. c. 19. v. 37, 38. & alibi passim, pro ætate sive seculo præsenti. Et reverâ usus formulæ ביום apud Hebræos solens satis nodum superiorem facilè exolvet. Castellio vult *pro conditionali* sæpiusculè usurpari. itaqe vertit, Genes. c. 2. v. 17. *si eâ vesceretur, moriturum esse.* Et cap. 3. v. 5. *Si comederitis.* Et Histor. Reg. l. 3. c. 2. v. 37. & 42. *qod si exieris; & si qoqam egrederere.* & Ruth. c. 4. v. 5. *cum agrum à Noemi emes*, sive *qo die empturus es*, vult esse qasi dictum sit, *si emeris.* qo modo Petrum Ramum (nî me fallit memoria) legi illam Maronianæ *Eclogæ nonæ* clausulam explicantem, *cum venerit.* i. e. *si venerit ipse.* Fateor eqidem, cum istis, tum & aliis locis haud paucis, posse ביום per conditionalem reddi; sed huic, qo de agitur, Mosis loco id non convenit: verùm & illis potest, & isto debet reddi per adverbium temporis, *cum* vel *qando*; qod ad diecula spatium non est opus restringi. Sic Histor. Reg. l. 2. c. 22. v. 1. & in titulo Hymni 18. *die qo.* i. *qando, liberaverat ipsum dominum à manu Saulis, & à manu omnium inimicorum suorum.* neqe enim uno die confecta est

ejusmodi

ejusmodi liberatio. Esaiæ c.26. v.1. *in die illo* (i. tempore illo) *cantabitur canticum istud.* nec hoc qicqam freqentius in toto illo vatis præstantissimi vaticiniorum volumine. Non malè ergò Psochenius sect.51. *diem* pro *tempore* poni, monet in illis. Matth. c.3. v.1. ἐν ἢ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, qod ἀναλογεῖν videatur illi Judic. c.19. v.1. ויהי בימים ההם *qod eisdem plane verbis oi LXX reddiderunt.* Verum *nec ab hoc Græcos abhorrere* contendit, nam & Sophoclem, τῆς παλαιᾶς ἡμέρας, pro *ætate priscâ*; & Aristotelem τῆς νέας τῆς ἡμέρας, pro *tempore juventutis*; & Hesiodum ἤματι χειμερίῳ, pro *tempore hiberno*; & poetam Latinum, *diem pro tempore* dixisse. Atqe ego qidem horum nihil abnuo. qin & istis adjici posse non pavca concedo. qalia sunt apud principem poetarum passim obvia; ἤματι κείνῳ, pro *tempore illo*, Il. β. v. 37. & 481. &c. qod respondet Hebraico ביום ההוא & ἤματι τῷ, Il. *ibid.* v.351. & 743. &c. qod ἀναλογεῖ Hebræorum illi ביום אשר *qe die. i. qe tempore, qando.* Qin & Aristotelico illi à Psochenio allato, ex *Rhetor.* l. 2. c. 12. *edit. Wechel.* c.14. *Gulston.* Τῇ γὰρ πρώτῃ ἡμέρᾳ μεμνῆσθαι μὲν οὐδὲν οἴονται, ἐλπίζειν δὲ πάντα. qod perperam vertunt. *Primis enim temporibus nihil se meminisse arbitrantur; sperare autem omnia.* cum verti debeat, *nihil meminisse videntur.* δοκοῦσι enim illic *videri*: ut & Homero Odyss. ρ. v. 586.

Οὐκ ἄφρων ὁ ξεῖνος ὀΐεται, ὥσπερ ἂν εἴη.
Hospes non fatuus, fuerit qicunqe, videtur.

& Platoni in *Protagorâ*: *οὐ μόνον αὐτὸς οἴει καλὸς κἀγαθὸς εἶναι. non tantum vir bonus & honestus esse videris.* illi, inqam, Aristotelico adjici potest, qod de senibus idem *capite* proximo, ubi horum affectus moresqe depingit; καὶ φιλόζωοι, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ· *& vitæ avidi, sive vivendi cupidi sunt, idqe maximè in novissimâ ætate, sive extremo vitæ tempore.* Pindaricum item illud *Olymp. Od.*1.

Ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι
Μάρτυρες σοφώτατοι.
Dies avtem subseqentes
Testes sunt sapientissimi.

h. e. qod vulgo dici solet, *dies docebit*, ἡ ἡμέρα δηλώσει. Apostol. ad Corinth. Ep.1. c.3. v.13. Idemqe *ibid. Od.* 10.

—— Ὅ, τ' ἐξελέγχων μόνος
Ἀλάθειαν ἐτήτυμον
Χρόνος.
—— Qodqe arguit solum
Veritatem certam
Tempus.

Et Senarius ἀδέσποτος,

Ὥρα τὰ πάντα τοῦ βίου κρίνει καλῶς,
Res tempus omnes optimè dijudicat.

Nec Latinis insvetus usus *dies* pro tempore. ut cum Terentianus ille senex sese puniens act.3. sc.1. ex veteri dicto,

Diem adimere ægritudinem hominibus.

qod Diphilus apud Stob. *tom.* 2. c.125.

Ἁπάντων δ' ὁ χρόνος ἐστὶν ἰατρὸς χρόνος.
Omni medetur tempus ægritudini.

unde & Cicero *ad Attic. l.*12. *Ep.* 19. *Impetret ratio, qod dies impetratura est.*

Illud autem poetæ Latini à Psochenio lavdatum, sed citra avtoris nomen,

Qâ pote qisqe, in eâ conterat arte diem.

est Propertii ex *libro* 2. *eleg.* 1. expressumqe censet Jos. Scaliger, ex senario illo proverbiali, qi apud Aristophanem in Vespis reperitur,

Ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

qod Cicero *Tuscul.* l. 1. sic vertit.

Qam qisqe norit artem, in hâc se exerceat.

Flaccus sic expressit Epist.14. l. 1.

Qam scit uterqe, libens censebo, exerceat artem.

Stratonicus apud Athenæum. l. 8. musicum qendam, qi hortulanus pridem fuerat, de harmoniis differentem, perstringendo sic allusit;

Ἄδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη, τέχνην,
Artem qam qisqe noverit, eandem & canat.

Conjecturam tamen meam de Propertii versu illo cum proposuerim, in medio relinqam. forsan legi debuit,

Qâ pote, qisqe in eâ conterit arte diem.

ut non tam qid censeat ipse, avt qid fieri debeat, qam qod fiat solensqe sit, indicare voluerit. certè præcedentia lectionem hanc svadere saltem videntur. hæc enim eodem tenore decurrunt.

Navita de ventis, de tavris narrat arator;
Enumerat miles vulnera, pastor oves.
Nos contra angusto versamus prælia lecto.
Qâ pote, qisqe in eâ conterit arte diem.

Ita Evripideum illud respexerit, qod Plato in *Gorgiâ* pag. 331. A. commemorat verbis illis, à Gellio etiam lavdatis l.10. c.22.

Λαμπρός τ' ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ, κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται,
Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

Rectè admonuit H. Stephanus, versum primum ita legendo non stare, (neqe enim carminis rationem Plato videtur habuisse) in ultimo τυγχάνει legendum videri, ut ἵνα adverbium loci sit, nec finem, sed subjectum denotet. qemadmodum in Epicharmeo illo, qod proverbialiter usurpatur, apud Platonem *Euthyphrone*, & Plutarchum *Agide*.

—— Ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς.
—— Ubi enim pavor, & pudor illic.

Cui finitimum est, τὸ ἵνα usum qod attinet, Evripideum illud ex *Inone*. qod cum Æschyleo gemino ex *Promethe Ignifero*, contendit Gellius noct. l.3. c.17. qorum utrumqe in Gellii codicibus vitiatum, H. Stephanus, sed successu havd pari, ivit emendatum. In Æschyleo siqidem fæliciter habuit; cujus senarium sic restituit,

Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγων τὰ καίρια,

cum Σιγῶν ἵνα, & λέγων prius legeretur.

In tempore ut tacere, sic etiam loqi.

qo modo in Tragici ejusdem *Inferus* hodiè reperitur. at in Evripideo, cui apud Gellium clavdicat jambus sic conceptus,

Σιγᾶν ἵνα ἐστὶ δεῖ, καὶ λέγειν ἀσφαλές.

havd ita commodè medelam adhibuit, τὸ ἀσφαλὲς, substituendo. qum & ex Plutarcho de garrul. & de exil. & ex Stobæo itidem *tom.* 2. *tit.* 89. emendatio aptior certiorqe habeatur.

Σιγᾶν θ' ὅπου (sive ut alicubi, ὅπου, qod eodem recidit)
καὶ λέγειν, ἵν' ἀσφαλές.
Ubi res jubet tacere, ubi tutum est loqi.

Proinde Evripideo apud Platonem illo prima fortean sic reconcinnentur.

— Λαμπρὸς ἐν τούτῳ τι γὰρ
Ἕκαστός ἐστι, κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται.

Verto itaqe: *Contingit enim Evripidis illud:*

Hac re triumphat qisqe, in hanc innititur,
In hâc dies maximam partem terit,
In qâ ipse sese fuerit excellentior.

Sive,

Excellere in qâ maximè se senserit.

is enim genuinus est verborum illorum sensus. qod & seqentia docent:

Ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει,
In qo avtem minus valet, illud refugit.

Nec in aliam mentem usurpavit idem in *Alcibiade posteriore* pag.456. D. ubi vitiosa illa τοῦ τυγχάνῃ lectio (qæ Gellii qoqe lavdantis codices invasit) interpretibus imposuit, dum vertunt,

Ipse ut seipso melior in dies fiet.

Nec his tantum, sed & V. C. Hug. Grotio, qi in *excerptis* reddidit,

Ut ipse sese evadat excellentior.

errore manifesto. Qum enim interrogasset, qalem censeret fore rempublicam, qæ sagittariis, tibicinibus, athletis, bellandi peritis, politicis, fastu tumidis, scientiæqe opinione inflatis, sed optimi scientiâ planè destitutis, peritiaqe suâ in rebus singulis probè uti nesciis, constaret: & respondisset alter, φαύλην, *pessimam*: subjungit, Φαίης γε ἄν, οἶμαι. ὁρῶν ἕνα ἕκαστον φιλοτιμούμενόν τε, καὶ νέμοντα τὸ πλεῖστον τῆς πολιτείας τούτῳ μέρος

Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνει κράτιστος ὤν.

λέγω τὸ κατ' αὐτὴν τῆς τέχνης βέλτιστον γεγενημένον. *Multo magis hoc diceres, cum unumqemqe eorum animadverteres ambitiose contendentem, maximamqe politiæ partem ei rei designantem,*

Excellere in qa maximè se senserit.

eam dico artem, cujus peritiam maximam obtineret. hoc est, in republica administrandâ illud præ cæteris omnibus promovere studentem, in qo ipse maximè præstat. φιλοτιμούμενος hîc dixit, qod ibi λαμπρὸν εἶναι, & Evripidis esse puto. κράτιστος hîc, qod per βέλτιστον tamen, qod ibi positum est, explicat. utrum avtem sit Tragici, incertum est. nam Aristoteles βέλτιστος exhibet *rhetor.* l. 1. c. 11. Καὶ τὸ, ἐν ᾧ βέλτιστος δοκεῖ εἶναι, ἐνταῦθα διατρίβειν, ἡδύ. *In eo versari qemqe juvat, in qô maximè excellit.* cui firmando Evripidis illud adducit. cum tamen in *problemat.* eidem tributis, *sect.* 18. *qæst.* 6. κράτιστος legatur.. ἐν οἷς ὅτι μὴ ἕκαστος κράτιστον, τούτοις προαιροῦνται· αἱ δὲ αἱροῦνται καὶ ἐπὶ τοῦτ' ἐπείγονται, &c. *Rem, in qa se qisqe posse præstare arbitratur, eam deligit sibi: qam autem deligit, eidem operam dat,* &c. sed errore fatali & isthîc τυγχάνῃ, pro τυγχάνει, κράτιστος ὤν. Plutarchus avtem, qi ter minimum lavdasse deprehenditur, istud constantissimè retinuit: qod eo magis Evripidis fuisse suspicor. Cæterum verbum illud, qod cum Henrico Stephano vitiatum censemus, apud Plutarchum in editis variè exhibetur. in libello *de garrulit.* pag. 514. A. τυγχάνῃ. φίλαυτος γὰρ ὢν καὶ φιλόδοξος ὁ τοιοῦτος,

Νέμει τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,

Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν.

Ἐν ἱστορίαις ὁ ἀναγνωστικός· ἐν τεχνολογίαις ὁ γραμματικός· ἐν διηγήμασι ξενικοῖς, ὁ πολλὴν χώραν ἐπεληλυθὼς καὶ πεπλανημένος. *Sui enim & gloria studiosus talis homo, qisqe*

Partem diei tribuit maximam huic rei,

In qa præstare novit ipsus se sibi.

Sic qi multa lectionis est, historias? grammaticus artificia sermonis, peregrinas res qi multum terra pervagatus est, solent inculcare. Symposiac. l. 1. c. 4. ad veram scripturam propius accedendo, τυγχάνει. ἡδέως γὰρ εἰς τοῦτο ἕκαστος ἄγεται, καὶ πρόθυμος,

Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ (legend. αὑτοῦ) τυγχάνει κράτιστος ὤν.

Libenter enim unusqisqe & alacriter ad rem eam ducitur,

In qa seipso cernitur præstantior.

at *ibid.* l. 2. c. 1. comparet vera scriptura, τυγχάνει. οὐ γὰρ πρακτικὸν μόνον ἕκαστος, οὐδὲ δημιουργόν, ὡς Εὐριπίδης φησίν, ἀλλὰ καὶ διαλεγόμενος,

Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνει κράτιστος ὤν,

ἡδέως διατίθεται. *Nam non agens tantum, aut dies exigens in re aliqa (ut Euripides ait) sed etiam differens,*

Ubi ipse seipso præstet arte plurimum,

lætitia perfunditur. qibus verbis Propertii mentem planissimè ac plenissimè expressit. est enim διαλεγόμενος, qod iste,

Navita de ventis, de tavris narrat arator,

&c. περὶ τῶν καὶ δημιουργῶν, qod iste, *in eâ conterit arte diem.* qod si scripturam illam, qam Plutarchi codices alicubi exhibent, admittimus, ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ, illud ἵν' αὑτοῦ responderet Hebræorum אשר בו vel אשר בה ubi alterum πλεονάζει, qomodo & Aristophani in illis,

Κ' αὐτός μοι δοκῶ ἐνθάδ' αὐτοῦ καταμένειν.

Et ille videtur mihi illic sibi subsidere.

Et in Midæ epitaphio apud Platonem in *Phædro*,

Αὐτοῦ τῇδε μένουσα.

nec Evripidi insolentes pleonasmos istiusmodi, satis doceat illud, qod ludos toties faciunt Comici, in *Oreste.* v. 279.

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

Ex fluctibus enim rursum tranqillitatem video.

Sed hoc vix est ut asserere avsim: nec adeò est insveta formula illa βέλτιστος αὐτοῦ, vel κράτιστος αὐτοῦ, qin facile ferri qeat. Qam sit enim freqens etiam in sacris, graduum enallage, nemo nescit.

Τὸ ἀπόλυτον ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ, sive *Absolutum pro gradu primo*, qem *comparativum* dicunt, habemus apud Lucam *Evang.* c. 10. v. 42. ubi Marthæ Christus, Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο. *Maria partem bonam, i. meliorem, potiorem elegit,* & c. 18. v. 14. οὗτος δεδικαιωμένος, ἢ ἐκεῖ-

A νος. *iste potiùs qam ille justificatus.* qod Hebraismum planè resipit. Hebræis enim cum συγκριτικὰ nulla sint, horum loco *absoluta* cum particulâ מן usurpant. Ecclef. c. 7. v. 1. טוב שם משמן טוב. Græci: ἀγαθὸν ὄνομα ὑπὲρ ἔλαιον ἀγαθόν. *nomen* (bonum scilicet sive fama bona) *bonum est præ oleo bono.* i. melius est ungvento optimo, præstantissimo. nam & *absolutum* istic ἀντὶ τοῦ ὑπερθετικοῦ sumi videtur. sicut Genes. c. 9. v. 24. בן הקטן. Græc. ὁ νεώτερος. *junior.* Lat. *minor.* at Junius, *minimus.* optimè: tres enim fuerant. ut τὸ ἀπόλυτον ἀντὶ τοῦ ὑπερθετικοῦ, sit positum, *absolutum* pro
B *gradu secundo*, qem *superlativum* nuncupant. qo modo Julius Capitolinus in Marco: *Sed multum ex his* (qos plures havd pavcos retulerat) *Frontoni detulit. multum.* i. plurimum. Apud Ennium idem observavit Priscianus l. 17. (ex *Annal.* l. 8. si Pavl. Merula rectè conjicit) versu illo;

Optima Cælicolûm Saturnia, magna Dearum.

magna, inqit, dixit *pro maxima*, *positivum pro superlativo*, cum apertissime superiùs, *Optima Cælicolûm*, dixisset. Nec secus idem, opinor, apud Æl. Donatum de *Schematib.*

Respondit Juno Saturnia, sancta Dearum.

C *Sancta*, i. sanctissima; ut *magna* pro maxima: qod sine schemate Catullus *epigr.* 65. *in Manlium*;

— Juno maxima Cælicolûm.

Nec aliter ceperim Evripidis illud à Juliano *de Cynismo orat.* 2. lavdatum, Ὁσία πότνια θεῶν. *Pietas, Dearum avgusta.* i. avgustissima. minus enim *commode*, puto, *Petavius*, *Sanctitas, veneranda Deorum.*

Sed ad pro *comparativo*, qem vocitant, positivum positum redimus. Ita Græcus Senarius,

Καλὸν τὸ νήφειν, ἢ τὸ πολλὰ κραιπαλᾶν.

D *Sobrietas melior est qam multa crapula.*

Ubi H. Stephano καλὸν pro κάλλιον durum videtur. Græci tamen interpretes, Hymno 117. v. 8. & 9. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπὶ ἄρχοντας. Latinus vetus: *bonum est confidere in Domino, qam confidere in homine: bonum est sperare in Domino, qam sperare in principibus.* Plavtus *Rudent.* 4. 4.

Tacita bona est mulier semper, qam loqens.

i. melior. Et *Menæch.* 5. 1.

E *Qui vidua vivam, qam tuos mores perferam.*

Tacitus *Annal.* l. 1. *Pacem, qam bellum probabam.* Et l. 4. *claris majoribus, qam vetustis.* Sed & Hebræi simpliciter Genes. c. 10. v. 21. אח הגדול Græc. ἀδελφὸς μείζων. *frater magnus.* i. major, qanqam Jun. ibi *maximus.* melius, ob cavsam supra dictam. sed sic ibid. c. 25. v. 23. רב יעבד צעיר *magnus serviet parvo.* i. *major minori.* ut Latinus. Et Græcus: ὁ μείζων τῷ ἐλάσσονι.

Rursus τὸ συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ἀπολύτου, sive *gradum primum pro absoluto* habemus, Act. c. 17. v. 21. ubi de Athe-
F niensibus, tam civibus, qam & inqilinis, Lucas: Εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. *Qam novi aliqid vel narrare, vel avdire.* Idemqe de eisdem Demosthenes, *ad Philippi Epist.* pag. 129. E. Ἡμεῖς δέ, εἰρήσεται γὰρ τἀληθές, οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα, μέλλοντες ἀεὶ καὶ ψηφιζόμενοι, καὶ πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγοράν, εἴ τι λέγεται νεώτερον. *Nos vero* (*nec enim dissimulabo veritatem*) *hic otiose desidemus, cunctantes semper & decernentes, & sciscitantes in foro, numqid novi dicatur.* νεώτερον dixit, qod καινότερον Lucas; & ante Lucam Theophrastus in *charactere* 9. qi est hominis
G *famigeratoris.* ἐπιβαλὼν ἐρωτᾶν, μὴ λέγεταί τι καινότερον; *Pergens interrogare, nihilne novi.* pro eo Plutarchus in eodem fere argumento (*nam percontator omnis idem est & garrulus* avtore Flacco l. 1. Ep. 18.) Εἰς τὸ βῆμα καὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τοὺς λιμένας ὠθοῦνται, Μή τι καινόν; *In tribunal, in forum & in portus irrumpunt, rogantes numqid novi?* prout & Theophrastus ipse, qi pavlo post subjicit, succensere eundem ei qi dixerit, ὅτι οὐδὲν καινόν. Locrios refert etiam Plutarchus idem multasse hominem, qod in patriam post absentiam diuturnam reversus, sciscitaverat, Μή τι καινόν. Lavdatqe hominem, qi φίλου τινὸς εἰπόντος, ἔχω σοι τι καινὸν εἰπεῖν πρᾶγμα, *amico qodam dicente, habeo qod tibi narrem novi.* responderit, μᾶλλον ἔστι χρήσιμον ἔχοις ἢ ὠφέλιμον. *habes potius qod sit pretiosum qam qod sit utile,* ita καινότερόν τι isthîc

nihil

nihil est aliud qam *καινόν τι* simpliciter dictum. atqe huc etiam forsan referenda formula illa, qâ geminantur *τὰ συγκριτικὰ*, *comparativa*, qod nec Græcis est prorsus insolens. Marci c. 7. v. 36. Μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον. Et Pavlus, Philip. c. 1. v. 23. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον. pro *multo melius*. Sic Isocrates *Archidamo* pag. 237. Πολὺ γὰρ μᾶλλον πρέπειν μεγάλῃ καιρῷ τηλικαύτας ἀντικαταλλάξασθαι, ἢ μικρῷ χρόνῳ μεγάλαις αἰσχύναις ἡμᾶς αὐτοὺς περιβαλεῖν. *Qanto enim præstat, arrepta tanta hac occasione perpetuo duraturos honores vindicare, qam exiguo tempore in magnum dedecus prolabi?* Aristoteles *topic.* l. 3. c. 1. Τὸ πρὸς τὸ βίου τέλος μᾶλλον αἱρετώτερον, ἤπερ τὸ πρὸς ἄλλο τι. *Qa ad vitæ finem pertinent, optabiliera sunt iis qa ad aliud aliqid.* Evripid. *Hecubâ*.

> Θανὼν ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος,
> Ἢ ζῶν. —
> *Moriens sed ille sit magis felicior,*
> *Qam vivus.* —

Aristophanes Pluto.

> Τίς γὰρ γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερος;
> *Qis namqe fuerit hoc magis beatior?*

Sic etiam Latini. Maro *Culice*;

> *Qi magis optato qeat esse beatior ævo?*

Val. Max. l. 3. c. 7. *Sed uterqe nostrum magis invidiâ, qam pecuniâ locupletior est.* ubi alterum vel est absolutè sumendum, vel πλεοναστικῶς ad vehementiam majorem positum.

Tum τὸ συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ὑπερθετικοῦ, sive gradum primum qem & *comparativum*, pro secundo, qem *superlativum* dicunt. Lucas c. 9. v. 46. τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν. *qisnam eorum major.* i. maximus esset. Sic Chion Platonicus *ad Matridem*. Ep. 10. Ἀλλ' οἱ μὲν πλουτοῦσι. Σπεύσιππος δὲ χαριέστερος ὢν πένεται· *At illi divites sunt: Spevsippus verò cum sit eorum politior.* i. e. politissimus (sive reliqis omnibus politior,) *pavpertate laborat.* Curtius l. 5. *In oculis duo majora omnium navigia submersa sunt.* i. e. maxima.

Deniqe τὸ ὑπερθετικὸν ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ, sive gradum secundum, qem, & *superlativum*, pro primo. Joannis c. 1. v. 15. Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν. *qi post me venit, præfertur mihi: qia primus* i. e. *prior me fuerat.* Sic Arnobius l. 2. *Omni vero verissimum est, certoqe certissimum.* Vero verissimum dixit, pro eo qod Martial. l. 8. Ep. 76. *Vero verius.* Plato *de repub.* l. 9. Δεῖ ταῦτα πράττειν καὶ ταῦτα λέγειν, ὅθεν τοῦ ἔξω ἀνθρώπου ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος ἔσται ἐγκρατέστατος. *Ea oportet & facere, & dicere, qibus homine exteriore interior homo potentier evadat.* Sic αὐτὸς αὐτοῦ βέλτιστος, ἢ κράτιστος. *ipse semetipso præstantior.* pro eo qod esset αὐτὸς ἑαυτοῦ βελτίων. qo modo Xenophon *de venat.* Ὅταν μὲν γὰρ ὁρᾶται ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου, ἅπας ἑαυτοῦ ἐστὶ βελτίων. *Ubi enim qis est in amasii sui conspectu, semetipso qisqe melior est*, sive solito præstantius se gerit. De Athenæo Avtor incertus in operis argumento; Κρείττων τι αὐτὸς ἑαυτοῦ γενόμενος, ὥσπερ οἱ Ἀθήνησι ῥήτορες, ὑπὸ τῆς ἐν τῷ λέγειν θερμότητος, πρὸς τὰ ἑπόμενα τοῦ βιβλίου βαθμηδὸν ὑπερπηδᾷ. *Rhetorum Atheniensium more, per dicendi calorem, ipse se superat, & attollitur magis, gradatim ad ea transilit, qa proxime se opere toto consequuntur.* Ita Pythagoras apud Plutarchum *de defect. orac.* βελτίστους ἑαυτῶν γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅταν πρὸς τοὺς Θεοὺς βαδίζωσιν. pro qo *de superstit.* idem βελτίστους, ψιλῶς dixerat; *homines semet ipsis meliores fieri.* i. e. consveto longè meliùs affici, *ubi ad numina accedunt.* Et Plutarchus ipse *de lunâ*; αὐτὴ αὑτῆς λαμπροτάτη, *ipsa semetipsâ multo splendidior.* idemqe de Pyrrho; (nî male memini) αὐτὸς αὑτοῦ κράτιστος ἐν τῷ μονομαχεῖν. *ipse sese in singulari certamine longe præstantior.* Alcibiades deniqe apud Xenophontem in *commentariis Socratic.* l. 1. Εἴθε σοι, ὦ Περίκλεις, τότε συνεγενόμην, ὅτε δεινότατος σαυτοῦ ταῦτα ἦσθα. *Utinam tibi Pericles, tunc convixissem, qo tempore in istis excellebas.*

Sed, ut ad Propertium redeamus, sive Evripidis illud is respexerit, sive secus, in utriusqe dicto μετάληψις ἔτι delitescit. siqidem, primò *dies* pro diebus, qod Procopius supra, ponitur; tum *dierum* nomine, vitæ tempus sive spatium intelligitur. nec aliâ ratione πρώτη καὶ τελευταία ἡμέρα, pro *primâ atqe novissimâ ætate* adhibetur. Esto ergo; apud Græcos & Latinos paritèr, *dies*, nunc pro *ætate*, nunc pro *tempore*, sumatur. at si qis rerum gestarum

A narrationem instituens, vel historiam describens, qoties ויהי בימים ההם & והיה ביום ההוא apud vates historicosqe sacros occurrit, toties, καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, vel ταύταις, &c. inculcaret, qemadmodum Lucas unus, ut cæteros missos faciam, *Evangelii*, c. 1. v. 39. & c. 2. v. 1. & c. 4. v. 2. & c. 5. v. 35. & c. 6. v. 12. & c. 9. v. 36. & c. 20. v. 1. & c. 23. v. 7. & c. 24. v. 18. & *gestorum Apostolic.* c. 1. v. 15. & c. 2. v. 18. & c. 6. v. 1. & c. 7. v. 41. & c. 9. v. 37. & c. 11. v. 27. nec Græci opinor, nec Latini etiam moris, si utriusqe lingvæ scriptores excutiantur, id B esse deprehenderetur. qod tamen ni fuerit, Hebraisare in formularum harum usu, tam freqenti præsertim, spiritus sancti amanuenses illi non immeritò dicentur.

CAPUT XXVI.

C *Ἅδης, pro* sepulcro, *ab Hebræis sumptum. Ab Hebræis multa exteros havsisse. Ἐν ᾅδου Evripidi*, apud inferos. *Nihil à Psochenio adductum, qo id improbetur.*

SEct. 77. *Vocis*, inqit, *ᾅδης pro sepulcro usurpata*, Act. 2. v. 27. *significationem peregrinam, insolentem, profanisqe scriptoribus Græcis incognitam, ex Hebraico vocabulo* שאול *originem suam traxisse, propterea qe significatione Hebræum vocabulum esse multi asserunt. Verum falsam esse sententiam hanc inde concludit, qia Evripides in eâdem significatione hoc vocabulo sit usus; qem tamen nemo, nisi forte amotæ mentis homo, Hebraismos edoctum esse crediderit.* Evripidis D locus est in Hecubâ v. 418. ubi Polyxena matri,

> (Ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσ', ἄπειμι δὴ κάτω·)
> Κεῖσομαι δ' ἐν ᾅδου χωρὶς σοῦ.
> *(O mater, o qa me peperisti, abeo ad inferos:)*
> *Illic verò in sepulcro jacebo absqe te.*

Senarium priorem à Psochenio omissum, lucis amplioris fænerandi gratiâ transcripsi. Vertenda avtem hæc esse, *in sepulcro*, & non, *apud inferos*, (*nisi, per inferos sepulcrum etiam intelligatur*) *sole meridiano*, ait, *clarius elucere ex versu seqente* 726. ubi Hecubæ Agamemnon,

> E Ἑκάβη, τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύπτειν τάφῳ;
> *Hecuba, qid cunctaris filiam tuam occultare sepulcro?*

Attamen, Vir optime, consegentiæ necessariæ nihil qicqam in tuis istis reperitur. Siqidem qi *nec amota tamen sunt mentis*. (nisi in eorum classe, qi curatoris egeant, viros præstantissimos, ut cæteros omnes taceam, è vestris Heinsium; è nostris Seldenum, & Sandfordum ponendos censueris,) reperiuntur havd pavci, qi plurima admodum ex sacrâ, tum historiâ, tum & lingvâ, in Græcum sermonem profluxisse, non adfirmant tantum, sed confirmant F validissimè, & clarissimè demonstrant. hujus avtem generis apud Tragicos cumprimis segetem satis amplam à se indicant deprehensam.

Tum *Sol* ille tuus *meridianus* havd ita liqidò se prodit. Qam enim, non illustris, sed ne conspicabilis qidem, est vis istius seqelæ? *Polyxena apud Tragicum ante mortem qeritur absqe matre se ἐν ᾅδου fore. Agamemnon avtem post ejusdem cædem, in eâdem qidem fabulâ, sed versibus ultra tercentum interjectis, ab Hecubâ sciscitatur, qare filiæ corpus non mandet sepulturæ. Ergo in versu priore illo τὸ ἐν ᾅδου non est vertendum,* G *apud inferos.* Eqidem ambigo, an cuiqam, avtore excepto, cui mens saltem constiterit, luce meridianâ clarior videri possit argumentationis istius deductio necessaria.

CAPUT XXVII.

Καλῶς ποιεῖν, pro εὖ ποιεῖν, sive εὐεργετεῖν. Græcis priscis insolens, V. T. interpretibus freqens. Psochenii mira confidentia. crassus error non unus; alter qod inter ποιεῖν, πράττειν, δρᾶν nullam agnoscit differentiam; alter qod εὖ ποιεῖν & εὖ πράττειν pro eisdem habet.

A EOs, qibuscum agit Pfochenius, avt pro *stupidis*, avt *amentibus*, avt *cacis* habere solet. Id supra sect. 76. & 77. vidimus. nec à more isto, cui jam assvevisse videtur, discedit sect. 78. *καλῶς ποιεῖν, ἀντὶ τοῦ εὖ ποιεῖν, ἤτοι εὐεργετεῖν*, usurpat Matthæus c. 12. v. 12. *Hebraismo hoc tribuere* nescio qos affirmat Pfochenius. neminem enim nominat, istud qi dixerit. Et esse *Hellenisticam*, qam ei nuncupant, *formulam* non defuere forsan qi censerent. Siqidem apud Græcos veteris Instrumenti interpretes hoc significatu crebrò occurrit. Jerem. c. 4. v. 22. Zeph. c. 3. v. B 12. Zachar. c. 8. v. 15. cum apud Græcos avtores rariùs, si usqam saltem, deprehendatur. Sed qid ad ista Pfochenius? *qo jure*, inqit, *Hebraismo hac phrasis accenseatur, nullus non videt*. At *Hellenismo* saltem, qem isti appellant, qo jure accenseatur, etiam hebetioris qi sumus visus, fortean videamus.

Sed urget Pfochenius; *si καλῶς ποιεῖν pro εὖ ποιεῖν positum, idiotismum istiusmodi redolet, nihilominus καλῶς δρᾷν, & καλῶς πράτλειν pro εὖ δρᾷν, & εὖ πράτλειν collocata, eundem sapere necessum est, cum plane inter eas phrases nulla sit* C *differentia: ποιεῖν, πράτλειν, δρᾷν eandem significationem obtinere, vel pueris in Scholis notum est. qam avtem absonum & ἄτοπον sit posterius, vel cæcus palpando investigare posset. qanto magis ὀξυδερκὴς videre?*

Cæterùm vereor valdè, ô vir confidentissime, ne imperitiam tuam nimis prodas, dum adversæ partis viros eruditos tam fidenter detriumphas. Primò enim, si ποιεῖν, πράτλειν, δρᾷν eandem plane per omnia significationem obtinere, in scholis puer didicisti, in malos lingvæ Græcæ magistros incideris necessum est. Apud nos certè in D scholis docentur pueri, non magis idem esse Græcis ποιεῖν & πράτλειν, qam Latinis *facere* & *agere*. qæ etiamsi in phrasibus qibusdam promiscuè usurpentur, tamen si qis, qia *asellum agere*, & *animam agere* Latinè dicitur, ideo *asellum facere*, & *animam facere*, eadem cum illis notione usurpata, non esse barbara planè, & à Latinitate aliena prorsus censuerit, *aselli* nomen in scholis nostris grammaticalibus neutiqam defugerit; nec Orbiliorum nostrorum ferulas facilè evaserit, qi *fabulam facere*, & eandem *agere*, pro eodem habuerit. Imposuit forsan Pfochenio, qod apud Ari- E stotelem legerat, *poetic.* c. 3. *Τὸ ποιεῖν αὐτοὶ μὲν (οἱ Δωριεῖς) δρᾷν, Ἀθηναῖοι δὲ πράτλειν προσαγορεύειν. Facere illi (Dorienses) qidem δρᾷν, Athenienses vero πράτλειν dicunt.* Verum advertere oportuerat philosophum eundem, *polit. l.* 1. *c.* 4. monuisse, *Διαφέρει ἡ ποίησις εἴδει καὶ ἡ πρᾶξις: καὶ ὁ βίος πρᾶξις, οὐ ποίησις ἐστί. Specie differre facere & agere: vitam certe actionem esse, non factionem.* Et *Ethic. Nicomach.* l. 6. c. 4. *Τοῦ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν ἐστὶ τι καὶ ποιητὸν καὶ πρακτόν. ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις, καὶ πρᾶξις. ὥστε καὶ ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτικὴ, ἕτερόν ἐστι τῆς μετὰ λόγου ποιητικῆς ἕξεως· καὶ οὐδὲ περιέχεται* F *ὑπ' ἀλλήλων· οὔτε γὰρ ἡ πρᾶξις, ποίησις· οὔτε ἡ ποίησις, πρᾶξις. Ejus autem qod esse aliter potest, aliud efficiendum, aliud agendum est. Qare etiam habitus activus cum ratione ab effectivo habitu cum ratione diversum qid est, neqe a se mutuo continentur, neqe enim actio effectio, neqe effectio actio est.* & c. 5. *Ἄλλο τὸ γένος περὶ ἕξεως καὶ ποιήσεως. τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως ἕτερον τὸ τέλος· τῆς δὲ πράξεως, οὐκ ἀεί. ἔστι γὰρ αὐτὴ ἡ εὐπραξία τέλος. Alind actionis, alind effectionis genus est. Nam effectionis finis diversum qid ab ea est: actionis vero non semper; ipsa enim bona actio finis est.* qi idem habet & *Ethic. Evdem.* G *l.* 5. *c.* 5. & fusiùs explicat, *magnor l.* 1. *c.* 35. iste ergo sit primus censoris nostri tam severi error etiam puerilis, qod idem prorsus esse censet τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πράτλειν.

Alter fuerit, qod ὁ ὀξυδερκέστατος non pervidit, τὸ καλῶς ποιεῖν, sive etiam τὸ εὖ ποιεῖν, & τὸ καλῶς πράτλειν, sive τὸ εὖ πράτλειν in locis adductis idem planè non valere, sed diverso prorsus sensu usurpari. Id qod ex suâ etiam versione intelligere potuerat; qum in illo *Hecuba πράξειν καλῶς, acturum*, non *facturum benè*; in *Hippolyto* illo, *κάρτα γ' εὖ πράξειας, praclare tecum agitur*, non *à te fit*; reddiderit ipse: ut aliud planè sit εὖ ποιεῖν, sive καλῶς ποιεῖν, *alteri alicui benè facere*; aliud εὖ πράτλειν, sive καλῶς πράτλειν, *ipsum bene agere*, & *feliciter se habere*. nec verò, sicut καλῶς, ἤτοι εὖ, ποιεῖν τινα, ita καλῶς πράτλειν, ἢ εὖ πράτλειν A τινα, pro *beneficio afficere aliqem*, qi Græcè loqi voluerit, dixerit qisqam.

CAPUT XXVIII.

Εἰπεῖν in jubendi sensu, ab Hebraica lingva idiotismo descendisse meritò existimatur. Nec Græcis tamen insolens. Atticis peculiare.

B SEct. 79. *τὸ εἰπεῖν in jubendi, sive imperandi, significatu adhibitum* Lucæ c. 19. v. 15. sicut & Matth. c. 4. v. 3. *ab Hebraica lingva idiotismo descendisse* sentiunt viri docti: in qibus & Livelæus noster; qia Hebræis τὸ דבר & τὸ אמר ita familiariter usurpantur, nec aliter ferè Græci interpretes hæc exprimunt. Hos ut refutet Pfochenius, ex Evripide loca duo producit, (Ezechielem enim si avt pro avtore ethnico, avt *insigni lingva Græca magistro* habuerit, erravit insigniter) qibus τὸ εἰπεῖν eo sensu sumatur.

C At poterat, H. Stephano in *tract. de dialectis* consulto, non ex Evripide solo, avt poetis, qi à communi verborum usu discedunt sæpiùs, sed à sermonis soluti scriptoribus, exempla adduxisse; qorum in studiosorum usum describere nonnulla non gravabor. Sic ergo Thucydides l. 1. *Ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἐπαινέσας αὐτοὺς, καὶ εἰπὼν, ὅταν ἐς καλῇ, παρεῖναι, οὕτως ἀπέπεμψεν. Alcibiades verò lavdatos, cum jussisset, ubi vocarentur, præstò esse, dimisit.* & l. 7. *Καὶ εἰπόντες ἅμα ἐν τῷ παράπλῳ, καὶ τοὺς πολεμίους, ἐάν τι δύνωνται, αὐτοὺς βλάψαι. Qumqe edixissent, ut simul inter* D *præternavigandum, si qid possent, hostes damno afficerent.* Lucian. in *asino*. *Ἐμὲ δὲ παρέδωκεν ἀπελευθέρῳ ἑνὶ τῶν ἑαυτοῦ νεανίσκων, καὶ εἶπεν κατηχεῖν ἐμὲ ποιεῖν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην. Liberto cuidam ex adolescentibus suis tradidit me, edixitqe, ea me doceret, qibus ipsum qam maximè possem oblectare.* Qibus adjicere licet Epicteti illud apud Arrian. dissert. l. 1. c. 14. *Καθάπερ ἐκ προστάγματος τοῦ Θεοῦ, ὅταν ἐκεῖνος εἴπῃ τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν, ἀνθεῖ· ὅταν εἴπῃ βλαστάνειν, βλαστάνει. Tanqam ex Dei præstituto, ubi stirpes florere ille jusserit, florent; ubi germinare jusserit, germinant.* E Atqe hæc usus istius exempla magis forsan idonea fuerint, qam poetica illa; nec evicerint tamen, non ab Hebræis potiùs, qam à Græcis (nam *Atticorum peculiare* hoc esse contendit Stephanus) eum verbi istius usum sumpsisse Evangelistas.

CAPUT XXIX.

F Sangvis super caput alicujus, *Hebraismus*. Caput *pro personâ, sive* homine, *exteris usurpatum, contrarium non evincit. formula ea reperitur, & ubi tropus ille abest. εἰς δύο*, in partes duas, *Syriasmum censeri. id qo refellatur, unus tantum è Luciano locus. ἄνωθεν phrasis Græcis, vix usurpata. ὁ κύριος τῆς οἰκίας, pro patre familias Hebraisantibus familiare. Diogenis tantummodo dictum à Plutarcho, an Laertio, relatum opponitur.*

G SEct. 80. formula illa, Actor. c. 18. v. 6. *Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν. Sangvis vester esto super caput vestrum: Hebraismus videtur, qia Hebræi sic loquuntur,* Reg. l. 3. c. 2. v. 58. ubi LXX *τὸ αἷμά σου ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου.* sed & Reg. l. 2. c. 1. v. 16. & Ezech. c. 33. v. 4. Hoc qo refellat Pfochenius, opponit *caput* pro *personâ* cum Græcis, tum & Latinis usurpari.

At verò non tam de synecdoche ipsâ istic agitur, qâ *caput* pro *homine* usurpatur; qam de formulâ illâ, qâ *sangvis* hujus, vel illius, *super caput* hominis alicujus esse perhibetur, cui cædes vel exitium ejus jure meritò imputatur. ea avtem ab Hebræorum usu desumpta non immeritò affirmatur, etiam ubi tropus ille abest; sicut Matth. c. 27. v. 25. *Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. Sangvis illius super nos esto.* qod & Beza ibidem adnotavit.

Sect.

Sect. 81. In illo Matth. c. 27. v. 51. Ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. *Scissum est in duas partes a summo usqe ad imum.* ait *qosdam Hebraismum, vel Syriasmum potiùs, somniare,* in verbis εἰς δύο.

Hice qinam sint, ego nescio. verum si qis illud ἀπὸ ἄνωθεν Græce loqentibus minùs solens esse censuerit, havd facilè credo qis contrarium evicerit. Sed nec aliud qicqam præter Luciani locum unicum Pfochenius adducit, qo alterum illud Græcis usitatum comprobet.

Sect. 83. Marc. c. 13. v. 35. Ὁ κύριος τῆς οἰκίας, *dominus domus, phrasi Hebrais familiari* pro eo qod Græci οἰκοδεσπότην dicunt, usurpari censetur. qia *Hebræi* בעל בית *dicere solent.* Exod. c. 22. v. 8. ubi & LXX ὁ κύριος τῆς οἰκίας. & Judic. c. 19. v. 22. Verum & *Diogenem sic locutum* objicit Pfochenius, prout citatur à Plutarcho *in vitis illustrium virorum.* Atqe ita certè refertur locutus ille Cynicus à Laertio cognomine in *vitis philosophorum*; à Plutarcho, necne, incertum mihi. Verum an his ipsis vocabulis usus sit dicti avtor, qibus Historicus enunciat, ambigere licet. nec Græcis perinde atqe Hebræis, eosqe æmulatis, familiaris est illa locutio; qam ab Hebraisantibus potiùs sumpsisse Evangelistam, vix cordatus qisqam non censuerit.

CAPUT XXX.

Ἐκ *pro* propter, *Joan. 4. 6. non necessariò sic redditur.* ἐξ, *&* ἐκ, *sæpe cavssam efficientem designat,* Æsopus *pro lingva Græca avtore probo frustra lavdatur.* Ἐκ χειρὸς. *Eccles. 7. 7. Nahumi 3. 11. expositiones variæ.*

SEct. 84. Joan. c. 4. v. 6. ait Pfochenius, in verbis illis, ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, *opinari multos, τὸ ἐκ significationem τοῦ propter ex Hebraismo habere. sic enim usurpari τὸ* מן Nahum. c. 3. v. 11. מאויב. LXX ἐξ ἐχθρῶν. *desiderabis robur propter inimicum. Sed eandem,* inqit noster, *significationem hac præpositio obtinet apud probatos Scriptores profanos. Æsopus enim sic loqitur.* Ὁ ὄνος, κοπιῶν ἐκ τοῦ κόπου, ἐτελεύτησεν. *Asinus, concidens ex (i. e. propter) labore, emortuus est.*

Primò, scire pervelim, qinam *multi* illi, qi *Hebraismum* in Evangelistæ verbis delitescere monuerint; qive ἐκ ibi *propter* reddiderint. Certè *ex itinere* vertunt, Vulgatus Interpres, Calvinus, Castellio, Illyricus, Beza, Piscator. ecqis alitèr? qanqam poterant &, *ab itinere*; qo modo Plinius *hist. nat. l. 2. c. 8. à solis vicinitate ardentis.* Et *l. 24. c. 5. si caput à sole doleat.*

Tum, Æsopicarum fabellarum qi farraginem confecit, pro *avtore probato* frustrà obtruditur. nec reverâ opus erat, ut ad obscurum ejusmodi incertumqe scriptorem provocaretur. cum è probatis, & extra exceptionem positis, exempla τοῦ ἐξ eo sensu usurpati, qo Evangelista adhibuit, ut *cavssam* scilicet *à qâ* res aliqa producatur, designet, proferri possint havd pavca. Sic enim apud H. Stephanum præstò habere poterat, ex Thucydide, ἐξ ὧν ἐφθείροντο. h. e. *è qibus,* sive, *qibus* simplicitèr *peribant.* ex Aristophane, ἐκ χειρὸς ἀπώλλυσαν. *manu perire.* ex Sophoclis *Ajace*;

> Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν
> Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας
> Ἐκ χειρὸς, αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.
> *Omnino namqe perditos deprendimus*
> *Passim palantium pecudum totos greges,*
> *Manuqe cæsos, ipsis cum pastoribus.*

qo modo Deus apud Esaiam c. 50. v. 11. היתה זאת לכם מידי. Græc. δι' ἐμὲ ἐγένετο ταῦτα ὑμῖν. Hieron. *de manu meâ factum est hoc vobis. e manu,* Jun. Et Heman. Hymn. 88. v. 5. והמה מידך נגזרו Græc. Ἐκ τῆς χειρός σου ἀπώσθησαν. Jun. *manu tuâ occisi sunt.* monetqe Piscator מן ibi *efficientem* designare. qo pertinet & phrasis illa Polybiana apud Svidam, Ἐκ χειρὸς βοηθεῖν τοῖς πράγμασι. ἀντὶ τοῦ, μετὰ πάσης σπουδῆς, ἀνατεταμένως, συντόνως. *manu rebus succurrere; pro eo qod est omni studio, summâ cum contentione.* Sic & Latini. Plavt. Casin. 2. 6.

> *Eoqe corculum assudassit jam ex metu.*

A Et *ibid.* 3. 1.

> *Miseriorem ego ex amore qam te vidi neminem.*

Idem *Asinar.* 5. 1.

> *Fateor me ex amore hujus corruptum oppido.*

Teren. *Andr.* 3. 1.

> *Adeone est demens ex peregrinâ?*

Et *Eunuch.* 2. 1.

> *Adeone homines immutarier ex amore.*

Idemqe *Adelp.* 2. 1.

> *Minime mirum; qi insanire occipiunt ex injuriâ.*

B Id qod Salomon dixisse videtur plerisqe verbis illis, Eccles. c. 7. v. 7. *Oppressio ad insaniam adigit sapientem.* Etiamsi Piscator in Schol. aliò abeat. Ita deniqe Cato in *Epistolâ ad filium,* referente lib. 7. Prisciano: *Ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamentis bibendis* pro eo, qod citra præpositionem Virgilius, *Georg. l. 3.* eidem ibidem lavdatus,

> —— *asperqe siti atqe exterritus æstu.*

Verum illud τῶν LXX ἐξ ἐχθρῶν, qo Nahumi מאויב c. 3. v. 11. exprimere volebant, inter Hebraismos non immeritò poterit collocari. siqidem istic מן & ἐξ *cavssam impellentem* potiùs qam *producentem* designat. *ob inimicos.* i. e. *ut inimicis tuis resistas.* Vatabl. *inimicis perseqentibus.* Hieron. qanqam, Caninium si seqimur, à Pfochenio adductum, ellipsis futura est. *ab inimicis.* i. e. *ab inimicis timens tibi.* hoc est enim qod ille מפחד אויב *ab inimici metu.* vel etiam, *qæres robur, qo ab inimicis defendas te,* sive *tutus sis.* alioqi verti possit מאויב *præ inimico.* Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν. ut Latini dicunt, *præ multitudine.* i. e. *ratione multitudinis,* Ἕνεκα τοῦ πλήθους. Vetus Lat. *Qæres avxilium ab inimico.* qod aliò planè trahit Fr. Ribera, ac si dicatur, *Necessitate cogeris eos etiam suppliciter precari, qos oderas.* sed prior sensus magis placet; prout & Calvino, qi utrumqe proponit.

D

CAPUT XXXI.

Dispares planè sunt formulæ, ἡ ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφή, *&* τὸ ἐν σοφοῖς, ἢ μωροῖς εἶναι. *nec sunt idem prorsus,* ἐν σοφοῖς, ἢ ἐν μωροῖς εἶναι, *&* σοφὸν, ἢ μωρὸν εἶναι. *Perperam redduntur loca illa, Hymn. 54. 6. Param. 22. 26. & 23. 20.* καὶ ἐν δικαιοσύνῃ ἐργάζεσθαι, *qanam. Tit. 3. 5.* καὶ ἐν ἀγνοίᾳ ἐπιθυμίαι. *1 Pet. 1. 14.* ἐν ἡδονῇ, *voluptatis loco, Euripidis.* ἐν ἀφροσύνῃ, *frustra huc trahi. In iniqitate, Hymn. 51. 6. qid sit.* ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι. *1 Joan. 5. 19. In veritate, astutia &c. Hebræorum idiotismi,* ἰδίᾳ *&* δημοσίᾳ, *formulæ peculiares.*

E

SEct. 85. confundit Pfochenius formulas illas, τὴν ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφήν. Petri Ep. 2. c. 2. v. 7. *in lasciviâ conversationem,* pro *lasciviam;* & ἐν σοφοῖς, vel ἐν μωροῖς εἶναι. *è sapientibus,* vel *tenuioribus esse* pro *sapientem,* vel *tenuem haberi, esse.*

F

At istæ multum à se invicem discrepant. alterâ enim abstractum cum præpositione pro concreto usurpatur, reiqe subjectæ denotatur affectio. alterâ concretum ipsum retinetur, & plurali formulâ adhibitâ, classis, in qâ qis censendus sit, designatur. itaqe non est necesse vertere, ἐν σοφοῖς ἦν, *sapiens essem,* sed *è sapientibus,* vel *in sapientibus essem.* i. e. sapientum numero censerer. nec ἐν ταπεινοτέροις ὤν, *tenuis,* sed *è tenuioribus cum sis,* infimæ sortis unus cum

G sis, ut personæ de qâ sermo instituitur, sors non singularis avt peculiaris, sed cum aliis eidem communis denotetur. Qin nec illud Psalmi 54. v. 6. אדני בסמכי נפשי à LXX. rectè vertitur, ὁ κύριος ἀντιλήπτωρ τῆς ψυχῆς μου. hoc est *Deus est sustentator animæ meæ.* qanqam eo inclinare videatur Drusius qæst. l. 2. c. 11. qum sensus simplex sit, qod & verba sonant, *Deus est in eis,* sive *inter eos, qi sustentant animam meam.* i. e. *inter milites meos,* ut Piscator. vel *assistit mihi & comitatui meo,* ut Junius. Vitiosa avtem est versio, qæ minùs exprimit, qam textus ipse exhibeat. Nec qæ ex Parœmiis adducit ille loca, aliter debent explicari. cap. 22. v. 26. *ne sis ex spondentibus debita.* Et cap. 23. vers. 20. *ne sis ex ebriosis vino deditis.* amplius est

enim, *ne sis è talibus*, qam, *ne sis talis.* perinde est enim ac si diceret, *ne sis talis, qales multi existunt*, vel *tametsi non desint, qi sint ejusmodi haud pauci*: vel etiam *talium consortio ne te adjungas.* nam illud Psalm. 99. v. 6. aliter sumendum agnoscit ipse.

Verum formula prior illa est reverâ scriptoribus sacris peculiaris propemodum. & occurrit apud hos freqentius, Sic enim Pavlus ad Tit. c. 3. v. 5. Τὰ ἐν δικαιοσύνῃ ἔργα, ἀντὶ τῶν δικαίων. *Opera in justitiâ*, pro *justis*, sive, *justè factis*, ut Beza. nec possum probare Tho. Plaifiri nostri argutiam, qi *opera in justitiâ* exponit, *opera qæ fiunt in fide, in statu justificationis, in justitiâ, à jam justificatis.* nam tempus præteritum, qod vocationem & conversionem antecesserat, ab Apostolo respici, contextus ipsa series indicat. qanqam sic accipi posse videtur, qod Petrus Ep. 1. c. 1. v. 14. Ταῖς ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις, supple γεγονυίαις, inqit, Piscator; *qæ in ignorantiâ vestrâ (viguerunt) cupiditatibus*, Beza. at Syrus etiam hic simpliciter, *Qæ concupiscentes eratis absqe scientiâ.* ut concupiscentiæ cæcæ intelligantur. qod & optimè constare potest.

Nec cum istis geminum plane est illud Euripidis ex *Iphigeniâ Tauricâ.* v. 494.

> Ἐστι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.
>
> *Estne tibi vero in voluptate hoc scire?*

potest enim hic τὸ ἐν ἡδονῇ verti, *voluptatis* loco: cum ἐν ἀγνοίᾳ, sive ἐν δικαιοσύνῃ, *ignorantia*, vel *justitia loco*, illic non possit. Et illud multo minùs ex *Hecuba*, v. 491.

> Τύχην δὲ πάντα τὰν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν.
>
> *Fortunam vero omnia mortalia gubernare.*

τὰν βροτοῖς enim istic apertè significat, qod primâ fronte præfert, *qæ in hominibus*, vel *apud interve, homines geruntur.*

Vatis avtem regisqe ejusdem Hymno 51. v. 6. verba qi cum Pfochenio sic exponunt, ut, *formatus sum in iniqitate, & in peccatis concepit me mater mea*, nihil aliud sonet, qam *iniqus formatus, peccator conceptus sum*, avt *cum iniqitate, cum peccato*; qod Piscatori placuit; vim dicti, havd parum enervare videntur. aliud enim est *cum peccato*, aliud *in peccato* nasci. aliud *peccatum alicui inesse*, aliud *ipsum esse* qodammodo *in peccato.* sicut aliud nave fractâ in aqis marinis demersum totum existere, aliud ad litus subductum, aqæ marinæ aliqid in visceribus exceptum gestare. hæc etiam regenitorum est affectio, penes qos manent adhuc vitii innati reliqiæ. Rom. c. 7. v. 17. 23. illa verò nondum regenitorum conditio, qi vitio illo toti qasi immersi habentur. qod illi cæco à Domino sanitati restituto, Joan. c. 9. v. 34. Ἐν ἁμαρτίαις ἐγεννήθης ὅλος. *In peccatis totus es genitus.* Et Pavlus ad Ephes. c. 2. v. 1. & Coloss. c. 2. v. 13. Νεκροὺς ἐν ἁμαρτίαις καὶ παραπτώμασι. *In peccatis mortuos*, sive *peccatis immortuos.* & aliâ formulâ Simoni Mago Petrus Act. c. 8. v. 23. Εἰς χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. *Video esse te in bile amarissimâ, & iniqitatis vinculo.* h. e. video esse te bile amarissimâ occupatum, & iniqitatis vinculo prorsus obstrictum. Et Joannes Ep. 1. c. 5. v. 19. Ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. *Mundus iste totus in malo*, sive *in malitiâ situs est*, prout Plavtus Casin. 2. 5.

> *Nunc in fermento tota est: ita turget mihi.*

Et *Merc.* 5. 3.

> *Nunc mea uxor propter illam tota in fermento jacet.*

ἐν ζύμῃ κεῖται, ut verbo unico absolvam; οἱ μὲν ἔχουσιν, οἱ δὲ ἔχονται. *habent illi, habentur isti.* sed hoc ἐν τῷ παρέργῳ.

Cæterum priori illi finitimum est, si non idem prorsus, qod Sect. 96. habet, de periphrasi, qâ adverbia Hebræi efferant. באמת *in veritate*, h. e. *verè*, בצדקה *in justitiâ*, i. e. *justè.* בערמה *in astutiâ*, i. e. *astutè.* & pariter, ἐν τάχει, pro ταχέως, *citò.* Rom. c. 16. 20. ἐν ἀληθείᾳ, *in veritate*, i. e. *verè.* Matth. c. 22. v. 16. qo eodem refert & illa sine particulâ præfixâ, ἰδίᾳ *privatim.* Cor. Ep. 1. c. 12. v. 11. δημοσίᾳ *publicè.* Act. c. 16. v. 37. κύκλῳ *in orbem.* Marc. c. 4. v. 34. Eisqe affinia qædam profert ex Græcis Tragicis.

Verum illa ἰδίᾳ, δημοσίᾳ, κύκλῳ sunt formulæ peculiares, & in adverbiorum classe censentur. nec qia ἰδίᾳ pro *privatim*, δημοσίᾳ pro *publicè* usurpatur, pari ratione κρυφῇ pro *clam*, avt φανερῶς pro *palam* dixeris: etiamsi analogia eadem sit planè. Sed nec tam Græcorum, qi adverbiis abundant, qam Hebræorum, qibus ea pavca sunt, periphrasis illa, idiotismus est.

CAPUT XXXII.

Hebræorum idiotismus, qo vehementius affirment, contrarii negationem subjungere. Hoc qi Drusim, alios qoqe usurpatum idem non negat, imo locis allatis probat. Sangvis pro cæde, eisdem familiare, sed plerumqe in plurali. ῥαπίζειν, & ῥάπισμα Hellenistarum, non Græcorum priscorum, vult Heinsius. hoc ex Justiniani Novellis refellit Pfochenius. ἐν ὁδῷ, pro ratione, instituto, *Hebræorum idiotismus; nec Græcis tamen insvetum prorsus. Stoicis admodum familiare.* via justitiæ *&* injustitiæ, *Hebraismus.*

SEct. 86. *Hebræorum idiotismus esse creditur*, inqit, *ubi aliqid affirmaturi vehementèr, negant ejus contrarium.* atqe Drusium hîc advocat, à qo loci passim notati sint.

Sed num Drusius, avt alius qisqam ἴδιον, sive peculiare, istud esse Hebrææ lingvæ unqam affirmavit? ἰδιωτισμὸν, sive *formulam vulgarem usitatamqe* Hebræis, luculenter satis indicant loca illa à Drusio lavdata. ἴδιον sive peculiare horum non esse, idem ipse è scripto profano prolatis exemplis ostendit. qod & alibi monemus; ut frustra hoc in rem suam Pfochenius hîc proferat: qanqam à suis potiùs, qam ab extraneis, cum Dominus ipse, tum & Evangelista, eam formulam havsisse meritò censeantur. qo modo & ἐκνεύειν pro *evadere, emergere*, Joannes c. 5. v. 13. (de qo sect. 87.) à Græcis Vet. Test. interpretibus potiùs, qi & sæpiùs usurpant, qam ab Evripidis *Hippolyto*, ex qâ solâ hic adducitur.

Sect. 89. Τὸ αἷμα pro *cæde* usurpatum, qi *Hebræorum idiotismum* esse, qibus in usu existere freqentissimo deprehenditur, qi affirmant, num à Græcis usurpari id negant? qanqam דמים in plurali freqentius hac mente illis usurpatur.

Sect. 90. Ῥαπίζειν, pro *palmâ cædere*, ῥάπισμα pro alapa ex *Hellenistarum, non Græcorum more*, τοὺς ἑβδομήκοντα *imitatos, usurpasse Evangelistas*, monet Cl. Heinsius in *Aristarch. sacr. c.* 28. Hoc ut refellat Pfochenius, *Justiniani codicem ac Novellam* accersit; qasi ista Græcæ puritatis normæ sint legitimæ. de vocabuli interim significatu videri possunt Petr. Faber. *agonist. l.* 1. *c.* 19. & Cl. Heinsius loco supra indicato.

Sect. 91. qærit Pfochenius, an *formula illa* ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, *in via justitia*, Matth. c. 22. v. 32. *aliaqe huic consimiles, qibus* ὁδὸς *sive via, pro ratione, modo, vita instituto usurpatur, ex Hebraismo derivata sint nec ne.* Et certe ab Hebræis eorumqe interpretibus, qibus formulis istiusmodi nihil est familiarius, sumpsisse Evangelistas ac Apostolos, non est, opinor, qi negaverit.

At, inqit Pfochenius; *sic loquuntur etiam Græci scriptores profani.* solum interim Evripidem profert, qi in *Hippolyto*, γνώμης ὁδὸν, pro *mentis, sive consilii, ratione* bis dixerit. qod idiotismum Græcorum esse nevtiqam probat. Ejus loco poterat Thucydidem l. 3. adduxisse; Μετὰ γὰρ Ἀθηναίων ἄδικον ὁδὸν ἰόντων ἐχωρήσατε. *Athenienses viâ injustâ incedentes secuti estis.* ὁδὸν ἄδικον dixit, qam ὁδὸν ἀδικίας Græcus interpres, Hymn. 119. v. 29. qo modo ὁδὸν δικαιοσύνης Evangelistæ, qi est manifestus Hebraismus. Sed & Isocratem itidem *ad Demonic.* Ὅσοι τὸν βίον ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν. *Qotqot hanc vitæ viam, sive institutum, ingressi sunt.* Nota obiter, apud Stoicos, Marcum præcipuè Antoninum, *commentar.* l. 1. S. 9. Ὁδῷ ἐξευρετικῶς καὶ τεταγμένως. l. 5. S. 24. Ὁδῷ ἀναλαμβάνειν. l. 3. S. 11. Ὁδῷ ἐλέγχειν. & l. 6. S. 24. Ὁδῷ περαίνειν. &c. freqentissimè occurrere, pro eo qod est, *certâ aliqâ ratione, viâ, methodo excogitare, disponere, censere, redarguere, perficere aliqid*, &c.

CAPUT XXXIII.

Ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν Matth. 21. 42. malè redditur, Coram nobis. *Aliud ab hoc est Euripides, ἰδὼν ἐν ὄμμασιν. ἰδεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς, & similia, Hebraeorum idiotismus. Poetica locutiones idiotismum non probant. Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς. Hebraeorum idiotismus, foemininum neutrius loco usurpare.* Ὁσίη, fas, pietas. *Absque eâ cultus omnis inanis.*

SEct. 92. *Καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.* Matth. c. 21. v. 42. *Et admirabile est in oculis nostris.* i. *coram nobis*, inqit Psochenius. insinuans pro Hebraismo haberi. estqe reverâ ex Hebraico textu desumptum, Psalm. 118. v. 23. Verum *ita Hebrai*, inqit, *non loquuntur soli. patet ex Euripide in Hippolyto v.*1265.

Ὡς ἰδὼν ἐν ὄμμασιν.

Ut videns coram.

At primo, *in oculis nostris*, non satis fæliciter exprimitur, per *coram nobis*, qis enim sic loqeretur, *Hoc est mirabile coram me?* potius, *hoc est mirabile in conspectu nostro*, i. e. conspicientes nos in stuporem trahit. C qod, *coram nobis* non explicat planè. imò si qis diceret, *Mirum est hoc coram nobis fieri*; aliud prorsus dictum, velle jure censeretur, qam hoc loco vates *ὑμνῳδὸς* voluit.

Tum *ἰδὼν ἐν ὄμμασιν* est diversa ab hac formula; illi potius compar, *ἰδεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς*. Matth. c. 13. v. 15. Joan. Ep. 1. c. 1. v. 1. Et Genes. c. 31. v. 10. qod ibid. c. 45. v. 12. dicitur *ὀφθαλμοὶ βλέποντες*. sed & alibi freqentissimè, tam in Græcâ Veteris versione, D qam & in novo instrumento, qod & ipse observavit infra sect. 101. ubi etiam ex Græcis, sed Poetis solis, gemina multa congessit. qibus istud qoqe adjicere poterat, nisi qod *ἐν* hic habetur, qod in illis havd extat. Poterat avtem convenientius istic adduxisse, proverbiale illud, *Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς*. ubi commodiùs etiam reddi potest *ἐν ὀφθαλμοῖς*, *in oculis*, *coram*. Nec verò si prorsus conveniret, idiotismum evinceret unicus è poetâ locus. nec à formulis poeticis ad usum familiarem satis est firma consecutio.

E Cæterum, qum neminem Psochenius hîc nominet, qi Evangelistæ verbis Hebraismum subesse censuerit, subit animum suspicio, Casavboni *annotationes ὀλοσχερῶς ἀσπουδάστως. plane excogitantem*, ut cum Marco loqar, qum *purum putum Hebraismum*, ad incisum illud adnotatum legeret, de formulâ illâ *ἐν ὀφθαλμοῖς* dictum cepisse. atqi aliud *ὁ μακαρίτης* voluit. qum enim tam apud Matthæum, sed & Marcum c. 12. v. 11. qam & in Hymnorum versione Græcâ Hymn. 118. v. 23. legatur, *Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ*, &c. F *A Jehova est hic, estqe mirabilis*, &c. qod V. C. Fr. Junius, cum in *annot.* tum & *parall.* l. 1. c. 40. ad *γωνίαν* referri postulat: eam concinnationem ut minùs commodam rejicit meritò Casavbonus; Et *Hebraismum purum putum* esse affirmat, *αὕτη* respondente τῷ זאת. Hebræorum est avtem, non & Græcorum, *foemininam formam neutraliter* usurpare. qod nec Psochenius, opinor, ipse negaturus est. qanqam ejusmodi qiddam forsan qibusdam videri possit, illud Homeri *Odyss.* π. v. 423.

— Οὐδ' ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν.

Neqe justum est mala struere invicem mutuo.

Et *ibid.* χ. v. 412.

Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

Non est fas interfectis insultare viris.

ubi *ὁσίη* dicitur poetæ, prout & aliis nonnullis, qod *ὅσιον* Sophocli in illo, *εἰ θέμις, εἰ δ' ὅσιον*. & Phocylidæ v. 124.

Οὐχ ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀνάξιον ἄνδρα ἀτίμου.

Non est fas occultare virum improbum, ne puniatur.

Verum ellipticam formam hanc esse, vult Evstathius; supplendamqe *βουλὴ*, *δίκαιον*, *πρᾶξις* avt aliud ejusmodi. nec desunt, qos hîc seqi malim, qi substantivum potius esse censeant, qod *fas* reddunt nonnulli, *pietatem sanctitatem*-ve alii. Ita plane usurpavit Julianus *de Cynism. orat.* 2. Πάντα, inqit, *ἐκ ἀξίας τῆς ὁσίας οὐκ* (ita enim leg.) *οἴσιν αὐτοῖς*. *Non sunt digna, qa cum pietate conferantur, hecatomba* A *universa.* Eandem & in *diversum* numerum relatam ex Euripide ibidem allato discimus, qod & aliâ occasione alibi tetigimus. Non possum avtem continere me, qin subjiciam hic, qæ pietati veritatiqe qam maximè consentanea adjecit eodem loci idem ille pietatis veræ omnis expers exorsqe prorsus. *Ὡς πάντα καὶ τὰ μεγάλα καὶ σμικρὰ μετὰ τῆς ὁσίας τῷ θεῷ προσαγόμενα τὴν ἴσην ἔχει δύναμιν· ἐστερημένη δὲ τῆς ὁσίας, οὐχ ἑκατόμβη, ἀλλ' ἡ τῆς Ὀλυμπιάδος χιλιόμβη, ἀνάλωμα μόνον ἐστὶ, ἄλλο δὲ οὐδὲν. Tantundem valere majora ac minora cum pietate admota numini. hac verò semotâ, nec* B *hecatomben, sed nec chiliomben, aliud qicqam qam impensam sumptumqe inanem existere.* Verum *περὶ τῆς ὁσίας* utcunqe se habuerit; misso, qi intendebatur, Hebraismo, alium de suo substituisse Psochenius videtur.

Deniqe ab Hebræis sumpsisse cum interpretes Græcos, tum & Apostolum, negari non potest: nec amplius qicqam ex qoqam Psochenius istic.

CAPUT XXXIV.

Ἐκτὸς εἰ μὴ, 1. Cor. 15. 2. inconcinnitatis à nescio qibus insimulari. καὶ insertum qi postulant, à Bezâ rejecti. Matth. 3. 7. ἡ μέλλουσα, respondet Hebr. הבא *futura aptius qam* ventura.

SEct. 94. *Locutionem illam* ad Corinth. Ep. 1. c. 15. v. 2. *Ἐκτὸς εἰ μὴ qibusdam valdè* ait *inconcinnam videri. Sed & Lucianum sic locutum.* qibusnam hoc visum fuerit D nullus dicit. Beza monet tantùm qibusdam placere *καὶ* subavdiri ante verba illa ex *Hebraeorum idiotismo*, ut dictionis series sic profluat, *εἰ κατέχετε, καὶ ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε. si memores estis, nisi si frustra credidistis.* qod ipse tamen respuit, qia *ἐκτὸς* tunc redundaret. de *Hebraismo*, avt *inconcinnitate* aliqâ in formulâ ipsâ ipse ne *γρῦ* qidem.

Sect. 97. ait qosdam cavillari textum Græcum Matth. c. 3. v. 7. qasi non dicatur Græcè *μέλλουσα ὀργὴ futura ira*, sed *μέλλουσα ὀργὴ ἐλθεῖν*. qibus *insignem* imputat *lingua Graca imperitiam.* nec immeritò, id si qis censuerit. Verum E *μέλλουσα* ibi τῷ Hebraico הבא respondere, liqet satis. nec frustra penitùs Erasmum notat Beza, qod *venturâ* reddidit, qasi esset *μέλλουσα ἐλθεῖν*, cum *futurâ* posset aptius.

CAPUT XXXV.

Dispares formula, Canticum canticorum; *& Rex regum. Hebraismus in illo; non & in isto. Superlativi congeminatione vocum expressa, Hebraeorum idiotismo meritò deputatur.* F *Erasmus sine caussâ reprehensus. Cothurnus ab idiotismo diversus.*

SEct. 98. *Hebraismum latere* opinari qosdam ait in illis Apoc. c. 19. v. 16. *Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κύριος κυρίων. Rex Regum, & dominus dominorum.* ipse concedit, verum esse, *Hebraos singulare & excellens qippiam expressuros, sic solere effari.* qod ex inscriptione cantici Salomonis apertum fit שיר השירים *canticum canticorum*, h. e. G *canticum excellentissimum.* negat tamen Hebraismum idcircò esse. Sophoclem enim *Electrâ* v. 854. *δειλαία δειλαίων*, *infelix infelicium*, pro *infelicissimâ* dixisse. notatqe Erasmum, qi in adagio, *ἔσχατα ἐσχάτων κακὰ*, *extrema extremorum mala, hunc sermonis typum Graecos videri* scribit *ab Hebrais mutuò sumpsisse.*

Cæterum perperam confunduntur istic formulæ dispares. siqidem illa, *βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κύριος κυρίων*, sicut & *Deus Deorum* Hymn. 50. v. 1. citra Hebraismum aliqem (qem qinam in istis *latere* monuerint, nescio) usurpantur, eumqe designant, prout verba ipsa sonant, non qi *rex dominusve singularis & eximius* sit, sed qi regibus ipsis imperitet, in dominosqe ipsos, qicunqe ei sint, dominium exerceat. Siqidem ut Seneca *Thyeste*;

Omne

Omne sub regno graviore regnum est.

Et Flaccus *carm. l. 2. od. 1.*

Regum timendorum in proprios greges;
Reges in ipsos imperium est Jovis.

Atqe, ut Naso *Tristium l. 4. Eleg. 7.*

Nil ita sublime est. ——
Non sit ut inferius suppositumqe Deo.

Itaqe ad Hebraismum confugere nulla istic necessitas; & imminuit etiam appellationis vim ipsam.

Cæterum cur *typus ille sermonis*, qo ἐξαίρεσιν ejusdem dictionis congeminatione significatur, non ritè censeatur Erasmo *ab Hebræorum*, vel Orientalium aliorum, *usu* profluxisse, nihil hic affert Pfochenius; nec qid, consecutionis necessariæ qod sit, afferri possit à qoqam, video. Apud hos certè idiotismus est, *sanctus sanctorum*, Dan. c. 9. v.24. Et *sanctum sanctorum*, sive *sanctitas sanctitatum*, Exod. c.30. v.10. qod LXX ἅγιον τῶν ἁγίων Exod. c. 26. v. 33. Et Levit. c.6. v.29. qomodo & Apost. Hebr. c. 9. v.3. & *sanctitates sanctitatum*. Ezech. c.42. v.12. apud illos havd item. neqe enim idiotismum facit, si formula aliqa è cothurno semel avt iterum prosilierit, qanqam illud ἐσχάτων ἐσχάτων, ubi gradus ipse geminatur, minus durum & insolens videri possit, qam alterum illud δειλαία δειλαίων, & qæ ex paginâ sacrâ supra posuimus.

C A P U T XXXVI.

Θέλομεν, *Marc.* 10.35. velimus, *potius*, *qam* volumus, avt optamus. *Aliud* velle, *aliud* optare. *Aliud* optare, *aliud* rogare. *Optamus, & qa nec rogamus, nec rogare fas est.* θέλω. *Joan.* 17.23. velim, ἐρωτῶ, rogo, *Avgustinus Beza non immeritò notatus. Bezæ codices correcti.* Κλῦθι, *avdias.*

SEct. 99. Marc. c. 10. v.35. Θέλομεν, i.e. *velimus, multi contendunt*, inqit, *idem esse qod optemus. qam significationem & à Syro sermone tractam; qa Syris* צבא *& velle & optare significat.*

Beza qidem, θέλομεν, inqit, *ad verbum volumus*, i. e. *optamus. est enim rogandi, non imperandi significatione positum. sic avtem Græci solent convertere Hebræorum* חפץ. Nec tamen ideo Hebraisantibus solis peculiarem vult esse eam vocabuli istius significationem. Idem enim ex Cicerone profert: *Eum honorem Deos tibi fortunare volo.* Qanqam reverâ nec eadem sunt prorsus *velle* & *optare*: & hæc duo distingvit Orator qoqe ipse, Orat. *pro Cluentio*: *Nihil est mali, nihil sceleris, qod illa non filio voluerit, optaverit.* Sed nec *optare* & *rogare*. siqidem optamus multa, qæ non petimus, avt rogamus tamen; imò qæ petere à Deo ac rogare nevtiqam par est. τὸ θέλειν vero, hoc qidem loco, non tam *optare*, qam *petere* ac *rogare* significat. Optimè itaqe Vir doctiss. idem, & istic, θέλομεν, non *volumus*, prout vetus interpres, & Erasmus, sed *velimus* reddidit; & cum Marc. c.6. v.25. tum & Joan. c. 17. v. 23. θέλω *velim.* Avgustino etiam notato, qi *Ep.* 178. (ita enim restituendus in Bezæ codicibus numerus, qi perperam centenario minor designatur) *Patris & Filii æqalitatem* inde satagit probare; qia *non diceret*, inqit, *inferior superiori*, volo, *sed supplicans*, rogo. Idemqe Homil. 43. *Sed jubet Pater, ut faciat Filius. Volunt Pater, efficit Filius. Ecce ostendo, qa vult filius, & facit Pater. Ecce Filius jubet, & Pater facit. avdis voluntatem potestatis, potestatem voluntatis*, at verò τὸ θέλω nihil hic est aliud qam ἐρωτῶ, *rogo*: qo modo supra locutus fuerat vers. 9. & 20. Aptissime avtem *velim*, Vir doctissimus vertit. eâ enim, qæ est optandi, formulâ superiores suos alloqi solent inferiores. qod monuisse memini Dunæum nostrum ad illud Lycophronis v.9. qo famulus Regem Dominum suum in operis exordio sic affatur,

Κλῦθι δὴ, ὦ ἄναξ.
Avdias, o Rex.

nos diceremus, May it please you to heare.

C A P U T XXXVII.

Φῶς pro igne, *Hebræorum idiotismus. Rhesi Avtor. Ab Orientalium usu multa in lingvam Græcam profluxerunt. Ex communibus notionibus Tragici qædam, qa usus communis non erant.* Φλὸξ pro igne, *ejusdem farinæ. In simpulo fluctus.* μόσχος *pro bove; ut* πῶλος *pro eqô.* πίπτειν, cadere, *pro mori.*

SEct. 100. frustra φῶς Marc. 14. v. 54. *pro igne* usurpatum *Hebræorum* solùm *idiotismum* esse Pfochenius pernegat, qia Evripides (si is saltem est; nam Aristarcho asserit Sam. Petitus *miscell. l. 3. c. 22.*) in *Rheso v. 81.* φῶς pariter usurpavit, φῶς ἅψαι dicendo, pro *ignem accendere.* eisqe qi hoc statuunt, insultando juvenilius, qærit *à qo Tragicus hic Hebraismos edoctus fuerit, avt qem Rabbinum præceptorem habuerit.* qod qidem nihil necesse fuit, prout & alibi sæpe monuimus; cum & ab Orientalibus in lingvam Græcam fluxerint havd pavca; & potuerit poeta ex notionis communis ratione, cum lumen ignis accensi comes sit jugis, *lumini* vocabulum pro *igne* usurpasse, præter gentis suæ usum vulgarem; qi idiotismus proprie dicitur.

Ejusdem est farinæ, qod φλόγα pro *igne* usurpatum Luc. c.16. v.24. & Jobi c.18. v.5. ad eandem cum priore classem pertinere non patitur; qia Tragicus scilicet idem *ibid. v.*120. φλόγα ἐμβαλεῖν, pro *ignem injicere*, dixerit. magnosqe inde in simpulo fluctus ciet, qasi ex adversâ parte qispiam ad hunc τοῦ φλὸξ usum observatum intulisset: *Qu itaqe Græcus posset hunc Græcum Novi Testamenti intelligere, nisi prius etiam veteris Testamenti textus Græcus & Hebræus, unà cum reliqu lingvis Orientalibus ipsi probe fuerit cognitus?* Subjungitqe μάλα σεμνῶς, *Evripidem aliosqe cum eo Græcos, qod ad verba attinet, qamvis sensus & interpretatio genuina textus spiritualis homines istos carnales & irregenitos forte fugisset, aqè hunc textum intellecturos esse, certò sibi persvasum.*

Verum ecqis, qæso, tam non à mente, sed à sensu omni alienus unqam extitit, ut negaret Græcum ullum absqe tantâ textus Græci ac Hebræi V. Instrumenti cæterarumqe lingvarum Orientalium supellectile corrogatâ, lingvarumqe tot peritiâ havd mediocri comparatâ, verba illa Evangelistæ posse interpretari, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ, *qoniam crucior in ista flamma*, hoc esset utiqe ad stipulam diffindendam cuneos ferreos cubitales Herculeamqe clavam poscere. nam de sensu spiritvali in parabolæ verbis illis, non intelligo qis tam profundus, avt arcanus subsit, qem crassi isti, qos appellat, non facilè capiant. Ipse tu, credo, Pfocheni, etiamsi nullus te Evripides tuus istud docuisset, imò nec apud avtorem ullum, vel Græcum, vel Græcanicum, φλόγα, qod *flammam* proprie significat, pro *igne* usitatum deprehendisses, facile tamen ea tuo ipsius ingenio, nî plane bardus sis, qod non esse te docent tua ista, dignosceres, ita istic usurpari. Nec caret ergò prorsus aliqo nigræ loliginis succo, qod viris eruditis, ista tam ἄλογα plane, qam & ἄτοπα, affingis.

Consimile est, qod Sect. 103. μόσχον *pro bove*. Apoc. c. 4. v.7. qod à LXX mutuatus Evangelista videtur, (& ab eis potius mutuatum, qam a poetis, qos solos hîc adducis, qis sincipitis saltem sani non verisimilius censuerit?) tam *à Græcis hominibus* statuit *posse intelligi*, *qam* πῶλος *pro eqô*, (qod poeticum itidem) usurpatum.

Nam qod Sect. 102. πίπτειν. i. *cadere*, sive *occidere*, pro *mori*, ad Cor. Ep.1. c.10. v.8. non *Hebraisantibus solis*. sed *Græcis* qibusvis etiam, esse in usu contendit, & ex eadem *Rheso* demonstrare conatur, ludit operam; cum hoc ipso non Græcis tantùm, sed & Latinis, tam soluti, qam & vincti sermonis avtoribus, nihil sit usitatius. nec tamen, si qis dixerit, (qumqis enim, incertum mihi) Apostolum in hoc vocabuli usu interpretes LXX secutum; ideò negat qicqam qod à Pfochenio hîc dicitur.

CAPUT XXXVIII.

Mortem gustare, & videre, *pro mori*, *Hebræorum idiotismi. Ex locutione poeticâ idiotismus non statuitur. Aliud* mortem sentire, *aliud* mori. *ἄλγος ἰδεῖν*, *Tragico*, *est id qod doloris caussam dat*, *intueri. Aristoteles frustra accersitus.* Visus, *sensuum nobilissimus. In notatione hujus nugas agit Isidorus*; Videre *à Græco ἰδεῖν.* Visus, *pro intellectu. pro sensu qovis. Pro auditu.* Auditus *an pro visu*, *incertum. Stobæi codices emendati. Pro tactu: pro olfactu. Nec ideò tamen* mortem palpare, audire, olfacere, *pro* mori *dixeris.*

SEct. 104. *θανάτου γεύσασθαι*, *mortem gustare*, Hebr. c. 2. v. 9. & *θάνατον ἰδεῖν*, *mortem videre*, Luc c. 2. v. 26. & Psal. 89. v. 49. *pro mori*, inde probare vult esse *Græci sermonis idiotismos*; qia Euripides *κακῶν γεύσασθαι* dixit, in *Hecubâ*, v. 375; *Πένθους γεύσασθαι*, in *Alceste* v. 1069; *Ἄλγος ἰδεῖν*, in *Supplicibus* v. 785. *dolorem* enim *videre*, *esse experiri*, *persentiscere*; *qomodo & mortem gustare*, & *videre*, *nihil aliud esse*, *qam mortem sentire*, *hoc est*, *mori.* qibus subjicit Latinos dicere, *somnum non vidisse*, *pro non dormivisse*: Et Aristotelem *in sophist. elench.* l. 1. c. 22. *Τὸ ὁρᾷν αἰσθάνεσθαί τι εἶναι.*

At ista plane nihil qicqam evincunt, qod Psochenius hic avt voluit, avt velle debuit. Nec ex locutione Poeticâ idiotismus statuitur; nec phrasis ipsa eadem utrobiqe deprehenditur. nec *mortem* avt *gustare*, avt *videre*, est *mortem sentire*, avt ita animam per cruciatus protelatos sensim exhalare, ut (qod Cajo Imperatori in ore subinde fuisse narrat, c. 30. Svetonius) *mori se qis sentiat*; sed simpliciter *mori*: qod & citra sensum creberrimè contingit. nec *ἄλγος ἰδεῖν* necessariò apud Tragicum, *dolorem persentiscere* significat, sed simpliciter *videre*. ut tropus sit non in *ἰδεῖν videre*, pro *sentire*; sed in *ἄλγος dolor*, pro eo *qod dolore afficit*. sic enim sese ipsa interpretatur, qæ hoc loqitur,

Ἐμοὶ δὲ τῶν παίδων μὲν εἰσιδεῖν μέλη
Πικρόν· καλὸν θέαμα δ' ὅπερ ὄψομαι
Τὴν ἄελπτον ἡμέραν,
Ἰδοῦσα πάντων μέγιστον ἄλγος.

Qæ sic interpres reddidit;

Mihi vero mortua liberorum membra videre
Acerbum: sed tamen erit pulcrum spectaculum, si videro
Insperatum diem,
Conspicata maximum omnium dolorem.

Nec huc qicqam facit, qod ex Aristotele adducitur, non magis, qam qod *sect.* 64. ex Artemidoro adduxerat. *videre esse sentire qoddam*, hoc est *visum* esse speciem qandam *τῆς αἰσθήσεως sensus*; qod nemo nescit. nam & *ὀσφραίνεσθαι* est etiam *αἰσθάνεσθαί τι*. & *olfactus sensus* externi species. nec tamen ideo opinor, vel Græce vel Latine loqetur, qi *θανάτου ὀσφραίνεσθαι*, avt *mortem olfacere*, pro *mortem sentire*, *subire*, *mori* dixerit. sed nec qi *πένθους*, *καὶ ἄλγους ὀσφραίνεσθαι*, *luctum doloremqe olfacere*, pro *luctum doloremqe persentiscere*, sive *lugere*, *ac dolere.*

Qanqam & illud observatu non indignum, (qod nemini tamen hactenus animadversum memini legisse) *τὸ ἰδεῖν ἀντὶ τοῦ ὀσφραίνεσθαι* qandoqe usurpari. Est *visus* certe sensuum omnium nobilissimus, unde & sensuum reliqorum objectis verbum *videndi* adaptari consvevit. Isidorus Origin. l. 11. c. 1. *visus dictus*, *qod vivacior sit cæteris sensibus atqe præstantior*, *sive velocior*; *amplius qe vigeat*, *qantum memoria inter cætera mentis officia*; *vicinior est enim cerebro*, *unde omnia manant. ergò fit*, *ut ea qæ ad alios pertinent sensus*, *videre dicamus*; *veluti cum dicimus*, *vide qomodò sonat*, *vide qomodò sapit*, *& cætera.* De vocabuli notatione nugatur. ab *ἰδεῖν* Græcorum est *video* Latinum, ut *ἴς vis*, *ἴον viola*, *ἰτέα vitex*, *ἰταλὸς vitulus*, *ἰξὸς*, *ἰξὸς viscus*. de re ipsâ rectè pronunciavit. Visus enim inter sensus exteriores principatum obtinet. unde oculus in corpore dicitur perinde habere ac in animâ mens ipsa. Celebre est, & ubiqe ferè obvium, Epicharmi illud, *Νοῦς ὁρῇ, νοῦς ἀκούει. Mens videt, Mens audit: cætera cæca & surda sunt.* Verum *menti visus* peculiari magis ratione tribuitur, Genes. c. 8. v. 8. *Emisit columbam*, *ut videret*, (i. e. intelligeret, experimento facto cognosceret) *an aqæ diminutæ essent.* Matth. c. 2. v. 16. Herodes, *cum à Magis delusum se videret*. i. intelligeret. Ibid. c. 9. v. 3. *Jesus*, *cum cogitationes eorum videret*. i. e. animo perciperet. Jacobus c. 2. v. 24. *videtis*, *hominem justificari ex operibus*. h. e. intelligitis; ex eis, qæ disserui hactenus perspectam habetis enunciati hujus veritatem. frustra est enim vir doctissimus, qi sensum hunc vult subesse, *hominem justificari*,
B *perspectum ex operibus habetis.* Sed de loco hoc alibi vidimus. Avgustinus in Exod. qæst. 73. *Ponitur visus pro generali sensu corporis & animi*, *ut cum dicimus*, *videatur de eis qæ dixi. Sic* Genes. c. 42. v. 1. *Vidit Jacob*, &c. *nam & videre pro intelligere*, *qod est visus mentis.*

Sed ad sensus exteriores redeamus. Avgustinus idem in Joan. tract. 121. ad illa Domini Christi, Joan. c. 20. v. 29. *Qia vidisti me credidisti. Non ait*, tetigisti me, *sed* vidisti me. *qoniam generalis qodammodo sensus est visus. nam & per alios qatuor sensus nominari solet*; *velut cum dicimus*; avdi & vide
C qam bene sonet; olfac, & vide qam benè oleat; gusta, & vide qam benè sapiat, tange, & vide qam bene caleat. *ubiqe sonuit* vide, *cum visus proprie non negetur ad oculos pertinere.* qanqam in istiusmodi loqendi formulis *videndi* verbum non tam ad sensum exteriorem qo res objectæ simplicitèr percipiuntur, qam ad interiorem, qi de eis judicium fert, referri videtur. Verum primo loco, avditum qod attinet; De sonis & vocibus *visus* disertè usurpatur. Exod. c. 20. v. 18. *Populus totus videbat voces illas*, *& fulgetra*, *& sonum tubæ.* Ubi rursum Avgustinus: *comprehendit sensum*
D *avditus brevitate sermonis sub nobiliore & generaliore visus.* Deuter. c. 4. v. 12. Moses à majestatem divinam simulacro ullo exprimendi conatu populum avertendo, *Cum in monte*, inqit, *Deus vos allocutus est*, *similitudinem nullam vidistis*, *sed vocem tantum.* tanqam si cum Avsonio *de Echo. epigr.* 11. dicere vellet;

Et si vis similem pingere, *pinge sonum.*

Ubi & Avgustinus *locut.* l. 5. *qasi videre ad omnem sensum referatur.* Sic exteri. Æschyl. *Prometheo vincto.*

Ἵν' οὔτε φωνὴν, οὔτε του μορφὴν βροτῶν
E *Ὄψει.* —
Ubi nec effigiem, *nec vocem mortalium*
Visurus es. —

& *adv. Thebas*,

Κτύπον δέδορκα· πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός.
Sonum strepitumqe intueor hastæ havd unius,

Oedipus cæcus apud Sophoclem in *Oedip. Coloneo*;

— *Φωνῇ γὰρ ὁρῶ, τὸ φατιζόμενον.* —
— *voce video*, *qod dicitur.* —

Idemqe in *Oedipo Rege*:

F *Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα.*
Auresqe cæcus, *mentemqe ipsam*, *& lumina.*

Nicander in *Theriac.*

Ἀλλ' ἤτοι ἢ δοῦπον νέον οὔασιν, ἠέ τιν' αὐδὴν
Ἀθρήσῃ. ——
Avre sonum insolitum, *avt vocem si qando videbit.*

ubi Schol. *αἴσθησις ἀντὶ αἰσθήσεως*, *ὡς ὅτι*, *Ὁρῶ οἷα λέγεις. Sensus pro sensu*, *ut cum dicitur*, *video qæ dicis.* Lucretius l. 4.

Sex etiam avt septem loca vidi reddere voces,
G *Unam cum jaceres.* ——

At vice versâ *avditum* pro *visu* poni placet Bern. Martino *Var. lect.* l. 1. c. 5. in Aristophaneo illo ex *pace*;

Ἤκουσας, *ὁ κόραξ οἷος ἦλθ' ἐξ Ὠρεοῦ.*
Avdisti, *corvus qalis iste ex Oreo?*

sed de hoc meritò potest ambigi. Certe apud Xenophontem in *Laconum Politiâ*, uterqe sensus *avditus* nomine comprehenderetur, si vera esset Stobæi lectio, qi Xenophontis verba *tom.* 2. c. 44. sic exhibet: *Ἐκείνων γοῦν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἀκούσαις ἢ τῶν λιθίνων, ἧττον δὲ ὄμματα στρέψαντος ἢ τῶν χαλκῶν. Illorum igitur minùs erat vocem avdire*, *qam si lapides*, *minùs oculos versantes*, *qam si essent ahenei.* Verum aliam scripturam Xenophontis codices habent, hanc nempe. *Ἐκείνων γοῦν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἀκούσαις ἢ τῶν λιθίνων*, *ἧττον*

δ' ἐν ὄμματι μεταστρέψας ἐς τ̃ χαλκῶν. *Vocem illorum minùs audieris, qam si lapides; minùs oculos flexeris, qam si essem aheneî.* Itaqe & iste pro controverso locus jure censebitur. Et pro lectione vulgatâ facit Dionys. Longinus περὶ ὕψους. l. 3.

Visum pro *tactu*, & *videre* pro *tangere* positum observat Did. Stella comment. in Luc. c. 1. verbis illis, Joan. c. 20. v. 27. qibus Thomæ Christus, *Cedo huc digitum, & vide manus meas*, pro eo qod est, *tange, tangendo explora*. Et Didacho prior Avgustinus in Joan. *tract.* 121. *Cum*, infer, *inqit*, digitum, & vide. *qid aliud ait, qam tange & vide. nec tamen oculos ille habebat in digito*. faciunt huc illud Comicum *Asinar*. 1. 3:

Semper oculatæ manus sunt nostræ, credunt qod vident.

Et qod altera, *Truculent*. 5. 1. dixit,

Manus vetat, priusqam penes se habeat, qicqam credere.

Cui licebit adjicere Evangelistæ alterius de Petro illud, Matth. c. 14. v. 30. Βλέπων δὲ τ̃ ἄνεμον ἰσχυρὸν, ἐφοβήθη. *Cum ventum validum videret*, h. e. perciperet & persentisceret, *extimuit*. Sed omnium clarissimè apud Esaiam c. 44. v. 16. faber lignarius, à fumo rediens, *Euge, concalui*,
C *ignem vidi*; h. e. calorem ejus sensi. Cui affine est Græcorum adagiale illud, qod ex Clearchi Peripatetici, *Proverbiorum collectaneis*, *dipnosoph*. l. 7. lavdat Athenæus, Ἰδὼ πῦρ ἀφύη, *vidit ignem apua*; inde ortum, qod pisciculus ille statim atqe ignis fervorem senserit, percoqatur illicò. Et de salsamento nescio qis apud eundem l. 3. Τάριχος ὀπτὸς εὐθὺς, ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ. *Salsamentum illico assum, ubi ignem viderit*. Nec ab hoc abit longe Hebræorum illud, qo filum stupeum incendi ac dirumpi dicitur, כהריחו אש *statim atqe ignem olfecerit*. Judic. c. 16. v. 9.

Ita, præterqam qod *gustando* qoqe *videri* qid dicitur. Hymn. 34. v. 8. *Gustate & videte, qam benignus sit Dominus*. de qâ formulâ superius aliqid est dictum. pro *olfactu* qoqe visus usurpatur. Miles Plavtinus *Act*. 4. *sc*. 6. ubi ex odore ipsum havd longè abesse muliercula deprehendisse se dixerat,

Naso, inqit, *pol jam hæc qidem videt, plus qam oculis.*

Et Alexis in *Tarentinis*, apud Athenæum l. 4.

—— τῶν δὲ νῦν ἐπὶ σοι
Ἐν ταῖς Ἀθήναις ταῖς καλαῖς ἐπιχωρίων,
Ἀμυστὶ ὀρχεῖσθ' εὐθὺς, ἂν οἶνου μόνον
Ὀσμὴν ἴδωσι. ——

Pulcris Athenis factum est hoc populare jam,
Omnes simulatqe vini odorem viderint,
Saltare confestim. ——

Pro nullo ergò non sensu *visus* usurpatur. nec tamen inde concluseris, tam *mortem edorari, avdire, tangere, palpare*, pro *mortem oppetere, perpeti, experiri* legiōmè dici, qia in mentem eandem *mortem gustare*, & *videre* dicitur.

CAPUT XXXIX.

Παραδειγματίζειν, Græcis non insolens. idqe Beza monitum. Δίκαιος, ἀντὶ τ̃ χρηστοῦ, pro benigno, moderate, misericorde. Et δικαιοσύνη, pro benignitate & beneficentia, ab Hebraa lingva sunt idiotismo.

SEct. 106. Matth. c. 1. v. 19. binos, inqit, *latere putant Hebraismos. alterum in verbis δίκαιος ὢν, qia in vocabulis צדיק vel צרק Græce vertendis LXX interpretes usurparunt vocem δίκαιος. alterum in vocabulo παραδειγματίσαι, qod hoc verbum tribus Hebrais vertendis ab iisdem est usurpatum*. Verum qinam isti qi hoc putant, non exprimit; sed nec posse credo. certe enim tam obesæ naris esse qenqam vel mediocritèr eruditum, qi ideo *Hebraismum* in verbis illis δίκαιος ὢν *latere* censeat, qia צדיק LXX per δίκαιος reddidunt, fidem apud me mereri nullo modo potest. παραδειγματίζειν itidem apud Græcæ lingvæ avtores probatos deprehendi, Beza qoqe monuit; vixqe est ut in Græcorum
A scriptis diligentiùs pavlo qis versatus ignoret. Ista ergò ne pali vulnera sint vereor.

Verum ut δίκαιος ἀντὶ τ̃ χρηστοῦ vel ἀγαθοῦ usurpetur qandoqe: & δικαιοσύνη qomodo צדק & צדקה Hebræis, pro *bonitate*, qâ *benignitatem, beneficentiam, liberalitatem, misericordiam, eleemosynam* designat, vix alibi qam apud Hebraisantes reperias. Sic avtem usurpatur Hymn. 111. v. 3. & 112. v. 3, 9. Matth. c. 6. v. 1. (ut qidam codices exhibent) & Cor. Ep. 2. c. 9. v. 9, 10. Inde qæstio de vocibus illis δίκαιος & ἀγαθὸς Rom. c. 5. v. 7. utrum eandem co-
B ci notionem obtineant, an à se invicem distingvantur. de qâ alibi disseruimus.

CAPUT XL.

Γεύεσθαι, gustare, pro comedere, tam Græcis ac Latinis est qam Hebræis familiare. Ἀνδρὸς γεγεῦσθαι, de virum expertâ. Cibum tangere, attingere, pro efitace. Col. 2. 20. *Εἰς τέλος, Luc.* 18. 5. *respondet Hebræorum* לנצח. *Aliud apud Tragicum, qam apud Evangelistam.*

SEct. 107. Γεύεσθαι *gustare*, pro cibum sumere, comedere usurpatum Reg. l. 1. c. 14. v. 25. & Act. c. 20. v. 11. nullus ambigo esse Græcis pariter ac Latinis usitatum; etiamsi locus unus e Tragico in *Iphigen. Avlidens.* à Pfochenio adductus ad idiotismum constituendum, imbelle nimis sit argumentum. alioqi & ἀνδρὸς γεγεῦσθαι, *virum gu-*
D *stasse*, pro eo qod est *cum viro eam habuisse*, Græcorum esset idiotismus, qia Æschylus de virum expertâ dixerit, τῆς ἀνδρὸς ᾗ γεγευμένη; qod vix qisqam, opinor, affirmaverit. Sed sic alii solent. Thucydid. l. 2. Τὰ δὲ ὄρνεα καὶ τετράποδα, ὅσα ἀνθρώπων ἅπτεται, πολλῶν ἀτάφων γιγνομένων. ἢ οὐ προσῄει, ἢ γευσάμενα διεφθείρετο. *Siqidem alites & qadrupedes, qotqot humanis cadaveribus vesci solent, cum insepulta jacerent multa, avt non accedebant, avt si gustassent, interibant.* qo loco etiam τὸ ἅπτεσθαι καὶ τὸ γεύεσθαι, attingere & gustare, tanqam ἐν παραλλήλῳ, pro eo qod est *vesci* po-
E nuntur. qo modo & in *Antonio* Plutarchus de Antonii militibus fame afflictis. Τελευτῶντες δὲ πόας ἐγεύοντο, καὶ ῥίζας, ὀλίγοις μὲν ἐντυγχάνοντες τ̃ συνήθων· ἀναγκαζόμενοι δὲ πειρᾶσθαι καὶ τ̃ ἀγεύστων πρότερον, ἥψαντο πόας τινὸς ἐπὶ θάνατον διὰ μανίας ἀγούσης. *Ad olera atqe radices versi, usitatorum qidem pavca offenderant: cæterum, cum periculum cogerentur eorum facere, qa antea nunqam degustassent, herbam qandam attigerant, qa per insaniam ad necem adigeret.* Qo loco adducto, firmat versionem suam interpres venerandus Jo. Calvinus loci Pavlini ad Coloss. c. 2. v. 20. illius, Μὴ ἅψῃ, μη-
F δὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς, *Ne esitaris, neve gustaris, neve attigeris*, Vulg. *Ne tetigeris*, alii, *Ne attrectaveris*, prius reddiderant; cum admissâ tavtologiâ manifestissimâ, tum & gradationis elegantissimæ gratiâ ac venustate penitus abolitâ. Cicero *de nat. Deor. l.* 2. *Capras in Creta feras, cum essent confixæ venenatis sagittis, herbam qærere, qa dictamnus vocaretur, qam cum gustavissent, sagittas excidere dicunt e corpore.* Idem *pro Muræn. Cretes, qorum nemo gustavit unqam cubans.* Et *Epist. ad famil. l.* 7. *Ep.* 16. *Cum qidem biduum ita jejunus fuissem, ut ne aqam qidem gustarem.* Arbiter
G *Satyric. Gustantibus adhuc nobis, repositorium allatum est cum corbe.* Et post: *non potui amplius qicqam gustare.*

Par dari posset judicium, de eis qæ Sect. 108. de phrasi illâ εἰς τέλος disseruntur. Luc. c. 18. v. 5. usurpatum hoc, *Hebræorum* τῷ לנצח *respondere*, Drusius adnotaverat. nec secus LXX aliqotiès reddiderunt. Nam nec ideò avt phrasi illi Hebraicæ non respondere, avt à LXX illis non sumpsisse Lucam, inde probatur, qia Euripides scilicet unus in eadem fabulâ semel ita usurpavit; nec *interpretes illos* necesse est *legisse Tragicum*, si phrasin aliqam, qam ab eis havsit Evangelista, & ipse aliqandò usurpavit. ut nec adjiciam fieri posse, ut aliud τὸ εἰς τέλος apud illum, apud istum aliud planè designet: & qod illi *perpetuò, assiduè, jugitèr* significet, isti *ad finem usqe*, vitæ scilicet sive *ad mortem*

tem usqe. (nam & τέλος perinde ac τελευτὴ pro *morte* sumitur) simpliciter denotet.

CAPUT XLI.

Ἀνάγκη pro afflictione. πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ cæli facies: διχοτομῆσαι pro separare; μέρος θεῖναι sortem assignare: χορτάσαι, pascere, Hebraismis accenseri dicuntur. Qod refellat à Psochenio nihil. Πολυαστέρωπος οὐρανὸς, & cælum, aliud, & aliâ ratione, qam Lucæ, Lycophroni dictum. Lycophron qalis scriptor. Dictio poetica qalis, ex Aristotele. Διχοτομεῖν & διχοτομεῖν non sunt eadem. Non tam μέρος vox, qam formula illa Hebraismo deputatur. Χορτάζειν non nisi de brutis, Græcis usurpatum. Ridiculus error ὑμῶν pro ὑῶν apud Platonem legentis.

QUÆ restant, levi brachio perstringemus. neqe enim sunt tanti, ut discutiendis diuturnos hærere necesse sit.

Sect. 110. *ἀνάγκην* Lucæ c. 21. v. 23. & Apostolo ad Cor. Ep. 1. c. 7. v. 26. & Ep. 2. c. 6. v. 4. & c. 12. v. 10. &c. *αὐτὶ τῆς συνοχῆς καὶ θλίψεως*, pro *afflictione sive pressurâ* usurpatam, negat esse *lingvæ*, qam appellant, *Hellensticæ proprium*; qamvis apud *LXX interpretes agnoscat creberrimè sic sumi*; qia & *apud Græcos poetas* in eodem sensu occurrit.

Sed & Sect. 113. *τὸ πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ faciem cæli* Matth. c. 16. v. 3. *Hebraismum* negat *sapere*; eo qod *non multum ab hoc abludat*, qod *Lycophron vetus* qidem *poeta* (sed poeta tamen & poetarum, si qis alius, imò ultra qam alius qis, dictionis extraneæ atqe insolentis, qà legentibus crucem figat, studiosissimus affectator, qin & epitheti illius ipsius, qod hic adducitur, nomine, qod nec Psochenius ipse tacuit, ab Aristotele *Rhetor. l. 3. c. 3.* reprehensus) *cælum πολυαστέρωπον*, vocarit. Ut enim missum illud faciam, aliâ ratione *πολυαστέρωπον οὐρανὸν*, *atherem stelligerum* Lycophroni, aliâ mente *οὐρανοῦ πρόσωπον*, de *aere nubifero*, Matthæo dictum: qorum ad prius illud accedit proximè qod *πολυπρόσωπον γενεὰν*, Herodis *stirpem numerosam* Josephus bell. Jud. l. 1. c. 18. appellavit. Bonum factum, si addidisset Psochenius, qod apud Rhetoricæ magistrum eodem loci legisse poterat. *Ὅτι μένειν ἐξαλλάττει τὸ κύριον, καὶ ξενικὴν ποιεῖ τὴν λέξιν. Poesis id, qod est usitatum demutat, & dictionem peregrinam facit.* Lingvarum nos idiotismos, non insolentiora qærimus. Qo apud Psochenium tamen gratiam aliqam ineamus; ex Gellii observationibus, noct. l. 13. c. 28. illud adjiciemus, *faciem mundi & cæli & maris dici.* ut pro Latinismo saltem formula illa haberi possit, qod *cæli faciem* Matthæus, *terræ* qoqe Lucas c. 12. v. 56. dixerit. nisi qod faciei nomine figuram ille intellexit, qod ex exemplis adductis liqet; qum Evangelistis facies aliud designet.

Nec aliud qicqam regerere opus est ad ea, qæ Sect. 111. habentur de Evangelistæ verbis illis, Matth. c. 24. v. 51. *Διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει. Separabit eum, ac partem ei statuet cum hypocritis.* ubi *duplicem* ait à qibusdam *Hebraismum* fieri: alterum in *διχοτομεῖν*, qod pro *separare* hic sumatur: alterum in τῷ *μέρος*. qod tamen qidnam sit, nullus dicit. ipse utrumqe respuit; qia scilicet Homerus τὸ διατμηγῆναι, (qod ex Beza habet.) Evripides τὸ μέρος, eodem uterqe, qo Evangelista, sensu usurparit. Verum *duplicem Hebraismum* qi hic faciant, in eos ego avtores nondum potui incidere. *Hebraismum merum putare* se profitetur V. Cl. Casavbonus, *ob seqentia & loca similia.* Joan. c. 13. v. 8. & Apoc. c. 21. v. 8. de hoc sensu *separandi*, qem Bezæ, cum Junio & Piscatore tribuit, nihil adjecit. id fortasse voluerat, qod D. Dievsius opinatur, a victimis piacularibus translatum. In seqentibus avtem tum Camerarius, tum & Beza Hebraismum haberi existimant. alter, qod *pars* hic *communitatem*, *societatem*, *conjunctionem denotat.* alter, qod τὸ *μέρος θεῖναι*, *partem statuere*, *sit genus dicendi sumptum a dominorum consvetudine in demenso servis assignando, prout fidos se præstiterint.* Ea vero qod attinet, qæ adversus hæc Psochenius. Primo nec constat satis, τὸ διχοτομεῖν, eo loci an id, qod hic dicitur, significet; de qo alibi dissenrimus. nec Casavbonus, avt qis alius, qem ego qidem vidi, Hebraismo deputat. Tum nec idem sunt, τὸ διχοτομεῖν, qâ voce usus est Evangelista, & διατμηγῆναι, qâ poeta. Deniqe nec Hebraismum non esse evincit vox eodem significatu tragico semel usurpata. nec vero tam vox ipsa sic sumpta, qam phrasis integra, qæ apud poetam non est eadem, Hebraismo ut accenseatur, facit.

At Sect. 112. lapsus occurrit ridiculus, ab avtore, an ab operis incertum. in phrasi illâ Matth. c. 15. v. 33. *ὄχλον χορτάσαι Hebraismum latere* ait qosdam suspicari. & *χορτάσαι* hic τῷ הִמְרִיף *Hebræorum respondere*. dixere forsan, præter lingvæ Græcæ usum de *hominibus* pascendis usurpari. hoc est enim qod rationis vice adjectum illis Psochenius refert, qia de *pecudibus* propriè, *qæ gramine vescuntur*, non de *hominibus* prædicetur. nam τῷ הִמְרִיף respondeat an τῷ שׂבע, qod eo vocabulo LXX freqenter interpretentur, ad rem præsentem parum interest. Verum hoc ut evertat Psochenius, & de *hominibus* qoqe a Græcis usurpari ostendat, Platonis locum ex de repub. l. 2. in hæc verba producit. *Εἰ δὲ ὑῶν πόλιν κατεσκεύαζες, τί ἂν ἄλλο ἢ ταῦτα ἐχόρταζες;* atqi *ὑῶν* non *ὑμῶν* Plato scripsit. *Qod si, inqit, suum, sive porcorum urbem conderes, qo alio qam istiusmodi pabulo eos pasceres?* avt lectionem genuinam Psochenius non advertit, avt si advertit, mirum non animadvertisse, nihil qicqam pro se facere.

CAPUT XLII.

Ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς & πονηρὸς pro ingenio, sive indole tali, Hebraismis accensetur, ex Evripide solo δόλιον ὄμμα in hanc forsan mentem adducitur. alia alioersum, qod ex Marone maxime, abeunt. Βασκαίνειν fascino, unde. Ἀπὸ pro ὑπὸ passivis subjunctum Hebræorum τῷ מִן respondet. ἀπὸ apud Evripidem, ipso etiam id fasso, aliud sonat. ἐν στόματι μαχαίρας ore gladii cadere. Hebraismus. δίστομος μάχαιρα Græcis, anceps Latinis. ore gladii cadere, non magis Græcum, qam capite Latinum. Δύναμιν ἐνδύσασθαι, Κεκοιμημένοι, pro defunctis; οἶκος Δαβίδ, pro familia; Hebraismis censentur. Nihil contra, præter poeticum dictum unum & alterum Psochenius: & ex Pseudo-Areopagitâ nonnihil.

SECT. 114. *Hebraismo deputari* dicitur, qod Matth. c. 6. v. 22. in illis *ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς* & *ὀφθαλμὸς πονηρὸς oculus* pro *ingenio sive indole* sumitur. & est certe Hebræis formula illa admodum familiaris; cui nihil obest, si Tragicus unus & alter eâdem ferè notione aliqando usurpârunt. ganqam si Evripidis *δόλιον ὄμμα* exceperis, qod idem forsan sonuerit. nec *αἱματηρὸν*, *sanguinolentum* ejusdem, nec Callimachi *βλοσυρώτατον*, *atrocissimum*, qicqam huc faciunt, cum oculi aspectus ipsius, non indolis habeant epitheta. De Synesio, etiamsi excipi posset, qod excipiam nihil est necesse. qod avtem ex Virgilio adducitur, qi dixerit,

Nescio qis teneros oculus mihi fascinat agnos:

qi aliud planè istic sonare non videt, nihil videt. fascinare est Græcorum *βασκαίνειν*, qod qasi *τοῖς φάεσι κτείνειν*, *luminibus* i. e. *oculis occidere*, dictum volunt Grammatici. istud avtem aliorsum longè abit ab eo, de qo impræsentiarum agitur.

Sect. 115. *Ἀπὸ* pro *ὑπὸ* Luc. c. 9. v. 22. *passivis subjunctum Hebraismum aliqem resipere existimatur*; qia LXX *ita* מִן *Hebræorum reddere consveverunt*. reclamat Psochenius: sed unico tantum Evripidis loco ex Iph. Avl. v. 669. adducto; qi si accuratiùs attendatur, vix qicqam huc faciat, verba sunt,

Μόνη, μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς καὶ μητέρος.

Sola, segregata a patre & matre.

at vero ἀπὸ hic non est idem qod ὑπὸ, nec est cavsæ qicqam efficientis, sed separationis, ac disjunctionis localis index. neqe enim separantes respicit, sed eos, a qibus separa-

A paratur. mirum, hoc ipsum non vidisse, qum verterit, *segregata a patre & matre*: avt si viderit, illud chartis illinere voluisse, qod ad rem ipsam nihil facere videret. qod ex Synodis veteribus (Bezâ facem allucente) attingit, locum non habet; ubi de Græcâ priscâ qæritur.

Sect. 116. qod ἐν στόματι μαχαίρας, *ore gladii*. i. *acie*, *cadere* dicitur Luc. c.21. v.24. & alibi apud LXX interpretes, (qa phrasi apud Hebræos nihil tritius) *Hebraismo* meritò accensetur. refragatur tamen & hîc Pfochenius, & *purum putum Græcum* esse contendit, qa ξίφ☉ δίστομον qasi *geminum*, ἀξύστομον, qasi *acutis oris gladius*, Evripidi, illud B in Helenâ, hoc in Supplic. sit dictum. At ego unum tantummodo hîc qæram. tu mihi, Pfocheni, bonâ fide respondeas, si qis *in capite gladii cadere* in pugna cæsos diceret, num puritati Latinæ congruum censeres? tam esse te dictionis Latinæ imperitum, ut illud assentiri qeas, nullus credam. qum tamen & apud Catullum in Argonavt. *ferrum anceps*, & apud Lucretium l.2 *ancipitem mucronem* legere possis; & ξίφ☉ δίστομον apud Evripidem, *gladium ancipitem* ipse reddideris. qod & ideò τῷ δισόμῳ, respondet, qamvis *a capite*, qo modo *biceps*, *triceps*, *comiceps*, C descendat, (neqe enim a *capiendo*, ut *forceps*, qod nonnullis visum: *ancipem* tum, ut *forcipem*, non *ancipitem* progigneret) qia ad *caput* os pertinet, & *capitis pars* est.

Ad illa Evangelistæ Luc. c. 24. v. 49. ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, adnotatum Beza. i. *usqeqo Sp. Sanct. ex cælo in vos illabatur. sic enim loquuntur Hebræi*, ut Jud. c. 6. v. 3, 4. *Nos avtem hunc qoqe Hebraismum, qia perelegans videtur, libenter retinuimus.* Huic adjungit Pfochenius. Sect. 118. illa Apostoli ad Cor. Ep.1. c.15. v.53. & *Hebræos ita loqi* agnoscit, Job. c.8. v.22. & c.39. v.19. Psal. 35. v. 30. & D 132. v.9, 17, 19. qibus alia cjusmodi adjici poterant havd pavca, qæ nos alibi congessimus. Hebraismum tamen dici Pfochenio non placet. qia *Homerus* scilicet ὁ πάντων τῶν πρώτων ποιητῶν, *qi princeps omnium poetarum*, *tam in Iliade* Iliad. Ν. v.249. *qam Hymno in Mercurium* v.156. ἀναιδείην ἐπιειμένε, *impudentia indute*, dixerit. qæ ratio qam sit futilis, qum toties sit indicatum, nihil est opus ulterius dicere. Cæterum de formulæ hujus elegantiâ, menteqe, sed & usu tam apud sacros, qam & exteros scriptores, fusissimè alibi disseruimus.

Matthæi non c. 1. v. 27. prout Pfochenii codices Sect. E 119. sed c.27. v.52. Οἱ κεκοιμημένοι *defuncti* dicuntur. id *ex Hebraismo fluxisse*, inqit Pfochenius, *pleriqe existimant*. & qin ita existiment, nihil est. qum Hebræis qam sit familiaris in omni sermone formula illa, nescire neqeat, qi codices sacros Hebraicè exaratos vel levissimè attigerit. Verum id noster dici ægrè fert. & *tam Græcis, ac Latinis, qam Hebræis convenire* contendit. qia Homerus utiqe semel τὸ κοιμᾶσθαι, de morte usurpavit; *dormire* Catullus. nam qod ex Areopagitâ ὑποβολιμαῖον, *supposititio*, de vocabuli usu isto H. Stephanum ait adnotasse. qodqe de κοιμητηρίου F voce, qo *sepulturæ locus* Christianis designetur, subjicit, qis unde sint tracta, ni sit in politiâ Christianâ peregrinus planè, non intelligit?

Luc. c.1. v.27. Οἶκ☉ Δαβίδ, *pro familiâ Davidis*, *Hebrææ lingvæ idiotismus esse statuitur*, inqit Pfochenius. Verum *tenendum est*, inqit, *Græcos eodem qoqe modo loqi*; Evripidem utiqe in Iphig. Tavr. & in Supplic. atqi istud nec avt Hebræorum idiotismum non esse, avt esse Græcorum etiam satis confirmat.

C A P U T XLIII.

Petri locus Ep.1. c.1. v.9. expenditur. τέλ☉ τῷ אחרית, *& τῷ* עקב *respondere; utrumqe hoc mercedem qandoqe denotare conceditur. τέλ☉ istic mercedem Beza. finem malim, merces fidei, vita æterna nusqam dicta. tam τέλ☉ κομιζόμενοι. qam ἐλπὶς ἀποκειμένη dicitur. τέλ☉ si novè pro mercede, qo modo priscis sic usurpata? pro mercede Beza acceptum Hebraismo deputat, pro lucro usurpavit Evripides. aliud a lucro merces. θυμὸς pro irâ, sive excandescentiâ. Beza affingit Pfochenius qa apud illum non compa*A*rent: excandescentiam cum Cicerone ubi reddidit Beza, non ὀξυχολίαν, avt iram præcipitem, sed gravem designatam voluit. respondet ea τῷ* חרון *Hebraicæ, potius qam τῷ* אפים. *ἐξουσία pro potestate, sive avtoritate, Hebraismus censetur. Herodianum sic usurpasse, nihil hîc valet. Lucianus pro licentiâ tantummodo usus, adducitur. χαρᾷ χαίρειν, qod Hebrææ gavdendo gavdere; & μεγάλως σφόδρα, qod Hebrææ* רב מאד *respondet; Hebræorum idiotismi, geminationibus istiusmodi nihil eis tritius. &* מאד *usus crebrior, qia collationis gradus non habent. Cor pro animo, eorundem idiotismus. ἐγὼ pro eâ. Locus Apoc. c.19.* B *v.1. contra interpretes plerosqe a Pfochenio explicatus. Dativus pro genitivo an in usu Græcis. Verborum Hesiodi syntaxis ambigua. ἐν pro urbe. πόλιν καὶ ἐπαιόδα. & ὁ χαμαὶ ἐρχόμενος Platoni dicta. qarum alterum pariat cum Apostoli dicto ad Cor. Ep.1. c.4. v.4. alterum cum Regum Jehu effato, Reg. l.4. c.10. v.10.*

AD illud Petri Ep. 1. c. 1. v. 9. Κομιζόμενοι τὸ τέλ☉ C τῆς πίστεως ὑμῶν, Beza; τὸ τέλ☉ Hebr. אחרית *qod declarat & finem & mercedem. eo qod merces sit operis finis*, nec *satis qadrare* censet verbo κομίζεσθαι; qod *finem reddidere Vulg. & Erasm.* in qo & Heinsius (qod rarius facit) Bezam (cui iniqior esse alias assolet) probat præferteqe. Hinc Sect. 122. Pfochenius, *declarat*, inqit, *novè hoc loco τὸ τέλ☉, lucrum, mercedem, videturqe seqi ductum Hebraicarum vocum* אחרית & עקב *qa & finem & mercedem significant, eo qod merces sit operis finis.* Psal. 19. v. 12. *sed eadem vocis hujus significatio Græcis qoqe scriptoribus profanis notissima est, qi interim de vocabulorum Hebrai-* D *corum illorum significatione ne qidem somniarunt.* tum ex Evripidis Supplicibus v.945. locum producit, in qo τέλ☉ pro lucro sumatur. Rem totam pavcis dispiciemus. Ego itaqe etiamsi τὸ אחרית Hebræis pro *mercede* usurpari perinde ac עקב non abnuam. ita siqidem sumi videtur. Prov. c. 23. v.18. & c.24. v.14. & 20. tamen *finem* hîc, qam *mercedem* malim. qamvis enim Avgustinus in Psal. 109. & de verb. Apost. 27. *Virtus fides, credere qod non vides; nam merces fidei, videre qod credis.* & Apostolus ad Rom. c. 4. v.4. insinuet esse etiam *mercedem*, qæ *ex gratiâ imputetur*, E nusqam tamen in sacrâ paginâ reperio *mercedem fidei* dictam *vitam æternam*. Ego proinde *finem* retinuerim; *finis* utiqe nomine id intelligendo, *ad qod fides perducit*. sicut ad Rom. c. 6. v. 21. *finis peccati mors* dicitur; qia *ad mortem perducit*. v.22. *finis* vitæ piè transactæ, *vita æterna*; qia eo tandem pertingit: qæ tamen non *merces*, sed χάρισμα τοῦ Θεοῦ. h. e. ut optimè Tertullianus, *donativum Dei* dicitur. de qo loco pluribus alibi diximus. nec minus qadrabit τὸ τέλ☉, *finem* simpliciter reddere, qia κομιζόμενοι, *reportantes* præcesserat; qàm τὴν ἐλπίδα, *spem* ad Coloss. c. 1. F v.5. qia ἀποκειμένην, *sepositam* ibi seqatur. rectè istic doctissimus interpres, *propter spem sepositam vobis in cælis. spem*. i. *speratam gloriam*.

At Pfochenium qod attinet. 1. si τὸ τέλ☉. *novè* hîc *lucrum, mercedem* declarat; qomodo priscis ea notione usurpatum? avt si priscis usurpatum, qarè *novè* id hîc factum dicitur? Certè qod priscis in usu fuit, novum non est. Tum si ea significatio *Græcis notissima est*, ecqid novi hîc comparet? qi enim novum, qod est usu ipso notissimum? Adhæc notissimam esse eam unde probatum itur? G qia scilicet poeta, & is tragicus, ita semel usurpavit. deniqe qænam ea vocis τέλ☉, apud Apostolum, de qâ agitur, qamqe Beza dedit, significatio? qâ *mercedem*, non qâ *lucrum* declarat: nec avt doctissimus interpres sic reddidit, avt Pfochenius ipse, credo, reddiderit, *Reportantes lucrum fidei vestræ*. at ille, qo probet τὸ τέλ☉, pro *mercede* sumi, locum adducit, in qo pro *lucro* sumatur. qasi *merces* & *lucrum* idem sint. at ea diversa esse qis non intelligit? qum nec merces omnis lucro deputetur; nec mercedis rationem lucrum omne in se habeat. Nihil ergo qicqam est hîc a Pfochenio adductum, qod ad rem ipsam, qâ de agitur, facit.

Sect. 123. Luc. c. 4. v. 28. θυμὸν, inqit Pfochenius, *iram & qidem præcipitem notare adnotat Beza*, ad Matth. c. 17. v.26.

17. v.26. qam Galenus ὀξυθυμίαν. ἀκροχολίαν, *appellitat*, *Videtur avtem multis hoc loco Evangelista respexisse ad Hebraicam dictionem* אפים *qa & iram & faciem significat.* Psal. 34. v.17. *sed revera idem apud alios Græcos avtores probatos legere est.* tum Evripidem in Supplicibus, & Æschylum in Prometheo vincto advocat. At primo ad Matth. c.2. v. 16. qem locum forsan voluit, hoc tantum Beza, *Cicero* θυμὸν *excandescentiam interpretatur*, *qem secuti sumus*; & ad Lucam, θυμὸν *mavult excandescentiam reddi*, *qam cum vulg. & Erasm. iram.* de Galeno, *avt irâ præcipiti*, *avt Hebraismo* ipse nihil. Tum θυμοῖς, si pro *excandescentiâ* sumas, cum ὀξυθυμίᾳ & ἀκροχολίᾳ, confundere, ex Græcæ lingvæ usu vix esse videtur. ὀξύθυμοι siqidem, sive ἀκρόχολοι Græcis sunt οἱ πρὸς τὴν ὀργὴν πρόχειροι, *ad iram proclives*; qi in ira plerunqe & breviores, & minus graves. itaqe τοὺς ὀξυθύμους, & ἀκροχόλους hæc ἀπὸ τῶν πικρῶν & χαλεπῶν, qi in irâ diutius persistunt, & δυσδιάλυτοι, existunt; distingvit Philosophus Ethic. Nicom. l. 4. c. 5. & Beza, cum θυμὸν *excandescentiam* verti postulat, non tam τὸ πρόχειρον, qam τὸ χαλεπὸν τῆς ὀργῆς, ea voce vult designatum. Ad hæc qinam sint multi illi, qibus θυμὸς Hebræo אפים respondere, eoqe respexisse Evangelistam videatur, ego nescio: nec qenqam Psochenius nominat: nec qâ ratione qispiam id censuerit, intelligo. *Excandescentia* certè τὸ חרון potiùs exprimere videtur. Denique si qi Hebræorum τὸ אפים eâ voce ab Evangelistâ repræsentatum censuerint, non idcircò negare eos necesse fuit, eam significatione eâdem scriptoribus aliis qoqe usurpatam.

Sect. 124. Ἐξουσίαν, pro *avtoritate* sive *potestate* usurpatam, prout Matth. c.28. v.18. *Hellenistarum*, qos nuncupant, *propriam esse qi velint*, monet Psochenius. Hos qo refellat, Lucianum & Herodianum advocat, qi pariter usurparint; rogatqe, an & ipsi fuerint Hellenistæ. misso nomine, de Græcâ purâ prisca qæritur. horum avtem cum uterqe senoris sit sæculi; est per consequens (ut cum Catone loqar. Vide Gell. noct. Attic. l.7. c.13.) infra classem uterqe, tum de altero avdisse memini, nec obesæ naris eum, pronunciantem, a Basso puriùs Latine redditum, qam avtor ipse Græcè scripserat. ab altero verò ἐξουσίαν non pro *potestate avt avtoritate*, sed pro *licentiâ* tantummodò sumitur. qâ mente nec priscis insolitatam fuisse havd est difficile comprobatu: sed havd proclive forsan nominare qenqam, qi id unqam inficias iverit.

Sect. 125. qod Matth. c.2. v.10. Χαρὰν μεγάλην σφόδρα ἐχάρησαν, dicitur; *duplicem Syriasmum, an Hebraismum* subesse qi opinantur monemur. alterum in χαρὰν χαίρειν, *gavdio gavdere*: alterum in μεγάλην σφόδρα, *magno valde*. at *cur non potius*, inqit, *Græcismum?* tum e Græcis citat havd pavca, qorum nonnulla cum istis paria faciant. Cæterum qi geminationes illæ qam sint Hebræis Syrisqe familiares novit; qamqe freqens & מאד illis usus, qum collationis gradum utrumqe qæ exprimant, nominibus destituantur, næ ille, qicqid Psochenius in contrarium hic attulerit, Syriasmo, avt Hebraismo, potiùs qam Hellenismo, avt Græcismo, formulas istiusmodi deputandas censuerit.

Idem de eo dictum esto, qod Sect. 127. differitur, ex occasione dicti Evangelici, qo Matth. c. 11. v. 29. Dominus ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, h. e. *humilis corde*, pro *animo* dicitur. congeruntur qidem e poetis Græcis satis multa, qibus *cordis* nomen sit eâ mente usurpatum. atqi qam sit hoc Hebræis in omni sermone crebrum, qam Græcis in dictione communi minus solens, illorum planè, non & horum esse idiotismum; ni in adversum contendere, & τὴν θέσιν διαφυλάττειν, animum priùs obstinarit, citra hæsitationem ullam est pronunciaturus.

Nec hinc abscedit multum, qod Sect. 126. ἐκεῖ, pro *eò* Matth. c.2. v.22. usurpatum; *motum ad locum* denotet, cum κατοικήσατε, *qietem in loco* designet; *ex lingva Hebraica idiotismo descendere existimatur.* Unicus enim ex Anacreonte, (qi & an syncerus ambigi potest) locus adducitur, qo particulæ illius usus hic Græcis priscis in usu fuisse demonstretur.

Nam qod Sect. 128. habetur de verbis illis Apoc. c. 19. v.1. Ἡ σωτηρία, & ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις τῷ κυρίῳ. qibus scilicet τῷ κυρίῳ ἀντὶ τοῦ κυρίου, sumatur, *Hebræorum imitatione*, qibus ל *particula genitivum sæpe denotat*: prout in Psalmorum titulis, מזמור לדוד ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ pro τοῦ Δαβὶδ, *Psalmus Davidis*, cum tamen *Græcis id non sit insolitum*; uti ex Hesiodo patet, qi in Theogon. v.419. dixerit,

Ῥεῖα μάλ' ᾧ πρόφρων γε θεὰ ὑποδέξεται εὐχάς.

Facillimè cujus benevola dea suscipit preces.

ex Tzetze *scholiaste*, qi adnotarit, *rhetores etiam dativum pro genitivo usurpare.* Primò, de loci Apocalyptici sensu isto non liqet. & aliorsum eunt plerique, si non interpretes universi, reddunt enim constanter, *Salus, & gloria, & honor, & virtus Domino nostro*, tribuantur scilicet (non *Domini nostri.*) Tum nec in Hesiodo syntaxis illa eluoet satis. ego (qicqid Græculus ille, cui nec nisi testibus adductis fidem adhibuerim) τὸ ᾧ, non ab εὐχὰς substantivo, sed a πρόφρων pendere censuerim. ut ᾧ πρόφρων dicatur, qo modo ᾧ ἵλεως; *cui benevola*. ut sit, *cui propitia*. qanqam & alia syntaxis poterat assignari, qâ utiqe hoc vel illud alicui, i. in ipsius gratiam, fieri dicitur. ita a verbo non a nomine τὸ ᾧ casum sibi suum feret. proinde nec de dicti Apostolici interpretatione; nec de contextus poetici analysi, qam dedit, Grammaticâ, Psochenius nobis hic satisfecit.

Qod seqitur Sect. 129. de conciliatione Evangelistæ Matth. c.2. v.6. cum Vate Mich. c. 5. v.2. ex Drusio; de γῆ, pro *urbe* apud Evripidem ex Bezâ, nihil habet qod negotium præsens attingat. itaqe lubens mitto & eo magis, qia in loci illius difficultatibus exolvendis, eam, qam potui, opellam alibi impendi.

Sed nec pluris ferè sunt, qæ Sect. 130. tanqam ad rem conficiendam reservata, loco ultimo comparent. ut, contra qam in re militari fieri solet, *velites*, non *veteranos* agmen suis clavdere Psochenius voluisse videatur. prout Pavlus ad Cor. Ep.1. c.4. v. 4. Οὐδὲν γὰρ σύνοιδα, *Nihil mihi conscius sum*. ita Platonem Apolog. οὐδὲ μέγα, οὐδὲ σμικρὸν ἐμαυτῷ σύνοιδα, *Nec magni, nec parvi mihi conscius sum*; dixisse. & qod Plato idem in Evthyph. οὐ χαμαὶ πεσεῖται, ὅτι ἂν εἴπῃς. *non in terram cadet qod dixeris*. congruere omnino cum Hebræo sermone, Reg. l.4. c.10. v. 10. Qod utrumqe citra avt detrimentum avt discrimen ullum, adversarius in hâc controversiâ qivis, cavsæ suæ securus satis illi concesserit.

CAPUT XLIV.

Summa rei. Qæstionis status geminus: Utrum Novi instrumenti stylus idem sit plane cum Græcorum prisco, & Hebraismis sive Syriasmis penitus vacet. Affirmat Psochenius. Firmamenti fundus, centum circiter voculæ formulæve Græcis priscis usurpatæ, ab Hebraismo vindicata. Adversus hac Exceptiones: 1 produci, qa Hebraismi ne speciem qidem ullam gerant, missis qa in fronte ferant. 2. pro priscis nuperos proferri, priscos perperam haberi. 3. ex poeticâ dictione, tragicâ præcipuè, idiotismum non probari. 4. ex lingvis Orientalibus multa in Græcam priscam defluxisse. Objectioni occurritur ab odio qo Judæos Græci prisci prosecuti. Pythagoram, Platonem, aliosqe in Judæorum legibus ritibusqe exqirendis versatos. Plato Moses Atticissans. Multa a Judæis exteros havsisse. Gentis odium non impedit qominùs formulas dicendi altera ab alterâ mutuetur 1. nec eruditos arceret a disqisitione in ejusdem monumenta. A Syris & Pœnis sumere potuissent, qa a Judæis ipsi nollent. Denique missis centum istis a Psochenio prolatis, sexcenta posse produci, qa Hebraismum apertè præ se ferant. Psochenio adversari, tam qi Hellenisticam oppugnant, qàm qi propugnant eandem. Non esse, qod ægre ferat, si eâ istic libertate agatur, qâ in aliis censendis ipse sit usus.

Qum

QUm avtem ad dissertationis Psochenianæ exitum jam tandem pertigerimus, agè considentes pavlisper, dispiciamus, ecqid toto hoc molimine tanto is egerit, ad cavsam, qam tuendam susceperat, obtinendam.

Missa itaqe de *lingva Hellenistica* nomine, qod mihi qidem (prout sæpius jam dictum) nec soli, *ζήτημα ὀνομάτων* merum videtur, controversiâ. siqidem qod a Jurisconsultis nostris olim avdisse memini, *ubi constat de homine, nihil refert de nomine.* ubi de re ipsâ qid pars utraqe velit, convenerit, de vocabulis invicem ulteriùs digladiari, liti protrahendæ magis qam dirimendæ ac definiendæ fuerit.

Qæstionis status genuinus hic est. *An stylus, qo Novum Instrumentum est Græcè conscriptum, sit idem per omnia cum stylo illo, qo prisci avtores prosam eis temporibus sunt usi, qibus lingvæ illius puritas maximè vigebat; an verò is sit, qi Hebraismos, ac Syriasmos non infreqentes admittat.* illud Psochenius obfirmatiùs affirmat, hoc pernegat. utrumqe qo confirmatum daret, centum præterpropter loca producit, in qibus formulæ phrasesqe, qæ pro Hebraismis avt Syriasmis habeantur, apud priscos illos reperiri contendit.

Atqi. 1. nonnulla in his pro Hebraismis exhibentur, qæ an qisqam unqam pro ejusmodi habuerit, ex Psochenio, cum neminem nominet, non constat: nec verò de qibusdam vero simile videtur. neqe, si qis dixerit, *Hoc Hebraicum illud exprimit*; vel, *Hoc ab Hebræorum illo sumptum est*; Hebraismum idcircò esse necessariò affirmat: non magis qam si qis, *Maronis hoc Homerico illi respondet*, vel, *Hoc a Callimacho mutuatus est Flaccus*, dixerit; avt Virgilium, avt Horatium locis illis propterea Ἑλληνίζειν, asseveraret.

2. Occurrunt non pavca, qæ priscis in usu fuisse non probat. Cùm vel avtores inferioris ævi solos arcessat; vel priscos illos, qos advocat, minus assecutus, mentem verbis ipsorum ab avtorum sensu diversam, imo eidem adversam qoqe qandoqe attribuat.

3. Non desunt, (nec minima pars ista) qæ fuisse temporibus illis usitata, ex poetarum solummodo, tragicorum præcipuè scriptis, it comprobatum. atqi lingvarum idiotismi ex poetarum, tragicorum maximè, formulis havd firmè satis figuntur. alioqi ex Catullo, Flacco, Silio, Statio, qi sunt tamen, pro Hellenismis non haberentur. Ista verò qæ diximus, si laterculo Psocheniano detraxeris, centenario numero illi summa non contemnenda decesserit.

4. Qæ apud priscos illos deprehenduntur aliqotiès, Hebræis avtem familiaria opidò esse agnoscuntur, ecqid obstat qo minus jure existimentur ab Hebraico loqendi usu defluxisse, & ab eâ lingvâ ad alias exteras propagata?

Ineptum est enim frivolumve plane, qod Sect. 131 Psochenius. *Non fit*, inqit, *verisimile, Platonem, Evripidem, Lucianum, &c. homines ethnicos Judæis infestissimos, ab eorumqe moribus, vitâ, conversatione, &c. qam maximè abhorrentes, Græci sermonis elegantiam reliqisse, ipsosqe Hebræos in stylo esse imitatos.*

At verò primo loco sciscitari libet, unde Platonem & Evripidem (nam scurram illum impurissimum, *ἀνόσιον*, *ἄθεον*, *impium, atheum*, religionis totius irrisorem, de qo superiùs etiam ulteriùs aliqid dictum, nihil moror) *Judæis infestissimos, & ab eorum moribus, vita, & conversatione tantopere abhorruisse*, confirmatum ac comprobatum nobis dare potuerit. De Platone in contrarium planè extant avtorum nec pavcorum, nec ignobilium testimonia clarissima. Unus nobis pro reliqis omnibus Clemens Alexandrinus sufficiet. Is in hortatorio Platonem allocutus. Πόθεν, inqit, ὦ Πλάτων, τὴν ἀλήθειαν αἰνίττῃ; *Unde tu, o Plato, veritatem, ænigmatibus involutam havsisti?* mox inter alios, barbaros utiqe, prout Græci censebant, qos magistros habuisse nec Plato ipse diffitetur, de Hebræis: Νόμους δὲ τοὺς ὅσοι ἀληθεῖς, καὶ δόξαν τὴν τοῦ Θεοῦ, παρ' αὐτῶν ὠφέλησαι τῶν Ἑβραίων, *Leges qod attinet, qæ vera sint, & dogmata de Deo, per Hebræos ipsos profecisti.* Idem pædag. l. 2. c. 1. Platonem ait, τὸ ἔναυσμα τῆς Ἑβραϊκῆς φιλοσοφίας ζωπυρεῖν, *Philosophia ab Hebræis accepta igniculos, sive fomitem apud se fovisse, & suscitasse.* Et rursus Strom. l. 1. Ὁ ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος Πλάτων, *Qi ex Hebræis Philosophiam havserat Plato.* Et operis ejusdem l. 5. Ὅλως ὁ Πυθαγόρας καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, σὺν καὶ Πλάτωνι, μάλιστα τῶν ἄλλων φιλοσόφων σφόδρα τῷ νομοθέτῃ ὡμιλήκασιν. ὡς ἔστιν ἐξ αὐτῶν συμβαλέσθαι τῶν δογμάτων. *Omnino Pythagoras ejusdemqe discipuli, unà cum Platone, in legislatoris (Mosem vult) scriptis opidò versati sunt: qod ex scitis illorum conjicere promptum est.* Sed & l. 1. ex Aristobuli ad Ptolomæum Philometora l. 1. hæc profert. Κατηκολούθηκε δὲ καὶ ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ· καὶ φανερός ἐστι περιειργασμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων. *Plato qoqe legem nobis latam norat: & apertè se prodit in singulis ejus partibus fuisse studiosissimè versatum.* Tum, Plato unde earum notitiam habere potuerit, qo indicet, docet ab alio qodam Demetrio Phalereo priore, ante Alexandri tempora rerum Judaicarum historiam totam fuisse Græcis literis propalatam. Deniqe Numenium lavdat Pythagoricum, qi dixerit, τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς Ἀττικίζων; *Ecqid enim est Plato, qam Moses Atticissans?* Et cèrte qis est in Ethnicorum veterum scriptis tam peregrinus, qi non facilè advertat, ex Hebræorum monumentis, ritibus, legibus, institutis plurima cæteros havsisse? Nasonis unius metamorphosin solam, qi vel a primo limine salutarit, intelliget statim, ni bliteus planè fuerit. verissimum certissimumqe esse, qod hâc in parte affirmatur. Qam est avtem a ratione omni alienum, eos opinari avt non potuisse, avt noluisse etiam, phrasin formulamqe loqendi ullam ab illis mutuari, qorum jura, ritus, instituta in multis admittere & imitari sustinuerint, imò studio etiam habuerint.

Tum, fingamus qo Psochenio gratificemur, Græcos omnes Judæis infestissimos, & ab illorum ritibus, ac institutis aversissimos semper extitisse tamen, ut nihil dicam, gentes etiam sibi invicem infensissimas, & infestissimas, ob commerciorum, & negotiationum per rationes bellicas & facinora hostilia qoqe utrinqe intervenientium necessitatem, ad lingvæ hostilis notitiam aliqam non adduci tantum, sed sæpenumero etiam adigi. Non est unqam, opinor, fando auditum, homines literatos rerumqe cognoscendi avidos tantum gentis cujusqam odium occupasse & insedisse, ut ne in monumenta illius inqirere, indeqe si qid in usum suum esse posset, excerpere, atqe in rem suam convertere, ullo modo sustinerent. Verum istis ne Psochenium perurgeam; qæro. Num Pœnis qoqe, & Syris aliisqe Judæorum accolis adeò infensi fuerint semper Græci, ac Judæis istic a Psochenio finguntur extitisse? atqi per gentes istas, etiamsi nihil unqam illis cum Judæis commune fuisset, poterant formulæ multæ a Judæis in populum Græcum permanasse. qum apud eruditos qosqe, & lingvarum Orientalium gnaros liqidò constet, lingvas illorum nihil esse aliud, qam Hebrææ veteris traduces. frigidum enim nimis est, qo periochen hanc clavdit, *de sermonis Græci elegantiâ relictâ, ob styli Hebraici imitationem.* qasi lingvæ patriæ elegantiis repudium eos dare necesse sit, qi formulas ullas suis antè minùs familiares in sermonem suum admiserint: avt non omnibus gentibus seculis omnibus id factitare, usitatissimum semper fuerit.

Cæterum, ut ad calcem deveniamus tandem, detur Psochenio è formulis, qas adduxit, ne unam qidem esse, qæ Hebræis peculiaris sit, avt qam priscis Græcis non familiarem fuisse Psochenius liqidissimè demonstraverit. nec hinc etiam conseqetur Novi Testamenti stylum eundem per omnia existere cum priscorum illo, avt ab Hebraismis, ac Syriasmis esse prorsus immunem. Avdi enim, Psocheni, si qis vellet contendere, nec Herodotum Jonicâ, nec Theocritum dialecto Doricâ scripsisse: hoc avtem qo confirmatum exhiberet, centum, vel bis centum ex utriusqe scriptis vocabula produceret, qæ lingvæ sev dialecti communis formam ac characterem præferrent; num pro argumento firmo solidoqe satis haberetur? cum sexcenta & amplius etiam ex adversâ parte possent opponi, qæ a communi illâ devia, ad Jonicam apud illum, ad Doricam apud istum diverterent. & certe omnibus in universum

ſum rejectis ac ſepoſitis iſtis, qæ in diatribâ hac a te ſunt diſceptata, nihil ambigo, qin ſexcenta ferè ex Novo Inſtrumento, ex Veteris avtem interpretatione Græcâ, (cujus puritatem Pſochenius Sect. 157. etſi apertè nolit cum illo parem præſtare, tacitè tamen pariter aſſertum it) ſumma etiam longè amplior poſſit depromi, in qibus ſermonis Hebræi, avt Syri characteres ſatis clari; Græci priſci (qantum ex monumentis reliqis poteſt erui, a viris ſaltem doctiſſimis ſimul ac diligentiſſimis, qi curioſiſſimè illa, in forulos qoſqe anguloſqe induendo ruſpati ſunt, eſt hactenus deprehenſum,) nec vola, nec veſtigium ullum comparet. Ut mihi certè Pſochenius, niſi qod de hominis

A candore vix inducor ut ſeciùs ſentiam, hanc ſibi materiam ſelegiſſe exiſtimaretur, in qâ ingenii ſui vires experiretur, dum adverſus eruditorum omnium, & partis qidem utriuſqe, tum eorum qi Helleniſticam oppugnant, à qibus tamen ſtare ſe palam profitetur, qam & eorum qi eandem propugnant, torrentem niti pariter ſuſtineret. Candidum verò ingenuumqe animi affectum eo magis prodet, probabitqe, qo gravatim minus tulerit, ubi qam in aliorum ſcriptis ſcitiſqe examini ſubjiciendis libertatem ipſe adhibuit, eandem in ſuis ipſius diſcutiendis ab alio pari jure

B uſurpatam atqe exercitam deprehenderit.

Veriſſimè Cl. Salmaſius de Helleniſticâ part. 1. ad qæſt. 1. orat. 2. pag. 140.

Evangelium ut multos Hebraiſmos habet; ita etiam non pavca loqendi genera exhibet merè Latina.

Cavtiſſimè Dan. Heinſius in Exercit. ſacris, ad Rom. c. 2.

Qemadmodum longè ab eorum abeſſe nos ſententiâ fatemur, qi eandem eſſe lingvam, qâ conceptum Fœdus Novum eſt, cum eâ, qâ utuntur Græci ſcriptores, exiſtimant; cum perpetuis altera abundet Hebraiſmis, altera recepto Græcis more loqatur: ita non negarim, ἐμπτώσεις *eſſe qaſdam, etiam earum qæ diverſæ ſunt, lingvarum: qæ ſubinde tamen fallunt.*

F I N I S.

THOMÆ GATAKERI

C I N N U S,

S I V E

A D V E R S A R I A

M I S C E L L A N E A.

Lectori pio, perito, candido, *Salutem in Christo.*

IS es enim, cui scriptum hoc, meáqe universa, cognoscenda, perpendenda, censenda, lubentissimè permitto. Colluviem reliqam, cujus fœta feráxqe nimis ætas est ista, nullus moror. In hac avtem classe non immeritò collocandos censeo, literaturæ eruditionísqe omnis osores hostésqe professos, imperitiæ patronos atqe hyperaspistas, ratiocinationum legitimarum, scriptorúmqe sacrorum [a] lucifugas, dogmatum deniqe novellorum, sensuúmqe impiorum, utcunqe titulis speciosis se suaqe obducant obveléntqe, sartores satorésqe universos. Horum siqidem; licet æqè numerosa ubiqe ferè nunc dierum sit turba, qàm muscarum tempestate æstivâ esse solet, avt in macello, avt in velabro, nec sit ullum hominum genus, avt insolentius, avt confidentius, avt irritabilius, avt censorium magis, unde censuram ab eis pronam satis & præcipitem, nec aculeatam minùs qàm iniqam expectare ac subire necesse prorsùs videatur; judicia tamen & dictata, vel dicteria etiam nihili facio: qum pari loco habeam, qo [b] Cynicus ille *imperitorum voces*, qæ [c] *sursum an deorsum sonarent*, suâ nihil referre is existimabat. Compertum satis jamdudum habeo, nec illorum instituta placitáqe mihi posse probari, nec mea illis non displicere. Obloqantur itaqe, vellicent, arrodant, suggillent, qantum libuerit: me intra fidei conscientiæqe septa consistentem, munimentísqe hisce atqe integumentis, [d] *echini instar*, qod ille olim, [e] *involutum* an [f] *convolutum* undiqe dixerim, non magis attingent, afficient saltem, qam testudinis clypeum firmissimum elephantísve corium durissimum vesparum aculei, culicúmve etiam ligulæ, penetrare, nedum ut perforare, valuerint. Decori propius ducetur, ab eis traduci, à qibus probari avt dilavdari probro potiùs ac dedecori fuerit.

At tu, qalem expeto & exopto, qisqis es, Lector, habes tandem ante biennium in *Promulside* promissum *Cinnum* meum. habuisses maturiùs, nî in *Vates* sacros primores duos *Annotationes* lingvâ populari conscriptæ, qas confectas urgebant οἱ ἐργοδιῶκται, remoram necessariam interjecissent: cum operi, an oneri, gemino simul intendere, nec corpusculi fatiscentis, nec animulæ unâ cum contubernali flaccescentis, imbecillitas pateretur. Qanqam nec à morâ istâ, damni qicqam, lucelli magis nonnihil saltem, accrevisse deprehendes; ubi partim ex cogitationibus pristinis dennò repetitis iteratóqe recoctis, partim ex novarum, qarum concipiendi, aliorum qædam nuperiùs (voculæ insolentiori venia sit) in lucem prodeuntia ansam dedere, qantum in *Cinni partem primam* hanc injicere visum est, supplemento, accessionem havd spernendam

 factam

[a] *Lucifuga istis Scripturarum.* Tertull. *de resur. carn. c.* 47.
[b] Demetrius, apud Senecam *ad Lucil.* Ep. 91.
[c] Cujus dicti vim facetam Lipsius non est assecutus; qum tamen *ventris crepitum* alludi ex antegressis discere proclive foret.
[d] *Ὃς εὖτ' ἂν ἄλλων θηρίων ὀσμὴν μάθῃ,*
Στρόβιλον ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας,
Κεῖται δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος.
Ferarum hic aliarum cum odorem senserit,
Conglobatum circa spinas advolvens corpus,
Sic jacet ut nec attingi, nec morderi qeat.
Jon. *Phænic.* citantibus Plut. *collat. terrestr. & aqatil.* pag. 971. E. Athen. *dipnosoph.* l. 3. pag. 91. E. Schol. Aristoph. ad *Equ.* Zenob. in *Adag.*

[e] ——— *mea*
Virtute me involvo.
Flaccus carm. l. 3. od. 29. v. 54.

[f] *Εἰς αὑτὸν συνειλοῦ. In temet convolutus esto.* Marcus Imp. lib. 7. §. 28. Idémqe *l.* 8. §. 48. *Ἀκαταμάχητον γίνεται τὸ ἡγεμονικὸν, ὅταν εἰς ἑαυτὸ συστραφὲν, ἀρκεσθῇ ἑαυτῷ. Inexpugnabilem fieri mentem, qando in se contracta, ipsa se contenta manet.* De Echinis Plinius *l.* 6. *c.* 17. *Convolvuntur in formam pilæ, ne qid comprehendi possit præter aculeos.* Et Ambros. *hexamer. l.* 6. *c.* 4. *Spinis suis clauditur, atqe in sua se arma colligit, ut qicunqe eum contingendum putaverit, ipse vulneretur.*

factam intellexeris. Nec vitio vertas, avt fidei sublestæ incuses, qod *Cinni* partem duntaxat aliqam, non integrum exhibemus. Nolo propolarum morem obtendere, qi [g] vel *siphunculo*, vel *manu cavâ* vini pavxillum præstinaturis gustandum porrigunt, unde de cupâ totâ doliôve integro, indicium ac judicium fiat. in *Promulside* enim forsitan priùs præstitum id dixeris: ideò supervacaneum nunc existere. Qin verendum magis videri poterat, ne largiter nimis oggerendo, palatis tenerioribus, stomachísqe delicatioribus molestiam crearem, navseámqe moverem: qum [h] *non molestum minùs habeatur, pleno ac satiato jam potandum ampliùs porrigere, qàm à potu siti laborantem arcere.* Cæterùm, ut qod res est liberè proloqar, intermissionem & respirationem aliqam flagitabant vireculæ, horum recensione & recognitione ubertim jam delassatæ. Accessit & aliud, molestiæ pariter ac momenti minoris licet, negotiolum, qod pavlisper avocare ac distinere necesse habeat. Hoc ubi expediverim, qod propediem fumrum spes est, ad reliqa, qæ penes me affecta habeo, perficienda ac consummanda accingam me denuò. qúmqe muneri pastorali exeqendo, verbóqe divino pro concione in cœtibus publicis edisserendo, qod per annos jam præter propter qinqaginta perpetim ferè exercitum habuit, per ætatem simul atqe infirmitatem, venâ præsertim in pulmonibus havd semel reseratâ, sangvinéqe inde copiosiùs erumpente, necessitate qadam ἀνικήτῳ καὶ ἀμηχάνῳ, *insuperabili & immedicabili*, abstinere méqe adeò abdicare coactus, ad vitam privatam concesserim; nec desidiâ tamen & socordiâ, ut [i] *situ ferrum*, [k] canitiem, avt invaletudinem, (etsi possim utrumqe) cavssatus, [l] corrumpendum me dare sustineam; qousqe Deo Opt. Max. vitam protelare, & vires qatenus otiúmqe suppeditare, visum fuerit, eis me totum studiis, qantum valetudinis ratio, reíqe familiaris cura permiserit, addicere atqe impendere fert animus, qæ pietatis cavssæ, reíqe literariæ, infœlici hoc seculo, labascenti ac laboranti utriqe, vel sustinendæ vel promovendæ, ratione ullâ, exiguâ tenuíqe licet illâ, conducere posse videbuntur. Qo in negotio, ut servuli, è suorum classe infimâ, infirmissimi, conatus exiles, Numini supremo sint accepti; (cujus solius Honori gloriæqe, tam in *Oraculis* sacris explicandis restituendísqe, qàm & in *Attributis* sacrosanctis astruendis asserendísqe, præcipuè destinantur) Deiqe populo (qorum bono jugiter, qantum datur, inservire, muneris esse sui ducit) grati fructuosíqe existant, votum est in eis unicum, idémqe nunqam non futurum est,

Tui in Christo Jesu conservi emeriti jam ac decrepiti ferè

THO. GATAKERI.

[g] Inde apud Lucilium, referente Cicerone *de finib. lib.* 2. restituente *ad Varron.* pag. 182. Scaligero,

Hic siphon, cui nil dempsit.

Et apud Evripidem *Cyclop.* qærenti Ulyssi, an vini, qod venum exponebat, gustum daret, respondet Silenus,

Δίκαιον· ἡ γὰρ γεῦμα τὴν ὠνὴν καλεῖ.

Æquum est id: emptionem enim gustus ciet.

[h] Ὁμῶς γ' ἀνιαρὸν ἐμπλέων πίνειν πολὺ, Ἢ καὶ λίαν διψῶντα μὴ ἔχειν πιεῖν.

[i] Λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν, ὥσπερ εὐπρεπὴς
Χαλκός, χρόνῳ δ' ἀργῆσαν ἤμυσεν, στέγος.

οὐ στέγος μόνον, ὥς φησι Σοφοκλῆς, ἀλλὰ καὶ ἦθος ἀνδρὸς εὐρῶτά τινα τῇ ἀπραξίᾳ δι' ἀργίας ἐφελκόμενον.

Namqe æris instar, qod longo post tempore
Usu refulget atritum, virtus viri
Comperta splendet actionibus probis.

Ut est apud Sophoclem. Sicut contra in otio delitescens ingenium viri velut æruginem ac fœtum contrahit. Plutarch. *de latendo* pag. 1129. D. Καὶ τὸ σίδηρον ἡ χρῆσις καθαρώτερον φυλάσσει, ἡ δὲ ἀχρηστία ἰῷ τούτῳ γεννᾷ. *Ferrum qoqe usus servat purius, usus autem defectus ei generat rubiginem.* Clem. *strom. l.* 1. pag. 275. B. *Splendescit ferrum usu, situ rubiginat.* Apul. *florid.* 3.

Aera nitent usu: — — —
Canescunt turpi tecta relicta situ.

Naso *Amor. l.* 8. 51.

[k] Λευκή με θρὶξ ἀπείργεσθαι ἐκπέμπει πόνων.

Canus capillus illinc me mittit, emeritum facit.

Miles canus apud Comicum.

[l] Qales illi, qos Plut. libel. *de sen. polit.* pag. 783. F. ait. Οἷον ἀποκεχωρηκότων, οἴκοι καθήμενοι σιτίζονται, ἢ ἀποκεῖσθαι καθάπερ ἰῷ σίδηρον, ὑπ' ἀργίας τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν σβεννυμένην περιορῶντες. *Ut vigore ætatis præterlapso domi desideant, cibumqe conqirant & reponant, otioqe patiantur virtutem agendi, tanqam rubigine ferrum absumi.*

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus:
Ut vitium capiant, ni moveantur, aqæ.

Naso Pont. 1. 6.

THOMÆ

THOMÆ GATAKERI
CINNI,
SIVE
ADVERSARIORUM MISCELLANEORUM
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Hymni primi Argumentum; Boni beati, Mali miseri. *Analysis. Versiculus primus expenditur.* Recessus à malo, gradus primus ad Deum. *Junii & aliorum explicatio rejecta. Gradatio in verbis nulla. Gradationis lex, ut insurgat oratio. Jeremias c.15. v.5. explicatus. Mens verborum genuina. ea collatione loci paralleli Hymn.26. v.4,5. firmata. Malorum societas qàm periculosa. Epictetus suppletur. Gellius corrigitur. Senarius Evripidis, an Sophoclis, an utriusqe, incertum. à Themistio frustra notatus.* Τύραννοι *olim reges. &* τυραννὶς *regnum. Svidas emendatus. Tyrannus Echetus, Homero* βασιλεὺς. *Senarius ab Apostolo adductus 1 Cor. 15. v.33. avtoris incerti.* Ὁμιλία *vox ambigua. Pestis contagio. Musculus suppletus.* מושב consessus. *improborum consessus in ganeis, in portâ. Clementis commenta explosa.*

Nitium operis mihi pagina facca. E sacris verò codicibus Liber Hymnorum. hos inter qui ordine primus occurrit, paginam operis istius primam implebit.

Hymni totius argumentum est, axioma illud à Stoicis olim tantopere decantatum, παράδοξον μὲν ἴσως, οὐ μὴν παράλογον, *admirabile qidem, non tamen absurdum*, ut cum [a] Cleanthe loqar, qod strictim Socrates apud Platonem in *Alcibiade* 2. (cum in *Gorgiâ* fusiùs multis disseruerit)

Οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων εὐδαίμονες, οἱ κακοὶ, ἄθλιοι.

Bonus, beatus, omnis; & malus, miser.

Sed & apud Svidam Avtor innominatus, ubi εὐδαίμονα ἐσάγειν interpretatur. Πᾶσα ἀνάγκη, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἐν ᾅδου ἔσεσθαι ἄμεινον, τοῖς δὲ κακοῖς κάκιον. οἶμαι δὲ ὅτι καὶ ἐνθάδε διατελοῦντας, τοὺς μὲν δικαίους, ἀπολαύσειν εὐδαίμονα χάριν, τοὺς δὲ ἀδίκους κακοδαίμονα τίσιν. *Omninò necesse est, bonis apud inferos melius futurum, malis deterius. opinor autem, & dum istic agunt, gratiam felicem justos assecuturos, ultionem miseram injustos.* Cicero itidem (qi & Tuscul. Qæst. l. 5. ex Stoicorum fundamentis dogma istud variis confirmat argumentis) adversus Pisonem (à [b] Salviano idem lavdatus) ex Epicureorum qoqe sententiâ: *Tantam*, inqit, *virtutis vim esse voluerunt, ut non possit esse unqam vir bonus non beatus.*

a Apud Arrianum *dissert. Epictet. l. 4. c. 1.* b *De provident. lib. 1.*

A Viri itaqe, Deo chari θεοφιλεῖς τε καὶ θεοφιλοῦς, (uti apud Laertium *l. 6.* Diogenes) celebratur istic, primò *bonitas*, tum *beatitas*. Bonitas, partim cavtissimâ mali fugâ, partim boni studio jugi, describitur.

Et primo qidem loco mali fuga proponitur: rectissimè. Siqidem, ut scitè Basilius; Ὥσπερ ἐπὶ τῆς κλίμακος, πρῶτον ἀνάβασις, ἡ τῆς γῆς ἀναχώρησις· οὕτως ἐπὶ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, ἀρχὴ προκοπῆς, ὁ χωρισμὸς τοῦ κακοῦ. *Qemadmodum in scala, gradus ascensionis primus est, qo terra relinqitur: ita in ea, qod secundum Deum est, vita instituto, gradus is est primus, qo à malo receditur.*
B Idemqe, apud Antonium *Melissa l. 1. c. 7.* Ἀρχὴ πρὸς τὴν ἀνάληψιν τῶν καλῶν ἡ ἀναχώρησις τῶν κακῶν. *Initium ad bonorum recuperationem est recessus à malis.*

Recessus iste ab Hymnodo nostro hisce verbis describitur: *Beatus vir ille, qi non incessit in consilio improborum; nec in viâ peccatorum constitit; nec in derisorum consessu desedit.*

In eis climacem triplicem, qi & per gradus totidem in singulis sui membris assurgat, deprehendisse se avtumant
C interpretes pleriqe. unus pro reliqis loqatur. V. C. Fr. Junius. *Hoc versu*, inqit, *tres sunt* κλίμακες, *ad personas, formas & actiones personarum pertinentes. in personis censentur improbi, animo; peccatores, vitâ; derisores, in utroqe, omnibus modis obfirmati: forma sunt, consilium, animi; via, vitæ sive instituti; & consessus, denotans habitudinem: actiones verò, ambulare ad certum aliqem finem, qod est consilii; insistere via, consilio capto, & sedere ac conqiescere in consilio & actionibus malis, obstinatè, qum vir aut suâ ipsius malitiâ rapitur, avt alienâ traducitur.* Hæc ille, cum aliis havd
D pavcis, havd nullius nominis. Cæterum mihi liceat hîc, pace tanti viri, illud usurpare, (qod de Pythagoricis & Anaximandrianis commentis qibusdam [c] Aristoteles) Κομψῶς μὲν εἴρηται καὶ περιττῶς ὑπ' αὐτῶν, οὐκ ἀληθῶς δέ. *Subtilia magis & elegantia, qàm solida & sana sunt ista.* Etenim, ut nihil dicam, infringi planè & enervari eloqii divini vim masculam, dum sic ingenii humani fidiculis distenditur, & minutatim incidendo prope deartuatur: climacem istiusmodi istic somniare, est verbis Spiritus Sancti, provt Doctores Hebræi loqi amant, בלי־טעם טעם *sen-*
E *sum insipidum*, notionem utiqe ineptissimam & ab artificio omni alienissimam affingere. Est enim κλίμαξ (ut rectè observat Demetrius Phalereus, sive qis alius is est, cujus περὶ ἑρμηνείας libellus in manibus habetur) λόγος ἐπαναβαίνοντος ἐπὶ μείζονα, orationis affectus, qo à minori-

c De cœlo l. 2. c. 9. & c. 13.

bus & levioribus ad majora ac graviora per gradus qosdam conscenditur. Itaqe qod *Gradationem* Fabius l.9. c.3. idem *Ascensionem* indigetat Aqila Romanus, & αἱ κλιμακωταὶ Dionysio Longino, sect. 23.§.1. ἀγωνιστικὸν πάνυ, καὶ παντὸς ὕψους συνεργὸν, *plane ad contentionem aptissimum, & ad omnem orationis granditatem vehementer accommodatum*, pronunciatur. Proinde gradus posterior qivis in climace legitimo, plus aliqid prægresso contineat oportet. qod in exemplis, qæ adduci solent, advertere promptum est. Tale est enim Nasonianum illud, *Fast. l. 3.*

Mars videt hanc, visámqe cupit; potitúrqe cupitâ.

Siqidem plus est *concupivisse* qàm *vidisse*; qum multa in oculos incurrant hominibus, qæ nullam eis cupidinem sui injiciant: plus item *potiri*, qàm *concupiscere*; qod monet illa præ cupidine irritâ langventis qerela,

Amare liceat, si potiri non licet.

Tale finitimum Philemonis Comici illud apud Clementem Alexandr. *Strom. l. 6. p. 627,C.*

Ὁρῶσι πάντες πρῶτον, εἶτ' ἐθαύμασαν.
Ἔπειτ' ἐθεώρησαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα
Ἐνέπεσον. οὕτω γίνετ' ἐκ τούτων ἔρως.
Videro primum qiqe: mox stupor subit:
Tum contemplatio: spes succedit postea.
Horum ex miscelâ denique amor enascitur.

Tale Tullianum illud *ad Attic. l.1. Ep. 13.* *Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris, advola.* Nec dispar, qod ea incerto avtore Cicero idem, an Cornificius, *ad Herennium l. 4.* *Nam qa reliqa spes manet libertatis, si illis & qod libet, licet; & qod licet, possunt; & qod possunt, avdent; & qod avdent, faciunt; & qod faciunt, vobis molestum non est.* Vides, ut per singula membra, non protelctur tantum, sed attollatur oratio. Et citra repetitionem, Avsonianum illud, de Crœso, *in Ludo 7 Sapientum*;

Profectus, victus, vinctus, regi deditus.

Verùm, ut intra sacrorum septa nos contineamus, commatis gemini & genuini sunt Pavlina ista, ad Rom. c. 8. v. 29, 30. in scalâ illâ cœlesti, sive χρυσῇ σειρᾷ, *auream catenam* appellare magis libuerit, Ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισεν, οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε, καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. *Qos præscivit, hos & prædestinavit: qos prædestinavit, hos & vocavit; qos vocavit, hos & justificavit: qos avtem justificavit, hos & glorificavit.* Et mox, *v. 34.* Χριστὸς ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθεὶς, ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. *Christus est, qi mortuus est, vel potiùs qi à mortuis suscitatus est, qi & idem ad dextram numinis considet.* Crescit planè & insurgit utrobiqe oratio. Cæterùm si pari ratione κλίμακα sive gradationem istic instituerimus, ut ὑμνογράφου nostri ista mens existat: *Beatus is est, qi nec cum improbè affectis consilia inierit; nec pravè viventium artibus malis se immiscuerit; nec cum obfirmatis in maleficio obstinatè persliterit*: non insurget, sed descendet dictionis series; & frigida planè ac frivola futura est oratio: qum membro primo amplius qàm secundo; secundo plus qàm tertio dictum sit. Etiamsi enim, negativâ insuper habitâ, si de malis inter se collatis sermonem instituerimus, gravius est sanè grandiúsqe crimen, malè consulta ad exitum perducere, qàm de perpetrando consilia admisisse, & atrocius adhuc, in perperam gestis animo præfracto persistere, qàm eadem nudè perpetrasse; attamen, si eadem cum hymnographo admissâ, τὰ κακοηθούμενα secum invicem commiserimus, multo plus præstantiúsqe fuerit, à consiliis malis vel ineundis, qàm ab eisdem exeqendis abstinuisse; amplius etiam havd pavlo, nec mali qippiam perpetrasse, qàm in perpetrato jam, obstinatè non perstitisse. Perinde igitur futurum est, analysin istam si seqimur, ac si commercii Papistici contagem, qàm sit periculosa & perniciosa, exprimere satagens qis diceret, *Beatus is est mortalis, qi nec in terrâ Italâ pedem posuit, nec urbem Romanam unquam adiit, nec in avlâ Pontificiâ hæsit diutius.* Etiamsi enim plus sit, Romam proficisci, qàm Italiam appellere; plus in avlâ Pontificiâ moram traxisse, qam Romam tantummodo profectum esse; amplius est tamen nec oram Italam attigisse, qàm urbem Romanam non

A invisisse; & nec urbem invisisse, qam in avlâ non hæsisse. Sic in climace illo Jeremiæ c. 15. v. 5. *Qis benignitate* sive *clementiâ utetur adversum te? avt qis condolebit tibi? avt qis secedet salutatum te?* Etiamsi amplius sit condolere alicui, qàm salutatum tantum digredi; plus clementiam & benignitatem adversus aliqem exhibere, qàm malè habenti condolere duntaxat: in malis tamen posito, gravius est multo, neminem habere, qi miseriæ suæ affectu tangatur, qàm neminem esse, qi mali levamen actu aliqo benigno præstare conetur: qod *timore* inhibiti, qem *amore fortiorem* ple-

B rumqe Plinius pronunciat *l. 1. Ep. 5.* negligunt sæpenumero, etiam qi affectu intimo prosequuntur; sed adhuc etiam gravius neminem repertum iri, qi vel verbulo dignetur,

Qodqe vel ignoti faciunt, valedicere saltem,

avt de salute percontari velit; qæ omnia de populo Israelitico in angustiis constituto sub interrogandi formulâ vehementiùs negantur. Alia est gradationis illius, qam & Avtor *ad Herennium* exhibet, ratio: *Non sensi hoc, & non svasi: neqe svasi, & non ipse statim facere cepi: neqe facere cœpi, & non perfeci: neqe perfeci, & non probavi:* istic

C enim contrà geminata negatio affirmationis, & qidem vehementioris, vim obtinet. idem siqidem valet, ac si dixisset; *Non sensi tantùm, sed & svasi,* &c. Apud nostrum verò, si gradationis notas illas adjicere libuerit, qæ etsi non adhibeantur, lateant tamen oportet in sensu ipso involutæ, ut dicatur, *Beatus qi non tantùm cum improbis consilia non inierit, sed nec peccatorum consulta executioni dederit: nec peccatorum tantum consulta neutiqam sit executus, sed nec postqam horum consulta executus fuerit, secus agentibus ludibrio habitis, in eisdem pervicaciter persistere animum induxerit;*

D qis non primo statim aspectu perspiciat, qàm incongrua & inepta planè futura sit oratio? Furcillanda igitur meritò interpretatio ista, qæ artificium insigne cum præ se ferat, artis sanæ veræqe omnis expertem sensum procudit.

Qænam ergò, dicat qis, hymnographi mens genuina? Hæc certò; *Eum verè beatum esse hominem, qi ab omni prorsus cum improbis impiísque, qâ sunt tales, commercio atque consortio alienum se præstiterit.*

Qam sit exitiosa ac perniciosa malorum societas, è qâ tam seriò sedulóque Roboamum suum dehortatur Rex sa-

E pientissimus, Parœm. c. 1. v. 10—15. & c. 2. v. 12—20. & c. 4. v. 14. 15. nemo nescit mortalis. Certè qod Gregorius Sasimorum Episcopus, in *Cæsarii fratris Epitaphio*, ὡς μεγάλα φέρει εἰς ἀρετὴν ἢ κακίαν τοῖς συνοῦσιν, h.e. *ad virtutem vitiúmve non parum valere consvetudines & consociationes*, præter usum communem, qi id validè confirmat, avtorum omne genus dicta celebriora creberrimè inculcant. Itaqe qod Cicero *de Oratore* l. 2. *Cum in sole ambulo, etiamsi aliam ob cavsam ambulem, fit naturâ tamen ut colorer*: hoc ad commercia ejusmodi trahit Seneca, *ad Lucil. Epist. 108.*

F *Qi in solem*, inqit, *venit, licet non in hoc venerit, colorabitur.* Subjicitque in eandem mentem idem ibidem: *Qi in ungventariâ tabernâ resederunt, & pavlò diutius commorati sunt, odorem secum loci trahunt. & qi apud philosophum fuerunt, traxerint aliqid necesse est, qod prodesset etiam negligentibus.* Epictetus apud Arrianum *dissert. l. 3. c. 16.* Ἀνάγκη τὸν συγκαθιέντα τισὶν ἐπιπλεῖον, ἢ εἰς λαλιὰν, ἢ εἰς συμπόσια, ἢ ἁπλῶς εἰς συμβίωσιν, ἢ αὐτὸν ἐκείνοις ἐξομοιωθῆναι, ἢ ἐκείνους μεταθεῖναι ἐπὶ τὰ αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἀνθράκιον ἀπεσβεσμένον ἂν θῇ [τις f.] παρὰ τὸ καιόμενον, ἢ αὐτὸς ἐκεῖνο τοῦτο ἐκκαύσει.

G qæ Jo. Volphius sic vertit. *Omninò necesse est eum, qi freqentiùs cum aliqo colloqutur, compotat, aut denique familiariter vivit, vel ipsum illi fieri similem, vel illum ad suam rationem traducere. nam si qis carbonem extinctum ardenti adjunxerit, avt hic illum, avt ille hunc incendet.* Vidit vir doctissimus in verbis novissimis deesse aliqid, sed qod deficientiùs supplendo, minùs commodè reddidit. Etenim carbo extinctus ipse accensum jam qi incenderit? Legendum itaqe, ἢ αὐτὸς [ἐκεῖνο ἀποσβέσει, ἢ] ἐκεῖνος τοῦτο ἐκκαύσει. vertendúmqe, *avt hic illum extingvet, avt hunc ille accendet.* Parœmiastes sacer, cap. 13. v. 20. *Qi cum sapientibus ambulaverit, sapientior fiet: qi verò stolidis se adjunxerit, deterior evadet.* Et Cyprianus, *ad Qirinum lib. 3. § 92.* *Corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimæ.* Qo spectat senarius celeberrimus ille,

Σοφοὶ

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.
Sapientes fiunt tyranni sapientum consortio.

Qod Plato, qi in *Theage*, (nam vitiosè apud [d] Gellium *in Theateto* legitur, per exscriptoris σφάλμα γραφικὸν, an avtoris ipsius μνημονικὸν, incertum) & *de Repub. l.* 8. adducit, Evripidi (provt & hunc secutus Jo. Stobæus *collectan. tom.* 2. *tit.* 48.) tribuit. Qo nomine ab Aristide Rhetore, (qi Sophoclis ex *Ajace Locro* esse affirmat) in *Apologia pro Qatuor-viris communi*, reprehenditur: à Gellio qadantenus excusatur: fieri enim potuisse, ut idem versiculus, qemadmodum & alii nonnulli (qod argumentum fusè
B proseqitur Clemens Alex. *Stromat. l.* 9.) apud plures poetas reperiatur. qod & disertiùs Zenobius in *Adag. Collectan. cent.* 5. *adag.* 98. Οὐδὲν θαυμαστὸν· συμπίπτουσι γὰρ ἀλλήλοις οἱ ποιηταί. *Nec mirum. Hi enim Poetæ consimilia sæpe proferunt.* Cæterùm Themistius idcircò, *Orat.* 16. qæ & Φιλάδελφος inscribitur, qasi ambigendo refert: nec tam Platonem, de avtore, qam avtorem ipsum, qisqis is fuerit, de dicto, qasi commodè minùs locutum, taxat. Εὐριπίδης μὲν, inqit, καὶ [ἢ f.] ὅστις δήποτε ἦν, ὁ ποιήσας,
C *Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ,*
οὐκ ἦν, οἶμαι, ποιητὴς διαγνώμων. οὐ γὰρ ἄν ποτε οὕτως ὑπέλαβε τυραννίδι φιλοσοφίαν, οὐδὲ τὰ ἀλλοτριώτατα ὁμοίῳ ἀρετὴν ὑπάρχειν καὶ μοχθηρίαν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ μελαγχολῶντες ἀποκλείουσι τοὺς θεραπεύοντας· οὕτω σοφίαν τυραννὶς οὐ προσίεται. h. e. *Evripides, sive qisqis is fuerit, poeta, qi illud protulit;*
Sapiunt tyranni sapientum consortio,
havd sagaci satis mente mihi videtur extitisse; alioqi nunqam fuisset opinatus, posse esse philosophiam tyrannidi gratam, avt consociari potuisse, qa sunt à se invicem alienissima, virtutem
D *& improbitatem. Sicut enim melancholicè affectis medentes abigunt; ita sapientiam tyrannis nevtiqam admittit.* Seneca sanè, loco superiùs allato, cum *philosophorum convictum etiam negligentibus prodesse* dixisset, subjunxit statim, *Attende quid dicam: negligentibus; non, repugnantibus.* Verùm, ut nihil dicamus, contingere qandoqe, qod hujusmodi consortio, cum aliis rationibus admiserint, tyranni etiam sævissimi & atrocissimi, de feritate ac ferocitate suâ aliqid remittant: τῆς τυράννου appellatio, licet in partem seqiorem jam sumatur, temporibus illis honesta satis atque honorata
E habebatur, cum regibus ac principibus qibusvis tribueretur. Evstathius *ad Iliad.* α. Ὁ τύραννος, τὸ βασιλικὸν τοῦ ὄνομα, βλασφημεῖται νῦν. *Tyrannus, nomen olim regium, nunc vituperatur.* Et *ad Odyss.* σ. Ἡ τύραννος λέξις ἐπ' ἀγαθῷ ἐλέγετο. τοῖς γὰρ ἐννόμοις βασιλεῦσιν ἦν καὶ αὕτη. *Vox tyrannus in bonam dicebatur partem, erat enim & legitimorum regum.* id qod confirmat ex Titulo Tragœdiæ Sophocleæ; qam *Oedipum Tyrannum* malè reddunt, cum *Regem* debeant. Itaqe Jupiter Aristophani in *Nubibus* est Θεῶν τύραννος, qi Homero eorundem βασιλεύς; qod & Dioni
F Prusæo observatum *Orat.* 12. Homeri siqidem seculo vox τύραννος nondum extitisse dicitur. qod ex Hippiæ Sophistæ avtoritate monet & post Evstathium Svidas, obiter hic restituendus. Apud hunc enim, in voce Τύραννος, sententiâ depravatissimâ, sic legitur. Οἱ περὶ τῶν Τρωικῶν ποιηταὶ, τοὺς βασιλεῖς, τυράννους προσηγόρευον, ὀψὲ ποτὲ τοῦ ὀνόματος εἰς τοὺς Ἕλληνας διαδοθέντος κατὰ τοὺς Ἀρχιλόχου χρόνους, καθάπερ Ἱππίας ὁ σοφιστής φησι. *Poetæ, qi bellum Trojanum antecesserunt, reges appellabant tyrannos, sero tandem hoc nomine apud Græcos vulgato, Archilochi temporibus, ut ait Hip-*
G *pias Sophista.* At qinam illi poetæ, qi ante res Trojanas scripserant? avt qomodo illi Reges *Tyrannos* appellabant, cum seriùs longè id appellationis apud Græcos receptum fuerit? Verùm, ex Sophoclis Scholiaste in fabulæ pavlò prius indicatæ argumento, legendum; Οἱ [μεθ' Ὅμηρον] ποιηταὶ τοὺς πρὸ τῶν Τρωικῶν βασιλεῖς τυράννους προσαγορεύουσι, vel προσηγόρευον. *Poetæ, qi Homerum secuti sunt; reges illos, qi res Trojanas antecesserant, tyrannos appellant.* qanqam restrictè nimis uterqe. cum non illos solos, sed alios qoqe sui ævi qusvis hoc vocabulo designarent. Etymologus: Τύραννον οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐπὶ βασιλέως ἔταττον· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸν τύραννον, βασιλέα ἔλεγον. *Tyrannum veteres & supra regem posuerunt: sunt vero qi tyrannum regem dixerunt.* qod poste-

[d] Noct. Attic. l. 13. c. 18.

A rius Homerum respicit, qi Echetum βροτῶν δηλήμονα πάντων, sive *tyrannum immanissimum*, βασιλῆα. i. e. *regem* nuncupavit. *Odyss.* σ. v. 84. Frustra itaqe poetæ litem intendit Themistius, qod τυράννους τῶν σοφῶν συνουσίᾳ sapientes evadere dixit, qasi tyrannos immanes regiúmque nomen, qod vi involarunt, violantes, non avtem reges legitimos voluerit. frustrà & eundem taxat, tanqam *Tyrannidem* Deam dixerit; qum non *tyrannidem* is, sive dominationem iniqam, sed *regnum* in animo habuerit, ubi sic fatus est, in *Phœnissis*,
B *Τὴν θεῶν πάντων μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα.*
Summam ut omnium Dearum Regnum possit asseqi.
qò pertinet &, qod in eâdem fabulâ n. 527. dictum est,
Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν. —
qod Cicero, cum Cæsarem in ore identidem habuisse refert, tum ipse sic reddidit, *Offic. l.* 3. *c.* 21.
Nam si violandum est jus, regnandi gratiâ
Violandum est. —
& qod ex ejusdem *Archelao* Stobæus exhibet, *tom.* 2. *tit.* 47.
C *Τυραννὶς εἶναι θεῶν βίος νομίζεται.*
Meritò censetur regnum vita cælitum.
Rectè proin Sophocleum, an Evripideum, an utriusque etiam, illud reddidit in *Tragicorum Excerptis* Vir. Cl. Hugo Grotius,
Dat sapere regi turba sapientum comes.
Sed & Erasmus *Chiliad.* 3. *cent.* 5. *adag.* 97.
Commercio sapientium princeps sapit.
qi & idem de seculi sui principibus παρῳδήσας, sic extulit,
Μωροὶ τύραννοι τῶν κολάκων συνουσίᾳ.
D *Commercio adulantum stultescunt principes.*
Cæterùm Salomonis illis gemina prorsus dant Senarii illi Menandro vulgò adscripti;
Σοφοῖς ὁμιλῶν, κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.
Κακοῖς δ' ὁμιλῶν, κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.
Facient sapientum sapere te consortia:
Facient malorum & te malum commercia.
Theognidis itaque illud lavdant cumprimis Socrates apud Xenophontem *commentar. l.* 1. Plato *Menone*; Aristoteles
E *Ethic. l.* 9. *c.* 12. Clemens *Strom. l.* 5.
Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.
Nam disces sectando bonos bona: sin tibi pravi
Sint socii, perdes & bona, si qa tenetant.
Spectat horsum & illud de *Menandri comœdia*; si Hieronymo *ad Tit.* 1. ex ejusdem *Thaide*, si Græco Scholiastæ credimus; (nam ἰαμβεῖον τραγικὸν nuncupat [e] Clemens Alex. & Evripidi tribuit [f] Socrates historicus) ab Apostolo adductum ad Corinth. Epist. 1. cap. 15. ver. 33.
Φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί.
F i. vertente Tertulliano *ad uxorem l.* 1. *c.* 8.
Bonos corrumpunt mores congressus mali.
qanqam aliter pavlo idem *ad eandem l.* 2. *c.* 3. sed eôdem tamen accommodans, *Qis enim*, inqit, *dubitet, obliterari qotidie fidem commercio infideli? Bonos corrumpunt mores confabulationes malæ* (qomodo & Hieronymus *Epist. ad Nepotianum* expressit) *qanto magis & convictus & individuus usus?* Utrumqe certè sonat τὸ ὁμιλία. Utrumqe conjunxit ut Epictetus suprà, ita Hermione in Evripidis *Andromache*,
Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν,
G *Αἵ μοι λέγουσαι τούσδ' ἐχαύνωσαν λόγους.*
Malarum ingressus me mulierum perdidit,
Qæ vana in avres insusurrabant meas.

Et certè in seqiorem partem hanc plerumqe consortia commerciáqe ista multò plus valent. Siqidem, qod de corpore observat Problematarius, morbos magis qàm sanitatem à conversantibus unà attrahi. Ἀπὸ μὲν νόσου, inqit, ἐνίων νοσοῦσιν οἱ πλησιάζοντες· ἀπὸ δὲ ὑγιείας οὐδεὶς ὑγιάζεται. *Problem. l.* 7. *q.* 4. & *l.* 29. *q.* 10. ὑγιαίνουσι συνὼν οὐδεὶς ὑγιεινὸς γίνεται. *A morbidis qibusdam morbus attrahitur: à sano morbidis sanitas nevtiqam accedit.* Itaqe citiùs pecus una scabie affecta gregem integrum morbo infecerit, qàm grex integer scabie affectam unam sanitati restituerit.

[e] *Stromat. l.* 1. [f] *Eccles. hist. l.* 3. *c.* 16.

grex

— (*grex totus in agris*
Unius scabie cadit, & porrigine porci.
Juvenal. *Sat.* 2.)

Idem ipsum in animo solet usu venire, ut à malorum consvetudine mores mali faciliùs, qàm à bonorum boni concilientur. Cujus rei rationem reddit strictim Synesius *de Provident. l.* 2. Κακία μὲν γὰρ αὐτοδίδακτος· ἀρετὴ δὲ οὐδὲ σὺν πόνῳ κτᾶται. *Vitium enim citra opem avt operam discitur: quum virtus non sine labore aliqo acqiratur.* Fusius Gregorius Stasim. Ep. in *Orat. Apologet.* pag. 6. D. Τοῦτο γάρ ἐστιν, inquit, ὃ μάλιστα πλεονεκτεῖ τῆς καλοκαγαθίας ἡ πονηρία, ὅτι εὐζήλωτον μέν τι καὶ πρόχειρον πρᾶγμα ἡ μοχθηρία, καὶ οὐδὲν οὕτω ῥᾴδιον, ὡς τὸ γενέσθαι κακὸν, κἂν εἰ μή τις ἄγοι πρὸς ταύτην ἡμᾶς μηδείς. σπάνιος δὲ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ κτῆσις καὶ πεῖσαντος, κἂν εἰ πολὺ τὸ μεθέλκον εἴη καὶ προσκαλούμενον. *Hoc est, in qo probitatem maximè superat improbitas; qòd improbitas res sit proclivis aptáqe imitatu; unde nihil facilius est, qàm malum fieri, etiamsi ducem ad illud nemo se prabeat. virtutis avtem adeptio res est rara & ardua, etiamsi qod ad eam attrahat & invitet, adsit plurimum.* Trahit huc Aggei illa, cap. 2. v. 12, 13. qibus *profana sacrorum attactu sanctificari* negantur: *sacra contrà immundorum contactu pollui* perhibentur. Qorum sensus, inqit, ex meâ sententiâ hæc est, Ὅτι δυσάλωτον τὸ ἀγαθὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ὥσπερ τὸ πῦρ ὕλῃ τῇ ὑγροτέρᾳ· ἑτοίμως δὲ πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ μετουσίαν οἱ πλεῖστοι καὶ ἐπιτήδειοι, καλάμη τις πρὸς σπινθῆρα, εἴρηται, καὶ ἄνεμον ῥᾳδίως ἐξαπτομένη καὶ δαπανωμένη διὰ ξηρότητα. θᾶττον γὰρ ἄν τις ὀλίγης κακίας μεταλάβοι πλεῖστον, ἢ ἀρετῆς βαθείας τὸ μικρόν. ἐπεὶ καὶ μέλιτι μὲν, μικρὸν ἀψίνθιον ταχέως μεταδίδωσι τοῦ πικροῦ· μέλι δὲ οὐδὲ τὸ διπλάσιον, ἀψινθίῳ τῆς ἑαυτοῦ γλυκύτητος. *Bonum natura humana havd facilè conciliatur: prout nec ignem facile concipit humida materia. ad malum verò contrahendum apti atque proclives existunt pleriqe: ad stipula instar, qa ob ariditatem ad scintillam & flatum confestim succenditur & absumitur. Proinde citiùs qis ab improbitate etiam exiguâ mali plurimum, qàm à virtute copiosâ boni exiguum contraxerit. Siqidem & mellis, absinthii parum amaritudinem suam qàm celerrimè impertiverit; cum mellis duplum absinthio immistum dulcedinem suam nevtiqam conciliaverit.* Ipsi utiqe mortales, ex ingenii indole vitiositatéqe innatâ, (qod vidit poeta, qi adolescentem in *Arte* sic depingit,

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper:)

qum à melioribus aversi, in partem deteriorem sponte suâ propendeant; in eandem proinde, accedente improborum consvetudine, proclivius adhuc multò vehementiusqe feruntur. Præclarissimè itaqe Æschylus *Thebaide*;

Ἐν παντὶ πράγει δ' ἔσθ' ὁμιλίας κακῆς
Κάκιον οὐδέν. καρπὸς οὐ κομιστέος.
Ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.
Adeò malorum scilicet commercio
Nil pejus usqam est; oritur infœlix seges.
Nam sceleris arvum est, nil nisi mortem parit.

Sed & Joannes Chrysostomus *in Evang. Joan. orat.* 57. Δεινὸν γάρ, δεινὸν ἡ τῶν πονηρῶν συνήθεια. καὶ οὐχ οὕτω ταχέως λοιμὸς ἅπτεται, καὶ ψώρα διαφθείρει, ὡς ἡ τῶν πονηρῶν κακία ἀνδρῶν. Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. *Dirum quiddam, dirum est, inqam, malorum sodalitium. nec tam celeriter avt pestis attingit, avt scabies inficit, ac hominum improborum malignitas. corrumpunt enim mores probos consortia prava.* qin & *in primam ad Timoth. orat.* 17. Ὥσπερ τὰ ψωριῶντα τῶν προβάτων ἀποτριβόμενα, νόσου καὶ τὰ ὑγιαίνοντα ἐμπίπλησιν, οὕτω καὶ οὗτοι οἱ πονηροὶ ἄνδρες. *Sicut pecudes scabiosa affrictu suo sanas etiam morbo eodem replent; ita planè & homines improbi isti.* Basilius item Cæsariensis ab Antonio Abbate in *Melissa* suæ *l.* 2. *c.* 36. delibatus. Βλαβεραὶ αἱ πρὸς τοὺς κακοὺς συνουσίαι. ὡς γὰρ ἐν τοῖς νοσώδεσι χωρίοις κατὰ μικρὸν ἀναπνεόμενος ὁ ἀὴρ λανθάνουσαν νόσον τοῖς ἐνδιαιτωμένοις ἐναποτίθησιν. οὕτως ἡ πρὸς τοὺς φαύλους συνουσία, μεγάλα κακὰ ταῖς ψυχαῖς ἐναφίησι, κἂν τὴν παραυτίκα αἴσθησιν τὸ βλαβερὸν διαφύγῃ. *Noxia sunt malorum consvetudines. sicut enim in locis minùs salubribus sensim attractus aer vitiosum ibi de gentibus affectum clam ingenerat: ita improborum congressus animis mala multa instillant, etiamsi noxa non statim deprehendatur.* Idémqe in Hymni istius hunc ipsum, qem in manibus nunc

A habemus, locum. Φασὶ τὸν λοιμὸν, οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, ἐπειδὰν ἑνὸς ἀνθρώπου ἢ κτήνους ἅψηται, καὶ διάδοσιν ἐπὶ πάντας τοὺς ἐγγίζοντας διανέμεσθαι. φύσιν γὰρ εἶναι τῆς νόσου τοιαύτην, τὸ ἐξ ἀλλήλων πάντας ἀποπιμπλᾶσθαι τῆς ἀρρωστίας. τοιοῦτοι δέ τινές εἰσιν οἱ ἐργάται τῆς πονηρίας. ἄλλος γὰρ ἄλλῳ τῆς νόσου μεταδιδόντες, συννοσοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ συναπόλλυνται. *Pestem ajunt rerum istarum periti, ubi hominem jumentúmve unum attigerit, ad vicinos qosqe contagione qadam transire. eam esse enim morbi hujus naturam, ut omnes a se invicem contrahant ipsum. hujusmodi sunt avtem improbitati dediti. alii enim aliis morbum* B *tradentes, secum invicem & agrotant & pereunt.* Et pavlò post: Οὔτε γὰρ πῦρ ὕλης ἐπιτηδείας ἁψάμενον δυνατὸν μὴ οὐχὶ ἐπὶ πᾶσαν αὐτὴν διαβῆναι· ἄλλως τε, κἂν ἐπιτύχῃ πνεύματος ἐπιφόρου τὴν φλόγα διακομίζοντος. οὔτε ἁμαρτίαν ἑνὸς ἁψαμένην, μὴ οὐχὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐγγίζοντας διελθεῖν, ἐξαπτόντων αὐτὴν τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας. *Neqe enim ignis combustioni idoneam nacta, ubi attigerit, materiam, pervadere universam non potest: prasertim si venti flammam provehentis vis accesserit: neqe fieri potest, ut peccatum, qod unum occupaverit, non in propinqos qosqe pertranseat; pracipuè ubi* C *improbitatis spiritus, tanqam flatu qodam, flammam suscitant.* Elegantissimè deniqe Seneca *de ira l.* 3. *c.* 8. *Sumuntur à conversantibus mores. Et ut qadam in contactu corporis vitia transiliunt: ita animus mala sua proximus tradit. Ebriosus convictor in amorem vini traxit: impudicorum cœtus fortem qemqe & siliceum virum emollit: avaritia in vicinos virus suum transtulit.* Et *ad Lucilium Epist.* 7. *Nemo non aliqod nobis vitium avt commodat, avt imprimit, avt nescientibus allinit. convictor delicatus pavlatim enervat; vicinus dives cupiditatem irritat; malignus comes, qamvis candido & simpli-* D *ci, rubiginem suam affricat. Serpunt enim vitia, & in proximum qemqe transiliunt. itaqe ut in pestilentiâ cavendum est, ne corruptis jam corporibus & morbo flagrantibus assideamus, qia pericula trahemus, afflatúqe ipso laborabimus: ita in amicorum legendis ingeniis dabimus operam, ut qàm minimè inqinatos assumamus.* Idem *de tranqillit. c.* 7.

Verum longiùs forsan, qam opus fuerat, in argumento istoc provecti sumus, dum adversus luem illam, cavtelam dare satagimus, qæ ingenia insignia, qæqe eximia pollicebantur, tam non numerosa, sed innumera exitio dede- E rit. Ad hymnographum redeamus. Qum itaqe tanti discriminis res sit, inter improbos versari; homines avtem nunc unà *ambulando*, nunc *consistendo*, nunc *considendo* simul, secum invicem conversentur; (istis enim tribus, qod & R. D. Camius hîc observat, *conversatio* mortalium *universa* continetur) beatum planè pronunciat vates eum, qicunqe fuerit, virum, qi nullâ istarum trium ratione cum improbis rem ullam avt societatem habuerit. ut non tam κλίμαξ sit, qam ἐπιμονὴ, schema in sacris literis freqens admodum, distributione, qam diximus, trimembri, il- F lustrata. Nec alii, sed eidem planè sunt, (qod Musculus hoc loco, & Musculo prior Abraham Esdræ filius ad hymni finem monuit) licet ratione diversâ ista meriti vocabula, qi *improbi*, *peccatores*, *derisores* istic dicuntur. Certè designare gravius qiddam חטא qod secundo loco, qam רשע qod primo ponitur, vix opinor admissurum aliqem literarum Hebraicarum vel mediocriter peritum. Sensum hunc vidit Martinus Bucerus, sive Aretium Felinum nuncupare libuerit (etsi specioso illo de *climace* commento in fravdem cum reliqis pariter illectus) *Cum vates*, inqit, G *reqirit, ut nec eatur, nec stetur, nec sedeatur cum malis, omnem penitus illorum consvetudinem, omneqe commercium damnavit:* Musculus verò etiam planissimè & plenissimè (verbulum unicum si suppleveris) expressit. *Tres*, inqit, *primus hic versus triades habet; quarum primâ, dictionibus impiorum, peccatorum, ac derisorum, omne malorum & improborum hominum genus; alterâ, nominibus consilii, via, & sedis, universa illorum cogitata & facta, cum omni vitâ; tertiâ, verbis ambulandi,* [consistendi] *ac sedendi, qodcunqe illorum commercium comprehendit: ut cum verò beatum esse significet, qi nec ullum, nec ullâ in re, nec cum ullo reproborum hominum genere consortium habeat.* Rectissimè! Etenim hymni istius avtor ipse, (si, qod est plus qàm probabile, idem primi hujus qi & secundi; rex David is, ex

Petri

Petri verbis Act. 4. v. 25. fuisse conceditur) optimus sui ipsius interpres, interpretationi huic facem præfert. Dum, qod de viro bono pióqe hic prædicat; apologiam pro se texens, idem de se profitetur, Hymno 26. v. 4. 5. *Non consedi*, inqit, *cum hominibus vanis: nec cum versutis incedam: Odi maleficorum cœtum; nec cum improbis considebo.* præmiserat avtem vers. 3. Deum allocutus, *In veritate tuâ* התהלכתי *ambulare assvevi me.* (ita enim malim, qàm cum Junio; *indesinenter ambulo*) qasi diceret, *nullum planè mihi cum nebulonibus improbis, vanis, dolosis, maleficis hominibus vel fuit, vel est unqam futurum consortium.* à *consessu* cepit, *incessum* adjecit, & per ἐπαναληψιν *consessu* repetito conclusit. idem avtem est istic מושב לצים qod illic קהל מרעים itaqe malim מושב cum Junio *consessum* reddere (prout & Hymno 107. v.32. ubi קהל & מושב ἐν παραλλήλῳ ponuntur) qàm cum Græco interprete καθέδραν, cum Latino, qi eundem secutus est, *cathedram*. Accedit Chaldæus, qi סיעת reddidit, & Jedajas, qi in *avreo* illo, cui *mundi examen* titulum dedit, libello, *Sect.* 23. sic sumit. Alluditur utrobiqe ad tenebrionum hominumqe profligatorum cœtus, qos in ganeis ac popinis habere solent. ubi unà cum congerronibus suis considentes, dum meridiando ac potando diem non tam exigunt, qàm conterunt, bonis probísqe obloqendo, pietatísqe studiosos dicteriis & sannis perstringendo, semet invicem oblectare consveverunt. In qam mentem & Hymnographus Hymno 50. v.20. *Sedens adversus fratrem tuum loqeris, in matris tuæ filium opprobria profers.* Et Hymno 69. v. 13. *De me consabulantur qi in portâ sedent, & ad sides de me odas habent sicera potatores.* qo loco etiam tam in publicis conventibus, ubi capita simul scorsim ab aliis contulerint, qàm in clandestinis congressibus hoc homuncionibus istiusmodi solenne esse innuitur. Mitto argutias, vel ineptias potiùs, de *tribus sectis Ethnicâ, Judaicâ, Hæreticâ* à Psalte designatis, aliáqe havd notæ melioris istis, qæ partim ex Barnabâ suppositio, horúmqe peritis, uti appellat, scriptis nescio qibus, recenset, partim ex suo cerebro commentus proponit, Clemens Alex. *Stromat. lib.*2. *c.* 6. Ibi habeant videantqe, qorum palatis istiusmodi placent. Ego dissertationem istam Jos. Scaligeri jambo clavdam.

Merum malorum pestilentus spiritus,
Sive adflat, avfert; sive stringit, inficit.
Ne fortè te ullus allinat contagiis
Pruritus aliqis, tale contubernium
Vitare propera. námqe si mores malos
Non oderimus, non amabimus bonos.

CAPUT II.

Hymni primi versiculus tertius expenditur. A bonitate *ad beatitatem transitus. Junii, & aliorum, allegoria rejecta. Mens vatis genuina datur: firmatur collatione loci paralli Jer.*17. *v.*7.8. *Copula similitudinis nota. Nec arbor* vitæ, *nec* palma, *necessariò hic spectantur. Palma natura. Sola verè* ἀειφυλλ[illegible]. *Tertulliani, & Pseudo-Epiphanii, crassus error in Hymn.* 92. 13. *Aliis pro arbore. Phœnicis fabula Christi resurrectioni, nostraqe, ejusdémqe generationi utriqe, firmandæ, virginitatis commendandæ, &c. adhibita. Figmentum merum. In arcâ nullus. Cyrilli catecheses, avtoris incerti. Gregorius Naz. emendatus. Palma phœnici compar. Error receptus de palma adversus pondera renisu, expensus & explosus. Planta tribuitur succrescenti, qod est ligni succisi; palmiti, qod est trabis. Vict. Strigelii elogium. Palma victoriæ insigne. Plutarchum Gellius transcripsit. Aristotelis, qæ feruntur, Problemata, nec ipsius, nec unius cujusqam. Renisus materiei adversus pondera, non est palmæ solius. In* καρθηλίων *notione à Svidâ Stephanóqe recessum.*

HYmni præfati τμήματι τῷ tertio à viri illius, qem hîc nobis delineat, *bonitate* & pietate, ad ejusdem *beatitatem* transitur. describitur ea verbis hisce: *Eritqe vir ille, tanqam arbor ad rivos aqarum consita, qæ in tempore suo profert fructum suum. cujúsqe folium non decidit: & qicqid faciet, prosperum habebit successum.* In hac periochâ prioribus illis geminas comminiscuntur interpretes argutiolas. Cl. Junius: *Tria ponuntur arboris attributa.* 1. *plantatio secundum aqas; Symbolum regenerationis, & succi qem trahimus à Christo.* 2. *Fructuum productio; Symbolum sanctificationis vitæ.* 3. *constans viriditas; Symbolum perseverantiæ.* Non inficior ista omnia viro probo pióqe cuivis competere; Verùm simpliciùs locutum hoc loco vatem sanctum existimo, nec subtilitates istas dictionis suæ cortice obvelatas, & tanqam ἐλύτρῳ qodam obvolutas, proponere hoc loco, io animo habuisse. Primò siqidem *bonitatis* ac pietatis ista sunt planè, de qâ verba facere hymnographus jam desierat. ab his siqidem verbis, *felicitatis* descriptionem avspicatur: qod & Junius ipse rectè monuit. Tum dictionis ipsius facies mutatur, ut qid viro illi futurum sit, indicetur. והיה *Et erit*, ut rectè Piscator, post Hieronymum & Græcum, qi καὶ ἔσται reddidit; qanqam non displicet, qod Junius, si temporis ratione habitâ, pro, *Est enim*, *Erit enim*, dixisset. at ista qæ de imaginis ab hymnographo adhibitæ membris singulis exculpuntur, qòd sit Christo insitus, à qo succum trahat, qódqe fructus edat tempestivos, statum viri pii præteritum præsentémve maximè spectant. Huic adjectum sit, qod *prosperitatis* uberrimæ pollicitatio verbis istis contineri videatur: qum τῶν καρπῶν-[illegible] ubertas & bonorum actuum proventus jugis constansqe si intelligatur, encomii potius qam polliciti rationem habitura sint. Me itaqe avtore, svasore saltem, vatis sacri mentem Jeremias, vates & ipse, commodissimè fidissiméqe expedit. Hujus ista sunt; ex cap.17. v.7,8. *Benedictus vir ille, qi in Jova fiduciam habet, & cujus is est confidentia.* והיה *erit enim* (ita & Junius hîc reddidit) *instar arboris consita juxta aqas, & juxta scaturiginem mittentis radices suas, qæ æstu, ubi venerit, non afficitur, sed virent folia ejus, nec annum cohibitionis anxie timet, nec à fructu proferendo cessat.* Eadem planè utrobiqe imago: eadem prorsus utrobiqe imaginis mens. ratio scilicet qare *beatus* illic, *benedictus* istîc, vir pius probúsqe prædicetur, à *prosperitate* jugi sumitur, ac fœlici in ceptis qibusqe successu; isqe arboris ad rivi amœni alicujus ripam in solo irriguo sitæ, qæ virore perpetuo jugiqe feracitate gavdeat, similitudine adumbratur. Proinde copulativam particulam in commatis clausulâ extremâ, malim similitudinis notâ redditam, qàm, cum Junio, illativâ: *ita* (non, *ideò*) *qicqid faciet, prosperum successum habebit.* is est enim freqentissimus in collationibus particulæ illius usus; atqe ita reddidit Junius ipse, Parœm. c.25. v.3.20,23,25,27. & c.26. v.3,9,14, 20, 21. & alibi sæpe. ut collationis ἀπόδοσις sit eis verbis comprehensa. qanqam de particulæ istius usu isto hoc in loco non contenderim. potest enim status prosperi nota ulterior prioribus adjuncta, eâ clavsulâ comprehendi. copulativam idcirco havd gravatim, illativam nullus, admiserim.

Qod avtem Hieronymus *Epist. ad Pavlinum de lectione sacræ scripturæ*, ad *arborem vitæ* in paradiso sitam, de qâ Genes. c 3. v.9. & Apoc. c.2. v.7. allusum opinatur, havdqaqam necessarium videtur: sed nec, ut *palma* designetur, qod post Victorinum Strigelium Joanni Piscatori placuit, de qâ Plinius *hist. nat. l.*13. *c.*4. *Gavdet riguis; totoqe anno bibere amat.* (qod Theophrastus *hist. plant. l.*2. *c.* 8. φιλεῖ δὲ καὶ ὑδρηλὰν σφόδρα. *amat vero valde & terram riguam.* dixerat; qi & pavlò post subjicit, ζητεῖ δὲ μᾶλλον τὸ ναματιαῖον ὕδωρ, ἢ τὸ ἐκ τοῦ Διός. *aqam scaturientem potius qam pluviam qærit.*) Et *l.*16. *c.*20. *Palma folia non decidunt.* Etiamsi enim τὸ ἀειθαλὲς φύλλον καὶ βέβαιον ἀείφυλλον, *folia firma & semper durantia habere* (qod observant Plutarchus *Sympos. l.*8. *c.*4. & Glycas *annal. part.*1. *c* 5.) sit palmæ propemodum peculiare. aliæ enim stirpes etiam qæ perpetuò virent, ut olea & lavrus, tamen φυλλοβολοῦσι καὶ φυλλορροοῦσι, *folia sensim abjiciunt & amittunt* ii se vetusta, qibus nova subinde jugiter succrescendo succedant, cum *palma* (Ambrosii verba sunt *hexaemer. l.* 3. *c.* 17.) *virens semper maneat, conservatione & diuturnitate, non immutatione fo-*

liorum: nam qa primò germinaverunt folia, ea sine ullâ substitutionis successione conservat. Sufficit tamen ad Hymnographi propositum arboris cujusvis imago, cujus viror vigórqe cum feracitate conjunctus consveverit perennare.

Cæterùm palmæ expressa mentio fit in collatione havd absimili, Hymno 92. v.13. *Justus instar palmæ germinabit.* qi me locm monet (nam desultoriam, non statariam, agimus) qàm turpiter impingant sæpenumero viri alioqi magni, lingvarum ignoratione. Qum enim apud Græcum interpretem Tertullianus (vir qantus?) verba illa sic reddita deprehendisset, Δίκαιος, ὡς φοῖνιξ, ἀνθήσει, *phœnicem* avem fabulosam statim somniavit, & commentum illud putidum in resurrectionis firmandæ argumentum traxit. Verba ipsa αὐτολεξεὶ sic habent, *de resurrect. carn. c.13. Accipe plenissimum atqe firmissimum hujus spei specimen. siqidem animalis est res, & vitæ obnoxia & mortis. illum dico alitem Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum: qi semetipsum libenter funerans renovat, natali fine decedens atqe succedens; iterum phœnix, ubi jam nemo; iterum ipse, qi non jam; alius idem. qid expressius atqe signatius in hanc cavsam? avt cui alii res tale documentum? Deus etiam scripturis suis,* Et florebit enim, *inqit*, velut phœnix. i. *de morte, de funere; uti credas de ignibus qoqe substantiam corporis exigi posse. multis passeribus antistare nos Dominus pronunciavit. si non & phœnicibus, nihil magnum: sed homines semel interibunt, avibus Arabiæ de resurrectione securis.* Nec solus tamen hîc Tertullianus. Siqidem Epiphanii qi nomen mentitur avtor in *Physiologo c.11.* ex *phœnicis post triduum redivivi* figmento, *Christi resurrectioni triduanæ*, fidem adstruere conatus, διὸ ὅτι, inqit, ὁ προφήτης, Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει. *cum de illo dixerit Propheta, justus ut phœnix florebit.* Verum, ut nihil dicam, qòd *cedri* adjecta mentio *arborem*, non *avem* intelligi, satis poterat monere; etiamsi Græca vox φοῖνιξ ambigua sit, & utriqe denotandæ adhibeatur; at תמר Hebraicum *arborem* duntaxat, non & *avem* designat. Reprehendit hoc nomine & Clementem Romanum Photius in *bibliothecâ*, sive *Myriobiblo*, *codic.* 126. qod in *alterâ ad Corinthios* scriptâ *Epistolâ*, ὡς παναληθεστάτῳ, τῷ κατὰ τὸν φοίνικα τῷ ὀρνέῳ ὑποδείγματι κέχρηται. *ut omnium verissimo exemplo a phœnice ave petito usus sit.* qanqam Clemens idem (si idem saltem, ficititius certè & ὑποβολιμαῖος, *supposititius*, uterqe) in *Constitutionum*, *Apostolicas* qas appellant, *l.* 5. *c.*7. dubitanter, & ex Ethnicorum sententiâ de phœnice fabulam proponit. Eandem ad argumentum idem accommodarunt Epiphanius in *ancorato* §.85. sed tanqam rem vulgi sermone tritam. Ἤδη γὰρ εἰς ἀκοὴν ἀφῖκται πολλοῖς πιστῶν τε καὶ ἀπίστων. *Est enim ea res plurimorum tam fidelium qam infidelium auditione vulgata.* Cyrillus, an Joannes (nam huic potius Velserus vindicat) Hierosol. *Catechef.* 18. ex Clementis fide. Ambrosius *de fide resurrect. c.8. Avis in regione Arabiæ, cui nomen est phœnix, redivivo suæ carnis humore reparabilis, cum mortua fuerit reviviscit. solos non credimus homines resuscitari? atqi hoc relatione crebrâ, & scripturarum* (non, sacrarum, opinor, voluit) *avtoritate cognovimus.* Et *hexaemer. l.5. c.23. Phœnix avis in Arabiæ locis perhibetur, &c. doceat igitur nos hæc avis exemplo sui resurrectionem credere.* Trahunt eôdem & Æneas Gazæus *de anim. immortalit.* & Georgius Pisides in *mundi opificio.* & Michael Glycas *annal. part.*1. Cautiùs Gregorius Naz. *orat.* 37. qæ est de *Sp. Sancto*, ἐοίκεν (τὶ δέ τῳ, leg.) πιστὸς ὁ λόγος. qi ad inexplicabile *generationis divinæ* mysterium illustrandum adhibuit: & in *carmine*, qod est *ad virgines*, 3. 526.

Ὡς δ᾽ ἔρνις φοίνικος φασὶ θνήσκοντα νεάζειν &c.

Ut phœnix moriens primos revirescit ad annos,

ad virginitatis illibatæ perenne decus. qò & Ambrosius in *Psalm.* 118. *serm.* 19. retulit: *Phœnix coitus corporeos ignorat, libidinis nescit illecebras; sed de suo surgit rogo sibi avis superstes, ipsa & sui hæres corporis, & cineris sui fœtus.* Fidentiùs Ruffinus (qi & Cypriani nomine censetur) in *Symboli expositione*, ad Christi, qâ hominis, nativitatem: *Qid mirum videtur, si virgo conceperit, cum Orientis avem, qem phœnicem vocant, in tantum sine conjuge nasci vel renasci, constet, ut semper una sit, & semper sibi ipsi nascendo vel renascendo succedat?* Ad Constantinum in sobole superstitem Evsebius Cæsariens. in *vit. Constant. l.4. c.72. sed Ægyptiam avem* nuncupans. Depingunt eam nobis *Herodot. l.2.* Lactantii nomen præferens poeta, & Clavdian. *Epigr. 1.* qi & *Phœnix.* Evstathius Antioch. (ficititius opinor) in *hexaemer.* Epiphanii nomine *Physiolog. c.* 11. & Evsebius Cæs. *præparat. Evangel. l.* 9. ex Ezechiele Tragico, qi in terrâ Cananæâ visum sibi narrantes exploratores Hebræos inducit. Jarchas Indus apud Philostratum in *vita Apollonii l.* 3. *c.* 14. & ex eodem Joan. Tzetzes *varior.* 5. 6. Achilles Tatius de *Levcipp. l.* 3. Plinius *hist. natur. l.* 10. *c.* 2. & ex Plinio (sed corruptè pro more suo) Solinus *polyhistoris. c.* 33. Meminere & Hesiodus apud Plutarchum *de defect. oracul.* Corn. Tacitus *annal. l.6.* Dio Nicæus *histor. l.* 58. in Jo. Xiphilini *Epitome.* Avrel. Victor. in *Tiber.* Ælianus *hist. animal. l.6. c.58.* & ex Æliano Apostolius in *Adag. cent.* 20, *Parœm.* 31. Senec. *Epist.* 42. Pompon. Mela *de situ orbis l.3. c.9.* Celsus *adv. Christian.* Ovid. *Metamorph. l.15.* & *amor. l.2. eleg.6.* Statius *Sylv. l.3. carm.2.* Clavdian. *in Stilicon. l.* 2. Martialis *lib.* 5. *epigr.7.* Aristides rhetor *orat. in Smyrnam restitutam.* Lucian. in *Hermotim.* sive *de sectis.* Synes. in *Dione.* Artemidorus *de insomniis l.* 4. *c.* 49. Orus *hieroglyphic. l.* 2. *c.* 35. Svidas in Φοῖνιξ. Alcim. Avitus *de origin. mund. l.1.* Cæterùm Plinius de veritate dubitat, (prout & Origenes *adv. Celsum l.* 4. ἐάν περ ᾖ ἀληθὲς.) *fabulosum* suspicatur. Hieron. Cardanus *de subtil. l.* 10. *fabulæ, qàm veritati propiorem* pronunciat. Maximus Martyr. *lib. adversus Severi dogmata*, disertissimè contradicit οὐδὲν γὰρ ζῶον πάντη μοναδικόν. *Nullum enim animal prorsus solitarium est.* id qod eodem planè cumprimis argumento contendit, qo apud nos plebejus qidam usus perhibetur, Ofellus alter,

Rusticus, abnormis sapiens, crassáqe Minervâ.

Siqidem iste, cum parochum suum pro concione ad dogma aliqod fidei vel explicandum vel confirmandum de phœnice pervulgata illa proferentem avdivisset, *mendacii manifesti tenere* hominem palam jactitabat: qî enim fieri potuisset, ut *volucres bini* qiqe in *arcam Noachicam* diluvii œcumenici tempore ingrederentur, si qis *ales singularis ac solitarius* extitisset? Apage ergo fabulam hanc ex historiâ etiam exoticâ, qam demtâ veritate Polybius *l.*1. *animal oculis orbatum, nulli usui futurum*, ego *corpus* etiam *animâ destitutum* dixerim; Timæus *nec historiam* qidem dicendam pronunciavit, apud eundem *l.* 12. Et à fidei negotio multo magis. οὐ γὰρ δεῖται ψευδῶν συμμαχίας ἡ ἀρετή. ut Synesius *Epist.* 5. *neqe enim avt virtus viri, avt veritas divina mendacii ope indiget*, nedum ut pagina sacra ad testimonium perhibendum figmento tam absurdo invita pertrahatur. Unum istud ex Plinio *l.* 13. *c.* 4. ubi adjectum fuerit, phœnicem nostrum ablegabimus. de *pumilâ* qadam *palmâ*, qæ in *Chorâ* esse dicitur, locutus is; *Mirum*, inqit, *de eâ accepimus, cum phœnice ave, qæ putatur ex hujus palmæ argumento nomen accepisse, emori ac renasci ex seipsâ.* Ita (qod Erasmus alicubi) *fabula trahit fabulam, ut ansa ansam.* & qod diverbio celebratum Avsonius *idyll.* 12. *vara tibiam seqitur.* In hanc forsan si incidissent boni illi patres, fuisset ea φοῖνιξ *palma* arbor potiùs qàm avis ab hymnodo designata.

De *palmâ* avtem cum agere cœperimus, cujus occasione de *phœnice* ave commentum illud excussimus, de istâ etiam opinionem qandam vulgo receptam pavcis obiter examini subjicere fert animus. Ad hymnographi ergò verba illa, qibus virum justum *palmæ arbori*, non *phœnici aliti*, uti suprà demonstratum est, confert, sic Victorinus Strigelius, qi codicis sacri partem maximam commentariis, havd prolixis, sed nec infructuosis prorsus tamen, strictim illustravit; *Cum in primo Psalmo satis multa de palmâ sint dicta, nunc tantùm Epigramma Alciati asscribam, in qo imago Ecclesiæ, — oneri imposito non succumbentis, sed constantiam præstantis, in ærumnis, pulcerrimè pingitur.* Tum Andreæ Alciati ex *emblematum* libro, qo palma dum mole saxeâ incumbente premitur, in altum palmites surrectos emittens exhibetur, carmen subjungit; cujus *distichon* primum istud est,

Nititur in pondus palma, & consurgit in altum;
Qo magis & premitur, hoc mago tollit onus.

At verò, ut nihil dicam de avtorum veterum, qi *plantarum historiam* conscripserunt, alto planè & perpetuo hac in parte silentio; ipsa arboris natura palmitúmqe ratio commento isti penitus adversari clarissimè deprehenditur. Palmæ siqidem cum folia, qæ ramorum vicem gerunt, tum & palmites, unde fructus exoritur, sponte suâ deorsum vergunt, ut arte etiam opus novellæ coma babeat adhibitâ, cujus ope erigatur. Theophrastus *hist. plant. l. 2. c. 8.* Ἀναδοῦσι τὴν κόμην, ὅπως ὀρθὴ φύηται, καὶ ῥάβδοι μὴ ἀποκρεμῶνται. *Comam constringunt, ut erecta succrescat, nec deorsum vergant dependentes virgula.* Proinde nihil hac in parte peculiare, avt præ aliis insigne, palma obtinet. Unde ergò enata opinio ista, tam pervulgata, & pro compertâ prorsus hactenus à plerisqe habita? Frondi mirum ni tribuerint qod est ligni, sive materiæ, dos peculiaris. Hoc à Plutarcho discimus, qi *symposiac. l. 8. c. 4.* scribit, *ideò in certaminibus palmam signum esse victoria placuisse*, (Gellium avdis, qi Plutarchum transcripsit, *noct. Attic. l. 3. c. 6.*) *qoniam ingenium ejusmodi ligni est, ut urgentibus opprimentibúsqe non cedat.* Plutarchi ipsius verba vis? habeas. Φοίνικος γὰρ ξύλον, ἄν ἄνωθεν ἐπιθῇς βαρὺ (forsan βάρος vel βαρύ τι) πιέζῃς, οὐ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τοὐναντίον, ὥσπερ ἀνθιστάμενον τῷ βιαζομένῳ, id est vertente Gellio: *Si super palma arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas oneréşqe, ut magnitudo oneris sustineri non queat, non deorsum palma cedit, nec infra flectitur; sed adversus pondus resurgit, & sursum nititur, recurvatúrqe.* Hoc & in *septimo problematum* tradidisse Aristotelem idem avtor est Gellius: qod in eis tamen, qæ sub Philosophi nomine jam prostant, nec unius hominis esse videntur, nusqam comparet. A Xenophonte mutuatum, (nec falsus ariolus, puto) avguror Plutarchum, cujus etiam è verbis perperam acceptis errorem illum de arbore ipsâ enatum non ineptè suspiceris. De *Cyri institutione lib. 7.* hæc ille. Πιεζόμενοι οἱ φοίνικες ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ κανθήλιοι. *Palma pondere gravata sursum recurvantur, velut asini clitellarii*; ita enim κανθηλίους malim, licet renitente Henrico Stephano, qàm cum Svida, μεγάλους, *magnos*, sive, ut Stephanus, *pragrandes*, vertere. Satis nota sunt asinorum dorsa tepanda, qorum ab imitamento κανθήλια etiam sunt dicta, τὰ ἐν τῇ πρύμνῃ τῆς νεὼς ἐπικαμπῆ ξύλα τιθέμενα πρὸς σκηνοποιΐαν, *incurva qadam ligna in navis puppe posita, qa tugurii vicem prastent.* Avtor Hesychius. De succiescente ergò palmâ cepisse videntur commenti istius parentes primi, qod de succisâ ille dixerat. Cyrum refert τοὺς πύργους, sive *turres*, qos ad fluminis oram extruebat, φοίνιξι θεμελιῶσαι, *palmis excisis substratísqe* ideò *fundasse*, qòd eæ ponderi, qod erat inducendum, sulfinendo, ob cavsam prius assignatam, commodissimæ viderentur. Cæterùm omnem nobis in negotio hoc scrupulum eximet Strabo, avtor probatissimus; cujus ista sunt, ex *geographia l. 15.* Ἴδιον δέ τι πάσχει τὸ φοινίκινον δοκόν. σφόδρα γὰρ οὖσαι πιλούμεναι, οὐκ εἰς τὸ κάτω τὴν ἔνδοσιν λαμβάνουσιν, ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω μέρος κυρτοῦνται τῷ βάρει, καὶ βέλτιον ἀνέχουσι τὴν ὀροφήν. *Hoc ait esse peculiare* (non *palma arboris, frondis, folii, palmitis,* sed) *trabis è palma ligno confecta, ut vetustate firmata, ponderi imposito deorsum pergendo neqaqam concedas, sed sursum fornicis instar convexa contendat, tectumqe adificii eo fortiùs sustentet.* qanqam istud non est palmæ solius proprium, sed aliis qibusdam, havd multis tamen, cum palmâ commune. Siqidem Theophrastus *histor. plant. l. 6. c. 7.* Βάρος δ' ἐστὶν ἰσχυρὰ, καὶ ἡ ἐλάτη, καὶ ἡ πεύκη, ἀνακλινόμεναι τιθέμεναι. οὐδὲ γὰρ ἐνδιδόασιν, ὥσπερ ἡ δρῦς καὶ τὰ γεώδη, ἀλλ' ἀντωθοῦσι. *Pondus ferre valentes sunt abies & picea, si virides ponantur, neqe enim oneri cedunt; ut qercus & stirpes terrea magis, sed renituntur.* Et mox: Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὁ φοῖνιξ. ἀνάπαλιν γὰρ ἡ κάμψις ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται. τὰ μὲν γὰρ εἰς τὸ κάτω κάμπτεται. ὁ δὲ φοῖνιξ εἰς τὸ ἄνω. φασὶ δὲ καὶ τὴν ἐλάτην καὶ τὴν πεύκην ἀντωθεῖν. *Valet ad hoc & palma. in diversum enim planè, qàm reliqa, incurvatur. ha enim deorsum incurvantur, illa sursum. qin & abietem & piceam pariter reniti ferunt.*

CAPUT III.

Opposita juxtà posita lucem mutuam fœnerantur. Aristotelis codices emendati. Hymni primi versiculus 4. expenditur & explicatur. A bonorum statu fœlici, ad improborum infœlicem transitur. Non sic, *formula solennis elliptica. Rabbinulorum commentum putidum. Lectio varia Gen. 4. 15. Loca ambigua Prov. 15. 7. Devt. 18. 14. Beza conjectura de Eph. 4. 20. probata. Locus subdifficilis 2 Reg. 23. 5. discussus. Interrogationis index nota sape desiderata. Esaias 16. 6. & Jeremias 48. 29. 30. collati & conciliati.* כרים *qàm varia designet.* נין soboles. שעיפים palmites, cogitationes. *Christi verba Matth. 20. 25, 26. & Luc. 22. 25, 26. collata, expensa, explicata. Potestas politica ministris Evangelicis interdici eis existimata. Synesius emendatus.* κατακυριεύειν & κατεξουσιάζειν *de imperio tyrannico usurpata ibi frustrà censeri; in partem meliorem freqenter sumi.* Τῶν εὐεργετῶν, *sive* Beneficorum *appellatio, Hebr.* τῷ נדבים *respondens, qibus tributa. Non videri potestatem ullam eis verbis interdictam. Ad Christianos qosqe pertinere documentum eo loci datum. Mens verborum genuina proposita, explicata, firmata.* Οἱ δοκοῦντες ἄρχειν *qid velit.* Οἱ δοκοῦμενοι, *non dici.* Τὸ δοκεῖν, τὸ τολμᾷν, τὸ θέλειν, τὸ βούλεσθαι, *& Latinis,* videri, avdere, velle, πλεονάζοντα. Calix perpessionis; baptismus sangvinis. *Matth. 20. 23. Martyrium duplex; Bernardo etiam triplex. Infantes Bethleemitici* καταχρηστικῶς martyres *dicti. Evsebii Emesseni nomen ementitum. Versiculi illius Matth. 20. 25. pars altera expensa. Varia multorum expositiones. Ellipses & supplementa minus necessaria.* Ἀλλὰ *&* εἰ μὴ *creberrimè permutata.*

Circa hymnum primum moramur adhuc. Εὐαισθητότερα τὰ παρ' ἄλληλα τιθέμενα, inqit Philosophus *de cœlo l. 2. c. 6. Exactior rerum sensus est, qum ea inter se componuntur.* Et de contrariis speciatim idem *rhetor. l. 3. c. 2.* Παρ' ἄλληλα τὰ ἐναντία μάλιστα φαίνεται. *Qia juxta se posita contraria maxime apparent.* Et *ibid. c. 17.* Παρ' ἄλληλα γὰρ μᾶλλον τἀναντία γνωρίζεται. *Juxta enim se posita magis contraria cognoscuntur.* Sic enim loco utroqe divisim legendum, παρ' ἄλληλα, non conjunctim, qod codices exhibent, παράλληλα. Et rursus in *Sophist. Elench. l. 1. c. 14.* Παρατιθέμενα ἐγγὺς τῶν ἐναντίων, καὶ μείζω φαίνεται, καὶ βελτίω τοῖς ἀνθρώποις. *Opposita juxta posita, lucem sibi mutuò fœnerantur, & conspicua magis fiunt.* Viri itaqe *boni statum fœlicem* priore hymni istius parte propositum & imagine luculentâ oculis subjectum, ab adversâ *improborum infœlicitate* in reliqâ *vates* sacer illustrat.

Hanc orditur à formulâ concisâ sacris scriptoribus solenni, לא כן הרשעים *Non sic impii.* qod Græcus, qò dicti vehementiam plenius exprimeret, iteratum reddidit; οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως. Mitto putidum illud Cabalistarum nugamentum, qi referente Joanne Revchlino, qi & Capnio, *Cabalist. sua c. 3.* ex literis trium harum dictionum novissimis transpositis, qæ אמן conficiant, cavsam colligunt, cur impii in gehennam mittantur, scilicet qia non dicunt *Amen.* Verum sic Jacobo patri Josephus Gen. c. 48. *ver.* 18. לא כן אבי *Non sic, pater mi*; faciendum scilicet avt tale qid. οὐχ οὕτως. Græc. *non ita convenit.* Lat. Sic Mosi Pharaoh, Exod. c. 10. v. 11. לא כן μὴ οὕτως. Græc. *Non fiet.* Lat. Sic de Mose Dominus, Num. c. 12. v. 7. לא כן עבדי משה Græc. οὐχ οὕτως ὁ θεράπων μου Μωϋσῆς Lat. Vulg. *Non sic famulus meus Moyses. servus meus,* Pagnin. *aliter cum illo se res habet.* Jun. Salomon Prœm. c. 15. v. 7. *Sapientum labia spargunt scientiam; stolidorum verò cor* לא כן Schol. Græc. οὐχ οὕτως, at LXX. qæ dicitur versio, οὐκ ἀσφαλεῖς. Et Vulgat. *non secura.* Jun. *anima stultorum abest à recto.* Tigurin. *cor non est solidum.* Pagnin. *non erit rectum.* Piscat. *non est: proinde nec spargit scientiam.* Verùm simpliciùs juxta priora illa vertas, *non sic.* ut id primâ & primariâ voculæ notione designetur, qod seclæ ratione eliciunt isti. atqe ita versiones Anglicanæ qæqe, tam antiqiores qàm & nuperæ, both not so. Eandem formulam usurparunt Græci interpretes. Genes. c. 4. v. 15.

ubi, cum Cain dixisset fore, ut ab occurrente qolibet statim interficeretur, subjicit Deus, uti illi vertunt, οὐχ οὕτως, qod Latinus reddidit, *Neqaqam ita fiet.* ἀλλ' οὕτω, *ὡς οὐκ ἀναιρήσεις. i. non interficieris.* ut Basilius exponit, *Epist.* 117. scilicet pro eo qod textus Hebraicus habet לכן *idcircò, propterea*; & Avg. Stevchus, *imò sic*, reddidit; illi לא כן *non sic*, legerunt. Moses an usurpaverit (qod editores Genevenses suspicati videntur) Devteron. c. 18. v. 14. verbis illis, ואתה לא כן *at tu non sic*, ut qæ sequntur נתן לך יהוה אלהיך *dedit tibi Dominus Deus tuus*, integram per se & ab illis distinctam clavsulam constituant, meritò forsan dubitari potest; & interpretes pleriqe in diversum abscedunt: favere tamen videtur distinctionum ratio, & *Zaceph* similitudinis notæ insidens: atqe ita Sanct. Pagninus reddidit: *Sed tu non sic: dedit tibi Dominus Deus tuus.* Hieron. etiam ab Oleastro, ita est interpretatus; *Concisa*, inqit, *est locutio. Et sensus est, Et tu non sic, scilicet facies, vel non sic edoctus es; avt, non avdies præstigiatores & divinos. Dedit tibi Dominus Deus tuus, Prophetam scilicet qi tibi futura prædicat, ita ut non sit opus ad istos pergere.* Sed & Fr. Vatabli *annotationes*, qæ cum Leonis Judæ Tigurini versione sunt editæ, eôdem planè concedunt. Sic enim habent. *Tu avtem non sic: dabit tibi Dominus Deus tuus. concisa oratio, in qâ sunt multa subavdienda, hoc modo; Tu avtem non sic facies; non consules divinos: qia daturus est tibi Dominus Deus tuus terram illarum gentium in hæreditatem, propterea qòd divinos consulunt.* De clavsulâ extremâ Oleastrium qàm Vatablum seqi malim: de distinctione ipsâ alii viderint. Mihi interim cumprimis perplacet à Theodoro Bezâ, sed qasi ambigente, proposita distinctio parilis in verbis Apostoli ad Ephesios c. 4. v. 20. Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστόν. *Qid si*, inqit, *post* οὕτως *distinctionem adscribas? sic enim Hebræi*, ואתם לא כן תלמדים *vos avtem non ita, subaudi facere convenit, qi didicistis* &c. Ego lubens verterim, *Vos avtem non sic: Christum didicistis.* Ita certè disertè Theophylactus: Τὰ μὲν ἔθνη οὕτως ἔχει· ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, — ἐπειδὴ ἐμάθετε τὸν Χριστόν. *Gentes qidem sic se habent: vos avtem non sic, — qia Christum didicistis.* Nec secus exteri qandoqe. Sic enim apud Maronem *Æneid.* l. 2. Æneas urbe jam conflagrante, in Helenam obviam exardescens,

Scilicet hæc Spartam incolumis, patriásqe Mycenas
Aspiciet? partóqe ibit regina triumpho?
Non ita. ——

Sed de Apostoli loco isto alibi plura.

Occurrit interim eadem formula Regum l. 2. c. 23. v. 5. loco certè satis difficili. Verba sic habent; כי לא כן ביתי עם אל Ea sic reddunt; Græcus, οὐ γὰρ οὕτως ὁ οἶκός μου μετὰ ἰσχυροῦ. Pagnin, *Non enim sic domus mea cum Deo.* Tigurina, *Non inqam, sic erit domus mea cum Deo.* Junius, *Qamvis non ita sit domus mea erga* Deum *fortem.* Piscator, *Qamvis* avtem *non sit ita* comparata *domus mea erga Deum.* hoc est, uti sese isti explicant, (neqe enim alteri illi ulteriùs exponunt) *qamvis ego & regnum meum, non ita exactè præstemus hæc*; ut ad illa vers. 3. respiciatur, *dominator justus sit, & in Dei timore dominetur.* Eôdem ferè concedit versio nostra novissima. Cæterùm ad verba vers. 4. proximè antegressa respectum potiùs haberi, cùm Judæi, tum & nostri pleriqe consentiunt. Ita tamen, ut in periochâ illâ constituendâ in diversa à se invicem abeant. Qidam enim ita sententiam diffindunt, ut collationem duplicem institui velint, in parte priore alteram, à sole clarissimo citra nubeculam ullam offusam exoriente, qi gradatim attollatur, splendorémqe justum nubilo nullo interveniente imminutum constanter retineat, cui regnum Davidis compar (in Messiâ saltem) futurum sit; alteram, à solis ejusdem qidem splendore, sed qi nebulis, nubibus, pluviis, imbribus intercursantibus creberrimè intercipiatur; sive, ut horum nonnulli, ab herbâ tenerâ, qæ solis calore pluviæqe humore ad tempus breve confota atqe enutrita, post pavlo penitus exarescat: cui simile illud nevtiqam futurum sit. Ita ferè Judæi, Camius, Jairus, Gersomides: qos Interpretes nostri, tam Genevenses, qàm & his proximè priores secuti sunt. Ei sic reddunt, *Et sicut lux matutina, ubi sol oritur, matutina, qæ sine nubibus est*, ita futura est domus mea; at non *sicut herba terræ à splendore & pluviâ*; sive, *à pluviâ splendidâ. Neqe enim ita* erit *domus mea cum Deo.* Verùm V. Cl. Ludov. de Dieu, in *Animadversionibus postumis*, ut ut minimè omnium placere sibi Junium profiteatur, maximè verò qos superiùs expressimus, Genevenses; ab his tamen etiam discedit; & cum verba commatis 4. sic reddiderit, *Et sicut luce matutinâ oritur sol; sicut tempus matutinum* est *sine nubibus; sicut è pluviâ existit herba tenera è terrâ*; ut triplicem velit collationem institui, *à tribus* scilicet *rebus naturalibus, qæ gratissima hominibus sint, & insignia contineant beneficia*; istud simul in his tacitè innui censet, *res istas constantes ac stabiles non esse; solem siqidem*, etiamsi *luce matutinâ oriatur, sub vesperam* tamen *occidere; avroram serenitatem*, licet *primo splendoris ortu nubes discutiat, easdem* tamen, *ubi sol ascenderit, redire, aliásve succedere, qæ cœlum obscurant; herbam denuqe teneram per pluviam è terrâ progerminare, sed qæ subitò flaccescat.* isto itaqe respectu dici, *utiqe non sic* est *domus mea apud Deum*, cùm *fœdus æternum habeat.* Ego priora illa sic reddiderim, *Et sicut ad lucem matutinam, sole manè citra nubes exorto, à splendore pluvia succedente herba tenera è terrâ* succrescit: ut (qod Junio visum, cui hac in parte accedo) imagine istâ, cùm regni gloria, qæ solis ipsius splendorem referat, tum populi statúsqe totius prosperitas, ad herbæ instar, qæ pluviæ calorísqe vicissitudine tempestivâ cùm fruatur, perpetuò virescat, utraqe fuerit designata. Nimis siqidem, uti mihi videtur, licenter priores illi cùm contextum divellunt, tum de suo inferciunt: Virqe ipse doctissimus sine fundo suggerit, qæ textus ipse nevtiqam exhibet. At verò si favsta ac fœlicia omninò qælibet collatione istâ repræsentantur, qâ, inqies, de cavsâ negat David domum futuram sibi istiusmodi? Chaldæus itaqe sic interpretatur, ut nolit ista prorsus negari, sed amplius longè aliqid his verbis subindicari; qæ sic reddit, *Excellentior qàm sic domus mea coram Deo.* Nam Latinus qi reddidit, *Nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum*; dictionis compagem planè resolvit, dum à periochâ præcedenti, à qâ dubio procul dependet, istam parum consultè dirumpit. Mihi statim atqe D. de Diev de eâ dissertationem perlegissem, (neqe enim locum ipsum apud me unqam priùs perpenderam) subiit animum verba esse ἐρωτηματικῶς proferenda, ut dicatur, *An non sic utiqe domus mea apud Deum* est futura? Dum avtem, ne, si id fieri possit, (qod credi non est) solus incedam, comitem qæro, versiones varias consulendo evolvendóqe incidi tandem in nostrarum, qæ typis excusæ (puto) prostant, antiqissimam, Gvilielmo Tindalo attributam. Ea αὐτολεξεὶ sic habet, And is not mine house so with God? Interrogationis indicem particulam apud Hebræos freqenter desiderari, norunt satis qiqe in eâ lingvâ leviter etiam versari: unde locis in havd pavcis versiones variæ, de qibus in Cinno isto alibi copiosiùs disseruimus. Isti hic obiter lucem aliqam dare conati, ad pensum institutum denuò revertimur.

De Rege, an populo, an utroqe, Moabitico Deus, Esaiæ c. 16. v. 6. *Audivimus fastum Moabi, (fastuosus est admodum) fastum ejus, & fastidium ejus, & excandescentiam ejus*: לא־כן בדיו. Qæ eadem latiùs pavlò Jeremias c. 48. v. 29, 30. *Avdivimus fastum Moabi, — altitudinem ejus, & fastum ejus, & fastidium ejus, & elationem cordis ejus. novi ego, inqit Jova, excandescentiam ejus*: ולא־כן בדיו לא־כן עשו. Qæ utrobiqe novissima, dum formula qâ de agimus, apud utrumqe eadem, nisi qòd simplex alteri, alteri geminata, non attenditur, negotium interpretibus molestiámqe havd mediocrem creavere. unde etiam enatum, ut qamvis idem dubio procul verbis illis vates uterqe voluerit, non tamen pariter avt reddiderint avt explicaverint nonnulli. Apud Esaiam Græci, οὐχ οὕτως ἡ μαντεία σου, οὐχ οὕτως. *non sic divinatio tua, non sic*. geminarunt scilicet ubi gemina nulla se dabant; prout & in Hymno primo fecisse superius est animadversum. qum avtem Ethnicorum *vates* ac *arioli*, utpote *mendaces* planè, בדים dicti reperiantur Esaiæ c. 44. v. 25. & Jer. c. 50. v. 36. inde de *divinationibus* loqi vatem sacrum avtumabant illi, qæ eventum qem isti pollicebantur, nevtiqam

[A] tiqam essent habituri. Verùm apud Jeremiam aliter planè eadem efferunt, *οὐχὶ ἱκανὸν αὐτῷ οὐχ οὕτως ἐποίησε*; ita exhibet τῶν ἑβδομήκοντα editio Parisina, qæ & Romanam repræsentare profitetur; sed mutila, opinor. siqidem in Theodoreti commentariis pleniùs sic datur, *Οὐχὶ κατὰ τὸ ἱκανὸν αὐτοῦ οὕτως οἱ βραχίονες αὐτοῦ; οὐχ οὕτως ἐποίησε. An non secundum sufficientiam ejus ita brachia illius? non sic fecit.* בדיו scilicet *brachia illius* reddidere, qia *membra artúsve* corporis בדים dicta videantur Jobi c. 18. v. 13. & c. 41. v. 12. eò qòd *ramalium* in arbore instar habeant, qibus nominis id [B] datur Ezek. c. 17. v. 6. & c. 19. v. 14. Hosh. item c. 11. v. 6. qod idem & secutus Tigurinus; *furori ejus lacerti ejus non respondent*. Et, *cui nec lacerti ejus, neqe facta ejus respondent*. Latinus, in Esaiâ; *& indignatio ejus plus qàm fortitudo ejus*. in Jeremiâ verò; *qòd non sit juxta jactantiam ejus virtus ejus, nec juxta qod poterat conata sit facere*. בדים mirum ni in *fortitudinis virtútisqe* notione sumpsit, qia בדים *vectes* apud Mosem passim, Exod. c. 26. v. 13, 14, 15, 27, 28, & c. 27. v. 6, 7. &c. & Job. c. 17. v. 16. unde & *ossa* præcipuè sic dicta volunt Job. c. 18. v. 13. qo loco & *robur* reddidere no- [C] stri. nec aliud, puto, avt *βραχίονας* nomine Græci volebant, avt *lacertorum* Tigurinus. Eôdem ferè concedit, qod è Judæis qidam, in qibus est Jairus, גבורים i. *robustos*, sive *validos* exponunt, de viris fortibus & bellicosis interpretati, qi tamen rem prosperè gesturi non sint. Cæterum Camius, & ex aliorum etiam sententiâ Esdraides בדים *mendacia* exponunt. qo modo & voa ea sumitur Job. c. 11. v. 3. à radice, qæ *fingendi ac comminiscendi* notionem obtinet Reg. l. 3. c. 12. v. 33. & Nehem. c. 6. v. 9. nec desunt, qi eisdem testibus מחשבות i. *cogitata*, *consilia*, *ma-* [D] *chinamenta*; ratione (puto) diversâ interpretantur; qia ea utiqe à mente sive corde emergunt prodeúntqe, qo modo à stirpe sive stipite *rami palmitésqe*: unde & utrisqe commune nomen τῶν סעפים apud Hebræos adhæsit, Reg. l. 3. c. 19. v. 21. Hymn. 119. v. 113. Esai. c. 17. v. 6. & c. 27. v. 10. Io hoc interim consentiunt Judæorum Magistri, qòd כן *verum*, *rectum* utrobiqe reddunt, ad illud Num. c. 27. v. 7. lectorem amandantes, *Zelophehadi filiæ*, *qod est rectum loquuntur*. qo modo & Pagninus, *non sunt recta verba ejus*. qi tamen idem in Jeremiâ, *ira ejus non est stabilita*; [E] *filii ejus* (forsan, qia *propaginum* instar sunt filii; unde & נין pro *sobole*, Job. c. 18. v. 19. Esa. c. 14. v. 22. Hymn. 72. v. 17.) *non sic fecerunt ut putabant*. aliter nempe כן apud vatem alterum, apud alterum aliter (in hoc saltem perperam) cepit. Ego sanè, si כן illud in *veri rectíqe* notione sumendum esset, avt *verba*, avt *cogitata*, avt ejusmodi qidvis potiùs, qàm *mendacia* בדים redditum velim. ecqis enim *mendacia non esse vera avt recta* diceret? ut de Thrasone aliqo jactabundo, confictas à se de gestis suis fabulas narrante, seriò pronunciaret, *mendacia hujus vera*, avt [F] *recta non sunt*. qum hoc ipso qod *mendacia* esse pronunciatur, omnia prorsus eis veritas ac rectitudo abjudicetur. Cæterùm ipse, particulæ hujus notionem usitatissimam retinendo, à qâ recedere istic qod vel cogat, vel svadeat, nihil video, cum Junio lubens verterim, qod Esaias protulit, *at non sic mendacia ejus*; rem scilicet effectura sunt. uti ex Jeremiâ ille rectissimè supplevit. Ita idem prorsus vates uterqe dixit, nisi qod alter formulâ ingeminatâ *ἐμφατικώτερον* pavlò enunciavit.

Restat celeberrimus omnium, in qibus hæc formula de- [G] prehenditur, locus, in qo latiùs discutiendo atqe enucleando moram trahere non pigebit. Habetur is in Evangelio Lucæ cap. 22. v. 25, 26. verbis hisce; *Οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, εὐεργέται καλοῦνται. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως. Reges gentium dominantur eis, & qi autoritatem habent in eas, benefici vocantur, vos autem non ita.* qod havd multo secius, nisi qòd pleniùs pavlò, apud Matthæum, c. 20. v. 25, 26. sic legitur: *Οἴδατε, ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν. Scitis principes gentium in eas dominari, & magnates potestatem exercere in eas; verum non erit ita inter vos.* Marcus enim c. 10. v. 42, 43. Matthæi vestigiis præcisè insistit, nisi qòd pro *ἄρχοντες*, *οἱ δοκοῦντες ἄρχειν*, dixit. de qo, cum Deo bono, deinceps [A] videbitur. Summa huc redit; *Reges & magnates dominationem atqe imperium super subditos ipsis usurpant & exercent: Vos avtem non sic.* qæ clavsula novissima scriptorum calamis sursum deorsum jam diu volutatur. Ex ævi superioris nonnullis, verbis hisce volunt *potestatem secularem & magistratum omnem civilem Apostolis Christi, & in eorum personâ sacrorum administris qibusqe, penitùs interdictum*. Horsum enim respexisse videtur Synesius *Epist.* 57. qæ est adversus Andronicum qendam *λόγος τις σχετλιαστικός*, *oratio invectiva*. *Ὁ πάλαι χρόνος*, inqit, *ἤνεγκε τοὺς αὐτοὺς ἱερέας τε καὶ κριτάς,* [B] *— εἶτ' ἐντεῦθεν, μοὶ δοκεῖ, τὸ θεῖον ἔργον ἀνθρωπίνως ἐπραγματεύετο, διῴκισεν* (lege, meo periculo, *διώρισεν*) *ὁ Θεὸς τοὺς βίους. καὶ ὁ μὲν ἱερός, ὁ δὲ ἡγεμονικὸς ἀπεδείχθη. Prisca temporu sacerdotes eosdem ac judices tulerunt. — Deinde, postenqam, ut mihi videtur, opus divinum humano more agi ceptum est, vitæ instituta ista separavit Deus, ut sacerdotium alteri, alteri principatus assignaretur.* Mox adversus Andronicum stylum stringens; *Τί οὖν ἐπανάγεις; τί δὲ συνάπτειν πειρᾷ τὰ κεχωρισμένα παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὃς οὐ διοικεῖν ἡμᾶς, ἀλλὰ παραδυναστεύειν ἀξιοῖς; Qid tu igitur antiqata revocas? qid ea con-* [C] *nectis qæ à Deo sunt discreta. qi regimine apud nos non uti, sed abuti, perversè ac præter jus fásqe gubernando, postulas?* concludit denique, *Ὅτι πολιτικὴν δύναμιν ἱερωσύνῃ συνάπτειν, τὸ πλέκειν ἐστὶ τὰ ἀσύμπλοκα. Potestatem civilem sacerdotio adjungere, est ea contexere, qæ contexi simul neqeunt*, sive, *qæ contexenda simul non sunt.* Sed omnium disertissimè Bernardus Clarævallensis *ad Eugenium P. R. de considerat. l. 2. Qid tibi dimisit sanctus Apostolus? Qod habeo, inqit, hoc tibi do. qid illud? unum scio: non est avrum, neqe argentum; cum ipse dicat, Argentum & avrum non est mihi. esto, ut aliâ qa-* [D] *cunqe ratione hæc tibi vindices; sed non Apostolico jure. nec enim tibi ille dare, qod non habuit, potuit. qod habuit, hoc dedit, sollicitudinem super Ecclesias. nunqid dominationem? avdi ipsum: Non dominantes, ait, in clero; sed forma facti gregis. & ne dictum solâ humilitate putes, & non etiam veritate, vox Domini est in Evangelio: Reges gentium dominantur eorum, & qi potestatem habent super eos Benefici vocantur. & infert; Vos avtem non sic. planum est, Apostolis interdicitur dominatus. I ergò tu, & usurpare tibi avde, avt dominans Apostolatum, avt Apostolicus dominatum. planè ab alterutro prohiberis. si u-* [E] *trumqe similiter habere voles, perdes utrumqe:* Hæc ille. concludit planè ex Christi interdicto potestatem civilem nemini Apostolico competere.

Urgent ulterius è recentioribus havd pavci, & potestatis in ministris Evangelicis qibusqe paritatem atqe æqalitatem hinc astruunt. Istis ex adverso qi consistunt nonnulli, *τὸ κατακυριεύειν* & *κατεξουσιάζειν* opponunt; non *potestatem meram* aliorum super alios, sed *potestatis abusum* sive usum insolentem & tyrannicum duntaxat interdici. Astipulatur his V. C. Isaacus Casavbonus *annot. in N. T. κατεξουσιάζειν,* [F] inqit, *non est simpliciter habere potestatem; sed uti eâ tyrannicè, adversus subditos.* qod & confirmat adducto Theophylacti testimonio, qi *ad Marc. 10.* exponit, *ἐξουσιαστικῶς καὶ τυραννικῶς προσφέρεσθαι.* Corn. item Jansenius *comment. in concord. Evang. c. 103. Notanda vis Græca dictionis κατεξουσιάζειν, qæ non simpliciter significat, uti potestate: sed ratione præpositionis κατὰ sonat in malam partem, significans usum potestatis tyrannicæ, qi cum malo subditorum sit conjunctus; ut qod Græcè est κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, rectè sic verti possit, potestatem exercent adversus eos. sic etiam in priore sententiâ, non* [G] *est simpliciter κυριεύουσιν, i. dominantur eorum, sed cum præpositione κατὰ, κατακυριεύουσιν αὐτῶν, i. dominium exercent in vel adversus eos, ut significetur suo bono & subditorum malo eos gerere principatum.*

Verùm adversus hæc denuo regerunt illi. 1. primatum fratres duos illos & locum in Christi regno, qod monarchiis mundanis geminum somniabant ipsi, eminentiorem præ reliqis, potestate eâ, qæ fastigia istiusmodi comitari solet, instructum, non *tyrannidem* aliqam, avt potestatis alicujus tyrannicè sive fastuosè exeqendi facultatem postulasse. 2. qod Matthæus & Marcus *κατακυριεύειν* & *κατεξουσιάζειν* dixere: Lucam simpliciter *κυριεύειν* & *ἐξουσιάζειν* dixisse; addidisse insuper, *εὐεργέτας καλεῖσθαι, Beneficos appellari* consvevisse, etiam eos qi sic imperant.

A Monet C. V. Joan. Drusius in *proverbiis class. 2. lib. 1. parem. 254.* Græcum εὐεργέτης Hebræorum כריבים respondere. Titulum avtem istum, tanqam honorificum cumprimis, regibus attributum docet nos Demosthenes *adv. Æschinem orat. pro coron.* pag. 479. E. verbis illis, φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο, *amicum, beneficum, servatorem Philippum ducebant.* Eo Osiridem ab ortu, statim insignitum refert Plutarchus, voce in hæc verba cœlitùs datâ, Μέγας βασιλεὺς, εὐεργέτης, Ὄσιρις γέγονε. *Rex magnus, beneficus, Osiris natus est.* Eo Cyrum majorem Armenios aliósqe plerosqe honorasse, prodit Xenophon
B *institut. l. 3.* pag. 76. D. Ὁ δὲ Ἀρμένιος συμπαρῆν αὐτῷ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι, ἀνακαλοῦντες τὸν Εὐεργέτην. *Armenius autem, simul & reliqi homines universi deduxerunt, eum appellantes benefactorem.* Eo Mithridatem primum Ponti Regem suos, Strabo *lib.* 10. & Appian. *bel. Mithridat.* Eo Ptolemæum à Lagi filio tertium, Græcos, Strabo *geograph. l.* 17. ob beneficia in gentem suam collata: qo modo & Lagidem σωτῆρος cognomine Rhodii, avtore in *Atticis* Pavsania. Is itaqe inter illos locum forsan tueri poterit,
C qos τιμῇ ἀληθεῖ Εὐεργέτας nuncupatos vult Pavsanias. Cave enim de isto dictum accipias, qod de nominis hujusce septimo, qi & Physcon, ut est apud Strabonem videre, Athenæus *deipnosophist. l.* 12. Ὁ αὐτὸς μὲν Εὐεργέτην ἀναγορεύων, ὑπὸ δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων Κακεργέτης ὀνομαζόμενος. *Beneficum ipse se indigetabat, cum ab Alexandrinis Maleficus appellaretur.* qod & *l.* 4. extremo ante monuerat. Qanqam nec Lagidæ σωτῆρος titulum Josephus lubens concesserit, qem ait, Σωτῆρος χρηματίζοντα, τἀναντία πεπονθέναι αὐτῷ τῇ προσηγορίᾳ, *Servator cùm diceretur, appellationi adversa planè gessisse. antiqit. l.* 12. *c.* 1. Eodem & Catonem cives Uti-
D censes, μιᾷ φωνῇ τὸν Εὐεργέτην καὶ σωτῆρα καλοῦντες, *uno ore Beneficum & servatorem appellantes*, Plutarchus in *Cat. min.* qi idem in dissertatione *de sese lavdando*; Τῶν βασιλέων, τοὺς μὴ Θεοὺς, μηδὲ παῖδας Θεῶν ἀναγορεύεσθαι θέλοντας, ἀλλὰ Φιλαδέλφους, ἢ Φιλομήτορας, ἢ Εὐεργέτας, ἢ Θεοφιλεῖς, οὐκ ἤχθοντο, τὰ καλὰ μὲν, ἀνθρωπικὰς δὲ ταύτας προσηγορίας τιμῶντες. *Reges illos, qi non Deos, Deorúmve filios se dici volebant, sed fratrum matrúmve amantes, vel beneficos, vel Deis charos, titulis hisce, præclaris qidem, hu-*
E *manis tamen, homines havd gravatim honorabant.* Qanqam & istos, uti suprà indicatum, qibusdam frustra gratisqe arrogantibus, meritò denegabant; aliis verò, non ἐπὶ τιμῇ, sed ἐπὶ χλευασμῷ, *per derisum*, uti de Ptolomæo Philometore Pavsanias, imponebant qandoqe. Qin & aliis qàm regibus, avt provinciarum rectoribus, privatis qoqe nonnunqam honoris ergò, avt beneficii alicujus insignioris ratione, titulos istiusmodi deferebant. Hinc Cratoni cuidam Charontis scapham ingressuro apud Lucianum Mercurius, Κατάλιπε τὸ γένος, καὶ δόξαν, καὶ εἴ ποτέ σε ἡ
F πόλις ἀνεκήρυξεν Εὐεργέτην. *Depone prosapiam, gloriámqe, & si te qando cives tui Benefici præconio publicitùs cohonestaverint.* Agriasparum deniqe, an Arimasporum gentem totam, mutato nomine, Εὐεργέτας deinceps nuncupari jusserat Cyrus, qum frigore victúsqe penuriâ laborantem, qem adversus Scythas ducebat, exercitum, tectis excepissent, & commeatibus juvissent. Avtores Diodorus *l.* 17. Arrian. *l.* 3. Curtius *l.* 7. De nominis ipsius ratione optimè Leo imperator in *Constitut.* Τίτλος τῷ βασιλεῖ τὸ εὐεργετεῖν, διὸ καὶ Εὐεργέτης λέγεται. καὶ ἐπείπερ τὰ τῆς εὐεργεσίας ἐξαιρέτως, δεῖ
G κεῖσθαι βούλεται καὶ τοὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα. Interpretabitur Annæus Seneca, qi *de clement. l.* 1. *c.* 19. Neronem suum sic affatur. *Proximum Diis locum tenet is qi se ex Deorum naturâ gerit, Beneficus, ac largus, & in melius potens. hoc affectare, hoc imitari decet, Maximum ita haberi, ut Optimus simul habeatur.* Et *ad Evgenium de consider. l.* 3. Bernardus; *Mendaciter hoc diceris, si non tam Beneficus esse, qàm beneficiis præesse intendas.* Dio sophista, ille ὁ Χρυσόστομος dictus, *orat.* 49. Τοῖς ἐπιεικέσιν ἀνθρώποις καὶ πεπαιδευμένοις, οὔτε ἀηδές τι ἄρχειν, οὔτε χαλεπόν. ἥδονται μὲν γὰρ οὐδενὶ μᾶλλον, ἢ τῷ εὖ ποιεῖν. τῷ δὲ ἄρχοντι, οὐ μόνον ἐξουσία πλείστη τοῦ εὐεργετεῖν ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη σχεδόν. *Humanis & eruditis hominibus neqe injucundum est magistratum gerere neqe difficile. Delectantur enim nulla re magis, qam*

A *ut bene faciant. Magistratui autem non solum facultas maxima est ad bene faciendum, sed fere etiam necessitas.* qi & idem *orat.* 41. τοὺς εὐεργέτας tyrannis opponit verbis illis: Ἀλλὰ μᾶλλον φιλεῖ τὸ τοιοῦτον (τὸ μηδένα μήτε ἀντιλέγειν, μήτε μέμφεσθαι) συμβαίνειν τοῖς τυράννοις, ἢ τοῖς εὐεργέταις. *Sed magis hoc solet accidere (nemini contradicere, neqe reprehendere) tyrannis qam benefactoribus.*

Qin & τὸ κατακυριεύειν in partem potiorem adhibitum freqentissimè deprehenditur. Apud Græcos interpretes Hymno 110. v. 2. de Christi dominatione, κατακυρίευε ἐν
B μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. *dominare in medio hostium tuorum.* Hymn. 72. v. 8. de Salomonis imperio. κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης. *à mari usqe ad mare dominabitur.* Et Hymn. 49. v. 14. de bonorum futuro regimine, κατακυριεύσουσιν αὐτῶν οἱ εὐθεῖς. *Justi ipsis dominabuntur.* Genes. c. 1. v. 28. de potestate homini super cæteras creaturas concessâ. Πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς· καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων &c. *replete terram & dominamini ei; & imperium obtinete super pisces &c.* qem locum alludens Clemens Alexan. *Stromat. l.* 6. pag. 671. C. Μὴ τῶν ἔξω μόνον θηρίων κατακυριεύειν
C ἐτάχθημεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἀγρίων παθῶν. *Non solum constituti sumus, ut dominaremur iis solis, qæ sunt foris bestiis, sed etiam agrestibus, qæ sunt in nobis ipsis animi perturbationibus.* Idémqe *pædagog. l.* 2. *c.* 1. Οὐ χρὴ, καθάπερ ἀσωτευομένους, ἡμᾶς ἀποχρῆσθαι τοῖς τοῦ πατρὸς δωρήμασι. χρῆσθαι δὲ αὐτοῖς, ὡς ἄρχοντας, ἀπερισπάστως. καὶ γὰρ βασιλεύειν ἐτάχθημεν, καὶ κατακυριεύειν, οὐχὶ δουλεύειν τοῖς βρώμασι. *Non oportet nos veluti prodigæ & profusè viventes abuti donis patris, sed eis uti: ut qi ipsis constanter imperemus: Ut in cibos enim regnum & dominatum obtineamus, non ut eis serviamus*
D *ordinati sumus.* Vides ἄρχειν, βασιλεύειν, κατακυριεύειν, tanqam qæ idem prorsus valeant, usurpari. Accedit, qod κατακοιρανεῖν, qod idem ferè sonat, eodem planè modo poetarum princeps ἀντὶ τοῦ κοιρανεῖν non semel usurpavit. *Iliad. μ. v.* 318.

Οὐ μὰν ἀκλεεῖς Λυκίην κατακοιρανέουσιν
Ἡμέτεροι βασιλῆες.
Nostri havd incelebres Lyciæ reges dominantur.

Et *Odyss. α. v.* 247.

Ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι,
Ἠδ᾽ ὅσσοι κραναὴν Ἰθάκην κατακοιρανέουσι.
E *Namqe qot insulæ habent passim proceres dominantes,*
Qotqe tenent Ithacam saxosam, huic imperitantes.

ad qem locum Evstathius; Τὸ κατακοιρανέουσι δηλοῖ τὸ βασιλεύουσι, καὶ ὡς ἀνωτέρω ἔφη, ἐπικρατέουσιν, ἢ τὰ βασιλικὰ δρῶσιν, ὡς καὶ Ὀδυσσεὺς ἐν Ἰλιάδι (β. v. 207.) κοιρανέων δίεπε στρατὸν, ἤγουν δρῶν ἔργα βασιλικά. Κατακοιρανέουσι significat *regnare, ut & superius dixit, sive opera regia facere, ut etiam Ulysses Iliad. β. v. 207. imperando dirigebat, sive exercitum, sive opera regia faciendo.* ut κατακοιρανεῖν Homero nihil sit aliud qam simplex κοιρανεῖν, i. βασιλεύειν, ἐπι-
F κρατεῖν, *regnare, cum imperio esse.*

Verùm nolo ego controversiis istis immiscere me. Qod ille olim,

Nimium altercando veritas amittitur.

Sensum loci genuinum tantùm eruere & in lucem protrahere, σὺν Θεῷ, conabimur. Ac primò, potestatis civilis usum atqe exercitium omne istic interdici prorsus eis ad qos verba hæc spectant, mihi nevtiqam fit vero simile: & minùs multo, prælationem omnem & imparitatem inter suos vocibus illis Dominum Christum sublatum ire vo-
G luisse. siqidem & gradus inter eosdem disertè agnoscit ipse qibus alii tanqam majores minoribus præficiantur, ubi subjicit, Lucæ c. 22. v. 26. Ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος· καὶ ὁ ἡγούμενος, ὡς ὁ διακονῶν. *qi major est* (reliqis) *inter vos, esto minor* (reliqis, scilicet) i. e. minimus, *& qi præit, sicut qi ministrat.* tum & ipsum se eis ὑπόδειγμα proponit. Ἐγὼ δέ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ὁ διακονῶν. ibid. v. 27. *Ego*, inqit, *ipse* (qem *vocatis magistrum ac Dominum: & benè sic vocatis: sum enim.* Joan. c. 13. v. 13.) *tanqam is qi ministerio fungitur, inter vos ago.* ut ne adjiciam qæ Matthæus c. 20. v. 8. & Marcus c. 10. v. 45. eôdem planè spectantia referunt. non magis ergò Christus interdicto isto suorum in se invicem qorumvis, qàm sui ipsius in suos, potestati qicqam detraxit.

Deinde,

Deinde, qæ istic locutus est, non Apostolos solos, avt etiam ministros Ecclesiasticos duntaxat; (neqe enim in contextu qicqam se prodit, qod vel ad hos vel ad illos restringenda evincat) sed Christianos qosvis, tam Principes qàm & plebejos, spectare videntur. Ita certè vetustiores qiqe ferè cepere. Joannes Chrysostomus in Matthæum *orat.* 65. Hieronymus *in Matthæum l.* 3. *c.* 20. Theophylactus *in Matth. c.* 20. & *in Marc. c.* 10. (ubi & disertis verbis, Οἱ δὲ ἐμοὶ μαθηταὶ, οὐχ οὕτως. *discipuli verò mei non sic.*) Evthymius deniqe *in Matth. c.* 43.

His itaqe præmissis, ad mentem Domini genuinam aperiendam accedimus. Insederat altiùs discipulorum animis, qàm ut facilè eximi potuerit, persvasio ista, fore ut Dominus Jesus, qem assectabantur, regnum splendidum atqe magnificum admodùm, pro regum exterorum more, in seculo isto obtineret: in eo, qis primas, qis secundas ferret, ambitiose satis inter se sæpenumero contendebant. Propinqitatis ratione, in primis consistere postulabant, Zebedæi filii duo, Joannes & Jacobus; ansamqe fortè arripuerant ex Domini ipsius dicto, qo prædixerat futurum, ut *cum in regni sui solio ipse consideret; illi qoqe duodecim in soliis 12 ipsi simul assiderent, judicantes duodecim tribus Israel.* Matth. c. 19. v. 28. hi ergò proximè Dominum in soliis illis, ad dextram iste, ad sinistram ille, ut considerent, prece supplice per matrem suam ab eo deposcunt. Christus verò, qo illos omnes, non fratres duos solos, qos seorsim priùs increpuerat, erroris coarguat, docet aliter habere se regnum suum, qàm seculi istius regna se habeant. in istis enim dignitates externas, principatus, satrapias, dominationes haberi, qæ in eos etiam qos honore afficere volunt, conferre pro libitu suo reges consveverint: cæterùm in regno suo nihil hujusmodi reperiri (οὐ γὰρ παρ' ἡμῖν, οἷα τὰ ἔξωθεν. Jo. Chrysost. *in Matth. orat.* 65.) non qòd in Ecclesiâ Christi atqe inter Christiani nominis professores ista avt non sint, avt non licitè usurpentur; sed qod ad regnum Christi spirituale, ad qod suos invitat, non pertineant, nec proveniant inde. proinde non esse, cur ipsum sectando, istiusmodi sibi qisqam spondeat præfecturas: neqe enim tale qippiam cuiqam se polliceri, cùm nec usurpet avt exerceat ipse: suis se non dignitatum secularium dilargitorem, sed humilitatis & modestiæ spiritualis exercendæ avtorem doctoremqe tam praxi, qàm præcepto, profiteri. ad hanc igitur, ambitione omni prorsus amotâ, cujus ipsum pro exemplo habeant, componant se ipsi, suos monet universos. Hæc est mea de verborum istorum sensu genuino sententia: de qâ tamen, si cui minùs probabitur, ego cum illo contentionis serram nevtiqam reciprocaverim.

Atqe hæc de formulâ illâ לא כן *Non sic*, dicta sunto. hujus avtem occasione cùm dictum, an interdictum, illud Evangelicum explicandum susceperimus, de phrasi insuper unâ & alterâ, qæ occurrit ibidem, pavcis aliqid subnectemus. Qæritur ergò apud Marcum, c. 10. v. 42. Οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, qid sibi velit. Qidam vertunt, *Qibus imperare placet.* inde certè δόγματα & τὰ δοκοῦντα pro *philosophorum placitis*, τὰ τοῖς φιλοσόφοις ἀρέσκοντα, uti Plutarchus, si Evsebio credimus *præpar. Evangel. l.* 15. an alius qis sub Plutarchi nomine delitescens, ut Lipsius & Critici recentiores, farragini suæ titulum dedit. Sed hæc *insolens locutio* Casavbono videtur. nec esse tamen contendit C. V. Ludovicus de Diev: qum τὸ δοκεῖν *pro statuere insolens non sit. Matth. c.* 3. *v.* 9. *Joan. c.* 5. *v.* 39. *Cor. Ep.* 1. *c.* 4. *v.* 9. *Possunt itaqe dici*, inqit ille, *οἱ δοκοῦντες, qi statuunt imperare gentibus, qi capessunt gentium imperium. οἷς δέδονται.* Vetus interpres, eùmqe secutus Erasmus, *Qi videntur.* at hoc Cl. Bezæ nevtiqam placet; qia *hoc de eis dici solet, qæ re ipsâ non sunt, qod esse videntur: qod huic loco non conveniat:* At Piscatori tamen *convenire cumprimis* videtur. *Esse enim perinde, ac si dicatur, Qi non tam imperant, qàm hominibus videntur imperare: qum solus Deus imperium in res omnes creatas perfectè habeat.* Certè Dominus Christus, μόνος δυνάστης, *dynasta solus*, Pavlo dicitur. 1 Tim. c. 6. v. 15. Et (juxta Martialis illud *l.* 2. *Epigr.* 18.

Qi rex est, regem, Maxime, non habeat)

Solus verus rex est, qi regem non habet. *Solus verus Dominus es, qi dominum non habes.* de Deo Avgustinus *confess. l.* 10. *c.* 36. Verum mavult Beza, *qi censentur.* i. *qos gentes habent & agnoscunt, & qorum imperio parent. οἷς δέδονται, ab ipsis videlicet populis.* nec abscedit Casavbonus; *qi habentur pro principibus gentium, qi agnoscuntur principes gentium. at tunc*, inqit D. de Diev, *esset potius, οἱ δοκούμενοι.* imò, bonâ cum veniâ dicere liceat, hoc nevtiqam esset Græcum. etsi enim, οἷς δέδονται, & τὰ δεδομένα, dicantur; οἱ δοκούμενοι tamen, opinor, non dicitur. Qid ipse tandem de Diev? nam Cadmæam aciem hactenùs experti sumus. Οἱ δοκοῦντες, inqit, οἱ ἐν δόξῃ ὄντες, *qi in gloriâ & honore sunt, & super alios eminent. ut Galat. c.* 2. *v.* 2, Τοῖς δοκοῦσι. *& v.* 6. Οἱ δοκοῦντες, *qi in pretio & honore sunt, Et apud Evripidem οἱ δοκοῦντες τοῖς ἀδόξοις opponuntur, ut Henr. Stephanus observavit.* locus extat in *Hecubâ*;

Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν
Πείσει. λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν,
Κἀκ τῶν δοκούντων, αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

qod Ennius reddidit, sed à Gellio *l.* 11. *c.* 4. eo nomine notatus.

Hæc tu etsi perversè dices, facilè Achivos flexeris.
Nam cùm opulenti loqvuntur pariter atqe ignobiles;
Eadem dicta, eademqe oratio æqa, non æqe valet,

meliùs forsan Grotius:

Ut prava dicas, qæ tua est avtoritas,
Movebit animos. nam viri prænobilis,
Et tenuis, idem sermo diversum valet.

Itaqe Domino de Diev, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν idem valet, ac si diceretur, *qi in honore sunt ad imperandum gentibus.* qod ne cui duriuscula Syntaxis videatur, adducit geminum ex *Susannæ historiâ* v. 6. locum, ubi legitur, subjuncto pariter verbo infinitivo, οἳ ἐδόκουν κυβερνᾶν, *qi in honore erant ad gubernandum.* cæterùm non minus controversus est Apocryphi scriptoris locus iste, qàm est is ad qem statuendum adducitur. nec certè puto, facilè qenqam repertum iri in literis Græcis subactum, qi constructionem ejusmodi admittat. Etiamsi enim οἱ δοκοῦντες idem valeat sæpenumero, qod οἱ ἐν δόξῃ, sicut οἱ κρατοῦντες, qod οἱ ἐν κράτει, nusqam tamen posteriori huic formulæ subjunctum verbum infinitum deprehendas, ut dicatur scilicet οἱ ἐν δόξῃ, sive ἐν δόξῃ ὄντες, ἄρχειν. nec verò ut subjungatur, in alterutro, sensus patitur: qid est enim, *in honore esse, imperare*, vel, *ad imperandum*, etiam? qod tamen εἰς τὸ ἄρχειν potiùs diceretur. Tum ubi οἱ δοκοῦντες simpliciter ponitur, pro eo qod est, οἱ ἐν δόξῃ ὄντες, *qi in existimatione sunt aliqâ*, (qo modo apud Tragicum & Apostolum qoqe priori loco usurpatur) subest ellipsis manifesta; qam & loco posteriore supplevit Apostolus, dicendo, ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναί τι, qod nemo, opinor, *qi in honore erant aliqid esse*, sive, *ut aliqid essent*, verterit; sed potiùs, *qi esse aliqid videbantur*, avt, *existimabantur.* Eôdem tamen, cum D. de Diev concedere videtur V. Cl. Hugo Grotius *Annotat. in Marc. c.* 10. eisdem etiam, qibus ille, usus avtoritatibus. Cæterùm idem ipse, hac in parte adversus sibi, *in Matth. c.* 3. *v.* 8. exponens Baptistæ illud, Μὴ δόξητε λέγειν, *Ne lubeat vobis dicere. ut Demosthenes, ὅτι ἐδόκουν μ' ὁρᾶν, non lubebat ipsis ampliùs me videre. Neqe longè discedit*, inqit *illud, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν. Marc. c.* 10. *v.* 42. *qi in eo sibi placent, qòd gentibus imperant. Simile, ad Cor. Ep.* 1. *c.* 11. *v.* 16. Hæc ille, ita vir doctissimus, pedem hic ubi figat ambiguus, vacillat; & fluctuabundus, modò in hanc, modò in illam partem propendet. Ego verò præ istis malim, qod Thomas Cartvrightus noster *in Matth. c.* 20. *adversus Rhemenses οἱ δοκοῦντες, qi apparent, præ se ferunt, pompâ scilicet splendidâ satellitioqe insigni majestatem palam facientes, prout in Agrippâ cernere datur, μετὰ πολλῆς φαντασίας in publicum prodeunte.* Act. c. 25. v. 23. ad qam interpretationem stabiliendam adducit ille, cùm Evripideum illud, qod in partem suam trahere D. de Diev satagebat; tum ex Plutarchi *Antonio* istud, οὐδὲν δυνατώτερον ἀνθρώπου ἐν τοῖς πρώτοις εἶναι δοκοῦντος. *nihil est miserius homine, qi præ se fert se in aliqo antecellere.* qanqam neq. illud satis placet,

Mihi

Mihi in tantâ sententiarum varietate optio libera si detur, illis havd illubenter calculum concesserim, qi *οἱ δοκοῦντες ἄρχειν*, vertunt, *qi pro imperantibus habentur*. favétqe huic interpretationi Syrus, דמסתשברין רישא *qi reputentur capita gentium*. Sed ot in hoc tamen acqiescere potius, liberè profitear, si qis formulam *πλεοναστικὴν* scriptoribus ævi cùm illius, tum & inseqentis, sacris verò cumprimis familiarem censuerit. Ita Marco *οἱ δοκοῦντες ἄρχειν*, nihil aliud fuerit, qam qod *οἱ ἄρχοντες* Matthæo. qis enim Marci interpres Matthæo potior? *οἱ δοκοῦν πρεσβεύειν* psevdo-Danieli, idem qod *οἱ πρεσβύτεροι*. hoc sanè sensu sumi videtur, ad Hebr. c. 4. v. 2. *μήποτε δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι*. i. *μήποτε ὑστερῆται*, *ne frustretur*, *privetur*, uti Apostolus ad Rom. c. 3. v. 23. forsan & ad Cor. Ep. 1. c. 20. v. 22. *ὁ δοκῶν ἑστάναι*. i. *ὁ ἑστηκώς*, *qi stat*: qomodo Rom. c. 12. v. 20. *σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας*, *tu vero per fidem stas*. atqe ita reddidit And. Dunæus noster in *ad Chrysostomum notis*: *Qi stat*, *videat ne cadat*. qi idem ibidem *περὶ τοῦ ἑστάναι*, sive *ἑστηκέναι* consuli dignus. Omninò certè sic sumendum, qod Apostolus idem ad Cor. Ep. 1. c. 11. v. 16. *εἴ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι*, *Si qis videtur litigiosus esse*. Longè enim aliter hoc est dictum Pavlo, qàm est illud Jacobo, c. 1. v. 26. *εἴ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι*. *Si qis videtur esse religiosus*. Siqidem nihil magis isti, qàm ut religiosi; nihil agebant minùs illi, qàm ut litigiosi viderentur. Proinde meritò qidem Viro Cl. non satisfacit veteris interpretis (qam tamen retinuere recentiores qiqe) versio illa, *Si qis videtur*; & Cypriani ad Jubajanum multo minùs illa, *Si qis putatur*. Nec est ideò tamen necesse, ut *εἴ τις δοκεῖ* Pavlo idem sit, qod, *εἴ τις θέλει*. qia *τὸ δοκεῖν* utiqe sit qandoqe *ἐθελοδοξίας* nota: ut cum Matth. c. 3. v. 9. dicitur, *Μὴ δόξητε λέγειν*. *Ne velitis dicere*; *Ne placete in eo vobis*, *qod dicatis*. ut sensus Apostoli existat, *Si cui placeat contentiosus esse*; avt, *Si qis in eo sibi placet*, *ut contentiosus sit*. qod esset potiùs, *εἴ τινι δοκεῖ*. Cum & simplicior sit, qam dedimus, interpretatio: qam & Avtor iste ipse confirmat, ubi exponit, *εἴ τις φιλονεικεῖ ἁπλῶς*. & *τὸ θέλειν* etiam non minùs qàm *τὸ δοκεῖν*, (qod mox videbimus) *πλεοναστικῶς* usurpetur. Qin & in Matthæi loco adducto, illud, *Μὴ δόξητε λέγειν*, nihil aliud sonare videtur, qàm si simpliciter dictum fuisset, *Μὴ λέγετε*, *Ne dicatis*. qod formulâ pleonasticâ parili Lucas expressit c. 3. v. 8. *Μὴ ἄρξησθε λέγειν*. *Ne incipiatis dicere*. pro eo qod est, *Ne dicatis*. qæ formulæ, ab Hebræis mutuata, (qod alibi latiùs ostendimus) est scriptori huic cumprimis familiaris. uti patet ex Evang. c. 4. v. 21. & c. 5. v. 21. & c. 7. v. 15, 24, 38, 49. & c. 11. v. 29, 51. & c. 12. v. 1. 45. & c. 13. v. 25, 26, &c. Qin & qod Lucas idem habet, c. 8. v. 18. *Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς ἐὰν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ*. *Qisqis enim habet*, *dabitur ei*: *& qicunqe non habet*, *etiam qod videtur habere*, *tolletur ab eo*. id Matthæus planè sic extulit, c. 25. v. 29. & c. 13. v. 12. *Τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ*. nec non eisdem prorsus verbis Lucas ipse, c. 19. v. 26. *Habenti cuiqe dabitur*; *non habenti verò auferetur etiam id qod habet*. Facit huc, Jo. Chrysostom. illud in *ad Cor. Ep. 2. orat. 8.* *Καὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους*, *τοὺς δοκοῦντας φιλοσοφεῖν*. *Et majores nostri*, *qi videbantur philosophari*, i. *qi philosophabantur*. Facit horsum & (nec priscis enim, elegantioribus etiam, ignotæ avt insvetæ prorsus formulæ istiusmodi) qod apud Sophoclem in *Ajace* Menelao Tevcer;

> *Οὐκ ἄν ποτ', ἄνδρες, ἄνδρα θαυμάσαιμ' ἔτι,*
> *Ὃς μηδὲν ὢν γοναῖσιν, εἶθ' ἁμαρτάνει·*
> *Ὅθ' οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι,*
> *Τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη.*
> *Non obstupescam, si qid olim in posterum*
> *Ignobilem ortu videro delinqere;*
> *Qando hi, videntur forte qi natalium*
> *Præstare, fando talia admittunt mala.*

Grotius.

οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι, *qi videntur natu nobiles esse*, pro eo qod est, *οἱ εὐγενεῖς πεφυκότες*, h.e. *qi natu nobiles sunt*. atqe ita *οἱ δοκοῦντες ἄρχειν*, *qi videntur imperare*, pro eo qod est, *οἱ ἄρχοντες*, *qi imperant*.

A Qidni avtem & illud Luc. c. 22. v. 24. *Τίς δοκεῖ αὐτῶν εἶναι μείζων*, pari ratione interpretemur? præsertim cum Lucam (uti mox videbitur) hac in parte præeuntem ipsum habeamus. Nam qod D. de Diev opinatur *τὸ δοκεῖ* ibi verti posse, *putaret*; *dum*, inqit, *dicunt*, *Ego me puto*, *& ego me*: etiamsi Theophylactus ejusmodi qiddam subinnuere videatur, verbis illis, *Ἐπεὶ γὰρ πρὸς ἀλλήλους αὐτὸς ἦν λέγειν, ὅτι σὺ μέλλεις προδιδόναι, καὶ αὖ ἐκεῖνος τούτῳ, ὅτι σύ, ὅτι τούτου προήχθησαν εἰς τὸ λέγειν, ἐγώ εἰμι κρείττων, καὶ ἐγώ εἰμι μείζων*. *Qia verisimile est*, *qod inter se dixerint unus alte-* B *ri*, *tu proditurus es*: *& alius alteri*, *tu proditurus es*. *Et inde eo pervenerunt*, *ut dicerent*: *ego sum melior*, *& ego sum major*. syntaxis tamen duriuscula videtur, nec Græcis tantùm, sed Latinis qoqe avribus insolens, *δοκεῖ εἶναι μείζων*, *putat esse melior*. qanqam passivè si sumere libuerit, *qisnam putetur*, *reputetur*, *censeatur maximus*, qod impediat nihil video. Eodem enim modo *δοκεῖ εἶναι* dicitur, qo & qandoqe *οἴεται εἶναι*. Plato Protagorâ: *οὐ μόνον αὐτὸς οἴει καλὸς κἀγαθὸς εἶναι*. *non ipse tantùm bonus probúsqe viderìs*. Homer. *Odyss. ρ. v. 586.*

C
> *Οὐκ ἄφρων ὁ ξεῖνος ὀΐεται, ὅσπερ ἂν εἴη.*
> *Desipere havd hospes, fuerit qicunqe, videtur.*

Et Aristotel. *rhetor. l. 2. c. 12.* de adolescentibus: *Τῇ γὰρ πρώτῃ ἡμέρᾳ, μεμνῆσθαι μὲν οὐδὲν οἴονται, ἐλπίζειν δὲ πάντα*. *Ætate primâ nihil meminisse videntur*, (malè vertunt, *arbitrantur se*: qod (nec verum est) *at nihil non sperare*. accedit propiùs Homericum illud, *εὔχεται εἶναι*, *Iliad. α. v. 92.*

> *Ὃς νῦν πολλὸν ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι.*
> *Qi nunc longe potentissimus in exercitu gloriatur esse.*

Et Iliad. *ε.* v. 173.

D
> *Οὐδέ τις ἐν Λυκίῃ σέο γ' εὔχεται εἶναι ἀμείνων.*
> *Neqe qisqam in Lydia se gloriatur esse præstantior.*

Et v. 246.

> — *Υἱὸς δ' αὖτε Λυκάονος εὔχεται εἶναι.*
> — *Et filius item Lycaonis gloriatur esse.*

Siqidem illud *δοκεῖ εἶναι* simpliciter positum, qid aliis qis existimetur; illud verò *εὔχεται εἶναι*, qid ipse de se censeat avt præ se ferat, designat; qod phrasi illâ significari vir eruditus ille, sed frustrà, opinatus est. Cæterùm Lucas ipse alibi c. 9. v. 46. de negotio eodem planè agens (neqe E enim semel tantùm lis hæc inter domini affectatores agitabatur) ait simpliciter, *τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν*, *ecqis eorum maximus esset*. Sed neqe Theophylacto assentiri possum, qi de præstantiâ præsenti, animiqe probitate, non de futurô, qam somniabant nimirum, dignitate ac potestate litem habitam existimare videtur. Qin nec Latinis magis qàm Græcis insolens est dictionis istius redundantia: qam apud *Historiæ Augustæ scriptores* creberrimè occurrere observarunt Duumviri incomparabiles. Sic enim Capitolinus in *Vero*; *Visum est nonnullis*, *qòd ejus fravde putaretur occisus*. pro, *non-* F *nullis visum est*, *ejus fravde occisum fuisse*. Lampridius in *Alex. Severo*; *Fures judicare jussit in civitatibus ullis nunqam videri*. h. e. *vetuit judicare*. Trebellius in *Gallieno*; *Neqe usqam qiet salutem ostentare visa est*. pro, *ostentavit*. Spartianus in *Getâ*, *Funus Getæ accuratius fuisse dicitur*, *qàm ejus qi à fratre videretur occisus*. pro, *occisus esset*. Vopiscus in *Probo*; *Lugdunenses ob Avrelianum contusi videbantur*. pro, *contusi erant*. nec aliter Ambrosius, *hexaemer. lib. 6. c. 4.* de Echino; *Spinis suis clavditur*, — *ut qicunqe eum contingendum putaverit*, (pro eo qod est, *contigerit*) *vulneretur*. G Et istic perinde apud *Historiæ Evangelicæ scriptores*, *τὸ δοκεῖν εἶναι*, *videri esse*, nihil aliud esse potest qàm simpliciter *esse*.

Geminum *τοῦ τολμᾶν* pleonasmum censet V. Cl. Dan. Heinsius subesse verbis illis Evangelistæ Joan. c. 21. v. 12. *οὐδεὶς ἐτόλμα ἐρωτᾶν*. *nemo avdebat rogare*. i. e. *nemo rogabat*. Et Apostoli illis ad Rom. c. 5. v. 7. *τολμᾷ τις ἀποθανεῖν*. *mori avdeat*, sive, *sustineat*, i.e. *moriatur*, *mori velit*. qo modo Maro Æn. l. 8.

> *Avde hospes contemnere opes.* —

qod est simpliciter, *contemne*. Flaccus *l. 2. Epist. 2.*

> — *Sapere avde.*
> h. e. *sapere aliqando incipe*, *sape*.

Et ad Julium Florum Epist. 2. 2. 112.

Avde.

Audebit
Verba movere loco,
id est, *verba movebit loco*, & mutabit.

Plato *Polit. l.* 1. Ὃς ἂν μείνῃ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ πλημμελεῖν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων. *Qi perseverat esse justus, & alienis abstinuerit.* Nec desunt apud Latinos verbi qod *potentiam* propriè denotat, redundantis exempla. Sic enim Marcellinus *hist. l.* 22. *c.* 13. *Digresso offeruntur rectoris Ægypti scripta, Apim bovem operosa qæsitum industriâ, tamen post tempus inveniri potuisse firmantis, inveniri potuisse*; pro, *inventum esse*. Idem *l.* 25. *c.* 1. *Pallescentem morte propinqâ extrahere pugnâ viribus valuit magnis. Extrahere valuit*; pro, *extraxit*. Ibid. *c.* 11. *Licet majore venturi pavore constringeretur, spe tamen sustentari potuerunt exiguâ.* Pro eo qod est, *sustentabantur*; sive, *sustentati sunt*.

Nec absimilis huic τοῦ συμβαίνει redundantia, apud Procopium *bell. Gothic. l.* 4. de Sardiniâ verbis hisce loqentem; Ἐνταῦθα φύεσθαι ξυμβαίνει πόαν, ἧς δὴ ἀπογευομένοις ἀνθρώποις αὐτίκα σπασμοὺς ἐπιγίνεσθαι. ἀφ' οὗ δὴ τελευτῶσιν οὐ πολλῷ ὕστερον, γέλωτι γελᾶν ἀπὸ τοῦ σπασμοῦ δοκοῦντές τινα, ὃν ὁμωνύμως τῇ χώρᾳ Σαρδώνιον καλοῦσι. *Ibi contingit nasci herbam, qam gustantibus hominibus obvenit convulsio, à qâ havd ita multo post dum intereunt, risum qendam per eam oris obtortionem ridere videntur; qem regioni cognominem Sardonium appellant.* ξυμβαίνει φύεσθαι, *nasci contingit*; pro eo qod est simpliciter, φύεται, *nascitur*. qo modo *ad Maron. eclog.* 7. Servius, *In Sardiniâ nascitur herba qædam*, &c.

Qin & pleonasmum istis parilem havd sine fundo probabili suspicetur qis, in Domini Servatoris illis Matth. c. 20. v. 26. ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι. *qi voluerit inter vos magnus esse*: qod & verbis totidem ferè reperitur Marc. c. 10. v. 43. pro qo Lucas tamen c. 22. v. 26. ὁ μείζων ἐν ὑμῖν. *qi inter vos maximus est*: & Matthæus ipse c. 23. v. 11. ὁ μείζων ὑμῶν, *qi maximus est vestrûm*. Certè τὸ θέλειν καὶ τὸ βούλεσθαι sæpenumerò περιττεύειν, notius est, qàm ut multis ostendi sit opus; Plato in *Sympos.* ἐὰν ἐθέλῃ παύεσθαι ἡ λύγξ. *si cessaverit singultus.* Libanius *orat.* 3. qæ & βασιλικὸς. pag. 112. C. Καὶ προσῆλθες φανεῖσθαι τῆς παροιμίας, ἣ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρίζει τὴν αἰδῶ βούλεσθαι. *Ac fete ut meliores apparerent adagio, qod puderem oculis definit.* Lucas, Act. c. 2. v. 12. τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; *ecqid hoc esse velit?* sicut & Latini, *qid hoc sibi vult.* pro eo qod est, *istud qid est?* Seneca *de irâ l.* 2. *c.* 9. & 10. promiscuè usurpat formulas istas; *Qid si qis irascatur*: &, *qid si irasci velit? qid si miretur?* &, *qid si mirari velit?* Cicero ipse *pro Cælio*, *Nolite velle hunc jam naturâ ipsâ occidentem maturiùs extingvi vulnere vestro, qàm fato suo.* Marcus imp. *l.* 10. §. 98. Τὸ μὲν ἐβούλετό σοι σημαίνειν. *Hoc volebat tibi significare.* i. e. hoc tibi significat. ad qem locum istiusmodi plura congessimus. Nec spreverim tamen prorsus Joannis τοῦ χρυσορρήμονος observationem, qi Christum Dominum vult verbis illis pro more suo ἀντιπερισπώμενόν τινα ποιεῖν (ut cum [a] Diodoro Siculo loqar) & medicos imitari, qibus solenne est, (ut [b] Fernelius docet) *erumpentem sanguinem venâ sectâ sistere, & revulsionis vi revocare.* Εἶδες, inqit, *orat. in Matth.* 65. Πῶς πανταχοῦ ἀπὸ τῶν ἐναντίων αὐτοὺς περιάγει, (περιάγει *fors.*) διδοὺς αὐτοῖς ὅπερ ἐπιθυμοῦσιν. *Viâ adversâ eos, ad id qod appetunt, circunducit.* εἰ θέλεις γενέσθαι μέγας, μὴ ζήτει γενέσθαι μέγας, καὶ τότε ἔσῃ μέγας. *magnus esse vis? magnus fieri ne qæras, & magnus futurus es.* Nec possum omittere, qod ex occasione hac de Christo sese summittente adjungit; Κατάβασις αὕτη πάντων ἀνάβασις γέγονε. *Christi descensio nostri omnium ascensionem procuravit, summámqe ipsi gloriam apud omnes comparavit.*

Sed pergamus pavlo ulteriùs. Nulla est in eis verbis difficultas insignis, qibus Dominus fratres duos allocutus, ait, Matth. c. 20. v. 23. Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε. *Poculum qidem meum bibetis, & baptismo, qo ego sum baptizandus, baptizabimini.* de calice siqidem *passionis*, *baptismo sanguinis*. qod & τὸ διὰ πυρὸς βάπτισμα vocat Origenes apud Eusebium *hist. Eccles. l.* 6. *c.* 4. dictum omnes intelligunt. Τουτέστι, μαρτυρίου καταξιωθήσεσθε, καὶ ταῦτα πείσεσθε, ἅπερ ἐγὼ, βιαίῳ θανάτῳ τὸν βίον καταλύσετε, &c. h. e. *Martyrio digni habebimini, & credite*

A *hoc, violenta morte, sicuti & ego, vita discedetis*, &c. Jo. Chrysost. in locum. in Joanne tantùm qæritur, qi præstitum id fuerit, cum solus Apostolorum morte naturali defunctus, ac sine cæde ac sangvine ad cœlestia translatus perhibeatur. Sed respondet Theophylactus in locum, *ad mortem fuisse damnatum*; Et, *animum martyrio non defuisse*, Hieronymus. *Aliud est avtem martyrio animum deesse, aliud animo defuisse martyrium.* Cyprianus *orat. de mortalit.* Certè, qemadmodum Tertullianus *de fugâ in persecut. c.* 5. *Qi negaturus esset, jam negavit.* ita, *Qi se tormentis & morti sub Dei*
B *oculis obtulit, passus est, qicqid pati voluit. non enim ipse tormentis, sed tormenta ipsi defuerunt. qod in ipso erat, toleravit, qicqid tolerare paratus & promptus fuerat.* Cyprianus *l.* 3. *Ep.* 6. de se Pavlus ad Cor. Ep. 1. c. 15. v. 31. καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, *qotidie morior.* τῇ προθέσει, nimirum; i. e. *proposito, non actu*; ut Jo. *Chrysostomus in Psal.* 95. & *adv. Judæos l.* 5. καὶ τῷ πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν παρεσκευάσθαι, *qod ad mortem excipiendam assiduus in procinctu staret*: ut Isidorus Pelus. *l.* 3. *Ep.* 399. Sed & ad eosdem Apostolus idem Epist. 2. c. 11. v. 23. ἐν θανάτοις πολλάκις. *in mortibus sæpe.* i. mortis periculis; Hu-
C go Card. & Nic. Liranus. & c. 4. v. 11. ἡμεῖς γὰρ οἱ ζῶντες ἀεὶ εἰς θάνατον παραδιδόμεθα. *nos etiam dum vivimus, morti jugiter tradimur.* i. εἰς κινδύνους θάνατον ἔχοντας. *in pericula mortifera.* Chrysostomus; & ex Chrysostomo, Theophylactus & Oecumenius. Ὁ γὰρ παρασκευαζόμενος εἴς τι, εἰ καὶ μὴ τῇ πείρᾳ αὐτὸ ἀπαρτίσῃ, ὑφίσταται τῇ προθυμίᾳ καὶ τῇ προαιρέσει. *Paratus enim ad aliqod opus, etiam non nisi conatu, illud aggressus fuerit, aggreditur exspectatione & animi promptitudine.* Isidorus, ubi suprà. Hinc Gregorius Romanus *in Evang. conc.* 35. *Duo esse Martyrii genera: unum in*
D *mente; aliud in mente simul & actione: unum in occulto opere, aliud in publico.* illo *Joannem martyrem* fuisse, *in mente passum, non in corpore.* His duobus Bernardus & tertium adjungit, *concione* habitâ *in feste Innocentium. Habemus*, inqit, *in B. Stephano martyrii simul & opus & voluntatem: habemus solam voluntatem in B. Joanne: solum in B. innocentibus opus.* Ita tria vult esse Martyrum genera; ut alii Martyres sint *voluntate & opere*, in qibus Stephanus; alii *voluntate, non opere*, in qibus Joannes; alii *opere, non voluntate*, in qibus parvuli illi ab Herode cæsi, Matth. c. 2. v. 16. Qan-
E qam enim ἀκύρως nimis & καταχρηστικῶς sic dicantur: utpote in qibus *interfectio fuit, confessio non fuit*; qiqe *in præmium regni fine conscientiâ pervenere martyrii*; ut Evcherius, an qis alius Evsebii Emesseni nomine emissus, *ad populum concion.* 11. *Martyrum* tamen & illi nomine ab antiqis freqenter insigniuntur. Tertullianus *adv. Valentin. c.* 2. *Infantes testimonium Christi sangvine litaverunt.* Cyprianus *l.* 4. *Ep.* 6. *Christi nativitas a martyriis infantium statim cepit, atus necdum habilis ad pugnam, idonea extitit ad coronam.* Hinc Prudentius περὶ στεφάνων.

F *Salvete flores martyrum;*
Qos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit,
Cev turbo nascentes rosas.

Et Petrus Ravennas, qi & *Chrysologus* dictus, *sermon.* 153. *Verè gratiæ Martyres; confitentur tacentes, nescientes pugnant, vincunt inscii, moriuntur insonscii, ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes, infantia passionis ignara, martyrii palmas rapuit & coronas.*

Cæterùm in proximâ clausulâ plus difficultatis sese obji-
G cit, de qâ nonnulla ubi adjecerim, caput hoc clavdam. οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου. Vetus interpres: *Sedere autem ad dextram meam & ad sinistram, non est meum dare vobis, sed qibus paratum est à Patre meo. Vobis*, interserit, qod cum Desiderio Erasmo & Luca Brugensi Beza meritò repudiat, nec Syrus agnoscit. Erasmus: *Non est meum dare, sed eis (continget) qibus preparatum est à patre meo.* Beza pariter; nisi qod pro *continget*, *dabitur*, mavult. Hilarius *in Matth. can.* 20. solus ferè ex antiqis pronominis illius rationem habens; *non Apostolis, sed aliis qibusdam honoris id reservatum* adfirmat, ut *à dextrâ & sinistrâ in judicio novissimo assideant Christo; Mosi* nempe & *Eliæ*: nec illis tamen à sessione penitus exclusis. Verùm hoc Hieronymo non arridet; nec Hilarium qi hac in par-

a *L.* 4. *c.* 14. b *Method. med. l.* 2. *c.* 6.

te seqatur, qenqam hactenus deprehendi. Recentiores avtem Hugo Barch, Lyranus, & Remigius; *Non est meum dare vobis, qales nunc estis, nondum humiliatis, adhuc carnalibus, & terrena petentibus.* Verùm missis his, illud maximè qæritur, qomodo *suum* esse *id dare* Christus neget. Erasmus, *Non est*, inqit, *meum dare; ut sit absolutum, & intelligas totum hoc rejici in Patrem.* Illyricus: *Non est meum in hoc seculo dare*, ut de daodi tempore tantùm negatum sit. Calvinus: *Monet minimè fuisse sibi injunctum à Patre, ut cuiqe propriam & distinctam sedem in regno cælorum assignet.* ut non gloriæ cœlestis dilargitio, sed graduum distinctio rejecta intelligatur. Avgustinus, qem & Thomas seqitur, *secundum formam servi* dictum censet: ut intelligatur, *non esse humanæ potestatis hoc dare, & dare tamen, qà Deus est, & aqalis Patri: de Trinit. l. 1. c. 12.* Hieronymus sic intelligendum contendit: *Regnum cælorum non esse dantis, sed accipientis: itaqe qicunqe talem se prabuerit, ut regno cælorum dignus fiat, accepturum hunc, qod non personæ, sed vitæ paratum est.* Nec abscedit multum Jo. Chrysostomus: Οὐκ ἔστιν ἐμὸν, ἀλλ᾽ ἐκείνων, οἷς ἡτοίμασται. *meum non est, sed eorum, pro qibus præparatum est.* qod illustrat exemplo agonothetæ sive βραβευτοῦ cujuspiam, qi propinqitatis ratione præmium sibi adjudicari poscenti alicui respondeat, οὐκ ἔστιν ἐμὸν τοῦτο δοῦναι, ἀλλ᾽ οἷς ἡτοίμασται ἀπὸ τῶν πόνων καὶ ἱδρώτων, *non est meum hoc dare, sed qibus præparatur laboribus sudoribúsqe comparandum.* concedit eôdem Theophylactus: Qin & his omnibus prior Basilius *adv. Eunom. l. 4. c. penult.* Τῶν λαμβανόντων ἐστὶν ἀξίως ἑαυτοὺς ποιῆσαι, — οὐ τοῦ δυναμένου διδόναι, κἂν ἄδικος ἡ αἴτησις ᾖ. *Eorum qi accipiunt est, ut sessione istâ dignos se faciant, non ejus qi dare possit, etiamsi petitio injusta sit.* h. e. etiamsi qis id injustè petat. Argutè sanè hi; sed ut argutè nimis, vereor; qòd antithesin statuunt inter *dantem* Christum, & *accipientes* ac sibimet comparantes: qum inter *donationem* potiùs *suam* & *Patris* sui *destinationem* ea consistat. Apposite magis forsan Isidorus Pelus. *l. 1. Ep. 137.* Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι ἁπλῶς τοῖς αἰτοῦσιν ἀλλὰ παρέχειν μισθὸν τοῖς καμοῦσι. *Non est meum simpliciter petentibus dare, sed tanqam mercedem eis qi laboraverint tribuere.* qod Evthymius, *Non est meum gratis dare, &c.* forsan, χαρίζεσθαι dixerat. qomodo Festus Act. c. 25. v. 16. Οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν. *Non est Romanis mos gratis, & qasi gratificando alicui dare hominem in necem.* qale qiddam & Basilius innuere videtur. Optimè Jacob. Faber Stapulens. *Ordinationis est paterna, non arbitrarium huic vel illi dare.* Ducunt itaqe qasi manu nos novissimi hi ad Christi mentem genuinam, non negat simpliciter suum esse hæc largiri; sed propinqitatis ratione, avt petitionis intuitu cuiqam talia concedere, avt cuiqam simpliciter etiam *præterqam eis, qibus à Patre suo præparatum est.* Nihil itaqe opus videtur ellipsi aliqâ admissâ, qæ verbo, *continget*, qod Erasmus vult, avt *dabitur*, qod Beza mavult, supplenda sit. tantum, ut ἀλλὰ hic idem qod ἀλλ᾽ ἤ, vel πλὴν, vel εἰ μὴ, i. *nisi, præterqam*, significet. certè ista invicem permutari sæpenumerò videntur. ἐὰν μὴ pro ἀλλὰ, Galat. c. 2. v. 16. οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως. *non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem.* i. *sed per fidem.* sicut Rom. c. 4. v. 13. οὐ διὰ νόμου, ἀλλὰ διὰ πίστεως. *non per legem, sed per fidem.* & ibid. c. 9. v. 32. οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ᾽ ὡς ἐξ ἔργων νόμου. *non ex fide, sed tanqam ex operibus legis.* Sic εἰ μὴ pro ἀλλὰ Matth. c. 12. v. 4. ὃς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις. *qos non erat licitum ei comedere, neqe eis qi cum ipso erant, nisi (i. sed) sacerdotibus* solis. contrà, ἀλλὰ pro εἰ μὴ, 2 Cor. c. 2. v. 5. οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ᾽ ἀπὸ μέρους. *non me contristavit, sed (i. nisi) ex parte.* Marci c. 9. v. 8. περιβλεψάμενοι οὐκέτι οὐδένα εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ᾽ ἑαυτῶν. *neminem viderunt, sed Jesum.* i. εἰ μὴ, *nisi Jesum*, ut Matthæus habet c. 17. v. 8. qod & Beza observavit; qi & idem ad Marci c. 10. v. 40. אלא sive ἀλλὰ *apud Syrum interpretem* pro ἀλλ᾽ ἢ passim monet usurpari. Cur avtem ellipsin illam & istic & apud Marcum maluerit admittere, qàm particulæ huic eam significatiooem concedere, cavsam ego certè nullam video. Hæc in adversaria mea ubi miseram, animadverti postea Corn. Jansenium *harmon. Evangel. c. 103.* in eandem mecum sententiam descendisse. *Perspicuus erit*, inqit, *& apertus sensus, nihil interjiciendo, si ἀλλὰ pro εἰ μὴ sumatur; & hoc vult. Non est meum dare, qomodo vos putatis esse in manu meâ, ut scilicet pro libitu dare possim ratione consangvinitatis avt familiaritatis.* Demum cum in *commentarios* C. V. D. Ludovici de Diev, cujus & superiùs mentio facta, incidissem, hunc etiam σύμψηφον deprehendi. Sic enim is *ad Marci c. 4. v. 22.* qo loco ἀλλὰ & ἐὰν μὴ tanqam idem valentia usurpantur: Ἀλλὰ, inqit, *pro εἰ μὴ vel ἀλλ᾽ ἤ, nisi. non enim negat suum esse dare: sed negat licere sibi aliis dare, qàm qibus id à Patre paratum est. atqe ita jubet, anteqam eam gloriam postulent, ita se gerant, ut constet ex eorum numero ipsos esse, qibus id à Patre est destinatum.* Et ad Marci c. 10. v. 40. docet ex Davide de Pomis אלא *apud Rabbinos* valere inter cætera אבל אם לא *nisi tantùm*, &c. Horum itaqe duorum calculis ista consignata sunto.

CAPUT IV.

Hymni 1. versiculus penultimus expenditur, & explicatur. Versiones variæ; & pro versionibus expositiones. negativa ex membro priore suppleta. copulativa in notione disjunctiva. Sic Gen. 2. 6. קום resurgere. Resurgentium classes. *alii plures. qatuor qibusdam contra scripturas. Improbos non omnino resurrecturos, Camius. Verba Christi Joan. 3. 18. expenduntur. Præteritum pro futuro. Rom. 8. 30. Omnes homines classibus duabus contineri. In die novissimâ* congregatio, degregatio, segregatio, aggregatio. Judicium *duplex*; discriminationis, damnationis, *Joan. 4. 24.* Resurrectio duplex, *communis, Act. 24. 15. peculiaris, Luc. 14. 14.* judicii, *& vitæ, Joan. 5. 29.* ἡ ἐξανάστασις, *Phil. 3. 11.* ἐκ νεκρῶν, *Luc. 20. 35.* υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως, *Luc. 20. 36.* תחית הקומה קום exurgere, consistere, non consistere, *plus qàm* cavsâ cadere, *animo dejici.*

AB Hymno primo, cujus περιοχὰς qasdam vel explicare, vel illustrare conati sumus, manum nondum abducere possumus.

Commatio penultimo Hebraica lectio sic habet על־כל לא יקמו רשעים במשפט וחטאים בעדת צדיקים qod οἱ ἑβδομήκοντα sic reddidere: Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. Vulgatus Interpres illorum vestigia premens: *Ideo non resurgunt impii in judicio: neqe peccatores in consilio justorum.* Sed & Hieronymus: *Propterea non resurgent impii in judicio, neqe peccatores in congregatione justorum.* In qo novissimo consentientes habet Aqilam, Symmachum, & Theodotionem, qi verterunt, ἐν συναγωγῇ, *in congregatione, cætu, conventu.* Leviculum illud, qòd negativam ἐκ τοῦ κοινοῦ in membro altero substituunt. Sicut & Hymno 9. v. 19. *neqe enim oblivioni tradetur egenus; expectatio pauperum peribit in æternum.* pro, *neqe exp. paup.* qanqam Junius, qod eôdem recidit, copulativæ loco disjunctivam substituit, avt *peccatores in cætu justorum.* sicut & Genes. c. 2. v. 6. *avt vapor ascendens à terrâ, qi terram totam irrigaret.* qæ genuina Mosis mens videtur, cum Dei nutu solo verbóve mero citra media ulla externa adhibita stirpes herbásqe è terrâ primitus enatas indicaturum se profiteretur: de qo loco alibi ampliùs videbitur.

Cæterùm, qod יקמו ἀναστήσονται alteri, *resurgunt* alteri, verterint, novas strophas comminiscendi antiqioribus qibusdam, ansam dederunt. Harum fundamentum qis primus jecerit, incertum est. Fundandis qi congesserit aliqid primus mihi compertus Clemens Alex. *Stromat. l. 2.* Οὐκ ἀναστήσονται, inqit, ἀσεβεῖς ἐν κρίσει· οἱ ἤδη κατακεκριμένοι. ἐπεὶ ὁ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται. οὐδὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων· οἱ ἤδη κατεγνωσμένοι, εἰς τὸ μὴ ἑνωθῆναι τοῖς ἀπταίστως βεβιωκόσιν. *Non resurgent impii in judicio: utpote qi judicati jam sint. qi enim non crediderit, jam judicatus est. (Joan. c. 3. v. 18.) nec peccatores in concilio justorum, utpote qi jam damnati*

damnati sint; ut ne cum eis qi inculpatè vixerint, uniantur. Cyprianus itidem *ad Qirinum l. 3. tit. 31.* hæc Psaltæ verba componit cum illis Christi, *Qi non credit, jam judicatus est.* Qod latius explicatiúsqe Lactantius *Institut. l. 7. c. 20.* de seculi fine, judicioqe novissimo disserens, *Nec tamen universi tunc à Deo judicabuntur, sed ii tantùm qi sunt in Dei religione versati. nam qi Deum non agnoverunt, qoniam sententia de his in absolutionem fieri non potest, jam judicati damnatiqe sunt: sanctis libris contestantibus, non resurrecturos impios in judicium. Judicabuntur ergò, qi Deum scierunt; & facinora eorum, id est, mala opera cum bonis collata ponderabuntur: ut si plura & gravia bona fuerint, justificentur ad vitam æternam; si autem mala superaverint, condemnentur ad pœnam.* Hinc fortean de *Michaelis trutinâ* fabulam commenti sunt Papicolæ. Involutiùs Hieronymus *advers. Pelag. dialog. 1. Non resurgent impii in judicio, jam enim in perditionem sunt prajudicati.* qin & idem ibidem inter *impium* atqe *iniqum*, sive *peccatorem* ita distingvit, ut *impius omnis sit iniqus & peccator*; at non è converso, *iniqus omnis aut peccator impius* existat: *impiusqe* is dicatur, *qi sine lege fuerit, & in æternum sit periturus*; *in lege peccator, qi cùm in Deum crediderit, per legem judicandus, sed non in æternum periturus sit*; juxta Apostolum ad Rom. c. 2. v. 12. sed & aliud esse, *perdere gloriam resurrectionis*, aliud *perire perpetuò*. Qæ qidem argutiæ, an ænigmata, qid velint, ego non assegor. Clarus Theodoretus *in Psalm.* Οὐκ εἶπεν, οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς, ἀλλ' οὐκ ἀναστήσονται ἐν κρίσει, τουτέστιν, οὐκ εἰς κρίσιν, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν. οὔτε γὰρ ἐλέγχων δέονται περιφανῆ τὴν ἀσέβειαν ἔχοντες, ἀλλὰ τὴν τιμωρίαν μόνην προσδέχονται. καθάπερ τοὺς ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντας, οὐκ ἐπὶ τὸ διελέγξαι εἰσάγουσιν οἱ δικάζοντες, ἀλλ' ὥστε τὴν τοῖς νόμοις δοκοῦσαν ψῆφον ἐξενεγκεῖν κατ' αὐτῶν. καὶ μέντοι καὶ οἱ τῶν δυσσεβῶν δογμάτων ἀπηλλαγμένοι, βίον δὲ βεβιωκότες παράνομον, πόῤῥω τοῦ τῶν δικαίων συλλόγου γενήσονται. *Non dixit, Non resurgent impii; sed, non resurgent in judicium; pro eo qod est, non in judicium, sed in condemnationem. neqe enim redargutionibus opus habent, cùm impietatem manifestam praferant, supplicium tantummodò prastolantur. qemadmodum in flagranti crimine deprehensos, non qo redarguantur judices ad tribunal sistunt, sed ut secundum leges sententiam adversus illos ferant. ei verò, qi etiamsi dogmatum impiorum expertes extiterint, vitam tamen à legis normâ alienam egerint, à justorum cœtu longè semoti agent.* Hæc illi, qæ ulteriùs adhuc producens Avgustinus; ubi dixerat; *idem forsan* in Psaltæ verbis plenius planiusqe, *repetitum*, ut *iidem* sint *impii* & *peccatores*, *idem in judicio*, & *in consilio justorum*: subjungit: *Avt si aliud sunt impii, aliud peccatores, ut qanqam omnis impius sit peccator, non tamen omnis peccator sit impius; Impii non resurgent in judicio, qia jam pœnis certissimis destinati sunt. peccatores avtem non resurgent in consilio justorum, id est; ut judicent, sed fortè ut judicentur; ut de his dictum sit, Uniuscujusqe opus qale sit, ignis probabit.* ad Cor. Ep. 1. c. 3. v. 15. Cæterùm fundamento huic ampliùs superstruens Gregorius Romanus, *moralis in librum Job expositionis l. 26. c. 24. Dua sunt partes,* inqit, *electorum scilicet atqe reproborum. sed bini ordines eisdem singulis partibus continentur. alii namqe judicantur & pereunt; alii non judicantur & pereunt: alii judicantur & regnant; alii non judicantur & regnant.* qod Avgustini verbis exprimere sic licuerit; *Alii judicantur, non judicant; alii nec judicant, nec judicantur: alii judicantur & judicant; alii judicant, nec judicantur.* In primâ classe collocat *infideles* omnes sive *ethnicos*, à nomine Christiano prorsus alienos, de qibus Hymnographus hic dicat, *Non resurgent impii in judicio.* Et Dominus in Evangelio, *Qi non credit, jam judicatus est.* Joan. c. 3. v. 18. Et Apostolus, *Qi sine lege peccaverunt, sine lege peribunt.* Rom. c. 2. v. 12. *hi enim qasi jam prajudicati, ad tormentum resurgent, non ad judicium.* in secundâ classe *Christianos improbos*, *qi fidem professi, opere non firmaverint.* de qibus Apostolus dixerit, *Qi in lege peccaverunt, per legem judicabuntur.* Rom. c. 2. v. 12. Et qibus Dominus in die novissimo dicturus sit, *Esurivi & non dedistis mihi* &c. Matth. c. 25. v. 42. illustrat hoc *principis terreni* exemplo, qi *alter adversus civem delinqentem, alter adversus hostem bellum inferentem procedit. illum judicio sistendum procurat, hunc vi & armis citra judiciarium processum omnem subigere conatur.* in tertiâ classe eos statuit, qi *vita maculas lachrymis terserint, mala pracedentia benefactis compensaverint.* his enim Christum dicturum, *venite benedicti*, &c. *qia esurivi, & dedistis mihi*, &c. Matth. c. 25. v. 34. 35. in novissimâ, eos, *qi pracepta legis perfectione virtutum transcenderint.* at, qi illi? qæso. qibus scilicet voce Dominica dicitur; *Vos qi reliqistis omnia, & secuti estis me, cùm sederit filius hominis in sede majestatis sua, sedebitis & vos super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel.* Matth. c. 19. v. 28. verùm, an non iidem illi sunt, qibus Dominus idem, Lucæ c. 17. v. 10. *vos, cum omnia vobis demandata feceritis, servos vos inutiles dicite, utpote qi qod debueratis feceritis?* imo an non iidem sunt, de qibus Apostolus, *In multis impingimus omnes?* Jacobi c. 3. v. 2, ad qem locum optimè Beda; *Non dixit*, Offenditis: *sed*, offendimus, *inqit*: *Et*, in multis, *pramisit*; omnes, *subjunxit*. qomodo avtem legis præcepta transcendunt, non jam dico, qi nihil amplius. qàm qod ex debito exigitur, præstant, sed qi in multis etiam a legis ratione exactissimâ deficiunt? imò, *qorum justitia omnis injustitia esse convincitur*, (Gregorium ipsum sibi adversantem avdis, ejusdem operis *l. 9. c. 14.*) *si districtè judicetur.* Discimus sanè ex literis sacris, statim à mortuorum omnium resuscitatione, qam *tam injustorum qàm & justorum* futuram esse novimus attestante Apostolo Act. c. 24. v. 15. consecuturam *congregationem, degregationem, segregationem, aggregationem*. *Congregationem* dico, qâ *universi, boni, mali*, invicem permisti, *coram Christo* ad judicium considente *comparebunt. Congregabuntur coram eo gentes omnes.* Matth. c. 25. v. 32. *Sistemur omnes ad tribunal Christi*, &c. 2 Cor. c. 5. v. 10. *Degregationem*, qâ de toto illo *grege* eximentur *electi* qiqe. *Emittet enim cum clangore tuba angelos suos, qi electos è reliqâ turbâ extrahant.* Matth. c. 24. v. 31. *Segregationem*, qâ cœtus uterqe à se invicem *separabitur. Segregabit enim alios ab aliis, sicut pastor oves ab hædis dispescit, & ad dextram bonos, ad sinistram improbos collocabit.* Matth. c. 25. v. 31, 32. *Aggregationem* deniqe, qam & ἐπισυναγωγὴν Apostolus, 2 Thes. c. 2. v. 1. qâ *pii* ab impiis jam *segregati*, his in terrâ relictis, *in aerem rapientur, Domino Christo occursuri*, 1 Thess. c. 4. v. 17. & cum ipso unâ in judicio consessuri. *Duas* ergò duntaxat resurgentium *classes*, nec plures, sacra nobis pagina prodidit, *electorum & rejectorum*, *proborum* & *improborum*, *agnorum* & *hædorum*. isti, impii nempe improbiqe, *judicantur* universi, *nec judicant*. nam qod de *prajudicatis*, ex Christi verbis, ἤδη κέκριται, Joannis c. 3. v. 18. adducitur, tam de Christianum nomen fidemqe professis, qàm & de exteris qibusqe enunciatum est; estqe ei geminum, qod Apostolus de prædestinatis, οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. *qos justificavit, hos & glorificavit.* Rom. c. 8. v. 30. Τὸ μέλλον προαναφωνεῖ. Jo. Chrysostom. *in Joan. orat. 28. Velut praterita dicit, qa futura pradicit.* Avgustinus *in Joan. tract. 86. Ideò avtem tanqam prateritum dicitur, qia tam certum est, qàm si factum sit.* Idem *in Psal. 43.* & *de correpr. & grat. c. 9. Verba prateriti temporis posuit de rebus futuris, tanqam ea jam fecerit, qa facienda decrevit, qi fecit, qa futura sunt. Apud Deum enim jam facta sunt, qa fieri praordinata sunt.* Gregorius ipse *in 1 Reg. l. 5. c. 3.* Illi, *pii* scilicet probiqe, *& judicabuntur & judicabunt* universi. neqe enim Apostoli soli cum Christo Domino avt judicaturi sunt avt regnaturi, (qanqam hi peculiari qodam modo, tanqam à Christo proximi, eos ad qos sunt primitùs missi e populo Israelitico Matth. c. 19. v. 28.) sed & fideles atqe electi qiqe. *Qisqis*, enim, inqit, *vicerit* (per fidem scilicet 1 Joan. c. 5. v. 4. in qâ ad extremum perstiterit Apoc c. 2. v. 10.) *considebit mecum in solio meo.* Christus, Apoc. c. 3. v. 21. Et Apostolus, *Sancti mundum judicaturi sunt*; vosqe inter cæteros, Corinthii, vocationis divinæ, qæ sanctos facit, consortes. 1 Cor. c. 6 v. 2. cum c. 1. v. 2.

At Dominus, ὁ πιστεύων, οὐ κρίνεται. *qi crediderit, non judicatur*, vel *non judicabitur.* Joan. c. 3. v. 18. καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται. *nec in judicium venit*, avt *veniet* etiam. Joan. c. 5. v. 24.

Responsio proclivis ex eis qæ superiùs dicta sunt. sed Avgustini verbis dabitur, ex *tract.* 22. *in Joan.* *Judicium duplex est; aliud discriminationis & discretionis, aliud damnationis & destructionis. per illud ergo transituri, at non & istud subituri, sunt pii.*

Qanqam, si *resurgendi* vocabulum in Hymnographi dictione retinere libitum esset, & ad examen novissimum referre, ut ne eis tamen faveret, qi *improbos resurrecturos* negant prorsus; utpote qorum *anima* unâ *cum corporibus dispereant* (qod David Camius, cum istic, tum & *ad Hymn.* 82. v. 7. statuere videtur; qod purgare tamen dissertatione peculiari conatur V. Cl. Sixt. Amama) poterat de *resurrectione* distingvi, ut ea duplex statuatur: altera, ἡ κοινὴ καὶ καθολικὴ, ut Theophylactus *in Joan. c.* 6. *v.* 40. qam ἀνάστασιν δικαίων τε καὶ ἀδίκων nuncupat Apostolus, Act. c. 24. v. 15. & *piorum improrúmqe communis* sit: altera, qam Dominus τὴν ἀνάστασιν τῶν δικαίων appellat Lucæ c. 14. v. 14. & *piorum peculiaris* existat; qi & eâ ratione τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ, *resurrectionis filii* dicuntur. Lucæ c. 20. v. 36. ab hac avtem excludi impios qosqe, qum illâ tamen cum piis unâ comprehendantur. atqe hoc est qod V. C. Jo. Drusius *qæst. per Epist. l.* 1. *q.* 75. aliud est *non resurgere simpliciter*, aliud *non resurgere in cætu justorum.* ut commatii pars posterior priorem explicet. Vel sic etiam distingvere licebit ex verbis Domini, Joannis c. 5. v. 28. ut *resurrectio* rursus duplex sit: altera qæ ἀνάστασις κρίσεως. i. κατακρίσεως, *resurrectio judicationis.* i. *damnationis* sive *ad damnationis judicium.* (κρίσιν γὰρ τὴν κατάκρισιν λέγει, ut rectè monet Theophylactus) altera qæ ἀνάστασις ζωῆς, *resurrectio vitæ*, sive *ad vitæ æternæ participationem*; & peculiari etiam vocabulo ἐξανάστασις Apostolo Philipp. c. 3. v. 11. nuncupetur, qasi *reexsurrectionem* dixeris. ratio nominis ab *aggregatione* illâ, cujus suprà meminimus. Theophylactus *in Joan. c.* 6. *v.* 40. Ταύτην τὴν ἀνάστασιν ὁ Παῦλος ἐξανάστασιν ὀνομάζει, διὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς ἐπαίρειν. οἱ γὰρ ἁμαρτωλοὶ ἀνίστανται μὲν ἐκ τῶν μνημείων, ἐκ δὲ τῆς γῆς οὐκ ἐξανίστανται εἰς ἀέρα. κάτω γὰρ μένουσιν, ὡς κατάκριτοι καὶ κατάρατοι. οἱ δὲ δίκαιοι καὶ ἀνίστανται (τῶν μνημείων ἐκπορευόμενοι, Joan. c. 5. v. 27.) καὶ ἐξανίστανται, ἁρπαζόμενοι ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου. 1 Thess. c. 4. v. 14. *Hanc resurrectionem Pavlus reexsurrectionem nuncupat, propter illam à terra sublevationem. etenim surgunt qidem è monumentis peccatores, sed à terrâ in aerem non exsurgunt: infra namqe subsistunt, ut damnati & maledicti. justi verò & resurgunt, (è monumentis prodeuntes) & è terrâ in aerem exsurgunt; ad occursum Domini in nubes rapti.* De resurrectione istâ potest dictum intelligi & Christi illud Joan. c. 11. v. 25. Ego sum, ἀνάστασις καὶ ζωὴ, *resurrectio & vita*, h. e. *resurrectio vitæ*, sive *ad vitam*: is qi resurrectionis istiusmodi in me credentes compotes facio. Proinde & ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, i. e. *resurrectio è mortuis* eâdem ratione dici videtur, Lucæ c. 20. v. 35. qanqam argutius pavlò qam solidiùs existimo, qod CL. Scaliger in *annot. ad N. T.* vult aliud esse νεκρῶν, aliud τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν. Cæterùm eodem planè modo distingvunt etiam Scriptores Judæi, ut illam תקומה sive ἀνάστασιν nuncupent, qæ justorum ac improborum communis sit, istam תחיה sive ἀναβίωσιν, & plenius etiam adhuc, καὶ ἐκ τοῦ αἰῶνος, ἀναβίωσιν ζωῆς, Avtor τῶν Μακκαβαικῶν, l. 2. c. 1. v. 9. qod justorum duntaxat esse dicunt. Vide Drusium *de tribus sectis Jud. l.* 2. *c.* 14. & Amamam in *dissertatione* superius indicatâ. Hac ergo *resurrectione* verum est, *non resurrecturos unqam impios.*

At Junius, *Non exurgent impii.* i. *ne sublato qidem vultu se avdebunt sistere.* cui expositioni firmamentum dederit, qod ad suos Dominus Lucæ c. 21. v. 28. Ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν. cum ex signis jam datis judicii oecumenici illius diem instare dignoveritis, tum *suspicite & attollite capita vestra.* contra scilicet qàm est improbis tunc ex usu futurum, qibus & capita & corda etiam dejicientur omninò,

——— ἄν τε λυθῆναι γοῦνατα καὶ φίλον ἦτορ.
Καί τε ποσὶ προπάροιθε θυμὸν καταπεσεῖν.
——— *Ut genua & amicum cor dissolvantur,*
Et animus ad pedes decidat.

ut Poetæ verbis utar. Verùm malim ego cum Piscatore,

A *non consistent in judicio.* tam enim *consistere* ubi surrexeris, qàm *surgere* sive *exurgere* τὸ קום significat. Itaqe qod σταθῆναι *consistere* coram Christo judice, Lucas dixit cap. 21. v. 36. Syrus תקימון קדם reddidit. Sic Numer. c. 30. v. 5, 12. יקמו כל נדריה *stabunt, consistent, stabilientur omnia vota ejus.* Regum l. 1. c. 24. v. 20. וקמה בידך ממלכת & *stabit, stabilietur, perstabit regnum in manu tuâ.* Et qæ ad hunc locum explicandum optimè qadrant. Jos. c. 2. v. 11. ולא קמה עוד רוח *cor nostrum liquefactum est. neqe constat ampliùs spiritus in qoqam à facie vestrâ.* Et c. 7. v. 12.
B לא יכלו לקום *non poterant consistere à facie hostium suorum.* Et rursus v. 13. לא תוכל לקום *non poteris coram hostibus tuis consistere.* amplius avtem est hoc qàm *cavsâ cadere*, cui *in judicio stare* opponatur, qod istic Drusio & Piscatori cumprimis placuit. potest enim qis de actionis eventu anxius & solicitus animi pendere, qi cavssam tamen probam justamqe habeat, & in judicio idcircò superaturus sit. potest & qis obfirmato nihilominùs animo perstare, etiam qi cavssam nevtiqam obtinuerit. *In re avtem malâ*, inqit ille, *animo si bono utaris, juvat* nonnihil. Fieri, inqam, po-
C test, ut *cavsâ* qis *cadat*, nec *animo* tamen idem *concidat.* qo modo de Martyribus Christianis Septimius ad *Scapulam, Magis damnati, qàm absoluti, gavdemus*: scilicet qia, ut idem *Apolog. c.* 50. *Cùm damnamur à vobis, à Deo absolvimur.* Et *ibid. vincimus, cùm occidimur; evadimus, cùm obducimur; nec unqam magis triumphamus. qàm cùm pro fidei obstinatione damnamur. ibid. c.* 27. Cæterùm ea futura est improborum in die illâ conditio, tam anxia, tam animi consiliiqe omnis expers, ὡς μὴ τολμῆσαι ἀντοφθαλμεῖν (ut cum Polybio *l.* 3. loqar) ut *ne oculos qidem attollere*
D *contrà sustineant*, sed in *angulum* qemvis, avt *terræ cavernam*, avt *rupis fissuram* lubentissimi condere se exoptent, modò ne coram facie Domini Christi, tunc in solio considentis, cogantur comparere. Esaiæ c. 2. v. 21. & Apoc. c. 6. v. 15, 16.

CAPUT V.

E *Hymnum primum Davidis videri, cujus secundum esse constat. In unum qosdam compingere.* קום resurgere, consistere. Ἀνὰ, rursum, sursum. Ἄνωθεν, *Joan.* 3. 3. Ἀνιστάναι, suscitare, resuscitare. *Act.* 13. 32. resuscitare *plerisqe.* *Genui, i. genitum declaravi. expositio coactior. Hymni 2. v. 7. expenditur. De generatione Filii ab æterno, nonnulli. Hodiè, qid denotet. Hymn. 110. v. 3. ad generationem Christi ab æterno frustra torqeri. De hac Paræm. 8. 22, — 26. Expenduntur verba Pauli Act. 13. v. 33.* Ἔγερσις, *sive* ἀνάστασις *duplex. Junius è* Parallel. *locus discutitur.* Φύσεως *vocabulum de Deo usurpatum; cùm antiqis crebrò, tum Petro Pav-*
F *loqe.* Θεία φύσις *Petro qid.* ילד *tam de viris, qàm de fœminis usurpari.* חיל *de fœmina. Generatio* τῇ φανέρωσιν τῇ κατ' ἀλήθειαν *minùs commodè opposita. Luc.* 1. *v.* 35. & *Hymn.* 2. *v.* 7. *parallela.* Filii Dei, *sancti qiqe adoptione & regeneratione. Adam creatione ad effigiem divinam, Angeli itidem. Antiqorum halucinatio. Magistratus, eminentia & potestatis ratione. Christus, qà homo, ratione, & creationis, & assumptionis à verbo. Felicis & Elipandi error. qà Deus naturâ, qà homo gratiâ. Esaia* 53. *v.* 8.
G *expenditur. de generatione ab æterno prisci plerique. de duratione in æternum alii. de prole numerosâ.* דור *pro* sobole. γενεὰ *qid Marc.* 13. *v.* 36. *Petri Picherelli verborum Gen.* 3. *v.* 14. *Hymn.* 2. *v.* 7. & *Luc.* 1. *v.* 28. *synaxis nova.*

DE Hymno primo, nî mens læva, Davidico, dissertationem infindere non abs re fuerit, ut secundo, qem tamen multi cum isto committunt, (de qo videri possunt heroum litteratorum nobile par, Cl. Fr. Junius in *parallel. l.* 1. *par.* 95. & Jo. Drusius *observat. l.* 1. *c.* 15.) operam pavlisper locemus. Monuimus capite proximè antegresso, qàm non inepta tantùm, sed & impia, qidam verbi Hebraici קום, qod modò *resurgere*, modò *consistere* significat, ambiguitate decepti, ex Hymnographi

phi verbis perperam acceptis procuderint. nec minùs autem torsit viros havd incelebres qamplurimos, ἡ ἀναστῆσαι vocabuli notio ambigua in verbis Lucæ historici sacri, qibus dum concionis Pavlinæ, ad populares suos Antiochiæ agentes habitæ summulam recenset, ex Hymno secundo, desumptum ac negotio præsenti accommodatum ab Apostolo testimonium sic refert, Actor. Apostol. c. 13. v. 32, 33. Καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην, ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν. ὡς καὶ ἐν τῷ Ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ γέγραπται. Υἱός μου εἶ σύ. ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. *Et nos vobis evangelizamus eam promissionem, qa patribus facta est, Deum videlicet eam implevisse filiis illorum, id est, nobis suscitato Jesu. Ut etiam in Psalmo secundo scriptum est: filius meus es tu, ego hodie genui te.* Qum enim ἀνὰ præpositio nunc *iterationis*, nunc *ascensionis* designandæ vim habeat; nunc *rursum*, nunc *sursum* denotat. (unde & ἡ ἄνωθεν versio diversis, Joan. c. 3. v. 3. vetere interprete, *de supernis*, recentioribus, *denuò*, idqe rectiùs, vertentibus) & ex eo coalitum verbum ἀναστῆσαι, modò *resuscitare* & *restituere*, modò *suscitare* & suscitando exhibere, significat: in priore sensu plerique dum apud Lucam τὸ ἀναστῆσαι eô loci sumunt, de Christi resurrectione verba Pavlina accipiunt. tum, qomodo Psaltæ dictum ad hanc accommodari possit, dum ruspantur, torqentur miserè, nec expediunt sese. unicum habent, qô se recipiant, κρησφύγετον. locus is est Pavli ad Rom. c. 1. v. 4. qo Christus dicitur declaratus fuisse Dei Filius, ἐξ ἀναστάσεως. *per resurrectionem à mortuis.* cum enim Christus *per resurrectionem à mortuis Dei filius declaratus* dicatur, eo ipso *qo resurrexit due à Patre qasi genitum* intelligi volunt; qod Patris soboles esse & ab æterno fuisse, eo ipso qod resurrexit, fuerit demonstratus. verùm coacta nimis interpretatio ista, *genui te. i. genitum te indicavi, patefeci, declaravi.* nec convenit satis cum dictionis Propheticæ membro priori, cujus in posteriori ratio subjungi videtur. *Filius meus es tu.* qare filius? qia, nempe, *hodie genui te.* Qin & in Vatis sacri sensu explicando, dum ad *ineffabilem* illam Christi, qâ Deus, ante ævum omne *generationem* trahere conantur, sudant frustra ex antiqis etiam, in qibus Avgustinus, nonnulli. itaqe *hodie* illud, qidam *ab æterno* interpretantur; alii *actum continuum* designari contendunt; neqe enim Patrem filium ab æterno tantùm, sed *qotidie* etiamnum *gignere*. Cæterùm utraqe hæc expositio voculæ huic vim facere videtur: qum ea in maxima etiam latitudine sumpta, tempus semper & qod adsit, & qod terminatum sit, designet; nec avt ad secula diu antegressa, nedum ad id qod ævum omne anteverterit, referri, avt de eo, qod nunqam non & fuerit & futurum sit, enunciari, sustineat. Consultiùs proinde Theodoretus in hunc locum. Ἀλλ' ὅμως ἔχων, ὡς Θεὸς τὸ τοῦ υἱοῦ προσηγορίαν, λαμβάνει αὐτὴν καὶ ὡς ἄνθρωπος. διὸ καὶ ἐπήγαγε, Κύριος εἶπε πρός με, Υἱός μου εἶ σύ· σήμερον ἐγὼ γεγέννηκά σε. ταύτην δὲ φωνὴν ἐνταῦθα, τῷ τοῦ Θεοῦ πνεύματι διδασκαλίᾳ πειθόμενος, τῇ θεότητι προσάψαι τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. περὶ γὰρ ἐκείνης ἀκούομεν τοῦ Θεοῦ τὸν ὅλων λέγοντος, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. ὡς ἄνθρωπος μὲν καὶ ταύτην τὴν φωνὴν, δέχεται, ὡς ἄνθρωπος καὶ τὴν ἐπαγγελίαν αἰτεῖν. *Christus, qamvis, qâ Deus, jam habeat Filii appellationem, qâ homo tamen, eam accipit. itaqe subinfert, Filius meus es tu; hodie ego genui te. Hanc autem vocem nemo Spiritus Sancti doctrina obsecutus, divinitati Domini Christi applicuerit. de eâ enim universi Deum dicentem avdiamus, ex utero ante luciferum genui te. qâ homo igitur & hanc vocem admittit; qâ homo & qa sequuntur, avdit.* Nec à Theodoreto hîc discedit Cyrillus. Sic enim & iste *ad Herm. de Trinit. dialog.* 5. Ἀκούει ὡς ἄνθρωπος, καὶ τοι Θεὸς ὢν φύσει καὶ υἱὸς, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. *Avdit igitur, qâ homo, qamvis Deus existens naturâ & Filius, Ego hodie genui te.* Idemqe *de rect. fid. ad Imperat.* c. 26. & hunc locum, & ad Rom. illum explicans simul: Υἱὸν αὐτὸν ὀνομάσας Θεοῦ, καὶ ἐκ σπέρματος ἐκ Δαβὶδ γεγεννῆσθαι φήσας, ὁρισθῆναί τε διϊσχυρίζεται καὶ εἰς υἱὸν Θεοῦ. πῶς ὁ Θεὸς, ὁ ἐκ σπέρματος ἀναφὺς ὁ Δαβίδ; ὁ δὲ καὶ πρὸ αἰώνων καὶ ἀΐδιος υἱὸς, κατὰ τί φησιν ἐκ Θεοῦ, τίνα δὴ τρόπον ὡς υἱὸν ὡρίσθη Θεοῦ, καθάπερ εἰς ἀρχὴν τοῦ ὑφεστάναι παρενεχθείς; ἔφη γὰρ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι κύριος εἶπε πρός με, Υἱός μου εἶ σύ. ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καί τοι τὸ, σήμερον, οὐκ ἄγαν ἡμῖν, οὐχ ἅπαξ τὸν παρῳχηκότα, τὸν ἐνεστῶτα δὲ μᾶλλον κατασημαίνοιτο καιρόν. Et pavlo post, mysterium hoc explicans; Ὁ γὰρ τῷ φύσει συναΐδιος, καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος υἱὸς, ἐπειδὴ καταβέβηκεν εἰς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, οὐκ ἀπολωλεκὼς τὸ εἶναι Θεὸς, προσελαβὼν δὲ καὶ τὸ ἀνθρώπινον, νοοῖτ' ἂν εἰκότως, καὶ ἐκ σπέρματος γεγενῆσθαι Δαβὶδ, καὶ νεωτέραν ἔχειν τὴν ἐν ἀνθρωπότητι γέννησιν. *Qem Dei Filium nominaverat, eundem & ex Davidis semine prognatum ait, & in Dei filium qoqe destinatum, sive*

B *segregatum, affirmat. At qomodo Deus, qi ex semine Davidis enascitur? qi avtem ante secula & ab æterno Filius, qâ ex Deo ortus, qo pacto in Dei filium destinatus, sive segregatus est, qasi ad subsistendi principium productus? Etenim de se ipse ait, Dixit mihi dominus, Tu es Filius meus; hodiè ego genui te. qum, hodie, nobis, non præteritum ferè, sed præsens potius tempus designet. — Etenim qui genitori coæternus est, & ante omne seculum Filius fuerat, ad humanam ubi descendit naturam, non à Deitate delapsus, sed humanitatem assumens, rite intelligatur, & ex semine Davidis oriundus esse, & novitiam*

C *in humanitate generationem habere.* Qæ eadem & verbatim habet repetita, *in dialog. ad Herm.* 8. *de incarnat. unigen.* Qanqam hîc, αὐτοκατάκριτος, *nunc harum, nunc illarum esse partium*, parúmqe constare sibi videri possit Cyrillus. Siqidem in *Thesavro* l. 35. hanc ipsam allegat Psaltæ periochen, qô probetur, γεννητὸν εἶναι ἐκ τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, οὐ πεποιημένον. *à Patre genitum, non factum Filium.* Et in *orat. 1. de rect. fid. ad Reginas* c. 8. *Filii nomen* hoc loco, τὴν ἐκ πατρὸς ὕπαρξιν οὐσιώδη τε καὶ φυσικὴν κατασημαίνειν, *à Patre existentiam essentialem & naturalem designare* affirmat. Cæte-

D rùm conciliari forsan sibi hîc Cyrillus poterit, si dicatur, priora commatii verba, de *generatione Christi*, *qâ Deus*, ab æterno, posteriora de ejusdem, *qâ homo*, *productione* in tempore novissimo, cepisse. qo modo Methodium in *Orat. de castitate*, interpretatum, ex Photio *myriobibli cod.* 237. discimus: qi tamen memoriâ, uti videtur, lapsus, voces has ad Christum in Jordane tinctum cœlitus à Patre χειροθετηθέντα refert. Hujus verba eô loci recitata sic habent. Παρατηρητέον, ὅτι τὸ μὲν, υἱὸς αὐτοῦ εἶναι, (alii, αὐτὸν εἶναι, ego αὐτοῦ εἶναι αὐτὸν) ἀορίστως ἀπεφήνατο καὶ ἀχρόνως. τὸ γὰρ

E υἱὸς, αὐτῷ ἔφη, καὶ οὐ, γέγονας· ἐμφαίνων, μήτε προσφάτως αὐτὸν τετυχηκέναι τῆς υἱοθεσίας· μή τ' αὖ προϋπάρξαντα τέλος ἐσχηκέναι, ἀλλ' εἶναι ἀεὶ τὸν αὐτόν. τὸ δὲ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ὅτι προόντα ἤδη πρὸ τῶν αἰώνων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐβουλήθη καὶ τῷ κόσμῳ γεννῆσαι, ὃ δὴ ἐστι πρόσθεν ἀγνοούμενον γνωρίσαι. *Observandum est, qòd Filium suum esse ipsum, indefinitè, citra temporis determinationem enunciat. Es enim, inqit, Filius, non, fueras, avt factus es: declarans, neqe recentem adeptum esse filiationem, nec finem habuisse qod prius extiterat, sed eundem eum semper existere. illud avtem, hodie*

F *genui te, qod eum qi ante secula in cœlo prius extiterat, mundo voluerat generare, hoc est, ignotum antè notum facere.* Cyrillus ipse *ad Regin. orat.* 2. c. 19. Ὁ δὲ καὶ οὕτως υἱὸς Θεοῦ καὶ πατρὸς, κατὰ τὴν προαιώνιον γέννησιν, ὁ δὲ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, κατὰ τὴν νεωτέραν καὶ ἔνσαρκον, ἣν ἂν εἴη δηλοῦν καὶ τὸ σήμερον. καιρὸν γὰρ ἡμῖν σημαίνει τὸν ἐνεστηκότα. εἰκότως δὴ οὖν καὶ τὴν σαρκικὴν εἶναι γέννησιν ὁ πατήρ. οἶδεν ἴδιον ὄντα υἱὸν, τὸν ἐξ ἑαυτοῦ θεϊκῶς, καὶ ἐκ γυναικὸς ἀνθρωπίνως. *Qi hoc modo Filius est Dei & Patris secundum generationem seculo omni priorem, idem & homo juxta nos est, secundum nuperam & carnalem,*

G *qam hodie istud hic admittit. tempus enim præsens nobis designat. carnalem itaqe generationem Pater etiam assumit sibi. suum esse novit Filium, & ex se juxta divinam naturam, & ex Mariâ secundum humanam.* Et *adv. Nestor.* l. 1. c. 6. Δύο φαμὲν γεγενῆσθαι ἀπεφήναντο, ἕνα δὲ δι' ἀμφοῖν υἱόν· ἄνω μὲν ἐν σαρκὶ γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον· τὸν αὐτὸν δὲ, μετὰ τὸ σεσαρκῶσθαι, καὶ τὴν διὰ γυναικὸς ἀναλαβόντα γέννησιν κατὰ σάρκα. *Duas fuisse dicimus generationes, unum verò per utramqa Filium: antequam in carne extitit, ex Deo Verbum: eundemqe posteà carnem factum, & per mulierem secundum carnem generationem subeuntem.* Illius ratione Christum μονογενῆ, *unigenitum*; istius, πρωτότοκον *primogenitum* dici observat, *adv. eund.* l. 2. c. 12. Et *cap.* 8. Γέγονε πρωτότοκος ὁ μονογενὴς, ὅτε καὶ ἄνθρωπος γέγονε καθ' ἡμᾶς. *Unigenitus primogenitus factus est, qando*

juxta

juxta nos homo editus est. qod & idem habet *ad Herm. dialog.* 4. Δι' ἡμᾶς μὲν πρωτότοκος, ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς· μονογενὴς δ' ἄν, ὡς εἰδὼς τὸ σύμπαν συντεταγμένος, ἐπεὶ τοι μόνος ἐξέφυ, καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. *Pro nobis primogenitus, qando juxta nos factus: rursus unigenitus, utpote nulli omnino conferendus, qandoqidem solus & natus, & ex ipsa Dei Patrisqe substantiâ genitus.* Idem deniqe *Orat. in Fest. Palm. Davidem de Christo dicentem avdiamus, ex utero ante luciferum genuit me Pater supernus. Et rursus, Filius meus es tu; ego hodiè genui te.* Δύο ἔχει γεννήσεις ὁ εἷς καὶ μόνος Χριστὸς. μίαν ἐκ πατρὸς ἀχρόνως, καὶ ἄλλην ἐκ μητρὸς ἀσπόρως. *Duas habet generationes unus idem solusqe Christus: alteram ex Patre sine tempore, alteram ex matre sine semine.* Et ibid. rursus: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, τῇ προσφάτῳ σαρκώσει τοῦ λόγου, *recente Verbi incarnatione.* οὐ γὰρ ἄλλος ἦν, ὁ πρὸ ἑωσφόρου ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ ἄλλος ὁ ἐν Βηθλεὲμ ἐκ μητρὸς σαρκωθείς. *neqe enim alius erat, qi ex Patre ante luciferum est genitus, ab eo qi in Bethlehem ex matre caro factus est.* Hæc illi. Locus avtem qem pro ab æternâ Christi, qà Dei, generatione adducunt, est ex Hymno 110. v.3. sed juxta Græcorum interpretum versionem veritati Hebraicæ minùs consentaneam. cujus itaqe vice substituere licuerit, Salomonis illa ex Parœm. c. 8. v. 22,-26. qibus *ante terram, abyssum, orbes cælestes, creaturam omnem, principium omne, editam se & extitisse Sapientia*, qi & *Dei Filius* Aguri sapienti Jakei filio dictus ibid. c. 30. v.3. verbis clarissimis profitetur. Accedit his Hilarius: *Cùm ante tempora*, inqit, *Filius Dei natus à Patre, unigenitus Dei Filius maneat, nec conveniens, nec consonans esse intelligitur, ut in die genitus sit, cùm dies omnis in tempore sit.* & qæ seqvuntur. Etenim argumentum istud prolixius, qàm ut transcribi ex usu sit, proseqitur. Qin & Avgustinus ipse, etiamsi in *commentariis in Psalmos* in diversum concedat, tamen in *qæstionibus super Genesin qæst.* 59. *Nam secundum hujus rei*, inqit, (h. e. *forma servi*) *Prophetiam illud est in Psalmo, Dominus dixit ad me*, Filius meus es tu. Verùm ad *resurrectionis* tempus demum delabitur Hilarius, de eâ verba Apostoli interpretatus, & dicta superiùs delibata, cum subjunctis, qæ aliò spectant, confundens.

Primo Joanni Calvino, viro omni lavde superiori, id qod res est, suboluit. Is ad Act. c.13. v.33. *Hic*, inqit, suscitandi *verbum, latiùs patet, qàm ubi pavlo pòst reperitur. neqe enim tantùm dicit Christum resurrexisse à mortuis, sed divinitus ordinatum, & qasi manu Dei productum in lucem, ut Messiæ partes impleret, sicut passim docet Scriptura, excitari à Domino Reges & Prophetas. nam verbum* ἀναστῆσαι *hoc sensu interdum capitur. hac avtem ratione me movet, qòd Deus Filium suum in mundum mittendo, promissionem olim servis suis datam exhibuit ipso effectu.* Hæc ille. Vidit & advertit idem, etiam Thomas de Vio, Cardinalis Cajetanus. *Dixerat*, inqit, *Jesum esse Messiam, & ipsum esse illum de qo facta est repromissio ad Patres antiqos: & ad hoc affert hanc secundi Psalmi avtoritatem.* Mox; *Comprobatâ æternitate Messiæ qantum ad divinitatem, probat ex alterâ avtoritate perpetuitatem ejusdem secundum vitam corporis post resurrectionem ejusdem.* Rem fusiùs atqe explicatiùs prosecutus est V. Cl. Fr. Junius in *Parall. l.1. par.95. Narrationis Apostolicæ*, inqit, *duo præcipua sunt membra: unum de Christo exhibito; alterum de excitato à mortuis. utriusqe confirmationem adhibuit; prout evidentissimè distinxit 32. & 34. versu. nam versu qidem 32. simpliciter de Deo in carne patefacto his verbis utitur*, Nos qoqe vobis evangelizamus eam promissionem qæ patribus facta est, Deum explevisse filiis illorum; qum excitavit nobis Jesum &c. *in versu avtem 34. ut alterum caput narrationis à se instituti ostenderet, rem disertis verbis exposuit διαρρηκτῶς.* Qod avtem excitaverit eum ex mortuis, nec ampliùs reversurum, &c. *qa antithesis commonstrat evidentissimè, priorem qidem confirmationis locum ad excitationem i. exhibitionem Christi pertinere; posteriorem verò ad* ἔγερσιν *& excitationem à mortuis, qam resurrectionem dicimus. atqe in eam sententiam verbum* ἀνιστάναι *non rarò accipi, cùm verbi ipsius etymon arguit, tum etiam persimilium locorum comparatio*, ut Act. c.2. v.30. & c.3. v.26. *& alibi.* Hæc Junius: Cui σύμψηφον deprehendo & V. Cl. Dan. Chamierum.

A Sic enim is *Panstratiæ tom.1. lib.15. cap.3. sect.22. Non de resurrectione* (Vers.32.) *sermo est; sed de promissione patribus factâ posterisqe præstitâ. Nam qod Latinum dixit*, resuscitavit, *imposuit Salmeroni & aliis.* Græcè est ἀναστήσας, *qod verbum, etsi usurpatur de resurrectione, tamen non semper. hoc loco ejus verbi is usus est, qi in* Deut. c.18. v.15. & Act. c.7. v. 37. Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος. Prophetam suscitabit vobis Deus. *De resurrectione avtem Pavlus statim pòst agit; & probat ex alio loco.* Hæc ille Junio planè σύμφωνος.

B Horum itaqe ex sententiâ, cum Christi θεανθρώπου duplex sit ἔγερσις sive ἀνάστασις: (utro siqidem modo vocare libuerit, de sensu nihil decesserit) altera *incarnationis*, altera *resuscitationis*: utramqe distinctìm Apostolus tum *prædicat*, tum & *probat*: *prædicatur* prior illa verbis illis, vers. 23. *Hujus è semine juxta promissionem suam* ἤγειρε, *excitavit Deus Israeli servatorem Jesum. prædicatur* posterior vers. 30. *Deus avtem ipsum* (occisum & in sepulcro positum) ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, *suscitavit ex mortuis.* priorem, Deum nempe promissionem illam vers.23. prædicatam, implevisse, ἀναστήσαντα, *excitando Jesum*, probandam *proponit* v.32. *probat* v.33. ex Psal.2. v.7. verbis illis, *Filius meus es tu: hodie ego genui te.* posteriorem, ὅτι ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, Deum scilicet *à morte* eundem *resuscitasse*, probandam *proponit* vers. 34. *probat* vers. 35. ex Psal.16. v.10. verbis illis, *Non permittes sanctum tuum corruptionem experiri.* Habes & utramqe hanc ἀνάστασιν à Petro seorsim enarratam, in concione illâ celebri Hierosolymis habitâ, qam scripto commendavit nobis Lucas idem Act. c.2. primò, vers.30. *David*, inqit, *propheta cum esset, sciretqe Deum jurejurando sibi adseverasse, ex fructu lumbi ipsius, qod ad carnem attinet*, ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, *excitaturum se Christum, qem in solio ipsius collocaret*, &c. habes *incarnationis* ἀνάστασιν. Mox vers. 31. *Præscius*, inqit, *idem locutus est*, περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, *de resurrectione Christi, non derelictum iri apud inferos animam ejus, neqe carnem ejus corruptionem experturam.* tum subjungit, vers. 32. *Jesum hunc* ἀνέστησεν ὁ Θεὸς, *Deus resuscitavit: cujus rei nos omnes testes existimus.* habes & *resuscitationis* ἀνάστασιν. ita Petro cum Pavlo in argumento isto explicando ad amussim planè convenit.

E Cæterùm de Hymnographi verbis qæ adjecit D. Junius, discussione aliqâ non indigna videntur. *Filium*, inqit, *Pater gignere dicitur ab æterno* κατὰ φύσιν, (*si* φύσις, i. e. *natura in hoc mysterio dici potest*) *vel potiùs* κατ' ἀλήθειαν *secundum veritatem: in tempore verò genuisse dicitur* κατὰ φανέρωσιν, *secundum declarationem, qam qidem* φανέρωσιν *luculenter à Spiritu Sancto fuisse demonstratam arbitror apud Prophetam Hebræo illo gignendi verbo, qod fæmina potiùs, qæ in lucem edit, qàm viro gignenti, tribuitur. Non sum nescius hunc Prophetæ locum ab aliis aliter explicari: qia hi divinum solùm illum æternæ generationis modum, ut plerique Patres; alii temporariæ generationis; alii utrumqe his duobus membris, qibus Propheta utitur, narrari putant. Sed unicum solùm si intelligas, non est satis ad justam fidei analogiam: sin avtem utrumqe, plus controversiæ & obscuritatis habitura est interpretatio, & verba non sunt* ταυτολογίᾳ *qadam caritura. qamobrem prius membrum convenienter scriptura de æternâ illâ generatione malo accipere, fretus avtoritate Apostoli, ad Hebr. 1. posterius, de illâ temporariâ, qâ factus est ex muliere, factus sub lege, in temporum plenitudine*, (Galat. cap. 4. vers. 4.) *qum Deus explevit promissionem Patribus olim factam, ut hoc in loco Pavlus interpretatus est.* Hæc αὐτολεξεὶ vir Cl. de qibus pavlisper dispiciamus.

Primò, qòd φύσεως vocabulum in hoc argumento usurpatum minùs probare videtur: non est, opinor, qòd ad eam voculam tam anxie hæsitemus, qum & apud Theologos tum antiqissimos, tum qam maximè orthodoxos, qasi consensu qodam unanimi receptum habeamus. unde adversus Arianos orat.3. Athanasius, ἡμᾶς θέσει, οὐ φύσει, *nos adoptione, non naturâ, Dei filios*, τὸν δὲ ἡμῶν λόγον φύσει, οὐ θέσει, *verbum naturâ, non adoptione, Dei Filium & esse & ab æterno extitisse*, multis ostendere conatur. Cyrillus itidem in *Thesavr. l.12. obj.4. resp.1.* & alibi passim. Ἡμεῖς κατὰ χάριν υἱοί· ὁ δὲ λόγος κατὰ φύσιν. *Nos secundum gratiam Filii Dei;*

Dei; *verbum avtem secundum naturam.* Sed & de Trinit. *fine Dialog.* 5. summâ, Ὅτι ἐξ αὐτοῦ (τοῦ πατρὸς) κατὰ φύσιν γεννητὸς ὁ υἱός. *Qòd ex Patre ipso secundum naturam natus sit Filius.* De Spiritu qoqe Sancto idem *eadem in dialog.* Τὸ ἐκ Θεοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ φυσικῶς προχεόμενον, *à Patre Deo per Filium prodire naturaliter.* Et *de rect. fide ad Imp.* c.28. Φύσει Θεὸς, καὶ υἱός. *naturâ Deus idem & Filius.* Sed nec ab eâ etiam abhorrent Spiritus Sancti amanuenses. Etenim cum Petrus θείας φύσεως, *divinæ naturæ*, meminit, Epist. 2. c.1. v.4. cujus οἱ πιστοὶ κοινωνοὶ, *fideles participes*, fiant, qod etiamsi aliò trahant nonoulli, mihi tamen clarum satis videtur D. Ludovici de D.ev interpretamentum, qi nihil esse vult aliud θείαν φύσιν, qàm *Deum* ipsum. qemadmodum & φύσις ἀνθρωπίνη, pro *hominibus*; & φύσις θηρίων, pro *bestiis* ipsis usurpatur, Jac. c. 3. v. 7. Θεοῦ avtem κοινωνοὶ dicuntur fideles, qomodo Χριστοῦ μέτοχοι, *Christi consortes.* Heb. c.3. v. 14. Tum & Pavlus, cum ad Galat. c. 4. v. 8. Τοῖς μὴ φύσει Θεοῖς, *illos qi natura non sunt dii*, de fictitiis exterorum numinibus dixit, τὸ φύσει Θεὸν, *natura Deum*, ex adverso, Deum verum iotelligi diciqe citra scrupulum omnem posse, tacitè saltem subindicavit. qod & Cyrillo observatum *de rect. fid. ad Imp.* c.31. Deinde, illud minùs placet, qòd generationem alteram, qæ ab æterno extiterit, καθ' ἀλήθειαν, alteram qæ τῆς ἐνσαρκώσεως *incarnationis*, fuerit, κατὰ φανέρωσιν, factam dicit. noo qòd virum clarissimum existimem hæreticorum illorum sententiæ suffragari, avt vel leviculè favere, qi δοκήσει μόνον καὶ φαντασίᾳ, *apparentia tantum & imaginatione*, noo avtem καθ' ἀλήθειαν, Christum natum passumqe contendebant: sed qòd tam ipsa Christi incarnatio, qàm illa ab æterno generatio, κατ' ἀλήθειαν gesta verè dicatur, imò oecessariò dicenda sit; nec à veritate itaqe ἡ φανέρωσις hac in parte distingui avt disterminari debeat. Tertiò, nec τῆς φανερώσεως nomen ita incarnationi tributum qadrabit, ut eâ φανερωθεῖσαν, i.e. *declarata ac manifestata* intelligatur generatio illa Christi, qâ Patri ὁμοούσιος, *essentiæ ejusdem*, qæ ab æterno extiterit. oeqe enim ea τῇ ἐνσαρκώσει merâ, tam manifestata atqe exposita, qam obducta potius & obvelata videri potest: ut Apostolus ad Philip. c.2. v.6,7. Θεὸν ἐν σαρκὶ φανερωθέντα, *Deum in carne conspicuum factum esse*, reverâ prædicat Apostolus ad Timoth. Ep.1. c.3. v.16. qia carnis indutæ beneficio obtutibus humanis conspicuus sit factus, ut Joan. Ep.1. c. 1. v. 1, 2. sed aliud est Θεοῦ, aliud θείας γεννήσεως φανέρωσις, *divinæ generationis manifestatio.* Alioqi si τὸ προελθεῖν pro *edi, produci, in lucem prodire* sumatur, tam de Christi qæ ab æterno generatiooe à patre, qàm & de eâ, qæ in temporis plenitudine ex matre fuerat, à Cyrillo, in eis qæ ex eodem sunt superiùs pavlò adducta, usurpatum est deprehendere. Qartò, qòd Prophetam ait qasi consultò hac cavssâ eo *gignendi* verbo usum, qod *fœminæ potiùs in lucem partum edenti, qàm viro gignenti tribuitur*; nihil solidi continere videtur. Neqe enim minùs freqenter de *viro gignente*, qàm de *muliere pariente*, verbum ילד io sacrâ paginâ usurpatur: (videantur Genes. cap.5. & 10. qibus numerosè id occurrit) nec ex virginio matris, sed ex Dei Patris personâ istud istic enunciatur. qin & illud etiam adjicere licet, usurpatum Salomoni vocabulum הוללתי in æternâ τοῦ λόγου generatione narrandâ, Parœm. c. 8. v. 24, 25. qod de fœminâ, Sarâ scilicet nsurpatum reperitur, Esaiæ c. 52. v. 3. de viro, nusqam. Quintò, qòd *plerique patres de divino solo æternæ generationis modo Psalta locum explicare* prædicantur; havd esse vero prorsus consentaneum, ex eis qæ ex scriptis horum superiùs adducta sunt, patet. Sextò, *si altera sola hic intelligatur generatio*, qòd dicitur, *non sufficere ad justam fidei analogiam*, nullius mihi planè momenti videtur. neqe enim poscit *justa fidei analogia*, ut ubicunqe de alterâ mentio fit, de alterâ qoqe unâ dicatur. satis fuerit, si dicatur nihil, qod alterius fidei detrahat. Septimò, ταυτολογίας vitio qare laboratura dicatur dictio prophetica, si utraqe intelligatur, nihil video: imò nec si de alterâ duntaxat membrum otrumqe sumatur, qum prioris membri ratio posteriori reddi qeat. Octavò, generationis ullius in priore membro, mentio, expressa saltem, nulla est. *Filius* tantùm dicitur is, ad qem ex Dei Patris personâ sermo dirigitur. tam avtem *nativitatis* ratione, *Dei Filius* est Christus θεάνθρωπος, qàm & ab æterno ὁ λόγος *Dei Filius* extiterat. Vatem vates. Davidem Gabriel (nam & vatis munere in legatione illâ πρὸς τὴν θεοτόκον functus est) liqidò explicans attentiùs avdiatur. Lucæ c.1. v.35. *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus altissimi inumbrabit te: proinde etiam sanctum id, qod ex te gignetur, Filius Dei vocabitur.* qod qid est aliud, qàm qod per citharœdum sacrum Deus Pater, *Filius meus es tu: hodie ego genui te?* nisi qòd hic tanqam factum jam nunciat, qod tanqam futurum prænunciat ille. Deniqe de loco illo ad Hebr. cap. 1. ver.4,5. qo Christus *Angelis præstantius nomen* sortitus perhibetur; idqe cùm ex his ipsis Psaltæ verbis, tum ex Dei ipsius ad eundem habitis, Histor. Reg. l.2. c.7. v.14. & Annal. l.1. c.17. v.13. & c.22. v.13. comprobatur, qibus *Filii* nomen Christo tridem tribuitur, havd difficilis est solutio. Christum scilicet θεάνθρωπον peculiari qadam ratione, qæ nec mortali, nec angelo etiam cuiqam, competat, *Filium Dei* nuncupari. Etsi enim fideles omnes *Dei Filii* passim dicuntur, partim θέσει, sive adoptionis, partim etiam γεννήσεως, sive *generationis*, vel potiùs ἀναγεννήσεως ἤτοι παλιγγενεσίας, *regenerationis* ratione. Joan. c.1. v.12,13. Galat. c.4. v. 4. 5, 6. Jac. c.1. v.18. 1 Pet. c.1. v.3.23. Tit. c. 3. v. 5. magistratus qoqe κατασκευῆς καὶ ἐπιτροπῆς, *muneris ac præfecturæ*, qam obtinent exercentqe, ratione, (unde & exteris ipsis Διογενεῖς βασιλῆες, *Reges Jove geniti*) *Dei Filii* vocitentur, Hymn.82. v.6. nec τῷ πρωτοπλάστῳ tantùm, nostri omnium parenti, κτίσεως, sive *creationis* nomine, qia noo à Deo tantùm, sed & in ejusdem *imaginem* ac effigiem qodammodo conditus fuerit, nominis id hæserit, Lucæ c. 3. v. ult. sed & *spiritibus* illis gloriosis, qos ministerii ratione *angelos* appellamus, titulus idem eâdem de cavssâ communicatus deprehendatur. Jobi c.1. v.6. & c. 2. v. 1. & c. 38. v. 7. Frustra enim sunt Doctores è Græcis antiqi, qi appellationis hujus honorem *angelis* abjudicant, in qibus est Jo. Chrysostom. *in Genes. orat.*22. qi dum absurdum qorundam de *Filiis Dei* Genes. c.6. v.1. qos illi *angelos* opinabantur, delirium exersum it, errorem errore refellere ac revellere conatus; Πρῶτον, inqit, δειξάτωσαν, ποῦ ἄγγελοι υἱοὶ Θεοῦ προσηγορεύθησαν· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν οὐδαμοῦ δεῖξαι. ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἐκλήθησαν υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, ἄγγελοι δὲ οὐδαμῶς. *Ostendant primo ubi angeli filii Dei sint nuncupati. at nusqam hoc factum ostendere poterunt. etenim homines qidem Filii Dei dicti sunt; at angeli nusqam.* imò dicti sunt, nec id semel avt bis duntaxat, in iis, qos suprà indicavimus, locis. Verùm fefellerat virum præstantissimum, cum aliis havd pavcis, versio Græca, qæ in Jobi historiâ, pro eo qod ex Hebraicâ veritate, οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ dici debuerat, mentem historici secuta magis qàm verba, οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, reddidit. Etiamsi, inqam, aliis havd pavcis appellationis istud tributum legatur, tamen peculiari qadam, nec alii cuiqam cum ipso communi, ratione, Christo τῷ θεανθρώπῳ ea asscribitur; partim qòd natura ipsius, qem nobiscum eandem specie, sed numeris omnibus absolutam, gerit, humana, Dei solius virtute merâ in utero virginali condita; partim qòd eadem ὑπὸ τοῦ λόγου, qi ab æterno *Dei Filius* extitit, ita est assumpta, ut unam eandemqe cum illo junctim, personam constituat. qod ad Apostoli propositum abundè suffecerit. Qamvis avtem reverâ repudiandum & rejiciendum sit dogma illud pestiferum in Concilio Francofurtensi jam olim damnatum, qod Pavlinus Aqilejensis libro peculiari *adversus Felicem Urgelitanum & Elipbandum Toletanum* ejusdem patrooos conscripto oppugnavit, qo illi Christum *Filium Dei adoptivum* esse, contendebant; qum nec de *angelis* ipsis, qi à statu io qo primum conditi sunt, nunqam defecerint, nisi ἀκύρως καὶ καταχρηστικῶς enunciari istod posse videatur. Aliter tamen *Christus*, qà *Deus*, aliter, qà *homo*, *Dei filius* idem dicitur. qà *Deus* enim, *naturâ*; qà *homo*, *gratiâ*, titulum hunc obtinet. Inculcat illud creberrimè Avgustinus, gratiæ divinæ patronus & propugnator acerrimus, *in Joannem tract.* (citante & Petro Lombardo, ubi controversiam hanc disceptat, & prius illud rejiciens, istud tamen admittit,

mittit, *sentent. lib.3. dist.10.*) *Qòd unigenitus est æqalis Patri, non est gratia sed natura: qod avtem in unitatem personæ unigeniti assumptus est homo, gratia est, non natura:* Et de *prædestinat. Sanctor. c.15.* *Est præclarissimum lumen prædestinationis & gratiæ ipse Salvator, ipse mediator Dei & hominum, homo Jesus Christus. qi hoc ut esset, qibus tandem suis vel operum vel fidei præcedentibus meritis natura humana, qæ in illo est, comparavit? respondeatur, qæso, ille homo, ut à verbo Patri coæterno in unitatem personæ assumptus, Filius Dei unigenitus fieret. unde hoc meruerit. qod ejus bonum qalecunqe præcessit? qid egit antè, qid credidit, qid petivit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? nonne faciente ac suscipiente verbo, ipse homo ex qo esse cœpit, Filius Dei unicus esse cœpit? nonne Filium Dei unicum fœmina illa gratiâ plena concepit? nonne de Spiritu Sancto è virgine Mariâ Dei Filius unicus natus, non carnis cupidine, sed singulari Dei munere? nempe ista omnia singulariter admiranda, singulariter in illo accepit humana, hoc est, nostra natura, nullis suis præcedentibus meritis. gratiâ ille salus ac tantus est. Appareat itaqe nobis in nostro capite ipse fons gratiæ, unde secundum uniuscujusqe mensuram se per cuncta ejus membra diffundit: eâ gratiâ fit ab initio fidei sua homo qicunqe Christianus, qâ gratiâ homo ille ab initio suo factus est Christus; de ipso Spiritu & hic renatus, de qo est ille natus. qisqis in capite nostro præcedentia merita singularis illius generationis invenerit, ipse in nobis membris ejus præcedentia merita multiplicatæ regenerationis reqirat. neqe enim retributa est Christo illa generatio, sed tributa.* Hæc ille. qibus gemina habet & de *dono perseverantiæ* (ita enim ex Remigio Lugdunensi legendum monet Præsulum decus ille Jacobus Armachanus *histor. Pelag. c.8.*) *cap.24.* Et, *de corrept. & grat. c. 11.* Nec aliud, opinor, volebat Cyrillus *ad Herm. dialog.3.* cum *Christo* dixit, *nomen supra omne nomen* tunc datum, ὅτι καὶ χρῆμα τὸ καθ' ἡμᾶς ὑπέδυ, οἷς εἷς ἐξ ἡμῶν, εἰς υἱὸν ἐγγέγραπται Θεοῦ, θετὸς μεθ' ἡμῶν, καὶ δι' ἡμᾶς ὁ γνήσιος, ἵνα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτὸν, υἱοὶ τῆς ὑπὲρ φύσιν εὐκλείας ἀναδειχθῶμεν κοινωνοί. qod vertunt, *cùm etiam formâ nostrâ assumptâ, velut unus è nobis, in filium adscriptus est Dei, adoptatus nobiscum & propter nos. ille verus ac germanus (genuinus, malim) ut & nos propter ipsum filii supernaturalis gloriæ simus participes.* Siqidem τὸ ἐγγεγράφθαι (qod *adoptari* reddunt) vocabulum eo modo usurpavit, qo τὸ ὁρισθέντος apud Apostolum ad Rom. c. 1. v. 4. sumere se passim ostendit.

Liceat obiter & de Esaiæ clavsulâ illâ c. 53. v. 8. qæ & Act. c. 8. v. 33. recitatur, *Generationem ejus qis recenseat?* qid sentiam, pavcis proponere. Antiqi qiqe ferè, dum adversus Arianos dimicant, ad *Christi*, qâ *Deus*, *ab æterno generationem*, sed nolentem trahunt. recentiores pleriqe ad vitæ *durationem* referunt, ut דור voce satis affini, *duratio* vertatur. qia seqitur, v.10. *Prolongabit dies.* Ego de *sobole* numerosâ ad Deum perducendâ, malim interpretari. qia seqitur v. eodem, *videbit semen.* Et v. 11. rursus: *Videbit semen, & satiabitur: cognitione sui* (i. fide in ipsum) *justificabit multos justus servus meus. Semen* avtem *Abrahæ*, in semine ejusdem singulari illo benedicendum, tam numerosum fore promittitur, ut *stellarum numerum* exuperet, nec illius magis turba, qàm harum turma recenseri à qoqam qeat. Genes. c. 15. v. 5. Ita דור creberrimè sumitur. Hymn. 24. v. 6. זה דור דרשו *Hæc est generatio qærentium ipsum.* & Eccles. c. 1. v. 4. דור הלך ודור בא *Generatio vadit, & generatio venit.* i. succedunt sibi invicem generationes mortalium: ἵνα ἀεὶ νεαρὸς ᾖ ὁ κόσμος. *ut mundi facies jugiter innovetur.* uti M. Antoninus Imper. *de institutu sui l. 7. §. 25.* Σώζουσι γὰρ κόσμον, ὥσπερ αἱ τῶν στοιχείων, οὕτω καὶ αἱ τῶν συγκριμάτων μεταβολαί. *Porro conservant mundum sicut elementorum, ita & concretorum ex his mutationes. Ibid. l. 2. §. 3.* Et l. 6. §. 14. Ῥύσεις καὶ ἀλλοιώσεις ἀνανεοῦσι τὸν κόσμον διηνεκῶς. ὥσπερ ἡ τοῦ χρόνου ἀδιάλειπτος φορὰ τὸν ἄπειρον αἰῶνα νέον ἀεὶ παρέχεται. *Fluxus & mutationes perpetuum renovant, sicuti temporis successio nunqam intermissa ævum interminatum exhibet novum subinde.* ita enim restituenda sunt, qæ in excusis loco mota habentur. Gemino sensu τὸ γενεὰν non desunt qi sumant, Marci c. 13. v. 30. io verbis illis, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, μέχρις οὗ πάντα ταῦτα γένηται. *non transibit generatio ista, donec hæc omnia facta fuerint.* ut mens Christi sit, perennaturam & permansuram, non obstantibus tot malis cladibúsqe qibus ea affligenda & qasi conterenda sit, *gentem* Judaicam, usqe dum omnia ibi prædicta complementum suum sortita sint, hoc est, ad ipsam seculi ipsius consummationem diémqe novissimam. Verùm de hoc aliorum esto judicium.

Qibus &, ubi proposuerim, censendam relinqam, Petri Picherelli (de qo viro eximio scriptísqe illius alibi dicendi locus deinceps dabitur) verborum Psaltæ syntaxin novam; qam in *Annot. postum.* reperio, ad Dei verba, Genes. c. 3. v. 14. qæ is hoc modo παραφράζει, *Qia hoc fecisti, maximè omnium animantium, etiam ferarum, maledicte, pérqe omne vitæ tempus humi serpiture, & pulverem esiture; ob id inimicitias inter te & mulierem excitabo, intérqe tuum & illius semen:* hæc insuper adnotans; ארור אתה verto per vocandi casum, usqe ad versus seqentis initium. Sic Luc. c. 1. v. 28. Angelus Mariæ, χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ (ברוכה את) ἐν γυναιξὶν i. e. *Dominus sit tecum,* (salutationem aliis verbis geminavit) *maximè mulierum benedicta.* Tale est σὺ per vocandi casum reddendum, Act. c. 4. v. 24. Δέσποτα σὺ ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας, &c. *Domine Deus tu, qi fecisti.* Sic de suo præter Hebræum addiderunt Græci σὺ, Jer. c. 16. v. 19. Κύριε σὺ ἰσχύς μου, *Domine tu fortitudo mea.* Sic qod Psal. 2. v. 7. est, *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, &c.* potest verti, *Fili mi, qem ego hodie genui, postula à me, &c.* Nec obstat, qod Act. c. 13. v. 33. & Heb. c. 1. v. 5. & c. 5. v. 5. citatur tantùm, *Filius meus es tu, ego hodie genui te;* qasi in eo sit absoluta sententia. nam citatur juxta Græcos, qi addunt εἶ, *es;* & id tantùm qod ad rem faciebat. Qale avtem in eo est præceptum, qod Christus antè promittit se narraturum & prædicaturum, si absit imperativus, *Postula à me?* Ad hanc versionem facit textus Hebraicus Gen. c. 49. v. 8. יהודה אתה יודוך אחיך *Juda tu, celebrabunt te fratres tui.* qem Græci & Hieronymus verterunt, *Juda, te lavdabunt fratres tui.* Structura certè & congrua satis, nec minùs mihi probabilis videtur: sed viderint eruditi.

CAPUT VI.

Hymni 1. versiculus ultimus explicatur. Nosse, *pro* probare, curare, cordi habere. Non nosse, non agnoscere. *Verba Pauli Act. 23. 5. expenduntur. Varia variorum de eis sententia.* Μεταχηματισμὸς *qid, & unde tractum. Hentenii halucinatio. In Lysiâ hiatus expletus. Ananias utrum Pontifex summus fuerit. Ejusdem summa apud suos avtoritas. Pontificum sub Felice & Festo successio. Ananiam Annæ filium Camerarius frustra existimat. Ananiam cum Anano eundem & Beza frustra. In antithetis ellipticis, membrum alterum ex altero supplendum. Versiculi istius incisa duo, qatuor inclusa gerere axiomata. Parœmiarum loca aliqam multa expensa & explicata. Ex unico versiculo octo elici documenta.*

ABsolvemus tandem capite isto, qicqid de hymno primo animadvertere visum est. Novissima periocha; *Novit enim Jova viam justorum; via verò improborum peritura est.* nihil ferè difficultatis habet. Etenim tritum est illud; *novit.* i. *agnoscit, intuetur ad benefaciendum,* Camius. sive, *novit,* i. *probat, curat, rationem habet.* Junius. cujus significationis exempla havd pavca suppeditat, cum Camius ad hunc locum, tum & Drusius *qæsitorum l.2.c.50.* ex Exod. c. 3. v. 7. Devt. c. 34. v. 10. Hymno 31. v. 8. & 142. v. 5. & 144. v. 12. Hosh. c. 13. v. 5. Matth. c. 7. v. 23. qibus adjicere liceat, ex Hymno 37. v. 18. (qi locus huic geminus) *Novit Jova dies integrorum* i. e. agnoscit, curat, rationem habet. dierum sive temporum i. e. vitæ, status, conditionis, proborum ac piorum. ex Prov. c. 12. v. 10. *novit justus animam jumenti sui.* i. vitam curat. Et ex ad Rom. c. 7. v. 15. ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. *qod perpetro*

petro enim; *non cognosco*. i. non agnosco, non probo. seqitur enim: *ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. hoc qod ipsemet odi, facio.*

Unum duntaxat locum juris controversi subjiciam. Trahunt huc avtores non ignobiles, etiam Pavlinum illud de Ananiâ Pontifice, qi nullâ processus judiciarii ratione habitâ, comparentem coram se Apostolum, citra cavssam, cædi jusserat, Act. c. 23. v. 5. *Nesciebam, fratres, esse Pontificem.* Neqe enim desunt, qi Apostolum reverâ nescivisse hoc, avt potuisse etiam nescire, negent prorsus. Itaqe *Pontificem nescire*, interpretantur, *non agnoscere, pro Pontifice non habere.* B Verùm & isti qoqe in partes varias discedunt. Alii enim *de officio ac munere* ipso *Pontificio*, alii de *Ananiæ personâ* dictum intelligunt. De *munere* ipso accipiunt alii, Pontificem nullum jam agnoscere Pavlum præter Christum; qia cum ad ipsius adventum sacerdotium Judaicum cessaverit, qisqis jam pro Pontifice gesserit sese, *parietis instar dealbati* habeat, noménqe tantum inane, & umbram meram Pontificis, hoc est, titulum sine re, gerat. Hâc præeunt Cyprianus *ad Cornel. l. 1. Ep. 3.* & Avgustinus *ad Marcellin. Epist. 5. & de serm. Dom. in mont. l. 1. c. 14.* C sequuntur Beda, Rabanus Mavrus, & Hugo Cardinal. qi alias tamen affert qoqe interpretationes. Verum istud vix probabile; qia praxi Pavlinæ minus consentaneum videtur. certè enim qi, ut est cap. 21. v. 26. ritus ipsos, qos unà cum Sacerdotio cessare necesse fuit, & in tantum cessaverant, in qantum ipsum cessaverat, non pro nullis prorsus habuit, cum & observaret ipse adhuc, & observantibus atqe exeqentibus adesset, sacerdotium ipsum, à qo pendebant illi, non potuit pro nullo prorsus habere. Alii itaqe ad *Ananiæ personam* restringunt, hunc nimirum D *pro Pontifice non habere, non agnoscere* Apostolum; vel qia reverâ Pontifex tunc non esset, sed *in veri Pontificis*, sive Ismaelis*, sive Josephi, *partes sese obtrusisset*, nudo illi Pontificatus relicto nomine. atqe ita Theod. Beza. vel qia *sacerdotium*, qod eis temporibus venale erat, *pecuniâ comparaverat.* qod Hugo Card. suspicatus. vel qod *nihil in ipso Pontifice dignum compareret.* qo inclinant Jo. Calvinus, Jo. Brentius, & Flac. Illyricus. *qis enim pro Pontifice illum agnoscat, in qo nihil nomine ac titulo isto dignum cernitur?* inqit Rhod. Gvalterus. vel qia adversus Pavlum *non se pro Pontifice gesserat*, E sed contra munus, qod obiret, imo contra jus fasqe indemnatum ac inavditum cædi jusserat. atqe in hanc partem propendent Jo. Ferus, & Luc. Lossius, ut eo modo sit à Pavlo dictum, qo modo in faciem L. Philippo Coss. L. Crassus (referente Cicerone *de orat. l. 3.* & Val. Maximo *l. 6. c. 2.*) *Non es mihi, Philippe, consul: qia nec ego tibi senator sum.* Et Senatus Principi nescio cui (nisi si eadem est historia, & Hieronymum, qi in *Epist. ad Nepotianum* narrat, memoria fefellit) Domitius; *Cur ego te habeam ut principem, cum tu non habeas me ut Senatorem?* F sed & de Antonio Cicero *Philippic. 2. Non tractabo ut Consulem: ne ille me qidem ut Consularem.* Cæterùm ab Apostoli genio atqe ingenio alieniora planè videntur ista. Proinde alii censent citra figuram tropúmve ullum, *ignorantiam* disertè professum Apostolum. qanqam nec istis inter se convenit satis. qidam enim *dissimulanter* loqutum volunt, ac ne animos illorum irritaret amplius, ejus rei ignorantiam præ se tulisse, qam probè tamen novisset. Ita Oecumenius (cui & Joach. Camerarius accedit) *Ὥσπερ μεταμεληθείς, οὐκ ᾔδειν, λέγει, καί τοι εἰδώς. ἀλλὰ προσποιεῖται ἄγνοιαν, οὐ βλάπτουσαν, ἀλλ' οἰκονομοῦσαν· ἔστι γὰρ μεταχειρισμοῦ χρήσασθαι ἰσχυροτέραν παῤῥησίας· πολλάκις γὰρ παῤῥησία μὴ ἄκαιρος ἔβλαψε τὴν ἀλήθειαν. μεταχειρισμὸς δὲ εὔκαιρος κατώρθωσε τὸ προκείμενον.* G *Tanqam si increpationis pœniteret, Nesciveram, inqit, cum sciret tamen. sed ignorantiam præ se fert, non noxiam tamen, sed dispensatoriam. retractatio siqidem* (sive etiam *tractatio commoda*) *qandoqe adhibita, oratione liberiore plus valet: oratio enim liberior intempestivè adhibita veritati sæpenumero obfuit; cum retractatio, sive commoda tractatio, tempestivè usurpata, qod agebatur, negotium probè constituerit.* *μεταχειρισμὸν*, *retractationem*, sive *rei emendationem* Budæus significare istic opinatur. nam Jo. Hentenius *ab avtoris mente parasangis multis aberravit, qum vertit: *Contingit enim ut qis graviori dispensatione libera* A *loqutionis utatur. freqenter enim intempestiva loqendi libertas veritati nocuit; tempestivus avtem usus, qod propositum erat, correxit.* *μεταχειρισμὸν* ad *παῤῥησίαν* refert, & antithesin inter *παῤῥησίας* ejusdem usum tempestivum atqe intempestivum constituit. at verò Scholiastes (sive Oecumenius, sive alius qis is est) *μεταχειρισμὸν τῇ παῤῥησίᾳ* disertè opponit, eúmqe tempestivè adhibitum plus istâ pollere affirmat. ita, inqit, *μεταχειρισμοῦ* est uti, ut *παῤῥησίας* efficacior sit. proinde *μεταχειρισμοῦ* vocabulum, (sicut & verbum *καταρτίζειν*, Apostolo usurpatum ad Galat. c. 6. v. 1.) pro qo eo- B dem *χειρισμὸν* usurpavit Hippocrates *libr. περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον πραττομένων*, à re chirurgicâ tractum existimo, in qâ scita commodáqe loci affecti tractatio, plurimum valet, laborantémqe molestiâ graviore dum liberat, curationis admittendæ reddit patientiorem. Allusit eòdem elegantissimè Lysias *orat. de pecunia è publico accepta*: *Ἐγὼ γὰρ πάντας τοὺς ἔχοντάς τι δυσχερὲς τοιοῦτο, [νομίζω δεῖν] τοῦτο ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν*, (ita enim supplendum restituendúmqe locum eum avtumo) *ὅπως ὡς ἀλυπότατα μεταχειριοῦνται τὸ συμβεβηκὸς πάθος. Ego eos omnes qibus infortunium istiusmodi con-* C *tigit, hoc qærere ac meditari studiosè censeo oportere, qo modo malum id qod obvenerit, minimâ cum molestiâ tractent.* Certè qod medicorum princeps ille *lib. de fract.* monuit, tractatio minùs commoda, *πόνους ἄλλους πολλοὺς προστίθησι μείζονας τοῦ τρώματος, dolores alios multos vulnere ipso graviores non rarò adjicit.* Itaqe *μεταχειρισμοῦ* nomine Scholiastes, ut mihi videtus, artificium qoddam designavit, qo cùm astantium, tum & considentium, animos, increpatione acriori jam exulceratos, ignorantiæ, sed simulatæ illius excusatione, qasi tractatione leniori, adhibitâ, mitigare atqe delinire conabatur. D Verum hoc, tanqam qod magis adhuc ab indole pugilis nostri istius abscedat, rejiciunt respuúntqe merito pleriqe.

Interim, nec qi simplicem ac proprium verbi usum dictionísqe notionem agnoscunt, de Apostoli mente secum invicem consentiunt. Nam Jo. Chrysostomus (cujus vestigia premit hic, ut ubiqe fere, Theophylactus) *μὴ εἰδέναι αὐτόν, ὅτι ἀρχιερεύς ἐστι, nescivisse* reverà contendit Apostolum, *fuisse Pontificem Ananiam* istum; nec id minùs verisimile, qum & Apostolus diu Hierosolymis abfuisset, ipsúm- E qe inter alios multos considentem conspicaretur, havd notabili aliqo indicio à reliqis distinctum. qibus adjici potest eis temporibus, nunc à præfectis Romanis, nunc à regibus Judæis, pontificiam dignitatem modò huic, modò illi delatam, eisdémqe pavlo post pro libitu ademptam denuò, ut intra annum eundem tres qondoqe Pontificatum gessisse referantur. His ergo calculum dant suum Th. Cajetanus, Isidorus Clarius, Bened. Aretius, & eruditissimus Rich. Montacutius noster, *ad Origines Ecclesiasticas appar. 6. §. 32.* qibus & ipse lubentissime accedo. At Vir Cl. F Andreas Rivetus (qem pavci, opinor, hîc comitantur) aliò istic concedit. in *Isagog. ad Scr. Sacr. cap. 21.* Neqe enim ambiguum opinatur fuisse, utrùm Ananias Pontifex esset, sed an ille istud loqutus fuisset. *Id*, inqit, *mihi verisimile est, avdivisse qidem Pavlum vocem emissam ab aliqo ex eis qi ad judicandum sederant; neqe tamen scivisse è qonam eorum vox profecta erat. A pontifice avtem profectam non putavit, cùm propter ejus avtoritatem, à qâ indignum erat tam præcipitem offensionis significationem editam propter simulatam saltem sanctitatem, a qâ tam iniqa vox non videbatur erumpere. Accedit qòd* G *concilium illud non fuerat coactum in loco consveto, ubi definitus esset judicantium seu deliberantium ordo, pro cujusqe dignitate & merito, sed prope arcem, qò accersitus fuerat à tribuno, & ubi Pavlus erat. qod illud indicat*, cap. 22. v. 30. jussit sacerdotes ἐλθεῖν venire. *Avdivit ergò Pavlus vocem in turbâ, & illi à qo emissa est denunciavit paratam esse à Domino pœnam. qi avtem cum Pontifice venerant, omnes ad judicandum sedebant.* Verùm ratio prior parum, puto, ponderis apud illos habebit, qi novit qales Pontifices eo seculo extiterant. altera sententiæ priori (cui ego itaqe potius adhæreo) favere magis videatur.

Cæterùm ambigitur, utrùm reverà Pontifex summus fuerit tunc temporis Ananias iste, necne: qod virum summum negasse suprà monuimus. Et Josephus sanè Ananiam

istum Pontificem, ante procurationem Judaicam Fœlici demandatam, Clavdio imperante, tradit à Numidio Qadrato Romam missum. *antiqu. l. 20. c.* 5. Jonathan verò Ananiæ sub Fœlice substitutum, havd diu postea, circa tempus secessionis Ægyptio illo avtore factæ, de qo mentio fit Act. c. 21. v. 38. Fœlice ipso cædem procurante, interemptum. Huic cæso Ismaelem Phœbei filium successisse: cui Romæ detento Josephus Simonis filius sub Festo ab Agrippâ Rege suffectus sit, ibid. c. 7. Itaqe Ananiæ hujus, sub id tempus, qo de Pavlo cognitio ista est habita, pontificatui locus nullus relictus videtur. Nodum hunc Baronius Cardin. *annal. tom.* 1. *ad annum Christi* 58. non tam solvit, qàm scindit & secat, Josephum erroris manifesti incusando. Mitiùs meliùsqe Jo. Calvinus, qi difficultatem istam triplici ratione conatur expedire. Primò itaqe Ananiam istum ab eo qem Josephus sub Clavdio collocat, alium esse suspicatur: *qumqe inter Ananiam priorem illam & Ismaelem vacuum aliqod tempus reliqerit Josephus, fieri posse putat, ut Ananias iste summum sacerdotium intermedio illo tempore obtinuerit.* Verùm suspiciones reverâ meræ istæ, minúsqe probabiles videntur. neqe enim alius Ananias videtur iste, qàm ille sub Clavdio Nebedæi filius Josepho Canei an Camydæ filio ab Herode suffectus. Joseph. *antiq. l.* 20. *c.* 3. Tum inter Ananiam & Ismaelem Jonathas à Josepho collocatur. *ibid. c.* 6. Nec displiceret viri doctissimi conjectura, si pro Ananiâ Jonatham dixisset. inter Jonatham enim Fœlicis fravde sublatum, & Ismaelem hujus loco substitutum, videtur temporis spatium aliqod intercessisse, qo Ananias havd ita pridem loco amotus, Pontificis exeqi munus potuerit. Verùm alias suggerit Vir clarissimus probabiles magis conciliandi rationes. Secundò igitur ἀρχιερέα istic *sacerdotem primarium* magis qàm *summum* significare posse monet. Et reverâ sub Christo inter homines agente, Annas simul & Cajaphas ἀρχιερεῖς prædicantur, Luc. c. 3. v. 2. de qo loco videri poterunt Jos. Scaliger. in *prolegom. ad thesavr. tempor.* Dion. Petavius *de doctrin. tempor. l.* 10. *c.* 55. Cæs. Baronius *annal. tom.* 1. *ad ann.* 31. § 8. Rich. Montacutius *ad Origin. Ecclef. appar.* 6. § 59—79. & Joan. Seldenus *de success. in Pontific. Ebr. l.* 1. *c.* 12. Qin & Josephus, *bell. Jud. l.* 2. *c.* 21. τοὺς ἀρχιερεῖς Ἰωνάθην καὶ Ἀνανίαν, à Qadrato refert Romam missos. qum tamen Ananias, non Jonathas, qi Ananiæ posteà suffectus existimatur, summum sacerdotium tunc tenuisse videatur; & ab eodem historiam eandem planè narrante, *antiqit. l.* 20. *c.* 5. οἱ περὶ τὸν Ἀνανίαν ἀρχιερέα Romam missi dicantur. Tertiò, respondet, *fieri potuisse, ut Ananias iste, cum strenuus cordatúsqe haberetur, tantaqe extiterit avtoritatis, ut penes ipsum summa gubernatio consisteret, qamvis alii gestarent honoris insignia, absentis occasione aliqâ Pontificis, qisqis is tunc fuerit, vices obiret.* Josephus certè *antiqit. l.* 20. *c.* 8. de Ananiâ isto verba faciens, & ἀρχιερέα, prout Lucas hîc eum nuncupat, & potentiam ac avtoritatem ejus, qibúsqe artibus eandem sit consecutus, sic prædicat; Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ μέγα προὔκοπτε δόξης, καὶ τῇ παρὰ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ τε καὶ τιμῇ ἠξιοῦτο λαμπρῶς. ἦν γὰρ χρημάτων ποριστικός. καθ' ἡμέραν οὖν τὸν Ἀλβῖνον καὶ τὸν ἀρχιερέα δώροις ἐθεράπευεν. *Pontifex avtem Ananias ad majorem crevit indies existimationem; benevolentiamqe & honorem amplissimum apud cives suos assecutus est. Pecuniarum enim aeqirendi artifex fuerat: donisqe cùm Albinum* (præfectum Romanum) *tum & Pontificem ipsum* (is Jesus, sive Jason, Damnei filius tunc erat) *donis assiduè delinibat.* Hæc cum Josephus tam disertè commemoret, havd videtur adeò conjectu difficile, cur Ananiam *Pontificem* Lucas hîc dixerit, & rursus itidem cap. 24. v. 1. Et confirmantur viri doctissimi conjecturæ novissimæ, qæ mihi planè satisfaciunt. Fallitur interim Camerarius, qi Ananiam hunc Annæ, cui Cajaphas gener fuit, Joan. c. 18. v. 13. qiqe Ananus Josepho dicitur *antiq. l.* 8. filium fuisse opinatur. cum Nebedæi filius fuerit; ut ex Josepho suprà est indicatum. Fallitur & Cl. Beza, qi nominis similitudine deceptus, Ananiam hunc avtumat Josepho dejecto in Pontificatu sub Festo suffectum, & Jacobi fratris Domini cædem ab eodem procuratam. Siqidem nec sub Festo, sed sub Albino, post Festum defunctum, Josephus ille loco depulsus est. nec Ananias Nebedæi, sed Ananus Annæ sive Anani illius filius natu minimus, patri cognominis, Josepho illi suffectus est; hujusqe impulsu trucidatus Jacobus. Narrat enim Josephus *antiq. l.* 20. *c.* 8. Annæ, sive Anano illi, fœlicitatem eam contigisse, qæ mortalium nulli alii obvenisse deprehensa sit, ut & ipse Pontificatum gesserit, & filiis ipsius, qinqe numero cum essent, qorum Ananus iste novissimus, honos idem successivè, serie tamen interruptâ, delatus fuerit. Verùm error hac in parte proclivior est factus, qòd in Josephi codicibus Ananias pro Anano non semel legatur.

Sed nimis diu emansores fumus. ad Hymnum sacrum redeamus.

Hujus extrema illa, de qibus agere occepimus, *Novit enim Jova viam justorum: via avtem improborum peribit*; etiamsi, qod diximus, obscuri nihil præ se ferant, consideratiùs tamen pensitata observationem nobis qandam suppeditaverint, qæ usui insigni & freqenti esse qeat, ad varia sacræ scripturæ loca, in Parœmiis cumprimis, pleniùs explicanda. Ea est, *in antithetis membrum oppositum sæpenumerò reticeri, ex alterius oppositione supplendum.* Verbi gratiâ. In periochâ subjectâ antithesin subesse nemo non concesserit: at verò vocabula ipsa, qibus ea est concepta, si attenderimus, vix erit, ut antithesin aliqam deprehendamus. neqe enim *cognosci* sive *probari*, & *perire* sibi invicem adversantur. imo τῷ *cognosci*, *ignorari*; τῷ *perire*, *perstare* & *persistere*; sive *approbationi improbatio*, *perditioni salus* & *incolumitas* opponuntur. Proinde, antithesis qò plene constet, in utraqe periochæ parte ex parte alterâ, supplendum aliqid, hoc pacto: *Novit Deus viam justorum; eáqe ideò constet & perstabit: at non novit probatve, imò odio habet, viam improborum; eaqe ideo peritura est.* Atqe hoc ferè modo παραφράζει Salomon Jarius. Vides axiomata qatuor elici, dum mutuas operas sibi invicem fœnerantur antitheseos membra duo illa. Crebras avtem, in Parœmiis qæ occurrunt, difficultates expediet nobis animadversa atqe adhibita regula ista, ubi absqe eâ foret, antithesis avt nulla, avt frigida admodum videatur. Exempla nonnulla, ex qibus id liqere qeat, subjiciam.

Parœm. c. 29. v. 6. *In transgressione viri mali laqeus est: justus avtem cantat & lætus est.* Havd satis commode opposita videri possit *laqeo lætitia* vel *cantus*. itaqe supplendum in alterâ parte, qod *laqeo*, qo *pernicies* designatur, respondeat; *salus* scilicet in alterâ, qod *lætitia* adversetur, *tristitia* sive *mœstitia*. Ita sensus erit. *Transgressio sua virum improbum in laqeum ac perniciem inducit, unde mœstitia eum sit occupatura: at justi conversatio cum ad salutem & incolumitatem ducat, habet is, unde meritò lætus hilarisqe sit.* Inciso priore idem dicit, qod verbis aliis c. 5. v. 22. *Capient improbum iniqitates ipsius, peccatiqe sui funiculis constrictus tenebitur.* metaphorâ ab alitibus, vel feris etiam mutuata, qæ dum escæ inhiant, stringuntur laqeo, qi molestiam illis perniciemqe creat. posteriore, qod senarius ille ex Isidori *Soliloqiis*,

Vis esse lætus jugiter? vivas benè.

In eodem cap. v. 15. *Virga & correptio dat sapientiam; at puer dimissus sibi, pudore afficit matrem suam.* qum *sapientem* filium matrem *pudefacienti* opponit, subintelligi monet, & correptionis beneficio fieri, ut puer, dum *sapiens* efficitur, parentibus *decorem* suis conciliet; & contra ejusdem neglectu fieri, ut puer, dum *stolidus* evadit, suis *dedecori* existat.

Ibidem c. 12. *v.* 25. *Excellentior est proximo suo justus: via avtem improborum seducit eos.* non videtur justa antithesis inter *excellentem esse*, & *seduci*: & inter *proximum* & *improbum* multo minùs. sed supplendum 1. ex antitheto, in priore membro, *proximo suo improbo*. 2. ex eâdem analogiâ, in priore membro, *non frustrari*; in posteriori, *minùs excellentem esse*, ut sensus integer sic concipiatur; *Justus, etiamsi id minùs videatur, est tamen melioris conditionis vicino suo, qi improbus fuerit, neqe enim fine sibi proposito is unqam frustratur: at verò improbus deteriore est conditione; qia via ipsius ipsum vanâ spe lactat, & est tandem frustratura.*

Cap. 15. v. 29. *Procul abest Jova ab improbis: orationem avtem*

avtem justorum exavdit. qis non desideret, unde opposition-nis sensus integer emergat? Sic ergò plenius planiusqe concipiendum fuerit. *Improborum preces Deus nullm exavdit; qia facinorum molo interjectâ, longè à se invicem sunt disterminati.* Esaiæ c. 59. v. 2. avditum avtem impedire solet loci longinqitas. qanqam istic separat atqe sejungit, non tam ἡ τοπικὴ θέσις, loci positio, qàm ἡ τῶν τρόπων διάθεσις, morum dispositio, de qâ re videatur Hieronymus *ad Damas. de fil. prodig.* & Avgustinus *in Psal. 31. de verb. dom. ser. 36. & in Joan.tract.* 15. *Caterùm justorum orationem exavdit: qia prope illis, atqe propitius, adest.* Psal. 34. v. 18. & 145. v. 18, 19.

Ibid. c. 14. v. 15. Fatuus credit omni verbo, callidus avtem advertit ad gressum suum. nemo non videt supplendum utrobiqe aliqid. *Fatuus credit omni verbo, nec advertit qorsum tendat, avt qo pergat ipse, verbis aliorum delinitus. at cui mens callet, non facilè loqenti cuivis fidem adhibebit, sed perpendet studiosè qo tendat loqentis dictio, nec temerè, alio svadente, viam ullam inibit.*

Rursus cap. 13. v. 19. *Desiderium effectum svave est animæ: sed abominationi est stultis recedere à malo.* Obscura sanè, nedum ut dilucida, antithesis. ecqa enim ἀντικειμένων, qorum peculiaris ea est ratio, ut περὶ τὸ αὐτὸ versentur, vel species levicula pene comparet? ad supplementum itaqe vicissitudinarium confugiamus oportet. *Desiderium effectum svave est animæ.* (qod vers. 12. dixerat, *Arbor vitæ desiderium obveniens*) *istud avtem conseqentur sapientes; qia à malo recedunt, bonoqe dant operam lubentes: at desiderium protractum, & frustratum multo magis, ægritudine animum afficit.* vers. 12. *istud avtem stultis. i. improbis continget: qia à malo, cui pertinaciter adhærent, avelli non sustinent.*

Eodem cap. v. 10. *Merâ superbiâ vir jurgium excitat: penes consultos verò est sapientia.* ellipsis manifesta. integrum vis sensum? *Vir superbus, cùm alios avdire spernat, in jurgia & lites, imprudens prorumpit. at modestus qisqe, cum consilio locum det, prudens cavtusqe, simultates fugit.* Qot nobis istic sese documenta jam pandunt, qæ voculis illis prius involuta latebant? primò, *Superbus qisqe consilii impatiens.* tum, *Consilii impatiens, imprudens est.* 3. *Superbia hac ratione, ad jurgia litesqe impellit.* 4. *Istis sese promptè immiscere, imprudentis est.* 5. *Modestus qisqe consilio dat locum.* 6. *Qi consilio locum dat, prudenter facit.* 7. *Modestia hac ratione à litibus jurgiisqe liberat.* 8. *Qi litibus jurgiisqe sese abstinet, sapit.* Vides qàm sensuum ferax sit sacra pagina, si observationum istiusmodi ope indagare atqe elicere non piguerit. Restant loca duo insigniora, qæ qia variæ materiæ ansam dabunt, caput utriqe peculiare donabitur.

CAPUT VII.

Locus Parœm. 10. 2. expenditur. antitheseos membra se mutuò supplent. Non prodesse, *pro* multum obesse. Μείωσις, Λιτότης. Non bonum, *pro* pessimo. Non amat, *pro* odit, *1 Cor. 16. 22.* Statuta non bona, *qa, Ezek. 20. 25.* Non remissum iri, *Matth. 12. 32. qid.* Ἔλλειψις in μειώσει. *Ea qandoqe suppleta. Formula istiusmodi emphatica.* Illavdatus Busiris. *Mare adversus Cornutum defensus. Carmen proverbiale mendo liberatum.* Non proderunt, *potiùs, qàm* non prosunt, *Parœm. 10. 2. gemina interpretatio. Divitiæ improbis arcis instar munita. Sed adversus judicia divina nihil valent. Locus Esai. 29. 15. explicatur.*

ILlustriorum, qos ad capitis antegressi clavsulam diximus, locorum, alter est Parœmiarum c. 10. v. 2. *Non prosunt*, vel, *non proderunt, thesavri improbitatis.* i. improbè parti, ut *mammona iniqitatis*, pro divitiis iniqè partis. Luc. c. 16. v. 9. *sed justitia eripit à morte. non prodesse, & à morte eripere*, antithesin plenam accuratamqe vix exhibent. supplementum itaqe mutuum præstabunt sibi duo illa antitheseos membra, hoc modo: *Thesavri improbè parti non prosunt*, vel, *proderunt, qia tantum abest ut à morte eripiant, ut exitium etiam attrahant: sed justitia cumprimis prodest, qum à morte eripiat.* Si cum Junio vertamus, *non*

A *prosunt*, erit μείωσις sive λιτότης; (etsi non desunt qi distingvant ista, verùm de nominibus havd multum laboramus, ubi de re ipsâ constat) figura, qâ minus dicitur, & plus intelligitur; & res magnæ verbis exprimuntur, qæ re ipsâ minora & humiliora videantur. *non prosunt*. i. cumprimis obsunt. siqidem ut Hesiodus *oper.*

— κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.
— mala lucra æqalia damnis.

Evripides *Cyclope*:

Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἠμείψατο.

B *— multi grave damnum tulerunt improbo ex compendio.*

qod idem planè Sophocles *Antigone*;

Τὰ δ' ἐκ τῶν αἰσχρῶν λήμματα (?) — *as printed:* Τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται.
Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους.
Lucrum improbè partum merum infortunium est.
Namqe ex iniqis qæstuum compendiis
Multos scemia exitia, perpavcos salus.

Qod avtem *non prosunt*, pro *obsunt* plurimum, dixit, sicut & Samuel in Histor. Reg. l. 1. c. 12. v. 21. *seqeremini res*

C *vanas, qa non prodessent.* i. qæ plurimum obfutura essent. Et Maccab. l. 1. c. 2. v. 21. *Non est nobis utile legem relinqere. non utile.* i. damnosum valdè. σχῆμα est, qod in sacrâ paginâ freqentissimè occurrit. Parœm. c. 20. v. 23. *Abominationi sunt Deo pondera diversa: & lances dolosæ, res non bona.* i. pessima, & qam numen ipsum detestetur. ut supr. c. 11. v. 1. cui geminum illud Catulli ad Alphenum;

Nec facta impia fallacium hominum cœlicolis placent.

i. valdè displicent, odio sunt. sed & qod Hymn. 5. v. 5. *Tu certè non es Deus, qi improbitate delectetur.* qodqe Homerus

D pariter *Odyss. ξ. v. 83.*

Οὐ γὰρ σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν.
Facta scelesta Dei non dilexere beati.

non diligunt ea, neqe eis delectantur. i. odio habent, detestantur: ut mox vers. 6. & Hymn. 11. v. 5. & 45. v. 7. Nec secùs sumendum qod Apost. ad Cor. Ep. 1. c. 16. v. 22. *Si qis non amat Dominum Jesum Christum.* i.e. si qis odit & execratur; *esto Anathema maranatha.* Sic Parœm. c. 24. v. 23. & c. 28. v. 21. *Agnoscere personas hominum in judicio, non est bonum.* hoc est; pessimum est. seqitur enim detestabilis affe-

E ctus istius fructus & effectus. etenim eò improbitatis hominem rediget, ut *propter panis bucceolam, justitiam pervertat.* i. propter rem vilissimam: prout psevdoprophetæ dicuntur *propter hordei pugillum Dei nomen profanasse.* Ezech. c. 13. v. 19. Et Esav ὁ βέβηλος, *profanus, pro jusculi sorbitiunculâ primogenituræ jus vendidisse.* Genes. c. 25. v. 33, 34. & Hebr. c. 12. v. 16. ita de Cœlio Cato major, Gellio referente *l. 1. c. 15. Frusto panis conduci potest, vel uti taceat, vel uti loqatur.* & reverâ παροιμιῶδες, *proverbiale*, videtur. Sic & cap. 18. v. 5. *Accipere personam improbi, non est bonum; avt perver-*

F *tere justum in judicio. non est bonum.* i. pessimum est, & imprimis detestandum. nam *qi absolvit improbum, & qi condemnat justum, uterqe est abominationi Deo.* cap. 17. v. 15. Et rursus c. 25. v. 27. *Comedere mella multum, non est bonum.* i. noxium est. qia bilem creat, & vomitum ciet. qod suprà dixerat, vers. 16. Nec absimile Maronis illud *Georg. l. 3.*

— Et non innoxia (i. noxia admodum) *verba.*

Ezekielis c. 36. v. 31. *Tum recordabimini viarum vestrarum malarum, & actionum non bonarum.* i. malarum, pessimarum,

G detestabilium. nam c. 6. v. 9. *mala* eædem & *abominanda* nuncupantur. Ibidem c. 20. v. 25. *dedi illis statuta non bona, & jura per qa non viverent.* qæ verba de Legis Mosaicæ præceptis & institutis perperam cepisse veteres, existimo: ut qæ *non bona* dicta sint, sed *nec mala* tamen; vel qia *non perfecta*: qia *bonum* utiqe *perfectum*; ut Ambros. Ep. 72. vel qia *non talia, ut homines eis justi fiant, avt sine eis justi non sint*: ut Avgustin. *ad Hieron. Ep. 6.* vel qia, *etiamsi in se bona, cum Evangelicis tamen collata, nec bona* videantur: ut Idem *concion. solenn.* 43. vel qia *in qibus umbra bonorum, non ipsa bona* ut Bernard. *parvul. sermon.* 28. vel qia, etiamsi *suo tempore bona, ut jam non bona, postqam fides venerit*; ut Hieron. *ad Avg. Ep. 1. Sicut omnis etiam lenis & leniter descendens pluvia, si sit intempestiva, mo-*

lesta est. Bernard. *in Cant. conc.* 58. quum *judicia* potiùs & *supplicia* intelligantur, vel *per gentes exteras illata*, ut Oecolampadius; vel *à Deo ipso in eremo immissa*, ut Junius: quæ *non bona*, pro eo qod est *noxia* dicuntur; & *per qa non viverent*, pro eo qod est, *per qa miserè interirent*. Nec desunt qi pari modo sumant dominicum illud, Matth. c. 12. v. 32. *non remittetur, neqe in hoc seculo neqe in futuro*. pro eo qod est, in utroqe supplicia luet acerbissima. certè ita capiendum in decalogo de perjurii reo illud, Exod. c. 20. v. 7. *non insontem habebit*. i. acerrimè vindicabit, docet Spiritus Sanctus ipse per Zacariam vatem c. 5. v. 3, 4. Sic qoqe Parœm. c. 17. v. 21. *Pater stulti non gaudebit*. i. plurimum contristabitur. nam in priore membro dixerat; *Qi stolidum gignit, ad mœrorem sibi*. sed de hoc loco ampliùs infra videbitur. interim pari modo Homerus *Iliad. α. v.* 330. dixit,

— οὐδ᾽ ἄρα τώ γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς

Neqe sane hos intuitus lætatus est Achilles.

ἀλλ᾽ ὑπερηλγύνθη, δηλονότι. non gaudebat. i. valdè contristabatur, inqit Eustathius; monens simul *φίλον τοῖς ῥήτορσιν, ἀντὶ καταφάσεων ἐνδεῶς χρῆσθαι σχήματι τῷ κατὰ ἀπόφασιν. rhetoribus familiare esse, ut affirmationum loco schemate eleganti, qod negativis constet, utamur*. Hujus plura idem congessit exempla partim ex eodem poetâ, qale est illud è contrario, *Iliad*. O. v. 155.

— οὐδέ σφωϊν ἰδὼν ἐχολώσατο θυμῷ.

Neqe ipsis videns succensebat animo.

i. *ἥσθη, ἐχάρη, lætatus est, gavisus est*. cui geminum Maronis illud *Georg. l.* 3.

Nec tibi displiceat.

i. *valde placeat*.

Servius. partim ex aliis avtoribus; Herodoto, de Zamolxide *l.*4 pag. 289. D. Ὁμιλήσαντι Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ, Πυθαγόρῃ. *conversatus esset cum Pythagora non insipientissimo inter Græcos sophista. οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ, id est, τῷ σοφωτάτῳ. non insipientissimo. i. sapientissimo*. Sophocle de Oedipo exule.

— οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι πρώτης.

Sortis qoad fœlicitatem non primæ.

ἀντὶ τοῦ, τῆς δυσδαιμονίας ἐσχάτης. i. qoad infœlicitatem ultimæ. Schol. at contrà Naso *Ponti l.* 1. *el.*6. *non ultimus*, pro primo.

Ille tuos qondam non ultimus inter amicos.

hoc est, qod alibi, *Trist. l.*4. *el.*5.

— dilectos inter sors prima sodales.

Et qod Flaccus, *carm. l.* 2. *od.* 7.

Pompei, meorum prime sodalium.

Et Maro *Georg. l.*3.

Nec tibi cura canum fuerit postrema. —

i. *prima, magna sit*.

Servius.

Ejusmodi complura etiam ex Latinis adducit H. Stephanus ad illud Corinthi *de dialect.* §. 40. qo loco monet ille Atticorum esse, *τὸ λαμβάνειν τὰς δύο ἀποφάσεις ἀντὶ μιᾶς καταφάσεως. negativa duo affirmativi unius loco usurpare*: qo ostendat, non esse horum peculiare, aliis etiam in usu freqenti satis.

Observat avtem Eustathius, & ex eodem Stephanus idem, *ellipsin* qandam in formulis istiusmodi delitescere, qæ suppleatur etiam qandoqe, ubi ἁπλῶς eadem enunciantur. sic de Ajace, qi Hectorem prostraverat, *Iliad*. O. v. 11.

— ἐπεὶ οὔ μιν ἀφαυρότατος βάλ᾽ Ἀχαιῶν.

qando, *οὐκ ἀφαυρότατος, qi non Achivorum maximè imbelles*, dixit, *νοητέον ἐκ ἐναντίου, subintelligendum è contrario* (& necessariò etiam exigente id poetæ argumento) *ἀλλ᾽ ὁ ἀνδρειότατος, sed qi fortissimus fuerat*. sicut *Odyss.* 16. 415. sententiam explevit, ubi de Antinoo Ulysses,

— οὐ μέν μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν

Ἔμμεναι, ἀλλ᾽ ἄριστος —

— non mihi videris pessimus Achivorum

Esse, sed optimus.

Sic *Iliad. δ. v.*330.

Κεφαλλήνων στίχες οὐκ ἀλαπαδναί.

Cephalenorum turmæ non ignavæ.

A supplendum, *ἀλλ᾽ ἀνδρειόταται, sed strenuissimæ*. qale & Maronianum illud, *Georg. l.* 2.

Et gens illa qidem sumptis non tarda pharetris.

sed strenuissima. est enim Leptotes) Litotes f.) *figura*. Servius. Ταῖς γὰρ τοιαύταις στερήσεσι χρὴ συνυπακούεσθαι καὶ θέσιν ἤτοι τῇ ἀποφάσει συνεισάγειν τὸ ἐναντίον. *Oportet enim*, inqit, *unà cum privationibus istiusmodi etiam positivum aliqid subaudiri: vel, unà cum negatione negati contrarium unà admitti*. sicut alibi, ubi pleniùs poeta sese exprimit, factum, *od. lib. v.* 224. de Agamemnone.

B *Οὐδὲ καταπτώσσοντ᾽ οὐδ᾽ οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι,*

Ἀλλὰ μάλα σπεύδοντα —

Non trepidantem, avt nolentem certamen inire,

Sed promptum valdè. —

& *Il.* θ. *v.* 253, 256. de Diomede,

Ἔνθ᾽ οὔτις πρότερος Δαναῶν, —

Ἀλλὰ πολὺ πρῶτος. —

Hoc ubi nemo prior Danaûm, —

Longè primus at ipse. —

ubi Eustathius, *κάλλος ποιεῖ τῷ τε ἄρσει καὶ θέσει, addit dictioni ornatum qendam, qod utroqe modo, tam privativè, qàm & positivè enunciatur*.

C Idem & in sacris literis deprehendas. In Histor. Reg. l.4. *v.*6. *v.*10. *Præmonendo vates servaverat illum non semel avt bis*, sed sæpius, scilicet. Hymn.22. *v.*6. *Tibi confisi sunt, & non sunt confusi*. sed erepti scilicet & liberati. qod verbis immediatè prægressis dixerat. Hymn.107. *v.*38. *Ita benedicit eis, ut multiplicentur valdè; nec jumenta eorum minuit*: supplendum, sed avget plurimùm. Matth. c. 2. *v.* 6. *Et tu, Bethlehem, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ, non es minima inter*

D *principes Juda. non es minima*, utcunqe esse videaris, *sed præcipua* censenda potiùs. hoc enim poscit omninò qod seqitur; *Ex te prodibit qi populi mei caput futurus est*. de qo loco, alibi, Deo dante, dicetur.

Observant amplius in formulis istiusmodi ἔμφασιν sanè havd contemnendam, A. Gellius *noct. Attic.* l. 2. *c.* 6. & post Gellium Jo. Drusius, licet Gellium non advocet, *observ. l.*1. *c.*22. Gellius siqidem, pro Marone apologiam instituens adversus Annæum Cornutum, qi tanqam *incuriosè & abjectè positum*, illud reprehendebat, *Georg. l.* 3.

E qòd *Busiridem illavdatum* dixerat. etenim *parum idoneum esse verbum istud, neqe satis esse ad faciendam hominis tam scelerati detestationem*; qi qod hospites omnium gentium immolare solitus fuit, non *lavde indignus*, sed *detestatione execrationeqe totius generis humani dignus* esset: respondet: (ut *ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς, posterius prius, Homerico more* referamus) 1. *Lavdare*, priscâ lingvâ significare, *nominare appellareqe*: *illavdatum* ergò *qasi illavdabilem* dici, *qi neqe mentione avt memoriâ ullâ dignus, nec unqam nominandus sit*. (perinde ac Apostolus ad Eph. c. 5. v. 3. *Μηδὲ*

F *ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν. nec nominetur apud vos.*) 2. *neminem qenqam tam efferis esse moribus, qui faciat avt dicat nonunqam aliqid qod lavdari qeat*. unde proverbii vicem habeat,

Πολλάκι γὰρ καὶ μωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Qandoqe etiam est stultus opportuna loqutus.

(prout in Macrobii, qi Gellium transcripsit, codicibus *Saturnalium l.* 6. *c.*7. legitur, qod vitiosè plerunqe efferri solet, cum muneris omnium planè antiqissimi injuriâ insigni,

G *Πολλάκι γὰρ κηπωρὸς ἀνὴρ* &c.

Qandoqe etiam est olitor &c.)

sed enim qi omni in re, atqe omni tempore lavde omni vacet, eum illavdatum esse eumqe omnium pessimum esse atqe deterrimum. itaqe illavdatum, finem esse extremæ malitiæ: sicut contrà Homero, qi *non virtutibus appellandis, sed vitiis detrahendis lavdare ampliter* soleat, *ἀμύμων*, sive *inculpatus, instar est absolutæ virtutis*; qum *culpæ omnis privatio inculpatum faciat*. Eâdem ratione contendit eundem *Stygiam paludem inamabilem* dixisse, *Æneid. l.*6. ut illum τῆς *lavdis στέρησιν, privationem*, ita istam τῆς *amoris στέρησιν* detestatus. Frigida ergo & jejuna nimis Servii annotatiuncula, qi *illavdatum*, qasi *illavdabilem* dici, *non qòd non sit à qoqam lavdatus*, quum Isocrates Busiridis encomium ἐπιδεικτικῶς, *ostentabunde*, dederit,

A derit, sed *qia lavde indignus.* qibus adjici poterat illud ejusdem de Pallante dictum *l.* 11. & ab Ennio mutuatum, si Servio fides;

—— qem non virtutis egentem
Abstulit atra dies. ——

nihil ἐμφατικώτερον dici poterat, cum exile tamen & jejunum videatur. siqidem ut Hieronymus *adv. Pelag. l.* 1. *Omnia habere, & nullius indigere, virtutis est divina, non humana.* summum itaqe virtutis culmen & cacumen attigit,
B qi ita virtutibus est instructus & exornatus, ut virtutis jam non egeat, hoc est, ut nec ulla illi virtus, nec virtutis ullius qicqam desit. Drusius pariter, Gellii vestigiis insistens, *Jejunè*, inqit, *dictum videri possit ad dolorem exprimendum, qem concipiunt parentes ex filiorum stultitiâ. sic de hoc & similibus judico. Nemo qisqam unqam sic dolet, qin idem aliqando gavdeat. sed eum qi omni momento dolet, is verè dicitur non gavdere. Eâdem, credo, ratione, ut significaret opes improbè partas inprimis obesse.* Non prosunt, inqit, thesavri improbitatis. *nam qod in omni tempore nocet, de*
C *eo verissimè enunciatur, non prodest. Sicuti enim non gavdere τῷ σίγηον gavdii, ita non prodesse intelligitur τῷ σίγηον utilitatis.* Hoc si seqimur, malim cum Piscatore, ἀντιλεξεὶ reddere, *non proderunt*: ut futurum, actum continuum notet. *non proderunt*: hoc est; *nec prosunt, nec unqam sunt cuiqam qicqam profectura.* qanqam potest ad certam etiam aliqam juvandi opemqe ferendi rationem peculiariter respici, qod ex antitheto eruatur, ubi *justitia à morte eripere* perhibetur. Eam ergo sic accipe. *redemptura vita viri, divitiæ sua*; inqit Salomon Parœm. c.13. v.8.
D unde illud,

Ζώγρει, καὶ δέξαι ἄποινα.
Vivos cape, & accipe pretia redemptionis.

Iliad. ξ. v. 46. & λ. v. 131. Et *substantia sua divitibus, tanqam urbs árxve robustissima, murusqe editissimus* habetur, qâ adversus omnes casus & incursus probè muniti, incolumes perpetim consistant. cap. 10. v. 15. & c. 18. v. 11. unde illa Pindari animo exorta dubitatio, cujus meminere Plato *de repub. l.* 2. & Cicero *ad Attic. l.* 13. *Ep.* 37. Πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον; ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβὰς, καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ, δίχα
E μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. *Utrùm justitia murum excelsum, an fravdis obliqa conscendam, meqe ita muniro, vitam transigam, ut verum proloqar, ambigit animus.* Et huc potiùs inclinare plerosqe, licet exitu plerumqe, parum favsto, observat idem *Pyth. ode* 4. sed in diversum concedere professus,

Ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι
Κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον,
Τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.
Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ καὶ σε θεμισσαμένω
F *Ὀργὰς, ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον.*
Sunt qidem mentes mortalium promptiores
Lucrum qàm jus lavdare;
Vià in posterum tamen tristi & asperâ incedentes.
At me teqe oportet ad jus componentes
Mores, felicitatis in futurum telam pertexere.

Hinc illa improborum confidentia, Esaiæ cap. 28. vers. 15. *Cum morte fœdus pepigimus, & cum sepulcro cavtum egimus. flagellum inundantis, cum transierit, non obveniet nobis*: (q. d. tuti erimus) *qia fallaciam fecimus re-*
G *ceptum nostrum, & in mendacio nos abscondimus.* h. e. opibus fallaciâ & mendacio qæsitis, abundè satis nobis & securitati nostræ prospeximus. Atqi, inqit parœmiastes, *nihil in clade publicâ adversus discrimina profutura sunt opes improbitate acqisita. Nihil proderunt*, inqit, *opes improbè partæ.* non tantùm, *qia malè parta plerumqe malè dilabuntur.* cap. 13. v. 11. sed qia *in die ira* atqe indignationis divinæ, *divitia nihil profutura sunt*; cùm *justitia tamen tunc à morte sit creptura* cap. 11. v. 4. & Ezek. c. 7. v. 19. Atqe hoc est etiam, qod dicitur cap. 12. v. 11. *Desiderat improbus præsidium adversus mala, sed radix justi tribuit istud.*

CAPUT VIII.

Locus Parœm. 3. 34. expenditur & explicatur. Frustra alibi qæ-runt, qod hunc Apostoli duo. חן, *χάρις*, gratia, *pro æstimatione, favore. Hymn. 84. 12. explicatur.* Κεχαριτωμένη *Luc. 1. 28. qid sit.* חינניתא *Syrum, qid.* טוב *pro gratioso Hebr. Gloriam qi nimium ambiunt, magis assequuntur. Locus Rom. 6. 23. expenditur, & contra Calvum & Piscatoris sententiam exponitur.* ὀψώνιον stipendium. *χάρισμα, & χαριστήριον*, donativum. נתן שכר mereri, *pro* conseqi, impetrare.

SEqitur alter è Parœmiis locus; qem explicandum illustrandumqe suscepimus. Habetur is Parœm. c. 3. v. 34. in hæc verba: *Derisores ipse deridet: humilibus avtem dat gratiam.* Græcus; *κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται· ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.* qem & Jacobus Apostolus αὐτολεξεὶ in epistolam suam transtulit, cap. 4. v. 6. & Petrus itidem, Epist. 1. c. 5. v. 5. ut mirum sit interpretes plures, nec obscuri nominis nonnullos, alibi frustrâ qæsivisse. Sed rem, qâ de agitur impræsentiarum, qod attinet; inter *derisores & humiles*, obscurior pavllo videtur antithesis: sed nec inter *deridere* & *gratiam dare*, oppositionis ratio adeò liqidè se prodit. In priore itaqe membro supplendum reverâ, qod Græcus interpres exhibet, nec tamen excludendum, qod textus ipse suppeditat. *superbos*, cum *derisores* existant, *Deus deridet.* i. ut Rabbi Levi, *deridendos proponit*, facit ut aliis ludibrio sint. hoc est, qod aliis verbis post Jobum c. 12. v. 21. Hymnographus hymn. 107. v. 40. *Effundit contemptum super eos.* Sed adhuc tamen aqa nobis istic hæret. nam *contemptum exponere*, & *gratiam tribuere*, prout vulgò solet exponi, de gratiâ nimirum internâ, qæ humilibus donetur, cùm superbis denegetur, sibi invicem ἀντιτίθεσθαι parum commodè videntur. Ceterùm suppetias nobis hac in parte feret venerabilis socer meus D. Carolus Pinnerus, qi in *concione*, qam, *de 1 Petr. c. 5. v. 5.* apud suos habitam, in publicum emisit, non de *gratiâ* illâ *internâ*, sive Spiritus Sancti & sanctificantis dono, qo modo interpretum pleriqe accipiunt; sed de *gratiâ externâ.* i. honore, æstimatione, favore, acceptatione, apud homines, bonos cumprimis, sed & neqiores qoqe nonnunqam, clavsulam illam intelligendam esse, clarissimè ostendit. Atqe ita etiam vir literarum Hebraicarum peritissimus Jo. Mercerus ex Abrahâ Esdræ filio. *dat gratiam.* i. *apud homines gratiam conciliat.* Accessit proximè Sebast. Castellio, qi vertit. *Deus superbis adversatur, & modestorum favtor est.* Verùm aliud est simpliciter *favere*, avt etiam *favtorem esse*, aliud χάριν διδόναι, *gratiam dare*, sive *conciliare* apud alios; uti mox videbitur. χάριν interim hoc sensu apud Hellenistas, qos vocant vulgò, passim sumi, nescire non potest, qisqis horum scripta vel à limine saltem salutavit. Verùm, ne extra oleas, qod ajunt. ita in sacris scriptis τὸ חן cui χάρις Græcorum respondet, freqentissimè usurpatur. spectant enim horsum formulæ illæ, מצא חן qod Græcus nunc χάριν εὑρεῖν, nunc χάριν ἔχειν, ut Exod. c. 33. v. 12. vertit, *gratiam invenire, habere, obtinere*, i. in gratiâ apud aliqem, sive alicui acceptum, esse. Genes. 6. v. 8. & c. 39. v. 4. & c. 50. v. 4. & alibi passim usurpata: item נשא חן *gratiam ferre*; qod Græcus tamen pari modo reddidit, qo prius illud. Ester. c. 2. v. 15, 17. & c. 5. v. 2. Et, נתן חן χάριν διδόναι. *gratiam & favorem alicui conciliare.* Exod. c. 3. v. 21. & c. 12. v. 36. qo modo & illud accipiendum censeo, Hymn. 84. v. 12. יתן יי חן וכבוד *Jova sol scutumqe nobis; gratiam gloriamqe dabit nobis.* Græcus, χάριν καὶ δόξαν δώσει Θεός. qæ eadem duo conjunxit, sed ordine inverso, & Siracides c. 24. v. 19. Κλάδοι μου, κλάδοι δόξης καὶ χάριτος. *Rami mei, rami gloria & gratia.* nam qod de *gratiâ* impræsentiarum, *gloriâ* in futurum post hanc vitam largiendâ, accipiunt pleriqe, coactius videtur, nec loci istius. Hoc in ipso Parœmiarum codice, non possunt aliter intelligi illa, cap. 22. v. 1. נבחר שם מעשר רב מכסף ומזהב חן טוב *Optatius est opibus amplis nomen*, (bonum scilicet qod aliâ

usus

usus collatione dixit Ecclesf. c.7. v. 1. טוב שם משמן טוב *melius est nomen ungvento bono*) *& argento vel avro etiam gratia bona.* i. *existimatio.* ita enim malim cum Piscatore, qàm cum Junio à חן divellere; ut eo modo טוב istic, qomodo in Ecclesiaste, ad מן respiciens comparativi locum suppleat. cap.1. v.9. לוית חן *adjectio gratiæ* (i. ornamentum gratiosum, honorificum) *erit capiti tuo, & torqes favcibus tuis*, i. collo tuo. Et cap.4. v.9. תתן לראשך לוית חן *dabit capiti tuo adjectionem gratiæ; & coronam ornatus tradet tibi.* Græcus στέφανον χαρίτων utrobiqe reddidit. Ecclesf. c.9. v.11. *neqe velocium esse cursum, neqe validorum prælium, neqe sapientum cibum, neqe prudentium opes, neqe peritorum* חן *gratiam.* i. neqe in gratia & æstimatione aliqâ esse peritos. In Novo pariter Instrumento, Lucas sic usurpavit, c.2. v.52. ubi de Jesu adhuc parvulo: προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. *proficiebat sapientiâ & staturâ, & gratiâ apud Deum & homines.* nec aliter ego τὸ χαριτοῦν ceperim Ephesf. c.1. v. 6. Ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς, *gratiosos reddidit, acceptos habuit:* Et τὸ χαριτωθεῖσα, Luc. c.1. v.28. in salutatione angelicâ, χαῖρε κεχαριτωμένη, *ave gratiosissimè habita, acceptissima,* qæ in gratiâ atqe existimatione apud Deum es singulari. ita enim malim reddere, qàm avt cum Syro, qi à Latino interprete havsisse videtur; מליא טיבותא *gratiâ plena:* avt cum Bezâ, *gratis dilecta,* qasi רצוה dicatur: avt etiam cum Fullero nostro & Dom. de Diev, *benignè habita,* חסידה (neqe enim occurrit mihi locus ullus, in qo חסיד vel חסידה passivè usurpata sic reperiantur, pro eis *qi benignitate afficiuntur,* sive *qibus benignè fit.*) avt deniqe cum aliis qibusdam, *misericordiam consecuta,* רחומה Hosh. c. 2. v. 1. nec displicet tamen prorsus Ang. Caninii Syriacum רחימתא ad qod exprimendum is *vocabulum istud effinxisse ac fabricatum esse* affirmat, non *Angelum*, uti Scultetus eidem affingit in *delit. Evang.* c.5. (qod qi potuit, cum virginem Syriacè compellaret?) sed *Evangelistam; qum apud Græcum avtorem nullum extaret.* qod nec usqeqaqe tamen verum est: qandoqidem apud Sirachidem etiam occurrat; uti mox videbitur, & Scultetus itidem observavit. Cæterùm Caninius ipse vocem hanc vult *eam* significare, *qæ gratiosissima atqe acceptissima sit.* qo sensu respondere videtur potius vox Græca Lucæ usurpata Hebræorum τῷ נחנה vel מותנה Syriacè מתתנה qod & V. Cl. Fred. Spanheimium monuisse animadverto, *dub. Evangel. tom.* 1. *dub.* 23. *sect.* 26. qò eôdem facit & qod D. Jacob. Cappellus in *Histor. sacr. & exotic. ad A. M.* 3591. *Ananiæ* nomen חנניה (cui geminum est *Ananielis* חנאל & *Elananis* אלחנן) interpretatur κεχαριτωμένον τῷ Θεῷ; sicut & *Annibalis* nomen חניבעל nempe κεχαριτωμένον τῷ Βαάλ. at dilutiùs pavlò Castellio, *accepta;* Et Erasmus, *gratiosa.* subjungit Beza, sed aliò potiùs inclinare visus, (qod magis probem) *gratiam consecuta.* Piscator, *gratiam nacta: ad verbum gratiata.* atqe hanc versionem, cum nostrâ eandem ferè, confirmant Gabrielis, qi optimus sui interpres meritò censendus, verba mox seqentia v. 30. qibus dicti ratio redditur, εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. *Es enim in gratia apud Deum.* nec secus Sirachidæ c.18. v.17. Ἀνὴρ κεχαριτωμένος, pro *homine, qi cum in summâ sit apud homines æstimatione,* plus apud eos valeat hac ratione, qam *oratione blandâ* avt *largitione* etiam *profusâ* alii. Qin & טיבותא illud Syri eodem sensu accipi potest. siqidem & Hebræis טוב pro *gratioso* hoc ipso significatu accipitur. sic enim de Samuele dicitur Histor. Reg. l. 1. c. 2. v. 26. טוב *gratiosus fuit cùm apud Deum, tum apud homines.* & Syris טיבותא pro *gratiâ* i. favore, existimatione. sic enim Act. c.4. v.33. pro eo qod Lucas dixit, χάρις μεγάλη ἦν, *gratia magna erat super eos omnes.* i. εἵπετο, ἠκολούθει, *seqebatur, comitabatur eos,* ut Casavbonus exposuit: qodqe supra cap. 2. v.47. dixerat, χάριν ἔχοντες πρὸς ὅλον τὸν λαόν. *in gratiâ erant apud populum totum;* Syrus habet טיבותא רבתא Et Luc. c.2. v.52. itidem: ubi idem planè qod de Samuele suprà, de D. Jesu dicitur: qod non aliter potest cis locis intelligi. Theophylactus itidem illud Lucæ c. 2. exponens: Ἐχαριτοῦτο δὲ παρὰ Θεῷ καὶ παρὰ ἀνθρώποις· τουτέστι, καὶ τῷ Θεῷ διάφορος ἐφαίνετο, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐπαινετά. *Acceptus autem erat apud Deum & homines, hoc est, faciebat qæ*

A *Deo grata erant, & hominibus lavdanda.* Verùm ut ad pensum redeamus. In Parœmiastæ dicto *gratiam* hoc modo sumendam, havd est difficile probatu. Svadent apud Petrum; cum qod præmiserat, *Humilitatem, sive, animi submissionem, induite, eâqe vos spectabiles reddite:* tum & qod subjunxit; *Submittite vos Deo, ut tempestivè vos attollat.* Cogunt etiam & evincunt, qæ apud Regem Parœmiastem seqvuntur, *Honorem possidebunt sapientes, stulti verò ignominiam ferent.* ista enim mihi ex omnibus versio maximè placet, qæ est D. Piscatoris: avt qocunqe tandem
B modo vertere libuerit, nam τῷ חן i. *gratiæ* τὸ קלון i. *ignominia* opponitur: & per כבוד sive *honorem & gloriam* exponitur. Hoc igitur volunt & Parœmiastes & Apostoli: *Superbis,* qi & *derisores* esse assolent, *Deum ex adverso sese opponere,* ut non honorem tantùm ac æstimationem, qem tantopere ambiunt & miserè depereunt, ab eis spernat procul, sed & *ludibrio* sæpenumero & *derisui exponat;* qum *modestis submissoqe animo præditis* apud qosvis, etiam iniqiores alioqi & neqiores qandoqe, *honorem, gratiam, existimationem conciliet:* qam reverâ sæpenumero conseqvuntur
C maximè, qi eam minimè concupiscunt. qod de Catone minore Sallustius in *Catilina; Qo minus gloriam petebat, eo magis adseqebatur.* Huc deniqe referas illud Parœm. c. 11. v.2. *Ubi venit superbia, venit ignominia: apud modestos avtem est sapientia.* qod si accuratiùs excusseris, idem est ac si diceretur. *Superbiæ assecla est ignominia; & superbiæ itaqe insipientia assidet: modestiæ verò comes est honor & gratia; & hæc itaqe sapientia meritò deputatur.*

Unicum ubi adjecero, caput hoc clavdam. *Gratiam* pro *honore & existimatione* apud Parœmiasten, sumi ex *ignomi-*
D *niæ* oppositione monuimus: χάρισμα pariter pro *mercede* sive *præmio,* sed *ex gratiâ collato,* ab Apostolo usurpari, ex ὀψωνίου sive *stipendii* contrapositione censemus. Locus Apostoli est ad Romanos c. 6. v.23. in hæc verba. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ ζωὴ αἰώνιος. Ad eum Piscator; *Non dicit, ἡ δὲ ζωὴ αἰώνιος χάρισμα τοῦ Θεοῦ ἐστί; sed τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ ζωὴ αἰώνιος.* h. e. *studium sanctitatis, qod proficiscitur ex dono Dei. hoc enim poscit antithesis. metonymia efficientis est. est vita æterna.* i. *affert secum vitam æternam. phrasis metonymica: qalis cap.* 7. *v.* 7. *num lex pecca-*
E *tum, scilicet parit? confirmat hoc articuli dispositio, sententiarum antithesis, scopus qæstionis.* Hæc Piscator, & Piscatore prior Jo. Calvinus; à qo is mutuatus est. *Falluntur,* inqit, *qi hanc propositionem sic convertunt,* Vita æterna est donum Dei: *qasi justitia* (*vita æterna,* leg. puto) *sit subjectum, donum Dei sit prædicatum, qia nihil ad antitheton ille sensus pertineret: verùm ut jam docuit, peccatum non nisi mortem parere; ita nunc subjungit, qod donum istud Dei, nostra scilicet justificatio & sanctificatio, vita æternæ beatitudinem nobis afferat. vel, si mavis, qemadmodum mortis cavssa peccatum*
F *est, ita justitia, qâ per Christum donamur, vitam æternam nobis restituit.* Verùm, ut rectè Beza observat, *Etiamsi in priore qidem enunciato, mors sit subjectum, stipendium peccati attributum; & ex adverso, in posteriore enunciato, vita æterna, subjectum, donum, attributum; constabit sibi antithesis.* Ego sanè qo loco istic alterutrum habeas, modo de vocabulorum sensu constet, ciccum havd interduim; qum reverâ ad antitheseos rationem ne tantillum qidem faciat. Interpretationem verò loci, qam tuentur illi, qod attinet; possent qidem exempla phraseos istiusmodi aptiora produci,
G qàm qod est à Piscatore adductum; illud, Joan. c.12. v.50. ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν. *mandatum ipsius est vita æterna.* i. ad eam perducit, vel producit eam. Et ibid. c.17. v. 3. αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε. *hæc est vita æterna, ut te cognoscant.* i. tui cognitio vera vitam parit æternam. qod idem & in epistolâ ejusdem 1. c. 5. v.20. habetur. verùm χάρισμα istic pro *sanctitatis studio,* coactum satis videtur: nec ad prædicationem figuratam & insolentem confugere qicqam opus est, qum simplex planè ad manum præstò sit. tantum avtem abest ut antitheseos ratio sensum hunc exigat, ut repudiet potiùs & respuat. Siqidem 1. non *peccatum & gratia,* sed *peccatum & Deus,* tanqam Domini avt Imperatores sibi invicem adversi, ut in prioribus, vers. 22. ita istic opponuntur. tum illius *stipendio* istius χάρισμα.

ρημα. itaqe τῷ ὀψωνίῳ sive stipendio qod ex adverso respondeat & præmii rationem qandam habeat, χαρίσματος nomine aliqid intelligi necesse est. Id Tertulliano (opinor) nemo melius expresserit, qi *de resurr. carn. c. 47.* sic reddidit, *Stipendia enim delinqentia, mors: donativum avtem Dei vita æterna.* An non primo statim aspectu deprehendis, qàm aptè & concinnè sibi invicem respondeant, *stipendium* & *donativum*? nam langvidiùs Beza, *donum*; & Castellio, *beneficium*. Ita Ammianus Marcellinus *histor. l. 17. c. 8.* *Gallicanis sudoribus miles exhavstus nec donativum meruit, nec stipendium.* qod Apostoli verbis enunciare liceret, ὅτι χάρισμα, ὅτι ὀψώνια ἔλαχεν, vel ἔλαβεν. hoc enim illis passim *mereri* significat (qod obiter monere visum) *nancisci, conseqi, impetrare.* Tertullianus itidem *de præscript. hæret. c. 12.* *Qis miles ab infœderatis, ne dicam ab hostibus regibus, donativum & stipendium captat, nisi planè desertor & transfuga & rebellis?* Qi & idem χαρίσματα passim *donativa* vertit. *Advers. Marcion. l. 5. c. 32.* *Data dedit filiis hominum: id est, donativa, qæ charismata dicimus.* Et *ad uxor. l. 1. c. 3.* *Meliorum donativorum sectatores simus,* qod Apostolus τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα dixit. Cor. Ep. 1. c. 12. v. 31. & hunc ipsum, qi in manibus est locum alludens, *de coronâ c. 1.* *De martyrii candidâ meliùs coronandus, donativum Christi in carcere expectat.* Sed & cum serie ac contextu reliqo dissertationis Apostolicæ interpretationi huic optimè convenit. Scopus est Apostoli, ut svadeat *Deo* potiùs *inservire & militare* (utramqe enim collationem vocabula illa, ὅπλα καὶ δοῦλα, vers. 13. & 19. insinuant) qàm *peccato*. ratio, qâ potissimum id svadeat, ducitur à dissimili prorsus & adversâ utriusqe *mercede*. siqidem *stipendium*, qod suis rependit *peccatum*, *mors* est: *donativum* verò, qod suis *Deus* largitur, *vita* est, & ea qidem *æterna*: Tertullianus; *Ita per totam hanc sensuum seriem ab injustitiâ & delinqentiâ membra nostra divellens, & justitiæ & sanctimoniæ adjungens, & transferens eadem à stipendio mortis ad donativum vitæ æternæ, carni utiqe compensationem salutis repromittit; cui nullam omninò competisset imperari propriam sanctimoniæ & justitiæ disciplinam, si non ipsius esset & præmium disciplinæ.* Itaqe apud Svidam qod habetur, ὀψώνια, κέρδη, χαρίσματα, malim inverso ordine legere, ὀψώνια, χαρίσματα, κέρδη. ut *præmii* sive *lucri*, qod ad *merentem* redeat, significationem, utrumqe vocabulum hoc loco, qem & subjungit, obtineat, ὀψώνια & χαρίσματα. Sed nec illud omissum sustinuerim, qod libri Maccabaicon 2. avtor c. 12. v. 45. vitæ ac beatitudinis piis in seculo futuro rependendæ præmium, vocabulo huic finitimo χαριστήριον nuncupasse videtur, verbis illis, τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον. *Iis qi pie occumbunt optimum repositum esse donativum.* qod ego etiam *donativum* lubens verterim. sive enim χάρισμα sive χαριστήριον dixeris, illud disertè designatur, qod מתן שכר *donum mercedis, i. donativum,* sive *merces gratuita* Hebræorum doctoribus, ut R. Tarphoni in *Pirke aboth*, c. 2. §. 16. & aliis alibi dicitur. Interim rectè veteres observant χαρίσματος nomine μισθὸν κατὰ χάριν, uti Apostolus loqitur c. 4. v. 4. *mercedem gratiosam*, sive gratuitò & ex gratiâ collatam designari. atqe eâ ratione à *stipendio donativum* distingvitur. *stipendium enim pro opere militiæ debitum redditur, non donatur*; inqit Avgustinus *enchir. c. 103.* cum *donativum* ex liberalitate principis munificentiam suam suis commendantis exhibeatur. Ita Jo. Chrysostom. *in Rom. orat. 12.* qamvis ad præsentia is potiùs referre videatur. Εἰπὼν ὀψώνια ἁμαρτίας, ἐπὶ τῶν χρηστῶν οὐκ ἔτι αὐτὴν ἐτήρησε τάξιν. οὐ γὰρ εἶπεν, ὁ μισθὸς τῶν κατορθωμάτων ὑμῶν, ἀλλὰ, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, δεικνὺς ὅτι οὐκ οἴκοθεν ἀπηλλάγησαν, οὐδὲ ὀφειλὴν ἀπέλαβον, οὐδὲ ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν πόνων, ἀλλὰ χάριτι ταῦτα πάντα ἐγένετο. *Peccati stipendia qum nominasset, de bonis verba faciens, non eundem servavit ordinem: non enim dicit merces rectè factorum, sed, gratia autem Dei, ostendens illos per se liberatos non esse, neqe qod debitum esset accepisse, nec id, qod datum illis esset, esse aut retributionem, aut remunerationem laborum, sed omnia gratia obvenisse.* Et Chrysostomi vestigia premens Oecumenius: Οὐκ εἶπεν, ὁ μισθὸς τῶν κατορθωμάτων, ἀλλὰ χάρισμα, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐκ καμάτων, ἀλλὰ κατὰ χάριν ἀπηλλάγησαν τῶν ἁμαρτιῶν. *Non dicit, merces rectè factorum, sed gratia, ostendens non ex laboribus, sed ex gratia liberatos esse a peccatis.* Meliùs Theodoretus *tom. 3.* Ἐνταῦθα οὐκ ἔφη μισθὸν, ἀλλὰ χάρισμα. Θεοῦ γὰρ δῶρον ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος· καὶ γὰρ εἰ τὴν ἄκραν τις κατορθώσειε δικαιοσύνην, οὐκ ἀντιταλαντεύεται τοῖς προσκαίροις πόνοις τὰ αἰώνια ἀγαθά. *Hîc non dicit mercedem, sed gratiam. est enim Dei donum vita æterna. Etsi qis enim summam & absolutam justitiam præstiterit, bona tamen æterna laboribus temporaneis ex adverso in staterâ appendi non possunt.* Optimè Avgustinus *de grat. & liber. arbitr. c. 9.* *Mors meritò stipendium; qia militiæ diabolicæ mors æterna, tanqam debitum, redditur. ubi cum posset dicere, & rectè dicere,* stipendium justitiæ vita æterna; *maluit dicere,* Gratia Dei vita æterna; *ut hinc intelligeremus, non pro meritis nostris, Deum nos ad vitam æternam, sed pro suâ miseratione perducere.* Et Fulgentius *ad Monim. l. 1.* *Cur mors stipendium, vita verò æterna gratia dicitur, nisi qia illa redditur, hæc donatur?* Sed & ante hos omnes Origenes *in Rom. l. 4.* *Apostolus,* stipendia, *inqit,* peccati mors. *Et non addidit, ut similiter diceret,* stipendia avtem justitiæ vita æterna; *sed ait,* Gratia avtem Dei vita æterna: *ut stipendium, qod utiqe debito & mercedi simile est, retributionem pœnæ esse doceret & mortis, vitam verò æternam soli gratiæ consignaret.* Et rursus *ibidem l. 6.* *Benè avtem metaphoram. i. figuram militiæ ex initio propositam servat, ut militantibus sub peccati rege, imò potiùs tyrannidi ejus parentibus, stipendia debita, mortem dicat exolvi: — Deum verò non erat dignum militibus suis stipendia, qasi debitum aliqod dare, sed donum & gratiam; qod est vita æterna.*

CAPUT IX.

Petri verba, Ep. 1. c. 5. v. 5. expenduntur, & explicantur. Versiones variæ. Inducre, *metaphoricè sumptum, qid significet. Hymn. 132. 9. & 73. 6. & 109. 18, 20. explicantur. Plutarchus è Pindaro emendatus. Eph. 4. 24. & Col. 3. 10, 12. illustrantur.* Christum induere, *Gal. 3. 27. Rom. 13. 14. qid sit. Induitur, per professionem externam, virtutem internam, ad justificationem, ad sanctificationem.* Μόρφωσις εὐσεβείας, *2 Tim. 3. 5. qid. Tacitus & Gellius frustra solicitati.* περιέννυμι *&* περιζώννυμι. *Amictus naturalis, artificialis. Christus instar utriusqe.* Οἰκειοῦν *&* ἐνδύειν, *qid invicem distent. Evlogii de istis halucinatio.* Indutus *gradus duo; alter in conversione internâ, alter in conversatione externâ.* Incolatus *gradus ad indutum alterum. Jo. Boisii elogium. Evsebii locus de Constantini filiis. Syri versio expenditur. Esaiæ 3. 22.* מעטפות *qid. In Syri versione lapsus Tremellius. Bezæ inde lapsus occasio.* הזרוע *qid.* ἐγκομβώσασθαι, *qid. abolla unde.* γυμνὸς *qi dicatur qis.* Κόμβωμα, *&* ἐγκόμβωμα, *amictus qalis. Svidas & Hesychius emendati.* Ἐπικόμβιον *qid. Sylburgii, & Portæ lapsus. Nonius emendatus. Arnacides, & encombomata, inter vestes puellares. Vestes virgatæ. Servius ex conjecturâ restitutus. Ab Heinsio de encombomate discessum. alia ab exomide ἐπωμίς. Servorum illa, mulierum etiam ingenuarum ista, nec vilem, nec servilem, sed honestiorem habitum aliqem respexisse Apostolum. Charemon Tragicus. Camerarii, Grotii, Stephani error. Crojus Heinsio iniqior. Heinsium de Svidâ tentato notat: qem non minùs infeliciter ipse tentaverit. Heinsii verba pervertit. Carystii, Apollodori nulla. Jambus Comici à Crojo corruptus. Apollodori Comici duo, Carystius & Gelous. Croji error ridiculus. Gelous à patriâ, non a risu. Apollodori Carystii* Διαβαλλόμενος. *in eâ personâ, cui Phormio nomen. de geminâ ejusdem inscriptione conjectura.* Ἐπιδικαζόμενος *dicta qam Terentius Phormionem.* Ἐπιδικαζόμενος *ejusdem ab hac alia. Terentius à Donato notatus. Pollux emendatus.*

EX occasione dicti Salomonici, à Petro lavdati, eâdem operâ duos parietes dealbare, & utriqe tum Vati, tum & Apostolo, facem allucere in præmissis conati sumus. Hoc capite eis, qæ apud Petrum præcesserant, cùm minùs clara videantur, discutiendis ac illustrandis

dis operæ aliqid insumemus. Dictio Apostolica sic se habet 1 Pet. c. 5. v. 5. Πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε. qod vetus interpres reddidit: *Omnes avtem invicem humilitatem insinuate.* Syrus: ואתעטפו חזאית מכיבות רעינא לות חדדא *amicite vos extrinsecus oculorum dimissione, unus adversus alterum.* Castellio; *Et omnes invicem obseqendo, modestiam amplectimini.* Beza, interstitio facto, qod ego nolim; *Et omnes vicissim subjicimini. Submissione animi estote intus ornati.* nec abscedit Piscator; nisi qòd pro *submissione animi modestiam* substituit. *intus*, uterqe cur interserat, nisi versionem forsan ex Syro Tremellianam sequti sunt, (de qâ deinceps videbitur) cavssam nullam video. imò, ita potius *eam induite, ut in conversatione etiam mutuâ exteriùs se prodat.* Ea est enim *induendi* significatio peculiaris, ubi translatitiè usurpatur. Achilles Agamemnoni *Iliad. A. v. 149.*

Ὤ μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε. —

O qi impudentiam indutus es.

& de eodem, *Iliad. I. v. 372.*

Αἰὲν ἀναιδείην ἐπιειμένος. —

Qi impudentiâ indutus semper incedit.

idest, Evstathio explicante, *περιφανῆ ἔχων τὴν ἀναίδειαν, καθά τι περίβλημα. qi impudentiam palam præ se fert, tanqam amiculum qoddam, oculis qorumvis expositam.* idemqe illud Poetæ, de bellantibus, crebriùs usurpatum, *Iliad. η. v.164. & ϐ. v.262. & ε. v.157. — ἐπιειμένοι ἀλκήν*, exponit, *ἀλκὴν περιβεβλημένοι, καὶ φανερὰν ἀνδρείαν ἔχοντες, strenuitatem præferentes, & conspicuam habentes animositatem.* De Theodoro qodam Pavlus Silentiarius in *Antholog. l.3.*

Πρηΰς, ἐλευθερίην ἐπιειμένος, ἡδὺς ἰδέσθαι.

Mitis, libertate, vel liberalitate indutus, aspectu svavis.

De Pyrrhone Philosopho Scepticæ sectæ principe Aristocles *de philosoph. l.8.* ab Evsebio *præpar. l. 14. c. 17.* lavdatus: *Αὐτὸς δὲ τὸν τῦφον περιβαλλόμενος, ἄτυφον ἑαυτὸν ἐκάλει. Fastus immunem jactabat se, cum fastu totus amictus esset.* De sexu seqiori Plato in *repub. suâ l. 5.* *Ἀποδυτέον δὴ ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξίν· ἐπείπερ ἀρετὴν ἀντὶ ἱματίων ἀμφιέσονται. Nudanda itaqe custodum uxoribus corpora: qandoqidem vestium loco virtute amicientur.* De Dionysio Heracleotâ, qi senex jam à Stoicâ familiâ ad Epicuream desciverat, Athenæus *l. 7.* *Ἄντικρυς ἀποδὺς τὸν τῆς ἀρετῆς χιτῶνα, μετημφιάσατο. Exutâ palam virtutis tunicâ, amictum contrarium induit.* De Epicuro Cicero *Tusculan. l. 5.* *Qi tantummodo induit nomen philosophi, & sibi ipse hoc nomen inscripsit.* i. qi pro philosopho se gerere volebat. De Thraseâ Eprius Marcellus apud Tacitum *annal. l. 16.* *nisi proditorem palam & hostem induisset.* i. pro proditore ac hoste se palam gessisset. De prompto ac liberali largitore Seneca *de benefic. l.2. c.2.* *Latus facit, & induit sibi animi sui vultum.* hoc est; vultu ipsô profitetur & præ se fert, qo animo faciat. Huc Hymnographi illud Hymn.132. v.9. *Induantur justitiâ sacerdotes tui*, hoc est, ut optimè Jo. Piscator: *Effice ut justè ac legitimè administrent, & justitiâ ac fidelitate illâ ita ornentur, sicut ornantur sacris vestibus.* qò & illud Joannis in *Apocal.* retuleris c. 19. v. 8. ubi Christi sponsa dicitur *βύσσινον λαμπρὸν καὶ καθαρὸν περιβαλέσθαι, byssino candido nitidoqe amiciri*: qod, interpretamenti loco, perhibetur esse *τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων.* i. *sanctorum justè facta*, ut *δικαιώματα* eodem sensu sumatur, qo *ἰσθλώματα* & *κατορθώματα* consveverunt. Inde & illud Hymn.73. v. 7. יעטף שית *operit eos, amictus in modum, violentia.* i.e. eam palam præ se ferunt; qo modo mulier mœchandi avida, שית זונה *habitum meretricium*, Parœm. c.7. v. 20. qo qid vellet, palam faceret. sed & istud Hymn. 109. v. 18, 20. *Induit se maledictione, velut chlamyde suâ.* i. maledicum se palam professus est. *velut aqa, penetrabat in interna ejus, & velut oleum in ossa ejus.* i. summopere maledicentiâ suâ delectatus est, & voluptate, cùm eam exerceret, perfusus. Est metaphora abs balneis translata, in qibus aqâ calidâ oleóqe adhibitis corporis membra mulcentur. qale illud ex Pindari *Nem.4.* Plutarch. *de tranqill.*

Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον

Μαλθακὰ γυῖα

A *Δεύει (τεύχει Pind.) &c.*

Neqe calida aqa tantum

Mollia membra

Facit &c.

Seqitur; *Idcirco fiat ei tanqam vestis, qâ se tegit, & pro zonâ, qa jugiter accinctus sit.* i. pari modo maledictione & exegratione dirâ ita obruatur, ut maledicentiæ pensatio fiat omnibus conspicua, nec ab eâ unqam eximere avt eripere se qeat. Inde apud Apostolum freqentes formulæ illæ. *ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον. induere novum illum hominem.*
B Ephes. c. 4. v. 24. & *ἐνδύσασθαι τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον. induere novum qi renovatur.* Coloss. c.3. v.10. & v.12. *ἐνδύσασθε σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πραότητα, μακροθυμίαν. induere viscera miserationum, benignitatem, animi submissionem, lenitatem, longanimitatem.* Et mox v.14 *ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην. super hæc omnia charitatem. Induere novum hominem.* i. novum vitæ institutum capessere; Et *induere virtutes*, i. eas palam exerere & exercere. *ὡς γνωσθῆναι πᾶσιν ἀνθρώποις, ut omnibus notum sit*, ista omnia eis inesse, qod *περὶ τῆς ἐπιεικείας* dicit Philip.
C c.4. v,5. inter cæteras & *humilitatem* sive *animi demissionem*, de qâ & Petrus, posuit. *Charitatem* verò reliqis *omnibus superindui* vult, qod ea sit *σύνδεσμος*, vel *fibula*, vel *fasciæ* instar, qæ amictum reliqum omnem constringat & contineat. Cæterùm notanda cumprimis, utpote insignis maximè, phrasis illa qâ *Christum* ipsum *induere* dicimur. Et certè, si qis *Christiani* definitionem me poscat, ei ego nullam istâ promptiùs darem, *Χριστιανός ἐστιν ὁ τὸν Χριστὸν ἐνδεδυμένος. Christianus* is est, *qi Christum induit.* sic enim Apostolus ad Galat. c.3. v.27. *Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε,*
D *Χριστὸν ἐνεδύσασθε. Qotqot in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Et ad Rom. c.13. v.14. *Ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Induite Dominum Jesum Christum.* Atqe hoc est qod Epictetus *dissert. l.2. c.9.* de *Christiano*, qem is cum aliis *Judæum* nuncupat, *Ὅταν δ᾽ ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ᾑρημένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι, καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος. Cum affectionem tincti sectamqe professi induerit, tunc est reverâ nuncupaturqe Judæus.* Induunt avtem homines *Christum*, (Avgustinum avdis, *de bapt. adv. Donat. l.5. c.24.*) *aliqando usqe ad Sacramenti perceptionem; aliqando*
E *usqe ad vitæ sanctificationem.* qi illo modo *induunt*, sunt mera *professione*; qi isto, sunt verâ *participatione Christiani.* Habent illi *μόρφωσιν εὐσεβείας, οὐ δύναμιν.* Tit. c.3. v.5. h.e. *externâ* qadam *pietatis specie facieqe induti* sunt, cùm *virtute veritateqe nullâ* sint intus *imbuti*, vel *induti* etiam. qo modo de Secundo Carinnate Tacitus *l. 15.* *Græcâ doctrinâ ore tenus exercitus, animum bonis artibus non induerat.* nec avdiendi, qi *imbuerat* substitutum eunt: qod Lipsius opinatus aliqando, pòst aliter censuit. *μόρφωσιν* dixit Apostolus, qod *προσωπεῖον*, sive *larvam*, Theodoretus *histor. l.3. c.15.* de Ju-
F liano abscessore agens. qem ait initio *εὐσεβείας προσωπεῖον περικείμενον*, posteà *τὸ μὲν τῆς εὐσεβείας ἀποδύσασθαι προσωπεῖον, τὸ δὲ τῆς δυσσεβείας γυμνῶσαι πρόσωπον. qam prius induerat, æqanimitatis larvâ exutâ ac depositâ, impietatis, qem habebat, suum vultum discooperuisse.* festivè *πρόσωπον προσωπείῳ* opposuit; dicterium illud alludens in mulierculas fuco illitas, qod Pollux retulit *l.5. c.16.* *οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον. Non faciem, sed larvam gestare.* sive, ut Lucilius in epigram. *Ὡς προσωπεῖον, οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν. Ut larvam, non faciem exhibeam. προσωπεῖα δηλονότι ποιοῦσι τὰ*
G *πρόσωπα. Ut qa ex vultibus personas faciunt.* ut scitè Clemens *pædag. l.3. c.2.* Siqidem in istis *τὸ προσωπεῖον*, sive *larva*, *τῷ προσώπῳ*, h. e. *vultui vero & genuino*, qem interna ac nativa, vel corporis constitutio, vel mentis indoles exhibet, opponitur. Verùm & isti ipsi verè Christiani *Christum induere* duplici denuò ratione dicuntur: qod vir ille ter maximus Mart. Lutherus in *commentariis ad Apostoli verba* illa havd obscurè indicavit. *Induere*, inqit. *Christum dupliciter dicitur: Legaliter & Evangelicè. Legaliter Rom. 13. cum imitamur exemplum & virtutes Christi. Et sic alios etiam sanctos imitari possumus. Induere verò Christum Evangelicè, non est imitationis, sed nativitatis & creationis novæ. qod vix ego induor ipso Christo. h.e. ipsius innocentiâ, justitiâ, sapientiâ, potentiâ, salute, vitâ, Spiritu, &c.* Et mox; *Evan-*

gelicè

gelicè Christum induere, est inæstimabile donum induere, scilicet remissionem peccatorum, justitiam, pacem, vitam, &c. ubi verò induti sumus Christum, indumentum justitiæ & salutis nostræ, tum etiam induimus Christum vestimentum imitationis. Hæc ille; havd forsan distinctè satis. Nos (σὺν Θεῷ) explicatiùs an proponere possimus experiemur. *Christum* ergo *induunt* vere *Christiani* qiqe a Deo sibi vel *imputatum*, vel *impertitum*. *imputatum*, ad *justificationem*: *impertitum*, ad *sanctificationem*. in illâ Christus *amictus artificialis*; in istâ, *naturalis* instar habet. Ad *justificationem*, inqam, qatenus *induitur Christus*, *amictus artificialis* est instar. is enim eùm à rebus externis, stirpibus, animantibus sumatur, exteriùs duntaxat corpori humano applicatur, ut *adhæreat*, noo *inhæreat* ipsi. Et *Christus* pariter unâ cum meritis ipsius, sive satisfactione, qam pro peccatis nostris præstitit; ita nobis *imputatur*, ut ad nos pertineat, & peccata oostra universa, integumenti instar, operiat prorsùs. at ad *sanctificationem* qatenus *induitur*, *amictus naturalis* vicem gerit: qalis est telluris, qæ herbis satisqe; arborum stirpiumqe, qæ fronde, flore, fructu; animantium, qæ setis, pilis, jubâ, lanâ, lanugine, vestiri, amiciri, *indui* dicuntur. ita de terrâ Ægyptiacâ Plinius in *panegyr. tantis segetibus induebatur.* Et Clavdianus *de rapt. Proserp. l.1.*

Vestit iter seges. ——

Et Maro *Georg. l.2.*

—— *oleâ magnum vestire Taburnum.*

de stirpibus. Naso *Metamorph. l.7.*

—— *nec longo tempore frondes*

Induit. ——

Et Columella *de re rustic. l.5. c.5. pars palmitis fructu induitur.* Maro *Georg. l.2.*

—— *cùm se nux plurima sylvis*

Induet in florem. ——

Et Servius ibi, *cum flos induet nucem. i. vestiet; in florem se infundet.* Et *benè elegit arborem, qa folius prima vestitur.* Et *l.4.*

—— *Pomis se fertilis arbor*

Induerat. ——

de animantibus itidem. Plinius *hister. natur. l.9. c.13. Qa pilo vestiuntur, animal pariunt.* Et Lucretius *de rerum nat. l.5.*

—— *juventas*

Occipit, & molli vestit lanugine malas.

inde *vestiсeps*, barbâ, pubeqe vestitus; apud Gellium *l.5. c.19.* Et *investes*, *imberbes*, ut Servius interpretatur, ad Æneid. *l.6.* & 8. adducens poetæ illud ex eodem *l.8.*

Tunc mihi prima genas vestibat flore juventa.

vel *impubes* etiam. hæc e multis. Domini Christi duntaxat celeberrimum adjectum sit dictum illud de *Liliis* etiam agrestibus; Matth. c.6. v.29,30. qæ tam splendidè affirmat divinitus *vestiri*, ut ne *Salomon* qidem *Rex* magnificentissimus, etiam cum *gloriosissimè* semet *ostentaret*, splendorem horum adæqaverit, nedum ut superarit. Cui affine est Solonis illud, qi, referente Laertio, Crœso, postqam in solio qàm splendidissimè amictus consederat, percontanti, qod spectaculum speciosius unqam conspexisset, respondit, *Gallos, Phasianos, Pavos.* φυσικῷ γὰρ ἄνθει κεκόσμηνται, καὶ μυρίῳ καλλίονι. *hos enim flore nativo, eoqe millies speciosiore, adornari.* Cæterùm *nativi amictus* istius etiamsi materia aliunde suppeditata habeatur, ipse tamen est οἰκογενής, *domi nascitur*, intus qasi contexitur, priusqam foris se prodat; qod tam in stirpibus, qàm & in animantibus videre licet; (Ἕκαστον τῶν δένδρων ἔνδοθεν ἐκφέρει τὰ ἐνδύματα φαινόμενα, φύλλα καὶ ἄνθη καὶ καρπούς· καὶ τὰ πετεινὰ ἀπὸ τοῦ σώματος τὰ ἐνδύματα τῶν πτερῶν ἐκφέρει. *Stirpium unaqaqe abintus producit ea qa foris conspicua sunt, indumenta sua, frondes, flores & fructus: volucres itidem è corpore proprio pennarum indumenta proferunt.* Macarius *homil. 32.*) Is autem ubi jam prodierit, virtute viqe internâ qasi protrusus, corpori è qo prodiit, qódqe eo vestitur, non tam *adhæret*, prout ἐπίκλητος ille, qam ἐμφυόμενος, *inhæret*. Et *Christus* pariter, ubi ad *sanctificationem induitur*, in cor verè Christiani ita se insinuat, ut ibi qasi conceptus Spiritus sui virtute hominem prorsus, qasi transformatum, immutet, novámqe infundat indolem, qæ in vitâ deinceps totâ se exerat. Non erat itaqe qod avt Christophorus ille, qi Evlogium per literas consuluit, avt Evlogius ipse, qi eidem respondet, referente Photio in *Myriobiblo cod. 230.* tantopere se torqeret, de verbis Apostoli, qibus modò, τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις κατοικεῖν, *Christum* suorum *in cordibus habitare*, Ephes. c.3. v.17. modo eosdem eundem *induere*, perhibeat. μεγάλης οὔσης τῆς διαφορᾶς οἰκήσεώς τε καὶ ἐνδύσεως. ἡ μὲν γὰρ τὸ ἐπιπόλαιον, ἡ δὲ τὸ εἰς βάθος παρίστησι. *eò qod magna sit incolatus & indutus differentia. quum iste rem superficiariam duntaxat, ille penitius qiddam designare videatur.* Sed nec erat qod Evlogius eò confugeret, ut qo ista conciliaret, *qin alius Christum habitare, ab aliis verò indui* eundem statueret. Κατοικεῖ, inqit, ἐν οἷς πολιτεύεται, καὶ οἱ καθ᾽ ... ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι ἐν αὐτῷ· ἐνδύονται δὲ τὸν Χριστὸν, καὶ ὁ πάλιν αὐτὸν δυνάμενος ἀποδύσασθαι. *Habitat in eo, qi in fide Christianâ tam firmiter radices egit & fundatus est, ut neqeat deinceps excuti: indutus avtem, qi sic affectus est, ut eum possit exuere denuò.* Imo *indutus interior*, in cordis renovatione ad imaginem Christi, (de qâ Pavlus ad Galat. c.4. v.19. Ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, *donec Christus in vobis efformetur.* Et ex qâ enascitur proditqe exterior ille, in vitæ totius instituto, *Christi* qodammodo ipsius expressa qædam *effigies*) *incolatu* illo designatur. ita *indutus* istius duo sunt *gradus*, qorum alter ad *conversionem internam*; ad *conversationem externam* alter pertineat. ille κατοικήσεως, hic ἐνδύσεως nomine insignitur. nec tam ἔνδυσις ad κατοίκησιν, qàm κατοίκησις ad ἔνδυσιν gradus esse videtur. Optime Joannes ille ὁ χρυσόστομος in *ad Rom. orat. 24.* Ὅταν εἴπῃ, ἐνδύσασθε, πάντοθεν ἡμᾶς αὐτὸν περιβαλέσθαι κελεύει. ὥσπερ ἀλλαχοῦ φησιν, εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ἡμῖν· καὶ πάλιν, εἰς τὸν ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπον κατοικῆσαι τὸν Χριστόν. καὶ γὰρ οἰκίαν αὐτῷ βούλεται εἶναι τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν, καὶ ὡς ἱμάτιον ἡμῖν αὐτὸν περικεῖσθαι. ἵνα πάντα αὐτὸς ἡμῖν ᾖ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. *Cum, induite, ait,* Christum, *undiqe nobis circumjicere jubet. qemadmodum alibi dicit.* Si avtem Christus in nobis: (Rom. c.8. v.10.) *& rursus*, ut in homine interiore vestro habitet Christus: (Eph. c.3. v.17.) *Etenim animam nostram esse vult Christi domicilium, eundemqe nos ut vestem incingere; ut omnia ipse nobis & interius & exteriùs existat.* Idemqe *ad Galat. c.3. v.27.* Σὺ δὲ αὐτὸν ἐνέδυσας, τὸν υἱὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφομοιωθείς. *Tu verò eum induisti, in te habens Christum, eidémqe conformis factus.* qod disertiùs adhuc Schol. Græc. *ad Rom.* Πῶς δὲ αὐτὸν ἐνδυσόμεθα; εἰ πάντα ἡμῖν αὐτὸς εἴη ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν ἐν ἡμῖν φαινόμενος. *Qomodo induendus est Christus? si omnia nobis fuerit, interius externúsqe in nobis apparens.* Et ad Galat. οἷον τῇ εἰκόνι αὐτοῦ ἠμφιέσμεθα. *imagine qadam ejus summ qodam modo amicti.* Formulæ deniqe istius, qâ *Christum* hac ratione *induere* dicimur, qum non *cordis* tantùm *habitu*, sed *vitæ instituto* eidem planè σύμμορφοι Rom. c.8. v.29. *i. conformes* existimus, exemplum luculentissimum, qia phrasis alioqi duriuscula videtur, qâ *induere* aliqem dicimur, suppeditat nobis senex venerandus, non tam canitie qàm animi candore verendus, nec sine honorificâ mentione nominandus mihi, cui Græcarum literarum tyrocinia ferè prima debeo, D. Joannes Boilius. Is apud Evsebium in *vitâ Constantini* formulam eandem planè cum interpretatione etiam adjunctâ, jam olim observavit: cujus hæc sunt verba de Constantini filiis in ipso operis illius vestibulo: νυνὶ δὲ ὅλον αὐτὸν ἐνδυσάμενοι, *nunc totum illum* (Constantinum patrem suum) *induti*. id qi factum, mox docet; partim θεοσεβείας ἀρετῇ, *religioso animi affectu patri conformes*; habes *indutum internum*: partim τῷ τῶν πατρὸς ἐμπρέποντες καλλωπίσματι, *præclaris ejusdem institutis* tam accuratè insistentes, ut in eis ipse superstes adhuc videretur; habes & *externum*. *Christum induere* itaqe dicimur, qaodo *vita Christi in nobis se prodit*; qando vitam ita ad Christi normam instituimus oostram, ut qi eam contuetur, verè dicere qeat, *Certè Christus est in vobis.* Et *humilitatem* pariter, qæ est vestis istius ouptialis *lacinia* peculiaris, vel etiam *amictus* regalis istius *pars* præcipua, imò, si dicere liceat, principalis, tunc *induere*, eâqe nos *convestire* dicimur, cum ea

in totâ conversatione nostrâ elucere deprehenditur, nec *toga* magis, qam in tergo gerimus, qàm *modestia animiqe submissio*, havd fucata tamen, in vultu, incessu, gestu, habitu, dictis factisqe qibusvis, intuentium ac conversantium oculis palam sese objicit & oggerit etiam. Ideo optimè Syrus מכיכות עינא *oculorum submissionem* dixit, hoc est, ejusmodi, qæ in oculis vultuqe se prodat. qod graphicè admodum M. Antoninus ille Imperatorum decus, *de institutis suis* l.11. §.15. Ἐπὶ δ᾽ μετώπῳ γεγράφθαι ὀφείλει, καὶ ἐν τοῖς ὄμμασι ἐξέχειν. *fronti inscribi oportet, & in oculis extare*, qod intus in corde geritur. qò eôdem spectat & qod אתעטפו & חיצאית dixit. est enim עטף *operire, obtegere, involvere*. Hymno 65. v.14. יעטפו בר *valles frumento operiuntur*. Et Hymno 73. v.6. *Cingit eos torqis instar, superbia: & violentia* יעטף שית *amictus in morem, operit eos*. inde Esaiæ c.3. v.12. מעטפות qod ἐγκομβώματα qò minùs vertatur, qod impediat, nihil video. Jairus *stragula* vult esse *qibus lectus insternitur & obducitur*. Sed alii pleriqe, in qibus & Caminus, לבוש sive כסות *amictus, velamina, qibus mulieres semet operiunt*. Itaqe Hieron. *palliola*, vertit. Vatabl. *pepla*. Jun. *amicula*. nostri cum Piscatore, mantels. Vestem omnes designari volunt, qæ *superiùs induatur*. ut mirari subeat, qid Tremellium, qem & Beza sequtus est, & hunc Genevenses nostri, induxerit, ut Syrum verterit, *Amicite vos intrinsecus*. Decht pour selves inwardly. Non sum ignarus vocem חיצאית à Schindlero in *Pentaglosso* reddi *intrinsecus*. Verùm exemplo nullo, qo id firmetur, adducto. cum contrà thema, ad qod ipse refert, חוץ *foris, extrà, extrinsecus* significet; unde & חיצון *exterior*. Qin & aliô concedit V. C. Jo. Buxtorfius filius (ὁ πατρὸς τὸ παιδίον) qi τὸ חיצאית deducit à חוץ qod *cingere, succingere, obducere* significet. Sic Act. c.27. v.17. pro eo qod Lucas Græcè dixerat, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον, Syrus habet, מחיצין qod Tremell. reddidit, *extrinsecus succingebamus*. Lod. de Diev, *cingulis constringebamus*. docet enim ex *Lexico Syr. Arab.* verbum hoc significare, *cingulis constringere & ligare*. qo sensu & τὸ ἐγκομβώσασθαι usurpari mox ostendemus. Ab hac avtem radice est חיצא *linteum, sindon*, qod usurpavit Syrus Matth. c.27. v.56. & Luc. c.23. v.53. nam pro eo qod Græcè dicitur, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, Syrus, ברכה בחיצא est autem ברך *involvere*. unde תכריך בוץ *stola*, qâ qis involvitur, *byssina*. Ester. c.8. v.15. itaqe חיצא qoqe pro *sindone*, sive *linteamine*, inde dictum, qòd eo *externus aliqid obvolvatur*; uti & Buxtorfius censuit. Addatur & Philippi Aqinatis expositio in *Lexico absolutissimo*; חצאית הדבר שסבב דבר אחר *res est, qæ rem aliam cingit* ut à חיץ qod *parietem* significat (eúmqe exteriorem, si Schindlerum seqimur; qem mirum tamen cur חיצאית inde doctum *intrinsecus* reddere voluerit) qi aream ædesve ambit, ortum habeat. Verùm cum adverbialiter ab Apostolo usurpari videatur, verti rite poterit, vel *circumcircà* cum Buxtorfio, vel *extrinsecus* etiam, prout ipsa svadet notatio; vel utroqe significatu insimul juncto, *velut cinctu exteriore*. Atqe de Syro vidimus, eum, si rectè capiatur, metaphoræ hujus sensum clarè satis expressisse.

Proximum est, ut de Græco videamus, nunqid nobis insolens satis vocabulum istud, qo Apostolus ipse hic usus est, qod huc faciat, suppeditet. ἐγκομβώσασθε, inqit, τὴν ταπεινοφροσύνην. Κόμβος inter alia Hesychio significare dicitur τὸν σύνδεσμον. id qid sit, apertius docet nos Svidas, τὸν δεσμὸν scilicet τῶν χειρίδων, *manicarum nodum*, sive *vinculum, qo ea solerent illigari*. Idem & βαλάντιον, sive *crumenam*, designare, docet nos, qod apud Grammaticum eundem illum reperitur, Κομβολύτης, βαλαντιοτόμος· qasi *crumenisecam* dixeris, lingvâ nostrâ a cutpurse. qanqam κομβολύτης esset potiùs qem nos dicimus a pickpurse. zonam avtem pro *crumenâ* usurpari, qia zonæ inclusos nummos gestare ex usu erat, sermo familiaris passim prodit. Inde ἐπικόμβια seculi serioris & seqioris Græcis dicta, ἀποδεσμοί τινες, sive ἐκ πανίων τμήματα, *fasciculi sive segmenta panni*, illigata habentes numismata, qæ in Imperatorum coronationibus in plebem promiscuam spargebantur, uti ex Codino *de Offic. aulæ Constantinopol.* & Jo. Cantacuzeno *hist.* l.1. c.41. ostendunt Jo. Mevrsius in *Glossar. Græcobarb.*

A & Aloisius Novarin. *Schediasm. sacroprofan.* l.2. c.15. Sed & τὸ ἐγκόμβωμα eodem qo κόμβος simplex, sensu sumi, monet nos cùm Etymologus; tùm & Hesychius idem. qo etiam avtore, ἐγκομβωθεὶς est δεθεὶς, *illigatus, innodatus*. qod Apollodori ab Etymologo adducti avtoritate firmari videtur.

—— τὸ ἐγκομβώματι

Πτύξας διπλοῦς, ἄνωθεν, ἐνεκομβωσάμην.

(sive ut Svidæ codices exhibent, Πτύξασα διπλοῦν, — ut qæ loqitur, mulier sit. qod si seqamur, legendum potiùs, Διπλοῦν πτύξασ᾽ ἄνωθεν, &c. qo metro consulatur.)

B —— amiculum,

Ubi duplicaram, desuper constrinxeram.

qæ verba esse Apollodori Carystii, non Geloi, (nam uterqe Comicus extitit) ex fabulâ, qam Ἀπολιπούσας, i. *Deficientes* inscripsit, docet &, nisi fallat, avt fallatur ipse, nos Svidas; apud qem tamen, pro Καρυστίου Ἀπολιπούσαι, legendum avt Καρυστίῳ Ἀπολιπούσαι, avt (qod apud Athenæum reperitur, qi tamen fabulam eam Geloo tribuit) Ἀπολειπούσῃ. Hanc significationem sequtus est Erasmus, qum vertit, *Innodate*: qod explicat, *infixam vobis habete*.

C eodemqe forsan respexit Castellio, qi, *Humilitatem amplectimini*. sed & Henr. Stephanus, qi, *Modestiâ vos incingite*. Verùm, ut ne in eo insistam, qod apud Hesychium reperio, Κομβῆσαι, ἀναλαβεῖν. qod κομβῶσαι potiùs legendum ea literarum serie videatur; qanqam & legi forsan possit. Κομβῶσαι, ἀναβαλεῖν. i. *circumjicere, amicire*: unde ἀναβολὴ, ἀμβολὴ, *abolla*: Eodem avtore κομβώσασθαι etiam significat στολίσασθαι, *amicire*; unde κόμβωμα, στόλισμα *amictus*. & ἐγκομβοῦσθαι, ἐνειλεῖσθαι, *involvi*: unde ex avtore innominato, ἐγκεκόμβωται, ἐνείληται. Hinc ergò

D ἐγκόμβωμα *vestis*, qâ qis involvit sese, qæ cæteris superinduitur: & ea sexui qoqe utriqe communis. Siqidem Pollux *Onomastici* l.4. c.18. ait esse ἱματίδιον λευκὸν, *amiculum candidum*, τῇ τῶν δούλων ἐξωμίδι προσκείμενον, *qod in fabulis Comicis servulorum tunicæ adjici solebat*. Longus verò Pastoral. l.2. Pastoribus in usu fuisse indicat, & vestem qidem *extimam*, non *interulam*; *superariam*, non *subuculam*. ubi de Tityro, Philetæ pastoris filio, qò expeditiùs ac celerius iter jussum absolveret, Ὁ μὲν ῥίψας τὸ ἐγκόμβωμα, γυμνὸς ὥρμησε τρέχειν, ὥσπερ νεβρός. *Ille abjecto encombo-*

E *mate, nudus in cursum se dedit, ad hinnuli instar*. Cave tamen *nudum* aliter intelligas, qàm qo modo Savl coram Samuele *nudus procidisse* perhibetur Reg. l.1. c.19. v.24. qo modo Vati, *nudus ambularet*, injunctum est, Esaiæ c.20. v.1. qo modo Petrus γυμνὸς fuisse dicitur, τὸν ἐπενδύτην οὐ διεζωσμένος *amiculo non præcinctus*. Joan. c.21. v.7. Varro avtem, à Nonio lavdatus, in *Catone*, sive *de liberis educandis*, *vestem etiam puellarum*, & *ingenuarum* qidem, neqis *servilem* tantùm ea Polluce censeat, τὸ ἐγκόμβωμα fuisse, nos clarè docet. *Ut puella*, inqit, *habeant potiùs in vesti-*

F *tu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, qam togas*. Qo loco pro *Parnacides*, *Arnacides* legi postulant Hadr. Junius & Avson. Popma. qod ex Aristophanis *Nubibus* Svidas, ex Platonis *Symposio* Pollux l.7. c.33. §.4. exhibent. Ἀρνακὶδα verò Svidas esse ait περιβόλαιον *amictus* genus qoddam, in usu ad frigus arcendum; qòd ex *pellibus agninis* conficeretur, sic dictum. ἀρνακὶς enim, ut Pollux l.10. c.9. est *pellis agnina*, qæ canum collaribus subsui solebat, ne attrictu asperiore colla infestarentur. ex Platone avtem apparet ad *calceamenta* qoqe ob mollitiem à delicatioribus qibusdam

G adhibitam eandem. Sed & istas, & *encombomata*, è vestibus puellaribus fuisse, qod impræsentiarum volumus, ex Varronianis illis constat. Vestes avtem puellares cultiores & varietate aliqâ insignes fuisse plerumqe, non est vero absimile. Talis כתנת פסים ποικίλος, *versicolor*, an *variegata, tunica*, (qæ & מעיל i. *chlamys*, sive *palla* dicitur) Tamaris illa, in Regum Judaicorum histor. l.2. c.13. v.18. *puellarum regiarum, dum ἀδμῆτες κόραι, virgines & innupta adhuc, essent*, solennis. talis & qam Josepho πολυγέρῳ suo; id est, *in senectute sibi genito, unice sibi charo* Jacob conficiendam procuraverat; qod invidiæ ansam primam filiis reliqis adversus τὸν αἱρετικὸν subministrasse videtur. Genes. c.37. v.3,4. certè κομβώματα (malè κομβύματα editur) Svidæ sunt καλλωπίσματα, *ornamenta*. Et τὸ

κομβοῦσθαι,

κομβῶσαι, ἀντὶ τοῦ καλλωπίζεσθαι, sive *ornari*, usurpatum Epicharmo in *Amyco*, (fabulæ ex Epicharmeis nomen id esse docet nos Sophoclis Scholiastes, qod Sylburgium Pottamqe trajectione verborum deceptos fugerat) suggerunt Suidas & Etymologus, verbis illis,

Εἴ γε μὲν (μὴν fortè) ὅτι καλῶς κεκόμβωται.

qod sit pulchrè amictus, nitidiùs splendidiusve vestitus & adornatus. Fortasse & ῥαβδωτὰ erant ἐγκομβώματα ista *puellaria*, qalia Gallorum *sagula virgata*, Maroni *Æneid. l.* 8. *Ex avro virgatæ vestes*, Silio *bell. Punic. l.* 4. qæ habebant *in virgarum modum deductas vias*, uti Servius explicat: sive *striata* (qo modo forsan Servius scripserat, *strias*, non *vias*) ad concharum qarundam instar, qæ & ῥαβδωταὶ ideò Aristoteli dictæ, *histor. animal. l.* 4. *c.* 4. & inde αἱ ἐν τοῖς χιτῶσι ῥάβδοι, *limbi vestium*, apud Pollucem *l.* 7. *c.* 13. Certè tale qiddam subindicare videtur Hesychius verbis illis, Κομβώμενα, τὰ ἐν ταῖς ῥάβδοις μακρὸν πέρας ἔχοντα, ὑπὸ πετάλων. Κομβώματα, *in sceptris lignum turbinatum habentia sub ramis*, verùm ista cum vitii suspecta sint, vix certi qicqam inde eruas. Cæterùm, utut istud se habuerit, certum est ad amiculi decentioris alicujus, vel & cultioris, genus, qod eximium geri, nodoqe forsitan vel fibulâ adstringi, consveverat, Apostolum istic allusisse, ubi monet, ut modestiâ, sive animi submissione, qæ in vitâ se prodat palàmqe faciat, indutâ spectabiles semet exhibeant: nec reverâ reperitur qicqam qod hominum oculos magis attrahat, animos afficiat, affectus alliciat, decorem gratiamqe, cùm apud mortales, tùm & apud Deum ipsum immortalem conciliet, qàm mansvetudine modestiâqe imbutus excultusqe spiritus humanus: qam idcirco τοῦ τῆς περιθέσεως χρυσίων καὶ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμου, *ornatus in circumposito auro & palliorum amictu* loco, mulieribus piis commendat Apostolus idem, & coram Deo πολυτελὲς esse pronunciat, cap. 3. v. 3, 4. Sed & in *Pirke aboth*, sive *Patrum dictis collectaneis*, c. 6. §. 1. R. Meir de homine, qi legis studio incumbit, ומלבשתו ענוה *& vestit eum modestiâ*; vel *modestiâ amicit ipsum*, lex scilicet ex qâ etiam Deo hominibusqe dilectus, acceptus, gratus evadit. Atqe hæc, cùm de Petri monitu illo, tum & de vocis insolentioris sensu ac significatu sufficerint. qibus ea qæ in Hymnum primum commentari visum est, clavdemus.

Appendicis loco, qæ seqvuntur, capiti isti adnexa sunto. Cinnum meum hunc postqam integrum absolveram, cujus ad oram summam, sed loco primo mista & immissa, qæ libello hoc primore sunt comprehensa: prodierant Viri Clariss. Dan. Heinsii *Exercitationes sacræ*. Eas dum evolvo, ad Petri periocham istam, qam in capite prægresso discutiendam suscipiebam annotata qædam deprehendi, & in his nonnulla ab eis qæ hîc à me edissertata sunt pavllo diversa, de qibus obiter pavcis dispiciendum erit.

Primò, qòd ἐγκόμβωμα vult esse *vestem humilem, & servorum, qi cùm breves tunicas, qas ἐπωμίδας vocant, gestarent, super has ἐγκόμβωμα induere solebant, palliolum vilissimum, sed candidum, qod & ἐπίβλημα dicebant.*

Testatur qidem post Pollucem, qem suprà adduximus, Gellius *Noct. Attic. l.* 7. *c.* 12. ἐξωμίδας *substrictas brevesqe tunicas* fuisse, *circa humerum desinentes*, qibus & *Romani* aliqando sunt usi. Qin & servos in scenâ eas gestare solitos, præter Pollucem, Aristophanis *ad Vespas* scholiastes cum Festo commissus nos docet; qorum iste *comicum* ait esse *vestitum*, ille δουλικὸν ἱμάτιον, *habitum servilem*. Sed Pollucis verba, qia disertiora sunt, dare havd abs re fuerit, eò magis, qòd ad ea cum impegisset, lapsus vir summus videtur. Ex *l.* 4. *c.* 18. §. 2. ista sunt; Κωμικὴ δὲ ἐσθὴς, ἐξωμίς· ἔστι δὲ χιτὼν λευκὸς, ἄσημος, κατὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν ῥαφὴν οὐκ ἔχων. *Comica vestis, exomis: est avtem ea tunica candida, vilis, ad latus sinistrum nevtiqam consuta.* qod postremum nota erat, qâ servulorum vestitus ab ingenuorum habitu distingvebatur. Pollux idem *l.* 7. *c.* 13. Χιτὼν δὲ, ὁ μὲν ἀμφιμάσχαλος, ἐλευθέρων σχῆμα· ὁ δὲ ἑτερομάσχαλος οἰκετῶν. *Tunica utrinqe manuleata, ingenuorum habitus erat; ab alterâ verò tantùm parte manuleata, servorum.* ita enim epitheta illa Etymologus exponit, Ἀμφιμάσχαλος, χιτὼν δύο χειρίδας ἔχων. ὃς ἦν τῶν ἐλευθέρων· ὁ δὲ τῶν οἰκετῶν μίαν εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο ἑτερομάσχαλος ἐκαλεῖτο. Ἀμφιμάσχαλος *tunica erat duas manicas habens, hæc erat ingenuorum: servorum vero tunica unam manicam habebat, & ideo altera tantum parte manuleata dicebatur.* itaqe qod Festus, *Exomides sunt comici vestitus, exertis humeris.* id de humero altero tantùm, idqe sinistro, *expapillato* uti posteà loqitur, est intelligendum. ab exerto avtem humero *exomidis* tunicæ ejusmodi enatum est nomen.

Ad hæc ἐγκόμβωμα illud, qod & ἐπίβλημα dictum ex avtoribus dictis discimus, qo exomides servulorum illæ, sive in scenâ, sive extra scenam, obducebantur, fuisse ἱματίδιόν τι λευκὸν, *palliolum qoddam candidum*, & pro servili conditione vile satis, tale nimirum, qalem Pollucem nobis *exomidem* ipsam, cui id superinduebatur, describentem in antegressis avdivimus, extra controversiam esse conceditur. Verùm perperam hinc concluditur, ἐγκόμβωμα omne, avt *humile*, avt *servile*, avt *vile* etiam, nedum *vilissimum*, indumentum fuisse. nec verò est verisimile, ad vile atqe ignobile aliqod amiculum respexisse Apostolum, cùm hoc vocabulo uteretur; sed ad mundi muliebris potiùs partem insigniorem aliqam, qæ gerentem spectantium oculis conspicuam redderet & eximie commendatam. rectèqe proinde reddiderunt in editione Genevensi nostri, Deck your selves with humility.

Tum ἐξωμίδας & ἐπωμίδας malè confundit, dum qod de illis Pollux pronunciat, ad istas Vir Clariss. transfert. etiamsi enim ἐξωμὶς, ἐσθὴς δουλική. Ἐξωμὶς, *vestis servilis*, dicatur, qalem ex veteribus illis, supra descriptam habuimus; at non ἐπωμὶς, qannum legisse memini, servulorum amictus fuisse usqam dicitur. Ἐπωμὶς Polluci *l.* 13. *c.* 13. inter ea recensetur indumenta, qæ γυναικῶν ἴδια, *mulierum peculiaria* habebantur. Sed & ex eis fuisse, qibus illæ indui consveverant, cùm vel oblectamenti cavsâ, ad hilaria agenda, vel ad spectaculum aliqod solenne, in publicum foras prodirent, ex Chæremonis non Comici, (in qo halucinati sunt tot viri magni, Gyraldus, Camerariùs, Grotius, Stephanus, Svidam erroris ducem sequti, sed Tragici, prout præterqam qod fabularum argumenta docere poterant, Athenæus, nec id uno in loco, disertè testatur) fragmento reliqo patet, in qo Oeneus (à qo fabulæ nomen) virginum, qas in prato qodam semet oblectantes, dum Dianæ forsan an Veneris ad Lunam illucentem pervigilia celebrant, & alias qidem humi desidentes cubantesve, alias choreas ducentes, alias flores legentes, spectaverat, amictus gestusqe describendo, inter alia ab Athenæo *l.* 13. repræsentata, hæc habet,

Ἔκειτο γὰρ ἡ μὲν λευκὸν εἰς σεληνόφως
Φαίνουσα μαστὸν λελυμένης ἐπωμίδος.

hoc est, vertente Grotio;

Alia jacebat, candidas papillulas
Ostendens Lunæ, retrojecto pallio.

qod &, vocabulo ipso, de qo agitur, retento; sic reddi poterit;

Jacebat alia qidem, solutâ epomide,
Mamillulas ostentans Lunæ candidas.

Epomidas avtem qæ gestabant mulierculæ, nuptæ eæ, an innuptæ virgines adhuc; *encombomata*, qæ illis superinjecta ferebant, ad earundem proculdubio conditionem rationemqe accommodata habebant; nec epomidi pretiosæ splendidæqe encomboma vile atqe ignobile superindutum ire volebant; ne vilior ista honestiorem illam deturparet, & amictus pars altera ab alterâ dissidens, spectaculum difforme atqe indecorum spectantium oculis exhiberet: nec est verò avt rationi avt usui etiam consentaneum, nisi per imbrem forsan vel in itinere, tutelæ munimentive cavsâ, vestem elegantiorem viliore obvelare, qo conspectui minùs pateat illa, qam conspicuam magis esse volunt pleriqe. Nullâ itaqe ratione induci possum, ut illam moniti Apostolici à viro Cl. datam periphrasin probem, *Humilitatem induite, ut encomboma nimirum servi, cum vestem illam, illud palliolum, viles humilesqe servi, ut humilitatis indicium, gestarent.* Malim ego qidem, *Humilitatem induite, ut encombomata virgines ingenuæ*, qibus se decore vestitas atqe exornatas exhibebant, ubi foras in publicum, in-

qe hominum conspectum, conspiciendæ fortean & ipsæ, A prodibant.

In Sridâ verò defingendo & explicando, (de qo qid sentiam, est à me suprà indicatum) uti Viro Cl. non accedo, ita nec viro doctissimo Jo. Crojo (qi adversus illum iniqiorem pavlò passim se præbet) per omnia istic assentiri qeo. Hujus postqam ad manus meas pervenerant *in Novum Fœdus Observationes sacræ*; in eis Heinsium deprehendi de Svidæ loco hoc tentato, notatum. Ac primò qidem Heinsii verba sic refert. *Apollodorus* (inqit) *teste Svidâ, postqam dixit*, Καρυστίοις λιπῶσα τὴν ἐπωμίδα πτύξασα διπλῆν, B *addit*, ἄνωθεν ἐπιμβωμένην, *fortè*, ἄνωθεν αὐτὴν αὖθις ἐγχομβώσασα. Tum increpatione acri satis subjectâ; *Animadverte*, inqit, *lector, qanta sit Heinsii eruditio, qanta in veterum libris volvendis, eorumqe fragmentis eruendis diligentia & prudentia. Has voces* Καρυστίοις λιπῶσα *conjungit cum verbis mulieris, qæ in Comœdia Apollodori Gelot loqitur, ac si ea diceret, se Carystiis suam ἐπωμίδα reliqisse: cum Apollodori Comœdia fuerit, qæ* Καρύστιοι, *vel* Ἀπολιπῶσα *inscripta erat.* Ἀπολιπούσης *meminit Athenæus l. 3. —— Hæc comœdia in libris editis Svidæ inscribitur* Καρύστιοι ἀπολιπόντες. C *unde Casavbonus conjicit apud Athenæum scribendum esse* ἐν Ἀπολιπούσῃ. *nos verò arbitramur has duas voces esse distinguendas, atqe hanc Apollodori comœdiam inscriptam fuisse*, Καρύστιοι, ἢ Ἀπολιπῶσα. Hæc ille.

Atqi, ut nihil dicam, qàm iniqum sit ex unâ avt alterâ, è conjecturâ, emendatione vel parum avspicate tentatâ, vel dextrè minùs præstitâ, de cujusqam eruditione, prudentiâ, diligentiâ in universum censuram formare, sententiam proferre: certè si ex hoc ipso qod nunc in manibus est, de viro doctissimo, Legis hujus latore, judicium D lege parili institueretur, ab omni tam ratione qàm & æqitate alienissimum esse, cùm hujus ipsius scripti pars reliqa tantùm non clamaret, tum avtor ipse non immeritò conqereretur. Verùm istud ut mittam. Primò Heinsio vir doctissimus affingit, qæ is (in eâ saltem, qæ penes me est, apud Cantabrigienses nostros typis impressâ, editione) nullus habet, nullus dicit. nec Καρυστίοις λιπῶσα, sed ἀπολιπῶσι, præferunt Codices Heinsiani. nec verba illa, cum Comici verbis compingit, sed ab eis, cum punctiunculâ interstitâ, tum & literâ majusculâ inciso inseqenti præ- E fixâ, disertissimè distingvit. *Svidas*, inqit, *postqam dixit*, Καρυστίοις ἀπολιπῶσι. Τὴν ἐπωμίδα πτύξασα, &c. candor itaqe in reprehensore merito istic (ne qid gravius dicam) desideratur.

Tum non minùs Heinsio, qem tam inclementer exagitat, reprehensorem ipsum in Svidâ restituendo, halucinatum hîc ego qidem nullus ambigo. Siqidem, qod Apollodori Comœdiam, Καρύστιοι ἢ Ἀπολιπῶσα, fuisse inscriptam, affirmat, nullo id avtore comprobatur, nullâ vel probabili conjecturâ nititur. Comœdiarum Apollodori, F & utriusqe qidem (duo namqe cognomines Comici fuerant) mentio apud veteres reperitur havd infreqens. at qæ Καρύστιοι dicta, nusqam, opinor, apud ullum eorum hactenus comparuit. Ἀπολιπῶσα qæ nuncupabatur, erat. ejusdemqe meminit reverâ loco à Viro doctissimo indicato Athenæus. malimqe cum reprehensore Ἀπολιπούσῃ, qàm cum animadversore eo loci Ἀπολιχῶσι legere, & ex Athenæo Svidæ, qàm ex Svidâ Athenæi correctionem moliri. Verùm pro Καρυστίοις Ἀπολιπῶσι, Καρύστιος Ἀπολιπούσῃ omninò legendum. *Apollodori* scilicet Comici duo fuerant; *Ca-* G *rystius* alter, alter *Gelous*; à patriâ uterqe sic dictus. Ex utroqe excerpta extant adhuc in Veterum monumentis, apud Athenæum, Hesychium, Pollucem, Ammonium, Evstathium, Svidam, Donatum, alios. Utriusqe disertim distinctimqe eôdem loci meminit Pollux *l.* 10. *c.* 31. Ἀπολλόδωρος ὁ Γελῷος ἐν Ψευδαίαντι. —— Ὁ δ' Ἀπολλόδωρος Καρύστιος Ἀντιδωρουμένῳ, *Apollodorus Geloüs in Pseudajace — Apollodorus Carystius in beneficium rependente.* Nec me movet, qod Ἀπολιπῶσα, non *Carystio*, sed *Geloo*, ab Athenæo adscribitur. Siqidem pari modo, qod & Casavbonus observavit, fabulam alteram, cui titulus Γραμματιδιοποιὸς, *Carystio* Athenæus *l.* 7. *Geloo* Pollux *l.* 10. *c.* 23. attribuit, alterius itaqe, prout istic, ita illius [illegible] σφάλμα μνημονικὸν: nisi si de avtore, hoc an illo; A variæ fuerint criticorum sententiæ. qod in multis, & Apollodori alterius inter alios, contigisse, ex Athenæo & Polluce (alios ut taceam) liqidò patet. qin & Grotius proinde in *Excerptis* suis, fragmenta eadem nunc sub hujus, nunc sub illius nomine recensuit. Nec fœliciùs itaqe in Svidâ restituendo qàm Heinsius, qem tamen tam severè castigat, tam sæviter flagellat, versatus est ipse Crojus.

In Comici sanè verbis distingvendis consideratè minùs egit; cùm ita rescribit, ut hemistichium qod præmissum B oportuerat, senario integro subjungendo, metrum corruperit. qalis est enim jambus iste,

> Τὴν ἐπωμίδα διπλῆν πτύξασ' ἄνωθεν?
> *Epomida cum duplicem plicasset superne.*

avt qale etiam jambi novi exordium illud, ἐγχομβωσαμένη? Sed & ridiculus plane error est, qod Vir doctissimus Ἀπολλόδωρον Γελῷον non semel *Apollodorum ridiculum* reddidit. Atqi, ut illud ne moneam, (qod qis ferè in Græcis literis vel levissimè tinctus nescit) γελοῖον non γελῷον *ridiculum* denotare. *Gelot* nomen Comico illi, non à risu adhæsit, C sed à patriâ, *Gela* scilicet (teste Stephani Byzantini abbreviatore) urbs fuit Siciliæ, juxta qosdam à *Gela* flumine præterlabente, juxta alios à *Gelone* conditore sic dicta. inde deductum formulæ geminæ nomen gentilitium, ab illâ nominis ratione Γελαῖος, ab istâ Γελῷος. Ab Apollodoro avtem *Phormionem* (sicut & *Hecyram*) suam mutuam sumpsisse Terentium avtor est Donatus. qi & Poetam *erroris manifesti* reum teneri affirmat, qod in *Prologo* Ἐπιδικαζόμενον eam nuncupatam ait, verbis illis.

> *Epidicazomenon qam vocant Comœdiam*
> D *Græci, Latini Phormionem nominant,*
> *Qia primas partes qi aget, is erit Phormio.*

Ἐπιδικαζομένην eam dicere debuisse. id enim *fabulæ, qam transtulit, fuisse nomen, à puellâ, de qâ judicium habebatur*, cùm Comici ejusdem *fabula alia* fuerit, qæ Ἐπιδικαζόμενος dicebatur. Et Apollodori qidem *Carystii*, non *Geloi*, fuisse avtumo; qæ & geminam forsan inscriptionem habuerit, à puellâ adjudicatâ alteram, Ἐπιδικαζομένης, à parasito litem intendente alteram, Διαβάλλοντος. Apollodori Διαβάλλοντα lavdat Stobæus *tom.* 2. *tit.* 6. ex qo E Pollucis codicibus medela dabitur, apud qem *l.* 10. *c.* 33. depravatissime editum habemus, καὶ ἐν Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου Διαβάλλοντι, Μέγα, ὦ Φορμίων, γλαυκωνόμος οὐκ ὀφθαλμῷ. qod Rod. Gvalterus interpres reddidit; *Et in Apollodori Carystii Diaballis, Magnum, ô Phormio, glottocomium non oculo.* qæ verba Oedipo aliqo, avt Sphinge etiam, indigent. Tu, lector, rescribe sis meo periculo; καὶ ἐν Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου Διαβάλλοντι,

> —— μέγα,
> Ὦ Φορμίων, γλαυκώμενον, οὐκ ὀφθαλμιῶ.

F *Et in Apollodori Deferente*, sive *Calumniante*,

> —— *Magnum ecce*,
> *Phormio, vidulum: non lippio.*

Apollodori Διαβάλλοντα esse ex Stobæo discimus, Apollodorum hujus avtorem Carystium fuisse ex Polluce. ex qo & *Phormionis* nomen habemuus; & illius qidem, opinor, qi fabulæ Terentianæ nomen dedit. Verùm istæ, de inscriptione geminâ, deqe fabulâ hac eâdem cum Terentianâ, ut leves fuerint conjecturæ; at de Pollucis loco isto restituendo qod attulimus, nihil qàm mera conjectura, G avt suspicio, minùs. Hæc avtem eo magis hîc adjicere visum, qò una cum viro doctissimo ad Pollucem èmendandum, qod & alibi loco non uno est à nobis præstitum, hac occasione symbolam nostram contribueremus. Interim de V. Cl. alterius interpretatione, alterius reprehensione, qæ sit animi mei sententia cum ingenuè liberèqe indicaverim, eam ipse erudito ingenuoqe cuivis, libertate parili censendam relinqo.

CAPUT X.

Hymnorum tituli. Hymni ἀνεπιγράφοι, qot. Ἐπιγραφοι, qot. Titulis indicata. 1. Persona, 1. à qibus conscripti. Moses. David.

David. Salomon. Asaph. Heman. Ethan. In Hymno 72. *clausula adjecta, expenditur. Davidi omnes tribuentium, opinio rejecta. item Chaldæi, qui Hymnum* 92. *Adæ adscribit. Plures tamen Davidis, quàm qui nomen ejus præferunt. Rabbinorum & Hieronymi, regula rejecta. De Asapho tributis ambigitur.* 2. *pro quibus confecti.* 3. *quibus commissi.* למנצח *quid.* 2. *Tempora, sive occasiones,* 1. *quibus confecti. Hymni* 9. *&* 56. *tituli, expenduntur.* 2. *quibus adhibendi.* אילת השחר *quid.* מחלת *quid. Piscatoris opinio rejecta.* 3. *Natura.* 1. *Qualitas, dignitas.* מכתם *quid.* שיר המעלות *quid. Varia de hac sententia.* 2. *Materia.* אל־תשחית *quid.* להזכיר *quid.* עדות *quid.* 4. *Musica.* שיר *quid.* מזמור *quid.* מזמור שיר *&* שיר מזמור *Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, cur sic dicti. Athenæus emendatus. Tzetzes notatus. Organa* נחילות *quid.* מחלת *quid.* נגינות *quid.* שושנים *quid. ἔντατα, inter ψηλαφητὰ,* שושן עדות *quid.* גתית *quid. Junius hic ἀλλοιούμενος.* ענות *quid. carmen ἀμοιβαῖον.* עלמות *quid.* שמינית *quid.* על מות לבן *quid.* שגיון *quid.*

DE Hymnorum sacrorum titulis dissertationem (σὺν Θεῷ) instituimus: non quasi novi quippiam allaturi, sed quo ordine aliquo dispescamus, quod maximè probabile visum fuerit, in singulorum explicatione sequi.

Hymni itaque (ita תהלים lubens verterim) sacri, uno simul volumine constipati, vel sunt ἀνεπίγραφοι, vel ἐπίγραφοι.

Ἀνεπίγραφοι, qui *titulo destituuntur*, sunt numero viginti quinque, sexta pars utique cohortis integræ. 1. 2. 10. 24. 33. 43. 71. 91. 93. 94. 95. 96. 97. 99. 104. 105. 107. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 136. 137.

Ἐπίγραφοι, qui *titulo præfixo insigniuntur*, sunt centum viginti quinque reliqui.

Titulis sive inscriptionibus indicantur, 1. *Persona.* 2. *Tempora.* 3. *Natura.* 4. *Musica.*

Persona titulis designatæ triplicem rationem, sive differentiam habent; *à quibus conscripti; pro quibus confecti; quibus commissi* sive concrediti.

1. *A quibus conscripti.* sex sunt autem, quorum nomina Hymnis ab ipsis concinnatis præfixa reperiuntur. *Mosis*, Hymno 90. *Davidis*, Hymno 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 32. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 68. 69. 70. 86. 101. 103. 108. 109. 110. 124. 133. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. *Salomonis*, Hymno 127. *Hemanis*, Hymno 88. *Ethanis*, Hymno 89. *Asaphi* denique, Hymno 50. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. quanquam de horum quibusdam non immerito ambigitur, *Asaphóne* conscripti, an eidem ejusve posteris commissi fuerint: partim quia calamitates populi Dei, Templique ipsius unà cum civitate devastati, quæ Hymno 74. & 79. deploratur, Asaphi ætate inferiora longè tempora respiciat; partim quia quorundam Hymni nempe 75. subjecta materia Davidi potius quam Asapho competere videatur.

Nisi si quis aut illa spiritu prophetico prævisa ac prædicta; hunc sub Regis personâ ab Asapho conceptum & conscriptum, statuendum censuerit. Neque enim ullâ ratione admittendum videtur, quod Euthymius in *præfat. ad comment. in Psal.* habet; Hymnos universos Davidis esse, etiam quorum tituli alios autores præferunt. nam & ab Asapho Hymnos conscriptos fuisse, qui ad cultum solennem adhiberentur, habemus ex Annal. l. 2. c. 29. v. 30. Quanquam plures à Davide compositos certum est, quàm qui nomen ipsius in fronte gerunt: Siquidem de Hymno 72. liquet, ex verbis illis ad clausulam novissimam adjectis. *Finiuntur orationes Davidis filii Jessæ.* neque enim eis assentiri possum, qui *ultima Davidis vota pro Salomone filio in regnum mox suscessuro concepta*, vel *à Salomone*, cujus nomen præfert hymnus, (quod Mart. Bucerus opinatur) vel *ab alio ex cantoribus quopiam* (in quâ sententiâ nonnullos fuisse Abraham Esdræ filius autor est) in hymni formam redacta, & scripto tradita fuisse volunt. Sed nec hunc adjectionis illius sensum esse autumo, (quod multis tamen placuisse video) *verba votave Davidis ista novissima fuisse*; cùm de aliis in historiâ sacrâ Regum l. 2. c. 23. v. 1. hoc ipsum diserte affirmetur: sed vel hunc ultimum fuisse ex hymnis Davidicis, cùm co-

A dex iste primò confectus est; ut, qui sequuntur ejusdem, sparsim alienis immisti, piorum operâ conquisiti & deinceps adjecti sunt; (quod de Salomonis parœmiis liquidò constat, ex lemmate capitis 25.) vel hucusque serie quasi continua Davidis hymnos fuisse congestos, cùm ab isto sequantur Asaphi aliorumque serie gemina continuati haud pauci; etiamsi intervallo satis notabili facto, Davidici quidam deprehendantur alienis illis interjecti. Cæterùm & de aliis itidem, etiamsi Davidis nomen non præferant, hunc tamen autorem habuisse, constat aliunde; de secundo, ex
B Petri verbis Act. c. 4. v. 25. de nonagesimo sexto, centesimo quinto, & sexto, ex Annal. l. 1. c. 16. v. 7. quo loco tanquam Davidis recensentur istorum unus integer ferè, reliquorum duorum, alterius ab initio prolixum satis συνηρμένον, alterius à fine versus duo novissimi.

Quin & Mosi, nec huic tantùm, plures tribui oporteret, si regulæ illius fidem sequeremur, quam in *Psal.* 90. *expositione ad Cyprianum* tradit Hieronymus: *Hanc esse Scripturæ sacræ consuetudinem, ut Psalmi, qui, cujus sint, titulum non habent, eis deputentur, quorum in prioribus nomina*
C *continentur.* unde statuit ipse Hymnos undecim, ab isto ad centesimum usque, ejusdem autoris; nempe Mosis, esse. Ambrosius certè *de fide orthodoxâ contra Arianos c.* 3. sicut ex Hymno 72. sub Davidis, ita è 97. sub Mosis nomine laudat nonnulla. Cæterùm regulæ huic fidem non derogat, sed abrogat planè, quod Hymno 99. v. 6. *Samuelis* fit mentio, post Mosem seculo uno & altero nondum nati. Nec satisfacit omninò suffugium illud Hieronymianum, *prophetatum esse à Mose Samuelis nomen*; cum de Samuele hymni autor, quisquis is fuerit, tanquam de personâ tempore suo notâ
D satis nobilique loquatur. De Hymno itidem 50. Asaphóne conscripta, an eidem concredita fuerit, qui ambigant, non desunt; sicut & de reliquis, qui nomen ejusdem in fronte gerunt. (Nam Paraphrastæ Chaldæi nullam hic habeo rationem, qui *Adæ* protoplasto Hymnum 92. tribuit.) Verum, tum de istis, tum & de cæteris omnibus, quorum conditores in obscuro delitescunt, quod de libro Job olim Gregorius Rom. *præfat. c.* 1. idem pariter dictum sit: de literis Regis aut magistratus cujuspiam cum constet, de calamo, quo exaratum, vel amanuensi, à quo scripto sit tradi-
E tum, vel concinnatum etiam, litem movere quid prodesset? *Cum enim*, inquit ille, *rem cognoscimus, ejusque rei Spiritum Sanctum autorem tenemus, qui scriptorem quærimus, quid aliud agimus, nisi legentes literas, de calamo satagimus?* In quam eandem mentem & Gregorio prior Theodoretus, de hoc ipso agens argumento; *Ποίαν μοι περιποιήσεις ὠφέλειαν, εἴτε τούτου, εἴτε ἐκείνου εἶεν πάντες· δῆλον γε ὄντος, ὡς ἐκ τῆς θείας ἐνεργείας συνεγράφησαν ἅπαντες; Quid meâ refert, hujus omnes, an illorum nonnulli sint, quum universos Spiritus divini afflatu conscriptos fuisse compertum sit?*
F Atque hæc de eis, à quibus confecti; sequitur de eis, vel pro quibus conscripti, vel quorum fidei curæque demandati prædicantur.

2. Itaque pro Salomone, Hymnus 72. pro è Dei populo afflicto quovis, Hymnus 102. conscriptus perhibetur.

3. Quibus commissi, vel generatim designantur, למנצח *præfecto, symphoniæ magistro.* ex Annal. l. 2. c. 2. v. 2. 17. & c. 34. v. 23. ubi מנצחים οἱ ἐργοδιῶκται, sive *operis præfecti* dicuntur, ut R. David Kimchi & Abraham Esdræ filius, Græci, LXX qui censentur, εἰς τὸ τέλος, *in finem*; quasi
G esset לנצח quomodo ex Rab. Gaonis sententiâ, Abraham Esdræ filius exponit: ut hymni intelligantur, qui perpetuò cantari debeant. Verùm prius illud probabilius videtur, quum & נצח pro operis cum prophanis, tum & sacris procurandis & promovendis *præesse* ac *præesse* creberrimè sumatur: uti videre est Annal. l. 1. c. 15. v. 21. ubi de musicis etiam diserte usurpatur. & c. 23. v. 4. & l. 2. c. 34. v. 12. & Esdræ c. 3. v. 8. 10. At Aquila & Theodotion, τῷ νικοποιῷ, *ei qui victoriam præbet*. ac si hymnus ἐπινίκιος. Symmachus, ἐπινίκιος, quasi canticum *triumphale*, designaretur, quod ipsum hymnorum argumentum sæpenumero refellit. Sunt autem hi hymni. 4. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 18. 19. 21. 22. 31. 36. 39. 40. 41. 42. 44. 45. 46. 47. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 64. 65. 66. 67.

66. 67. 68. 69. 70. 75. 77. 80. 81. 84. 85. 88. 109. 139. 140.

Vel speciatim; *Jeduthunis choro*. Hymn. 39. 62. 77. *Corachi posteris*. Hymn. 42. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 84. 85. 87. 88. *Asapho* ejusdemve posteria. Nam de eis, qi *Asaphum* inscriptum habent, qod suprà monui, ambigi potest, an & in hac classe sint ponendi. certè hymnodiæ formulas qasdam *Asapho ejusqe choro* à Davide contraditas, habemus ex Annal. l. 1. c. 16. v. 7. Cæterùm ego Asapho ex eis qos suprà recensui, partem benè magnam havd illubenter detulerim; Et Hymnum 73. eo magis, qòd ad Hymnum proximè antegressum Davidicis finis datus dicitur. Qin & eis, qi antecesserant, intersiti sunt nonnulli, qi Israelis *μελοποιόν, vatem lyricum*, illum amœnum conditorem habere non poterant: è qibus est celeberrimum ἐπιθαλάμιον illud, hymn. 45. at verò posteriores illos, 74. 79. 80. 83. Asaphi posteris potiùs concreditos, qàm ab Asapho ipso confectos, ex argumenti ratione proclivius est credere; de qo qid sentiam; est superiùs indicatum.

Hactenus fuerunt *personæ* hymnorum titulis designatæ: *tempora* sequntur, qibus vel confecti, vel adhibendi prædicantur.

Tempora, sive occasiones, qibus sunt conscripti, cùm in Davidicis solis reperiantur expositæ, idcirco pro rerum ab eodem gestarum ordine classem istam digeremus. conscripti sunt itaqe.

1. Ad *Goliæ cædem* Hymn. 9, si Chaldæum Paraphrasten seqimur, qi עַל־מוּת לַבֵּן exponit, *super mortem ejus qi inter duas acies medius constitit*. qod & in editione primâ amplexus est Tremellius: ex Hist. Reg. l. 1. c. 17. v. 8. 50. minùs enim probantur, qi de Nabale accipiunt.

2. Ad *ædes Davidis* per ministros à Savle missos *perscrutatas*. Hist. Reg. l. 1. c. 19. v. 11. Hymn. 59.

3. Ad *falsas Cushi* Benjaminitæ *calumniationes*. Hist. Reg. l. 1. c. 24. v. 9. Hymn. 7. nam de Shimeo qi intelligunt, qibus probetur id, vix reperiunt.

4. Ad *apprehensionem suam Gathi*. Ibid. c. 21. v. 11. Hymn. 56. de occasione constare satis videtur. cæterùm obscuriora sunt verba illa, עַל־יוֹנַת אֵלֶם רְחֹקִים *de vim patiente* (*animâ*, uti in קֹהֶלֶת Salomonico suppleri solet) *à manipulo longinqorum*. Jun. & Tremell. *de columbâ obmutescentia* (i. mutâ) *in longinqis locis*. Post Jairum & Camium, Calvin. Moller. Piscat. & alii pleriqe. nam Esdraides cantilenæ alicujus vulgò notæ, ad cujus modos hymnus iste compositus fuerit, initium avtumat fuisse.

5. Ad *evasionem ab Abimelecho*. ibid. c. 22. v. 1. Hymn. 34.

6. Ad *commorationem* suam *in deserto Judææ*. ejusdem c. v. 5. Hymn. 63.

7. Ad *Ziphitarum proditionem*. ibid. c. 23. v. 19. Hymn. 54.

8. Ad *stationem Gitthæam*, sive arcæ dominicæ deductionem. Histor. Reg. l. 2. c. 6. uti vult Junius; qem vise sis. Hymn. 8. & 81.

9. Ad *increpationem propheticam*, de *adulterio homicidióqe* perpetrato. Hist. Reg. l. 2. c. 12. Hymn. 51.

10. Ad *fugam ab Absalomo*. Ibid. c. 15. v. 14. Hymn. 3.

11. Ad *dedicationem*, sive *instavrationem domus suæ*. Ibid. c. 20. v. 3. Hymn. 30.

12. Ad *liberationem*, cùm *à Savlis insidiis*, tùm & *ab universis inimicorum suorum conatibus*. Ibid. c. 22. Hymn. 18.

Atqe hæc fuerunt *tempora* & *occasiones*, *qibus confecti* & conscripti; sequntur *qibus adhibendi* & usurpandi designantur.

Ea vel sunt stata & ordinaria, vel è re nata, & extra ordinem emergentia.

Prioris generis sunt, *tempus*, avt *dies*; *avrora prima*, (ita אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר Junius reddit) cui Hymn. 22. avt *septimana*; *dies Sabbati*; cui Hymn. 92. destinatus perhibetur.

Posterioris sunt, *tempora*, avt *afflictionis* & angustiæ, cui Hymn. 102. avt *ægritudinis* alicujus *affligentis*, cui Hymn. 88. amoliendæ destinatur; si Piscatorem seqimur, qi מָחֲלַת לְעַנּוֹת vertit, *de infirmitate affligendi*, sive *afflictionis*. i.

A *affligente*. ut מַחֲלַת à חָלָה *ægrotare*, *infirmari* deducatur. qod Jairo aliisqe visum. Verùm & Syntaxis mihi pavllò coactior videtur: nec vocabuli ea significatio Hymni 53. argumento qadrabit, ubi idem ipsum deprehenditur.

Ad tertium illud transeo, qod inscriptiones istæ indicare videntur. Ea est Hymnorum ipsorum, qibus præfiguntur, *natura* & condiòo.

Hoc nomine comprehensam velim hymni, vel *qalitatem*, vel subjectam *materiam*.

1. *Qalitatem*, sive *dignitatem* & *excellentiam* qod atti-
B net; hinc fit, ut alii, *avrea cantilena* (ita מִכְתָּם à כֶּתֶם qod *avrum purissimum & purgatissimum* designat, Jobi c. 28. v. 16. 19. Hymn. 45. v. 10. Dan. c. 10. v. 5. exponunt post Abraham Esdræ & Dav. Camium, Jun. & Pisc.) Hymn. 16. 56. 57. 58. 59. 60. alii *graduum*, sive *excellentiarum*, i. *excellentissima*, (ut Jun.) *in summo gradu* (ut Piscat.) *collocanda* dicuntur. qo modo הָאָדָם הַמַּעֲלָה *homo gradus*, sive *excellentiæ*, pro excellenti dicitur, Annal. l. 1. c. 17. v. 17. Hymni qindecim serie continuâ simul dispositi, qorum agmen ducit Hymnus 120. clavdit Hymnus 134.

C Conjecturas interim havd sum inscius deprehendi varias de appellationis hujus ratione. alii enim ad modum canendi referunt: ideo שִׁירֵי מַעֲלוֹת dici, qòd cantandi essent בְּקוֹל גָּדוֹל לְמַעְלָה *voce magnâ in sublime elatâ*: sicut Annal. l. 1. c. 15. v. 16. לְהָרִים בְּקוֹל in qâ sententiâ R. Saadias Gaon fuisse dicitur Abrahæ Esdraidæ; qi tamen ipse mavult esse poeseos alicujus nomen, ad cujus modulum formamqe essent decantandi. alii ad locum referunt, in qo cantari solebant: in *gradibus* scilicet 15. numero, qibus ab atrio mulierum ad virorum ascendebatur. qod Salomon
D Jairus censuit. alii deniqe eò volunt conditos fuisse, ut vel è Babylonicâ jam olim captivitate (à qâ reditus מַעֲלָה *ascensio* dicitur Ezr. c. 7. v. 9.) vel ab eâ deinceps, in qâ jam agunt, dispersione, sub Messiæ tempora, reduces, inter redeundum & *ascendendum* in terram suam, qo itineris tædio se exolverent magis, decantarent: qò & David Camius post aliorum interpretationes recensitas inclinare ipse videtur. nam cætera horum vel commenta, vel delira, transcribere tædet. sed nec his ipsis probabile qicqam subesse videtur.

E Subjectæ *materiæ* ratione major adhuc in titulis varietas reperitur. indicantur enim ex inscriptione qidam esse ἱκετικοὶ sive *comprecatorii*, תְּפִלָּה *precatio*, Hymn. 17. 86. 90. 102. qidam ἀπευκτικοὶ, *deprecatorii*, אַל תַּשְׁחֵת *ne perdas*. Hymn. 57. 58. 59. 75. qidam ὑπομνηστικοὶ, *commemoratorii*, sive *commonitorii*. Hymn. 38. 70. לְהַזְכִּיר *ad recordandum*, i. *memoriam statuendam mali sui & liberationis à Deo acceptæ*. Jun. at ego malim, *ad reducendum in memoriam, Deumqe de angustiis, in qibus versentur, commonefaciendum*. confirmat tota Hymni utriusqe compages. nec secus cepe-
F rim Annal. l. 1. c. 16. v. 4. ubi הַזְכִּיר ab הוֹדוֹת & הַלֵּל disertè distingvitur. qidam διαμαρτυρητικοὶ, *obtestatorii*. עֵדוּת *testimonium*, vel *obtestatio*. Hymn. 80. non tam qòd *fidem Ecclesiæ in Deum suam eo testificetur*, ut Junius vult, qàm qòd *Deum enixè obsecrent*, *eumqe qodammodo obtestentur*, per curam de se priùs habitam, cui adversari, ejusdemqe successum, qem irritum planè facere videantur, qæ tum ab hostibus suis patiebantur; ut opem ferre, & è malis qibus premantur, eruere ipsos velit. hoc enim insinuat hymni ipsius argumentum. cæterùm שׁוּשַׁן עֵדוּת Hymn. 60. aliò
G spectare videtur, uti deinceps videbitur. qidam εὐχαριστικοὶ, *gratulatorii*. תּוֹדָה *confessio*, sive *gratiarum actio*. Hymn. 100. qidam ὑμνητικοὶ, *lavdatorii*. תְּהִלָּה *lavdatio*. Hymn. 145. Et qibus inscriptionis vice præfigitur הַלְלוּיָהּ *lavdate Deum*. Hymn. 106. 111, 112, 113, 135, 146, 147, 148, 149, 150. qidam ἐρωτικοὶ, sive ἐπιθαλάμιοι *amatorii*, sive *nuptiales*. יְדִידֹת *amorum*. epithalamium illud insigne. Hymn. 45. qidam deniqe διδακτικοὶ, sive διδασκαλικοὶ, *eruditorii*. מַשְׂכִּיל *eruditor*. Hymn. 32, 42, 44. 45. 52, 53. 54. 55. 60, 74, 78, 88, 89, 142. & לְלַמֵּד ad docendum. Hymn. 60.

Restant *Musica*; qæ eò magis in abdito sunt, qia prisca temporum illorum Musica jam diu est, qòd tota ferè interiit. qod non obscurè agnoscit Camius non semel. Nos

ea,

ea, qæ clara magis videntur, ulnis obviis amplectemur; in reliqis divinationes qalescunqe, ubi nihil dilucidius occurrere visum fuerit, admittemus, necessitati obseqūti.

Qæ ergò *Musicam* modúmqe canendi spectantia, titulis hisce comprehenduntur, ea vel *generatim*, vel *speciatim* designata sunt.

Generatim dico: qòd ex Hymnis istis, qidam *assâ voce* canendi destinantur; unde שירים *ᾠδαὶ*, *ᾄσματα*, *cantica*, *cantilenæ* dicti. qod nomen est Hymnis, 7, 26, 46, 78. tributum. qidam *ad organa Musica*: unde מזמורים *ψαλμοὶ*, *psalmi*, dicti. qam distinctionem agnoscere videtur Apostolus ad Coloss. c. 3. v. 16. ubi *odas* à *psalmis* distingvit, eisdemqe *hymnos* (qod nomen utrosqe illos forsan comprehendat) adjungit. Hujus generis feruntur plures multò. Hymni, 3, 4, 5, 6, 8, 9, 12, 13, 15, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 29, 31, 38, 39, 40, 41, 45, 47, 49, 51, 62, 63, 64, 73, 77, 79, 80, 82, 84, 85, 98, 100, 101, 109, 110, 139, 140, 141, 143. Ex his avtem, alii *vocibus prælatis* canebantur, ut in versiculis singulis decantandis *voces præirent*, *organa seqerentur*, unde שיר מזמור *oda psalmi* nomen hæsit Hymnis, 30, 65, 67, 68, 75, 87. alii *organis*, ut *hæc præirent*, *illa seqerentur*. unde מזמור שיר *psalmi oda* appellatio in titulis Hymnorum 48, 66, 83, 88, 108. Facitqe huc qod de suorum Musicâ Triclinius habet ad *Pyndari Olymp. odam*. 2. Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι. οἱ τῆς φόρμιγγος ἀνάσσοντες, πρῶτον γὰρ τὰ ᾄσματα συντίθενται, εἶθ' οὕτω πρὸς αὐτὰ καὶ ἡ λύρα ἁρμόζεται. ἢ ὑπὸ τῆς φόρμιγγος ἀνασσόμενοι. πρῶτον γὰρ ἔκρουον, εἶτα τὰ ᾄσματα ἐπῇδον, ὥς φησιν Ὅμηρος, (Odyss. α. v. 155. & θ. v. 266.)

Ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

In cithara regnantes hymni, qi cithara dominantur, primò enim cantilena componuntur, deinde ad illas lyra aptatur: vel qibus a cithara imperatur, primò enim pulsant, deinde cantilenas canunt, ut loqitur Homerus:

Videlicet ille citharœdus cœpit pulchre canere.

Priùs enim citharam pulsabant, tum canebant. atqe ita Evstath. *ad Odyss*. α. Ἀνεβάλλετο, ἀντὶ τοῦ προανεκρούετο, ὡς ᾀσόμενος. Ἀνεβάλλετο *pro pulsabat ut cantaturus.* qum apud nos vice versâ, ubi cantus vocalis musicis organis admiscetur, ille plerunqe præeat, seqantur ista. Qod & antiqitùs obtinuisse testatur, & contra jus fasqe suo tempore violari cœpisse conqeritur in *Hyporchemate* Pratinas, *cantus*, inqit, *chorum ducat*;

Ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.

Καὶ γάρ ἐσθ' ὑπηρέτης. —

ita enim leg. non, ὁ δ' αὐλὸς, qod contra Lyrici mentem codices exhibent.

Post hunc seqatur tibia:

Qum hæc illi inserviat.

Lavdat *lib*. 14. *pag*. 617. C. D. Athenæus, qi & alios qoqe havd pavcos refert indignatos, ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον· ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς. *qod tibicines, ut erat patrius mos, cum choris non accinerent, sed chori cantarent cum tibicinibus.* Siqidem necesse erat, ut ei qod præisset, accommodaret se id qod secundas teneret. Nec alia Pindaro, qàm qæ Pratinæ mens. ille φόρμιγγα ἀνάσσουν τοὺς ὕμνους, (contrà qàm Tzetzes explicat) iste χοροῦ ὑπηρετεῖν τὸν αὐλὸν postulat. Interim Musicæ istiusmodi antiqior havd pavllo videtur usus, qàm est Plinio visum, qi *hist. natur. l*. 7. *c*. 56. tradit, *Citharâ sine voce cecinisse Thamyram primum; cum cantu Amphionem, vel, ut alii, Linum; cum tibiis canere voce Troezenium Dardanum instituisse.*

Organa, sive *Instrumenta Musica*, qæ hymnis istis decantandis adhibenda designantur, duûm sunt generum. Vel enim sunt πνευματικά, *inflatilia*, נחילות Hymn. 5. nam חליל *tibia*, *fistula*. Esajæ c. 5. v. 12. & c. 30. v. 29. & מחלות *fistulæ*. Exod. c. 15. v. 20. inde dictæ, qòd sint perforatæ & excavatæ, à חלל *perforare*. qò & מחלת in titulo Hymni, 53. & 88. refert Cl. Junius; reclamante licet; (sed frustra, puto, qod & priùs dictum) cum aliis qibusdam Jo: Piscatore. Vel sunt κρουστικὰ καὶ ψηλαφητά, *pulsantia*, qæ avt bacillis plectrisve cædebantur, avt manibus digitisve attrectabantur. נגינות à נגן *pulsare*. unde מנגנים *pulsatores* cantoribus juncti Hymn. 68. v. 9. qæ vox etiam Abakkuko usurpata, c. 3. v. 19. qo loco illud observandum, ad hymnum extremum subjungi, qod in istis præfigi assolet. his destinantur Hymni, 4, 6, 54, 55, 61, 67, 76. istis accensenda videntur ששנים qasi *hexachorda* dixeris. nam & τὰ ἔντατα, qæ *fidiculis distentis* attactisqe sonum edunt modulatum, inter ψηλαφητὰ locum jure sibi vendicant. juxta illod,

Assvetam digitis pollice tange lyram.

déqe istis usurpatur verbum נגן & נגן Hist. Reg. l. 1. c. 16. v. 16, 17. his destinatur hymnus 45. & 80. Sed & 60. ubi שושן עדות *hexachordum testimonii* reddunt; & exponunt, *Sacerdotum proximè arcam testimonii in templo Dei consistentium.* Sed & גתית sive *instrumenta Gitthæa*, si ita vertere libuerit, huc referenda sint. qod vocabulum Hymnis 3. prælatum deprehenditur. 8, 81, 84. nec intelligo satis, qare Cl. Junius, *Gitthæam stationem* prioribus duobus, novissimo *Gitthæa instrumenta*, reddiderit, nisi fortè qòd hymni 84. argumentum stationi Gitthææ minùs convenire animadverterit. Verùm hæc eum ratio monere poterat, aliò spectare vocem hanc.

Speciatim modulationis ratio designatur;

Vel qoad *ordinem* canendi; per vices, *alternatim*. ita enim interpretandum puto τὸ לענות Hymn. 88. ex Exod. c. 15. v. 21. ותען *respondit eis Maria*. & Ezræ c. 3. v. 11. ויענו *& responderunt*. i. *vicissim cantabant*. Piscat. & nostri. qanqam Junius simpliciter, *canendum* verterit: prout & formulam eandem usurpari existimat. Exod. c. 32. v. 18. & Esajæ c. 27. v. 2. qibus tamen locis, nihil obstat, qò minùs & de carmine ἀμοιβαίῳ accipiatur.

Vel qoad *tonos* (de qibus Junium seqimur) eosqe vel singulos; *ad acutum*; עלמות *voces virgineas*. Hymn. 46. *ad gravem*, שמינית *pingvem*, *bassum*. Hymn. 6. 12. Annal. l. 1. c. 15. v. 21. ad *medianum*, sive (ut Jun. editione novissimâ) *contratenorem*. על־מות לבן Hymn. 9.

Vel *omnes junctim*; שגיון *ode erratica*. i. *mixta*, *multiplex cantu*, *qæ omnibus Musicæ rationibus decantatur. qod Tullius Synodiam voce Græcâ dixit*. Jun. Hymn. 7. Ciceronis locus est *ad Attic. l*. 10. *Ep*. 6. Titulus idem sed multitudinis numero conceptus, etiam Habakkuki hymno præfixus reperitur.

CAPUT XI.

Exercitatoris de Psalmorum titulis dissertatio discutitur. Hymni 38. & 70. διωλενοὶ potiùs καὶ χαριστήριοι, qàm διχαρισμοί. Totum illum processum, unde Graduum Psalmi nuncupentur, commentitium prorsus videri. Arca è domo Davidis deducta non legitur. Hymn. 120. liberationem Ægyptiacam non respicit. Hymni χαριστήριοι festo solemni non congruunt. Hymn. 127. Salomonis domum stirpémqe, non templum respicit. Ad varias occasiones scriptos, nonnulli. Captivitate Babylonicâ ex eis posteriores deprehendi. De Abyssi inundatione repressâ, putidum commentum. De titulis non intellectis sibi ipse Exercitator non constat. In librorum 5. subjectâ materiâ desinuendâ, insigniter halucinatur. Græci 151um adjiciunt.

PEnsum istud ubi absolveram, incidi in è nostris Viri eruditissimi *Exercitationes* qas *divinas* (*Theologicas*, opinor volens) inscripsit. Ibi inter alia *de Psalmorum Titulis Exercitationem* offendi, oumero *decimam septimam*. in qâ occurrunt nonnulla, de qibus (bonâ cum ipsius veniâ) pavcis dispicere velim.

Primò de titulo illo להזכיר Hymnis 38. & 70. præfixo, non possum illi assentiri; eo oimirum indicari, *conscriptos esse Hymnos istos in memoriam liberationis alicujus notabilis, vel insignis beneficii alicujus*. qia utriusqe argumentum apertè doceat, conceptos atqe exclusos fuisse afflictionis, ærumnæ, angustiarum tempore; nec esse liberationem jam habitam celebrantis, sed præstari atqe exhiberi eam enixè postulantis. qod & suprà monueram.

Se-

Secundò, שירי המעלות (ita enim malim, qam שירים) cur dicantur, rationem assignando, factum refert, ut *qum Arca à Davidis domo in templum deduceretur, in itinere Hymnum 119. accinerent, cujus initium est, Beati immaculati in viâ*, & de Lege divinâ maximâ ex parte agit: *qum Atrium Gentium intrabant, ueriſſimam ejus pericoham decantasent: cùm in Atrium populi processiſſent ulteriùs, in primo gradu consistentes, Hymnum 120. canerent, in qo mentio liberationis populi ex Ægypto; in secundo Hymnum 121. Avxilium mihi à Domino. in tertio Hymnum 122. Lætatus ſum, cùm dicerent mihi, Aſcendamus in domum Domini: atqe ita in ſingulis reliqis Hymnos ſingulos; uſqe ad octavum, in qo, cùm adificia inſignia in Atriis Leviticis ob oculos haberent, Hymnum 127. Niſi Dominus adificaverit domum &c. cecinerint. tum ubi Atrium Sacerdotum ingrederentur, Hymnum 128. decantatum. in gradu verò ultimo Hymnum 134. Benedicite Domino ſervi ipſius omnes, qi noctu in domo ipſius vigilias obitis. Populo avtem cùm ulteriùs progredi neſas eſſet, ſacerdotes cum Arcâ proceſſiſſe: qi Templi veſtibulum intrantes, cantabant ex Hymno 118. v. 19. Aperite mihi portas juſtitia. in eodem conſiſtentes, v. 20. Hac eſt porta Domini, per qam juſti intrabunt. in Templo medio conſtituti, v. 22. Lavdabo te, qia exavdiviſti me, factus es mihi in ſalutem. deniqe cum Arca in Sanctum Sanctorum immittebatur, Hymnum 24. occinebant.* Atqi 1. nullo avtore iſta omnia dicuntur. avt ſi apud Rabbinulos & Doctorculos Judaicos, qo hominum genere nihil nugacius, ejuſmodi qippiam offenderit, qàm tamen parùm conſulti avt conſiderati fuerit, ex eorum avtoritate, qâ nec farfari folia leviora exiſtant, commenta iſtiuſmodi, vel ſomnia potiùs, tam fidenter obtrudere, ac ſi rei geſtæ coràm ipſe interfuiſſet, aliis potiùs perpendendum lubens relinqo. 2. *E civitate David, Arcam Fœderis deductam* legimus, Hiſtor. Reg. l. 3. c. 8. v. 1. & Annal. l. 2. c. 8. v. 2. at *è domo Davidis* nuſqam. nec ex Annal. l. 2. c. 5. v. 11. id probatur. qod avtorem hunc forſan fefellerat. 3. Non eſt veroſimile avt à ſingulari ac unico actu iſtiuſmodi tot Hymnis nominis idem peculiariter hæſiſſe, avt ſi hæſiſſet, non fuiſſe ſerie continuâ unà cum illis diſpoſitos, & titulo notabili ejuſmodi aliqid inſinuante inſignitos, qi eodem tempore adhibebantur, reliqos. 4. Nec occaſioni illi ſatis congrua ſunt Hymnorum iſtorum maximâ ex parte argumenta. nec ad *liberationem Ægyptiacam* ſpectare Hymnum 120. qiſqam unqam probatum dederit; imò vix cordatus qiſqam facilè in animum induxerit: & ſi vel maximè ſpectaret, *ad arca deductionem* qid tum faceret? nec ad *Dei Templum*, ſed ad *Salomonis domum ac ſtirpem* Hymnus 127. refertur. Et huic proximus *nuptialis* eſt potiùs qàm *dedicatorius*. tum 123. & 130. ſunt *χιτλιασμοὶ καὶ δέησεις*, triſtis uterqe prorſus materiæ, qæ tempeſtati tam feſtæ, tam lætæ, tam favſtæ, nullo modo competebat. ut illorum probabilior ſaltem ſententia fuerit, qi *ad varias occaſiones* conſcriptos volunt hoſce hymnos, qos Levitæ vel Sacerdotes, pront uniuſcujuſqe occaſio poſtulabat, qo vel *thoro nuptiali benedicerent*, vel *adverſus opprobria ſolamina adhiberent*, vel *in anxietate & anguſtiâ poſitum reficerent*, vel *fiduciam in Deo collocatam confirmarent*, è loco eminentiore voce clarâ decantarent. Arcæ verò collocatæ Hymnus 132. conveniebat magis, qàm qi iſtic aſſignatur, 24. Sunt ex his deniqe, qi ævi poſterioris omnino videntur. Hymnus certè 126. poſt populum *è tranſportatione Babylonicâ* reducem, confectus eruditis pleriſqe agnoſcitur; qod & Salomon Jairus planè pro comperto habet. facitque eôdem qod David Camius obſervat, *captivitatis* mentionem in his *graduum*, qos appellant, diſertè factam reperiri. Non minùs itaqe à ratione alienum videtur fuiſſe commentum iſtud, qàm putidum illud magiſtellorum eorundem nugamentum, de *abyſſo*, qæ *cum Templi fundamenta jacebantur*, ita *exundaſſe* dicitur, ut periculum fuerit *orbem terrarum univerſum ſubmerſum iri*, ni Achitophel (qi tamen ſub Davidis tempora defunctus deprehenditur) nomine ineffabili ſcripto ad *gradus qindecim* eandem cohibuiſſet. qod figmentum tamen ſequtus videtur Paraphraſtes Chaldæus, qum ait Hymnos iſtos dictos fuiſſe על מסוקין דתהומא *de aſcenſionibus abyſſi*. ſatis ſcilicet fuerat fabularum portentoſarum fabris hiſce, qod in Hymno 129. ממעמקים *de profundis ad te clamavi, Domine*, legerant. מתהומים ſi foret, nihil certius fuiſſet.

Tertiò, qòd *Hymnorum titulos; qi non intelliguntur*, affirmat eſſe vel *Tonos Muſicos*, vel *Inſtrumenta Muſica*, animadverſionem aliqam poſcere videtur. Etenim, ut ne excipiam, non videri ab intellectu noſtro iſta dimota prorſus univerſa, cùm interpretationes nonnulli certas ſatis præferant, probabiles etiam è reliqis admittant; qæro qî ſit, ut qæ negat intelligi, qædam nominatim pronunciet ipſe eſſe *Tonos Muſicos*. qædam nominibus etiam ſuis deſignata, eſſe *Muſica inſtrumenta*. ubi ipſe qoqe ſibi denuo contradicere videtur, qum מחלת *Machalath*, nunc in hac, mox in illâ claſſe reponit. qin & illud על אילת השחר Hymni 22. primo loco inter *non intellecta* recenſet; mox eſſe *tonum Muſicum* affirmat. Pavlo pòſt, *hymnum iſtum tempore matutino ad holocavſti matutini oblationem accini ſolitum* refert, *qemodo 92. in die Sabbati*. at unde noviſſimum hoc habet, niſi ex titulo ipſo, prout Junius eum interpretatus eſt? ea avtem ſi recta eſt interpretatio, nec inſcriptio illa non eſt intellecta, qod primo, nec *tonum Muſicum* deſignat, qod ſecundo loco dixerat.

Deniqe *Hymnos* in *libros qinqe* diſpertitos fuiſſe jam pridem monuerunt Epiphanius *de menſur. & ponder. §. 5.* Hilarius *prologo in Pſalm.* Hieronym. *prologo galeat. præfat. in Pſalter. ad Marcell. de vocabul. Hebr. & de Sela.* alii. unde in *Midras Tehillim* legitur: *Moſes dedit qinqe qinarios legis; David librum Hymnorum, in qo qinqe libri.* licet hoc non ſit uſqeqaqe verum; cùm Davidis tempore horum pars non contemnenda nondum extaret. Sed & Epiphanius Pſalterium *ἄλλην πεντάτευχον*, ſive *novum Pentatevchum* nuncupat. Librum *primum* clavdunt Hymno 41. *ſecundum* 72. *tertium* 89. *qartum* 106. *qintum* & ultimum 150. nam qem adjiciunt Græci tanqam à *Davide* confectum poſt *Goliam interfectum*, nec *μελιτώδη* ſvavem illum ſpirat, nec in Canonem ſacrum unqam receptus eſt. Verùm qod vir doctiſſimus, librum *primum* vult res *triſtes* canere; ſecundum *lætas*; tertium *triſtes*; qartum *lætas*; qintum *utraſqe*; intuenti penitiùs, frivolum planè & à veritate alienum comperietur. Ecqid enim *triſte* Hymnis 1. 2. 8. 9. 11. 15. 18. (qod eſt *ἐπινίκιον* ſolenne) 19. 20. 21. 23. 24. 29. 30. 33. 34. 36. 37. qi ſunt omnes libri *primi*, continetur? tum *ſecundus*, qi res *lætas* canere dicitur, à *triſtiſſimis* ac mœſtiſſimis planè orditur, Hymnis 42. 43. 44. ſed & ut de 49. & 50. qi ſunt increpatorii, nihil dicam; qis 51. 53. 55. 56. 58. 59. 64. 69. 70. 71. *lætis* accenſeat? Librum avtem *tertium* qod attinet; ut nihil dicam Hymni 73. qi hîc chorum ducit, *lætam* ſaltem *καταστροφὴν* eſſe: qantam animi lætitiam atqe alacritatem ſpirant, 75. 76. 81. 84. 87. tum *qartus*, qi *læta* denuò reducere perhibetur, vanitatis calamitatiſqe humanæ deplorationem mœſtiſſimam Hymno 90. ſtatim ab initio præfert. cui adjicias licet 94. 102. & 106. qi ſunt toti ferè *χιτλιασμοί*. nam de *qinto* eodemqe noviſſimo qod cenſuit, de reliqis qibuſqe ſi paria ſtatuiſſet, havd qaqam à rei veritate aberraſſet. habent enim cùm libri omnes *lætis triſtia*, & *læta triſtibus* immiſta; tùm & Hymni etiam ipſi iidem, qomodo vita mortalis, & Chriſtiana cumprimis, eadem utraqe frequenter ſive invicem intertexta.

THO-

THOMÆ GATAKERI
CINNI,
SIVE
ADVERSARIORUM MISCELLANEORUM
LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

In Genes. 1. 1. nonnulla explicanda & dispicienda proponuntur. Talmudica commenta de mundi inchoati tempore inde eruta. Cabalistica de Trinitate aliisqe eis paria. Talmudica alia de creationis fine. & istinc, & ex cap. 2. 4. Targumista versio, à nostris etiam arrepta, rejecta. Rejecta & nostrorum qorundam gemina, ab Hieronymo altera, altera à Tertulliano commemorata. Johannis 8.25. frustra huc trahitur. Veritas à mendacio suppetias non postulat. Versiculus Mosis primus enunciatum integrum plerisqe. cum novâ tamen Petro Picherello syntaxi. Vir is qantus, qalis: scripta qa perierint, qa superent. Idiotismus Hebraicus ab illo observatus. Hebræis qibusdam, sed & nostris, enunciati compositi membrum duntaxat. integrum ratione geminâ constitutum. בראשית *non semper in rectionis structurâ. Amos 4. 11. syntaxis qalis. qalis item Esai. 29. 1. & Hos. 1. 1.* חנה *habitare. bet pro lamed, vel el, ad. Copulativa temporis index, nunc gemina. nunc simplex. Gen 28. 20-22. & Jer. 4. 1, 2. obiter explicata. Grotii versio altera qâ ratione minùs probata.* Materia, *Hermogeni*, Bythos *Valentino, rei Deo coæterna. Horum cum aliis impia deliria apud nostros resuscitata. Theosophia novella dogmata istiusmodi. Rationis examen hujus mysta refugiunt. Sapientiam Dei Salomoni qid esse velint.* Lucifer, *appellatio non cacodæmonis, sed Christi. Esai. 14. v. 13, 14. perperam expositus. Deum ex nihilo mundum hunc creasse, dogma Christianum, dogmatis contrarii consequentia qa.*

A Mundi primordiis. novo sumpto exordio, *Cinni* librum secundum hunc, περὶ τῆς κοσμοποιΐας, prout a Mose describitur, paucula qædam, vel explicanda, vel dispicienda saltem, delibando, inchoaturus aggredior.

Prima illa, בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ primâ fronte nihil difficile, ambigui nihil præferre videantur. varias tamen ab interpretibus & versiones, & constructiones, & explicationes subierunt.

Mitto levicula & ridicula nugamenta illa, qæ è Talmudistis Vir Cl. Lud. Dieusius *Animadversionibus postumis* suis inseruit; qibus ex בראשית ברא *Geometria* suæ (qam *Arithmeticam* potiùs dicere debuerant) ope operáqe, ob numeri in literis utriusqe paritatem, בראש השנה נברא procudunt, h. e. *in capite anni creatus est*; mundus utiqe. un-
A de in mense Tisri mundum conditum fuisse colligunt; qòd
is ab initio *caput anni* fuerit, ut ipsi volunt. Sed & ulteriùs
ex בראשית denuò seorsim sumpto, per *Temuram* suam,
sive literarum transpositionem א בתשרי exsculpunt, h. e.
primo mensis *Tisri* die. ita non mensem duntaxat, sed mensis
qoqe diem ipsum, in qo mundi machina hæc extrui cœperat, hinc eruunt. Qibus gemina sunt planè Cabalistarum qoqe nostrorum, illa à Johanne Capnione *Cabalist. lib.*
3. venditata, qi ex literis verbi ברא Personarum, sive Hypostaseon, trium nomina eliciunt, אב בן רוח *Pater, Fi-*
B *lius, Spiritus.* & ex eisdem rursus אב בבר *Patrem in Filio*,
sive, *per Filium*, universa condidisse. qæ Johannes ille pro
mysteriis tam arduis, tam abstrusis habuit, ut ubi proposuerat, continere se non posset, qo minùs in exclamationem hanc cum stupore junctam erumperet; *O rem mirandam! sed prophetalis spiritus, aut divini afflatus egentem.*
qi in rebus seriis sanctisqe ludere utiqe doceat, & paginæ
sacrosanctæ dictiones nevrospasti alicujus instar habere,
cujus verba pro ingenii cujusqe lascivientis libitu, qasi fidiculis ac verticillis qibusdam in figuras qasvis ridiculè atqe
C irreligiosè defingantur.

Mitto & illas Talmudistarum aliorum interpretationes
mysticas, qi referente Salomone Jairo, ex verbo בראשית
sive *in principio*, significatum volunt, universum hoc à
Deo conditum, primò בשביל התורה *propter Legem*, sive
Legis caussâ. eò qòd *Lex* dicatur ראשית דרכו *principium
viæ ejus.* Parœm. c. 8. v. 22. uti ipsi locum illum perperam
exponunt; tum בשביל ישראל *propter Israelem*, sive
Israelitarum caussâ, qia Israel ראשית תבואתה *principium
proventus ejus*, sit dictus. Jer. c. 2. v. 3. Qibus est affine,
qod Baal hatturim habet ad cap. 2 v. 4. ubi qia easdem lite-
D ras in Abrahæ nomine cum particulâ *bet* באברהם qas in
בהבראם *cùm crearentur ea*, deprehendit, colligit hinc
propter Abrahæ puritatem creata fuisse cœlum & terram.
ejusmodi commentis referta sunt horum scripta, qæ *solummodo demonstrare destruere est*, uti de Valentini deliriis Sopumius.

Mitto deniqe Targumistæ Hierosolymitani versionem
ἀνεδραίωτον καὶ ἀθεμελίωτον, *minus stabilitam & sine fundamento.* qi בראשית reddidit בחכמה non, *in sapientiis*,
uti Vatablus lavdat, (h.e. inqit ille, *juxta omnes sapientiæ*
E *vias*, sive, *sapientissimè.*) sed, *in sapientiâ*, sive, *per
sapientiam.* Qod etiamsi cum vocabulo à Mose adhibito
nihil habeat consortii aut cognationis etiam, avidè tamen
arripuerunt nostri non pavci. eo magis, opinor, qia
Hymn. 104. v. 24. legerant כלם בחכמה עשית *omnia ea*

Q in

A *in sapientiâ fecisti.* Et ad Christum Dei Filium, eundemqe ejusdem *Sapientiam*, ad Cor. Ep. 1. c. 1. v.24. retulerunt. de qo & illud Parœm. c. 3. v. 19. acceperant, יהוה בחכמה יסד ארץ *Jovas in sapientiâ terram fundavit*, sive, *terra fundamenta jecit.* Qin & eousqe in hoc negotio processum est, ut pleriqe, Hieronymo referente in *Quæstion.* sive *Tradition. Hebraic. in Genes.* existimarint, in Hebræo haberi, *In filio fecit Deus cœlum & terram.* ita scriptum in *altercatione Jasonis & Papisci*; & Tertullianum in libro *contra Praxeam* disputasse; necnon Hilarium in *Expositione cujusdam Psalmi* id affirmasse. qid autem Autor ille anonymus B scripserit, aut Hilarius affirmaverit, minùs certum videtur, eùm neutrius forsan eâ de re scripta jam extant. Aliud certè, sed non minùs absonum absurdumqe, magis multò sanè impium, & qod Arrianum dogma sapiat, commemorat *advers. Praxeam cap.* 5. Tertullianus. *Ajunt qidem*, (an, *qidam*) inqit, *& Genesin in Hebraico ita incipere, In principio Deus fecit sibi filium.* de hoc autem, non de illo, qod Hieronymus refert, disputat, etiamsi *firmum esse* affirmare detrectet. Et est neutrum reverà veritati C consentaneum. qo modo nec coacta nimis illa Augustini interpretatio, in *de Genes. adv. Manich. l.1. c.2. Deum in principio fecisse cœlum & terram: non in principio temporis, sed in Christo; cùm verbum esset apud Patrem, per qod facta, & in qo facta sunt omnia.* qi & de se Judæis qis esset interrogantibus respondit, *Principium, qod & loqor vobis.* Joan. c. 8. v.25. de qo loco post dicetur aliqid. Etiamsi vero qod illi alteri, & novissimus iste, de Christo universi conditore, istinc elicere sunt annisi, verissimum existat: Attamen οὔτε τὰ ἀλλήλοις συγκλώθειν δεῖ, καὶ ψευδοῦς συμμάχου τὴν D ἀλήθειαν οὐ δεῖται, *nec ea in unum compingere & confundere oportet, qa notionis sunt diversa; nec mendacii adjutorio opus habet veritas.*

His igitur missis de commatii hujus syntaxi primo loco videbitur. Axioma integrum absolvere hoc pleriqe existimant. Ita Græci simpliciter reddidere, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Qorum vestigia premens Latinus interpres vulgatus, nisi qòd ברא Hebræorum fœliciùs forsan expressit, *In principio creavit Deus cœlum & terram.* Atqe hanc versionem simplicissimam pleriqe amplectuntur & probant. Nec deest tamen Vir eximius, qi E diversam à reliqis viam hic iniens, etiamsi propositionem integram hoc commatio includat; aliter tamen eam, qàm illi, qos viderim, universi, efformat. Is est Petrus Pichérellus Gallus. De qo, qia deinceps haud semel advocandus est, pauca obiter istic interserere non pigebit. Inter alia qæ conscripserat, qorum pars exigua nunc extat, prostat saltem, in Matthæi & Lucæ Evangelia integra commentarios criticos confecerat. Ab his absolutis, instigante Thuano historico celeberrimo, à qo ista habemus, Pau- F li Epistolas omnes eam usqe ad Philemonem, pari ratione explicare aggressus, manum operi huic novissimam (qod & Thuano hominem invisenti ipse retulit) haud ita diu ante obitum admoverat. Verùm ista sedulitate tantâ per tot annos elaborata, post virum clarissimum optimumqe rebus humanis exemtum, per hominum male feriatorum τῦ μακαρίτου hæredum litigia importuna, (accedentibus insuper, uti verisimile fit, pontificiorum qorundam, qorum palato ea minùs sapiebant, technis) interversa & deperdita prorsùs videntur ferè universa. Cæterùm ex eis qæ su- G persunt, lucemqe viderunt reliqiis, tanqam ex naufragio non exiliter deplorando ereptis tabellis, liqidò poterit parere, qantus ille vir fuerit, qàm eruditione variâ instructus, qàm judicio acri præditus, qàm pietate insigni, ingenuitate egregiâ imbutus; qi qamvis inter Pontificios ageret, eorumqe qadantenus partes seqeretur, de Bezæ tamen laboribus in Novi Instrumenti contextu explicando insumptis honorificè loqeretur, Calvini nonnulla adversus Maldonatum liberè ac disertè tueretur, in gravissimis deniqe qibusdam fidei religionisqe, de qibus nobis cum Pontificiis intercedunt controversiæ capitibus, nostris σύμφωνον σύμψηφον ἐν scripto qoqe profiteri se sustinuerit. patet hoc ex eis, qæ in vel fragmentis vel tractatibus adhuc superstitibus de *Cœnâ Dominicâ*, de *Missa sacrificio*, de *Igne purgatorio*, de *Imaginum usu*, aliisqe eòdem pertinentibus disseruit. Unde & ingenti cum dolore rescisceere datur, qantam in amissâ, qam diximus, *tam pretiosâ supellectile* (historici nobilissimi verba, non sine affectu, usurpo) res & literaria, & religiosa etiam jacturam fecerit. Verùm in transcursu interjecta ista, viri memoriâ immortali dignissimi mentio expressit. Inter alia viri magni, qæ reliqa habemus, extat in *Cosmopœiam*, sive *Mundi Creationem a Mose descriptam Paraphrasis*, cum *Annotationibus* adjectis, in qibus Paraphrasis ratio redditur. Hujus autem de qo agimus commatii *Paraphrasis* apud illum sic habet. *Qo exstiterunt initio cœlum & terra, eo Deus illa creavit.* In *Annotatione* verò hæc subjiciuntur. In Hebræo est, *In principio creavit Deus cœlum & terram*, id est, *In principio cœli & terra, Deus creavit illa.* Idiotismus est non infreqens. Prov. c. 31. v. 30. *Fallax gratia & vana pulcritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.* id est, *Mulieris gratia fallax, & pulcritudo vana: qa autem timet Dominum, ea laudabitur.* Infra cap. 3. v.23. *Ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de arbore vitæ.* i.e. *mittat manum suam ad arborem vitæ, & sumat ex eâ.* Psal. 2. v. 7. *Narrabo præceptum, Jovas enim dixit ad me.* i.e. *Narrabo præceptum Jovæ: ille enim* præcipiendo *mihi dixit*: vel, qod *ille mihi dixit.* Luc. c.1. v.68. in Cantico Zachariæ, *Qia visitavit, & fecit redemptionem plebi suæ.* i.e. *visitavit plebem suam, & fecit ei redemptionem.* Joan. c.4. v. 54. *Hoc secundum signum fecit Christus, cum venisset ex Judæa in Galilæam.* i.e. *Hoc secundum signum fecit Jesus in Galilæâ, cum ex Judæâ in illam venisset.* Hæc ille, acutè qidem, & ad Mosis mentem commodè satis. qanqam prior illa versio simplicior videtur. sed eòdem utraqe recidit. Atqe hæ fuere versiones illorum, qi commatio hoc primo sententiam absolvunt.

Cæterùm syntaxin aliam statuunt ex Hebræis Magistris, qi primas obtinent, nonnulli. Eamqe sic instituunt, ut primum istud commation non enunciatum integrum atqe absolutum conficiat, sed membrum duntaxat existat axiomatis compositi, qod serie continuâ dispositum, ad commatii secundi exitum usqe protollatur. Syntaxi huic firmandæ fundamentum substernunt, τὸ ראשית nisi in rectionis structurâ (formam enim qod attinet, ea est eadem in utraqe) nusqam locorum reperiri. id qod fidenter affirmat Jairus. Scitum autem istud etiamsi refellat Esdraides, allato ex Deut. c.33. v.21. loco, ubi dicitur, וירא ראשית לו *prospexitqe primò*, sive, *primitiùs, sibi*: de syntaxi tamen loci istius, in eandem cum Jairo, eisqe qos ille est secutus, sententiam descendit. Sic itaqe verborum analysin constituunt isti, ut sit בראשית ברא perinde ac si diceretur בראשית ברוא *in principio creare*, seu creandi; sive, qia verbum infinitum nominis vicem supplere videatur, בראשית בריית שמים וארץ *in principio creationis cœli & terræ.* ita enim qoqe Jairus explicat. qanqam ad ipsius mentem (si Magistro tanto in istis sciolo suggerere qicqam fas fuat) dicendum potiùs fuerat, בראשית בריית אלהים את השמים ואת הארץ *in principio creationis Dei cœlum & terram.* h. e. qâ Deus cœlum & terram creavit. ut בריית in אלהים non in שמים recumberet. ita enim syntaxis eadem planè foret cum illâ Amosi c. 4. v. 11. כמהפכת אלהים את־סדם ואת־עמרה *juxta subversionem Dei Sodomam & Gomorram.* h. e. qâ Sodomam & Gomorram subvertit Deus. atqe ita pariter eodem, qo dictum est, modo redditum aut explicatum saltem oporteret. Verùm qia verbum ברא istic non est infinitum, sed finitum temporis præteriti; unde syntaxis insolentior paulò videtur, estqe, qam decernunt illi, reverâ talis; ideò gemina duo saltem producunt loca, in qibus structura parilis deprehendatur: horum alter habetur Esaiæ c.29. v. 1. קרית חנה דוד *urbs habitavit David.* (sic usurpatur verbum חנה qod alioqi *castra metari* significat, Nehem. c.9. v.30.) h.e. urbs habitationis Davidis. alter, qi ad istum propiùs accedit, extat Hosh. c.1. v. 2. תחלת דבר־יהוה בהושע *principio allocutus est Jovas Hosheam.* sive, in principio allocutionis Jovæ ad Hoseam. h.e. cum primò Hosheam alloqeretur. (*bet* particula pro *el ad*; prout Gen. c.11. v.4. Esai. c.10. v. 22. Hosh. c.12. v.6.) Hac ergò syntaxi, qum suspensa maneat

neat necdum integra avt absoluta, sententia, qo modo in Hosheæ illis, dictionis seriem ita constituunt, ut verbis seqentibus ea propositionis integræ pars contineatur, qæ redditionis vicem præstet: hæc avtem vel inciso proxime adsito concludatur; qo modo in illâ de Hosheâ narratione, *Cum primò alloqeretur*, sive, *compellaret*, *Jovas Hosheam*, *dixit Jovas Hoshea*; sive, *tunc edixit Jovas Hoshea*. & hic pariter, *Cum primò crearet Deus coelum & terram*; *terra tunc informis & inanis erat*. vel, ulteriùs etiam dictione protelatâ, ad longiùs dissita pertingat, qemadmodum in voto illo à Jacobo concepto, Gen. c. 28. v. 20-22. *Si* (vel, *Qum*, uti Junius reddit; qo modo אם usurpatur cap. 38. v. 9. ne ambigere videatur de promissione divinâ, qam repetit ex vers. 15.) *affuerit mihi Deus, & in itinere qod incedo servaverit me, panémqe dederit qem comedam, & amictum qo induar suppeditaverit, reversúsqe fuerim incolumis ad ædes paternas, fueritqe mihi Jovas Deus; tum lapis iste qem in pilam statui, domus Dei fiet, & qicqid dederis mihi, ejus decimas omnino sum daturus tibi.* Ita enim pium Patriarchæ votum Junius rectissimè distinxisse videtur. Sed & in illâ consimiliter invitatione ac provocatione divinâ, Jerem. c. 4. v. 1, 2. *Si reversus fueris, ô Israel, ad me, inqam, reversus fueris; siqe amoveris è conspectu meo abominationes tuas; nec divagatus fueris; sed per Jova vitam verè, consideratè, justéqe juraveris; tunc benedicent ei gentes, eóqe exultabunt.* Et istic pariter contextus series sic poterit constitui, ut dicatur, *Principio cum crearet Deus, cœlum & terram; terra avtem informis atqe inanis existeret, tenebraqe abyssi faciem occuparent, & Spiritus Dei super faciem aqarum motitaret; tunc dixit Deus, Fiat lux, & lux extitit.* Atqe eô palam concedit Junius. Nec abscedit è nostris Vatablus. Verti, inqit, etiam posset, *Principio cum crearit Deus cœlum & terram; dixit, Fiat lux.* ut ista, *Terra avtem* &c. legantur per parenthesin. Qanqam sive istis, sive illis lineamentis propositionem compositam concinnaverimus, ad syntaxin insolentiorem illam confugere nihil opus fuerit, qum alia magis familiaris, & usitata satis, præstò sit. Usu siqidem havd infreqente venit, ut copulativa particulæ tempus indicantis vicem sustineat. & creberrimè qidem utriusqe cum protasi, tum & apodosi inservientis, geminata; nec rarò singularis etiam, qæ apodosi qidem præfixa, sed ad protasin rejecta, per *qum* avt *qando* commodissimè exprimatur. Sic Esaiæ c. 50. v. 2. *Qare veniebam, & nemo præstò erat? vocabam, & nemo erat respondens?* pro eo qod est, *Qare qando veniebam, nemo præstò erat? qando vocabam, nemo erat qi responderet?* Ibid. c. 58. v. 9. *Tunc invocabis, & Jovas respondebit; inclamabis, & dicet, Ecce adsum.* h. e. *Tunc qando invocabis, Jovas respondebit; qando inclamabis, dicet, Ecce adsum.* Et in eandem mentem cap. 65. v. 24. *Eritqe nondum invocabunt, & ego respondebo; adhuc illi loqentes, & ego exavdiam.* pro eo qod diceretur, *Erit ut priusqam invocent, ego responsurus sim; & dum adhuc loquntur, ego exavdiam.* Qin & in illo Hosheæ loco toties lavdato, vatis verba optimè verti possunt, qomodo & Junius reddidit, *Qum primò alloqutus est Jehovah Hosheam, edixit Jehovah Hoshea.* recteqe adnotat Piscator, *Copulativum enunciatum valet relativum temporis.* Perinde & istic, sive ad membrum proximè subjunctum, sive ad ulterius aliqid referas, syntaxin qod attinet, verti poterit commation istud, vel ut Piscator in locum, *Principio, cum Deus cœpit condere mundum*; vel etiam ut Grotius *in Evang. Joannis*, *Cum primùm universitas cœpit creari.* vel, verba si disertiùs exprimere placuerit, *Qum primò crearet Deus cœlum & terram.* Ita malim, qàm qod Vir Clarissimus idem in hunc locum suggerit. Meliùs, inqit, *In principio creare Deum.* i. e. *priusqam crearet*, sive, *formaret*, *Deus cœlum & terram.* i. e. universum hoc, qale nunc est: *tunc terra erat inanis & vacua.* Etiamsi enim sensum orthodoxum sanumqe verbis sic conceptis dederit; tamen illud, *antequam crearet*, minùs advertenti ansam forsan præbuerit suspicandi, qod Hermogenes olim somniavit, ante creationem inchoatam *materiam* extitisse; *qæ ipsa semper fuerit, usqe nata, neqe facta, nec initium habens omnino, nec finem, ex qâ Deus omnia posteà fecerit.* Vel etiam qod Valentinus deliravit, *Bython, innatum, immensum, invisibilem, æternum, qi ante hæc omnia fuerit.* Eam enim fuisse Hermogenis sententiam, Valentini hanc ex Tertulliano discimus. Hoc avtem in negotio, eò uberiore opus esse cavtela videtur, qod idem dogma ab inferis diebus hisce, postliminio resuscitatum in orbe nostro qoqe, post tam amplum, tam jugem luminis divini fulgorem, emersisse denuò comperiatur. Siqidem inter alia, qæ qotidie prodeunt, prodigiosa ac portentosa deliria, qæ *Luminarium Novorum* nomine insigniuntur, exorta est *Theosophia* (uti arcani hujus mystæ indigetant) Tevtonica; Theologiæ (qam ante habuimus) *Germanica* qadantenus non absimilis; nisi qòd *Practicam* illa, *Theoreticam* ista spectare magis præ se ferat. De hac, qo facilius irretiantur, promptiusqe effascinentur οἱ ἀνόητοι, rerumqe novellarum avida ingenia, magno cum fastu pronunciatur, *qicqid vel effatus est de tripode* (diabolico forsan afflatu) *ter maximus Hermes, vel Pythagoras dixit,* (cujus dicta utiqe pro oraculis habenda sint) *vel disseruit Socrates, vel asseruit Aristoteles, vel vaticinatus est divinus Plato, vel probavit Plotinus; hæc omnia; avt his augustiorem longè ac profundiorem philosophiam, Tevtonicis scriptis reconditam haberi: sed &* (*qod hæc omnia superet*) *si qo concordi vinculo Regina illa ac Domina sacrarum literarum sapientia cum ancillulâ suâ pervicaci, h. e. ratione humanâ sociari conciliarique fas sit, hoc certè felix animæ Spiritusqe conjugium, hanc exoptatissimam epharmosin, hanc mirabilem harmoniam discordiam Tevtonicam nobis exhibere.* Sed qænam tandem sunt *Theosophiæ* istius, qæ elogio tam turgido, encomio tam hyperbolico, adornata in publicum prodit, dogmata? Hæc utiqe; *Ante omnem rerum creationem ab æterno extitisse immensa & infinita duo, Deum & Abyssum. Abyssum hanc nec penitùs nihil, nec ipsummet Deum esse; licet post Deitatem de realitate entis summe participem, sed Deitatis veluti corpus, vel habitaculum æternum. Abysso huic attribui posse ferè omnia, qæ Philosophi Materiæ suæ primæ ascribunt; proprietates utiqe capitales qatuor, 1. appetitum ad corporeitatem, sev vim contrahentem, coagulantem & constringentem. 2. huic contrariam vim aliam, furibundo qodam impetu coagulationi resistentem. 3. ex horum inter se confligentium certamine enixam vim, sive spiritum angoris prima matris viscera corrodentem. 4. ingentem ardorem atqe ignem tenebrosum. Abyssum hanc cum hisce suis proprietatibus, ubicunqe Deus semet intra se receperit, reverâ Gehennam esse, licet ante Luciferi defectionem in actum gehennalem suum non proruperit. Ex harum Abyssi proprietatum cum radiis è centro Deitatis emanantibus amicâ colluctatione coortam ab æterno lucem qandam Majestaticam; qam lucem, vel inde per infinitum Abyssi ambitum spirantem avram, eloqia sacra & præ cæteris librum illum Salomonis Apocryphum. Sapientiæ nomine indigitare. Mundum itaqe divinum qendam ab æterno fuisse, cujus corpus & anima Abyssus, Spiritus ipsissima Sapientia, Patre Deo, Abysso matre progenita, essentia qadam undiqaqe æterna, vivens, intelligens, unde mundi divini ornatus omnis & variegatio, & in qâ velut in speculo pulcritudinem suam contemplando Deus ipse delectetur. Ex his duobus principiis post infinitum æternitatis emensum spatium, creatum Mundum Angelicum, in tres regiones veluti sphæras, distinctum, qarum incolæ Angeli in tres Hierarchias distincti. Angelorum corpora & animas ex Abysso, Spiritum ex Sapientia fuisse derivari. Sphæram mediam & lucidissimam, qæ jam noster mundus est, Luciferum cum legionibus suis incoluisse. Hunc Angelorum speciosissimum, & qi Filii Dei imaginem referebat, cum cohortibus suis, neglecto divini elementi pabulo, in Abyssum animæ suæ corporisqe matricem, oculos retrò deflexisse, animum demersisse. hinc Spiritu extincto, gehennalem illum actum operari cœpisse, ex cujus halitu vertigine correptos, in animum induxisse, omnem reliqarum Hierarchiarum & totius Deitatis pulcritudinem intra se absorbere; tum extra universi limites evolare, in summo solium sibimet erigere, creaturas omnes adeoqe Deum ipsum imperio suo subjicere: hæc avtem cum non possent, enatum hinc angoris & invidentiæ spiritum, ardorémqe ignis tenebrosum, qo se suamqe regionem omnem vento, fumo, flammísqe sulphureis impleverint. Hinc primum peccati omnis ignisqe infernalis originem: hinc antiqissimum rerum omnium principium, Chaos, non figmentum poeticum,*

A *ticum, sed verissimam hujus mundam spatii, qalis ante novam creationem sub Luciferianâ Theomachiâ fuit, hypotyposin. Ne autem hierarchiarum etiam reliqarum regiones Tartareus ille vapor inficeret, néve tam amplum gloria aterna destinatum præ cæteris spatium in æternum bonitate suâ destitueretur, suóqe de tot creaturis in hoc spatio beandis proposito frustraretur, succurrere volentem Deum, accinxisse se ad mundi sensibilis hujus è rerum congerie creationem. ac primò omnes illas materia particulas crassiores, Abyssi vi constrictivâ congelatas in unam molem, vel in plures opacas sphærulas congessisse, & à parte flu-* B *idâ distinxisse. hanc autem Cœli & Terra creationem appellari. dein tenebras per totam Luciferiana regionis Abyssum diffusas unâ cum autore suo in angustum compulisse. hanc autem creationem lucis dici. atqe hoc opus fuisse prima diei, hanc primam de Lucifero victoriam.* Deniqe post plures ambages, (qas prudens lubensqe transilio, ne Lectorem logis longis tam putidis nimis fortean jam fessum, eóqe nomine vel nauseantem, vel stomachantem etiam, diutiùs detineam, ulteriùs onerem, exerceam, excruciem, enecem) concluditur tandem, *Jam satis constare, creationem non* C *fuisse ex nihilo.*

Vereri utiqe videntur Materiarii isti, ne potentiæ divinæ immensitatem eò usqe extendant, ut ex nihilo qicqam producere valeat. Judæis hac in parte, inferiores & deteriores etiam, qi verbum ברא volunt istic significare חוציא יש מאין *esse*, vel *ens. ex non ente producere.* Eandem certe regulam jam olim defixerat fides Christiana. Tertullianus *Apolog. cap.* 17. Christianorum omnium nomine, *Qod colimus, Deus unus est, qi totam molem istam, cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo qo jussit, ratione qâ dis-* D *posuit, virtute qâ potuit, de nihilo expressit.* Enimverò materia ista, tot proprietatibus tam variis, tam adversis instructa, aut creator fuerit, aut creatura, nisi si figmentum merum fuerit: at creatorem esse ipsi negant, nisi si alium etiam à Deo, qum somniantibus nihil arduum existat, creatorem comminisci collibuerit: creatura autem si fuerit, creatam, sive conditam & factam, atqe in fieri aliqando fuisse, necesse est, & nec fuisse etiam anteqam in fieri foret. & qo modo ab æterno esse potuit, qod facturæ suæ initium habuit? aut qomodo facturæ suæ initium E non haberet, qod factum est, qum τὸ fieri τοῦ esse in rebus factis qibusqe præcedaneum existat? Atqe hæc prima nobis esto, adversus materiam, qam confingunt isti, præscriptio. Huic altera ista succenturiabitur; si res creata sit materia ista, vel ex aliqo, vel ex nihilo condita fuerit. τὸ *ἀμέσως* enim ista sunt. si ex aliqo, tanqam aliâ præjacente materiâ; & de illo eandem ratiocinationem adstruere licebit; atqe ita res per materiarum qarumlibet seriem in infinitum protolletur; nisi eò tandem deventum fuerit, qod isti tantopere agnoscere renituntur, ut ex nihilo aliqid pro- F doctum sit. Sed qorsum qisqam cum eis ratiocinationem incassum instituat ullam, qi ad rationis examen revocari sua neutiqam sustinent. Etenim hoc habent commune Theosophi *Boehmeniani*, deliri isti, cum Theologis qibusdam *ἀξιολόγοις*, opinionum impiarum, dogmatúmque impurorum, qæ sub *Luminum novellorum* titulo specioso venditant, satoribus ac fartoribus; qod ut illi Logicam & ratiocinationes Syllogisticas, tanqam veritati indagandæ atqe eruendæ adversas damnant, & à disceptationibus suis amandant, & isti pariter in præloqio, impiis istis ac Chri- G stiano nomine indignissimis deliriis in lingvam vernaculam, qo plures inficiant effascinéntqe, traductis præfixo, eos haud semel perstringunt atróqe carbone notant, qi in disqisitionibus ac dissertationibus istiusmodi ad leges syllogisticas omnia constringunt, & ad eas qæqe vel agi, vel exigi postulant; qod tamen omninò necessarium est, nisi si aut testimonium *αὐτόπιστον* aliqod, aut qod sensibus ipsis sese oggerat, possit produci. At Scriptura Sacra, qæ sola nobis est *αὐτόπιστος*, nugarum istarum, qæ τὰ τοῦ Σατανᾶ βάθη, *Satana profunditates*, meritò dixeris, nihil exhibet, nihil habet. Sed nec ipsi commentorum istorum qicqam ferè inde elicere adnituntur. qanqam obiter *Lucem* nescio qam *ex amicâ proprietatum Abyssi cum radiis divinis* qibusdam *colluctatione coortam*, vel saltem *auram suavissimam inde spirantem patre Deo,*

A *matre Abysso progenitam, non ex divinis attributis aliqod, sed essentiam qandam undiqaqe æternam, viventem, intelligentem,* &c. *in eloqiis sacris* (nam Pseudo-*Salomonis Apocrypha* cum nihili faciamus, nihil moramur) *Sapientiam indigitari* monent. Verùm ubi Sapientia, qalem illi nobis delineant, in sacris eloqiis deprehendatur, nulli dicunt. In Parœmiis reverâ Salomonicis *Sapientia divina* mentio sæpiùs occurrit, sed qæ aut è divinis sit attributis, cap. 3. v. 19. ubi חכמה & בינה *Sapientia* & *intelligentia ἐν παραλλήλῳ* ponuntur; aut sit ipsa Dei Patris proles, Patri coessentialis Filius, ante B creaturam omnem conditam genitus, cap. 8. v. 22–30. ut jam periculum sit, juxta istorum Theosophiam *ἄθεον καὶ ἄσοφον, impiam & insipientem*, ne ὁ λόγος jam non existat ampliùs *ἀμήτωρ, sine matre*, uti prædicatur ad Heb. cap. 7. vers. 3. cum matrem nactus sit Abyssum, & ex Abysso Dei Filius ipse prodierit. ad illa enim Salomonis verba vers. 30. qibus *Sapientia Deo jugiter in deliciis fuisse* dicitur, respexisse videntur, cum *in Sapientiâ* commentitiâ suâ, *velut in speculo qodam* pulcritudinem *suam contemplando Deum ipsum delectari* affirmant. Sic ergò ar- C gumentari licuerit, *Sapientia*, qam loquuntur eloqia sacra, *divina*, aut est Dei attributum, aut Filius ipse; at illud esse negant Sapientiam illam, qam in eloqiis sacris eo nomine designari affirmant, & ex Abysso matre progenitam contendunt: ut Filius ipse sit, ergò relinqitur. Ita æternam Dei Sapientiam in creaturarum ordinem redactam, & ex Abysso emergentem, à Tenebrionibus istis habemus. Sed & de *Theomachiâ Luciferianâ*, & *Lucifero* ipso, qum *extra universi limites evolare, & in summo solium sibimet erigere* voluisse perhibent; Esaiæ verba cap. 14. v. 13, 14. respe- D xisse videntur. de qo vaticinio optimè Hieronymus; *Audivimus Medos, audivimus Babylonem: audivimus inclytam in superbiâ Chaldæorum: nolumus intelligere qod fuit, & qærimus audire qod non fuit.* ipse rectissimè verba illa de *Babylonio* interpretatur, qi *qondam sic gloriosus fuerat, ut fulgori Luciferi comparatus sit, sideriqe claro similis videretur.* Certè *Luciferi* nomen *Diabolo* in codice sacro nusqam datum deprehenditur. τὸ *φωσφόρῳ*, qod est idem cum *Lucifero*, *Christo* tribuitur, Petri Ep. 2. c. 1. v. 19. Ita de *Sapientiâ* & *Lucifero* eloqia sacra qid prodant vidimus. Cæterùm, qæ E de *Abysso* sive Materiâ primâ *attributis tot instructâ*, hujusqe *conflictibus, angoribus, parturitionibus, partubus, prole æternâ*, sive *Luce*, sive *Aurâ*, *Deo patre*, *Abysso matre progenitâ, mundo gemino, divino* altero, altero *Angelico*, *regionibus Hierarchicis*, *Theomachiâ Luciferianâ*, *ejusdémqe cum suis intentionibus, fumis sulphureis, ignibus gehennalibus*; qæ mundi hujusce natales seculis infinitis anteverterint, qædam etiam ab æterno extiterint; qæ de istis, inqam, commentantur, hæc vel è scholâ Hermogenianâ, vel ex fabricâ Valentinianâ, vel ex officinâ Servetianâ prodire fortean po- F tuerint; è Sacrâ paginâ, qum de eis nec in scriptis vel Mosaicis, vel propheticis qicqam omninò compareat, non possunt. His itaqe depulsi, qò tandem, ad somnia sua statuminanda confugient? Ad Philosophos forsan antiqos, qos *Hæreticorum* veterum *Patriarchas* appellat Septimius, provocabunt. Hos enim, tanqam dogmatum suorum ex parte saltem Patronos, laudant. Pythagoram utiqe, cujus *μετεμψύχωσιν*, *animæ ex corpore in corpus transmigrationi*, qam & religio & ratio ipsa jamdudum explosit, *ψυχῶν μεταγγισμὸς*, *animarum ex corpore in corpus transfusio*, Mani- G chæanus sed & Judæulorum גלגול נשמות, sive *revolutio animarum*, originem suam debet. Aristotelem, cujus de Mundi istius ab æterno existentiam nec ipsi probant. Platonem, qi *περὶ κοσμοποιΐας*, *de mundi fabricatione*, qàm ridicula, qàm impia nugatus est, in Timæo est videre. Plotinum, inferioris ævi hominem, ejusdem ferè cum Platone in speculationibus hisce indolis, aut multo etiam inqinatiorem. Verùm isti cum nec centesimam partem mysteriorum istorum exhibeant, Dionysium, opinor, Areopagitam, & Hermetem ter maximum, qem in acie primâ collocant, appellaturi sunt; scriptores scilicet *ἀποκρύφους καὶ ὑποβολιμαίους*, *apocryphos & suppositios*, fictitia nomina antiqitatem ementita, qibus larvam jam olim est qòd viri magni detraxerint, fucóqe qo obliti & obducti multis priùs

im-

imposuerant, deterso, ampullas inanes ac mendacia splendida detexerint, mundóqe literario palam spectanda atqe ridenda exposuerint. Qanqam nec illis etiam acqiescunt ipsi. *augustiora* utiqe & *profundiora longe* profitentur & pollicentur, qàm isti omnes simul juncti suppeditent. Et ista ergo arcana tam abstrusa, ut illis innotuisse nevtiqam compareat, unde habent? à nuper exortis fungis nescio qibus *Tevtonicis. Fratribus*, opinor, *de Roseâ Cruce.* ejusdem enim farinæ, vel furfuris potius, esse docent, qæ ex illis nonnulli scripto consignata reliqerunt. interest duntaxat, qod his illi scripturis freqentiùs licentiusqe abutuntur, pro Hæresiarcharum nostratium more methodoqe, *in allegorias & imagines omnia urgentes, imaginatu plane & ipsi Christiani*, uti de Valentinianis, non scitè magis qàm verè, Tertullianus. Verùm interrogando si ulteriùs perurgemus, unde Tevtonici fratres illi arcana hæc havserint; (neqe enim tanti esse apud nos poterit Tenebrionum istorum avtoritas, ut ipsorum dictata, vel pro oraculis, vel pro principiis ἀναμφισβήτητοις, *indubitatis*, qibus ἀνεξετάστως καὶ ἀναντιῤῥήτως, *citra inqisitionem & contradictionem*, fides exhibenda sit, habeamus) ecqid responsuri sunt? Certè necesse est tandem, vel cum Talmudicis fabulatoribus, ad Cabalam Mosi seorsim demandatam; vel cum Pontificiis seductoribus, ad Traditiones ἀγράφους; vel cum Genethliacis nugatoribus, ad Abrahamum & Adamum, sive ab Angelis, sive à Deo ipso, edoctos; vel cum Chymicis impostoribus, ad arcana Salomonis magica scripta; vel denique cum Enthusiastis nostris, ad Apocalypses novellas & Spiritus nescio cujus, (ἐγγαστριμύθου, *ventriloqi*, opinor, cujuspiam) insufflationem suggestionemqe, se conferant. Hæc enim fere sunt καταφύγια, *refugia* illa, ad qæ opinionum inanium, sive architecti primi, sive promi-condi, & Scripturarum patrocinio, & ratiocinationum firmamentis destituti, recipere se consveverunt: extra hæc avtem atqe hujusmodi commentitia, qod vel prætexant, vel præscribant, havd est proclive qicqam comminisci: & novissimum illud reverâ præfert Jacobus Boemen Tevto ille, à qo fabulæ hujus partem maximam mutuari videntur; qi postqam à Magistratu sub qo vixerat, in publicum sua emittere prohibitus, per annos aliqot conqieverat, tandem Spiritus (Pythonici, puto, qi nunc passim spirat) impulsu ad ista commentanda atqe evulganda adactum sese profitetur. At verò de istis sive seorsim singulis, sive junctim universis, jure poterit usurpari Judæorum diverbium illud qod in *More nebocim lib.* 1. *cap.* 74. exhibet Maimonides; ערבך ערבא צריך *Fidejussor tuus habet ipse fidejussore opus.* sive qod apud Comicum, *Huic ipsi est opus patrono, qem tu tibi patronum paras.* Nisi enim avt ipsis de se testimonium ferentibus, si inspirationem sive illustrationem extraordinariam aliqam immediatè cœlitùs datam sustinuerint profiteri, avt eorum, qos advocant accersuntqe, avtorum scitis placitisqe, sensus nostros ultronei obstrinxerimus, qà fidem dogmatibus suis concilient, ratio methodusqe nulla omnino supererit. Ita ex filo putrido, hominum hac in parte fide nullâ dignorum, pendet mysteriorum istorum machina tota, cujus fabrica proin universa hoc dirupto corruat concidátqe necesse est. Verùm frustra homines isti importuni, & disceptatores iniqissimi, qo in tenebris nobiscum securiùs vel micent, vel dimicent, deliriisqe suis ratione nullâ subnixis assensum præstruant, Scripturarum lucem declinari, mentisqe oculum occludi penitus postulant, hominésqe pro jumentis habent, dum pecudum obseqentium ritu, cerebri sui fanatici sub titulo specioso aliqo figmenta venditanti cuivis, citra rationis examen ullum, ultrò sese ducendos præbere volunt. Nos cum Tertulliano, [a] *Scripturarum plenitudinem adoramus.* ex his discimus, [b] *Nihil sine origine nisi Deum solum: hunc* [c] *primum esse. at qomodo primus, cui materia coætanea est?* [d] *ante omnia solum, ipsum sibi & mundum & locum & omnia: solum avtem, qia nihil aliud extrinsecùs prater ipsum.* Tamqe Valentinianis, avt Manichæis, avt Marcioni, avt Serveto de commentis suis, qàm istis de figmentis eis, fidei etiam Christianæ huic adversis utrisqe, fidem adhibere par est. Interim argumenti primitus propositi oblitum fere, longiùs abripuisse, diutiùsqe qàm institueram detinuisse, sentio affectus ardorem adversus istas μύθους γραώδεις, *fabularum anilium*, à scripturis extraneas, imo his etiam adversas κενοφωνίας, *vaniloqia, de rebus inanibus clamores*, & hæreseon jam diu reconditarum resuscitatas denuò καινοτομίας, *renovationes*, qæ nisi tempestivè compescantur, ὡς ἐπὶ πλεῖον προκόψουσιν ἀσεβείας, καὶ ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξουσι, *in majorem progressus facient impietatem, proserpentqe latiùs, gangrana instar*, qæ totum tandem fidei Christianæ corpus depascat, pietatisqe veræ cor ipsum exedat. qanqam impu abunde plus satis, ut nihil amplius accedat, hoc ipsum habet, (ut de superiùs recitatis nihil adjiciam) cum, [e] *ea qa propria Dei vindicamus, semper fuisse, sine initio, sine fine, & primum fuisse, & solum omnium avtorem, materia* cum Hermogene *competere* volunt: qod ipsum, si Tertulliano credimus [f] *totum qod est Deus avfert, nolens ipsum ex nihilo universa fecisse.* Certè, qod Avgustinus, *de Genes. contr. Manich. l.* 1. *c.* 6. *Ideò Deus rectissime creditur omnia de nihilo fecisse, qia etiamsi omnia formata de istâ materiâ facta sunt, hac ipsa materia tamen de omninò nihilo facta est. Non enim debemus esse similes istis, qi omnipotentem Deum non credunt aliqid de nihilo facere potuisse, cum considerant fabros & qoslibet opifices non posse aliqid fabricare, nisi habuerint unde fabricent. Si enim non adjuventur eâ materiâ unde aliqid faciunt, nihil possunt facere, cum materiam ipsam ipsi non faciant. Omnipotens avtem Deus nullâ re adjuvandus erat, qam ipse non fecerat, ut qod volebat efficeret. Si enim ad eas res, qas facere volebat, adjuvabat eum aliqa res, qam ipse non fecerat, non erat omnipotens; qod sacrilegum est credere.* Et sacrilega proinde ista dogmatum portenta a nostrorum suorúmqe omnium mentibus Deus Opt. Max. averruncet.

Nos his tricis, non tam incertis, quàm insanis extricati tandem & expediti, ad Mosis scriptum, λόγον βεβαιότερον & ὑγιαινότερον, *firmiorem & saniorem*, cui nihil cum commentis illis commune, revertemur: sed ut ea qæ de argumento hoc insuper dicenda ac disserenda habemus, qia istud amplius sub manu excrevit, ad caput proximum rejiciamus.

a Adv. Hermog. c. 22. b Adv. Marc. l. 5. c. 1. c Adv. Herm. c. 6. d Adv. Prax. c. 4.

e Tertul. adv. Herm. c. 6. f Ibid. c. 21.

CAPUT II.

Particula ב *in* בראשית *qid valeat. Maimonida de eâ sententia rejecta: sed & ejusdem atqe Aquila seqacium de* ראשית *argutia. Idem hic esse* ראשית *qod* תחלה *principium, initium.* Λόγος *qid Joanni, & unde. Joannis verba c.* 1. *v.* 1. *perperam habita.* ראשית *&* ראשנה *qi differant.* בראשית *principio, primò, primitùs.* את *particula qis hic usus. an idem qod* עם σύν, *cum, unà, hic valeat. De eâ etiam nostri cujusdam frivolum nugamentum. Maimonida explicatio, in qâ nec sibi constat; Aqila item versio, cum inde natis argutiis, de rebus omnibus unà conditis, rejecta. Esaia verba c.* 48. 1, 13. *à pravâ interpretatione vindicata. Aqila in Hebraicis vertendis qalis.* Cœli *ac terræ nominibus qid istic designetur.* Spiritus *nomine Gen.* 1. 2. *qid denotetur.* Cœli *nomine aerem atherémqe, terræ, aqam qoqe contineri.* Abyssus *qid velit* מרחפת *qid sonet.* ἐπιφέρεσθαι *an significet. Syris qid.* Agitationis *notionem semper habere in scripturis, recte* Caminus. *Verba Mosis Devt.* 32. 11. *discussa mendum in Gracâ versione existimari; sed antiqum. iudus, pro pullis, sive ovis. Exod.* 19. 4. *Jairi argutia havd admissa. Esaia verba cap.* 10. 14. *& c.* 31. 5. *explicata.* Spiritus Dei, *qi sumatur. Super aqas qorsum memorari.* 1 *Reg.* 16. 15. *& Job* 31. 23. *explicata. Gen.* 1. 4. *syntaxis varia.* טוב *qid sonet.* ἀνταποδοτικῶς *trajecta exempla. Pleonasmi Hebraici singulares. Numeralia cardinalia pro ordinalibus usurpata. De* 1 *Cor.* 16. 2. *ampliatur. Christi verba Joan.* 10. 18. *explicata. De dies creationis secundæ exitu disceptatio. Benedictio in versione Gracâ inserta, qam Hebraa lectio non agnoscit. Prateritæ Hebraa in plusqamperfecti notione,* קוה *Gen.* 1. 9. *&*

Jer. 3. 17. qid sonet. Animantia die qinto, an sexto creata. Picherelli methodus in capitibus 1. & 2. Mosaicis de Cosmopœiâ consarcinandis. Paradisus qoto die consitus. Stirpes an die tertio consummata. Jairi & Arama inepta rejecta. Omnia primitùs in perfectione suâ creata. De verbis Gen. 2. 4. 5. disceptatio. טרם *qid propriè significet. Versio Jumana, sed & Dieusiana utraqe, rejecta.* אלה *istæ, non illæ. Ille unde. alarda* Ἀπτωκίδης. שיח *qid. Job 12. 8. explicatus.* שדה *qàm latè pateat.* צמח *qid sonet.* אד *qid significet, & unde ortum habeat. pro calamitate perperam Junio sumptum Job 36. 27 Plinii locus insignis de aqis cœlestibus. Rorem & nebulam pluviæ vicem supplere. Saadiæ, & Junii expositiones* τ̃ *vav hic probata. Copulativa in disjunctiva notione. Negativa ellipsis cu* τ̃ *νοητῦ supplenda. Esaiæ locus insignis noviter explicatus & illustratus. Panis pro frumento. frumentum pro pane.* מורג *traha.* חרוץ *tribula, qâ ratione dicta. Formula passiva verbalis, notionis diversa.* מורג חרוץ *qâ syntaxi dicatur. Subjecti ellipsis havd insolens. Dan. 9. 21. & Joel. 3. 14. explicata. De tribulâ Magistrorum sententia. Triturandi apud Hebræos modi varii. Sed & apud exteros ex Varrone.* פרשים *Esaiæ qid.* בעל פיפיות *qid velit.* μάχαιρα δίστομος. אבן *& גלגל sive* גלגל κύκλος. *Cornu qid, Mic. 4. 14. Capite tertio narrata, utrum intra hebdomadam mundi primam conclusa. De diei sexti horis 12. & intra easdem peractis, nugamenta Talmudica. Evam ante lapsum, à viro cognitam, intra horulam, gemellos saltem edidisse. Corpus Adæ unde confectum, mole qàm prodigiosum fabulentur. De Homine intra diem sextum lapso traditio impugnata & rejecta. Ambigentium, contrave sententium censura ab Avtore* concentus Scripturæ *nimis aspera; hominis ingenio condonanda. De Adæ sepulcro, de lapsu illi pariles traditio.*

DE dictionis Mosaicæ liminaris structurâ in capite prægresso disseruimus. De vocibus nonnullis, qibus ea concipitur, in hoc ulteriùs dispicietur. Atqe hîc novos nobis rursus in simpulo fluctus cient, vel lasciviora, vel morosiora qædam ingenia. Ex his sunt curiositates havd unæ, à Mose Maimonide magno illo apud suos habito, in *Moreh nebocim*, sive *Doctore perplexorum*, propositæ, qas examini istic subjiciemus.

De בראשית primo loco sic argutatur, ut *bet* nolit esse בית זמן sive *temporis indicem* particulam, sed בית כלי i. e. *instrumentalem*, qæ efficientis cooperantis, sive coadjuvantis, & subservientis designandi rationem habeat: Huic accedit, qòd verbo ראשית hîc non vult temporis *exordium*, sive *initium* intelligi. itaqe inter תחלה & ראשית anxiè distingvit, & תחלה qidem vult de eo duntaxat usurpari qod tempore antecedit; ראשית verò, & de illo qod est rei alterius alicujus *principium*, sicut cor est principium in corpore animato, & elementum in corpore elementari. itaqe à ראש derivari, qod *caput* significat, qod ipsum est situs ratione animantis principium. omninò avtem contendit ראשית non esse hîc idem qod תחלה. Ita *substantivum* aliqod *principium*, ut Tertullianus loqitur, voculâ istâ designatum innuere videtur: (neqe enim explicatè satis loqitur) & ad Targumistæ חכמה forsan respexerit, *Sapientiam* utiqe divinam, qâ terram is fundasse perhibetur. Parœm. c. 3. v. 19. qod est supra rejectum. Ejusmodi aliqid & Aqila voluisse videtur, qi (referente, post Hieronymum, in *Tradit.* sive *Qæst. Hebr. in Genes.* Joanne Philopono, in commentariis *εἰς τ̃ ἑξαήμερον*, qorum excerpta qædam apud Photium in *myriobiblo cod.* 240. supersunt) reddidit, Ἐν κεφαλαίῳ, *In capite*, sive, *In capitulo*. Affinia certè habuisse Græcos, qi Aqilæ versionem seqebantur, ex Philopono eodem discimus. Ex eis nonnulli *capitis* nomen *principii* loco usurpatum voluere, *ἀπὸ τ̃ ἀρχῆς τ̃ σώματος, τ̃ κεφαλῆς, à capite, qod est corporis principium*, ductâ similitudine; à qâ subtilitate nec Maimonides absunt. Alii insuper hinc argutabantur, *συνῃρημένως καὶ ὁμοῦ γενέσθαι, simul junctimque condita cœlum & terram.* κεφαλαίου enim nomine freqenter designari τ̃ ἐν ἑνὶ πολλῶν ἅμα συναίρεσιν, *rerum complurium in uno aliqo qasi capite comprehensionem.* qâ de re ulteriùs dicendi deinceps locus dabitur.

Verùm istic Maimonidæ David Camius adversatur, qi uti ראשית hîc, contrà qàm Jairus & Esdraides, סמוך i. e. *constructum* esse negat, ita contrà etiam qàm Maimonides, ראשית hîc idem planè qod תחלה valere disertè affirmat. ac proinde בראשית per בתחלה *in principio*, sive, *in initio*, exponit. Cui astipulatur & qod Moses ipse, cap. 2. v. 4. *Hi sunt*, inqit, *natales cœli & terræ*, בהבראם *cum creabantur*, ביום עשות *in die facere*, i. e. *qo tempore Jovas Deus fecit terram & cœlum.* Nec aliud, opinor, voluit, avt Jonathas, cum מן אולה *à principio*, (qo modo ἀπ᾽ ἀρχῆς Evangelistæ Matth. c. 19. v. 4. & Joan. c. 8. v. 44.) avt Onkelos, qi בקדמין *in initiis*, sive, *in primordiis*, (plurali usus, prout & Latini qandoqe) reddidere. Sed nec Evangelistam, cum narrationem ita ordiebatur Evangelicam, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, *In principio erat Verbum*, sive, *Sermo*, qod Erasmus, sive *Ratio*, qod Tertullianus maluisse videtur; Talmudistæ & Targumistæ מימר dicerent, qod ad priora illa propiùs accedit. In qo loco edisserendo frustra sunt, cum è Scriptoribus Græcis, inter qos est Cyrillus, qi ἀρχῆς ἐν τ̃ πατρὸς σημαίνεσθαι, *principii* nomine Deum *Patrem* volunt significari, in qo Filius ab æterno fuerit: tum & Socinus blasphemus ille multo magis, qi qò τ̃ λόγου æternitatem eludat, non de *Mundi materialis* primitùs *à Deo conditi* primordio, sed de *Mundi spiritualis*, sive Ecclesiæ Christianæ, *per Christum conditi atqe extructi* exordio, impiè admodum accipiendum contendit. Qin nec aliud qicqam sensisse Judæi Magistri illi videntur, avt qi, Jairo referente, בראשית הכל *in principio universi*, sive *rerum omnium*, exposuere; avt qi, Esdraide narrante, בראשית הערב או הלילה או החשך h. e. *in principio vesperæ, vel noctis, vel tenebrarum.* qia utiqe vespertinum matutino, nox die, luce tenebræ priores extiterant. qi eidem, & Abrahâ eodem commemorante, בית hîc נוסף *addititium*, sive *supervacaneum* esse existimabant. atqe ita בראשית dictum, qo modo בראשנה Num. c. 10. v. 13, 14. qod sine ב ראשנה legitur Num. c. 2. v. 9. ubi dicitur ראשנה יסעו *In primò sunt profecti.* ita בראשית & בראשנה, sed & dempto ב ראשית & ראשנה idem omnino fuerint. &, qicqid in adversum disserat Esdraides, hoc loco reverâ sunt. proinde & בראשית hîc *primò* verti posset; sed adverbialiter sumpto: qo modo & τ̃ ἀρχὴν Græcis usurpatur Joan. c. 8. v. 25. de qo loco adversus Pradensem alibi disserui: & *Principio* Latinis, uti in Maroniano illo *Æn, l.* 6.

Principio cœlum & terram. —

Verùm, cum ראשנה latiùs pateat qàm ראשית illud enim tam ad loci, qàm ad temporis ordinem pertineat, qo modo in Numerorum inciso illo, *Primò*. i. e. *loco primo, profecti sunt*: hoc ad temporis duntaxat rationem referatur: ideò, qò ambiguitas omnis tollatur, בראשית *primitùs* verti aptissimè poterit. sicut in Luciliano illo, qod apud Nonium depravatissimè prostat, *primitùs* usurpatur,

Sicuti cum primus ficos propola recentes
Protulit, ingentis pretio dat primitùs pavcos.

ita certè commodissimè redderetur loco ab Esdraide superiùs indicato, Devt. c. 33. v. 21. וירא ראשית לו *& prospexit primitùs sibi*. ad primum scilicet appulsum, sive ingressum, in terræ promissæ fines; sive ad primam hæreditatis divinitùs designatæ aditionem. sicut hoc loco ad primum orbis condendi opus à numine cœptum aggressumve. Multa qidem disserunt & nostri de variis vocis *Principii* acceptionibus, Basilius, Ambrosius, Avgustinus, Tertullianus, alii; & ostendere conantur, qo modo citra fidei detrimentum *principium* istud variè sumi qeat: verùm ad hoc tandem deveniunt, ut genuinus voculæ sensus is sit istic, qo temporis articulus denotetur. Ita Basilius, *in hexaem. orat.* 1. Ἐν ἀρχῇ, τουτέστιν, ἐν ἀρχῇ ταύτῃ τῇ τ̃ χρόνου. & Ambrosius in subjectum idem *l.* 1. *c.* 5. *In principio temporis*, inqit, *cœlum & terram Deus fecit.* Disertissimè verò omnium Tertullianus *adv. Hermog. c.* 19. *Nos unicuiqe vocabulo proprietatem suam vindicamus; principium initium esse, & competisse ita poni rebus incipientibus fieri. nihil enim*

enim qod fieri habet, sine initio esse, quum initium sit illi ipsum dum incipit fieri. ita principium, sive initium, inceptionis esse verbum, non alicujus substantiae nomen.

Cæterùm aliam insuper, qâ lectores suos exerceret, subtilitatem ex verbis novissimis elicit Maimonides. Etenim, *Scire*, inqit, *hoc qoqe te refert, qòd in verbis illis* את־השמים ואת־הארץ *particula* את *idem valet qod* עם i.e. *cum*, ubi præverbii rationem obtinet, unde duo ista à Sapientibus colligi monet. primò, *cælum & terram simul esse creata*; tum *Deum unà cum cælis creasse qæcunqe sunt in cælis, & unà cum terrâ, qæcunqe sunt in terrâ.* ita tandem concludunt, cuncta *simul fuisse creata*; juxta illud Esaiæ c. 48. v.13. קרא אני אליהם יעמדו יחדו *Me illa compellante consistunt simul; licet posteà successive sint ab invicem discreta.* id qod illustrant imagine ab agricola desumptâ, qum semina varia uno eodémqe temporis articulo terræ committit, qorum qædam postridiè, alia post biduum, à triduo alia proveniunt, etiamsi sementis tota sit uno eodémqe temporis momento peracta. Cui potest adjici Ainsvorthi nostri ex eâdem forsan officinâ de particulâ eadem inanis argutiola, mundum universum cum omnibus eodem comprehensis à Deo conditum eâ innui, qia ex literulis duabus constat, qarum altera Alphabeti Hebraici prima, altera est novissima.

Verùm misso futili commento isto, Judæorum illi, (qod tamen avtores an favtores è nostris etiam insignes habuit, de qo & alibi diss.rtum est) ex adverso se opponit Esdrasides. negat enim ultra unum aliqod die uno qicqam fuisse creatum; primo *lucem*; secundo, *expansum*; tertio, *herbas stirpésqe*; qarto, *luminaria*; qinto & sexto, *animantia*. verùm & de hoc meritò ambigi potest. terram enim qando creatam dixerimus, si intra nullum è sex illis condita fuerit? Interim de Esaiæ loco illo rectè idem monet; non de rebus nondum creatis ibi agi; (qi enim possent compellari, qæ nondum existent?) sed de jam conditis, qorum priùs per vatem suum Deus meminerat; déqe horum ministerio, qo servorum avt satellitum instar regibus & magnatibus avt magistratibus astantium, ad Dei imperia excipienda, mandata exeqenda, qasi in procinctu, jugiter præstò consistunt.

Cæterùm novam rursus crucem Græcis suis Aqila etiam hic fixit, dum (qod ex Philopono discimus) versum integrum sic reddit, Ἐν τῷ κεφαλαίῳ ἔκτισεν ὁ Θεὸς σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν. qæ qidem versio cum vix Græca sit, interpretes proinde, in expiscando qid vellet, havd parum torsit, exercitósqe habuit. Id ariolabantur utiqe pleriqe formulâ hac inusitatâ designari qod & Judæi Magistri illi; τὸ σὺν συνδυασμὸν δηλοῖ, particulâ σὺν nempè *terrarum duarum conjunctionem indicari.* itaqe eâ hic infirmari, ἅμα γεγονέναι τὰ δύο, *cælum & terram utrumqe simul extitisse.* alii verò insuper, qod & illi itidem, ὅτι τὰ ἄκρα καὶ τὰ μέσα συμπεριλαμβάνει, *unà cum terminis extremis*, superiore cœlo, inferiore terrâ, *ea qæ interjacent simul fuisse* comprehensa. Ita vel ex hoc sensu, τὰ ἐν μέσῳ, sive τὰ μεταξὺ, subintelligeretur, qo sensus integer foret, vel ex priore, τὸ σὺν, non tam præverbii, qod regat, qàm adverbii absolutè adjecti rationem obtineret; prout, ubi σὺν δύο γεννηθέντες, *unà duo editi*, de geminis dicitur; &, σύν τε δύ' ἐρχομένω, *duo simul incedentes*, Homero; & ad verbum condendi, non ad *cæli ac terra* nomina, σὺν particula pertineret: qæ qidem structura utraqe hic, sive Græca, sive Hebraica spectemus, est nimium qantum coacta & absurdissima planè. Nec mirum Aqilæ homini cumprimis κακοζηλίας vitio laboranti; ut vocolas formulásqe Hebraicas citra judicium, anxiè nimis plerumqe, putide etiam sæpenumero exprimere studio habuisse videatur, versionem tam absonam excidisse. Mirum magis Maimonidem, virum tantum, tantiqe apud suos habitum, ut de eo vulgò dici consveverit, *A Mose ad Mosem huic parem nullum extitisse*, animum inducere potuisse, ut de interpretatione, tam ab omni ratione sensuqe alienâ, tam seriò suos moneret: idqe cum versionem expositionémqe hactenus genuinam, à qâ ista tantopere distat, pro verâ antè verbis illis proposuisset; *Et vera loci illius expositio est hæc*, In principio creavit Deus superiora & inferiora. *expositio conveniens novitati mundi.* Hæc ille. Nec potest reverâ aliud esse hic את particula, qam index nominis sub verbi regimine, pro eâ ratione, qâ in lingvis exteris, per casus qos appellant in flexione variantibus, *accusandi* qem nuncupare solent, designaretur. nec αὐτὶ τοῦ עם usurpari consvevit, nisi ubi verbum vel consistens merè, vel reciprocum antecesserat. Post transeuntia affectum jugiter habet superius indicatum; nec in lingvis illis exteris exprimi, avt solet, avt etiam rite potest; cum affectus istius indicem, præter nominis ipsius avt pronominis formam, particulam nullam habeant.

De particulæ itaqe vi verâ constat satis. Verùm *cæli ac terra* nominibus qid designetur, disqisitione ulteriore aliqâ opus habet. Siqidem nec Judæis Magistris, nec nostris etiam interpretibus secum invicem hic convenit. Ex Maimonides qidem, (qod & antè monuimus) *cæli* nomine vult *superiora*, *terra* nomine designari vult *inferiora*. hisce avtem contineri qvid velit, mox explicat. *cæli* nempe, sive *superiorum* nomenclaturâ *orbes cælestes*; *terra*, sive *inferiorum*, *elementa qatuor*, *ignem*, *aerem*, *aqam*, *terram*, qorum in seqentibus mentio fiat distincta, idqe eo ordine, qo ex rerum ipsarum naturâ situm suum obtinent; primo enim loco occurrere *terram*, qæ omnium sit infima; supra hanc esse *aqam*; aqæ adhærere *aerem*; supra hunc esse *ignem*. *tenebras* avtem ignem esse probatum it, ex Devt. c. 5. v. 22; 23. & Job. c.20. v. 21. qæ cum dicantur esse *super faciem abyssi*, inde constare aere superiores exitere. *Spiritus* avtem nomine *aerem* sive *ventum* intelligi, firmatum it ex Exod. c. 10. v.19. & c.15. v. 10. & Num. c. 11. v. 31. (cui adjiciant ex nostris, inter qos Theodoretus, Hymn. 147. v. 8.) qi & *Dei* esse, & *ferri* dicatur, qia mobilem ac flatilem Deus fecerat, ventiqe motus in Scriptis sacris Deo semper adscribatur. In qibus adversantes sibi ex parte habet Græcos illos qorum vestigia premit Philoponus. Hi enim ratione potiore τὸ σκότος, sive *tenebras*, non *ignem*, sed ἀέρα ἀφώτιστον, *aerem lumine cassum prorsus*, exponunt, תהום sive ἄβυσσον, pro vocis Græcæ notione atqe usu perpetuo, non *aerem*, sed ὕδωρ πολὺ καὶ εἰς βάθος χωροῦν ἄπειρον, *copiosam immensæ altitudinis aqam*, πνεῦμα verò, h. e. *Spiritum*, sive *venti*, qo modo vox ea usurpatur Joan. c. 3. v. 8. nomine, *aerem*, (ἐπεὶ ὕδατι γὰρ ὁ ἀὴρ ἐπιπολάζει, *qia aer utiqe aqis supernatat*) intelligunt.

At Abraham Esdraides, nec Maimonidæ per omnia, nec sibi ipsi etiam consentiens, hic deprehenditur. Siqidem postqam Saadiæ sententiam retulerat, qi *terram* ait *centri* sive *puncti instar* habere, *cælum* avtem *fili*, sive *lineæ* huic *circumductæ*; neqe cum ratione constare, ut vel *centrum sine lineâ*, vel *linea* etiam *sine puncto* constitueretur; ideóqe *cælum & terram* eodem temporis articulo fuisse condita, primo utiqe die; deinceps verò ea qæ illis continentur, *aqam* utiqe & *ignem*; aliorum etiam sensum adjecerat, qi *cæli* vocabulo *aerem*, *terra aqam*, comprehendi volebant; ac omnia etiam, die primo simul condita avtumabant. iste ab his utrisqe recedens, cum ultra unum aliqod die unoqoqe conditum negat, (uti est suprà indicatum) statuit tandem *cæli* nomine *expansum*, (cui condendo diem secundum superiùs assignaverat) *terra* nomine *aridam* designari. *aqam* qoto die creatam velit, nullus dicit. Interim nec Maimonides, nec ipse verò satis liqidò sese explicant; eáqe uterqe profert, qæ nec secum invicem probe conveniunt. Verùm Oedipo aliqo, avt Delio natatore opus esse innuunt, qi sensus suos expiscentur, cum ajunt, אנשי המדות יבינו אלה הסודות *Viros intelligentiâ ampliori instructos ista*, qæ hic tradunt, *arcana assecuturos.* qorum è numero me non esse liberè palámqe profiteri, nullus erubesco.

Sed nec nostri etiam in appellationum harum expositione secum invicem consentiunt. Etenim (ut sententias receptas maximè duntaxat attingam) sunt qi *cæli ac terra* nomine, non ea qæ nunc oculis usurpamus, intelligi velint; sed rudem vastámqe qandam materiæ congeriem molémqe, in qâ, tanqam πανσπερμίᾳ sive *seminario communi*, delitescebant recondita horum utriusqe semina, & ex qâ educta sint, qæ deinceps condita sunt universa. Alii *cæli*

ac

ac terræ nominibus volunt designari, mundi hujus machinam universam, in duas qasi partes principales distributam, de cujus utriusqe cum structurâ, tum & instructurâ, narratio in seqentibus accuratiùs & distinctiùs instituatur. Cui sententiæ favere videtur, qod Esdraides monuit, ה articulum hoc loco esse הידיעה *δεικτικὸν*, ut qasi *δεικτικῶς δεδειγμένα*, sive *digito exerto demonstrata*, designentur *cœlum istud & terra ista*, qæ se oculis nostris ingerunt. Qin & mentem suam hac in parte Moses ipse perspicuè satis explicuisse videtur; ubi cap. 2. narrationis antegressæ *ἀνακεφαλαίωσιν* instituens, *Ita*, inqit, *consummata sunt cœlum & terra, cum universâ eorum instructurâ.* Et rursus, *Hi natales fuere cœli & terræ, qando ea creabantur; qo die*, sive, *tempore, fecit Deus terram & cœlum.* qibus verbis, non aliud *cœlum terrámve* aliam, opinor, voluit designata, qàm ea qæ sensibus humanis subjecta, in diem usqe hodiernum persistunt. Distinctionem horum qod attinet (mihi mea si licuerit animi sensa interponere) *cœli* nomine contineri existimem *mundum superiorem*, sive ambitum universum illum, in tres qodammodò regiones dispertitum, in qo aves feruntur, in qo nubes consistunt, in qo sidera collucent: istis enim omnibus cœli nomen in voluminibus sacrosanctis passim tribuitur: qæ etiam, si cui *διχοτομία* magis arriserit, in *aerem* & *ætherem* poterunt dispesci. *Aeris* nomine cum Theodoreto, comprehendendo, *τὸ ἐκ τῆς τοῦ ὕδατος ἐπιφανείας μέχρι τοῦ οὐρανοῦ διῆκον, id omne qod ab aqæ superficie ad cœlum usqe*, qod nos vulgò dicimus, siderum utiqe regionem sedémve, *pertingit*: (nam de *ignis elemento* & pagina sacra silet, nec de eo etiam inter Philosophiæ seculares studiosos ac peritos sit necne satis convenit) *ætheris autem*, qicqid inde ad extimum usqe universi ambitum porrigitur. *Terræ* nomine, *mundum inferiorem*, sive *terræ & aqæ*, ita sibi invicem intercursantium molem, ut corpus unum, globum saltem unum, junctim conficere videantur. Hoc eò magis ita sumendum autumo, qia in recensione mundi primitus conditi toties alibi repetita, *terræ* solius mentio facta reperitur. Hymn.121. v.2. & 124. v.8. & 134. v.3. Jer. c.10. v.11. Matth. c.11. v.25. qibus tamen locis *terræ* nomine *mare* qoqe comprehendi, patet ex Hymn. 46. v.6. Act. c.4. v.24. & c.14. v.14. Apoc. c.10. v.6. & c.14. v.14. qod & propterea factum conjicere licet, qòd *cœlum & terra*, hominibus qibusqe, in qacunqe *orbis terrarum*, uti loqimur, regione sive climate agant, ex aspectu ipso cognita sint; quum *mare* qàm plurimis, ex eis præsertim, qi in intimis continentis alicujus partibus perpetim degerint, nisi si de nomine forsan solo, nunqam innotuerit. Patet idem etiam, ne longiùs hinc abeamus, ex eo, qòd hoc ipso capite v.15. *luminaria in cœlo sita* perhibentur, *ad terram illustrandam*; qod tam ad *mare* qàm ad *aridam* pertinere qis nescit? Act. c.27. v.20. 33. Et cum *vapores dicuntur à terrâ ascendere*, cap. 2. v.6. &, *à finibus terræ*, Hymn. 135. ℣. 7. tam è mari extrahi & exhalare, qàm à terrâ sursum attolli, intelliguntur. Qin & *cœli* nomine, eâdem in hac mundi primitùs extructi atqe instructi narratione Mosaicâ, insignitur, tam *aer*, ejusdémqe cum regio ea, in qâ *aves* volitant, vers. 20. tum ea in qâ *nubes* aqosæ consistunt, vers. 6.7. qàm & *æther*, sive regio aut statio illa, qæ est sideribus assignata. vers. 14. 15. Sed & ex proximè seqentibus eadem elicitur distributio, ubi *terra* primitùs *informis & inanis* fuisse dicitur, utpote aqis immersa penitùs, donec eis in loca certa discretis, arida sese proderet, & in conspectum prodiret; & *abyssi* nomine globus ille designatur, qo aqæ terram intra se in suis qasi visceribus demersam & conclusam continebant. neqe enim possum hic Viro Clarissimo Fr. Junio assentiri, qi *abyssi* nomine vult communem *cœli terræqe materiam* denotari; quum nusqam in sacro codice vocem hanc sic usurpatam reperiam. Hujus autem *abyssi faciem*, sive, *superficiem*, qod *tenebræ* dicuntur occupasse, superiorem illam mundi regionem, qæ aqis extabat, universam, (tam *aerem* contiguum, qàm *ætherem* longiùs dissitum) lumine omni destitutam orbámqe prorsus, cœli nomine insignitam datur intelligi; quum nisi in subjecto aliqo nec lumen, nec tenebræ consistere possint. denique qod primo dictum

A est, *super faciem abyssi*, id mox, *super faciem aqæ*, sive, *aqarum*, dicitur, ut *abyssi* nomine intelligantur *aqæ*, qorum in utero continebatur hactenus terra in apertum & conspectum brevi proditura. atqe ita Jairus è Mose ipso Mosen exponit על פני תהום *super faciem abyssi*, i.e. על פני המים שעל הארץ *super faciem aqarum qæ super terram* fuerant.

Hoc autem posterius à Mose his verbis concipitur, ורוח אלהים מרחפת על פני המים Ubi *Spiritum Dei*, non desunt è nostris, qi cum Esdraide & Maimonide, *aerem*, sive *ventum*, exponant, in qibus est Origenes *de Principiis lib. 1.* Diodorus Tarsensis, Theodoretus in Genes. qæst. 8. Tertullianus *adv. Hermog. c.32.* qod & suprà est observatum: cum pleriqe tamen de *Spiritu Sancto* intelligant; à qo nec Jairus ipse prorsus abhorrere videtur, cum ad incisum istud hæc habeat, *Solium gloriæ in aere fuit consistens*, & מרחף *movens*, an *incubans*, *Spiritu oris sui, Dei utiqe sancti Benedicti, & Verbo suo, super faciem aqarum.* Verum utrovis modo *Spiritus* vocabulum sumere libuerit, de verbo רחף unde מרחפת istud ampliùs erit qærendum. Hoc C eò pleriqe referunt, ut alitis ovis, qo excludat, incubantis, eiqe calore suo foventis, affectionem gestumqe propriè designet. Ita Jairus, qi suprà dictis subjungit, כיונה המרחפת על הקן *sicut columba, qæ nido suo incubat.* ita enim voce barbarâ, uti ipse appellat, *accubandi*, sive *incubandi*, explicat ulterius. Ab illo Vir Clarissimus Grotius sumpsisse videtur, qod in *Annotat. ad lib. 1. de Verit. Relig. Christ.* dixit, vocem hanc *incubitum columbæ super ova sua* significare; qod ad *Spiritum* trahit in specie columbæ ad Christi intinctum *super ipsum descendentem & desidentem* D etiam. *καταβαῖνον καὶ μένον.* Joan. c.1. v.33. id qod ונחה *reqiescet super eum Spiritus*, dixerat Esaias c.11. v.2. Verum non de *columbâ* solâ, de *aqilâ* etiam dici, rectè monet Esdraides ex Deut. c.32. v.11. itaqe latius extulit Basilius *in hexaemer. orat. 2.* pag. 24. C. ubi a Syro qodam ait didicisse, hanc esse genuinam vocabuli hujus notionem, *συνέθαλπε καὶ ἐζωογόνει τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν, κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐπωαζούσης ὄρνιθος, καὶ ζωτικήν τινα δύναμιν ἐνιείσης τοῖς ὑποθαλπομένοις. Consovebat, & vitalem fœcunditatem aqarum naturæ præbebat: ad similitudinem aviculæ incubantis, vimqe vi-* E *talem qandam imprimentis in ea, qæ ab ipsa foventur.* Hinc Ambrosius, qi ea Basilio complura traduxit, *in hexaemer. l.1. c.8.* *Syrus, qi vicinus Hebræo est, & sermone consonat in plerisqe & congruit*, (qod idem reverâ ferè de Syris etiam Basilius) *sic habet*, & Spiritus Dei fovebat aqas, *i.e. vivificabat, ut in novas cogeret creaturas, & fotu suo animaret ad vitam.* At Syrus qid habeat, nec Basilius dixerat, nec Ambrosius, credo, qicqam resciverat. & fortean vocabulum hoc ipsum retinuerat; qo modo in explicatione suâ Jairus. Hieronymus in *Qæst.* sive *Tradit. Hebr.* F *in Genes. Incubabat & confovebat, in modum volucris ova calore animantis.* Et monet qidem insuper *Pentaglotti* autor, *τὸ* רחף Rabbinicè & Syriacè, *ovis incubuit*, significare & metaphoricè, *fovit, confovit, complexus est amore, misericordiâ*, &c. atqe ab hac radice reverâ prodeuntia legimus, מרחמן *miserator*, Jacob. c.5. v.11. qo loco conjunguntur מרחמן qod *τὸ πολύσπλαγχνος, intima misericordia abundat*, & *τὸ* מרחמן qod *τὸ οἰκτίρμων, misericors*, exprimat. & רוחפא Philip. c.2. v.1. qo loco רוחפא & רחמא junctim qoqe posita reperiuntur; sed ut contrà qàm apud G Jacobum, illud *τῷ σπλάγχνα, viscera*, hoc *τῷ οἰκτιρμοί, commiserationes* respondeat, ita רחף sensu tralatitio usurpatum idem ferè prorsus qod רחם valuerit, à qo fortean per literarum *ἐναλλαγὴν* ortum primitùs habuerit. nam de proprio significatu, qo *τῷ ἐπωάζειν*, sive, *ovis incubandi*, notionem apud Rabbinos & Syros habere dicitur, nullum hactenùs prolatum exemplum videre contigit. Et reverâ alibi, non *incubitus*, sive *qietis* in loco, sed *motionis & agitationis* notionem obtinet. Bis tantùm extra locum de qo agitur, in codicibus sacris usurpatum deprehenditur, Deut. c.32. v.11. in Cantico Mosis, & Jer. c.23. v.9. qibus omnibus recensitis, in *Radicib.* Caninius subjungit, כלם ענין נדנוד ותנועה *habent ea omnia motus atqe agitationis notionem.* Et qidem in Jeremiæ verbis aliter sumi non potest,

teſt, ubi vates, *Confringitur cor meum intra me*, רחפו כל־עצמתי *commoventur*, ſive, *concutiuntur*, *omnia oſſa mea.* Targum, ?ו Græci, ἐσαλεύθη. Latinus Vulgatus, *contremuerunt.* Tigurinus, *fluctuarunt.* Pagninus, *commota ſunt.* Junius, *eliduntur.* Piſcator, *colliduntur.* qæ omnia eôdem recidunt. De loco in Moſis Cantico varietas inſignior. Targum Jonathæ, כחופף ex qo emaculandus Targumiſta Hieroſolymitanus, apud qem מהסחף pro מחפחף ex formulâ geminatâ vitioſè habetur. idem valet ex eodem themate utrunqe, *protegens.* Apud Græcos, qi LXX dicùntur, ἐπεπόθησεν vulgò legitur. qod *deſiderii* & *affectus* notionem habet, qalem apud Syros τὸ רדף obtinere, ſuprà indicatum eſt. at Picherellus mendum ſubeſſe ſuſpicatur, & pro ἐπεπόθησεν, legendum ἐπεπέτασεν. qod & editio Complutenſis admiſit, h.e. *involitat*, ſive, *involitare aſſolet.* Ita enim aoriſta iſta creberrimè uſurpari, alibi oſtendimus. Verùm mendum illud ſi fuerit, ab antiqo vitiatos codices, ex Hieronymo conſtat, qi ad Matthæi verba illa c.23. v.37. Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας; *qoties volueram liberos tuos congregare, qemadmodum avis*, ſive, *gallina*, *pullos ſuos ſub alas ſuas congregat?* Gallinæ, inqit, ſimilitudinem in Cantico Devteronomii legimus; *ſicut aqila protegit* (σκεπάσει, *tegit*, Græcus) *nidum ſuum*, & *ſuper pullos ſuos deſideravit; expandens alas ſuſcepit eos*, & *tulit ſuper pennas ſuas.* At Latinus Vulgatus, *Sicut aqila provocat ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitat, expandit alas ſuas; & aſſumpſit eum, atqe portavit in humeris ſuis.* Tigurinus ad Hebraica propius accedens. *Qemadmodum aqila excitat nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos volitans, expandénſqe alas ſuas tollit illum, & portat eum ſuper alas ſuas.* Junius verò ſenſum alterum ſecutus, *Ut aqila excitat nidum ſuum, pullis ſuis incubat; pandit alas ſuas, aſſumit eum, portat eum ſuper alas ſuas.* Et ab utroqe alium, uti videri poſſit, in *Pentaglot.* Schindlerus, licet eôdem cum prioribus illis collineet, *Sicut aqila dilatatis & expanſis alis movetur & agitatur ſuper pullis ſuis*, eos ad volandum exſuſcitans & invitans: ſive, *volat juxta pullos ſuos*, ut eos volare doceat. Videtur exiſtimaſſe רחף iſtic cum רחב cognationem habere, qod *dilatandi* notionem jugiter obtinet. Certè רחף iſtic τοῦ ἐπωάζειν, *ovis incubandi*, avt τοῦ ζωογονεῖν, *vivum animal producendi*, ſignificatum habere non poteſt, qum non de *ovis*, ſed de *pullis* jam excluſis, & pennis etiam (ſi hos ſeqimur) jam inſtructis uſurpetur. qemadmodum & Vatablus primum etiam verſiculi inciſum illud interpretatur, *excitans*, vel, *provocans*, *nidum ſuum*, i.e. *pullos ſuos.* Mihi iſtic ab utriſqe his, tam qi in *incubandi*, tam qi in *ad volandum provocandi* notione ſumunt, diſcedendi libertatem concedi poſtulaverim, & ad *protectionem* cum paraphraſtis retulerim. Verba Moſis ſic verterim, *Sicut aqila excitat*, ſive, *excutit*, *nidum ſuum*, (vel *nidum* propriè ſumptum. qò pullis commodiorem faciat; ut Jairus, מקשקש ומטרף vel, nidum. i.e. *pullos*, ut & Jairus idem; metonymia ſubjecti, Piſcator: continens pro contento, Vatablus; qo modo non deſunt qi ſumunt, Eſai. c. 16. v. 2.) *agitat ſe ſuper pullos ſuos*, (ad eos utiqe protegendos; *non aggravando*, *ſed protegendo.* Jairus) *alis paſſis aſſumptum eum* (vel, nidum, pro pullis, ut antè dicebatur, acceptum. Piſcator. vel potiùs, *eorum unumqemqe*; כל־גוזל וגוזל *unumqemqe pullum & pullum*, Eſdraides) *ſuper alas ſuas vehit.* (nondum utiqe volare potes, Eſdraides) pari modo (deeſt collationis redditæ index particula; prout & Parœm. c.25. v.12. & c.26. v.11.) *duxit eum Jovas ſolus, abſqe ullo Deo alieno.* qò pertinet & qod ipſe de ſe dixerat, Exod. c. 19. v. 4. *Vidiſtis ipſi, qo modo ſuper alas aqilinas vexerim vos.* qanqam argutius pavlò, nec verum forſan, qod Jairus hic commentatur, volucres alias aqilæ metu, qam norint ſeſe & viribus & volatu ſuperare, pullos ſuos in pedibus ſuis vectare; aqilam verò cum à nullo alite, ſed à ſagittâ ſolâ metuat, ideò ſuper alas ſuos ferre, præſtare reputans, ut ſagittas in eos miſſas, ipſa potiùs, qàm illi, excipiat. qod & ad Deum accommodat; qi inter Ægyptios ſuóſqe conſiſtens, Exod. c. 14. v. 19. 20. ſagittas & ſaxa à baliſtis, ex illorum caſtris in hos miſſa, ipſe intercipiebat. qo modo & *alas expanſas*, ad *nubem* ſuper capita ipſorum *expanſam*, Hymn. 105. v.39. refert Eſdraides. Ego verò etiamſi in *agitationis* notione cum Camio aliiſqe pleriſqe verbum רחף hic ſumam, (eam enim eſſe genuinam vocabuli notionem ex Jeremiæ verbis liqidò patet) at de *agitationis* hujus fine atqe intentione eis nevtiqam aſſentior; qia contextus ipſius ſeries aliò ſpectare videatur. Notum certè ſatis eſt, qantâ cum ſedulitate, qanto pro viribus cum molimine, agant agiténtqe ſe circumvolitando alites qiqe, qò pullos ſuos, ubi in diſcrimine verſari ſenſerint, vel transferendo eripiant, vel protegendo tutentur. Eò reſpexit Aſſyrius, qum de ſe jactabundus prædicat Eſaiæ c.10. v. 14. *Inveniſſe manum ſuam tanqam nidum* (i.e. *tanqam aves* in nido. metonymia ſubjecti; inqit Piſcator. qod tamen ibi non eſt neceſſe) malim, *tanqam in nido*, (ellipſis particulæ, qalis Job. c.1. v.13. & alibi creberrimè, ſive ova, ſive pullos, Devt. c. 22. v. 6. 7.) *opes populorum*; *& ſicut ova derelicta* (per metum ab ave incubante) *colligimus*; *terra totius opes*; (ὡς τοῦ καινοῦ ſuppletum, qomodo Job. c. 31. v. 3. & c.36. v.32. Eſaiæ c.5. v.2.4. 29. & c. 58. 13.) *nec fuit, qi agitaret alam, avt aperiret os, avt pipiret.* ubi rectè Piſcator, *agitaret alam*, i.e. avderet ſe mihi opponere. qod ille qidem ad pullos ipſos imbelles alludere exiſtimat; ego ad matrem malim ipſorum, qæ alâ ſolet manum in nidum immiſſam vel depellere, vel impetere ſaltem; (qod & Camius iſtic obſervavit) qomodo & *pipiendi* vocabulum, volucrum earundem voces qerulas reſpicere, qas huc illuc volitantes edere ſolent, ubi nidos ſuos diripi, pullóſqe abripi, ſuccurrere impotes prorſus ipſæ, viderint. Junius argutiùs pavlò, *alam*, inqit, *agitet*, ad avolandum, vel involandum; *os aperiat*, ad impetendum; *pipiat*, ad implorandam opem, avt expoſtulationem faciendam. Eôdem omninò, qo hîc Moſes, Deus ipſe reſpexit apud eundem vatem cap. 31. v. 5. verbis illis, qibus Thraſonis illius jactantiam vanam retundit, *Sicut avicula volitant* (circa nidum ſuum, ut rectè Piſcator, opem pullis, ſi id pore, laturæ, ſive, qo pullos protegant, ex inciſo ſeqenti ſupplendum; cui gemina videas, ejuſdem vaticinii cap. 1. v.18. & c.13. v.13. & c.30. v.17.) ita (circumvolitando) *proteget Jovas Hieroſolyma.* aliter ibi ſecum agi deprehenſurus eſt Aſſyrius, qàm in eis qas occupaverat regionibus ac provinciis factitatum eſſe jactaverat.

Sed ad Moſis prima illa de *Spiritu Dei* enunciata denuò revertemur. Ibi qoqe, prout alibi in *motionis* ſive *agitationis* ſignificatu verbum רחף ſumunt hav d pavci. Targumiſtæ tres, qaſi uno conſenſu, pro מנשבא מרחפת exhibent; Eſdraides, נושבת *ſpirabat*; ſive, ut Pagninus, *ſufflabat.* Græci, ἐπεφέρετο. Theodoretus *in Gen. Quaſt.* 8. de *aere* interpretatus; ἀὴρ γὰρ φύσει, τὰ τὸ κάτω κειμένων ἐπιφέρεσθαι σώμασι. (qod Philoponus ἐπικεῖσθαι dixit) μᾶλλον δὲ ἁρμοδίως τὸ ἐπεφέρετο, καὶ οὐκ ἐπέκειτο, εἴρηκε· τὸ γὰρ ἐπεφέρετο τὴν κινητικὴν τοῦ ἀέρος τὴν οὐσίαν παρεδήλωσε. *Aeris enim natura eſt, ut circa inferiora corpora feratur & agitetur. Aptiſſime avtem non dixit incumbebat, ſed ferebatur, qia verbum iſtud ferebatur ſubſtantiam aeris mobilem indicat.* incubandi notionem ut minùs idoneam excludit. Latinus pariter Interpres, *ferebatur.* Tigurinus, *motabat.* Vatablus, *volitabat*, *agitabat ſeſe.* Picherellus, *involitabat*, ſive, velut *involitabat*; *addito ad lucem majorem ſimilitudinis adverbio; qaſi chaos ipſum ad erumpendum, emergendum, & formam ſumendam provocans. metaphora à volucribus pullos ad volandum provocantibus. Vide Devt.* 32. 11. de qo loco qid ſentiendum ſit, eſt ſuprà indicatum. Hieronymus vocis notionem utranqe conjunxit, in *Epiſt. de Epiſc. digamo ad Ocean.* qo loco & ad fontis ſacri aqam cum Tertulliano, Ambroſio aliiſqe accommodat, verbis illis, *Spiritus Dei in avriga modum ſuper aqas ferebatur; & naſcentem mundum in figurâ baptiſmi parturiebat.* De *aere* ſane, ſive *vento*, ſi cum antiqis illis ceperimus, intelligi poterit non incommodè, *Spiritus Dei*, flatus vehementiſſimus; qo modo, *montes Dei.* h.e. excelſiſſimi, Hymn.36. v.6. &, *arbores Dei*, proceriſſimæ; Hymn.104. v.16. vel à Deo immiſſus, qo

modo, *malus Spiritus Dei*, Reg. l.1.c.16. v.15. à Deo utiqe missus. vers. 14. *malus ob vitium*, *Dei ob ministerium*, uti Avgustini nomine avtor *de mirab. sacr. script. l.2. c.10.* sive, ut Gregorius in Job. l.2. c.10. *Domini, per licentiam potestatis justa*, *malus per desiderium voluntatis injusta*. & l. 18. c.2. *domini*, *per acceptam justissimam potestatem*, *malus per insitam neqissimam voluntatem*. qo modo deniqe איד אל Job. c.31. v.23. *exitium*, vel *calamitas*, *Dei*. κακὸν Θεῖον, τουτέστι μέγα, ἢ κακὸν Θεήλατον, *malum* vel *ingens*, vel *à Deo immissum*, vel utrumqe etiam. flatus avtem iste partim aqis exorbendis & exhavriendis, dum in vapores attenuatæ sursum attrahuntur, partim ad loca certa eisdem B designata cogendis, inservire poterat, qo terræ in abysso hactenus reconditæ, sed in conspectum post pavlo proditurae, via methodúsqe præstrueretur. Videatur Exod. c.14. v.21.

Seqitur ibid. vers. 4. וירא אלהים את־האור כי טוב *Et vidit Deus lucem, qòd bona esset.* Ubi Drusius *Observ. l.15. c. 4. Vidit.* i. e. *approbavit*, *lucem*; cò qod svavis, jucunda, utilis esset. unde *lux*, *læta* omnia significat. Esth. c. 8. v.16. Hymn. 97. v.11. Vide Eccles. c.11. v.7. טוב av- C tem tam *svave* & *jucundum*. qàm *bonum* significat; de qo alibi monuimus. Sed & aliam syntaxin, eámqe (opinor) genuinam, Vir idem Cl. subjicit, ut sit ἀντίπτωσις cum trajectione; qalis in Terentiano illo, *Evnuch. act. 5. sc. 9. Scin' me, in qibus sim gavdiis?* cui adjici poterit ex eadem fabulâ, *act. 4. sc. 3. Evnuchum qem dedisti nobis, qas turbas dedit?* &, qod ad eum locum ex Marone *Æn. l. 1.* Donatus, *Urbem qam statuo, vestra est.* qibus gemina ex Codicis sacri Instrumento Novo, Marci c. 6. v. 16. ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν. *qem decollaveram Joannem*, D *iste est.* Et ad Romanos Pavli cap. 6. v.17. εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. *in qam traditi estis formam doctrinæ.* ad qem locum Piscator, *Hypallage*, qæ valde illustratur exemplo illo Terentiano, *Restitue in qem me accepisti locum.* Ita fuerit, *Vidit lucem*, *qod bona esset*. pro eo qod esset, *Vidit lucem hanc esse bonam*; qo modo Junius reddidit. nec recedit Piscator. *Vidit*, inqit, i. consideravit, judicavit, intellexit, ac proinde approbavit, *lucem illam esse bonam*. i. utilem ad constituendum diem. At Picherellus, *Viderat avtem*, sive, *Praviderat*, *illam fore bonam*. ut non tam E ad postremam operi additam manum, avt de opere jam confecto latam censuram, qàm ad, instar architecti prudentissimi ac providentissimi, de opere futuro deliberationem & prævisionem referatur.

Seqitur, ויבדל אלהים בין האור ובין החשך *& separavit Deus inter lucem & inter tenebras.* h. e. *distinctionem fecit inter lucem & tenebras.* sive, *lucem à tenebris discrevit.* Factum avtem hoc non tam קריאת שמות *nominum inditorum appellatione*, uti Abraham Esdraides, qam קביעת תחומים F *terminorum* utriqe certorum *fixione*, qibus sibi invicem succederent, uti Salomon Jairus. Syntaxin qod attinet, observat hic Esdraides, *separationem* rerum Hebræis ritu triplici designari; qandoqe τῷ בין *inter*, cui ל *ad* respondeat; sicut istic vers. 6. מבדיל בין־מים למים *separans inter aqas ad aqas.* pro eo qod est, *inter aqas & aqas*, uti Tigurina; sive, *aqas ab aqis*, uti vulgata versio reddidit. ita, בין־קדש לחל *inter sacrum ad profanum.* Ezek. c. 22. v. 26. & c. 42. v. 20. & c. 44. v. 23. qandoqe, idqe creberrime, בין gemino adhibito; qo modo hoc ipso in loco; & rursus vers. 7. בין המים ובין־המים *Et separa-* G *vit inter aqas has qæ sunt infra expansum, & inter aqas illas qæ sunt supra expansum.* i. has ab illis. qibus gemina occurrunt cap. 9. v. 13. & c. 10. v. 12. & c. 13. v. 7, 8. & c. 16. v. 5, 14. & c. 17. v. 2, 7, 10, 11. & c. 32. v. 16. & alibi passim. aliqando deniqe particulâ בין unà cum ל præfixo, iteratâ; qo modo legitur Esaiæ c. 59. v. 2. qo separatio utiqe ac distantia à sese invicem dissitorum qàm longissimè facta designaretur, ביניכם לבין אלהיכם *iniqitates vestræ separationem fecerunt inter vos & ad inter Deum vestrum.* h. e. vos Deúmqe vestrum à se invicem qam longissimè separarunt. Pleonasmum hunc Græcus interpres istic retinuit, & sic expressit, Καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους. Sed nec Latinis insolens prorsus est

A istiusmodi redundantia. Sic enim Livius *lib. 22. Roma juris dicundi urbana sors Pomponio inter cives Romanos, & inter peregrinos P. Furio Philo, evenit.* & Flaccus *sermon. lib. 1. sat. 7.*

—— inter
Hectora Priamiden, animosum atqe inter Achillem
Ira fuit capitalis ——

Huic affinis & pleonasmus ille alter, qi in hoc capite sæpiùs occurrit versu 5, 8, 13, 19, 23, 31. versu 5. ויהי־ערב
B ויהי־בקר יום אחד qod Græci αὐτολεξεὶ reddidere, Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία. Sed μία, sive, *una*, illis, opinor, ἀντὶ τῆς πρώτη *prima*. sicut, μία σαββάτων, Matth. c. 28. v. 1. est *primus hebdomadis*. sed &, uti plerisqe visum, ad Cor. Ep. 1. c. 16. v. 2. ubi tamen vir acris judicii Thomas Mortonus noster, in succincto suo illo, sed sensuum prægnante ad Epistolam illam commentario, reclamat; & disqisitionem sanè ulteriorem poscere locus ille videtur. Verùm ad Mosen redeamus. apud hunc יום אחד non est aliud qàm יום ראשון *dies primus*: quemadmo-
C dum, יום אחד *dies primus mensis* (uti orbis istic) Ezr. c. 10. v. 16, 17. & Nehem. c. 8. v. 2. clarè docet *secundi*, *tertii*, & reliqorum cujusqe ordine suo deinceps disertè facta mentio. Ut inanis planè sit illa Jairi argutia, qâ *diem* hunc non *primum*, sed *unum* dictum vult, qia angelis utiqe, qos die secundo vult creatos, nondum existentibus, Deus tunc יחיד *solus*, sive *solitarius* fuerit. Satis notum est Hebræos numerorum nomina *cardinalia* qæ appellant *ordinalium* vice freqentissimè usurpare. Verùm de numerali vocabulo sive hoc, sive illud statuere libuerit, syntaxis
D in singulis est pleonastica; *Et fuit vespera, & fuit mane, dies primus, & dies secundus*, & sic deinceps. h. e. ita vespertinum tempus & matutinum (sive ab initio utriusqe *nox* & *dies* sic συνεκδοχικῶς designata, ut νυχθήμερον, ad Cor. Ep. 2. c. 11. v. 25.) diem primum constituebant. At Junius vult nomina priora illa cum novissimo in sectionis structurâ committi, qum vertit, retento pleonasmo Hebraico, *Sic fuit vespera, & fuit mane dies primus.* Picherellus etiam, sed omissâ redundantiâ illâ, *Atqe ita primus vespertinum dies & matutinum extiterunt.* qanqam monet
E idem verti posse, *Atqe ita vespertino constans & matutino extitit primus dies.* Atqe hoc modo reddidit Vulgata versio, *Factúmqe est vespere & mane dies unus.* & Tigurinus, *Fuitqe vespera & mane dies unus.* Eò concedit & à Junio hic discedens Piscator, qod & ex accentu sive pavsâ *tiphcha* præcedente confirmat. vertit itaqe, *Atqe ita fuit vespera & mane dies primus.* per *appositionem*, inqit ille: per *prædicationem*, malim ego, alterius uoqe de altero. *Vespertinum & matutinum fuerunt dies primus.* h. e. diem primum constituebant. qemadmodum Jer. c. 7. v. 4. היכל יהוה המה ubi
F pavsa eadem. *Jova Templum*, sive *Palatium*, *sunt ista.* Et Matth. c. 19. v. 8. οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία. *Vir & uxor sunt una caro.* Sed & Johan. c.10. v.30. Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. *Ego & Pater unum sumus.* Idémqe Ep. 1. c. 5. v. 7. οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσι. *Tres hi unum sunt.* Verùm pleonasmum qod attinet, ejusdem esse commatis existimem illud Evangelistæ ejusdem Evangelii cap. 10. v. 18. in verbis illis, Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. *Potestatem habeo animam meam ponere; & potestatem habeo eam rursus sumere.* hoc est, potestatem ha-
G beo, animam meam, ubi posuerim, resumendi.

De *die secundo*, qi versu 8. conclusus videtur, qæritur, cur celebre illud epiphonema, approbationis divinæ testimonium, *Et vidit Deus bonum esse*, qod est die illo factum non sit cum reliqis diebus consecutus. qanqam Græca editio, qæ τῶν ἑβδομήκοντα titulum præfert, etiam hic contextui, sed citra paginæ Hebraicæ avtoritatem, inseruent, Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν. Mitto in Sapientum allegorica; ad qæ Maimonides nos amandat; avt in ea etiam qæ ipse proponit ænigmata, qibus τῷ ῥητῷ fidem derogat, altiùs inqirere. mitto & Hieronymi de re conjugali, cui ille passim iniqior, nugamenta; aliorúmqe Pythagoricis de numeris superstitiosis subtilitatibus addictorum futiles putidásqe ratiunculas. Ratio, Jairus qam reddit, nec plerisqe im-

improbatur, hæc est; benedictionem, sive approbationis divinæ elogium, de diei secundi opere suspensum fuisse, & ad diem tertium dilatum, eo qòd aqarum constitutio die secundo inchoata tantum, non & consummata fuerit, nihil avtem, donec perfectè consummatum fuerit, in plenitudine ac bonitate suâ existat: proinde ad diei tertii opera elogium geminum dari, alterum ad opus de aqâ die secundo inchoatum, sed tertio absolutum vers. 10. alterum de opere diei tertii peculiari, stirpium nempe atqe herbarum productione vers. 12. Verum Vir Cl. Petrus Picherellus aliam nodi istius solvendi rationem init. Existimat ille intra diem secundum, non avtem tertio, peractum, qod vers. 9. ac 10. factum narratur. Itaqe illud ויאמר vers. 9. παραφράζων reddit, *Sed tamen postqam Deus dixisset, in unum congregarent se locum, qæ sub extentu erant aqæ, & siccum appareret; sicqe extitisset: & siccum illud appellasset Deus Terram, aqarum verò congregationem Mare. Præviderat avtem illud fore bonum.* Ad paraphrasin adnotat: In Hebræo, *Et dixit Deus.* qod per plusqam perfectum interpretor. qo modo & initio cap. 12. collatione factâ cum fine capitis prægressi, & cum Stephani verbis, Act. c. 7. v. 2, 3, 4. necessariò sumendum liqidò patebit. Nec reverâ aliter eo loci Junius etiam ויאמר reddidit, *Dixerat enim Jehovah Abramo.* Nec diffitetur Vir Cl. plerosqe diei tertio hæc attribuere. se verò cum doctissimis qibusdam & Rabbinis & Christianis diei secundo assignare; ne secundus elogio suo destituatur, qod reliqis qibusqe constanter ascribitur. Ejusmodi avtem hysteroses monet reperiri & hoc ipso in capite, de qo deinceps videbitur, & in proximo aliqoties. Habétqe reverâ hac in parte consentientem sibi Abraham Esdraidem. Istud, inqit hic, ויאמר *Et dixit*, cohæret cum superioribus. neqe enim factum est expansum anteqam terra siccaretur. terram avtem cœlúmqe uno eodémqe die condita fuisse probatum it, ex cap. 2. v. 4. ubi dicitur, *die, qo terram & cælum fecit Deus.* de qo loco non semel, cum illic, tum & alibi, disseruimus. nec est, inqit, *creatio* proprie loqendo, avt rei absconditæ, ac delitescentis, qæ jam actu existit, in apertum sive in conspectum productio, avt rei diffusæ ac dispersæ in locum unum aliqem congregatio, & intra limites terminósqe certos coercitio; qorum illud *terra*, *aqis* istud factum hoc loco narratur. in qam mentem & de *expanso* Jairus vult intelligi qod est dictum, *Et fecit Deus expansum*, non de creatione utiqe, sed de situ ac constitutione; qo modo verbum עשה sive *facere* usurpatur in lege illâ Deut. c. 21. v. 12. *& faciet ungves*, de qo loco cum Reg. l. 2. c. 19. v. 24. collato alibi qoqe egimus. Sed eo tandem devenit Abrahas, ut concludat, verborum istorum, ויאמר אלהים hanc esse mentem, וכבר אמר אלהים *Ante avtem dixerat Deus, Congregentur aqæ in unum locum.* qod Junius (obiter monitum esto) *rectâ confluant & collineent*, exponit. tanqam à קו lineâ voce deductâ. & de *aqis* duntaxat usurpari affirmat. in qo eum castigat Piscator, allato ex Jer. c. 3. v. 17. qem eundem lavdat & Esdraides, qo *congregandi* notionem vocabulo subesse confirmet. ubi de populis Hierosolymis congregatis, sive convenientibus, usurpatur. Verùm nihil obstat, qo minus eo loci qoqe, *confluent*, commode satis reddatur; metaphorâ ab *aqis confluentibus* ductâ. qo modo in loco huic gemino Esaiæ c. 2. v. 2. verbum נהר indidem traductum de populis eisdem usurpatur. Verùm in transitu istud. Certè avtem Judæi Magistri, *Ante dixit*, & Viri doctissimi, *Postqam dixerat*, eòdem prorsus recidunt. Geminum avtem est huic utriqe illud Reg. l. 2. c. 19. v. 24. de Mephiboshetho, ולא עשה רגליו ולא עשה שפמו *& non fecit pedes suos, & non fecit mystacem suam.* h. e. nec pedes, nec barbam sibi hactenùs curaverat. Sed ne longiùs abeamus; expositioni huic, suæ statuminandæ ex capite proximo duo loca depromit Vir doctissimus qæ isti paria esse censet: alterum ex vers. 8. & 9. *Et collocavit ibi hominem qem finxerat. & fecit ut è terrâ progerminaret arbor qævis.* hoc est, *Ante avtem fecerat, ut è terra progerminaret arbor qælibet.* nam ante hominem conditum e terrâ Deus stirpes qasqe produxerat. Alterum suggerit vers. 17. ubi post interdictum fructus arboris scientiæ boni ac mali esum,

A) dicitur, *Et formavit Deus è terrâ bestias agri universas.* h. e. *antè formaverat.* nam animantia itidem qæqe ante conditum, nedum in horto collocatum, hominem condita fuerant.

Verùm locus ille tertius, ad qem digitum Vir doctissimus intendit, ex hoc ipso capite depromptus, est ampliore aliqâ disqisitione non indignus. Habetur vers. 24. ubi Vir Cl. eandem qam illic, hysterosin existimat deprehendi, Proinde qomodo hic, perinde & illic, Mosis verba sic παραφράζων; *Sed postqam tamen Deus dixisset, Terra animantia juxta eorum species produceret; nimirum jumenta, reptilia, & feras, sicqe extitisset. Feras enim secundum species suas, jumenta juxta suas species, & omnia super terram reptantia juxta etiam suas species fecerat Deus. qum hoc qoqe bonum fore prævidisset.* Ita animantium terrestrium productionem, ad diem qintum, à sexto revulsam, retrahit. Rationes avtem, qibus sententiam suam hanc firmatum it, duas subjungit. Primò, qòd cum uno eodémqe, tertio nempe, die, herbas & arbores qasqe vegetativâ præditas animâ, Deus è terrâ creaverit; par esse, ut animâ prædita sentiente, volatilia & animantia terrestria qæqe, uno eodémqe die, qinto nimirum, ex terrâ qoqe fecerit. nam volucres qoqe ex terrâ Deum fecisse, constare ex cap. 2. v. 19. Deinde Adamum plasma tam nobile, & cum eo Evam, dignos fuisse, qibus & eis qæ eos contingebant, creandis, suus daretur seorsim dies: ut, sicut qibus vegetans erat anima, unus; qibus anima sentiens, item unus; sic, qin potiùs, qibus anima rationalis, suus itidem impenderetur dies. Deniqe inde sumi posse argumentum, animantia terrestria die qinto, non sexto, condita; cum enim propagationis beneficio nevtiqam destituantur, meliore multo ratione sub benedictione aqatilibus, unâ cum volatilibus collatâ, communi comprehendatur; vers. 22. qam sub peculiari illâ unâ cum dominatu in creaturas reliqas, in hominem collatâ contineretur, vers. 24. illa avtem qam die qinto, hæc sexto sit data; illo itaqe die, non isto creata, ad quæ benedictio die illo edita pertineat. Hæc ille. de qibus sententiam ferant eruditi, qibus ego illa ideo dispicienda proposui; qa hæc Viri doctissimi reliqa scripta in pavcorum manibus haberi existimem.

Ita avtem ὁ παραφράστης ille suam τῆς κοσμοποιίας Mosaicæ paraphrasin instituit, ut qæ de eadem distinctius latiúsqe explicata capite secundo denarrantur, intra primi terminos per dies singulos, pro eo qo sunt condita ordine, sub contextu uno, qasi filo perpetim producto, digesta exhibuerit. Proinde stirpium producendi rationem, & paradisi qem appellant plantationem, ad diem tertium revocavit, ejusdémqe inter opera recensuit. Qod etiamsi veritati consentaneum omninò videatur: qum intra dies sex opera, qæ fecerat, universa confecisse Deum ac consummasse plane, Moses ipse attestatur; ubi caput secundum (cujus tamen versus tres primordiales, non sine ratione probabili, primo adtexunt nonnulli) ad sexti diei exitum, verbis hisce orditur, *Et*, sive, *Ita*, *consummata sunt cœlum & terra, cum totâ eorundem instructurâ. consummaverat enim die septimo opus suum, qod fecerat; qevitqe die septimo ab omni opere qod fecit.* habet tamen hac in re V. Cl. sibi adversantes havd pavcos; illos cumprimis, qi nolunt ea qæ vers. 5. 6. de stirpibus herbisqe e terrâ productis in diei tertii operibus haberi. In his est Salomon Jairus, qi plantas ait stirpésqe tertio qidem die fuisse creatas, sed פתח קרקע ad *soli ostium*, sive superficiem summam, constitisse, donec Adam esset conditus, qi cum imbrium utilitatem, & ad satorum productionem necessitatem intelligeret, pluviam est prece supplici a Deo consecutus, qâ tellure jam irrigatâ, eæ qæ nondum sese altiùs extulerant, ad perfectionem justam perductæ sint. Idem ex R. Ame, in *Gemarâ Holin* refert Manasses Israelides, in *Conciliatore ad Genes. qæst.* 3. Qò pertinet, & qam eodem loci, ex Isaako Aramâ refert fabula, *Vaporem*, qem Moses, cum ascendisset, dixerit terræ totius superficiem irrigasse; aerem utiqe fuisse humidum igneâ vi solis sursum evectum, qo in aqam resoluto cum terra irrigaretur, omnia simul concurrerent elementa, ignis, aer, aqa, terra, ad argillam illam conficiendam, ex qâ corpus Adæ conderetur. Totâ

mirum ni telluris universæ superficie irrigatâ & maceratâ A
opus erat, ad hominis unius, havd giganteæ (opinor) mole, (licet & hoc illi, uti pòst videbitur, fabulentur) corpusculum constituendum. At Moses Maimonides, ex Sapientum scitis, concedit qidem & ipse, herbas Deum arboréſqe è terrâ non antè produxisse, qàm pluviâ demissâ irrigaverat: proinde id qod dicitur, *Et vapor ascendit*, qod Onkelos *nubem* reddidit, narrationem esse rei antegressæ illud Dei edictum, *Producat terra herbam*. cap. *c*. v. 11. ídqe ex hoc ipso loco liqidò patere affirmat, ubi dictum
sit, *Et omne virgultum nondum erat in terrâ*. Subjungit, qod B
illorum commentum pessundat prorsus, pro recepto apud Sapientes suos axiomate haberi, Universa à Deo primitus creata, בקומתן בדעתן בצביונן *in staturâ suâ, in scientiâ suâ, in decore suo*. h. e. in qantitate, formâ, specie perfectissimâ & elegantissimâ. qod de stirpibus dici non poterat, nisi si & ipso creationis suæ die & altitudinem justam attigissent, & frondibus, fructibúsqe etiam, qæ fructum facere natæ erant, exornatæ fuissent. Qàm avtem absurdum est & à ratione omni alienum, opinari, vel terram,
qæ ex aqis, qibus immersa penitùs antè jacuerat, per diem C
unum duntaxat, nec integrum forsitan, recens emerserat, aqâ cœlitus demissâ opus habuisse, qò limus madidus stirpibus producendis necessarius haberetur; vel hominem tam stupidum initio conditum, ut intra dieculæ, nec hujus integræ spatiolum, pluviæ imbriúmve vi ac virtute fieri posse speraret, futurúmqe expectaret, ut stirpes nondum e terrâ prominentes proceritatem justam asseqerentur, & fructus etiam omne genus proferrent. Nam qod *Conciliator* de Mose utroqe, Maimonide & Nachmanide, & Isaako
etiam Abarbenele refert, existimasse hos, stirpes qidem D
qasvis die tertio creatas, nec crevisse tamen, nec species ullas produxisse ante diem sextum: de hoc apud Maimonidem nihil qicqam ultra id qod superius est indicatum reperio. Et certè nisi *crescendi* verbum in *propagationis* notione sumatur, prout cap. 1. v. 22. 28. qod est istic *ἀντεσαλεύοντων*, repugnantia planè & ἀσύστατα loqeretur. De Nachmanide & Abarbenele, cum horum in Mosen commentarios non habeam, non habeo qod dicam. Abarbanelis tamen verba, qæ recitat Manasses ipse, aliò spectare vi-
dentur, prout & ab ipso explicantur, nihil horum utiqe E
generatione naturali provenisse, cum & pluviæ deessent, & homo qi terram coleret. id qod est omnium verissimum, Mosisqe cum verbis, tum & scopo, qem collimat, proposito cumprimis consentaneum.

Sed in textum Mosaicum, cum locus insignis sit, altiùs inqirere operæ pretium (opinor) fuerit: Huic explicando primo loco observatu dignum est, qod Jaius suggerit, omne טרם in paginâ sacrâ עד־לא h. e. *adhuc non*, sive *nondum* sonare, non avtem קודם i. e. *ante*, sive, *ante-*
qam. qanqam & istic & alibi sæpe, sive hoc, sive illo mo- F
do reddatur, parum avt nihil omninò intererit. Verùm id eò magis advertendum, qia minùs animadversum interpretes, tam Judæos qàm nostros, insigniores etiam, havd mediocriter torsit, in Mosis verbis exponendis Exod. c. 9. v. 30. & c. 10. v. 7. qorum interpretationes parum commodas, absonas etiam nonnullas, coactiores pleraſqe, apud avtores ipsos videndas & censendas aliis dimitto. Jaini dictatum hoc fusiùs proseqitur in *animadvers. postam*. Vir Cl. Lud. Dievsius, & hanc esse primariam ac nativam par-
ticulæ notionem, allatis compluribus, qibus id evincatur, G
exemplis firmatum it. Et versioni tamen Junianæ, qi *nondum* reddidit, Vulgatam præfert, qæ Græcam *πρὸ τοῦ* secuta, *anteqam* exhibet. Verùm qâ ratione *anteqam*, vel *priusqam* verti possit, ex aliâ Hebrææ dictionis peculiari structurâ ostendit evenire. cui adjicere licet, qod huic loco convenit, *bet* particulam, qæ qandoqe exprimitur, nonnunqam subavdiri, ut sit טרם *nondum*, pro בטרם *in nondum*, sive, *qum nondum*, sive, *qum adhuc non*: qod idem prorsùs cum *anteqam* avt *priusqam* valet. hoc avtem admisso, syntaxi peculiari illâ nihil omninò opus fuerit. ita cum *bet* reperitur Gen. c. 37. v. 18. Lev. c. 14. v. 39. Reg. l. 1. c. 2. v. 15. Hagg. c. 2. v. 16. sine *bet* avtem Gen. c. 19. v. 4. טרם ישכבו *anteqam cubitum issent*. Hymn. 119. v.

A 67. טרם אענה *cum nondum*, sive, *anteqam*, vel *priusqam*, *affligerer*. & hoc loco pariter טרם יהיה *qum nondum*, sive, *anteqam*, *esset*. At Juniana reverâ & versio & expositio aliâ ratione coactior utraqe videtur. Vertit, *Et omnem stirpem agri, qi nondum fuisset futurus in terrâ, & omnem herbam agri, qæ nondum fuisset oritura*, h. e. uti se ipse explicat, *qamvis justissimis naturæ temporibus descendissent pluvia, vapores ascendissent, culturam homines adhibuissent, Sol calefecisset, Luna humectavisset, aer perspiravisset, cætera denique omnia unà operam suam contulissent; frustrà*
B *fuissent omnia, nisi Deus creavisset stirpes verbo potente suo, & adhuc eâdem suâ vi recrearet fovere̊tqe, non has solùm formas, sed etiam apta his continendis & propagandis media*. Sed & apertiùs pavlò adhuc in *παραφράσει* *nondum* illic ad illud tempus refert, in qo Moses ista scripto consignavit. qod omnino nihil est necesse; nec ad illud pertinet, qod hic Moses sibi proposuerat, prout ipse etiam illud ipsum definivit, nempe, *illustrissimum extitisse in creandis istis divinæ potentiæ testimonium: non enim provenire solent illa, nisi & irrigantes pluviæ, & humana cultura, & humectantes va-*
C *pores accesserint. hæc avtem omnia disertè Moses, ante procreationem stirpium etiam insativorum negat extitisse; ut solo Dei potente verbo prognatos fuisse agnoscamus*. Nec qicqam certè amplius exhibent contextus verba, qæ sic habent, *Isti sunt natales cæli & terræ, cum creabantur illa; in die facere Jeva Deum* (i. e. qo tempore faciebat) *terram & cælum; & stirpem agri omnem, qum nondum esset in terrâ, & herbam qamqe, qum nondum germinasset*. ita reddo simpliciter, prout in superius adductis. qod sive, *qum nondum*, sive, *anteqam*, reddideris, eôdem deveniet, ídqe temporis spa-
D tium duntaxat designabitur, qod stirpium herbarumqe die tertio productionem præcesserat, Dei solius nutu sive sermone mero peractam, absqe aliis ullis adminiculis; de qorum ex ordine in rerum naturæ divinitùs fixo, usu in futurum ordinario, vel vi etiam divinâ, citra qam nihil valeant, jugiter adsistente, nihil in verbis hisce Moses, nisi qod aliunde per vim apertam contextui infercitur.

Verum Vir doctissimus, qi & Junianam, & Vulgatam etiam, licet Junianæ prælatam, (in qo saltem illi volens assentior) repudiat, qo ipse modo verti velit, videamus.
E Versionem geminam proponit. & de utrâqe videbitur. Prior sic habet; ut, *Vav*, à qo versus qiotus orditur otietur, *Illæ sunt generationes cæli ac terræ, qum crearentur illa, qo die faciebat Dominus Deus cælum & terram, anteqam ullum virgultum esset in terrâ & anteqam herba agri ulla germinabat, qia &c*. Alteram sic instituit, ut טרם per *nondum*, qomodò Jonathæ עד כדו לא i. e. *hactenus non*, (in edit. Buxtorf. עד לא tantùm) exprimatur; *vav* avtem, non pro copulativo; sed pro retributivo ad בהבראם habeatur, & Latinè vel abundet; vel per *tum* vertatur,
F ut cap. 3. v. 5. *Illa sunt generationes cæli & terræ*. (h. e. Hujusmodi fuit ratio productionis rerum qalis jam seqitur) *Qum crearentur illa, & qo die faciebat Dominus Deus cælum & terram, ulla stirps agri nondum erat in terrâ, & ulla herba agri nondum germinabat; qia non pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat ad colendum terram; sed vapor ascendebat à terrâ, & irrigabat totam superficiem terræ*. Istæ verò versiones ambæ mihi certè multo minus arrident, qàm avt Juniana, avt Vulgata, qæ maximâ ex parte est proba satis. Mitto, qod אלה *Illa* vertat. etiamsi enim sono
G ita prope conveniant אלה &, *Illa*: ut alterum ab altero profluxisse videantur. qod tamen secùs est. cum ab *is*, *ille*, (qod Jul. Scaliger in *Caus. Ling. Lat.* havd semel monuit) derivatum sit. qo modo & *idem*, & *iste*, & *ipse* le avtem syllabica tantùm adjectio existat, sicut in istis, *dem*, *te*, & *pse*. at אלה non *illi*, avt *illa*, sed *hi* & *hæ*, sive *isti*, & *ista*, significat. ut in אלה־שמות unde Exodus orditur, & Hebræis nuncupatur, *Ista*, non *illa*, sunt *nomina*. itaqe in Paraphrasi Vir doctissimus non *Ejusmodi*, avt *Illiusmodi*, sed, *Hujusmodi*, ipse dixit. Mitto & qod verba Mosis in versione utrâqe invertit, *cælum & terram*, in commatis primi membro novissimo, ponendo, cum *terram* Moses in eâ clavsulâ *cælo* præposuerit. de qo multa curiosiùs argutantur & Judæi & nostri, qibus avt discutiendis avt recitandis

tandis etiam impræsentiarum supersedeo. Ista mitto leviuscula. At duo sunt præcipuè, qæ in istis minùs possum probare. Alterum est, qòd syntaxi planâ & familiari repudiatâ, novam inducit Spiritus Sancti proposito minùs convenientem. Quale enim, qæso, est istud dicere? avt qorsum diceretur, *ante cælum & terram condita, nec stirpem ullam, nec herbam ullam extitisse?* Ecqis enim suspicari posset, herbam stirpémve ullam existere, ubi fundus unde oriatur, nullus extat? Nisi si qis fabulam Aristophaneam pro historiâ habuerit, de *alavdis* terrâ antiqioribus, qarum parens cum expirasset, necdum tellus esset, in qâ sepeliretur, proles in capite suo parenti sepulcrum defoderit, unde Θαπτομβίδες posteà illæ sint nuncupatæ: qod in qibusdam (nec immeritò) ridet simul & flagellat Heinsius *Theocritic. lect. c. 27.* avt qorsum *cælum & terram* condita perhiberet ante stirpem herbámve ullam exortam; qasi istæ ad cœli terræve fabricam extruendam conducere aliqid, si extiterant, potuissent? nisi si *cæli tabulata*, & *cænacula* Enniana cum *scalis* & *pergulis*, uti de Valentinianis Tertullianus, comminisci placuerit, qibus excitandis è sylvis & nemoribus materies necessaria fuerit. Alterum, qod minùs probem, est, qod ideò stirpes nondum extitisse dicat, qia pluvia nondum extiterat, nec homo qi terram coleret, sed vapor tantùm ascendebat, qi terram irrigarit, & plantas illas in paradiso produxerit. qasi verò avt citra pluviæ adjumentum hominisve operam non potuerit Deus stirpes qaslibet producere; avt sine illis, si rei ipsius naturam intueamur, vapor solus hisce non producendis, sed ad perfectionem summam ono qasi momento perducendis sufficeret. Siqidem ex dictione Mosaicâ sic conceptâ hoc insinuaretur, potuisse illa existere, si pluvia justa unâ cum hominis culturâ adfuisset; & vaporem solum, cum deesset utrumqe, utriusqe potuisse defectum supplere. Qin & si ideò ista nondum existebant, qia nec pluvia, nec agricola aliqis adhuc extaret, & tam hominis tellurem colentis opera, qàm & pluviæ eandem humectantis tempestiva descensio, ad ista producenda necessariò exigebatur, unde factum est, ut *vapor*, qi pluviæ solius vicem supplebat, totum hoc præstiterit, cum nihil interim præstò esset, qod hominis ministerio responderet?

Sed nec in his Viro doctissimo possum assentiri; primò qòd ad hortum in Edene consitum periochen hanc refert, in qo forsan tamen Græcos potuerit consentientes habere, qi אד vers. 6. qod vaporem significat, πηγὴν *fontem* reddiderunt, qasi *fontis* nomine designetur fluvius ille, qi hortum illum irrigasse fertur, vers. 10. Verba enim ambitus latioris esse multo videntur, & de terræ totius tam instructurâ, qàm & irrigatione agere. Altero, qòd illa, אלה תולדות *Ista*, potius qàm, *Illæ, generationes sunt*, vel, *fuerunt*, etiam, &c. non vult cum Jairo aliisqe plerisqe, ad superiora, qæ sunt capite antegresso designata, spectare; sed ad seqentia referri, qibus ratio modúsqe productionis rerum qarundam repetitur pleniusqe explicatur; ad qod conficiendum, in novas denuò formas Mosis verba refingit. etiamsi enim de plantis productis, homine creato, horto instructo, muliere conditâ, fusiùs pavlò qædam istic enarrantur, qæ sunt strictim duntaxat soperius relata; at de *cælo terráqe* ipsis conditis, nihil ampliùs hîc dicitur, qàm in capitis præcedentis exordio ipso prius fuerat dictum. Qin &, etiamsi hoc illi concederetur, non tamen evinceret, non fuisse intra dies sex illos capite præcedente recensitos condita, qæcunqe capite isto narrantur, nisi si molieris creationem extra limites illos protollere libuerit, qod *maris & fœminæ* cap. 1. v. 27. mentio facta planissimè refellit. Nam qæ Vir doctissimus de vocabulis hic usurpatis argutatur; שיח qòd *virgultum* significet. i. e. *virgarum multitudinem ex precedaneâ radice, ut eloquium & sermo*; qòd & שיח significet, *ex conceptibus pullulantium*. שדה qòd non absolutè *terram*, sed *terram cultam, & sive satis, sive pecorum pastui adaptatam* denotet. צמח denique, qòd *germinare, pullulare* significet: *itaqe de surculis & stolonibus dici, qi ex pracedaneo semine ac radice exurgunt. tale avtem nihil fuisse in primâ creatione, ad qa pluvia & cultura reqiruntur*: sed herbas & arbores, de qibus cap. 1. *non ex semine ac radicibus*
A *pullulasse, sed ipsasmet fuisse prima omnium plantarum semina & radices. itaqe nullum horum vocabulorum cap. 1. extare.* Hæc, inqam, omnia, sunt meræ subtilitates, Chrysippeis non absimiles, qas *retundi* facilè atqe *in se replicari* affirmat Seneca. & qidem qod de *aristâ* ille, *uti nihil acutius, ita fragilius nihil.* Nam primò latiore notione, qàm eâ ad qam Vir Clarissimus hic adstringere connititur, sumi vocabula ista, clarum est satis. צמח in genere pro *produci* sive *prodire* usurpatur. Esai. c. 42. v. 9. etiamsi ad ea plerumqe accommodatur, qæ ratione naturali jam proveniunt,
B qia de eis solis plerumqe sermo habetur. qod idem & de הוציא *producere*, qod cap. 1. v. 12. usurpatur, dici potest; & de דשא *germinare*, qod ibidem v. 11. habetur, & nisi Joel. c. 2. v. 22. nusqam alibi reperitur. Sed & שדה laxiùs sumi patet. idqe hoc ipso in capite v. 19, 20. nisi *feras agrestes*, qæ à *pecudibus* ibi distinguuntur, vel à Deo conditas, vel ad Adam adductas negaverimus. & cap. 3. v. 1. nisi si serpentes eis accensere voluerimus, qæ nisi in locis cultis non agunt. Et עשב *herba*, qæ istic habetur, etiam cap. 1. v. 12. deprehenditur; & junctim cum eâdem unâ
C עץ qod *stirpem* omnem, sive *arborem*, sive *fruticem*, comprehendit. nec, si eam qam dat Vir doctissimus & שיח notationem admittimus, *arbores* sine *virgis* conditas qisqam facilè concesserit, eas autem harum species, qæ fruticare aptæ natæ suâpte sunt. & שיח cum pro *frutice*, sive *arbusculâ* plerumqe sumatur, ut Job. c. 30. v. 4. & ibidem rursus v. 7. qod & hîc usurpatum eò magis videtur, qò significaretur ne *fruticem* qidem avt suffruticem, nedum arborem proceram aliqam extitisse, cùm Deus arbores creandi opus aggrediebatur. qâ ratione & à Jobo c. 12. v. 8. vocem
D hanc cum Mose Nachmanide & Abrahâ Peritsolide ex Pagnini fide, adhibitam existimo. Ubi hæc habet, *Interroga jumenta, & docebit te* horum qodqe; *avt volucrem cæli, & indicabit tibi; avt* שיח לארץ *fruticem terra*, (ut מזמור לדוד *Psalmus Davidis*) *& docebit te; etiam pisces maris, & enarrabunt tibi.* Ut hæc Jobi mens sit, nullum esse tam vilem, & nihili habitum fruticem, avt suffruticem, qi non vim virtutémqe divinam deprædicet: juxta vulgare illud,

Præsentémqe refert qælibet herba Deum.

E Pagninus, *virgultum terræ*, reddidit; Oecolampadius, *fruticem*; & in metaphrasi, *ex arbusculis*, earúmqe *minimis*, Dei conditoris sapientiam impervestigabilem deprehendi. certè nisi sic sumimus, licet pleriqe aliò abeant, nihil fuerit, qod jumentis terrestribus, volucribus aeriis, piscibus marinis, commode satis respondeat. Qin & eodem fine, cum שיח השדה *frutex agri*, tum & עשב השדה *herba agri*, h. e. *agrestis*, dicitur, ut nec arbusculam fruticantem herbámve agrestem, sive ut Junius loqitur, *insativam*, nedum sativam avt hortensem ullam
F extitisse innuatur, antequam Deus eas creandi opus incepisset, qas citra ullum adminiculum, qod tum nullum fuerat, adhibitum, nutu solo è terrâ produxit. ut omninò, contrà planè qàm Vir doctissimus censet, *ager* istic *horto septo* atqe concluso, Cant. c. 4. v. 12. & c. 5. v. 1. opponatur, in qo plantæ pretii notæqe qæ sunt alicujus, studiosè coli consveverunt. Cæterùm futile nimis est argumentum, *herba & arbores qas die tertio Deus creavit, non ex semine & radicibus præcedaneis pullularunt, sed ipsa fuerunt prima omnium plantarum semina & radices*: (qod tamen impropriè, ut verum sit, dictum sumi oportet) ergò
G non fuerunt tunc plantæ ipsæ consummatæ & integræ; qales nunc ex semine & radicibus præcedaneis oriuntur. huc enim contendit Viri doctissimi dissertatio. Etenim pari modo argumentari licebit; animantia die qinto, an sexto creata, non fuerunt ex semine præcedaneo procreata, sed futurorum omnium semen in se continebant. ergò non fuerunt eo ipso qo sunt condita die corporibus organicis integris, avt justâ etiam mole ac staturâ præditis consummata: cujusmodi sunt qæ ex sexus utriusqe germine nunc non creantur, sed procreantur & propagantur. de protoplastis itidem parentibus nostris, qorum creatio in priori capite strictim tantùm attingitur, idem indidem concludere liceret. Scopus est Mosis ostendere, ut cœlum & terram; ita stirpes

herbasqe

mirum oî telluris universæ superficie irrigatâ & maceratâ
opus erat, ad hominis unius, havd giganteæ (opinor)
molis, (licet & hoc illi, uti pòst videbitur, fabulentur)
corpusculum constituendum. At Moses Maimonides, ex
Sapientum scitis, concedit qidem & ipse, herbas Deum
arboréisqe è terrâ non antè produxisse, qàm pluviâ demis-
sâ irrigaverat: proinde id qod dicitur, *Et vapor ascendit*,
qod Onkelos *nubem* reddidit, narrationem esse rei antegres-
sæ illud Dei edictum, *Producat terra herbam.* cap. 1. v. 11.
idqe ex hoc ipso loco liqidò patere affirmat, ubi dictum
sit, *Et omne virgultum nondum erat in terrâ.* Subjungit, qod
illorum commentum pessundat prorsus, pro recepto apud
Sapientes suos axiomate haberi, Universa à Deo primitùs
creata, בקומתן בדעתן בצביונן *in staturâ suâ. in scien-
tiâ suâ, in decore suo.* h. e. in qantitate, formâ, specie
perfectissimâ & elegantissimâ. qod de stirpibus dici non po-
terat, nisi si & ipso creationis suæ die & altitudinem justam
attigissent, & frondibus, fructibúsqe etiam, qæ fructum
facere natæ erant, exornatæ fuissent. Qàm avtem ab-
surdum est & à ratione omni alienum, opinari, vel terram,
qæ ex aqis, qibus immersa penitùs antè jacuerat, per diem
unum duntaxat, nec integrum forsitan, recens emerserat,
aqâ cœlitus demissâ opus habuisse, qo limus madidus stir-
pibus producendis necessarius haberetur; vel hominem tam
stupidum initio conditum, ut intra dieculæ, nec hujus in-
tegræ spatiolum, pluviæ imbriúmve vi ac virtute fieri posse
speraret, futurúmqe expectaret, ut stirpes nondum e ter-
râ prominentes proceritatem justam asseqerentur, & fru-
ctus etiam omne genus proferrent. Nam qod *Conciliator*
de Mose utroqe, Maimonide & Nachmanide, & Isaako
etiam Abarbenele refert, existimasse hos, stirpes qidem
qasvis die tertio creatas, nec crevisse tamen, nec specie
ullas produxisse ante diem sextum: de hoc apud Maimo-
nidem nihil qicqam ultra id qod superius est indicatum re-
perio. Et certè nisi *crescendi* verbum in *propagationis* no-
tione sumatur, prout cap. 1. v. 22. 28. qod est istic *ἀντεσ-
ώτερον*, repugnantia planè & *ἀσύστατα* loqeretur. De Nach-
manide & Abarbenele, cum horum in Mosen commen-
tarios non habeam, non habeo qod dicam. Abarbanelis
tamen verba, qæ recitat Manasses ipse, alò spectare vi-
dentur, prout & ab ipso explicantur, nihil horum utiqe
generatione naturali provenisse, cum & pluviæ deessent,
& homo qi terram coleret. id qod est omnium verissimum,
Mosisqe cum verbis, tum & scopo, qem collimat, pro-
posito cumprimis consentaneum.

Sed in textum Mosaicum, cum locus insignis sit, altiùs
inqirere operæ pretium (opinor) fuerit: Huic explican-
do primo loco observatu dignum est, qod Jairus suggerit,
omne טרם in paginâ sacrâ עד־לא h. e. *adhuc non*, sive
nondum sonare, non avtem קודם i.e. *ante*, sive, *ante-
qam*. qanqam & istic & alibi sæpe, sive hoc, sive illo mo-
do reddatur, parum avt nihil omninò intererit. Verùm id
eò magis advertendum, qia minùs animadversum interpre-
tes, tam Judæos qàm nostros, insigniores etiam, havd
mediocriter torsit, in Mosis verbis exponendis Exod. c. 9.
v. 30. & c. 10. v. 7. qorum interpretationes parum com-
modas, absonas etiam nonnullas, coactiores plerasqe,
apud avtores ipsos videndas & censendas aliis dimitto. Jai-
ri dictatum hoc fusiùs proseqitur in *animadvers. postum.* Vir
Cl. Lud. Dievsius, & hanc esse primariam ac nativam par-
ticulæ notionem, allatis compluribus, qibus id evincatur,
exemplis firmatum it. Et versioni tamen Junianæ, qi *non-
dum* reddidit, Vulgatam præfert, qæ Græcam *πρὶν ἢ* se-
cuta, *antequam* exhibet. Verùm qâ ratione *antequam*, vel
priusqam verti possit, ex aliâ Hebrææ dictionis peculiari
structurâ ostendit evenire. cui adjicere licet, qod huic loco
convenit, *bet* particulam, qæ qandoqe exprimitur, non-
nunqam subavdiri, ut sit טרם *nondum*, pro בטרם *in
nondum*, sive, *quum nondum*, sive, *quum adhuc non*: qod
idem prorsus cum *antequam* avt *priusqam* valet. hoc avtem
admisso, syntaxi peculiari illâ nihil omnino opus fuerit. ita
cum *bet* reperitur Gen. c. 37. v. 18. Lev. c. 14. v. 39. Reg.
l. 1. c. 2. v. 15. Hagg. c. 2. v. 16. sine *bet* avtem Gen. c. 19.
v. 4. טרם ישכבו *antequam cubitum issent.* Hymn. 119. v.

A 67. טרם אענה *cum nondum*, sive, *antequam*, vel *prius-
qam, affligerer.* & hoc loco pariter טרם יהיה *quum non-
dum*, sive, *antequam*, *esset*. At Juniana reverâ & versio
& expositio aliâ ratione coactior utraqe videtur. Vertit,
*Et omnem stirpem agri, qi nondum fuisset futurus in terrâ, &
omnem herbam agri*, qæ *nondum fuisset oritura*, h. e. uti se
ipse explicat, *qamvis justissimis naturæ temporibus descendis-
sent pluviæ, vapores ascendissent, culturam homines adhibuis-
sent, Sol calefecisset, Luna humectavisset, aer perspiravisset,
cætera denique omnia unâ operam suam contulissent; frustrà
B fuissent omnia, nisi Deus creavisset stirpes verbo potente suo, &
adhuc eâdem suâ vi recrearet foveréque, non has solùm for-
mas, sed etiam apta his continendis & propagandis media.*
Sed & apertiùs pavlò adhuc in *παραφράσει* *nondum* illic ad
illud tempus refert, in qo Moses ista scripto consignavit.
qod omnino nihil est necesse; nec ad illud pertinet, qod
hic Moses sibi proposuerat, prout ipse etiam illud ipsum
definivit, nempe, *illustrissimum extitisse in creandis istis di-
vinæ potentiæ testimonium: non enim provenire solent illa, nisi
& irrigantes pluviæ, & humana cultura, & humectantes va-
C pores accesserint. hæc avtem omnia disertè Moses, ante procrea-
tionem stirpium etiam infrutescentium negat extitisse; ut solo Dei
potente verbo prognatos fuisse agnoscamus.* Nec qicqam certè
amplius exhibent contextus verba, qæ sic habent, *Isti
sunt natales cæli & terræ, cum creabantur illa; in die facere
Jova Deum* (i. e. qo tempore faciebat) *terram & cælum;
& stirpem agri omnem, quum nondum esset in terrâ, & herbam
qamqe, quum nondum germinasset.* ita reddo simpliciter, pro-
ut in superius adductis. qod sive, *quum nondum*, sive, *an-
tequam*, reddideris, eòdem deveniet, idqe temporis spa-
D tium duntaxat designabitur, qod stirpium herbarumqe die
tertio productionem præcesserat, Dei solius nutu sive ser-
mone mero peractam, absqe aliis ullis adminiculis; de qo-
rum ex ordine in rerum naturæ divinitùs fixo, usu in futu-
rum ordinario, vel vi etiam divinâ, citra qam nihil vale-
ant, jugiter adsistente, nihil in verbis hisce Moses, nisi qod
aliunde per vim apertam contextui infercitur.

Verum Vir doctissimus, qi & Junianam, & Vulgatam
etiam, licet Junianæ prælatam, (in qo saltem illi volens
assentior) repudiat, qo ipse modo verti velit, videamus.
E Versionem geminam proponit. & de utrâqe videbitur.
Prior sic habet; ut, *Vav*, à qo versus qintus orditur,
otietur, *Illæ sunt generationes cæli ac terræ, quum crearentur
illa, qo die faciebat Dominus Deus cælum & terram, ante-
qam ullum virgultum esset in terrâ & antequam herba agri ulla
germinabat, qia &c.* Alteram sic instituit, ut טרם per
nondum, qomodò Jonathæ עד כדו לא i. e. *hactenus non*,
(in edit. Buxtorf. עד לא tantùm) exprimatur; *vav* av-
tem, non pro copulativo; sed pro retributivo ad בהבראם
habeatur, & Latinè vel abundet; vel per *tum* vertatur,
F ut cap. 3. v. 5. *Illæ sunt generationes cæli & terræ.* (h. e.
Hujusmodi fuit ratio productionis rerum qalis jam seqitur)
*Quum crearentur illa, & qo die faciebat Dominus Deus cælum
& terram, ulla stirps agri nondum erat in terrâ, & ulla her-
ba agri nondum germinabat; qia non pluerat Dominus Deus
super terram. & homo non erat ad colendum terram; sed va-
por ascendebat à terrâ, & irrigabat totam superficiem terræ.*
Istæ verò versiones ambæ mihi certè multo minùs arrident,
qàm avt Juniana, avt Vulgata, qæ maximâ ex parte est
proba satis. Mitto, qod אלה *illa* vertat. etiamsi enim sono
G ita prope conveniant אלר &, *Illa*: ut alterum ab altero
profluxisse videatur. qod tamen secùs est. cum ab *is*, *ille*,
(qod Jul. Scaliger in *Cass. Ling. Lat.* havd semel monuit)
derivatum sit. qo modo & *idem*, & *iste*, & *ipse*; *le* avtem
syllabica tantùm adjectio existat, sicut in istis, *dem*, *te*,
& *pse*. at אלה non *illi*, avt *illa*, sed *hi* & *hæ*, sive *isti*, &
ista, significat. ut in אלה־שמות unde Exodus orditur,
& Hebræis nuncupatur, *Ista*, non *illa*, sunt *nomina*. ita-
qe in Paraphrasi Vir doctissimus non *Ejusmodi*, avt *Illiusmo-
di*, sed, *Hujusmodi*, ipse dixit. Mitto & qod verba Mosis
in versione utrâqe invertit, *cælum & terram*, in commatii
primi membro novissimo, ponendo, cum *terram* Moses
in eâ clavsulâ *cælo* præposuerit. de qo multa curiosiùs argu-
tantur & Judæi & nostri, qibus avt discutiendis avt reci-
tandis

tandis etiam impræsentiarum supersedeo. Ista mitto leviuscula. At duo sunt præcipuè, qæ in istis minùs possum probare. Alterum est, qòd syntaxi planâ & familiari repudiatâ, novam inducit Spiritus Sancti proposito minùs convenientem. Quale enim, qæso, est illud dicere? avt qorsum diceretur, *ante cœlum & terram condita, nec stirpem ullam, nec herbam ullam extitisse?* Ecqis enim suspicari posset, herbam stirpémve ullam existere, ubi fundus unde oriatur, nullus extat? Nisi si qis fabulam Aristophaneam pro historiâ habuerit, de *alaudis* terrâ antiqioribus, qarum parens cum expirasset, necdum tellus esset, in qâ sepeliretur, proles in capite suo parenti sepulcrum defoderit, unde ἐπιτυμβίδιοι postea illæ sint nuncupatæ: qod in qibusdam (nec immeritò) ridet simul & flagellat Heinsius *Theocritic. lect. c. 27.* avt qorsum *cœlum & terram* condita perhiberet ante stirpem herbámve ullam exortam; qasi istæ ad cœli terræve fabricam extruendam conducere aliqid, si extiterant, potuissent? nisi si *cœli tabulata*, & *cœnacula* Enniana cum *scalis* & *pergulis*, uti de Valentinianis Tertullianus, comminisci placuerit, qibus excitandis è sylvis & nemoribus materies necessaria fuerit. Alterum, qod minùs probem, est, qod ideò stirpes nondum extitisse dicat, qia pluvia nondum extiterat, nec homo qi terram coleret, sed vapor tantùm ascendebat, qi terram irrigarit, & plantas illas in paradiso produxerit. qasi verò avt citra pluviæ adjumentum hominisve operam non potuerit Deus stirpes qaslibet producere; avt sine illis, si rei ipsius naturam intueamur, vapor solus hisce non producendis, sed ad perfectionem summam uno qasi momento perducendis sufficeret. Siqidem ex dictione Mosaicâ sic conceptâ hoc insinuaretur, potuisse illa existere, si pluvia justa unâ cum hominis culturâ adfuisset; & vaporem solum, cum deesset utrumqe, utriusqe potuisse defectum supplere. Qin & si ideò ista nondum existebant, qia nec pluvia, nec agricola aliqis adhuc extaret, & tam hominis tellurem colentis opera, qàm & pluviæ eandem humectantis tempestiva descensio, ad ista producenda necessariò exigebatur, unde factum est, ut *vapor*, qi pluviæ solius vicem supplebat, totum hoc præstiterit, cum nihil interim præstò esset, qod hominis ministerio responderet?

Sed nec in hia Viro doctissimo possum assentiri; primò qòd ad hortum in Edene consitum periochen hanc refert. in qo forsan tamen Græcos potuerit consentientes habere, qi אד vers. 6. qod vaporem significat, πηγὴν *fontem* reddiderunt, qasi *fontis* nomine designetur fluvius ille, qi hortum illum irrigasse fertur, vers. 10. Verba enim ambitus latioris esse multo videntur, & de terræ totius tam instructurâ, qàm & irrigatione agere. Altero, qòd illa, אלה תולדות *Ista*, potius qàm, *Illæ, generationes sunt*, vel, *fuerunt*, etiam, &c. non vult cum Jairo aliisqe plerisqe, ad superiora, qæ sunt capite antegresso designata, spectare; sed ad seqentia referri, qibus ratio modusqe productionis rerum qarundam repetitur pleniusqe explicatur; ad qod conficiendum, in novas denuò formas Mosis verba refingit. etiamsi enim de plantis productis, homine creato, horto instructo, muliere conditâ, fusiùs pavlò qædam istic enarrantur, qæ sunt strictim duntaxat superius relata; at de *cœlo terráqe* ipsis conditis, nihil ampliùs hîc dicitur, qàm in capitis præcedentis exordio ipso prius fuerat dictum. Qin &, etiamsi hoc illi concederetur, non tamen evinceret, non fuisse intra dies sex illos capite præcedente recensitos condita, qæcunqe capite isto narrantur, nisi si mulieris creationem extra limites illos protollere libuerit, qod *maris & fœminæ* cap. 1. v. 27. mentio facta planissime refellit. Nam qæ Vir doctissimus de vocabulis hîc usurpatis argutatur; שיח qòd *virgultum* significet. i. e. *virgarum multitudinem ex præcedaneâ radice, ut eloqium & sermo*; qòd & שיח significet, *ex conceptibus pullulantium*. שדה qòd non absolutè *terram*, sed *terram cultam, & sive satis, sive pecorum pastui adaptatam* denotet. צמח demqe, qòd *germinare, pullulare* significet: itaqe *de surculis & stolonibus dici, qi ex præcedaneo semine ac radice exurgunt. tale avtem nihil fuisse in primâ creatione, ad qa pluvia & cultura reqiruntur*: sed herbas & arbores, de qibus cap. 1. *non ex semine ac radicibus*

A *pullulasse, sed ipsasmet fuisse prima omnium plantarum semina & radices. itaqe nullum horum vocabulorum cap. 1. extare.* Hæc, inqam, omnia, sunt meræ subtilitates, Chrysippeis non absimiles, qas *retundi* facilè atqe *in se replicari* affirmat Seneca. & qidem qod de *aristâ* ille, *uti nihil acutius, ita fragilius nihil.* Nam primò latiore notione, qàm eâ ad qam Vir Clarissimus hic adstringere connititur, sumi vocabula ista, clarum est satis. צמח in genere pro *produci* sive *prodire* usurpatur. Esai. c. 42. v. 9. etiamsi ad ea plerumqe accommodatur, qæ ratione naturali jam proveniunt,
B qia de eis solis plerunqe sermo habetur. qod idem & de הוציא *producere*, qod cap. 1. v. 12. usurpatur, dici potest; & de דשא *germinare*, qod ibidem v. 11. habetur, & nisi Joel. c. 2. v. 22. nusqam alibi reperitur. Sed & שדה laxiùs sumi patet. idqe hoc ipso in capite v. 19, 20. nisi *feras agrestes*, qæ à *pecudibus* ibi distinguuntur, vel à Deo conditas, vel ad Adam adductas negaverimus. & cap. 3. v. 1. nisi si serpentes eis accensere voluerimus, qæ nisi in locis cultis non agunt. Et עשב *herba*, qæ istic habetur, etiam cap. 1. v. 12. deprehenditur; & junctim cum eâdem unâ
C עץ qod *stirpem* omnem, sive *arborem*, sive *fruticem*, comprehendit. nec, si eam qam dat Vir doctissimus ꝫ שיח notationem admittimus, *arbores* sine *virgis* conditas qisqam facilè concesserit, eas saltem harum species, qæ fruticare aptæ natæ suâpte sunt. & שיח cum pro *frutice*, sive *arbusculâ* plerumqe sumatur, ut Job. c. 30. v. 4. & ibidem rursus v. 7. qod & hîc usurpatum eò magis videtur, qò significaretur ne *fruticem* qidem avt suffruticem, nedum arborem proceram aliqam extitisse, cùm Deus arbores creandi opus aggrediebatur. qâ ratione & à Jobo c. 12. v. 8. vocem
D hanc cum Mose Nachmanide & Abrahâ Peritsolide ex Pagnini fide, adhibitam existimo. Ubi hæc habet, *Interroga jumenta, & docebit te* horum qodqe; *avt volucrem cœli, & indicabit tibi; avt* לארץ שיח *fruticem terræ*, (ut מזמור לדוד *Psalmus Davidis*) *& docebit te; etiam pisces maris, & enarrabunt tibi.* Ut hæc Jobi mens sit, nullum esse tam vilem, & nihili habitum fruticem, avt suffruticem, qi non vim virtutémqe divinam deprædicet: juxta vulgare illud,

Præsentémqe refert qælibet herba Deum.

E Pagninus, *virgultum terræ*, reddidit; Oecolampadius, *fruticem*; & in metaphrasi, *ex arbusculis*, earúmqe *minimis*, Dei conditoris sapientiam impervestigabilem deprehendi. certè nisi sic sumimus, licet plerique aliò abeant, nihil fuerit, qod jumentis terrestribus, volucribus aeriis, piscibus marinis, commode satis respondeat. Qin & eodem fine, cum שיח השדה *frutex agri*, tum & עשב השדה *herba agri*, h. e. *agrestis*, dicitur, ut nec arbusculam fruticantem herbámve agrestem, sive ut Junius loqitur, *insativam*, nedum sativam avt hortensem ullam
F extitisse innuatur, antequam Deus eas creandi opus inceptasset, qas citra ullum adminiculum, qod tum nullum fuerat, adhibitum, nutu solo è terrâ produxit. ut omninò, contrà planè qàm Vir doctissimus censet, *ager* istic *horto septo* atqe concluso, Cant. c. 4. v. 12. & c. 5. v. 1. opponatur, in qo plantæ pretii notæqe qæ sunt alicujus, studiosè coli consveverunt. Cæterùm futile nimis est argumentum, *herbæ & arbores qas die tertio Deus creavit, non ex semine & radicibus præcedaneis pullularunt, sed ipsæ fuerunt prima omnium plantarum semina & radices*: (qod ta-
G men impropriè, ut verum sit, dictum sumi oportet) ergò non fuerunt tunc plantæ ipsæ consummatæ & integræ; qales nunc ex semine & radicibus præcedaneis oriuntur. huc enim contendit Viri doctissimi dissertatio. Etenim pari modo argumentari licebit; animantia die qinto, an sexto creata, non fuerunt ex semine præcedaneo procreata, sed futurorum omnium semen in se continebant. ergò non fuerunt eo ipso qo sunt condita die corporibus organicis integris, avt justâ etiam mole ac staturâ præditis consummata; cujusmodi sunt qæ ex sexus utriusqe germine nunc non creantur, sed procreantur & propagantur. de protoplastis itidem parentibus nostris, qorum creatio in priori capite strictim tantùm attingitur, idem indidem concludere liceret. Scopus est Mosis ostendere, ut cœlum & terram; ita stirpes

herbasqe

herbásqe qasvis solo nutu verbóqe divino producta. proinde verbis proximis removet tollitqe adminicula, qorum ope opeŕave istæ hodie producuntur & propagantur, universa. Ego itaqe id qod seqitur verterim, nnn, *qia non fecerat*, sed, *neqe enim fecerat*. (qo modo particula hæc sumitur Hymn.12. v.1. Esai. c.28. v.27. Jer. c.4. v.3. & c. 14. v.13. & c.51. v.5.) sive, *qum* (prout Hym. 75. v.2. Job. c.3. v.22. & c. 5. v. 21.) *non fecisset, Jovas ut super terram plueret*, (neqe enim hoc vult, ideò prius hæc non extitisse, qia adminicula istiusmodi defuerint, sed ideò solo nutu verbóve condita, qandoqidem istiusmodi nihil suppetebat) *nec homo ullus esset qi tellurem* (terræ particulam ullam) *coleret, avt vapor*, sive, *nec vapor, ascendisset, qi totam terra superficiem irrigaret*; qæ tota utiqe tunc plantis stirpibúsqe est instructa.

Cæterùm de clavsulâ novissimâ istâ major adhuc est concertatio. אד an אד qid significet, statuere havd est adeò difficile. qanqam de vocis origine, qâ *calamitatem oladémqe* plerunqe denotat, havd perinde apud eruditos convenit. qidam hoc à *vapore*, sive *pluviâ* tractum volunt, qæ fit plantis noxia, cum avt intempestiva avt immoderata eis supervenit. Job. c.37. v.12. Reg. l.1. c.12. v.17. Parœm. c.26. v.1. ita Mercerus. alii qia ea vox עָנָן nubem denotat, qo modo & Jonathas istic reddidit; dies avtem calamitatis avt eladis, יום ענן *dies nubis & caliginis* dicatur, Joel. c.2. v.2. ita Esdraides. alii, in qibus Avenarius, ab אוד volunt deduci. *titionem* id significat, Amos c. 4. v.11. Zac. c.3. v.2. qod *fumigare* solet, Esai. c.7. v. 4. itaqe primariò ac proprie *fumum* denotare: qo modo Esdraides per עָשָׁן istic exponit. qanqàm avtem *fumus* propriè exhalationem sicciorem designet, qalis à fornace ascendere solet, Gen. c.19. v.28. אד tamen hîc *vaporem* potiùs humidiorem denotat, qod & Camius observavit, qalis è lebete ab igne subtùs accenso excitatur, qi ubi in aheni operculum ascenderit, illinc denuò defluit: qo modo & vapores ab aqis radiorum solarium vi sursum attracti. & postqam in nubes condensati fuerint, resoluti denuò, in terram, à qâ sublati fuerant, descendunt. Hinc Job. c. 36. v. 27. *extrahit* Deus *stillas aqa* (i.e. aqas attenuatas è mari locisqe his inferioribus extrahit) *qa pluviam fundunt ad vaporem ejus*. qo loco optarim Junius, *ad calamitatem*, non vertisset. ad hunc explicandum adducit Camius; nec alibi in notione hac vocula ea reperitur. Non possum avtem hic subticere Plinii illa *lib.31. c.1. Aqa scandunt in sublime, & cælum qoqe sibi vendicant. qid esse mirabilius potest aqis in cælo stantibus? eadem cadentes omnium terrâ nascentium cavssa fiunt. prorsus mirabili naturâ, si qis velit reputare, ut fruges gignantur, arbores fruticésqe vivant, in cælum migrare aqas, animámqe etiam herbis vitalem deferre.* Qanqam vapores qoqe isti, etiamsi altiùs evecti longiúsve a terrâ sublati non fuerint, hujus tamen superficiem nebulâ tenuiore roscidóqe madore humectare consveverunt. Ita Maro, de Mantuâ suâ, *Georg. l.2. v.201.*

Et qantum longis carpunt armenta diebus,
Exiguâ tantum gelidus ros nocte reponit.

Videatur & Judic. c.6. v.38,40.

Sed in primâ particulâ hic plurimum laboratur. Copulativam pleriqe discretivam avt adversativam faciunt. itaqe, qo modo & Dievsius, *sed*, reddunt. Volunt enim, etiamsi non pluvias imbrésve copiosiores, at *vapores* saltem fuisse herbarum stirpiúmqe productioni hic narratæ præcedaneos. qasi Deus scilicet adminiculo ullo in rebus creandis usus fuerit; vaporum in his, qæ ante luminaria, qorum ministerio vapores educi constat, condita & in cœlo constituta, die tertio sunt productæ. qæ qidem expositio narrationis hujus totius scopo primario superiùs indicato, ex diametro adversatur. Proinde, qò contextus ratio ritè procedat; duplici modo particula exprimi poterit. Alter est, ut copulativa notionem induat disjunctivam. Ita Junius reddidit, *avt vapor ascendens a terrâ*. h.c. *qalis ascendere solet*. qâ in re Junium castigans Piscator, per, *Sed*, reddi probat magis; *ut significetur*, inqit, *qomodo Deus initio terram humefecerit ad stirpes producendas*. id qod est hoc loco *ἀλλότριον καὶ ἄτοπον alienum & absurdum*. Copulativam

A avtem eâ qâ vult hîc Junius notione usurpari, satis est familiare. Intendit ille digitum ad Exod. c.21. v.15. cui adjici possunt Exod. c. 21. v.17. Est. c.4. v.11. Nehem. c.5. v.8. Job. c.6. v.22. & c.8. v.3. & alia complura. Modus alter est, ut copulativæ notione primariâ retentâ, negativa ἀπὸ τοῦ κοινοῦ à præcedentibus suppleatur. Ea est Saadiæ explicatio; *Vav*, pro ולא *neqe*. ut sensus sit, qomodo Camius in *radicibus* explicat, *In mundi principio, nec hominem fuisse, qi sereret, nec vaporem, qi ascenderet; sed Deum sanctum benedictum omnia creasse decreto suo mero ea constituentem.*
B Saadiæ interpretationem hanc commemorat tantùm nudéqe proponit Esdraides: Camius probat, reliqísqe omnibus his verbis præfert, נכון הוא זה הפירוש בכל אשר מפרשין בו *& recta est expositio ista præ omnium eorum qi locum hunc exposuerunt*. expositionibus utiqe. Neqe verò avt insolentia, avt infreqentia etiam, sunt negativæ defectus & supplementa istiusmodi; ídqe vel cum particula copulativa, vel absqe eâdem. cum copulativâ, Hymn.1. v.5. *non consistent improbi in judicio, &* (i.e. *neqe*) *peccatores in cœtu justorum*. Hymn.44. v.19. *Non retrocessit*
C *cor nostrum, &* (i. *neqe*) *declinarunt à semitis tuis gressus nostri*. Hymn.50. v.8. *Non reprehendam te de sacrificiis, &* (sive, *neqe*) *de holocaustis tuis coram me jugiter*. Parœm. c. 31. v.3. *Ne concedas mulieribus vires*, sive, *facultates tuas, &* (i. *neqe*) *vias tuas eis, qa regibus sunt exitio*. Esai. c. 41. v.28. *circumspiciebam, & non erat ex eis qi consuleret; & interrogabam eos, & retulerunt verbum*: sive, *neqe erant, qi cum interrogabam eos, qicqam respondere poterant*. Sine copulativâ, Hymn.9. v.17. *Non in æternum oblivioni habebitur egenus*, [neqe] *afflictorum expectatio in perpetuum peri-*
D *bit*. Hymn.91. v.4,5. qo loco in eâdem periodo ter reperitur; *Non timebis à pavore nocturno*; [neqe] *à sagittâ, qa interdiu volat*; [neqe] *à peste, qa in tenebris grassatur*; [neqe] *ab excisione, qa in meridie devastat*: Esai. c. 23. v.4. *Non parturio, neqe pario filios, nec juvenes tollo*, [nec] *puellas educo*. Unicum adjiciam ex eodem vate locum, insignem sanè, eò magis, qò non *ἐναντιοφανὲς, qod repugnare videtur*, solvam, sed *manifestam repugnantiam, ἐναντίωσιν φανερὰν*, tollam, qam interpretes, qos hactenus viderim, universi; per observationem hanc eo loci non ani-
E madversam, in vatis dicta intulerunt.

Habetur is cap.28. v.27,28. in hæc verba.

Neqe enim tribulâ triturabitur melanthium, & rota plavstri super cuminum circumagetur. excutitur namqe baculo melanthium, & virgâ cuminum: panis comminuetur: neqe enim in perpetuum triturando triturabit eum, & conteret cantho plavstri sui; & eqitibus suis non comminuet eum. An non in versiculo altero, inter incisi primi ac novissimi verba, repugnantia manifesta & contradictio mera statim deprehenditur? *Panis*, inqit, *comminuetur*; & rursus, *non*
F *comminuet eum*. qod & magis parebit, si verbum, cum indefinitum sit, per formam passivam, qam appellant (prout commode potest, & in structuris istiusmodi creberrimè fit) exprimatur; *comminuetur panis*; *nec comminuetur is*. & ad idem, & de eodem enunciatur utrunqe: qum de pane triturando utrobiqe agatur. Qin & ratio qàm insulsa fuerit ista, *Panis comminuetur*; *qia non comminuet eum*. ita enim dictionis contexitur series. Nam qod de *stipula* sive *straminis concisione* suggerunt hic Judæi Magistri Camius & Abarbinel, frivola planè & futilissima sunt. Sed nec huc
G qicqam faciunt, qod de *frumento in molâ comminuendo*, priusqam panis inde confici possit, alii ad hunc locum disserunt: qum de excutiendo, non de commolendo apertè agatur. Cæterùm nodum hunc tam difficilem facilè solvet, omnémqe repugnantiam penitùs amovebit, formula qam diximus in vatis verbis observata; in qibus iterata, & qidem utroqe modo, nunc cum copulativâ, nunc citra eandem adhibita, occurrit. & alteram qidem, hîc, adhibitam, nec semel tantum, ubi copulativa aderat, adverterunt, atqe admiserunt interpretes: at ea ubi deerat, fecit hujus defectus, ut eorundem sedulitatem per inadvertentiam eadem delitescens subterfugeret. adverterunt in illis, *& rota plavstri circumagetur*. itaqe verterunt, *neqe rota plavstri circumagetur*. admiserunt & in illis, *& conteret*

rota

rota plavstri sui; reddentes, *neqe conteret*. ibi noo adverterunt, ubi animadverso maximè opus erat, ad ea vatis enunciata concilianda, qæ alioqi frontibus plane adversis sibi invicem repugnarent: in initio utiqe vers.28. qo loco admissâ, vatis verba ego sic reddiderim; *Neqe enim tribulâ triturabitur* (sive, triturari solet) *melanthium, neqe rota plavstri super cuminum circumagetur*: (sive, circumagi solet) (*nam*, vel, *qia*, vel, *sed*, *baculo excutitur melanthium, & virgâ cuminum*:) Neqe *panis comminuetur*: (sive, comminui consvevit.) *neqe enim perpetim triturare eum perget*; (Heb. *in perpetuum triturando triturabit*) *neqe plavstri sui zantho conteret, neqe eqitibus suis comminuet eum*. Poterunt & missa negativâ per disjunctivam sic reddi; *Neqe enim tribulâ trituratur melanthium, avt super cuminum plavstri rota circumagitur*: (*baculo namqe excutitur melanthium, & virgâ cuminum*:) Avt *panis comminuitur*: *quum non perpetim eum triturare pergat; avt plavstri sui zantho conterat, nec eqitibus suis comminuat eum*. Utrumvis enim adhibueris, mens est eadem plane futura. ut si cui negativa intersita minùs placuerit, disjunctivam tamen suppletam admittere ne refugiat, cujus ellipsis passim tam freqenter occurrit. Videantur Reg. l. 1. c. 20. v.12. & l. 4. c. 9. v. 32. Job. c. 6. v.6. & c.8. v.11. & c.11. v.7. & c.13. v.9. Esai. c.17. v. 6. & c.27. v.7. & c.38. v.14. Jer. c. 2. v.31,32. & c.11. v. 19. & c.18. v.14.

Sed & voces ipsas pavlisper dispiciamus. Atqe hic primò לחם sive *panis* nomine, qod & Camius & Abarbinel monet, continentur *triticum*, *hordeum*, & *spelta*, qia ex his panis confici solet. *panis* pro frumento; qo modo & Hymn. 104. v. 15. Eccles. c. 11. v. 1. Esai. c. 30. v. 23. sicut vicissim, *frumentum*, pro pane, Thren. c. 2. v. 12. Zachar. c. 9. v. 17. Tum חרוץ occurrit, qod αὐτολεξεὶ *excisum, concisum, decisum*, sive, *excisorium, concisorium, decisorium*, sonat. Si avtem adjectivum fuerit, qod & esse videtur; erit substantivi, sive subjecti, defectus; & vox מורג h. e. *traha*, fuerit subintelligenda. atqe ita Camius in *radicibus* hunc locum explicans, חרוץ inqit, מורג חרוץ qod & ipsum expressum habemus cap. 41. v. 15. ubi populo suo Deus, הנה שמתיך למורג חרוץ חדש בעל פיפיות: qi locus (qod obiter monere visum) in Buxtorfianis *Concordantiis*, accuratissimis illis, sub hoc titulo deest. h. e. *Ecce posui te in trabam incisoriam* (*exacutam*, an *acutam*?) *novam, dentibus instructam*. מורג cum Pagnino, *trabam* verto: à נרג qod in Targum Devt. c. 19. v. 5. & Reg. l. 2. c. 6. v. 6. *impellere*, sive, *propellere*, denotat: de qâ in seqentibus ulterius dicetur. מורג avtem & חרוץ qidam volunt esse substantivum utrunqe, qod vel similitudinis notâ, vel copulâ interveniente, licet non expressa, alterum alteri conjungatur. illam interserit Pagninus, dum sic vertit, *Posui te ut trabam; ut tribula nova habens ora, triturabis montes*. istam alii nonnulli, ut מורג חרוץ sit ἀσύνδετον *trabam & tribulam*. sicut שמיר שית pro שמיר ושית *sentis & vepris*, Esai. c. 27. v. 4. שמש ירח *Sol Luna*; pro, *Sol & Luna*, Habb. c. 3. v. 11. ita in *radicibus* Camius; qi & diversa vult esse instrumenta, triturationi qidem exercendæ destinatum utrunqe, qanqam mole vel figurâ à se invicem discrepantia. At aliis nullum particulæ istius utriusqe avt defectum avt usum hic agnoscentibus, alia syntaxis magis probatur. Ex his avtem qidam illud substantivum, istud adjectivum esse volunt, uti supra strictim est indicatum. & מורג qidem substantivum esse, nevtiqàm ambigitur, חרוץ duntaxat controvertitur. hoc avtem nomen esse verbale an participiale, inter hos convenit satis. Qidam enim, in qibus Avenarius & Irtonus, מורג חרוץ volunt esse *tribulam excisam*, sive *incisam*, *incisiones multas habentem*; ob foramina in tabulâ imâ, de qibus ex Magistris infra dicetur. vel etiam *exacutam & expolitam*. qomodo חץ ברור *sagitta expolita* dicitur, cap. 49. v. 2. & forma qidem notionem passivam exigere videtur: qâ ratione, pecus *mutilatum* חרוץ Levit. c. 22. v. 22. &, *excidium decisum*, כליון חרוץ Esai. c. 10. v. 22. &, *fossa incisa*, חרוץ uti mox indicabitur, Dan. c. 9. v. 21. dicitur. Alii tamen activam potius attribuunt. ita Camius in *commentario*. כחתך היטב h. e. *benè incidentem*, sive incidere habilem, interpretatur; & inde vult dictam, qia stipulam, sive stramen ab aristâ succidat. Proinde Piscator, qem & nostri secuti sunt, *acutam*, reddidit; &, Heb. inqit, *incisam*. i. e. *incidendi facultate præditam*. nec desunt, sive verbalia, sive participialia nomina, qæ licet formulam passivam gerant, activam tamen magis notionem habeant, nec tam perpessionem aliunde illatam & impressam qàm affectionem insitam & inhærentem designant. ex his sunt, עצום sive pro *valido*, sive pro *numeroso* sumatur, Num. c. 22. v. 6. עשוק *oppressor*, Parœm. c. 28. v. 17. לבוד *peritus*. Annal. l. 1. c. 5. v. 18. שכון *habitans*, sive *habitator*, Jud. c. 8. v. 12. sed & ipsum חרוץ (ab eâdem radice, sed in significatu diverso, qâ *movere*, sive *agitare* denotat, Exod. c. 11. v. 7. Jud. c. 10. v. 21.) pro *sedulo*, Parœm. c. 10. v. 4. & c. 12. v. 24, 27. & c. 13. v. 4. & c. 21. v. 5. qi *pigro*, *somnolento*, *remisso* opponitur. Sic λελογισμένος Græcis, & *consideratus* Latinis, non is, *de qo ratio avt consideratio habetur*, sed *qi ratione & consideratione justâ in rebus peragendis uti consvevit*. Alii מורג & חרוץ substantivum esse utrunqe volunt, non in conjunctione tamen, sed in rectione cohærentia. & מורג qidem prout משפט qod alioqi *Camets* in syllabâ alterâ haberet, regere isthic videatur. ita fuerit *traha tribula*, sive *tribularis*; qo à trabis aliis usibus destinatis & designatis, distingvatur. vel *traha excisionis*, qo modo עמק החרוץ Joel. c. 3. v. 14. i. e. *vallis excisionis*; sive *concisionis*, uti post Vulgatum Junius & Pagninus reddidere. à *judicio deciso*, *definito*, *determinato* Esai. c. 10. v. 22, 23. & c. 28. v. 23. eo loci exeqendo sic dicta; ubi tamen Piscator, qod magis probem, *tribula*, sive, *triturationis*, ex Esaiæ locis his, de qibus nunc agimus. Huic avtem novissimæ interpretationi omninò adlentior; sed ut nomen חרוץ qanqam primariò adjectivum merum fuerit, tamen ratione peculiari ubi de instrumento hoc triturationi designato, sicut & alias qandoqe, pro substantivo habeatur. Sic יבשה qod *aridam* duntaxat ex se designat, Esai. c. 44. v. 3. pro, *terrâ* usurpatur, Gen. c. 1. v. 9, 10. Jon. c. 1. v. 9. 13. קמה qod *consistentem* denotat, pro *segete*, Devt. c. 16. v. 9. & c. 23. v. 25, 26. Jud. c. 15. v. 5. Esai. c. 17. v. 5. קלי sive קליא qod *tostum*, pro *frumento*, sive *spica* (cui & conjunctum reperitur Lev. c. 2. v. 14.) *tosto*, adhibetur, Lev. c. 23. v. 12, 14. Josh. c. 5. v. 11. Reg. l. 1. c. 17. v. 17. & l. 2. c. 17. v. 28. פרת & פריה qod *feracem*, *fœcundam*, *fructuosam*, significat, & cum גפן *vinea* qandoqe tanqam attributum jungitur, Hymn. 128. v. 3. Esai. c. 32. v. 12. at seorsim, nunc pro *vite*, Gen. c. 49. v. 22. nunc pro *oleâ*, *fœcundâ*, Esai. c. 17. v. 6. usurpatur. חרוץ denique pariter, cum *incisum* primariò significet, tamen qasi substantivè acceptum, nunc pro *fossâ incisâ*, Dan. c. 9. v. 21. nunc pro *trabâ*, sive *tribulâ incidente*, sicut hoc utroqe Esaiæ loco, usurpatur. Ita demùm מורג חרוץ fuerit, si adjectivè חרוץ sumatur, *traha incisoria*, sin substantivè, qod ipse malim, *traha tribula*, sive *tribularis*; à tribulâ triturationis instrumento, qod ab incidendo nominis id habet; sic dicta. *Trahas* certè *tribulásqe* conjunxit Maro *Georg. l.* 2. verbis illis,

Tribuláqe, traheaqe ——

ad qæ Servius emendandus, *Tribula*, inqit, *genus vehiculi omni parte dentatum. unde feruntur* (*teruntur*, legendum) *frumenta; qo maximè in Africâ utebantur. Trahea; vel tabula est, ut qidam dicunt, qæ trahentibus bubus solet area induci ad pabulum colligendum. vel vehicula sine rotis, qas vulgò tragas dicunt*. nostri sleds vocant. Sed & חרוץ Camio in *radicibus* instrumentum est qo frumenta triturant. est avtem, inqit ille, tabula lignea, qæ lapides acutos suppactos habet, ad stipulam incidendum, & granum è folliculo sive glumâ excutiendum. Abarbinel itidem *in Esaiam*, Est, inqit, instrumentum è ligno lato cum multis foraminibus confectum, qorum in medio silices acuti sunt; cui lapidum pondus grave imponunt; tum frumento superinducunt, qo granum hujus operâ à paleis separetur. Jarius avtem, Instrumentum est, inqit, ligneum grave, stylis sive clavis freqentibus instructum, qod super stipulam spicarum trahendo, in stramen eam minutum conterunt. qanqam reverà

verâ *tribula*, non tam stipulæ incidendæ, qàm grano ex aristâ excutiendo adhibebantur. Verùm huc facit qod Targumista cap. 28. *v.* חרוץ reddidit מורגי ברזלא *trabas*, sive, *tribulas ferreas*. qo modo חרצי הברזל legimus Reg. l. 2. c. 12. v. 31. & Annal. l. 1. c. 20. v. 3. & חרצות הברזל Amos c. 1. v. 3. i. e. *tribula* ferreæ. non eæ qidem è ferro solido confectæ, sed stylis clavísve ferreis instructæ. à qibus instrumentum istud cap. 41. בעל פיפיות pro idiotismo Hebraico, *orium dominus*, qasi *oribus instructum*, sive *ora habens*, uti Pagninus reddidit, prædicatur. qo modo חרב פיפיות *ensis orium*, Hymn. 149. v. 6. dicitur. qem Græci qoqe μάχαιραν δίστομον, Heb. c. 4. v. 12. Latini, *ancipitem* dicunt. Sic בעל קרנים aries, *cornuum dominus*, h. e. cornibus instructus, cornutus,. Dan. 8. v. 3, 6. & בעל כנף ales, *ala dominus*, i. e. alis instructus, alatus, Parœm. c. 1. v. 17. dicitur. *Dentibus* avtem *instructum*, reddidi. qia *dentem anchora*, apud Maronem *Æneid. l. 6.* & *vomeris dentem*, apud eundem *Georg. l. 1.* &, qod eôdem recidit, *aratri*, apud Columellam *l. 2. c. 4.* reperio. & *forcipes denticulatos*, apud Plinium *l. 9. c. 11.* Sed & Servius *vehiculum* hoc undiqaqe *dentatum* dixit. ejusdémqe *orbiculos dentatos*, Varro. Et Caninius ipse שני *dentes* tribulæ nuncupat qeis stipulam incidunt, qos פרשים cap. 28. v. 28. Vates appellat, uti & Pagninus, *dentes* reddidit. Vox ipsa plerumqe *eqites* denotat. unde qidam, è qibus Mercerus est, *dentes*, sive *stylos* illos, de qibus Caninius & Jairus, sic dictos volunt, qia eqitum calcaria qadantenus referant. alii de eis intelligunt, *qi tribulam regunt*, (*avrigas* eos Varro vocat, uti mox indicabitur) ita Piscator; qi & *eqites* reddidit. Alii de jumentis ipsis sumunt. qos פרשים Caninius refert סוסים non *eqites*, sed *eqos*, interpretari. Itaqe Vulgatus & Tigurinus, *ungulas*, reddidere. qasi פרסות legissent. In qam mentem & Abarbinel, licet lectionem receptam havd immutet, *jumenta*, inqit, *qa tribulam trahunt*, פרשים hic dicuntur. *Tribula* avtem, qam Vates hîc respexit (licet seciùs pavlò, uti ex suprà adductis patet, è Judæis Magistris qidam describunt) *plavstri*, sive *plostelli* formam habuisse videtur. id enim vox עגלה cap. 28. subjuncta significat. atqe ita מורג reddidit vetus interpres, cap. 41. Qin nec *plavstrum* an *plostellum* istud rotis caruisse, qod de *trahis*, sive *tragis* suis Servius prodit; qibus havd absimile videtur fuisse illud, qod Judæi Magistri illi nobis hîc suggerunt; ab isto, qod Vates respexit, planè diversum. cui enim usui esse poterant, silices illi acuti tabulæ imæ infixi, cum rotis ea insistens areæ superficiem, spicásve in eâ stratas non attingeret. at hoc de qo Vates *rotis* sive *orbiculis*, ut Varro loqitur, instructum fuisse, ex duabus etiam vocibus אפן & גלגל Vati pariter ibidem usurpatis, apparet. אפן enim *rotam* significat; גלגל (sive גלגל qod est usitatius) *orbem*, sive *canthum*, rotæ: de qo Persius *sat. 5.*

> *Nam qamvis prope te, qamvis temone sub uno*
> *Vertentem sese, frustra sectabere canthum,*
> *Cum rota posterior curras, & in axe secundo.*

unde & גלגל Talmudicis, perinde ac κάνθος Græcis, & *canthus* Latinis, de oculo qoqe usurpatur. Κάνθος, ὁ τοῦ ὀφθαλμοῦ κύκλος. Κάνθος, *oculi circulus*. Hesychius. & inde Græcis recentioribus κάνθοι, qæ antiqioribus ἐπίσωτρα, οἱ ἐκτὸς τῶν τροχῶν σιδήρεοι κύκλοι. sive τὰ κύκλῳ τοῦ ἅρματος τροχῶν σιδηρᾶ. sive τὰ ἐπὶ τῶν τροχῶν σιδηρᾶ ἢ χαλκᾶ. uti eos describunt Svidas, Etymologus, Eustathius. h. e. Hieronymus *in Ezek. circuli rotarum ferrei*, (avt *aræi* etiam) *qibus lignorum rotunditas artatur & stringitur.* sive etiam ligna ipsa qibus radiorum extima pars infigitur. Adhæc *canthos* istos, è qacunqe fuerint materiâ, clavis, sive stylis ferreis suppactos atqe instructos fuisse, est ex altero hujus ejusdem Vatis loco superiùs indicatum. Atqe hic qidem fuit unus frumenti triturandi modus apud Judæos usitatus, sub qo contineri poterit etiam qod à Judæis magistris describitur; fuit & alter, in aream immissis jumentis, sive bobus, sive asinis, avt eqis, ac per segetes agitatis, qæ ungulis suis granum è spicis excuterent. allusum huc loco illustri illo, Mic. c. 4. v. 13, 14. ubi Deus populos Sionis hostes, adversus ipsam convenientes, *tanqam*

A *manipulos in aream* congregaturum se comminatus, eam sic alloqitur. *Surge & tritura, filia Sion; ferreum enim faciam cornu tuum & ungulas chalybeas, qibus populos multos comminuas.* qo loco קרן sive *cornu*, de *ungulâ* qoqe intelligi potest. prout & Latinis eqi *cornipedes*, apud Maronem Siliúmqe, inde appellantur. Ad triturandi modum utrumqe pertinet, de *bovis*, dum in areâ grano excutiendo operam impendit, *ore fiscellâ non obstringendo*, lex lata, Devt. c. 25. v. 4. Cor. Ep. 1. c. 9. v. 9. Utrumqe, nec sine illâ, qam observavimus in altero, differentiâ, apud
B exteros etiam in usu fuisse, ex Varrone *de re rustic. l. 1. c. 52.* discimus; cujus verba, qia Vatis locum hunc utrumqe, & Magistrorum qoqe Judæorum ad eundem annotata, superiùs adducta, cum primis illustrant, adscribere hîc neutiqam gravabor. *E spicis in aream facerent grana oportet. qod fit apud alios jumentis junctis ac tribulo. id fit è tabulâ lapidibus avt ferro asperatâ; qa imposito avrigâ, avt pondere grandi, trahitur jumentis junctis, ut discutiat è spicâ grana; avt ex assibus dentatis cum orbiculis, qod vocant plostellum Pœnicum. in eo qis sedeat atqe agitet qa trahant jumenta; ut in Hi-*
C *spaniâ citeriore & aliis locis faciunt. Apud alios exteritur grege jumentorum inacto, & ibi agitato perticis, qòd* (*qoad*, forsan) *ungulis è spicâ exteruntur grana.* Hæc ille. Apud nos verò baculo, sive flagello, qod ad *melambium* & *cuminum* adhibebatu Judæi, ad frumenta etiam qælibet trituranda abutuntur.

Cæterùm ut finem tandem dissertationi prolixiori huic demus: qomodo apud Vatem, & apud Mosem pariter, vel copulæ index particula in disjunctionis notione sumi, vel negans ex prægressis suppleri poterit: qo significetur,
D ne tenuissimum qidem terram irrigandi, qo ferax fieret, vaporis etiam, nedum imbris, adminiculum extitisse; qo tempore eam herbis stirpibúsqe Deus primitùs instruebat.

Qod avtem Vir Clarissimus omnem illam capite secundo comprehensam historiam intra hebdomadem primam conclusit, & capitis primi contextui ipsi in Paraphrasi intertexuit, in hoc, opinor, non est reprehensione dignus, nec de re ipsâ qenqam ferè dissentientem habere poterit. At, qi tertio capite narrata, etiam intra sex dierum ambi-
E tum constipant, ei verò an avdiendi sint, ambigi forsitan nec immeritò potest, &, qod ille olim, *avdiendos magis* ipse *qàm avscultandos* existimem. In his sunt Talmudici, qi in *Gemarâ Sanhedrin. cap. 4. sect. 10.* ex sententiâ R. Achæ filii Haninæ, diem sextum in horas duodecim dispertitum ita particulatim, an *articulatim* (uti ille loqitur) *comminuunt*, ut vel homine condendo, vel eis qæ sive ab homine, sive de homine sunt facta, dies integer insumatur. Siqidem *horâ*, ajunt, *primâ collectus & coaggeratus est pulvis*, ex qo corpus hominis conderetur; *secundâ, ex pulvere illo*
F גלם (Hymn. 139. v. 16.) sive *massa* qædam *informis coacta & compacta est; tertiâ, ex eâ massâ membra singula, artúsqe effingebantur; qartâ, corpori sic effigiato anima infundebatur; qintâ, animâ jam præditus homo, humo, in qâ jacebat, elevatus elatúsqe, in pedes erigebatur; sextâ, nomina animantibus imposuit; septimâ, mulierem connubio sibi junctam accepit; octavâ, lectum ascenderunt duo, & descenderunt qatuor; nonâ, præceptum accepere de abstinendo à fructu arboris scientiæ boni ac mali; decimâ, præceptum datum sunt transgressi; undecimâ, de transgressione judicium*
G *subiere; duodecimâ de horto expulsi sunt.* At ista, qoad horarum digestionem ac distinctionem frivola sunt universa, incerta minúsqe verisimilia nonnulla, qædam apertè, imò prodigiosè, falsa. Scilicet tam operosè cunctantérqe, per gradus, horásqe gradibus singulis insumptas, in hominis corpusculo condendo Deum progredi necesse fuerat, qi verbulo solo, unóqe ferè momento, mundi hujus universi fabricam integram exstruxerat, qam per dies singulos deinceps, havd majore, credo, cum negotio, & expolivit & instruxit. Illud avtem ab omni est ratione alienum, qòd qi Deo in homine condendo tot horarum moram dederant, ut una materie convehendâ, altera eâdem macerandâ, tertia effingendâ, qarta erigendâ, extraheretur, qinta denique spiritu vitali imbuendâ exigeretur, homini ei-

dem

dem tam proclivia omnia atqe expedita fecerint, ut intra horulæ unius ſpatium, animantia univerſa à Deo ad ſe adducta, & in conſpectu ſuo poſita, non recenſuerit tantùm, ſed nomina etiam, ſingulorum naturæ ratione ſaltem aliqâ conſentanea, ſingulis ſeorſim ſingula impoſuerit; tum ut intra horulæ alterius ſpatium, mulier à viro prægnans facta, gemellos ederet partus, Cainum nempe cum ſorore ſuâ; qanqam alii etiam non geminos, avt tergeminos, (uti minùs propriè loquuntur) ſed qaternos partu eodem hoc editos volunt. Sed ideò forſan Deo operi ſuo conficiendo ſpatii prolixioris dandi rationem aliqam habuerint; qia ſecundum R. Meirem, ex Pavli Ricii fide, ad corpus hominis condendum ex totâ terreſtri machinâ terra erat convehenda; qo uniqe ſecundum R. Oziam, truncus corporis è terrâ Babylonicâ, caput e terrâ Iſraeliticâ, reliqa membra ex regionibus aliis collectâ materiâ effingerentur: moles avtem corporis tanta, juxta R. Eleazarum fuerit, ut capitis vertice firmamentum ſuperius pulſaret, lacertis expanſis extremos utrinqe orbis terminos attingeret. tum ad materiam terream illam ſubigendam macerandámqe, neceſſaria fuerat elementorum reliqorum ignis, aeris, aqæ, pro mole terrenâ illâ portio juſta, ad qam è ſingulis decerpendam tempus par exigebatur. Molis deniqe tam portentoſæ coloſſo tam vaſto erigendo, præſertim cum inanime adhuc exiſteret, nec qod Lacon ille, cum cadaveri pedibus conſtituendo fruſtra inſudaſſet, intus aliqid qo operis id promoveretur, non haberet, horâ minimùm aſſignatâ opus fuerat, cum non citra labis alicujus diſcrimen, avt ſubitò, avt niſi magnâ cum cavtelâ id pavlatim poſſet peragi: neqe enim Regis Babylonii, ſtupendæ licet altitudinis, hac tamen tam longè inferiorem ſtatuam illam, vel die forſan uno, nedum horulâ unâ, erectam ac conſtitutam, veriſimile eſt. ut de flatus vitalis per tot membra tam longè à ſe invicem diſſita permeaturo nihil adjiciatur. Cæterùm & iſtis majora, etiamſi vera forent, verbo nutúve ſolo, uno momento Deus, cui nihil arduum eſt, poterat; & ante inceptum iſtud (uti eſt probabile) confecerat; & iſta ſunt reverâ hominum vaniſſimorum commenta putidiſſima. Tum & ea, qæ vel ab homine jam condito deſignata, vel circa eundem geſta narrantur, per horas certas hoc modo diſpartiri ac digerere, & eſt præſumptio mera fundamento nullo ſubnixa, eáqe in nonnullis nec rationi conſentanea, & veritati etiam adverſa.

Ut enim nihil dicam, qod de fructu interdicto lex homini data, mulieri conditæ ſubjicitur, contra planè qàm contextus Moſaicus exhibet: mulierem ante legem illam eandem datam, nedum violatam, à viro cognitam fuiſſe, & eſt narrationi Moſaicæ omninò contrarium, etiamſi Jairus qoqe id affirmare ſuſtinuerit; & Judæorum etiam aliorum placitis adverſatur, qi avtore Manahemo, Cainum tradunt, à ſemine immundo, qod Evæ ſerpens inſtillaverat prognatum: à noſtris verò itidem omnibus jure merito repudiatur, qi vitioſitate ingenitâ à conceptu ipſo intinctum ſtatuunt fuiſſe, qod ante contractum id à parentibus ipſis vitium non poterat. De geminis intra horulæ ſpatiolum & conceptis & editis, ecqid opus eſt qicqam adjicere? ſtipites ſunt meri, qibus iſta probentur. Ad animantia redeatur; ad hominem adducta, & ab eodem ſigillatim perluſtrata, appellationibúſqe non ſine juſtâ aliqâ ratione inſignita; hoc totum, inqam, intra horulam ab Adâ fuiſſe peractum, rationi conſentaneum mihi nevtiqam videtur. Etiamſi enim demus hominem eximiis cum animi, tum & corporis ab initio fuiſſe dotibus inſtructum: at & mentis dotes & carnis vires circumſcriptas terminatáſqe habuerit neceſſe eſt: vixqe fieri poterat, qin dieculæ illius pars benè magna, tot animantium variorum ſpeciebus diverſis, ſigillatim perluſtrandis, conſiderandis, nuncupandis, extraheretur.

Horum avtem ſeria ſeduláqe contemplatio (qò animi mei ſenſa liberiùs expromam) eò adigit, ut ſententiæ illi tanto cum conſenſu receptæ, neqeam acqieſcere, qa ſtatuitur utiqe, hominem eo ipſo qo eſt conditus die, a conditore ſuo defeciſſe, hortóqe (qod ab his dicitur) ejectum fuiſſe. Aliò animum abducunt dici illius geſta, prout a Moſe Spiritus Sancti amanuenſe ſcripto conſignata ac digeſta exhibentur. Mitto qærere, an præter hominem animantia ulla eo die ſint producta. detur, qod Vir Clariſſimus cenſet, pridie fuiſſe condita; vel, qia plures ad hunc referunt horum creationem, momento temporis creatas ſpecies tot varias qæ antè non extiterant. ad ea me adſtringo, hominem qæ ſpectant. Sed nec altera ex parte id admittendum cenſuerim, qod Epiphanius *tom. 1. l. 1. c. 4.* nonnullos ſenſiſſe refert, *hominis creationem die qinto inchoatam, ſexto conſummatam fuiſſe.* cæterùm, prout Moſes narrat, die ſexto omninò conditus eſt homo; extra hortum, opinor; id contextus ſeries ſapit. extra hortum conditus, in hortum deducitur; arbor utraqe & vitæ & notitiæ, in horti medio conſita utraqe, indicatur; de abſtinendo ab alterius fructu lex datur: ab hac datâ ex horto denuò in planitiem (credo) patentem aliqam abducitur: (hortum enim qis crediderit animantium turba tanta tam confertâ conculcatum?) ſiſtuntur eô loci (Deo id procurante) animalia qæ terra protulerat univerſa, generis cujuſqe unicum ſaltem; atqe ita (puto) conveniunt, ut ne ſe invicem, avt contrudant, avt conculcent: in Adæ conſpectu ita ſita ſiſtuntur, ut de ſingulis ſpeciebus ſeorſum diſpiceret; & ubi diſpexerat, pro ſpeciei cujuſqe naturâ, indole, dote aliqâ inſigniore, qâ à reliqis diſtingvebatur, ex eâ qâ valebat ſagacitate, appellationem aliqam ſpeciei illi peculiarem, ingenióqe ejuſdem congruentem imponeret. Nec poſſum aſſeqi (qæ meæ forſitan fuerit vel mentis obtuſioris hebetudo, vel intelligentiæ reſtrictioris anguſtia;) qî fieri qiverit, qin diei pars magna negotio hoc conficiendo fuerit inſumpta. Viri unqe militares copiis havd numeroſis viritim perluſtrandis diutiùs longè diſtinerentur.

A negotio hoc exacto, Adam ſive fatigatione aliqâ, cum in opere illo diutius fuiſſet immoratus, ſive citra hanc procuratione divinâ, in ſomnum incidit altiorem. dormienti interim coſta eximitur, ex qa mulier conjux ei futura extruitur. Eam à ſe conditam, παρανυμφος ſive pronubum agens ipſe, ad maritum futurum virum Deus adducit, eidemqe addicit. Is in eâ ſui partem agnoſcens, in conſortii intimi atqe individui pactionem ad ſe aſſumit. Atqe hactenùs qidem protrahitur, iſtáqe planè ſene pertexitur, narratio Moſaica, intra diei ſexti terminos concluſa. Ab iſtis, novo qaſi ſumpto exordio, narrantur, qæ ad hominem, non tam conſtitutum, qàm deſtituendum mox, & deſtitutum jam etiam pertineant. Mulierem enim jam viro junctam, ſed à viro ſejunctam, per ſerpentem adortus eſt Satanas. Ita, atteſtante paginâ ſacrâ, cum Saadiâ & Manae, aliiſqe tam Judæis Magiſtris, qam & noſtris, potiùs cenſuerim, qam cum Eſdraide, qi ſerpentem merum ſolúmqe vult extitiſſe. qamvis per ſerpentem is locutus fuerit; ſicut per aſinum Deus ipſe, an angelus Dei, cujus dicta tamen aſino tribuuntur. Petr. Ep. 2. c. 2. v. 16. Qanqam nec accedo Talmudicis fabulis illis, qibus, narrante Maimonide *More. l. 2. c. 30.* Sammaelem perhibent ſpirituum malignorum principem, ſerpenti, qi camelum magnitudine æqabat, ineqitantem, mulierem aggreſſum, eam ſeduxiſſe. Cæterùm abſente viro, cum ſerpenti ſeſe inſinuaſſet, mulierem adortum, Satanam, noſtri, qos viderim, conſentiunt univerſi. Etiamſi enim verſio noſtra antiqior, qæ à Tindalo ceptam ſecuta eſt, aliô ſpectare videatur, dum reddit, and gave also unto her husband being with her. at nec illud being in contextu reperitur, nec aliud à reliqis hac in parte ſenſiſſe verſionis illius avtores, inde evincitur; qum & Piſcator, qi ſupplementum illud ipſum interſerit, *dedit etiam viro ſuo, cum eſſet ſecum*, aliud verbis illis voluiſſe ſe aperte indicat, ubi in ſcholiis ſic ſe explicat, *qi erat ſecum*, h.e. *qam primum ille ad ipſam veniſſet: ſermocinatione ſerpentis jam abſolutâ, & ſerpente, ut videtur, jam elapſo.* Sed & Vatablus, licet qoſdam referat hinc dicere, *ſeductam Evam præſente viro.* (qod Calvinus etiam cum retulerit, *nullo modo credibile* eſſe affirmat) Hebræos tamen ait ſubavdire, *ut ederet*; ſicqe conjungere, *dedit viro ſuo, ut ederet unâ cum ipſâ*, atqe ita

ita reverâ Esdraides in locum. Ecqis avtem, scriptura cum hac in parte sileat, animum facile induxerit, ut credat, fieri potuisse, ut avt mulier à viro suo, ad qem adductam in tam arctam & intimam cum eodem consvetudinem, tantâ cum solennitate, qam adjunxerat atqe adstrinxerat Deus ipse, qámqe tanto cum affectu verbis signatissimis expresso susceperat atqe amplexatus fuerat vir, ab eodem statim, eodem non die, sed horâ ferè, sese subducere sustinuerit; avt ut vir, qi sibi à Deo sic oblatam & commendatam, tantâ cum lubentiâ admiserat, qasi consortii cum eâ initi satias statim cepisset, à latere suo, non dico divelli, (ecqis enim erat, id qi faceret?) sed è conspectu suo longiùs discedere, atqe exspatiari, confestim pateretur. Certè non tam exilis langvidúsqe affectus inter pares lubentiâ pari recens junctos hodie etiam reperitur: nedum ut illi alterutri esse potuerit: præsertim cum nemo qisqam extaret, qocum possent à se invicem dissiti familiariter conversari. Sed & sermocinationem etiam prolixiorem serpenti cum muliere intercessisse, probabile est admodum, & à plerisqe statuitur; nec nisi post disceptationes varias utrinqe habitas, inductam mulierem, ut io esu pomi periculum faceret. nec verò etiam, citra rationes aliqas à muliere prolatas, eiqe denarrata qæ à serpente acceperat, ut in eundem cum muliere, qam etiam fructu gustato sospitem adhuc cerneret, excessum concederet, persvasum fuisse, verisimile fit. Adjiciantur his qæ secuta sunt, perizomata confecta, latibula conqisita, evocatio majestatica, qæstio judiciaria de viro, muliere, serpente seorsim habita, censura pro criminis ratione in singulos prolata; amictus novitius è pellibus animalium utriqe inductus, in eo amictu traductio ignominiosa, utriusqe denique è loco, in qo hactenus egerant, expulsio. Hæc avtem omnia, si intra diei sexti limites coerceri voluerimus, in particulam ejusdem extremam, exiguámqe admodum eandem constipanda fuerint, qum partem maximam in prioribus illis exeqendis effluxisse sit necesse. Simul interim juncta cum illis ista, adeò me vehementer constringunt; ut non possim non parentum primorum defectionem in tempus ob ortu primo longiùs dissitum protollere, statuíqe in qo sunt à Deo primitus conditi ac constituti, moram saltem qam diecula unius fuerit, diuturniorem adscribere.

Præsagit animus fore ut à compluribus, eis cumprimis, qi scriptorum consensua concordis æstu secundo, vel deferendos, vel abripiendos etiam, citra examen ullum sese dediderunt, vel imprudentiæ, vel impudentiæ etiam, temeritatis saltem nimiæ reus peragar, qi adversus torrentem amne pleno decurrentem solus, si solus saltem, homo nihili obnitar. Nec sum ignarus virum eruditissimum, & in scriptis Rabbinicis versatissimum, in *Scriptura*, qem inscripsit, *Concentu*, hoc tanqam fidei dogma primarium fidentissimè asserere, *hominem nec diem unum in integritate suâ perstitisse. Hoc à religionis cujusqe assectis ubiqe receptum, lumine qod in tenebris lucet ad id tenendum inducente.* Huc trahere *Talmudicos & Midrashim* illud Hymni 49. v. 13. de Adâ exponendo, *qi in dignitate* primordiali *nec pernoctatus* sit. Addit ex Maimonide in *Moreh chelek*. 2. *perek*, 30. à Judæis id generaliter teneri; nec ullum sese ex eis avdivisse, qi aliter sentiret. *ethnicos Christianos à principio idem tenuisse; Græcos* patres, *Irenæum*, *Chrysostomum*, *Theodoretum*, *Theophylactum*, *ad Cedreni ætatem* usqe idem statuisse; Græcis hodiernis idem in ore, ἧ ἡμέρᾳ ἐπλάσθη, καὶ ἐξεπλάσθη. qod tamen Vir doctissimus parum commodè reddidit, *Eodem die & formatum & deformatum fuisse.* Latinos pariter, cum eruditiores, *Avgustinum & Bernardum*, tum & eruditione tenuissimâ imbutos, qalis apud Chavcerum nostrum *Indulgentiarum proxeneta*. Acerrimè deniqe perstringit, tanqam *avribus*, *oculis*, *mentibus stupendis* præditos, qi dogma istud, *vel pro curioso sive incerto habuerint*, *vel negare dilexerint*. Allusisse videtur Sophocleum illud in Oedipo Rege,

Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα.

Appingit duorum virorum insignia nomina, tanqam qi hac in parte sint lapsi, *P. Martyr*, *& H. Bullinger*, *in Gen.* 3. Qorum apud alterum, Martyrem nempe, nihil qicqam eâ de re eo loci reperio. alterum non habeo, nec an in Genesin scripserit qicqam, avt ex Gesneri ac Simleri laterculo, qi tamen scripta illius in tomos digesta sigillatim accuratiùs recensent, avt ab alio qoqam rescíscere potui. alibi forsan aliâ occasione, qid hac de re senserint, exposuerunt. Hymnodi verò verba qod attinet, Talmudicorum & Allegoretarum (tales sunt Midrashim scriptores) expositiones, parum apud illos sunt ponderis habituri, qi norint, qam miserè, turpiter, putidè, ridiculè scripturas sacrosanctas illi torqeant, lacerent, pervertant, eludant, illudant. tum qi serii magis sunt expositores, in commentariis suis, qos in manibus habemus, Salomon Jairus, Abraham Esdraides, David Camius, unâ cum Targumistâ vetere, alio hic abeunt, nec de protoplasto in commatii istius explicatione qicqam omninò exhibent: mirúmqe mihi fit eruditum *Decaplorum* Avtorem ex Jairo adducere, *Non pernoctabat*] *unâ nocte in integritate non permanebat Adam, sed in fine diei lapsus est.* qod in Jairianis commentariolis non comparet. Rectè interim Esdraides, בל־ילין exponit ex illis Hymni 25. v. 13. נפשו בטוב תלין *In bono commorabitur anima ejus.* Maimonidæ avtem verba, cum ambigva sunt; tum etiamsi id velint, qod Vir doctissimus opinatur, havd est ita magni momenti, qid Judæi Magistri hic statuant, qibus nihil in negotio hoc certi amplius esse poterat, qàm qod scripta Mosaica prodiderunt, qæ nobis ex æqo cum illis patent. nisi si Cabalam oralem in monte Sinaitico Mosi seorsum traditam admittere libuerit. qod sincipitis sani nemo fecerit. De Traditione cum apud Græcos, tum apud Latinos receptâ, qod tantopere jactat, qàm inanes atqe incertæ traditiones fuerint istiusmodi, non possunt esse ignari, qi vel in veterum scriptis, vel in nostrorum cum Pontificiis controversiis, mediocriter etiam sunt versati. Præsto nobis adest λόγος βεβαιότερος, *sermo ille firmior*, pagina sacra, à qâ solâ nobis in rebus fidei lux, clara certáqe eadem, affulget, ea *Lucis* illius, *qæ in tenebris micat*, mentem nobis in his prodit; nec spiritui cuiqam extra hanc qicqam adstruenti fidem adhibere edocti sumus. Inde *lumini* aliqid, qod illos, sive vetustiores, sive recentiores *in opinionem hanc induxisse* affirmat, si protulisset, qod & factu proclivius, si qod esset, fuerat, & ad id firmandum, factum oportuit, qod tam fidenter assertum dabat; necessariò nobis illi concedendum foret, idqe lubentissimè faceremus. Interim cum nihil istiusmodi vel molitus sit, nedum ut præstiterit, nihil cavsæ fuerat, ob qam avt secùs sentientes, avt in re tam incertâ, & à Spiritu Sancto in medio relictâ ἀμφισβητοῦντας, *ambigentes* duntaxat, (nam contradicendi affectum affectationémve qod Viris magnis pisqe eisdem, qorum animos hac in parte pernosse non poterat, tectiùs affingit, est à charitatis Christianæ normâ penitùs dissentaneum) tanqam sensus omnis tam externi qàm interni expertes tam satyricè atqe sarcasticè arroderet. Sed condonandum hoc homini, qi per dotes in qibusdam insigniores Ecclesiæ Dei utilior esse poterat; si non sibi nimium vel arrogasset vel indulsisset. Cum enim in Lingvis Orientalibus, literis præsertim Hebraicis, qæ tunc minùs erant, qàm sunt nunc dierum, familiares, (qemadmodum Hieronymus olim apud sibi coævos) ampliorem plerisqe fuisset peritiam consecutus; tantùm eâ occasione tribuebat sibi, ut dissensum à se in re ullâ ægerrimè ferret, adversúsqe viros cum eruditione tum & pietate insignes, qi placita sua, etiam in rebus qandoqe accessoriis ac leviculis, vel oppugnaverant, vel attentaverant, tanqam qi fidei totius ac religionis firmamenta fundamentáqe concuterent & convellerent, impotentissimè debaccharetur. In suis avtem dilatandis dilavdandisqe ex occasione qavis tam importunus, tam immodicus deprehenditur, ut cerebri læsi etiam nonnullis de se suspicionem moverit. Verùm misso isto, qi præter Traditionem ἄγραφον, Hymniqe commation, à Judæulis qibusdam (qos & nostri forsan qidem imitati sint) perperam habitum, nihil qicqam hîc adduxit: tam illi, qàm & aliis qibusqe, qi hoc ipsum fidenter assertum ierint, alitsqe tenendum idem contenderint, Hominem utiqe primum intra cum ipsum

in

in qo est conditus diem à conditore suo desecisse; in medio eis, qæ in adversum vel hic à nobis, vel ab aliis alibi dissertata sunt, relictis, illud poterit reponi, qod in suis ad Gen. 38. habet Esdraides, עלי הראיה המוציא מחברו h. e. qod in Jure nostro dicitur, *Actori*, sive, *Affirmanti*, *incumbit probatio.* licitúmqe cuivis in rebus istiusmodi vel secùs sentire, vel fidem saltem inhibere, donec is, qi affirmaverit, id qod affirmat, probatum dederit.

Istud ubi absolveram, in scriptores duos incidi, qi qæstione utrinqe disceptatâ, pro parte negante concludunt, è nostris Paræum, è Pontificiis Pererium, qi & præter alios Abulensem idem statuisse testatur, idqe ex maturiore deliberatione, cùm contrà priùs sensisset. Illud obiter monere havd abs re fuerit, qod Michael Glycas *Annal. part.* 1. refert, apud Pyrooem qendam Annalium scriptorem reperiri, *Adamum non ante qadragesimum diem in hortum Edenis introductum*; cum historiæ Mosaicæ tam disertè adversetur; finisse forsan potiùs, non fuisse ultra tot dies in Paradiso commoratum, sive non fuisse ante diem qadragesimom inde ejectum. eo magis, qia tot dies eo loci egisse, visum nonnullis, cum Pererius, tum & à Pererio (puto) Paræus, commemorat uterqe. Ita oec tam generaliter recepta traditio fuerat; & qantumcunqe receptæ, avtoritatis fideiqe parilis, planè cum illâ, qâ Adamus in Golgothâ sepultus perhibetur, eôdem planè loci, ubi mortem perpessus est Christus, cujus sangvine reliqiæ illius fuerint irrigatæ. de qâ (cum aliis, & pluribus, opinor, qàm illa altera astipulatores habet,) Origenes *in Matth.* earum qæ extant *orat.* 25. & Epiphanius *adv. Tatianos hæres. lib.* 1. *tom.* 3. *hær.* 25. *sect.* 5. qo inter Adæ primi lapsi tempus, sepulti locum, ac secundi pro ejusdem delicto mortem perpessi, perpessionisqe locum, paria fierent, traditio utraqe primitùs conficta videtur.

CAPUT III.

A culpâ peractâ reatus animadvertitur. Verba Mosis Gen. 3. 7. expensa; aliterqe paviò qàm plerisqe exposita. Protoplastis acus & filum unde. de veprium spinis Oleastri conjectura. תפר complicare, cooserere, affigere. עָלֶה *ut* frons, *tam* ramum *qàm* folium *designat. Sic Gen. 8. 11. Græci interpretes notati. Epithets ellipsis.* Frons *nunc statum deciduum, nunc perennantem denotat. Vestes prima primis parentibus unde. de Eva textrinâ Epiphanius qid. Esaiæ locus c. 6. v. 2. expenditur. Priscorum qorundam argutiola rejecta.* Pedes tegere, *Hebræis qid.* Pedes, *pro pudendis.* Pedum pilus, *qi.* Sororiare, *&* Fraterculare, *qid. Festus notatus. Pedes Seraphi qos obvelent. Expenditur sententia in mulierem lata, Gen. 3. 16. Basilii Seleuciensis de eâ argutiola.* Conceptus dolores, *minùs commodè dici.* עִצָּבוֹן *qid. Jabetsi nomen unde. Græcorum hallucinatio.* הֵרוֹן *qid.* prægnatus, *sive* prægnatio. הרה prægnans. *Prægnantium affectus.* Venter, *&* Uterus, *promiscuè usurpata. Solariorum usus. Persis stata nulla cibi sumendi tempora. Gellius emendatus.* הרה *&* הר *affinia. unde Amos 1. 18. dictio ambigva. Mulieri difficiliores qàm aliis animantibus partus. nec his tamen difficultatis expertes prorsus. de ibicibus & cervis nugamenta Rabbinica. Primiparis præ aliis graviores cruciatus. Oleastri sententia de partu protelato rejecta. Nonnullarum parturitio minùs molesta. Medus licitis molestias eas levatum & lenitum ire non illicitum. Sententiam in Adam latam interminationis esse, non interdictionis. Picherelliana ejusdem versio.* Sudor nasi, *qid. Hebræa vox.* אפים nasum *primò denotare, tum* faciem totam; *ut* os *Latinis.*

PRæclarum sane Menandri illud apud Joannem Stobæum *tom.* 2. *tit.* 4.

> Ὀυδεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων, πίσιν
> Ἀμαρτάνει τὸ μέγεθ☉, ὕστερον δ' ὁρᾷ.
> *Nemo satis, dum peccat, qid faciat, videt:*
> *Scelere at peracto, atrocitatem intelligit.*

A dum scilicet ut Gregorius *in Job. comment. moral. l.* 15. *c.* 22. *Oculos, qos clavserat culpa, aperit pœna*; vel ipsa etiam qandoqe culpæ jam perpetratæ & præteritæ conscientia. Hoc in generis nostri satoribus primis animadvertere licet. Eis qippe, postqam fructum vetitum gustando culpam in sese admiserant, reclusos & *reseratos oculos* fuisse à Mose perhibetur, *nuditatémqe*, cujus jam pigebat ac pudebat, *perspectam*. Cæterum turpitudini amoliendæ, avt supprimendæ saltem, havd scitè commodéve satis consultum. Sic enim Moses l. 1. c. 3. v. 7. *Cum apertis jam oculis, nudos esse se nossent*,
B ויתפרו עלה תאנה qod vertunt; *Consuerunt folia ficulnea, & fecerunt inde sibi subligacula.* Mihi vero nec *consuere*, nec *folium* illud satisfacit. Siqidem, primo qærere jure liceat, unde illis *acus* & *filum* tunc temporis, qorum ope *folia* illa *consuerent*. Vidit hoc Hieronymus ab Oleastro, sed ad aliud havd minùs ineptum confugit, *avt manu ligando*, inqit, *unum alteri*, *avt vepribus consuendo*, qasi scilicet ex veprium spinis aciculas confecerint sibi, qibus folia illa sibi invicem consuendo connecterent sive conjungerent. hoc enim τὸ תפר significare, idem re-
C ctè monet. Eqidem vix oni, puto, tantum erat, avt curiositatis etiam, in tantâ animorum consternatione, ut foliis sigillatim legendis, & operosiùs cooserendis & contexendis operam navarent supervacaneam, cum ramusculos, termites, palmites possent & decerpere, & ad eum, qem volebant, usum, sibi invicem implexos, negotio minore multò, accommodare. verto itaqe; *Et frondibus complicatis, sive contextis, fecerunt sibi subligacula.* Verbum תפר tam *applicare, complicare, aptare, affigere*; qàm *consuere, & consarcinare* significat. Jobi c. 16. v. 15. שק תפרתי
D עלי גלדי *saccum applicavi, affixi, cuti meæ.* Et Ezek. c. 13. v. 18. מתפרות כסתות *applicantes*, sive *accommodantes pulvillos axillis qorumqe*. certè, ut *conserere*, vel *contexere* istic vertere detur, *consuere* nullo modo licuerit. rectéqe Castellio, *consertus*, non, *consutis*, dixit. Vocem avtem עלה etiamsi Græci ubiqe φύλλον reddiderint, loco uno excepto Jerem. c. 17. v. 8. ubi σελέχη verterunt, cum φύλλα debuissent; tamen non *folium* tantum, sed & *ramum*, *flagellum*, *palmitem*, *termitem* significare, certissimum est. Sic Genes. c. 8. v. 11. עלה זית *ramus olivæ.*
E atqe ita vetus interpres. Et Avgustin. *in Joan. tract.* 6. *Reportavit ad arcam ramum de oliva. Ramus ille & folia & fructum habebat. non sint in te sola verba; non sint in te sola folia. sit fructus; & redis ad arcam. ramum*, sive *frondem* historia dicit; de *fructu* nihil. Sed Græcos is ex parte est secutus interpretes, qi עלה φύλλον *folium* reddidere, טרף κάρφ☉, qod Ambrosius *de Noe c.* 19. *ramum*, Avgustinus ipse *Locution. l.* 1. *surculum* vertit. itaqe incertum est *rami* nomine hoc an illud expressum voluerit. Meliùs, *ramum decerptum*, Junius. qaoqam qod θαλλὸν vertisse LXX. Av-
F gustino dictum adfirmat, apud Avgustinum non reperio. Verùm sic Proverb. c. 11. v. 28. *Qi confidit in divitiis suis, ipse decidet*: (qod Esaias, כעלה *sicut folium, defluet. c.* 64. v. 10.) *justus avtem* כעלה *tanqam ramus, florebit. tanqam ramus.* i. *tanqam ramus virescens, frondescens, efflorescens.* Junius. rectè. ellipsis epitheti: qalem observat Camius, Malach. c. 1. v. 14. *Maledictus est subdolus homo, cui cum masculus.* i. mascula pecus integra & sana, *in grege sit, voti damnas, corruptum domino mactat.* Et Esaiæ c. 1. v. 18. *Si peccata vestra velut coccinea fuerint, tanqam nix exalbescent;*
G *si vermiculi instar rubra fuerint, lana* (candidæ nimirum, necdum intinctæ) *similia fient.* Et ibid. c. 5. v. 4. *Expectavi, ut proferret uvas*, (bonas utiqe, probas, generosas) *& protulit* באשים *fœtidas, viles.* neqe est opus ut labruscas, avt aliud alicujus stirpis plantæve nescio cujus speciem novam hîc comminiscamur. Vides interim pro diverso significatu, ad res non diversas tantùm, sed adversas planè, adumbrandas, atqe adumbrando etiam illustrandas ac depingendas, vocabulum idem, imaginem planè eandem adhiberi. Vates ad statum deciduum delineandum; Parœmiastes ad perennantem describendum, usurpavit. Sed omnium clarissimè Nehemiæ c. 8. v. 15. qo loco, vocabulo isto qinqies reperito, populus σκηνοπηγίας ἑορτὴν, *tabernaculorum festum*, celebrans, narratur, *oli-*

 vas;

ve, pini, myrti, palmæ, arborum aliarum frondosarum, ramos è montanis tulisse. unde *tabernacula*, sive *trichilas*, conficerent sibi, in qibus per dies festos illos hilaria agitarent. neqe enim ex *foliis* meris, opinor, ea erant extructuri. itaqe in Genes. Junius, *folia*, vel *ramos*: Vatablus *folia*, vel *frondes*. imò non *folia*, sed *ramos*, avt si libuerit, *frondes*. nam & *frons* Latinis, qo modo עלה Hebræis, tam *ramum*, qàm & *folium* designat. Cicero *pro Cælio*: *Interclusa frondibus & virgultis via.* Mela *l. 3. c. 10. Folia proximis decisa frondibus.* Flaccus *l. 1. Ep. 3.*

Fronde comas vincit.

Maro *Æneid. l. 2.*

Nos delubra Deûm ——
festâ velamus fronde. ——

Et *l. 4.*

—— —— templum
Velleribus niveis & festâ fronde revinctum.

inde *Frondator* eidem, *Ecloga* 1. ad qem locum Servius; *Tria genera sunt frondatorum: frondator, qi arbores amputat: & qi frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos: & qi manibus vitium folia avellit, qo ardor solis uvam maturiorem reddat.* *Frondibus* igitur *consertis*, non *foliis consutis*, confiebant constabántqe περιζωμάτων. prima illa, *vestium* nomen vix, avt ne vix qidem commerita. At *vestes* primas protoplastis parasse Deus ipse refertur, ex *bestiarum cæsarum pellibus*. qibus indutos, brutis animantibus, qorum vestiebantur exuviis, qàm divino numini, cujus imaginem jam exuerant, similiores propioré sqe pronunciat. vers. 21, 22. Eva verò deinceps (si Epiphanium avdimus *hæres. 78. §. 18.*) viro suo Adæ *ἱμάτια ὕφαινε*, *vestes contexuit*: τὴν ὑφαντικὴν, *artem textoriam*, scilicet à Deo edocta, ut cujus culpâ homo nudatus fuerat, ejusdem operâ etiam amiciretur. Verùm tam ego Epiphanio de *veste contextâ*, qàm de *subligaculis consutis* illis fidem habeo.

Περιζωμάτων istiusmodi vicem videtur obiisse alarum Seraphicarum par alterum: de qibus Esaias c. 6. v. 2. *Seraphi supernè astabant illi: senis alis unusqisqe: qarum binis tegebant faciem suam; binis obtegebant pedes suos: binis avtem volabant.* Hebr. *sex alæ, sex alæ uni.* i. e. senæ unicuiqe. qo modo Ezek. c. 10. v. 21. *qatuor qatuor facies uni, & qatuor alæ uni.* i. qaternæ facies unicuiqe, & alæ qaternæ unicuiqe. De alarum usu ineptiunt Origenes, ejusdémqe insistens vestigiis, in *ad Damasum Epist.* Hieronymus, qum non ipsis, sed Deo utiqe, faciem pedésqe Seraphorum alis obvelatos intelligunt; qo indicetur nimirum, abscondita nobis esse, qæ ante mundum conditum sint à Deo gesta, qæqe à seculi consummatione futura sint; intermedia duntaxat esse mortalium oculis exposita. nec fœlicius saniúsve illis qicqam hic argutatur Bernardus in *concion. solenn. 103.*

Cæterùm alis suis satellites cœlestes, binis faciem binisqe pedes, non solio insidentis, sed suos, obtexisse vult Vates θεόπνευστος καὶ θεοφόρητος; eóqe interpretum pars longè maxima concedit. Inter qos & de *facie obductâ* plerisqe convenit. stuporis avtem id videtur esse, qasi ad divinæ majestatis fulgorem oculos ita perstrictos habentium, ἀντοφθαλμεῖν καὶ ἀντιβλέπειν, *intuentem obtueri & contra adspicere*, non sustineant. Sed nec de *pedibus obnuptis* ambigi videtur, qin ut stuporis illud, ita pudoris istud & verecundiæ indicium existat, qasi vilitatem, nuditatem, immunditiem suam, ad præstantiam puritatémqe divinam collatam deprehendentium, eámqe agnoscere symbolo isto professorum. Verùm de phraseos ipsius notione genuinâ, havd ita liqidò patet; nec interpretum tot ullus qem hactenus viderim videtur advertisse. nos indagabimus saltem; si rus pando forsitan id qod res est, in lucem protractum dare poterimus.

Pedes itaqe *tegere*, non unâ ratione in scriptis sacris dicitur. Primò siqidem *pedes tegere κατ᾽ εὐφημισμὸν* ponitur, pro eo qod est ἀποπατεῖν, *egerere*, *ventrem levare*, *alvum purgare*. Ita usurpatur in historiâ Judicum c. 3. v. 24. ubi de Rege suo avlæ Moabiticæ ministri, *tegit pedes suos in cœnaculi æstivi conclavi.* item Hist. Regum l. 1. c. 24. v. 4. de Savle, *in speluncam secessisse ad tegendum pedes suos.* ubi Jo-

A nathæ Targum *pedes tegere* exponit, *necessitatem suam facere.* qod & apud nos puelluli dicunt, to do their necess. Formulæ rationem veram prodidit Vir Cl. Is. Casavbonus in *notis ad Svetonii Augustum c. 82.* tractam scilicet partim à vestitus laxioris ac prolixioris ritu, qo non Hebræi soli, sed Romani Græciqe veteres etiam utebantur; partim à τῶν περὶ κοιλιολυσίαν ὄντων gestu. unde Vatablus, *egerentium gestus.* qum enim ejusmodi vestes forent, necesse erat, ut corpore ad ventris onus deponendum inclinato, defluentes laciniæ pedes obtegerent. hinc Græcis in mentione

B ventrem levantium, vestis καθίλκεσθαι καὶ ἀνέλκεσθαι dicitur. Herodianus in *Macrino*, l. 4. c. 13. §. 11. τὰς ἐσθῆτος τῶν μηρῶν καθέλκεσθαι, *subligacula sibi detrahere.* Proinde qod de Savle dicitur, *in speluncam ingressus est ad tegendum pedes*; id LXX qi dicuntur, reddiderunt, εἰς τὸ παρασκευάσασθαι, i. *ad præparandum*, uti codices nunc habent, vel potiùs, uti Theodoretus exhibet in Reg. l. 1. qæst. 56. εἰς τὸ ἀποσκευάσασθαι. i. *ad deponendum*, onus ventris scilicet, Aqila, εἰς τὸ ἀποκενῶσαι. *ad evacuandum.* Josephus *Antiq. l. 6. c. 14.* ἐπὶ τὰ τῆς φύσεως. *ad natura requisita*; sive, ut ex eodem Theo-

C doretus ἐξηγητικῶς, (neqe enim ipsa sunt Josephi verba) τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις ποιήσασθαι, *ut excretiones naturales faceret.* Joannes Zonaras *Annal. tom. 1.* εἰς ἀπόπατον, *ad latrinam.* Vet. Lat. *ut purgaret ventrem.* In Eglonis avtem historiâ qod est pariter dictum, Græci nonnulli, περὶ δίφρους καθῆσθαι ἐν τῷ ἀποχωρητῷ τοῦ κοιτῶνος, *sella familiarica insidet in cubiculi secessu.* Vet. Lat. *ventrem purgat.* At LXX. ἀποκενοῖ τοὺς πόδας αὐτοῦ. *evacuat pedes suos.* ubi *pedum* nomine, Drusius in *notis ad Judic.* intelligi vult, *id qo viri sumus*; ut cum dicimus, *aqa pedum*, pro lotio, sive urinâ. Ve-

D rùm non videtur interpretatio ista loco huic qadrare satis. neqe enim, opinor, σφυγγισμὸν, *subsidium*, pati Regem suum existimabant avlici, ut in vesicâ evacuandâ moram tam diuturnam traheret.

Pedes tamen ἀντὶ τῶν αἰδοίων, pro partibus verendis, usurpari constat. qod & Vir doctissimus idem in *per epist. qæst. c. 35.* monuit. isqe revera vocabuli usus, ad genuinam loci prophetici mentem, qasi manu nos ducit. Sic enim Vatis ejusdem c. 36. v. 12. & Hist. Reg. l. 4. c. 18. v. 27. pro eo qod שׁיני scribitur, i. *lotium*, *urinam*, legunt Ju-

E dæi מימי רגלי *aqam pedum.* qod nec idem tacuit, *Observ. l. 15. c. 15.* pro qo Plinius, *aqam per pedes fluentem* dixit, *Hist. natur. l. 30. c. 7. Præsentem dolorem levari, si qis aqam per pedes fluentem havrire sustineat.* qod & Alberico Gentili in *lect. Virgil. c. 13.* est animadversum. Huc faciunt & è Mose illa: qod Jacobus patriarcha in Testamento condendo, Gen. c. 49. v. 10. *Non deficiet sceptrum è Juda, neqe Legislator ab inter pedes ejus*, sive, *è medio pedum ejus.* ubi LXX. ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ. Lat. Vet. *è femoribus ejus.* i. è posteris, ex ab eo progenitis & propagatis. De qo loco,

F ex Doctorum qorundam Hebræorum sententiâ Vatablus, *De semine ejus, qod egreditur de inter pedes ejus. allusit ad situm pudendorum; qæ sunt instrumenta generationis.* Et Drusius itidem *qæst. l. 1. c. 36. Labor*, inqit, *ut credam significari semen qod per pedes ejicitur, figurâ notâ. nam qòd alii pedum nomine femora intelligunt, inter qæ semen emittitur, non probo.* Sed nec ipse, qod adscripsit Abraham Esdraides, (qem tamen Calvinus secutus est) *locum respici, qem scribæ obtinebant, ad, vel inter pedes judicum.* avt etiam qod Junius adnotavit; *Sumptum esse à parentibus, ad qorum pe-*

G *des educantur liberi: qemadmodum etiam ad genua dicuntur educari, infra c. 50. v. 23.* miror magis, qòd, cum ita interpretatur, *similem* ait *locutionem* haberi *Devt. c. 28. v. 57.* Siqidem locus ille, aliò planè spectat, eòdémqe diserte, qò nos istic collineamus. ubi in comminationibus divinis sic legitur; *Mulier comedet* שליתה χόριον LXX. *corium illud*, *secundinas* vocitant, qo embryo in utero materno adhuc constitutus involvitur. i. *fœtum corio illo involutum; qod exit ab inter pedes suos*, sive, *è medio pedum suorum.* Septuaginta rursus, τὸ ἐξελθὸν διὰ τῶν μηρῶν αὐτῆς. Lat. *qæ egrediuntur de medio feminum ejus.* qo loco, non puerulorum ad pedes genuáve educatio, sed infantium ex utero materno eductio, & è membranis, qibus involuti prodeunt, evolutio atqe exclusio, alluduntur. Deniqe ne longius abeamus, avt

ulterius

ulteriùs dissertationem istam protrahamus, sicut *aqa pedum*, pro lotio, qod è pudendis exit; ita *pilus pedum*, capite huic proximo, pro *pube*, sive pilo, qi circa partes illas enascitur, usurpatus deprehenditur: de qo & Ezek. c. 16. v. 7. *Ubera tua sororiaverant.* ita scitè Junius, Plavtino usus vocabulo; apud qem in *Frivolaria*, nescio qis,

> —— —— *tunc papilla primùm*
> *Fraterculabant. illud volui dicere,*
> *Sororiabant.* —— ——

unde tamen sine fundo Festus colligit, *fraterculari dici puerorum mammas, cum primùm tumescunt*, sicut *sororiare puellarum.* cum vocabulum prius illud merè fictitium existat, qod ludendo ille, qasi per lingvæ lapsum alterius vice protulisse videri voluit. verùm ita expressit havd inepte Vir Cl. qod שדים נכנו Hebraica habent. Seqitur, *Et germinaverat pilus tuus. pilus*, inqam, non *capitis*, sed *pubis*. itaqe rectè doctissimus interpres idem, *pubes effecta eras, nubilis, & apta viro; qod hîc duobus signis exprimitur.* Sic ergo & Vates noster, qasi interpres ipse sui, cap. 7. v. 20. *Abradet Dominus novaculâ conductitiâ, caput*, (sive, *pilum capitis*) *& pilum pedum. & barbam qoqe ipsam vastabit.* qo loco, *pilus pedum*, cum à *verticis mentiqe* pilo distingvatur, alius qam *pubis* esse non potest. Huic affine est, qod plebis nostratis ore jactatur, *sagæ indicium esse, cui vetula inter bullucem utrumqe* (sic enim loqi amant) *pilus nullus suppetit*, qasi in partibus secretioribus illis mulierculæ ejusmodi à dæmone familiari suo (uti appellant) depilari consvêverint. Nec longiùs abit, qod in eodem Ezekielis c. 16. v. 25. dicitur, *Aperuisti pedes tuos cuilibet transeunti.* qod Sirachides, ὡς χωριστότερον pavlò, c. 26. v. 15. *ad palum omnem sessitura, & ad telum qodvis pharetram apertura est. Pedes* itaqe familiari admodum Hebræis formulâ loqendi pro partibus verendis usurpantur. Partes avtem illæ, cum τὰ τοῦ σώματος ἀπρεπέστερα καὶ ἀσχημονέστερα, *pro corporis humani inhonestioribus minúsqe decoris* habeantur; (Cor. Ep. 1. c. 12. v. 23.) inde fit, ut spiritus illi cœlestes, dum effigie humanâ qasi convestiti comparent, dicuntur, *alis alteris obvelare sibi pedes.* i. e. partes illas, qarum protoplastis jam lapsis obtegendi cura prima ac præcipua fuerat, qasqe ab aliorum conspectu cohibendas & cooperiendas esse, natura eos, qi verecundiam omnem non excussere prorsus, universos planè edocuit. Atqe hanc genuinam loci mentem, verbiqe notionem veram esse, jam olim ariolatum, firmavit ampliùs, qod in Villalpandi *Tabulis* ad Templi delineationem Ezekielicam adjectis, Cherubos ita depictos posteà deprehendi, ut alis invicem complicatis partes illas obumbrarent. Post & in Salomonem Glassium incidi, qi *Philolog. Sacra lib. 1. tract. 3. sect. 8.* Sanctium pariter locum hunc esse interpretatum monet. Sed ad Mosem historiámqe primordialem regrediamur.

In eâdem historiâ, commatio 16. refertur sententia in mulierem à Deo lata. eâ *partus & parturitionis dolores* præcipuè denunciantur: de qibus festivè pro more suo Basilius Seleuciensis *orat.* 3. ἐξ ὧν τῆς ἐντολῆς καρπὸν μὴ φυλάξῃ, τοὺς λαγόνας ὠδίνων καρπώσῃ. *Qa fructus interdicto non pepercisti, circa ventris tui fructus dolores es expertura.* ut torminalis instar unedonis fructus ille habuerit, qæ intestinos mulieri sit conciliatura cruciatus, in fœtu tum gestando, tum & enitendo. Sed Mosem ipsum Dei verba recitantem avdiamus. הרבה ארבה עצבונך והרנך בעצב תלדי בנים Græcus: Πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου καὶ τὸν στεναγμόν σου; ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. Et Castellio. *Ego te multis doloribus ærumnisqe afficiam: tu natos cum dolore paries.* Vetus Lat. *multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios.* Pagninus: *Multiplicando multiplicabo dolorem tuum, & conceptum tuum: cum dolore paries filios.* Junius: *Admodum multiplico* (sive, *valde multiplicabo*; Piscator) *dolorem tuum, etiam conceptus tui: in* (*cum*, Piscator) *dolore paries liberos.* Ego malim, *Augendo avgebo dolorem tuum*; hoc est, insigniter avgebo, dolore insigni afficiam te. nam הרבה tam *avgere*, qàm *multiplicare* significat, tam *magnitudinis* qàm *multitudinis* notionem habet. qanqam benè factum, cum sic vertissent, qod *etiam conceptus*, potiùs qàm, *& conceptus*, reddidere, ut ἓν διὰ δυοῖν dictum sit; ne proles numerosa ex conceptu freqentiori, promissa magis, (cum benedictionis, & beneficii istud sit) qam denunciata videatur. Picherellus pariter; *conceptum tuum & dolorem tuum*: i. e. *conceptus tui dolorem*; sive, *conceptionis tuorum dolores.* Sic Matth. c. 4. v. 16. ex Esai. c. 9. v. 2. Græco, *in regione & umbrâ mortis.* i. e. *in regione umbræ mortis*; ex Job. c. 10. v. 20. Sic qod Gen. c. 2. v. 7. est πνοὴ ζωῆς, Act. c. 17. v. 25. legitur, ζωὴν καὶ πνοήν. Qod Reg. l. 1. c. 10. v. 9. & alibi sæpe est, *Judicium & justitia.* & Maccab. l. 1. c. 2. v. 29. *Justitia & judicium*, in Græco legitur Devt. c. 16. v. 18. in Hebr. *Judicium justitiæ.* i. e. ut Hieronymus, *Justum judicium.* Sic Virgiliana loca, *In brevia & Syrtes; Molémqe & montes; Radiis & avro.* interpretatur Servius, *In brevia Syrtium, Molem montium, Radiis avri*, sive *avreis.* docens esse ἓν διὰ δυοῖν. Hæc ille Vir doctissimus. Et esse qidem crebras formulas hasce, negari non potest. Sed nec locum hic habere ego inficias iverim. cæterum qòd τὸ הרון qasi unanimi consensu *conceptum* vertere, havd itidem probandum censuerim. Etenim *conceptus dolores* qis unqam fando accepit? in conceptu lubentia magis consvevit esse, in gestatione & parturitione anxietas: qæ verbo עצב & עצבון hic aptissime exprimitur; cum eæ voces τὰς ὠδῖνας, i. τὰς τῶν ἐγκυμόνων θλιβομένων καὶ τικτουσῶν ὠδῖνας καὶ λύπας, *prægnantium, parturientium, & parientium dolores ac cruciatus*, propriè designare videantur. (licet & חיל Hymn. 48. v. 6. & חבל Esaiæ c. 66. v. 7. pro eisdem usurpentur) unde & יעבץ *Jabetsi* nomen proli indidit mater μογοστόκος, qia בעצב *cum dolore genuerat*, vel *pepererat eum.* Annal. l. 1. c. 4. v. 9. qo loco Græcus Ἰγαβής, & ὡς διασάφησιν qasi à נבל sive יבל nomen esset deductum. Non possum itaqe avt Abrahæ Esdraidæ hic assentiri, qi עצבין nomine vult hic *dolorem* significare בעת העני בצאת דם בתולים qam virgunculæ in *congressu* primo experiuntur, respectu ad illa habito, Devt. c. 22. v. 15. voce proximâ, eum qem in conceptu, qem כבר *gravem*, non minùs qàm partum esse vult, qi membro tertio designetur; avt Salomoni Jairo, qi primo vult עצר תגדול *molestiam educationis*, secundo העבור *congressus*, an *conceptus*, an *impregnationis* Job. c. 21. v. 10. tertio הלדה *partus* denotari. Neqe verò satis hîc fuerit, *conceptus* nomine *prolem* ipsam, sive *rem conceptam* intelligere. licet הריון ita usurpetur Ruth. c. 4. v. 13. *Et dedit illi Dominus conceptum.* i. sobolem, *& peperit filium.* Sed & Latinis *conceptus* eo sensu sumitur: unde *mortuus conceptus* Plinio *l.* 20. *c.* 22. neqe enim conceptæ prolis, sed gestantis parientisqe dolores hi. Sed nec per Synecdochen totum uteri ferendi spatium *conceptus* nomine designari, qia is est alter intervalli terminus. (Varro *de re rustic. l. 2. c. 1. Faturam appello à conceptu ad partum: hi enim prægnationis primi & extremi fines.*) neqe enim à conceptu statim incommoda illa, qæ prægnantes infestant, mulieres invadunt. *Decimo à conceptu die* (inqit Plinius *l. 7. c. 6.*) *dolores capitis, oculorum vertigines tenebræqe, fastidium in cibos, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. Sed plurimum langvoris capillum germinante partu.* Hæc avtem ille plurimum ab Aristotele habuit, cujus hæc sunt *Histor. Animal. l. 7. c. 4.* Μετὰ δὲ τὰς συλλήψεις αἱ γυναῖκες βαρύνονται τὸ σῶμα πᾶν, καὶ σκότοι περὶ τῶν ὀμμάτων, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ γίνονται πόνοι· ταῖς μὲν ταῦτα θᾶττον, καὶ σχεδὸν δεκαταίαις γίνονται, ταῖς δὲ βραδύτερον· ἔτι δὲ ναυτιᾶν, καὶ ἐμέτους λαμβάνουσι ταῖς πλείσταις. πολλαῖς δὲ καὶ πολλάκις καὶ στραγγουρίαι γίνονται τὸ τελευταῖον. καὶ πολλαῖς περὶ τὰ σκέλη οἰδήματα. οἴονται δὲ τῶν κυουσῶν αἱ ἐπιθυμίαι γίνεσθαι παντοδαπαί, καὶ μεταβάλλειν ὀξέως. ὃ καλοῦσί τινες κιττᾶν· μάλιστα δὲ ὅταν ἄρχωνται τὰ παιδία τρίχας φύειν. *Evenit ut mulieres à conceptu corpus totum gravemur, & oculorum caligines, & dolores capitis moveantur. Qa aliis maturius, & fere die decimo accidunt, aliis serius: nausea item & vomitus plurimas capiunt: multas etiam multas destillatio urinæ ad postremum infestat: multis etiam tumores exuberationesqe carnis in cruribus incidunt: solent appetitus varii gravidis evenire, citoqe commutari, qod picare qidam à pica ave denominant, præcipue tunc fastidiunt, cum fœtus capillus oriri incipit.* Itaqe Oleastrius havd absurdè הריון *gravidationem* vult verti. mihi optio si detur, *prægnatum*

gnatum prætulerim; qam vocem apud Tertullianum alicubi memini legisse; vel *pragnationem* etiam, qâ Varronem usum ostendimus. Verbum הרה propriè *pragnantem esse*. ἐν γαστρὶ ἔχειν, qo modo Græci LXX. reddidere. Genes. c. 16. v. 4. ubi vidit, כי הרתה *pragnantem se esse*, ὅτι ἐν γαστρὶ ἔχει. Græc. Judic. c. 13. v. 3. והרית *pragnans futura es*. Græc. ἐν γαστρὶ ἕξεις. Inde Ischomacho jocus qæsitus, qi mendicam torminibus vexatam percontanti medico, μὴ ἐν γαστρὶ ἔχῃ, *num in ventre haberet*, regessit, πῶς γε, τριταία μὴ βεβρωκυῖα; *qi potest, qa triduo toto nihil gustaverit*. de fœtu ille qærebat; hic de cibo respondit. refert Athenæus *dipnosoph. l. 10.* Cui affine, sed serium, Septimii illud; *de jejun. c. 7. Anna retro sterilis impetravit à Deo inanem cibo ventrem filio implere. Ventrem* & *uterum* promiscuè dixere. Esuriens in Plavti Bœotiâ parasitus, lavdante Gellio, *Noct. Attic. l. 3. c. 3.*

Ut illum Dii perdant, primus qi horas repperit,
Qiqe adeo primus hic statuit solarium,
Qi mihi comminuit misero articulatim diem.
Nam me puero uterus hic erat solarium,
Multo omnium istorum optimum & verissimum.
Ubi iste monebat esse: nisi cum nihil erat.
Nunc etiam qod est, non est, nisi soli lubet.

Qô alludens Ammianus *Histor. l. 23.* de Persis. *Nec apud eos extra regales mensas, hora est præstituta prandendi: sed venter unicuiqe velut solarium est; eoqe monente, qod inciderit, editur.* qanqam hoc *belluarum* esse censet Cassiodorus *Variar. l. 1. Ep. 46. ex ventris esurie horas sentire, & non habere certum, qod constat humanis usibus attributum.* Ita qod *uterum* Comicus, *ventrem* historicus dixit. In Comici verò verbis mendum subesse suspicor, cum sincera tamen videri possint. Mitto qod A. Gellii codices qidam pro *iste ipse* exhibent, qia vitiosum hoc existimo: qanqam in eodem versiculo forsan pro *esse* fuit *esum est. ubi iste monebat, esum est.* ita enim, uti concipitur, pendet sententia. nec animo facit satis, qod Vir Clarissimus in *Exercit. Plinian.* exhibet, *Ibi iste monebat esse*, &c. Verùm illud, *Multo omnium istorum optimum*, avtumo fuisse, *Multo omnium ictorum optimum*. icta dixit *solaria*, qæ cœli ictibus, ad parietem, vel in pilis & columnis, erant delineata. *omnium ictorum optimum*, pro, ictis omnibus melius ac præstantius. Superlativum pro comparativo: de qo alibi monemus. Sed de viâ in semitam. A verbo הרה *pragnantem esse*, fit nomen verbale הרה *pragnans*, ἐν γαστρὶ ἔχουσα, ut Græci, Matth. c. 1. v. 18. & c. 24. v. 19. & Apoc. c. 12. v. 2. Sic de virgine Deiparâ Esaias c. 7. v. 14. *Ecce virgo* הרה *pragnans futura est*. qod Matthæus c. 1. v. 23. reddidit, ἐν γαστρὶ ἕξει. Sic Davidi Bathsheba Reg. l. 2. c. 11. v. 5. הרה אנכי ἐγώ εἰμι ἐν γαστρὶ ἔχουσα, LXX. *pragnans sum ego*. Sic Hagari angelus Genes. c. 16. v. 11. הנך הרה *ecce tu pragnans es*. LXX. ἐν γαστρὶ ἔχεις. & Histor. Reg. l. 1. c. 4. v. 19. הרה ללדת *pragnans*, sive *gravida*, *partui vicina*; qod Græci ἐπίτοκον dicunt, & τοκάδα Cratinus, uti Pollux docet l. 2. c. 2. Joannes Apoc. c. 12. v. 2. Ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν. *Parturientem & distortam ad pariendum*. Habet ea vox affinitatem cum הר qod *montem* designat; unde & ὄρος Græcum. qia prægnantibus uterus montis instar intumescere & attolli solet. unde Statio *Theb. l. 12. Certa tumentis spes uteri*. Sed & prægnantium speciem montes qodammodo præ se ferunt. Notum est ex Plutarcho in *Agesil.* & Athenæi *l. 14.* illud Regis Ægyptii, qo Agesilaum perstrinxit: Ὤδινεν ὄρος. Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο. τὸ δ' ἔτεκεν μῦν. *Mons parturiit: Jupiter expavit: murem avtem ille peperit*: Et Flacci illud in *arte poetic.*

Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus.

tractum utrumqe a parœmiâ vetere,

Ὤδινεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέτεκεν.
Mons parturibat, deinde murem prodidit.

vel ab apologo Æsopico, qem ex Porphyrionis *ad Flaccum commentariis* habeas. Hinc factum ut הרות Amos c. 1. v. 13. alii de *mulieribus pragnantibus discissis* intelligant, ut Hosh. c. 13. v. 16. & Reg. l. 4. c. 15. v. 16. in qibus est Salomon Jarius; alii de *montibus terminalibus dissectis*, sive *urbibus muniis*, qòd instar montium habeant, *effractis & eversis*, accipiunt. in qibus est Paraphrastes Chaldæus & David Camius; qi cum Abrahi Ezraide, tamen utrumqe proponit. & istud, opinor, vero propius. Proinde עצבוני הרון sunt *pragnationis*, sive *gestationis dolores*, diuturniores illi qidem, sed lentiores; qibus parturitionis partúsqe ipsius, minus plerumqe diuturni, sed acutiores & acerbiores succedunt: unde factum ut angustiæ anxietatésqe gravissimæ qævis ac vehementissimæ *parturientium cruciatibus* conferri consveverint, freqens admodum ea in sacris scriptis collatio. Hymn. 48. v. 6. Esai. c. 13. v. 8. & c. 26. v. 17. Jerem. c. 6. v. 24. & c. 22. v. 23. & c. 49. v. 24. & c. 50. v. 43. Hosh. c. 13. v. 13. Mica. c. 4. v. 10. Homerus item *Iliad.* λ. v. 269. de Agamemnone in pugnâ vulnerato, & ex vulnere siccato cruciatus gravissimos perpesso:

Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα,
Δριμύ, τό τε προϊεῖσι μογοστόκοι Εἰλείθυιαι
Ἥρης θυγατέρες πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι·
Ὣς ὀξεῖ' ὀδύναι δῦνον μένος Ἀτρείδαο.
Parturiens veluti mulier qando icta sagittâ
Acri & acutâ illâ fuerit, qam miserit alma
Filia Junonis Lucina, doloris acerbi
Materiam prabens, & difficiles enixus:
Sic gravis Atrida penetrabat cor cruciatus.

Nec animadversione indignum, qod Aristoteles observat *Histor. Animal. l. 7. c. 9. mulierem* præ omnibus, qæ uterum ferunt, animantibus, maximâ cum difficultate eniti. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ζώοις οὐκ ἐπίπονοι γίνονται οἱ τόκοι. ἀλλὰ μετρίως ἐπίδηλά ἐστιν ὀχλούμενα τῷ ἄλγει· ταῖς δὲ γυναιξὶ συμβαίνουσιν οἱ πόνοι ἰσχυρότεροι. *Aliis*, inqit, *animalibus non sunt partus laboriosi: sed apparet mitiores minúsqe molestos ea nixus experiri. at mulieribus dolores vehementiores obveniunt*: qod nos αὐτολεξεὶ planè dicimus, Have stronger labour. Verum qod dicit, οὐκ ἐπίπονοι, *non sunt laboriosi*: cum micâ salis, uti Juristæ loquntur, sumendum: ut non adeò laboriosi, graves, molesti intelligantur. Siqidem & de cervis, & capreis, sive rupicapris Dominus Jobi c. 39. v. 3. *Incurvant sese, excludunt* (sive, diffindunt & dissecant se edendo) *partus suos, emittunt dolores suos*. i. fœtus, qos enitendo, dolores & cruciatus experiuntur. neqe enim Junio accedo, qi illud de *fœtu* ipso, istud de *fœtus involucro* accipit; & ad *seseleos avíqe usum* refert, ex Aristotele *Hist. Animal. l. 9. c. 5.* & Plinio *l. 8. c. 32.* qibus illæ ante partum, qo faciliùs enitantur, à partu, qo commodiùs purgentur, vesci solenne habeant. nam putidissima planè sunt illa R. Jairi; qi *ibices*, sive *rupicapras* ait, *cum fœtus suos ederint, jam partus propinqas, rupem celsam ascendere, unde partus, praceps dum provuit, intereat; sed aqilam intervenientem, fœtum abreptum ab interitu vindicare: cervis itidem, cum per matricis angustias fœtum edere neqeant, presto adesse draconem, qi morsu matricis os aperiat, qo faciliùs commodiúsqe ea parere possint*. Cæterùm mulieribus difficiliores esse partus, qàm reliqis animantibus, inde patet, qod illæ ad fœtum enitendum alienâ ope non indigeant, sed obstetricentur ipsæ sibi, qum mulieres etiam ope artéqe opus habeant alienâ; Et nec citra hanc commodè ferè unqam pariant, & eâ etiam adjutæ, cum cruciatus graves nihilominùs plurimùm perpetiantur, adeò ut in ipso sæpenumerò intereant puerperio, tum ita plerumqe infirmentur, ut decumbere ad dies saltem aliqot cogantur: qod nulli alii animali à partu edito usu venit.

Qemadmodum avtem in *muliere*, qàm in alio qovis animante, ita in *primiparâ* præ aliis graviores sævioresqe dolores isti. Medicorum princeps *de Natur. Puer.* Μάλιστα δὲ πονέονται αἱ γυναῖκες ἐν τῷ τόκῳ, καὶ τῶν λοχείων αἱ πρωτοτόκοι. *Maxime mulieres in partu dolent, & in secundis primipara*. Inde Jerem. c. 4. v. 31. *Vocem qasi parturientis audio; angustiam, qasi primipara*. Hujus itaqe partus jam propinqæ gestum per doloris cruciatúsqe impatientiam graphice admodum sic depingit Oppianus *de venat. l. 1.* 493. dum canem venaticum prædam investigantem huic comparat.

Ὡς δ' ὅτε τις κούρη ὠδίνων ἀμφὶ μελῶν ἀλεγεινὴ
Πρωτοτόκος λοχίῃσιν ὑπ' ὠδίνεσσι τυπεῖσα,
Αὐτίκα μὲν πλοκάμους, λύσεν δ' ἀπὸ δαίδαλα μαζῶν.

Ἡ δ'

Ἡ δ᾽ ἀχίται, ὀφλάν τε καὶ ἀκρήδεμνος ἰοῦσα,
Στεφαῖται πάντῃ τῷ δώματι, ᾗ μογέουσα,
Ἄλλοτε μὲν τεθόλεμον μετανίσσετ᾽, ἄλλοτε δ᾽ αὖτε
Ἐς λέχος ἤϊεν, ποτὶ δ᾽ ἐν κονίῃσι ῥιφεῖσα
Καινὰ ῥοδάλησιν ἀποσμύχουσα παρειάς.
Ὡς ἄρα θυμοβόροισιν ἀϊσσέμεν ὠδίνεσσι,
Τῇ ᾗ τῇ ἤϊεν τε, καὶ ἴξενε ἐπιοῦσα
Πάντα λίθον, καὶ πάντα λόφον, καὶ πᾶσαν ἄλγεα,
Δένδρεα δ᾽, ἡμεράδας τε, ᾗ πιτυάς, καὶ αἰγανέας.
Primipara ad Lunam ut decimam cruciatibus usqe
Crebrus, qi partum praeunt, perstricta puella,
Et crines solvit, solvitqe à pectore vittas;
Tum misera, abscissa tunicá, paßisqe capillis,
Pérqe ædes passim discurrit, & alta dolore,
Nunc in vestibulum se proripit, inde revecta
Projicit in lectum, avt in pulvere dira volutans
Ejulat, atqe genas roseas sibi lancinat ungve:
Vexatus fit ille animum mordente dolore,
Huc illuc fertur, scrutatúrqe undiqe cuncta,
Collem omnem, saxum omne, nec ulla avt semita narem,
Avt stirps, avt vitis, sepésve, avt arca fallit.

Nec possum tamen Oleastri sententiam probare. qi *gestationis tempus protelatum* vult mulieri ex divinâ hac censurâ, ut *gravidatio* (uti ille loqitur) ei *multiplicata* dicatur, qòd *longiori tempore fœtum gestare cogeretur*; qum alioqi concepto semine, formatóqe fœtu statim fuisset editura, non avtem per menses novem partum molestè præstolatura. Neqe enim hoc in reliqis animantibus videmus usu venire, ut à formatione statim fœtum enitantur: nec necessarium erat; ut, si tempus consvetum expectaretur, vel gestatio molesta, vel partus etiam difficilior idcirco fieret. D qare enim uteri gestatio in eâ sorte molestiam crearet ullam, qæ ægritudine intemperiéqe omni corporeâ immunis prorsus erat futura? qare cum difficultate ac dolore partus tunc temporis necessariò conjunctus censeretur, cum etiam in statu isto, qi nunc obtinet, imbecillitatis atqe ærumnæ fœto, citra insignem ullam, avt difficultatem, avt infirmitatem, qæ parturiant pariantqe, reperiantur nonnullæ? De Hibernis nostris narrant hoc, qi in partibus illis degerunt aliqandiu, partui propinqam nonnunqam à mensa recedere, & utero levato post pavlo ad vescendum reverti. E De Illyricis Varro *rei rustica l.2.c.10. pragnantem* sæpe, *cum venit pariendi tempus, non longè ab opere discedere; ibiqe enixam puerum referre, qem non peperisse, sed invenisse putes.* qod si corporis exercitio, opéqe ac arte humanâ procurari potest, ut partus mitiores minusqe difficiles fiant, qidni munere beneficióqe divino, absqe cursus naturalis, qem alibi obtinere cernimus, immutatione, doloris difficultatísqe omnis exors mulieri partus obtingere potuerit? Verùm qæri poterit, an modis ullis licitè detur abuti, ad partus mitigandos, & dolores hosce leniendos: & an hoc F non sit divinam velle sententiam revellere, avt censuram etiam cœlestem subterfugere. Cui ego qæsito sic respondeam: tam licere modis medisqe ordinariis, nec alioqi illicitis, dolores difficultatésqe istiusmodi mulieribus levare; qàm eisdem geminisve morbos qosvis, gestationísqe incommoda, avt vitæ hujus mortalis ærumnas molestiásqe, qantum in nobis est, depellere & amoliri, nec censuræ divinæ ratione illâ contraimus magis, qàm & istâ.

Qin & illud observatum velim, verba illa sententiæ in Adam latæ, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, ibid. v. 19. G interminati, non interdicti rationem habere. itaqe periocham istam havd satis commodè usurpare, qi eam adversus homines desides & ignavos, etiamsi censurâ notáqe gravissimâ planè havd indignos, intorqent, & inde probatum eunt, teneri unumqemqe ad certum vitæ, in qo se sedulò jugitérqe exerceat atqe desudet, institutum aliqod arripiendum. Neqe enim illic *labor incessatus*, sedulitásve *injungitur*, qæ & ante lapsum obtinebat; sed labori necessario, comes jam familiaris futura, *ærumna, lassitudo*, tædium *adjungitur*. qæ lenire tamen, modò ne officium defugiendo id fiat, nemini unqam negatum est. Ac proinde censuræ justissimæ fundus infirmus substernitur, ubi ex his verbis homines desidiosi redargauntur.

A Illud denique ubi adjectum fuerit, caput hoc clavdam. Qod hic Hebraicè dicitur, בזעת אפך *In sudore vultus tui*, reddunt pleriqe. At Picherellus, *Nasi tui sudore*. Verbo, inqit, significantiore, *sudorem nasi* appellat maximum laborem, qo in fronte conceptus sudor, guttatim per nasum defluit. Et vox qidem Hebraica primariò *nasum* denotat, qod & ortus indicat, tum συνεκδοχικῶς *faciem*, sive vultum: qo modo *os* Latinis, in Nasoniano illo *fab. l. 1.*

Os homini sublime dedit. ——

B Potéstqe in *nasi* nomine emphasis esse aliqa. Sed de hoc viderint eruditi.

CAPUT IV.

Deum in justificatis delinqentibus peccatum nutiqam videre, Libertinorum avt hujus dogma absurdum & impium. Qatenus non agnoscat, ex orthodoxis priscis definitum. Hymn. 32. 1, 2. & 85. 2. pie priscis explicata. Ruffini expositio rejecta. C *Et ratione & religione alienum ostenditur dogma, qo à suorum delictis simpliciter cernendis numen arcetur. Balaami dictum Num. 23. 21. in hanc mentem detortum discutitur. A dogmatis illius favtoribus perperam, & adversus suam ipsorum sententiam, adhibitum. Aliorum etiam expositiones minus commodæ, rejecta. Idololatria in cœtu qoqe Israelitis exercita.* חטא *an pro idolo usurpetur. Idolis nomen* און *qâ ratione detur.* און *&* עמל *qid propriè significent.* און *&* עון *objectivè usurpata.* חמס *itidem &* קללה D *Sic Græcis πονηρία, & ἁμαρτία. Lux hinc variis locis data, Hymn. 49. 6. & 65. 14. & 119. 133. Heb. 12. 6.* Circumcisio *pro circumcisis.* ἀκροβυστία *qid, & unde tractum.* ב adversus. *Visio divina duplex, contemplationis, & comprobationis. Habakkuki verba cum Balaami dicto commissa.*

EXorta est seculo hoc nostro, (qo, prout libertatis vel licentiæ potius avidum nimis est ingenium humanum, *διστεβείας πρόσχημα*, sive *μόρφωσιν*, *pietatis* E *specimen*, qod Pavlus dicit, ad Timoth. Ep. 2. c. 3. v. 5. *κακίας ἐπικάλυμμα, malitia operimentum*, uti Petrus loqitur, Epist. 1. c. 2. v. 16. faciunt havd pavci) nova hominum secta, qi in salutis Christianæ negotio, qo justificationi coram Deo nostræ, non primas tantùm concedant, sed totum planè deferant, nec sanctificationi qicqam reliqi faciant, locumve aliqem largiantur, Deum contendunt in hominibus jam justificatis, sibiqe in Christo suo reconciliatis, peccati culpæqe nihil prorsus intueri. Dogma absurdum sane, & qod numen omniscium, ut cum scholâ F loqar, planè neget. Concedimus qidem lubentes, Deum, prout & hominem, ubi culpam aliqam adversus se admissam, verè integreqe remiserit, non ad eam jam magis animum adjicere, eâve hactenus saltem affici, ut adversus eum, qi admiserit, animum vel infestum vel infensum gerat, qam si ne videat, avt ne norit qidem. Atqe hoc est qod Avgustinus, enarrans Psaltæ illud Hymno 32. v. 1. *Beati, qibus remissa sunt iniqitates, & qorum obtecta sunt peccata*; (cui geminum planè & illud, Hymn. 85. v. 2. *Condonaveras iniqitatem populi tui; peccatum eorum omne obtexeras*) *Si vo-* G *luit tegere, noluit videre: si noluit videre, noluit advertere: si noluit advertere, noluit animadvertere: noluit animadvertere: noluit agnoscere, maluit ignoscere.* Sed & qod avtor, Hieronymi nomine insignitus, *commentariorum in Psalmos*, ad illa qæ seqùntur, *Beatus vir, cui Dominus peccatum non imputaverit: Qod tegitur, non videtur: qod non videtur, non imputatur: qod non imputatur, nec punietur.* Qo loco meras nugas agit, qi Ruffini nomen præfert, dum alios indicari contendit, *qibus remissa sint in fonte salutari iniqitates*; alios, *qorum post tinctionem admissa per resipiscentiam & emendationem fuerint obtecta*: alium deniqe, *virum strenuum, qi & ideo unus, qia ratus, rus, qum animi virtute fultus, ab omni se peccato criminali custodierit, Dominus peccatum non imputaverit*. planè contra Regis religiosissimi mentem.

tem. Cæterùm Deum sanctorum lapsus ac delicta nec cernere, qibus succensere, Exod. c. 4. v. 14. & Devt. c. 9. v. 20. qæ redargvere, Numer. c. 12. v. 8. qæ pœnis suppliciisqe sæpenumerò proseqi dicitur, Histor. Reg. l. 2. c. 12. v. 10, 11, 14. Corinth. Ep. 1. c. 11. v. 30, 32. qæ in conspectu ipsius perpetrari perhibentur, Hymno 51. v. 4. affectus vitiosos morbidósqe ne nosse qidem, qos perfert, conqeritur, curat, corrigit, sanat; Esaiæ c. 57. v. 17, 18. Apoc. c. 2. v. 4. & c. 3. v. 1, 2, 15, 17, 18. est non à religione tantùm, sed à ratione omni prorsus alienum. Cæcum sanè surdúmqe, ex parte saltem, Deum faciunt; avt B spectrum potiùs nobis pro Deo substituunt, qem cujusqam qicqam avt factum, avt dictum, avt concupitum, avt cogitatum, avt affectus etiam ullus effugiat.

Verùm urgent illi Balaami vatis verba apud Mosem Numer. c. 23. v. 21. qæ sic vulgò leguntur; *Non intuetur iniqitatem in Jacobo, nec aspicit perversitatem in Israele.* Ita ferè Junius, Pagninus, Tigurinus, Genevenses, Angli. Eliciunt ergo istinc cæculi isti, qi cæcitatem numini omnituenti affingunt, *Deum in justificatis culpa nihil intueri.* At 1. rogo, qâ facie, qâ fronte, locum hunc ad dogma suum stabi- C liendum isti adducunt, qi, ubi nos priscorum peccata à Deo reprehensa, objurgata, castigata objicimus, respondere solent, eos sub veteri pacto ante gratiam Evangelicam collatam degisse, aliam tunc temporis, qàm est nunc dierum, rerum istarum rationem extitisse? nihil dico, justificationis eandem planè utrobiqe rationem fuisse, ex Apostolo ad Romanos cap. 4. clarissimè evinci; qum ab Abrahæ ac Davidis justificatione, ad omnium in universum fidelium absolutionem, eo loci ratiocinetur, illâqe hujus specimen ac imaginem vivam exhiberi contendat: illud dun- D taxat excipio, de Israele, qi tunc fuerat, Balaamum ista protulisse, cujus tamen iniqitates ac perversitates Dominus sæpenumero, non vidisse tantùm, sed & animadvertisse, & suppliciis diris castigatum ultúmqe ivisse, historia sacra passim evidentissimè docet. 2. Non de sanctis tantùm avt justificatis è populo illo, sed de populi illius, qi Israelis & Jacobi nomine designatur, corpore integro ac cœtu universo loqitur vates; prout verba & præcedentia & seqentia docent. Ecqos enim ut execraretur, à Balaco postulatum? ecqos ut ne execraretur, à Deo est Balaamo inter- E dictum? avt qosnam ex Ægypto eduxit Deus? num sanctos justósqe solos, an plebem turbámqe miscellam? frustra ergo ad pavcos restringitur, qod de toto in universum cœtu enunciatur. 3. In adversum tendunt Mosis verba, præceptúmqe per os Mosis à Domino ipso populo huic ipsi datum. Devt. c. 23. v. 9--14. *Qum exibit exercitus adversus hostes tuos, à re omni malâ caveto tibi. Si qis apud te fuerit ex casu nocturno immundus, è castris exito, nec ad ea demùm regreditor donec vesperâ appetente aqâ se proluerit: tum Sole occaso in castra revertitor. Item locus esto tibi extra castra, ad* F *qem secedas; & paxillus esto tibi inter arma tua, qo qum sessurus eris, fodias, & excrementa tua, priusqam reversus fueris, cooperias. Etenim Jova Deus tuus castra tua jugiter perambulat, ut eripiat te, hostésqe tuos exponat tibi. Sancta itaqe sunto castra tua; ne turpem rem aliqam apud te qum viderit, sese à te avertat.* Qorsum enim Deus de munditiâ externâ tam anxiè observandâ tam accuratè interdicit, nisi ut de internâ immunditie omni sedulò cavendâ cumprimis solicitos esse voluerit? Alioqi certè stercore humano numen divinum nihilo afficitur magis, qàm fimetis ac sterqiliniis G splendor Solis, cujus radiis tamen attacta illa odores tetros fœtidósqe exhalant vapores. Proin qi sordes illas in castris Israeliticis non sine detestatione insigni spectaturum se comminatur, istas multo magis in cœtu illo animadversurum se, & ad animadversas ita offensum & infensum fore, ut præsentiam suam sospitalem & salutarem ab eis subtracturus sit, ritu illo præcipuè significatum volebat. 4. Si & versionem vulgò receptam admittere, & ad populum pium justúmqe restringere libuerit, ne sic qidem elicietur necessariò, qod isti volunt, *Deum suorum delicta nec cernere.* respondere siqidem in promptu erit, eo qem suprà diximus, sensu accipiendum, ubi resipuerint illi, & condonaverit ipse, Deum ad suorum admissa animum non ulteriùs adji- A cere, nec de ultione avt animadversione jam ampliùs cogitare, cum qæ fecerint jam pro infectis habeat, juxta illud Bernardi *in Annunc. serm. 1. Utiqe qod factum est, non potest non fieri: ipso tamen non imputante, erit qasi non fuerit.* Ita explicat Vatablus; *Dominus peccatum Israelis non imputat propter fidem: peccat qidem fidelis, sed statim condonatur ei peccatum.* Jairum, puto, secutus; qi *Deum* ait *in populi sui transgressiones non solicitè inqirere.* Et Junius, *non imputat illis, sed tegit & purgat peccata.* qâ eâdem incedit & Piscator, & alii. Atqe hæc valida satis fuerint ad te- B lum istud horum manibus excutiendum, qi dicto divino (is enim ipse per Balaamum tunc locutus est) tam insigniter abutuntur.

Cæterùm loci sensum genuinum ista non videntur attingere. Qàm exilis enim ista populi lavs, qàm frigidum encomium, peccare qidem illos; sed qæ peccant, Deum statim condonata habere? peccata videre qidem Deum, sed non advertere? itaqe *delusam* meritò interpretationem hanc Calvinus dixit. Sed nec, qod suprà demonstravimus, verum hoc de populo, qem Balaamus hîc loqitur. C nam avdacter planè nimis Castellio, elegantiæ curiosior, qàm studiosior veritatis: *Nulla culpa visitur in Jacobeis: nullum facinus in Israelitis extat.* qanqam nec aliter ferè R. Abraham; *ideo non valere incantationes adversus populum Israeliticum, qòd non sint iniqitates, qas apud eum Deus advertat.* qi & ex hoc dicto Balaco ansam datam vult populum ad delinqendum trahendi, qò adversus ipsos, Deo jam infenso, prævaleret.

Sed alias vel versiones vel interpretationes dispiciamus. Chaldæus; *Non intuetur cultores simulacrorum in domo Ja-* D *cob; nec videt idolis servientes in Israel.* Et Latinus vetus; *Non est idolum in Jacob, nec videtur simulacrum in Israel.* qod licet ab Hebræâ veritate longiuscule abeat; & longiùs etiam, qod Avg. Steuchus, *Non declinat vanitas ad Jacob.* (qasi הטה non הביט scriptum esset) *nec displicet,* inqit, *qòd hanc vanitatem Hieronymus idololatriam interpretatur.* tamen Victorino Strigelio placuisse video, qi adnotat, *Non est idololatria in Ecclesiâ.* Astipulatur etiam doctissimus Exercitator *de Legibus Mosaic. part. 1. l. 1. precept. 2. exerc. 5.* cujus verba obiter pavcis discutiemus: *Tertium Dei* E *attributum, qatenus est ens entium, est Bonum, bonitas. nemo bonus nisi Deus solus. at idola per viam appropriationis peccatum dicuntur. Thren. c. 1. v. 8. Populus meus commisit peccatum. i. idololatriam. Sic Exod. c. 32. v. 22. Populus iste ad peccatum proclivis est. i. ad idololatriam. Sic Num. c. 23. v. 21. Non videt iniqitatem in Jacobo. i. idololatriam. atqe hoc sensu sumendus est locus ille Sirachid. c. 49. v. 5. Omnes Reges Israelis peccatores fuerunt, exceptis Davide, Josiâ, & Ezechiâ. i. fuerunt idololatræ.* Hæc ille. Atqi 1. ne unus qidem locorum istorum, etiam eo, qo ipse poscit, sensu acceptus, id firmat, ad F qod probandum adducitur; nempe *idolum ipsum peccatum* dici. neqe enim avt ὁ Θρηνωδὸς dicit, *Populus meus idolum commisit:* avt ὁ Νομολογικὸς, *Populus iste est ad idolum proclivis:* nec ipse etiam sic enarrat. poterat aptiùs pavlò illud Mosis adduci Devt. c. 9. v. 21. *Et peccatum vestrum, vitulum, qem feceratis, accepi.* ubi de idolo *peccatum* enunciatur. Verùm *peccatum vestrum*, nihil est aliud etiam illic, nisi id, in qo peccaveratis. 2. nihil est qod cogat, *peccati* avt *iniqitatis* nomine locis illis *idololatriam* solam designari; qum alia etiam flagitia ac facinora populus ille perpetrasset; G & ad alia peccata ac delicta etiam proclivis nimis fuerit. *peccatum,* inqit ille, *peccavit. i. graviter peccavit.* ut rectè Piscator. חובא רבא חב *peccatum magnum,* vel etiam *multum peccavit.* Chaldæus. sicut David Hymn. 19. v. 13. מפשע רב *à delicto multo,* vel *magno.* & Hymn. 25. v. 11. *propitius esto peccato meo,* כי רב הוא *qoniam multum,* vel *magnum est;* vel potiùs, *qamvis* (qo modo ea particula usurpatur. Gen. c. 8. v. 21. Josh. c. 17. v. 18. Hymn. 23. v. 4.) *multum, magnúmve existat.* qod de idololatria nemo sanus acceperit, nec amplius qicqam de populo Aaron, qam *ad peccandum proclivem esse.* 3. nec Sirachidæ verba tam restrictè sumi opus est; sed qòd cæteri Reges omnes gravissimè peccaverant. qin & de Joshaphato falsissimum est idololatram eum unqam extitisse: & de Asâ itidem, de qo

extat

extat elogium celebre admodum, à Spiritu Sancto profectum, Histor. Reg. l. 3. c. 15. v. 14. & Annal. l. 2. c. 15. v. 17. *excelsa qidem* sub ipso *non fuisse amota*; *Asa tamen animum erga Jovam integrum fuisse omnibus diebus vitæ ejus.* qod ad cultum divinum Junius peculiariter refert. 4. און qatenus idolis tribuitur *vanitatis* potiùs, sive *mendacii*, & *rei nihili* significatum habet. unde *Bethel*, qasi *domus Dei*, qi dictus fuerat, locus, ob divinam apparitionem eo loci Jacobo factam, cultúmqe ab eodem inibi præstitum; post vitulum à Jeroboamo ibidem constitutum, *Bethaven* jam, qasi שוא ואון i. *vanitatis & mendacii domus*, ut Chaldæus interpres & Doctores Judæi etiam monent, ab Hoseâ dictus est, c. 4. v. 15. & c. 5. v. 8. & c. 10. v. 5. & minitando Deus ruinam ejusdem, Amosi c. 5. v. 5. *Bethel erit Aven, i. in nihilum redigetur*, ut Chaldæus, non ampliùs futura. atqe hoc sensu potiùs τῷ ὄντι, & τῷ ἀγαθῷ, qatenus *ens* & *bonum* convertuntur, τὸ און opponitur, qum idolis tribuitur, qæ & eâdem ratione אלילים qasi *res nihili* appellantur, & εἴδωλον οὐδὲν Apostolo dicuntur, ad Corinth. Ep. 1. c. 8. v. 4. Deniqe nec idololatriâ immunis prorsus extiterat populus Israeliticus, etiam cum in eremo ageret. qod & locus ille ex Exodi cap. 32. prout ab ipso istic explicatum habemus, evincit. & vero Amosi verbis disertissime Dominus ipse attestatur, Amos c. 5. v. 25, 26. Act. c. 7. v. 41–43.

Observavit hoc Calvinus, qi hanc interpretationem etiam ideò meritò repudiat. ipse *nihil aliud* vult significari, *qàm populum esse Deo gratum, utpote qi sanctificaverit eum. unde civitas sancta sit dicta* Esaiæ c. 1. v. 21. *& populus sanctus* Devt. c. 14. v. 2. *& palmites sancti, à radice sanctâ enati.* Rom. c. 11. v. 16. Verùm nec ista nobis satisfaciunt, qandoqidem cum contextus ipsius verbis havd ita probè conveniant. nec Calvinus ipse in eisdem acqievit. *Aptiorem* superiore *sensum* ab eis dari censet, qi *non esse populum violentiis & injuriis deditum, qia vocabula hic usurpata ea iniqitatum genera significant, qæ ad homines lædendos & injuriandos tendant*, qod est, uti mox videbitur, verissimum.

Idem aliqâ ex parte vidit Hieronymus ab Oleastro, sed cum superiora pleraqe recitasset; & ex Chaldæo perperam habito ad avguria ac incantationes aliqando retulisset; nec ubi pedem figeret, certivs qicqam occurreret, eò tandem delapsus est, ut sensum hunc daret, *Non videre fecit Dominus fatigationem in Jacob, & non vidit laborem in Israele. i. non permisit eum plus aeqo in itinere laborare, neqe fatigari.* qi sensus sanè mihi valde jejunus est, licet Græci ejusmodi aliqid voluisse videantur, qi reddunt, οὐκ ἔσται μόχθος ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ ὀφθήσεται πόνος ἐν Ἰσραήλ.

Ad Vatis mentem proximè accedit, qod loco ultimo proposuit Calvinus, *Deum non aspicere iniqitatem vel molestiam in Jacob, qia permittere nolit illum injustè gravari vel affligi.* Proinde ego sic verterim: *Non intuetur*, (id est, non sustinet intueri) *iniqitatem* (injuriam) *adversus Jacobum*; (sive Jacobo illatam:) *nec videt*, (i. videre sustinet) *molestiam* (i. afflictionem, vexationem) *adversus Israelem.* און *iniqitas, injuria, afflictio.* עמל *vexatio, molestia.* Jobi c. 5. v. 6. *neqe enim prodit e pulvere* און *afflictio; neqe ex terrâ progerminatur* עמל *molestia, vexatio. Verùm natus est homo* לעמל *ad molestiam*; (nc de opere exercendo intelligatur, cum de ærumnis dictum sit) *qo modo scintillæ in altum evolant.* Ibidem c. 4. v. 8. *qi arant* און *iniqitatem, & seminant* עמל *molestiam, metunt eam* i. ut optime Piscator: *Qi sceleratè vivunt & aliis molestiam exhibent, tandem propter scelera sua à Deo puniuntur, & ipsimet molestiâ afficiuntur.* Et c. 15. v. 35. *Pragnantes sunt* עמל *molestiâ, & pariunt* און *iniqitatem, & venter eorum parat fraudes.* Vides conjuncta simul, *iniqitatem, molestiam, fravdem*, familiares & solennes improbitatis fructus. nec secus Esaiæ c. 59. v. 4. הרו עמל והוליד און *concipiendo molestiam, & pariendo iniqitatem.* Et Hymn. 7. v. 15. *Ecce parturit* און *iniqitatem; pragnans est* עמל *molestia; & peperit*, שקר i. דבר שקר *negotium falsum.* Piscator *falsum* aliqid *peperit*. vel, *sed pariet* שקר *mendacium, falsitatem, vanitatem.* i. spe suâ frustrabitur. Et Hymn. 36. v. 4. *verba lingvæ ipsius* (improbi) עמל ומרמה *molestia, vexatio, sive dolor, & dolus.* Et Hymn. 10. v. 7. *Plenum est os ejus execratione, fravdibúsqe, & dolo: subest lingvæ ipsius* עמל ואון *molestia & iniqitas*, hæc sunt qæ is jugiter meditatur & loqitur.

In Jacobum, & in Israelem. i. adversus Jacobum & Israelem: ita enim planissime ב usurpatur, commatio penè proximo; *non est incantatio adversus Jacobum, neqe divinatio adversus Israelem.* Ubi nec illud obiter monere abs re fuerit, און & עון in Hymnis sacris à viris sanctis, non pro suâ, prout plerisqe placet, qam in se cum gemitu sentiunt, sed pro alienâ, non semel accepta deprehendi, qam ab inimicis ac malevolis illatam sibi experiuntur: sive ut latiùs pavlò observationis hujus limites protollamus, *non subjectivè*, prout in scholis loquntur, sed *objectivè*, ista sumi. Ita און ego sanè ceperim Hymn. 119. v. 133. *Gressus meos firma in sermone tuo*: (i. juxta promissionem tuam, sic enim אמרה sumitur vers. 38. & 123.) *nec dominium obtineat* בי *adversus me* כל און *ulla iniqitas*. i.e. ullius cujusqam, qâ me impetit & impugnat, iniqitas, sive *iniqitas ulla*. i.e. iniqi, avt improbi ullius: *iniqitas* pro iniqis. Sicut περιτομὴ *circumcisio*, pro circumcisis. Galat. c. 2. v. 7, 9. qo sensu & Christus διάκονος περιτομῆς, *minister circumcisionis* dicitur, non qòd circumcisionem procuraverit vel promoverit, sed qòd circumcisis inservierit. vel, qò rem propiùs accedatur, prout πονηρία *pravitas, improbitas*, pro pravis & improbis; & ἁμαρτία, *peccatum*, pro peccatoribus: qo modo sumenda illa, Ephes. c. 6. v. 12. Τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, *spirituales pravitates*, pro *improbitates*, pro pravis improbisqe spiritibus. Sed & qod Hebr. c. 12. v. 4. Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι. *nondum ad sanguinem usqe restitistis, adversus peccatum decertantes*, à pugilatu traductum monet Petrus Faber *Agonistic.* l. 1. c. 9. & 12. de qibus ut ἀντικαταστῆναι istic Apostolus, ita ἀντιβαίνεσθαι Sophocles in *Trachiniis*, & ἐναντίον καταστῆναι, Theocritus *idyll.* 22. qod μέχρις αἵματος ait, & eosdem spectat, de qibus Seneca *epist.* 13. *Non potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre, qi nunqam sugillatus est. ille qi sangvinem suum fudit*, (vel, Lipsio avtore, *vidit*) *cujus dentes crepuere sub pugno, ille qi supplantatus adversarium toto tulit corpore, nec projecit animum projectus, qi qoties cecidit, contumacior resurrexit, cum magnâ spe descendit ad pugnam.* Idémqe *de provident.* c. 4. *Veteranus cruorem suum spectat, qi scit se sæpe vicisse post sangvinem.* qod Maro *Æneid.* l. 5. de Darete,

—— crassúmqe cruorem
Ore rejectantem, mistósqe in sangvine dentes.

πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, *adversus peccatum. Potest*, inqit Piscator, *intelligi vel de peccato inhabitante, & in periculis ad defectionem solicitante: vel de peccato hostium Evangelii ad defectionem solicitantium; vel etiam de illis ipsis peccatoribus.* πρὸς τὴν ἁμαρτίαν. i.e. πρὸς τοὺς ἁμαρτωλοὺς, de qibus versu proximo dixerat. Sangvinem enim in martyrio profundendum voluit. è posterioribus utram elegeris, perinde fuerit. sicut ergò apud Apostolum *peccatum*, pro hostium professionem Christianam perseqentium peccato, vel pro ipsis etiam peccatoribus hostiliter agentibus: ita apud Psaltem *iniqitas*, vel *improbitas*, pro adversantium sibi improbitate sive iniqitate, vel etiam iniqis improbisqe ipsis eidem adversantibus. Svadet qod seqitur, versu 134. *Redime me ab oppressione hominum.* qo tamen loco עשק אדם Junius interpretatur יצר הרע *cogitationem* sive *concupiscentiam malam*, qæ creaturam sive hominem premit & deprimit. qo modo & און exponit Camius, qem pleriqe seqûntur, ex Hymno 19. v. 13. sed mihi prius illud potius videtur, & cum seqentibus meliùs convenit, aptiùs cohæret: Sic Hymno 49. v. 6. *Qare timerem*, (animum desponderem) *in diebus mali.* (i. tempore adverso) *qando* עון *iniqitas calcaneorum meorum undiqe me cingit.* i. qando iniqi atqe improbi homines, hostes mei, qi calcaneis meis insidiantur, eúsqe, qasi mox supplantaturi me, acriter premunt, ab omni parte me obsidebunt. atqe in hunc sensum interpretantur, commodissimè planè ac simplicissimè, duumviri insignissimi Calvinus & Mollerus. eúmqe Hymni contextus evincit plane. nam Hebræi doctores nugas istic

T agunt

agunt nugacissimas. Nec secus τὸ חמס usurpatum deprehendas, Gen. c.16. v.5. ubi, חמסי עליך *Violentia*, sive, *Injuria, mea* (h. e. mihi illata) *super te* esto; inqit, ab Hagare spreta, Abrahæ Sara. Et Jerem. c. 51. v. 35. ubi, חמסי על־בבל *Violentia*, sive, *Injuria, mea*, (i. e. in me exercita, mihi illata) *super Babelem* esto, ei imputetur, in eam ita incumbat, ut in eà vindicetur; inqit populus Israeliticus, sub ejusdem imperio in exilio servitióqe gravi fatis, constitutus. Sed & τὸ קללה Gen. c. 27. v. 13. ubi Jacobo Rebekka עלי קללתך *super me esto maledictio tua.* h. e. maledictio, qæcunqe adversus te vibrata fuerit, in B me recidat. Qin nec aliter ego qidem ceperim (renitente licet totâ interpretantium cohorte) Psaltæ illud Hymno 40. v.13. sub Christi personâ enunciatum, *Innumerabilia* עלי אפפו *circundederunt*, sive, ut Junius, *circundantia invadunt*, *me mala: assequuntur*, sive, *assecutum deprimunt*, me עונתי *iniqitates meæ*. (i. e. iniqæ adversariorum adversus me machinationes) *ut suspicere neqeam.* prout nostri reddunt. *dispicere*, Junius. *videre*, Vulgatus Interpres & Tigurinus. עצמו *numerosiores sunt capillis capitis mei.* qod formulâ eâdem de adversariis ipsis pronunciatur, C Hymn.69. v.5. idqe eo mihi probabilius videtur, qia nulla per hymnum totum peccatorum confessio vel delictorum agnitio, de vexatione atqe afflictione conqestio jugis, deprehenditur. Nec dispar mihi judicium de verbis illis Hymn. 65. v.4. דברי עונת *Verba iniqitatum.* λόγοι ἀνόμων, Græcus. *Verba iniqorum.* Latinus. Sed, *verba iniqitatum*; pro, res iniqæ, (ut דברי צומות *verba*, sive, *res jejuniorum*; *negotium de jejuniis.* Est. c.9. v.30. & דברי הפרים *negotium de sortibus.* ibid. v. 31. & דברי הבצרות *res cohibitionum*, pluviæ scilicet Jer. c.14. v. 1. iniqa improborum hominum D consilia & machinamenta,) *adversus me prævaluerant.* ex personâ enim populi sui loqitur; uti monuit Esdræ filius. Sed nec de illis Hymn.39. v.8. מכל־פשעי *Ab omnibus rebellionibus meis*, (non qibus adversus te rebellis ipse extiti, sed qibus adversus me ab aliis rebellatum) sive, *Ab omnibus rebellibus meis*, (i.e. adversus me rebellantibus) *eripe me.* etenim ad ea digitum intendere videtur, qæ partim à filio rebelli ejusdémqe assectis; partim à subdito neqam Shimejo eidémqe comparibus, per fugam suam perpessus fuerat. itaqe seqitur, *& in opprobrium stolidis ne exponas me.* E qanqam non sum nescius, tam מפשעים הצילני *de rebellionibus erui*, qàm מדמים הצילני *à sanguinibus erui.* i. e. *à cadis reatu*, dici posse. Cæterùm de illis, qæ non adeò certa claráqe existunt, suus per me cuiqe sensus liberrimè condonetur. in prægressis sic sumi, dubitandi nullus cuiqam esse qit locus. Pari ergò modo און & עמל apud Mosem accipienda, qo in Hymnorum locis illis, און & עמל pro hostium nimirum iniqitate & vexatione, qâ illi Dei populo molesti esse conantur.

Porro *videre iniqitatem*, *& afflictionem intueri*, est visam sustinere. Jobi c.11. v. 11. וירא און *num videret iniqitatem & non animadverteret? videret*: i. videre sustineret. F aliud est Hymn.10. v.14. עמל וכעס תביט *certè tu molestiam & indignationem*, (vel *tristitiam* potiùs, ut Eccles. c.7. v.3. sive *vexationem*, *qam nimirum improbus creat piis.* Piscator.) *vides*, i. attendis, advertis, consideras. Verum ad rem præsentem appositissimè Habakkuk. c.1. v. 3. & 13. qi locus, isti planè compar est. Conqeritur Vates commatio 3. qòd cogatur *videre* און *iniqitatem*, *& intueri* עמל *molestiam*, & שד וחמס *vastationem & violentiam ob oculos habere.* tum commatio 13. cum Deo expostulat qodam- G modo. *At tu*, inqit, *purioribus es oculis* מראות רע *qàm ut malum videas.* i. videre sustineas. והביט אל־עמל לא־תוכל *neqe potes* (i. non sustines) *molestiam* (vexationem, ærumnam a sceleratis illatam) *intueri.* למה תביט *qare intueveris* (i. intueri sustineres) *perfide agentes? surdum ageres*, tacendo, nec vindicando) *dum improbus semet justiorem absorbet & deglutit?* לא הביט *Non intuetur*, dixit Balaam, αἰτὶ τοῦ לא יוכל הביט *Intueri non potest*, *non sustinet*, uti pleniùs Habakkuk: sicut לא יכלו *non continebunt* (i. e. *continere neqeunt*) *aqam.* Jer. c. 2. v. 13. *Videt* qidem *visione contemplationis*, *visione verò comprobationis non videt. videt*, qia intuetur; sed absqe displicentiâ & de- A testatione *non videt*, licet toleret atqe sustineat ad tempus. Vise sis Esaiæ c.26. v.17,18. & Thren. c. 3. v. 34-36. און avtem & עמל eodem planè sensu usurpavit Vates uterqe & divinator & divinus. Ista verò ni locum illum illustrent clarissime, ego nihil video.

CAPUT V.

Verba Historici Est. 1. 8. discussa. Aliorum expositiones variæ in medium productæ, & examini subjectæ. Persarum veterum instituta, ratione victus, restrictiora. subseqentium mores solutiores. προχοΐδες Xenophontis qid. Xenophon obiter emendatus. matula in conviviis adhibita. mos, & rus, unde. דת *in Esteræ historiá qid velit.* אנס *tam cohibere & coercere, qàm impellendo cogere. Locus Daniel. 4. 9. explicatus. Verborum historici dicti mens genuina. Veterum ritus pocula mensis apponere. Mensa convivis qibusqe æqalis. illiberalis, ubi secus fit. Joannis Vemosii de loco dicto dissertatio discussa. Judæi an in conviviis generatim Ethnicis immoderatiores. Persæ an cum primis moderati. Horum victus ante imperium acqisitum restrictior; pòst laxior & lavtior. Choaspis aqá solâ Reges usos, historici. In cænâ primâ num & Persæ colaqi. Mensa prima & secunda Persis qales. Valla in Herodoto lapsus. Assuerus Vastin accersiri qando jusserit.* טוב לב *qid.* Ὀινώπαι *Athenis qi fuerint. cur ὀφθαλμοὶ dicti. Evpolidis de suis qerimonia.*

Libri Ester avtor, qisqis is fuit, operis initio convivium magnificum multis describit, qod regni sui proceribus totiqe Susorum populo Assuerus Rex exhibebat. Inter alia, qæ commemorat, *potandi*, vel potiùs, *potum exhibendi*, *legem*, his verbis, qæ satis ambigua videri possunt, refert; c. 1. v. 8. והשתיה כדת אין אנס ea Junius involutè nimis sic reddidit: *Potum avtem ex jure nemo exigebat.* explicatiùs Piscator; *Potatio avtem fiebat secundum legem: nemo cogebat.* Et rectè interpretatur, *secundum legem*, *illam nempe qam Rex dederat ministris*, ut mox declaratur. *Sic enim Rex in mandatis dederat ministro cuiqe domus suæ, ut facerent pro voluntate uniuscujusqe.*

De duabus voculis hic ambigitur, דת & אנס. Alii ergo nomine דת legem apud Persas publicitùs latam intelligunt de potus usu immodico nimióqe cohibendo. atqe huc inclinat Brentius. *Potest*, inqit, *intelligi*, *ut in hoc convivio publica sobrietatis lex & consvetudo*, *qæ hactenùs apud Persas observata fuerat*, *negligeretur. Maximam enim Persis fuisse cibi & potus moderationem*, *ostendit his verbis Xenophon Cyri institut. l. 1.* Ἀισχρὸν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν, καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι· αἰσχρὸν δὲ ἔτι καὶ τὸ ἰόντα που φανερὸν γενέσθαι, ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἐδύναντο ποιεῖν, εἰ μὴ καὶ διαίτῃ μετρίᾳ ἐχρῶντο, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκπονοῦντες ἀνήλισκον, ὥστε ἄλλῃ πῃ ἀποχωρεῖν. *Turpe etiamnum apud Persas habetur exspuere*, *emungi*, *flatu refertos deprehendi: turpe etiam per viam vesicæ levandæ vel alterius ejusmodi rei cavssâ secedentem aliqò conspici. qæ fieri non possent*, *nisi victu modico uterentur*, *humidúmqe elaborando consumerent*, *ut aliâ viâ excerneretur. nec iniqum est*, inqit avtor idem, *ut justis de cavssis de legis severitate aliqid interdum remittatur.* Huic interpretationi favere videri possit Junii versio illa obscura satis, *Potum ex jure nemo exigebat.* q. d. nemo exigebat, ut ad legis præscriptum potaretur. LXX. qi dicuntur apertè suffragantur. Ὁ δὲ πότος οὗτος οὐ κατὰ προκείμενον νόμον ἐγίνετο. *Potatio avtem ista*, sive potationis ratio, *non secundum legem propositam instituebatur.* Verùm & coacta nimis versio ista videtur: nec legis istiusmodi apud Persas latæ mentio ulla in Xenophonteis illis. nec nullius sanè momenti videtur & qod Piscator observat, כדת legi cum articulo ה ut *Regis edictum* ministris suis eo tempore datum intelligatur.

Alii igitur pleriqe in adversam huic planè sententiam abscedunt. *Votat Rex*, inqiunt qidam, (eodem Brentio referente,) *compotationis certamina*, *qæ jam tum in Persarum imperio*

imperio obtinuerant. ita ex malis moribus bonæ nascuntur leges. nam posteri Persarum ab antiqo moderati victus instituto deflexisse notat & Xenophon operis ejusdem *l.* 8. cum aliis multis, tum his verbis: Ἦν δὲ αὐτοῖς νόμιμον, μηδὲ προχοΐδας εἰσφέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια, δηλονότι νομίζοντες τὸ μὴ ὑπερπίνειν, ἧττον ἂν τὰ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν. νῦν δὲ μὴ εἰσφέρεσθαι ἔτι αὖ διαμένει· τοσοῦτον δὲ πίνουσιν, ὥστε ἀντὶ τοῦ εἰσφέρειν αὐτοὶ ἐκφέρονται, ἐπειδὰν μηκέτι δύνωνται ὀρθούμενοι ἐξιέναι. In Xenophontis verbis mendum subesse videtur, qod havd nuper tamen irrepserit, αὖ pro αὐτοῖς, τὰς προχοΐδας scilicet priùs dictas. has avtem Athenæus *l.* 11. κύλικάς τινας, *calices qosdam* exponit; Leunclavius, *obbas.* at Hesychius, ἀμίδας, *matulas. Matulas* avtem in triclinia inferri solitas, (qod nunc etiam apud nonnullos obtinet) ubi compotationes longiùs extrahebantur, ex priscorum monumentis notissimum est. Id Sybaritarum inventum fuisse refert Athenæus *l.* 12. pag. 519. E. Πρῶτοι δὲ καὶ ἀμίδας ἐξεῦρον, ἃς εἰσέφερον εἰς τὰ συμπόσια. *Primi invenerunt matulas easqe in convivia inferre.* Verum ab illis (siqidem illi primi usurparunt) ad alios id dedecoris transiit. Hinc illud apud Tarentinos Siculósqe in conviviis familiare, Ἀμίδα δότω τις, *cede matulam.* & apud Tragicos Æschylum Sophoclémqe in *Achæorum* συνδείπνῳ, convivarum alter alteri κάκοσμον οὐράνην, *malum odorem spirantem matulam*, qod & ille βέλος γελωτοποιόν, *jaculum risum excitans* nuncupat, in caput, non effundit, sed impingit. Avtor idem *l.* 1. Istis Evstathius ad Odyss. ρ. recitatis, subjungit & Demosthenicum illud, ex *Orat. adversus Cononem*, Ἐνεούρουν τε ἡμῶν, καὶ τὰς ἀμίδας κατέρρηγνυον. *In me minxerunt & matulas diruperunt.* qod in vulgatis tamen Demosthenis codicibus seciùs pavlò sic legitur, καὶ τὰς ἀμίδας κατασκεδάννυον, καὶ προσεούρουν. Qidni ergò & apud Xenophontem προχοΐδας *matulas* intelligamus? eæ certè nisi τοῖς ὑπερπίνουσιν, *immodicè potantibus*, non sunt necessariæ. at illis fueriot. *Erat*, inqit, *olim illis usu receptum, ne in convivia obbæ, sive matulæ, inveherentur; cum existimarent minùs vel corpora, vel mentes etiam debilitari, si non justo plus biberetur. nunc avtem ne invehantur ea, id qidem adhuc observatur; cæterùm tantum bibunt, ut pro non invectis obbis, sive matulis, evehantur ipsi, cum corpore erecto exire jam non valeant.* Concedit huc Livelæus noster; *Mos*, inqit, *apud Persas erat, ut est hodie Germanis, cogere alios sibi iisdem crateribus respondere. hoc prohibere magna benignitas erat.* Concedit & Drusius *Observ. l.* 12. *c.* 7. *Restituit*, inqit, *legem pravâ consvetudine abolitam.* atqe ita Græcam versionem cum Hebraicâ veritate conciliat; *fiebat compotatio, non more Persico, qo alter alterum plenis poculis invitavit.* ut νόμος pro *consvetudine* positum sit. (unde & *mos* vocabulum Latinis decisum, sed frustra, puto, avtumat H. Stephanus: cum sit potiùs à μόρος, sive μοίρα, *more, moris, mos*; ut ἄρουρα, *rure, ruris, rus.*) *Sed secundum legem, qam Rex tunc dederat, qâ constitutum scilicet ne qis inter pocula alterum cogeret ad bibendum.* Qin & Doctores Judæi, avtore Jairo, *Cum sint*, inqiunt, *in conviviis qi convivas adigant scyphos magnos havrire, hoc avtem nonnulli absqe molestiâ insigni neqeant, noluit Rex, id ut faceret, cogi qenqam.* Vetus Interpres Latialis. *Nec erat qi nolentes cogeret ad bibendum, sed sicut Rex statuerat, ut sumeret unusqisqe qod vellet.* Et Tigurinus, *Erat & lex bibendi, ut neminem qis cogeret*, &c. Ita volunt eam hîc à Rege, tanqam modimperatore, latam legem, qæ in symposio Platonico convivis placuit. Δέδοκται πίνειν ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται, ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι· *Decretum est, ut biberet, qisqe, qantum ipse vellet; nulla cuiqam imponeretur necessitas.* οὐ γὰρ ἀναγκαστὸν τὸ συμπόσιον, *neqe enim cogendus in convivio qisqam.* Evstathius ad illud Homeri *Odyss.* θ, *v.* 70.

— πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

" *Ut biberet qoties animus juberet.*

Eandem habitam rationem in Cleomenis Spartani invitationibus refert ex Phylarchi *Histor. l.* 35. Athenæus *lib.* 4. ποτὸν οὐ προσεφέρετο, εἰ μή τις αἰτήσει. *Potus, nisi qis posceret, non præbebatur.*

Cæterùm nec hoc forsan accuratiùs pavlò dispicienti satisfecerit. Si enim certamina ejusmodi, qæ non Persis

A *magis qàm aliis in usu, vetare Rex voluisset, non ministris vel pincernis, sed convivis ipsis legem istam proposuisset.* Aliter itaqe pavlò vir idem doctissimus in *ad Esteram annotatis*; *Mandavit*, inqit, *ne plus præberent qàm qisqe vellet.* Atqe ita reverà, qem & advocat ipse, Josephus *antiqit. l.* 11. *c.* 6. Προσέταξε δὲ καὶ τοῖς διακόνοις, μὴ βιάζεσθαι πίνειν, τὸ ποτὸν αὐτοῖς συνεχῶς προσφέροντας, ὡς καὶ παρὰ Πέρσαις γίνεται, ἀλλ᾽ ἐπιτρέπειν αὐτοῖς καὶ πρὸς ὃ βούλεται τῶν κατακειμένων ἕκαστος φιλοφρονεῖσθαι. *Ministris in mandatis dedit, ne ad bibendum adigerent, potum illis jugiter*
B *præbendo, sicut apud Persas fit; sed permitterent illis, prout accumbentium unicuiqe visum, hilariter agere.* At verò mandatum istiusmodi, de jugi potus subministratione interdictâ, poterat restrictionis ingenii suspicionem dare, speciem aliqam saltem præ se ferre. Aliqid certè, qemadmodum in reliqâ totâ narratione, designari videtur, qod Regis munificentiam & magnificentiam indicaret. Ego itaqe conjecturam meam ubi proposuero, aliis eam considerandam censendámqe relinqam.

Τὸ אנס istud est τῶν ἅπαξ λεγομένων, *ex eis qæ semel tan-*
C *tùm* in Hebraico codice sacro *occurrunt*: in Chaldaico vel Syriaco potiùs, (nam Syrorum lingvâ, qæ Chaldæis tamen itidem familiaris fuit, Dan. c. 2. v. 4. conceptæ sunt paginæ sacrosanctæ periochæ illæ, Dan. c. 3. v. 4. Esdr. c. 4. v. 7.) Danielis textu semel itidem usurpatur: sed in paraphrasi Chaldaicâ, qæ dicitur, crebriùs; qo modo & in Syriacâ Novi Instrumenti versione, & apud Talmudicos doctores havd infreqenter reperitur. Significat avtem in genere, *vim adhibere, cogere, negotium facessere*, sive *impellendo, & adigendo*; sive *reprimendo, cohibendo, coer-*
D *cendo* id fiat. Priore modo sumitur apud Syrum, Galat. c. 2. v. 3. qi pro eo qod Pavlus Græcè dixit, οὐκ ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι, *non est coactus ut circumcideretur*, habet, לא אתאנס דנגזור posteriore, Daniel. c. 4. v. 9. qem locum huic geminum censet Esdraides, וכל רז לא אנס לך Græc. καὶ μυστήριον οὐκ ἀδυνατεῖ σε. *nullum arcanum facessit negotium tibi.* Junius h. c. *nihil te impedit, avt cohibet, qo minùs illud expedire possis. nullum mysterium est prohibitum avt negatum tibi.* Mercerus. *Nullum arcanum constringit te.* Calvinus. Hebræi Doctores. Joseph Jachiades;
E לא און מחוה לך *latet te, absconditum est à te.* Jairus, לא נאנס ולא נכחד ממך *supprimitur, avt occultatur à te.* qod Domino Job, c. 42. v. 2. *Novi te omnia posse:* ולא יבצר ממך מזמה *nec cohiberi à te cogitationem ullam.* ita enim malim, qàm cum Junio, *neqe averti te posse à cogitatione perficiendâ*, scilicet. Omnium optimè Saadias מצער לך θλίβει καὶ στενοῖ, *angustiâ afficit, angustiat, coarctat te.* perinde acsi diceret, inqit, אין אתה מצטער οὐκ εἶ σὺ θλιβόμενος καὶ συγκεχωρημένος. *non es tu coangustatus, in arctum coactus, coercitus ab ullo arcano avt mysterio.* certè de
F *impulsione* coactivâ vix, avt ne vix qidem, sumi potest. Atqe in hoc loco pariter ego qidem ceperim; *ex Regis mandato nullam fuisse cujusqam restrictionem, cohibitionem, coercitionem*; qum Rex ministris omniod præcepisset, ut qodcunqe peterent, qotiescunqe avt qantumcunqe poscerent, convivarum cuiqe liberrimè simul ac liberalissimè concederetur. noluit cuiqam ansam dari conqerendi cum lenâ Plavtinâ, in *Cistellariâ*,

Rarò nimium dabat qod biberem: atqe id merum
Infuscabat. —

G voluit, convivantium unicuiqe præberent, πιεῖν, non ὅτι tantum, sed ὅ, τι, καὶ ὅσον θυμὸς ἀνώγοι. πιεῖν, inqam, ὅτε, *ut biberent, qandocunqe, sive qotiescunqe animus allubesceret.* in qem finem observat Athenæus *dipnosophist. l.* 1. apud Homerum, Ἑκάστῳ τῶν δαιτυμόνων παρατίθεσθαι τράπεζαν καὶ κύπελλον, καὶ δέπας, πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι· *Convivarum cuiqe appositam mensam, cum disco, & cyatho, qo, cum animus esset, bibere liceret.* A qo ritu nec Hebræos priscos abhorruisse, fidem nobis faciunt Doctores Talmudici, qos ex *Tractatu de Benedictionibus* videre est apud Virum Cl. Joannem Buxtorfium *de Cœna Dominica Institut. Exercit. sacr.* §. 37. hodiéqe etiam Chinensibus observari, avtor est Mat. Riccius *de Expedit. ad Sinas l.* 1. *c.* 7. De Romanis Servius *ad Æneid. lib.* 1. illa,

 Qi

Qi dapibus mensas oneret, & pocula ponat.
More, inqit, *antiqo dixit; qia veteribus non in manus dabantur pocula, sed mensis apponebantur; ut hodiè apud plures in canistris argenteis apponuntur, qa canistra siccaria dicuntur.* qin & Trimalcio Petronianus, ubi tanqam Proverbiale dicterium præmiserat, *Mors aequm amat*; de qo videndus Janus Rutgersius *Var. lect. l. 3. c. 5.*) qasi ritus prisci illius æmulus, *jussit suam convivantium cuiqe mensam assignari.* Homeri versus sunt *Odyss. θ.*

—— πὰρ δ' ἐτίθει κάνεον καλήν τε τράπεζαν,
Πὰρ δὲ δέπας οἴνοιο, πιεῖν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.
—*Juxta autem apponebat canistrum pulcramqe mensam,*
Juxta autem poculum vini, ut biberet qoties animus juberet.

non ergo scyphum poscere subinde opus erat, cum vino plenus semper præstò in mensâ adesset, sed ubi exhavserant, replendum tantùm denuo porrigere. Verùm addo, non ὅτε, duntaxat, sed & ὅ, τι, qodcunqe, sive qalecunqe volebant, præberi porrigiqe Rex unicuiqe citra discrimen habitum volebat. Apud qosdam enim fastuosos, sed illiberales, non eadem omnibus, qos invitaverant, vel edulia, vel vina, qin nec aqa etiam, ponebantur. Tangit istos, saléqe suo defricat, havd semel Martialis. ad Cæcilianum *lib. 1. Epigr. 21.*

Dic mihi, qi furor est? turbâ spectante vocatâ,
Solus boletos, Cæciliane, voras?
Qid dignum tanto tibi ventre gulâqe precabor?
Boletum, qalem Clavdius edit, edas.

Ad invitatorem innominatum *l. 3. Ep. 48.*

Vejentina mihi misces; tibi Massica potas.

Ad Ponticum *l. 4. Ep. 86.*

Nos bibimus vitro, tu myrrhâ, Pontice, qare?
Prodat perspicuus ne duo vina calix.

Ad Cottam deniqe *l. 10. Ep. 49.*

Cum potes Amethystinos trientes,
Et nigro madeas Opimiano;
Propinas modo conditum Sabinum,
Et dicis mihi, Cotta, Vis in avro?
Qisqam plumbea vina vult in avro?

Atqi mercede pactâ magnati cuidam conviventis studiosi hoc in Votis Lucianus refert fuisse. Θεράπων δ' ἦν αὐτῷ ἐν ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ πίνειν. ὅτι τῶν ἄλλων ἥδιστον καὶ παλαιότατον οἶνον πινόντων, αὐτὸς μόνος πονηρόν τινα καὶ παχὺν πίνοι· ὡς μὴ ἐλεγχθείη ἀπὸ τοῦ χρώματος, ὅπως, ἄτιμος ὢν συμπότης. *Hoc scilicet ipsum omni modo expetere, & qà posset, procurare, ut in avro argentóqe semper biberet; ne ex vini colore pareret pateretqe, qàm vilis conviva haberetur, qi cum cæteri svavissimum ac vetustissimum potarent, pessimo ipse ac faculento solus exciperetur.* Ulteriùs progreditur, qi argumentum hoc fusissimè proseqitur, Juvenalis *sat. 5. v. 51.* ubi inter alia hæc habet;

Non eadem vobis poni modò vina qerebar:
Vos aliam potatis aqam. ——

mox *v. 70.* de pane;

Sed tener & niveus, mollique siligine factus
Servatur Domino. dextram cohibere memento.

Sin minùs,

—— *Superest illic qi ponere cogat.*

i. האנס *qi cohibeat.* Talis invitator is, de qo Plinius minor *l. 2. Ep. 6.* *Accidit*, inqit, *ut cœnarem apud qendam, ut sibi videbatur, lavtum & diligentem; ut mihi, sordidum simul & sumptuosum. nam sibi & pavcis opima qadam, cæteris vilia & minuta ponebat; vinum etiam parvulis lagunculis in tria genera descripserat, non ut potestas eligendi, sed ne jus esset recusandi. & aliud sibi & nobis, aliud minoribus amicis, aliud suis nostrisqe libertis.* At contra Plinius, cui mos iste planè displicuit; *Eadem*, inqit, *omnibus pono. ad cœnam enim, non ad notam invito, cunctisqe rebus exaqo, qos mensâ & toro aeqavi.* Nec aliud sensisse videtur Julius Cæsar, qi referente *l. 1. c. 48.* Svetonio, *Pistorem suum, qòd alium, qàm sibi, panem convivis subjecerat, compedibus vinciebat.* de vino, ut verisimile fit, pocillatori idem facturus. Ut de Catone majore nihil dicam, qem μετὰ τῶν οἰκετῶν ὁμοῦ καθήμενον, τὸν αὐτὸν ἄρτον ἐσθίειν, καὶ τὸν αὐτὸν οἶνον πίνειν, *cum famulis unà mensa assidentem, panem eundem comedere, vinúmqe*

A *idem bibere solitum*, avtor est Plutarchus. Nec alius Assuero, saltem hoc tempore, animus. nihil voluit, qod ad epulum hoc apparatum fuerat, cuiqam negari, nihil à qoqam cohiberi. inde vers. 7. *vini regii* mentio. ut qemadmodum de Cyro Xenophon *Instit. l. 8.* qæ sibi apponebantur, eadem planè suis concessisse; ita Assuerus qo ipse vino utebatur, idem planè, qodcunqe & qalecunqe id esset, convivis suis quibuscunqe permitteret. Idqe contrà planè qàm Persis Regibus olim in usu fuisse tradit, ab Athenæo *l. 4.* lavdatus, τῶν Παρασκευαστικῶν, h. e. *de conviviorum apparatu lib. 2.*
B Heraclides Cumanus: qi de convivis regiis, συμπίνουσι μετ' αὐτοῦ, οὐ τὸν αὐτὸν οἶνον πίνοντες. *cum Rege ipso potant*, inqit; *at non idem, qod ille, vinum.* Deniqe sicut vino regio nemo prohibebatur, sed πᾶν ὅ, τι θυμὸς ἀνώγοι. *qodcunqe poscere libebat*, cuiqe concessum est: ita nec modus poscendi ullus definitus, sed πᾶν ὅσον θυμὸς ἀνώγοι, sive, ὅσον ἤθελον, ut Joannes loqitur c. 6. v. 11. qantumcunqe voluerat qisqe, poscere licebat: ita nec in hac etiam parte cohibitio erat ulla. neqe enim hîc opus locúsve erat Spartani Regis cavtelæ, qi in convivio
C modimperator designatus pocillatori miscendi legem poscenti, hanc tulit, Εἰ μὲν πολὺς οἶνός ἐστιν, ὅσον ἕκαστος αἰτεῖ· εἰ δὲ ὀλίγος, ἐξ ἴσου πᾶσι. *Si vini copia adesset, qantum qisqe posceret; sin minùs, ex aeqo singulis præberet.* Plut. in *Agesilai apophth.* *Potum*, inqit historicus sacer, *præbebant* (ministri nimirum regii) *scyphis avreis, qui subinde iterabant*, vel *mutabant*; *præbebant avtem, ut vinum regni*, i. e. regium, regiis usibus destinatum; ita *plurimum*, copiosum idem, *juxta Regis manum*, i. e. pro regiâ facultate: prout tam amplis opibus instructum Regem convivis suis suppedi-
D tare par erat: in eo maximè convivio, qo *regni sui divitias splendorémqe ostentare* ambiebat. ut est versu 4. Sic omnino אין אנס dici verè poterat; cum qi ullâ in parte cohiberet, planè nullus esset; sed unicuiqe pro libitu suo, qodcunqe, qandocunqe, qantumcunqe posceret, à ministris qibusqe porrigeretur: qem ego verborum istorum sensum, nec ambiguus id, avtumo genuinum.

Verùm ista, postqam chartis illeveram, factum est ut inciderem in Viri eruditissimi Joannis Vemesii *Synagogam Christianam*, in qâ ex ritu apud Persas antè, opinor, inav-
E dito, de loci hujusce sensu decernit, sententiámqe de eo receptam commento novitio, tanqam tibicine recenò, suffultam probè dedisse fidens satis videtur. Siqidem scripti dicti *l. 1. c. 6. sect. 8. paragrapho 12.* cujus *de Conviviis Judaicis* titulus habetur, *Canon. 1.* cum *Canonis firmamentis* sic habet. *Judæi in conviviis suis ethnicis immoderatiores fuerunt. Omnes enim eorum mensæ vomitu plenæ erant, ut nullus locus mundus foret. Esai. c. 28. v. 8. Hosh. c. 7. v. 5. Persæ verò in conviviis suis valdè moderati fuerant. Siqidem in missu sive προσφορᾷ primâ* (their first service) *aqam duntaxat ex Choaspe*
F *amne potabant; in missu verò proximo, vinum. Assuerus qandu in vino erat, Vashtin accersivit. Est. c. 1. v. 10. h. e. qando missus secundus agebatur* (in the second service) *non avtem, qando inebriabatur, sicut vulgò sumitur. Habebantur enim ibi οἰνόπται, inspectores vini, qi eidem & ὀφθαλμοὶ, qasi convivii oculi dicebantur: hi vinum respiciebant, sive, intuebantur, & convivas in conviviis observabant, nec permittebant, ut alios qisqam ad potandum adigeret. Est. c. 1. v. 8.* Hæc ille.

Qibus verbis varia habentur confusaneè congesta, nec sibi invicem cohærentia, nec veritati etiam pleraqe con-
G sentanea. Siqidem primo loco, qod de Judæis pronunciatur, déqe conviviis eorundem, tanqam *Canone* qodam universali definitum, definitur, hos, *in conviviis suis Ethnicis immoderatiores* extitisse, laxè nimis, liberéqe, imò censoriè nimis decernitur. Siqidem iniqum planè videtur, ut qod illo, sive tempore, sive seculo, qo Vates vixerat, factum, ab illo jure merito reprehendebatur; id genti in universum tanqam per ætates singulas generatim usitatum & inolitum planè ascribatur, & per opprobrium, tanqam eidem peculiare, imputetur. Tum nec apud exteras gentes ullas, qod in istis reprehenditur, idem planè non pariter obtinuisse, qâ ratione Viro doctissimo aut innotescere potuit, avt probatum dari poterit? Sed missis Judæis, qibus iniqior hac in parte videtur, qum de conviviorum

apud

apud illos ratione generatim *Canone* posito sic statuit. De Persis in contrarium havd minùs laxè, minúsqe etiam verè pronunciat, quum *in conviviis* tam *moderatos* extitisse affirmat. Etiamsi enim Persis ante imperium in gentes finitimas acqisitum, dum finibus patriis coercebantur, cum regionem maximâ ex parte asperam incolerent, victus pariter, esset restrictior, qiqe lavti ferè avt opipari nihil haberet; at postqam imperio potiti sunt, mores mutaverunt, qod & ex Xenophonte suprà monuimus, luxuiqe cum primis fræna laxarunt, adeò ut Reges Persici edictis publicitùs editis, magna illis præmia proponerent ac pollicerentur, qi avt potus avt edulii delicatioris qicqam, vel ipsi excogitare, vel aliunde invehere possent, uti ex Herodoto, Ctesiâ, Clearcho, Xenophonte in *Agesilao*. aliisqe scriptoribus antiqis videre est apud Athenæum *sophistarum convivalium lib.* 4. *c.* 10. & *l.* 12. *c.* 11. qo loco & de Persis contrà planè qàm Vir doctissimus Avtor iste pronunciat verbis hisce disertissimis, *Διαβόητοι δὲ ἐπὶ τρυφῇ ἐγένοντο πρῶτοι πάντων ἀνθρώπων Πέρσαι. Luxus nomine præ aliis omnibus hominibus primo loco passim prædicantur Persæ.* Ut pessimo consilio Vir doctus hos tam eo nomine ubiqe terrarum infames in moderationis exemplum proposuisse videatur.

Sed unde probat Vir doctissimus modum in conviviis apud Persas tam accuratè observatum? *In primo enim*, inqit, *missu aqam è Choaspe fluvio duntaxat potabant.* Atqi primò, nullo ista avtore dicuntur. Refert qidem Herodotus *lib.* 1. Choaspis aqam solam bibere Reges Persas consvevisse; qam proinde decoctam, vasisqe argenteis commissam, petorritis multis secum inter impedimenta vehendam curarent; qocunqe proficiscerentur. Unde in dissertatione *de exilio* Plutarchus, (qi de historiæ tamen veritate ambigere videtur) Reges illos non immeritò rideri affirmat, utpotè qi *ἄνυδρον αὐτοῖς τὴν ἄλλην ποιοῦσι οἰκουμένην*, *orbem terrarum reliquum totum inaqosum sibi facerent.* Verum Persas qosqe (nam de gente agitur) à Susis usqe Persidi conterminis (qam urbem Choaspem alluisse constat) aqam jugiter petiisse, qoties convivia celebrarent, avt hilaria agitarent, viro doctissimo tam fidenter asseveranti, Plutarchus, opinor, multò minùs fidem habuerit, sed nec alius, credo, qisqam, nisi valdè nimis *ταχυπειθής*, facilè crediderit. Tum cœnas qidem secundas Persis antiqitùs in usu fuisse refert idem Historicus, in qibus *ἐπιφορήματα* sive *bellaria* varia habebant, qâ in re cum inferiores sibi Græcos existimarent, dicere solebant, *Ἕλληνας σιτεομένους, πεινῶντας παύεσθαι.* qod parum rite cepit Valla, ubi vertit, *Græcos pastos jam demum non esurire amplius.* qum contrarium huic planè voluerint illi, *Græcos ubi edere desierint, adhuc esurire.* Verùm ante secundas illas vinum nevtiqam gustasse nullus dicit: nec verisimile est eos, (qos vino plurimùm deditos fuisse testatur) cum in primâ cœnâ, ditiores qi forent. *boves, eqos, camelos, asinos in furno tostos integros* (Herodotum avdis) apponerent, non latices simul Iacchicos exhibuisse, qibus carnes istiusmodi concoqerentur. Talmudistis Judaicis alioqi providos minùs futuros, qi ad *Leviathanis*, *Behemotis*, & *Ziza*, piscis, qadrupedis, alitis, magnitudinis portentosissimæ cujusqe, in Messiæ convivio qæ comedendæ sunt, carnes concoqendas ac digerendas, vinum ex Edenis vitibus confectum & in cellariis Adamiticis hoc fine reconditum, paraverunt. Vide Buxtorf. *Synag. Jud. c.* 63. Qin nec si in cœnâ primâ, sive missu primo, aqâ Choaspicâ contenti Persæ agerent, in mensis secundis modum tenuisse inde confieret; cum eo liberaliùs largiúsqe vini avidos homines *merum ingurgitaturos* (ut cum Plavto loqar) credere par sit, qia eousqe utiqe abstemii egissent. Verùm ista teste idoneo destituta gratis dicuntur.

De *Asuero* qod subjungitur; castigantur qidam, qi dixerint *ebrium* fuisse, cum Reginam accersiri mandaret; ipse avtem vult intelligi, id factum, cum *in missu*, sive *περιφορᾷ altera* jam ageret. At nec de periphorâ primâ, qæ *prandii canini* instar, (uti diverbio vulgari dicitur) *abstemia* fuerit, unde probetur, qod Viro doctissimo dicitur, qicqam istic comparet: & fundamento probabili magis [illegible] tur illi, qos hic tangit, cum Historia sacra disertè narret, *Regem à vino corde bonum*, h. e. animo bilari, cum existeret, ministris astantibus id in mandatis dedisse. Est. c. 1. v. 10. qæ formula & de Amnone usurpatur Reg. l. 2. c. 13. v. 28. & ad hoc qod volunt illi accedit propè.

Sed qanam, qæso, ratione istos it refutatum? *Nam*, inqit, *vini inspectores habebant, qi convivas observarent, ne qis alios ad potandum adigeret*, &c. At ista qàm *ἀσύστατα*? qàm *ἀναπόδεικτα*? *Rex id cum præciperet, ebrius non fuit; qia vini inspectores habebant, qi convivas observarent*, &c. Cæterùm missâ conseqentiâ, rem ipsam dispiciamus, ad qam incisum istud, de qo agitur, respicere Viro erudito censetur. Ex Athenæo qidem *lib.* 10. pag. 425. B. à qo etiam Hesychius, & Pollux *l.* 6. *c.* 3. ex eodem emendandus uterqe, sumpsisse videntur, discimus; Athenis munus qoddam eorum fuisse, qi non *ἐπόπται*, (qæ vox est nihili) sed *οἰνόπται*, eidémqe *ὀφθαλμοὶ* dicerentur: sed nec qi *cœnarum præsides*, avt *conviviorum magistri*, sive *modimperatores*, ut Varro, ac *bibendi arbitri*, ut Flaccus, existerent, uti Campensis, & alii nonnulli, referente Stephano, qi nec ipse improbare videtur; sed qi ad epulas publicas *lucernas facésqe* (nam noctu plerunqe illæ habebantur) procurarent ac præberent; nec *convivas*, sed pocillatores (nam & *οἰνοχόους* ab his diversos fuisse monet Athenæus) observarent, ne vinum interverterent, avt non singulis pro lege bibendi à modimperatore data, ex æqo porrigerent. Sic enim Athenæus, *ἐφεώρων ἐν τοῖς δείπνοις, εἰ κατ' ἴσον πίνουσιν οἱ συμπόται· observabant in conviviis, an ex æqo biberent convivæ.* alioqi si de convivis ipsis intelligatur, sensus, contrà planè qàm vir doctissimus contendit, futurus est, *inspectorum* nempe istorum munus fuisse, ut convivas qosqe ad eandem vini qantitatem à bibendi arbitro præscriptam havriendum adigerent. Utrovis modo ceperis, pro viro doctissimo nihil facit. Qo modo avtem apud Persas *βασιλέως ὀφθαλμοὶ Regis oculi* dicebantur, qi *exploratorum* munere apud eum fungebantur. (ita Xenophon *Institut. l.* 8.) pari ratione apud Athenienses, non *convivii*, uti Vir doctus, sed modimperatoris, sive magistri cœnæ *ὀφθαλμοὶ oculi* dicebantur *οἰνόπται* isti, qòd in *exploratorum* munere eidem inservirent. Munus avtem *ἄτιμον*, sive *ignobile*, notæqe nullius fuisse, cum ex Philino rhetore, docet Athenæus, tum & ex Evpolide Comico, qi in *Πόλεσι*, sive *Urbibus*, (fabulæ is est titulus) de Republicâ suis temporibus plurimum immutatâ conqeritur verbis illis,

Οὓς δ' οὐκ ἂν εἵλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ,
Νυνὶ στρατηγοὺς ἔχομεν. ——
Qos nec vinispices velletis eligi
Pridem, videmus nunc duces exercitus.

Ita nihil hæc omnia aut nostram de loco hoc sententiam infirmant, avt receptam etiam firmant qicqam; cum nec apud Persas *inspectores* istiusmodi in usu fuerint, nec inspectorum istorum munus hoc, qod vir doctus vult, fuerit; sed hoc utrunqe cum aliis, qæ constipavit istic, ipsius mera commenta sint.

CAPUT VI.

Sensus alienos sæpe parere lingvarum imperitiam. De Hymni 119. v.109. *instituta dissertatio.* In manibus tuis, *pro*, meis, *Græci plerique, & Latini nonnulli: etiamsi id Hieronymus utrumqe disertè negat. ipse*, in manibus meis, *non*, manu meâ; *qo modo & Chaldæus.* In Dei manu esse, *qid sit. Læta pariter & tristia à Deo dispensari.* בכף *qid Eccl.* 3, 1, 4. *Προθεσμία scilicet καὶ καιρός. Tempestivitatis vis qanta.* חפץ negotium, res. Animam in manu, *sive volâ*, habere, *avt ferre, qid velit, & unde tractum. Expositiones variæ rejectæ. genuina prolata & firmata.* כף *qotuplex. an pro alâ unqam sumpta. pro fundâ cavo.* fundi *notatio jocularis. qâ ratione nunc securitatis sit, nunc discriminis. Formula cæteris mundi familiaris frequentiores, in ore primo tenere, labiis extremis insi-*

dentem habere. *apud Xenarchum tamen reperiri.* *Hymni 128. v.2. ex Græcâ versione sensus discutitur.* Labores fructuum; *notio mbili.* *Verba Apostoli 2 Tim. 2. 6. expensa & explicata.* Ascetica, *qa Basilio tribuuntur, cujus sim.* *νομίμως ἀθλήσῃ qid.* *Plato obiter emendatur.* *Plutarchus itidem. καρποὶ, Psalta alii, alii Apostolo. καρπὸς corporis humani pars qanam. οἱ καρποὶ Græco Interpreti ἀντὶ τῶν χειρῶν.*

QAm turpiter sæpenumerò halucinentur à lingvarum imperitiâ viri magni; qàm perversè paginam sacram interpretentur; qoties versione avt interpretatione genuinâ verâqe repudiatâ, vitiosas ineptásqe sectentur; qàm, ubi gratis hæsitant, extricare se incassum moliantur; qàm miros mysticósqe sensus, non tam è textu eliciant, qàm in textum inferant; non potest nescire, qi vel in veterum scriptis, vel in ævi seqioris ac recentioris interpretationibus fuerit sedulò versatus. Ea res nimirum fravdi fuit summis alioqi viris in locis qibusdam enarrandis, è qibus duos hoc capite, vel explicandos, vel illustrandos suscepimus. Hymno 119. v.109. *Anima mea jugiter in manu meâ.* At Græci qidam, Ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί σου διαπαντός. atqe ita Apollinarius; nisi qod *cor* pro *animâ*, metro poscente, posuit.

> Ἦτορ ἐμὸν παλάμῃσιν διαμπερὲς αἰὲν ἴσχει.
> *Palmis jugiter endo tuis mihi cor retinetur.*

Sed & Græcos secuti Latini pleriqe, *Anima mea in manibus tuis semper.* Hilarius; *Anima mea in manibus tuis semper. i. Totum qod vivit, Deo vivit.* Atqi si ita legeretur, aliud qiddam ex usu lingvæ sacræ indicaret: animam scilicet suam à Deo custodiri; atqe ita Chrysostomi nomine qi prostat; & Theodoretus, & Cassiodorus, ὑπὸ προνοίας σου φρουρούμενος, *à tuâ providentiâ custoditus.* qo modo de suis Christus, esse eos *in Patris sui manibus.* Joan. c. 10. v.29. & de justis Autor sapientiæ Salomonis c. 3. v. 1. *Justorum animæ in manu Dei sunt.* nec secus ferè Evthymius; *Animam meam in manus tuas semper trado.* (qo modo idem Hymn.30. v.6. & Christus Luc. c.23. v.46.) *téqe ut illius custodem, protectorem ac moderatorem suscipio.* sicut Petr. Ep.1. c.4. v.19. Vel etiam ad Dei placitum, non ad alius cujusqam arbitrium, vitam sibi continuari. qo modo de se ipse Hymn.31. v.15. *in manu tuâ sunt tempora mea. i. terminus & status vitæ meæ.* Junius. qanqam nec spreverim prorsus, qod Piscator: *tempora mea, sive læta, sive tristia.* Cui concinit illud Tragici in *Ajace flagellifero*;

> Σὺν τῷ Θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται.
> *Qivis dolet vel ridet, ut visum Deo.*

ad qem locum Schol. ὁ Θεὸς καὶ τὸ γελᾶν καὶ τὸ κλαίειν δίδωσι. *Deus & ridendi & flendi cavsam dat.* atqe ita sumendum, qod Salomon Eccles. c.3. v. 1,4. *Cuiqe* (vel homini, ut Chaldæus, vel rei potiùs, ut alii pleriqe) *tempus determinatum est, & tempus negotio cuiqe sub cælis. tempus flendi, & tempus ridendi.* זמן *tempus determinatum*, sicut ea vox usurpatur; Ester. c.9. v.26,31. & Nehem. c. 10. v. 34. & c.13. v. 31. *à Deo* scilicet ut rectè Piscator. itaqe exiliter nimis vetus interpres, *Omnia tempus habent:* nec commodè satis Junius, *Cuiqe* [*sua*] *est tempestas.* זמן enim istic non tam est καιρὸς; de qo Avsonius ex Pittaci mente,

> Γίγνωσκε καιρὸν, *tempus ut noris, monet.*
> *Sed καιρὸς iste tempestivum tempus est.*

Licet Gregorius Nazianzenus ita cepisse videatur. *adv. Eunom. orat.1.* Καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι, ὡς Σολομῶντι κἀμοὶ δοκεῖ· καὶ τὸ καλὸν οὐ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται. *Tempestivum tempus in qavis re, ut Salomoni & mihi videtur. Et bonum non est bonum, qando non fit bene.* ut rei cuivis opportunitas & tempestivitas qædam sit, qâ observatâ cum licitè, tum & commodè fieri qeat. juxta illud M. Antonini *l.12. §.35.* Τὸ εὔκαιρον μόνον, ἀγαθόν. *Qod tempestivum est, tantum bonum habetur.* & Libanii *orat. 19.* Τὸ φύσει καλὸν τοῦ καιροῦ στερηθὲν, οὐ τοιοῦτον ἐστὶν. *Bonum natura & tempestivo tempore privatum, tale non fit.* itaqe Pindarus *Pyth. ode. 9.*

> Ὁ καιρὸς παντὸς ἔχει κορυφάν.
> *Opportunitas cujusvis rei habet caput.*

Et Sophocles apud Svidam,

> —— καιρὸς γὰρ ἀνδράσιν
> Μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης.
> —— *Maximum opportunitas*
> *In hominum agendis rebus imperium obtinet.*

Atqe ita etiam Abraham Esdræ filius intelligit; qi hinc colligit, debitorem esse unumqemqe in suâ tempestate exeqendi rem qamqe; additqe, ex Salomone, ibid. v. 11. *pulcrum esse qodqe, ubi tempestivè agitur.* qod tamen de Deo Concionator sacer, non de homine dixit; Deum scilicet ita universa disponere, ut in eis, qatenus ab ipso proveniunt, εὐταξία pulcerrima reperiatur. sed זמן hic potiùs est, qod Græci προθεσμίαν, *tempus præstitutum*, vel, ut Tigurinus habet, *præfinitum.* hoc enim vult Rex sapientissimus, ita à providentiâ divinâ res humanas disponi, ut varias sortiantur vicissitudines; habituriqe sint mortales, dum sub sole degunt, velint nolint ipsi, nunc nascendi, nunc denascendi; nunc lætandi, nunc lugendi occasiones ac tempora, eisdem à Deo præstituta: juxta illud Senecæ, *de provid. c. 5. Scio omnia certâ & in æternum dictâ lege decurrere*, (qod Marcus Imper. l.7. §.31. Πάντα νομιστὶ) *non ut putamus, incidunt cuncta, sed veniunt. olim constitutum est, qid gavdeas, qid fleas. decernuntur ista, non accidunt.* Idem *Epist.96.* Proinde nec חפץ *voluntatem* avt *consilium*, cum Junio; avt etiam *rem cupitam*, cum Drusio, *qæst. l.3. c.80.* verterim. neqe enim avt *nasci consilii res est*, nascenti saltem, avt *res cupitæ* sunt *flere, lugere, plangere, perdere*, qæ inter reliqa, qibus tempus assignatum fertur, eo loci recensentur. malim, *negotium*; & sic Chaldæus עסקא, vel generaliùs etiam πρᾶγμα, *rem*, etsi Drusio id minùs placeat; atqe ita Græci reddiderunt cum hoc loco, & infrà vers.17. tum & cap.8. v.6. ubi idem denuò repetitur; unde & expositio ista confirmatur; qum subjiciat Ecclesiastes noster; ideo mali multum mortalibus incumbere, qia, etiamsi cujusqe rei tempus & ratio existat, ipsi tamen qid futurum sit, nescii existant; qum nimirum rerum istiusmodi tempora præstituta Deus penes se recondita contineat, uti suos monuit Dominus Christus. Act. c. 1. v.7. qin & cap.5. v.8. τὸ חפץ apertissimè sic usurpatur; *Si oppressionem pavperis, jurisqe ac justitiæ interversionem in provinciâ aliqâ videris, noli mirari* על־החפץ *de re istâ.* ἐπὶ τῷ πράγματι. Græci. Accedit & Salomonis Jairi avtoritas, qi כל־חפץ hic exponit, כל־דבר *rem omnem.* monétqe eo significatu usurpari vocabulum istud in lingvâ Talmudicâ. qin & זמן idem interpretatur עת קבוע *tempus fixum, constitutum*, apud Deum scilicet qamdiu istiusmodi cuncta sint duratura. Non igitur de prudentiâ humanâ, sed de providentiâ divinâ locus intelligendus est. Ita Orosius in Apologetico. *Avdi Salomonem super ordinatione temporum, & Dei constitutione testantem; Omnia tempus habent; & suis spatiis transeunt universa sub cælo. Deinde alio loco dicit; Justum & impium judicabit Deus: & tempus omnis rei tunc erit.* Sed & Orosio prior Gregorius, non Nazianzenus, cujus inter scripta reperitur, sed Neocæsariensis, qod ex Ruffini *Hist. Eccles. l.7. c.25.* discimus, in *Ecclesiast. metaphrasi. c.3.* Χρόνος δὲ ὅτος πάντων γέμει τῶν ἐναντιωτάτων· ἐξαιρόντων τῶν πραγμάτων ἐξ ἀγαθῶν εἶναι δοκούντων εἰς ὁμολογούμενα κακὰ μεταπιπτόντων. *Enimverò hoc tempus contrarietatum qarumvis est refertissimum. rebus humanis ex eis qa bona videntur in mala certissima celerrimè mutantibus.* Atqe hæc occasione lectionis vitiosæ, parúmqe commodæ ejusdem interpretationis. Ad Hymnographi locum regredimur, qem Hebraica scriptura sic exhibet, נפשי בכפי תמיד *Anima mea jugiter in manu meâ:* qanqam Hieronymus *Epist. ad Sunnam & Fretelam*, non כפך sed כפי legit, *in manibus meis.* prout & Chaldæus, qi על גב ידי, habet, qasi *ad manus*, vel *manibus assidentem* dixeris. nec *apud Hebræos* tantùm, sed & *apud Septuaginta*, & *apud omnes interpretes*, idem scriptum esse affirmat, *in manibus meis*, non *in manibus tuis.* cum tamen contrà planè apud Septuaginta χερσί σου. hodie legatur. & cum Ambrosius, tum & Avgustinus itidem, in plerisqe codicibus, *tuis*, legi asseverent. etiamsi reverâ apud Latinum Veterem in codicibus hodiernis, *manibus meis*, habeatur. Addit Hieronymus, *omnes apud Græcos Ecclesiasticos interpretes locum istum sic edisserere.*

qod

qod ut verum fuerit de eis, qi Hieronymum antecesserant, qorum scripta maximâ ex parte jam interierunt; at de seqentis ævi enarratoribus secùs se habet, uti ex Theodoreto, Chrysostomi qi nomen præfert, & Evthymio liqet. Verùm lectionem hanc Avgustinus ubi proposuerat; *hoc*, inqit, *qomodo intelligatur*, *ignoro*. tum nonnulla subjungit longiusculè petita, qæ nihil ad rhombum; sed versioni priori inhærere præoptat. Arnobii verò nomine qi scripsit in Psalmos. *Animam suam in manibus habet*, *qi semper eam exituram considerat*. Et Bernardus *in Vigil. Natal. serm.* 3. *Sicut, qod in manibus nostris tenemus, non facilè obliviscimur; sic nunqam obliviscamur negotium animarum nostrarum, & illa cura principaliter vigeat in cordibus nostris.* At Ambrosius aliter interpretatur; *Anima mea in manibus meis, hoc est, in actibus, in operibus, semper.* Qod idem planè Remigius; sed & Gregorius ferè Romanus *in Joh. l.* 11. *c.* 19. *Animam in manibus portare, est intentionem cordis in operatione ostendere. qi ergo intentionem suam per opera insinuat, animam suam in manibus portat.* Verùm à versione istâ mox denuò resilit, & ad vitiosam illam pronus fertur Ambrosius, in qâ etiam explicandâ multum se torqet; multáqe congerit, qæ nec secum invicem, nec cum verbis ipsis satis conveniant. interim tamen imprudens in illam illiúsqe sensum genuinum fortè magis, qàm arte incidit, dum obiter monet, *justum domino posse dicere in periculis positum*; *Propter te qotidie morior, qotidie periclitor. propterea in manibus meis anima mea.* atqe ita Hieronymus. Est breviter hic sensus: *Qotidie periclitor, & qasi in manibus meis sangvinem meum porto.* Rectissime. Hebræis enim *anima in manu posita*, vitam periculo ac discrimini expositam designat. qod etiam significantiùs exprimi posset, si verteretur, *Anima mea in volâ meâ.* (qod Aqila forsan voluit. cum ἐν ταρσῷ μου reddidit.) hoc enim כף propriè significat. qod de tribus corporis partibus enunciatur. est enim כף יד *vola manus*. כף־רגל *planta pedis*. Genes. c. 8. v. 9. & כף־ירך *curvatura, sive commissura femoris*. Genes. c. 32. v. 25. nam qod כף etiam pro alâ usurpari affirmat avtor *Exercitationum in Legem Mosaicam de leg. ceremon. l.* 1. *exerc.* 9. exemplo planè carere videtur. nec occurrit qicqam qod vel svadeat, multò minùs exigat, בכפי Hymn. 7. v. 4. *in alis* potiùs, uti ille vult, qod esset בכנפי qàm *in manibus meis*, qod disertè significat, exponi. Rectè Abraham Esdræ; ideo, inqit, כף i. e. *manum* nominavit, qia eâ homines cædere & occidere solent. Qod itaqe Lyrodus noster ait; *Anima mea jugiter in manu*, sive, *in volâ, meâ*, metaphora est ab eis ducta, qæ cum in manu, vel manus etiam volâ gestentur, facillime excidunt, & excidendo vel amittuntur vel intercidunt. Tale est & Jobi illud c. 13. v. 14. *qamobrem tollere cogor carnem meam dentibus meis? (ita scilicet dilaceratam, ut particulas ejus dentibus prehendere & auferre possim? Piscator) & animam in volâ gestare?* è qâ utiqe facillimè excidat. Illvd Jephtachi Judic. c. 12. v. 3. *Posui animam meam in manu meâ, & trajeci ad Ammonitas. i. non sine vitæ periculo trajeci*: ut rectè Drusius *Observ. l.* 2. *c.* 18. Illud Jonathæ de Davide Histor. Reg. l. 1. c. 19. v. 5. qod ad locum hunc adducit Rabbi Abraham; *Posuit animam suam in manu suâ, & percussit Philistaos. i.* cum vitæ suæ periculo percussit illos. Illud sagæ ad Savlem ibid. c. 28. v. 21. *Posui animam meam in manu meâ, & avscultavi verbis tuis.* i. vitæ discrimini me exposui, qò morem tibi gererem. Josephus Gorionides *l.* 5. *Bellum hoc confeci, & in manu meâ animam meam posui.* qod Homerus dixit *Iliad.* 1. v. 322.

> Αἰὲν ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.
> *Jugiter exponens animam mihi belligerando.*

De Malachiâ Hiberno ad Archiepiscopatum Armachanum evocato, in qo graves & enormes admodùm invaluerant excessus, qos corrigere arduum nimis videbatur, Bernardus in *Oratione funebri*: *Animam suam in manibus suis ponens, accessit intrepidus, suscepit Archiepiscopatum, tradens sese discrimini manifesto, ut tanto crimini finem daret.* Illud obiter observatu non indignum, qum adversâ plane invicem mente formula ista, qâ *manu teneri* vel *gestari* aliqid dicitur, nunc in *securitatis* significatu usurpetur, ut qum

A *in manum Dei deponi*, Hymn. 31. v. 5. Luc. c. 23. v. 46. & Petr. Ep. 1. c. 4. v. 19. vel *in manu Dei aliqid haberi* dicitur, Joan. c. 10. v. 29. & Sapient. c. 3. v. 1. qia utiqe nec ibi positum qisqam abripere, nec eò mali qicqam attingere possit. nunc contrà ad *discriminis* designationem adhibeatur, uti ex locis illis omnibus suprà positis paret; respectu diverso ista necessariò dici. forsan avtem in priore significatu, ad ea respicitur, qæ manu eáqe complicatis digitis compressâ, tenentur robusti alicujus, qalis Milo prædicatur, qi, uti Ælianus *Var. Hist. l.* 2. *c.* 24. & Pavsanias in *Eliac. l.* 2. ma-
B lum punicum ita manu continebat, ut nec alius qisqam vi eximere posset, nec ipse tamen comprimendo elideret. unde de eodem Plinius *Hist. Nat. l.* 7. *c.* 20. *Malum tenenti nemo digitum corrigebat.* pro qo frustra, *corripiebat*, substitutum eunt. in posteriore ad ea, qæ manu apertâ, sive in volâ gestantur, & vel eripi, vel elabi proclivia sunt; sicut & ea qæ בכף הקלע *in funda cavo*, sive *volâ*, (nam & de hac etiam adhibitum reperitur) habentur, facilè, ubi occasio est, excutiuntur. unde Cicero in *carmine joculari*, (si Donato *in Terentii Evnuchum* fides)
C
> *Fundum Verre vocat, qà possit mittere funda,*
> *Ni lapis exciderit, qà cava funda patet.*

restitui Varronis nomen pro eo, qod in eacusis, *verò*, legitur. qanqam alias vocabuli illius notationes Varro dederit. *cava funda* est τὸ κοῖλον τῆς σφενδόνης, *cavum fundæ*; qod utrumqe etiam tam Græcum qàm Latinum, de manu podéqe itidem, prout כף Hebræis, usurpatur. Verùm istud, prout libuerit, accipiat qisqe per me licet. Pro eo avtem qod *animam in manu ponere* eis locis, *animam projicere* alibi dicitur. qod enim de se Jephtha Judic. cap. 12.
D v. 3. אשימה נפשי בכפי *posui animam meam in manu meâ*: Jotham de patre suo, idem dictum volens, cap. 9. v. 17. וישלך את־נפשו Græci ἔῤῥιψε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, *projecit animam suam*. i. periculis objecit, οὐ φιλοψυχήσας, ἀλλὰ μὴ ὑπολογισάμενος, qasi nullam animæ. i. vitæ suæ, rationem haberet. qanqam Latinis *animam projicere* aliud est, nempe abjicere, despondere. *Nec projecit animum, projectus.* Senec. *Epist.* 13. Cæterùm eo magis in loci hujus sensu halucinati sunt prisci illi, qia phrasis ista in eis lingvis, qas callebant ipsi, vix deprehendatur. Nullum enim ex
E omnibus tum Græcis, tum Romanis scriptoribus occurrere refert V. C. Isaacus Casavbonus, qo vix qisqam diligentiùs utriusqe lingvæ scripta excussit, qi formulâ istâ sit usus, præter Xenarchum unum in *Pentathlo*, qem Athenæus *l.* 13. *pag.* 569. C. adducit in hæc verba:

> Ἀεὶ δὲ τρεμαίνουσαν, καὶ φοβουμένην,
> Δεδοικυῖαν, ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχουσαν.
> *Trementem jugiter, plenam formidine,*
> *Semper paventem, animámqe gestantem in manu.*

Affine huic forsan, diversum tamen pavlò, Polemonis il-
F lud de Cynægiro in Callimachi *epitaphio*. Ἀποτμηθεὶς τὴν χεῖρα, ἔπεσεν ὀρθός, ὥσπερ ἑτέραν οὐκ ἔχων, ἀλλ᾽ ἐν τῇ δεξιᾷ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ κομίζων. *Abscissâ manu, concidit statim, qasi alteram non haberet, sed in dextrâ suam animam gestaret.* Græci aliâ fere formulâ idem exprimunt, nec eleganti minùs illâ, qod Hebræi hac volunt. *Animam in ore primo teneri, in labiis extremis haberi*, vel *eisdem etiam insidere*, tanqam è corpore mox evolaturam, dicunt. Plato, lavdante Gellio *l.* 19. *c.* 11.

> Τὴν ψυχήν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον.
G
> *In labiis animam mî, Agathonis ad oscula, habebam.*

nam Gellianam, qia lascivior est, versionem, an paraphrasin, missam facio. Bassus apud Senecam *Epist.* 30. *Non dubitare se, qin senilis anima in primis labiis esset.* Amphitryo in Senecæ *Hercule Furente*, *act.* 5.

> —— *hanc animam levem,*
> *Fessámqe senio, nec minus qassam malis,*
> *In ore primo teneo.* ——

Nec abscedit longè qod Lucianus in *rhetorum magistro*, Πρόχειρον τὸ ψεῦσμα, καὶ ὅρκος ἐπ᾽ ἄκροις ἀεὶ τοῖς χείλεσιν. *Præsto mendacium, & juramentum semper in labiis extremis.* unde facilè promtéqe ad omnem occasionem prodeat. Sed à formulâ istâ per idiomatis inscitiam perperam habitâ, ad aliam transimus.

Hymno

Hymno 128. v. 2. Hominis Deum verè timentis, ritéqe colentis, sortem beatam prædicans Hymnographus, inter alia, *Labore*, inqit, *manuum tuarum vesceris.* Id Græcus sic expressit, *τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι.* Qod Avgustinus reddidit: *Labores fructuum tuorum manducabis.* & qod malè verterat, vel versum offenderat, nihilo meliùs enarrans: *Qasi perverse videtur dicere non intelligentibus. debuit enim dicere, fructum laborum tuorum manducabis. multi enim manducant fructum laborum suorum: qis manducat labores? nemo, inqam.* Mox: *Qid sibi vult, labores fructuum tuorum manducabis? modò labores habemus; fructus posteà erit. modò labores fructuum, posteà fructus laboris.* Hæc ille, adjectâ etiam dissertatione benè longâ, qâ sensum istum scilicet vel confirmaret, vel expediret. Id nimirum avtumavit voluisse Vatem, qod Apostolus ad Timotheum Ep. 2. c. 2. v. 6. *Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν.* qod Beza mihi rectè vertisse videtur; *Agricolam oportet prius laborando fructus percipere.* (*πρῶτον*, *ἀντὶ τοῦ πρότερον*, ut Tim. Ep. 1. c. 5. v. 12. & Apoc. c. 2. v. 4.) Et Calvinus explicasse, in sensum hunc; *non antè agricolas fructum colligere, qàm in terra culturâ, satione aliisqe sudaverint.* ut *τὸ πρῶτον* ad *κοπιῶντα*, non ad *μεταλαμβάνειν* referatur; & eôdem spectet, qò id qod proximè dixerat, *Athletam neminem coronari, priusqam decertaverit*; atqe etiam *νομίμως.* i. *πάντα τὸν τῆς ἀθλήσεως νόμον φυλάττων*, *certaminis lege omni observatâ*, ut Johannes Chrysostomus. *τοῦ μηδὲ μικρὸν μηδὲ παραλιπεῖν τῶν διατεταγμένων, οὕτως δὲ ἕκαστον ποιεῖν, ὡς προστετάγμεθα.* *ut ne minimum qidem omittatur eorum qa præcipiuntur, & ita singula perficiantur, prout est præceptum.* Basilius Cæsariensis, an Evstathius Sebastiensis (huic enim à nonnullis constanter attribui *ascetica* illa monet Sozomenus *Hist. Eccles. l. 3. c. 13.* & ex Sozomeno Nicephorus *l. 9. c. 16.* & *l. 13. c. 29.* ex Nicephoro Nicetas in *Greg. Naz. orat. 30.*) in *proœm. ad præcept. latiores.* qæ & *orat. de rerum abdicat.* pag. 237. B. *Ἀθλητικῷ νόμῳ δεῖ σε πολιτεύεσθαι. οὐ γὰρ ἄλλως ἐστὶ στεφανωθῆναι.* *Athletarum in vivendo tibi est imitanda consvetudo: aliter enim ad coronam pervenire non poteris.* *Ἀθλητικοῦ νόμου* dixit, (qo modo de Musico Lucianus *ad indoctum libros coementem* pag. 385. *κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης*, verbis illis, *Ἄσας δεξιῶς, καὶ κιθαρίσας κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης, ἐκηρύχθη νικῶν.* *Cum erudite cecinisset, & rite, sicut ars postulat, citharam pulsasset, victor proclamabatur.*) qod Apostolus *νομίμως.* qo vocabulo in eodem argumento usus est Galenus *ad Hippocr. aphorism.* 18. *Φυλάττονται δὲ αὐτὸ μάλιστα καὶ οἱ γυμνασταὶ, καὶ ὅσοι νομίμως ἀθλοῦντες.* *Servantur per se maxime & gymnasta, & qi legitime, juxta certaminis legem, certant.* Plato *de leg. l. 8.* pag. 909. A. *Ἃ δὲ τὸν μὴ παθόντα, ἢ ποιήσαντα δεῖ νικᾶν, καὶ εἰς ὅσιον, καθάπερ νῦν ἐν τῇ πάλῃ διωρισμένα ἐστὶν ὑπὸ τῶν περὶ τὴν πάλην αὐτὴν, τί τε καλῶς παλαίοντός ἐστιν, καὶ μὴ καλῶς, ταὐτὸν δὴ καὶ τοὺς περὶ ὁπλομαχίαν ἄκρους παρακαλοῦντας, χρὴ τούτοις συννομοθετεῖν κελεύειν, τίς νικῶν ἄρα δίκαιός περὶ ταύτας αὖ τὰς μάχας, ὅ, τε μὴ παθὼν ἢ δράσας.* *Qa vero qoiqe facere aut non pati victorem oporteat, sicut modo in palæstra determinatum est à præfectis luctationum; qid sit bene aut non bene luctantis opus: ita & in his armorum certaminibus periti indicendi sunt, ut lege sanciant, qid aliqis non patiens aut qid faciens vincat.* Leges vult in armis decertantibus præscribi, qid facere, qid fugere debeant, ut pro victoribus habeantur. verba novissima docent; ita ut nos exhibuimus, prima legenda, non *μὴ ποιήσαντα*, qod codices impressi habent, qos & Serranus secutus est. Verùm ista obiter de voce *νομίμως*, & imagine Apostolicâ à re athleticâ translatâ, qæ illi alteri, à re rusticâ, involutiùs pavlò propositæ, explicandæ opem optimè ferat. Itaqe utrumqe simul conjunxit *Asceticorum* avtor in *Proœm. ad præcept. ascet.* pag. 403. D. *Τίς*, inqit, *ἐν καιρῷ τῆς σπορᾶς οἴκοι καθήμενος, ἢ καθεύδων ἐνέπλησεν τοῦ θερισμοῦ τὸν κόλπον ἐκ πληρώσεως τῶν δραγμάτων; τίς ἐτρύγησεν ἀμπελῶνα τὸν μὴ παρ' αὐτοῦ πεφυτευμένον; ἐκείνων οἱ καρποὶ, ὧν καὶ οἱ πόνοι. αἱ τιμαὶ καὶ οἱ στέφανοι τῶν νενικηκότων εἰσί. τίς στεφανοῖ τὸν μηδὲ ἀποδύντα πρὸς τὸν ἀντίπαλον, ὅπου οὐ νικῆσαι δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίμως ἀθλῆσαι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον.* *Qis unqam, qi sementis tempore domo desederit otiosus, aut etiam dormiens, ubi postea messis advenit, sinum suum manipulis im-*

A *plevit. Qis ex vinea, qam ipse non plantavit, uvas unqam collegit? illorum enim sunt fructus, qorum & labores, sicut corona præmiaqe illorum, qi victores evaserint. Qis enim eum, qi ne in certamen qidem cum adversario descendit, corona unqam duxit esse insigniendum? cum ad eam promerendam, non victoria modo, sed legitimus etiam in certando conflictus reqiratur, ut est apud Apostolum.* Hunc locum spectasse patet clarissimè. Atqe hoc est qod Xenophon *Cyri instem. l. 1.* *Πόνοι, τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνες.* *Labores ad jucunde vivendum duces.* vel potiùs, qod *adversus Epicurum de vitâ jucundâ*

B Plutarchus. *Ἀθλητικῷ στέφανον, οὐκ ἀγωνιζόμενοι λαμβάνουσιν, ἀλλὰ ἀγωνισάμενοι καὶ νικήσαντες· οὕτω καὶ τοῖς ἀγαθοῖς τὰ νικητήρια τοῦ βίου μετὰ τὸν βίον ὑπάρχει.* ubi in collationis inciso primo, altera forsitan negativa delenda fuerit, alioqi sensus futurus est: Athletæ, qi non decertant, sive nisi decertent, coronam non accipiunt; qum avtoris mens sit, *Athleta non decertantes coronam accipiunt.* sive, *non coronantur, dum adhuc decertant, sed ubi jam decertaverint & vicerint. eodem modo vita probè peracta præmia post eam jam exactam bonis conceduntur.* qod Apostolus epistolæ dictæ c. 4.

C v. 7, 8. vitæ exitu imminente, qasi *ἐπινίκιον* decantans, *τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι· τὸν δρόμον τετέλεκα· τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ στέφανος.* *Certamen præclarum certavi: cursum absolvi: fidem custodivi. superest jam accipienda corona*, &c. Veruntamen non desunt, qi Apostoli priora illa aliter qàm qod dictum est, accipiant. In his Syrus est, qi sic *μεταφράζει*, *Agricola qi laborat, convenit, ut primus de fructibus suis cibetur.* Johannes item Chrysostomus; (licet Nicolaus Faber *Agonist. l. 3. c. 25.* secùs sentiat) qi sic *παραφράζει.* *Ὥσπερ ὁ γεωργὸς οὐκ ἀνόητα*

D *πονεῖ, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἀπολαύει τῶν πόνων τῶν οἰκείων, οὕτω καὶ τὸν διδάσκαλον εἰκός.* *Sicut agricola in res inutiles laborem non impendit; sed ante alios ipse laboribus vescitur, fructibus ex labore provenientibus fruitur: ita & doctorem decet.* qem & Oecumenius secutus: *τῆς ὠφελείας τῶν μαθητῶν πρῶτος ὁ διδάσκαλος ἀπολαύει παρὰ Θεοῦ, ὥσπερ τῶν καρπῶν ὁ γεωργός.* *Emolumentum doctor primus & ante discipulos capit apud Deum, sicut & fructus agricola.* Sed & Theodoretus; *πρὸ γὰρ τῶν κεκτημένων οἱ γεωργοὶ μεταλαγχάνουσι τῶν καρπῶν.* *Agricola enim ante possessores fructuum fiunt participes.* è recentioribus

E item Piscator; cui insolens admodum videtur trajectio illa. is sic explicat; *Sicut agricola, qi sedulò laboraverit in agro suo colendo, primus & ante omnes alios, fructus inde natos percipit: sic etiam tu, si sedulò laboraveris in agro Domini, qa est Ecclesia, colendo, primus & ante omnes avditores tuos percipies laboris tui fructum, videlicet eximiam gloriam & felicitatem in cœlo; secundum illud Danielis c. 12. v. 3.* At hoc esset, non *ante*, sed *supra* discipulos. Deniqe Johannes Leifildus noster, non cum discipulis doctores, sed ipsos inter se committens: *ὁ κοπιῶν*, *qi plurimum laboris etiam*

F *difficilis subit*, ut Ep. 1. c. 5. v. 17. *οἱ ἐν λόγῳ κοπιῶντες.* atqe ita etiam Chrysostomus; *οὐχ ἁπλῶς γεωργὸν εἶπεν, ἀλλὰ τὸν κοπιῶντα· οὐδὲ ἁπλῶς κάμνοντα, ἀλλὰ τὸν κατατεινόμενον.* *Qi ergo reliqis plùs laboraverit, & operi Dominico insudaverit*, (qod de se Apostolus ipse, *περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα.* Corinth. Ep. 1. c. 15. v. 15.) *is primus laboris sui mercedem præmiúmqe foret.* He that laboureth hard / shal first be served. qò & idem trahit illud ad Corinth. Ep. 1. c. 3. v. 8. *τὸν ἴδιον μισθὸν κατὰ τὸν ἴδιον κόπον.* *unusqisqe suam*, sive, *peculiarem, accipiet mercedem secundum peculiarem la-*

G *borem suum.* qod Thomas Mortonus noster, acutus sanè accuratúsqe scripturæ sacræ interpres, de mercede, *non salutis, sed lavdis* intelligit. *Merces enim*, inqit, *hæc nihil aliud est qàm lavs muneris rectè præstiti, qam unusqisqe à Deo reportabit*; *juxta illud* cap. 4. v. 5. *unicuiqe à Deo erit lavs sua.* Urget Leifildus qod seqitur. *Νόει ὃ λέγω.* *intellige qid dicam.* mysterium aliqod subesse monet. Et Chrysostomus. *Ταῦτα εἴρηται ἐν παροιμίᾳ καὶ παραβολῇ.* *Hæc dicuntur proverbialiter & parabolicè.* At hoc ipsum Beza excipit, qod hæc sententia perobscura ac pene allegorica videri possit. nec aliud certè Chrysostomus voluit, qàm ista quæ dixerat, qasi tropica & proverbialia esse; qod utrovis modo acceperis, verissimum est. Verùm optimè Calvinus; *Hoc non addidit propter similitudines qas posuit, sed ut sibi ipse suggereret,*

qanto

qanto præstantior sit sub Christi avspiciis militia, & qanto amplior merces. nam vix assiduâ meditatione hoc tandem sentimus.

Sed domum tandem redeamus. Alii planè sunt καρποὶ, de qibus Apostolus, alii καρποὶ qos Græcus Hymni interpres volebat; qi in re Avgustinum, & Prosperum (si sunt saltem illius *in Hymnorum partem posteriorem commentarii*) halucinatos, cum lingvam Græcam minùs callerent, nihil est mirum. Origenem Græcum, in Hebræis etiam versatum, *in Rom. l.1. c.1.* ad eundem lapidem impegisse, est qod magis qis miretur. Verùm mentem interpretum B germanam tandem avdiamus. Ἄρθρον χειρὸς καὶ βραχίονος καρπός. καρπὸς est *manus cum brachio commissura; pars illa qâ manus cum brachio conjungitur & committitur.* ex Aristotele *de partib. animal.* Evstath. *ad Iliad.* ε. sive ut idem explicatiùs pavlò, *ad Iliad.* ε. Τὸ μεταξὺ σωλήνων χειρὸς καὶ πήχεος. *illud qod intercedit inter manum & cubitum, eámqe isti annectit.* Idémqe rursus *ad Odyss.* η. ἄρθρον χειρὸς, μεταξὺ βραχίονος καὶ θέναρος. *manus junctura, qæ inter volam & brachium intercedit.* Latinè qomodo nuncupetur, nondum C comperi. nos dicimus the wrist. is est enim locus, ubi pulsus explorari solet: qod ex Galeno discimus *de dogmat. Hipp. & Plat. l.1. c.7.* Αἱ κατὰ τοὺς καρποὺς τῶν χειρῶν ἀρτηρίαι, ὧν ἕνεκα ἡμῖν ἔθος ἅπτεσθαι πυρετῶν διαγνώσεως εἵνεκα. *Arteria, qa in brachii carpo, qas febrium discernendarum gratia tangimus.* atqe hi sunt καρποὶ, (qod dictos illos fefellit) καρποὶ χειρῶν, non καρποὶ δρυῶν, qos Hymnorum interpretes Græci voluerunt, & pro *manibus* ipsis, qæ hisce cubito junguntur, posuerunt, qia ad manuum usum liberum validúmqe hi plurimum conducunt, nec hæ nisi illorum ope D & ministerio adjotæ, qicqam ferè conficere possont. Vidit hoc Theodoretus, *Planum est*, inqit, *Septuaginta interpretes* καρποὺς, οὐ τὴν ἐπικαρπίαν καλέσαι, ἀλλὰ τὰ μέλη τῶν χειρῶν, *non fructuum perceptionem vocasse, sed manuum partem.* itaqe qod illi καρπῶν, Aqila & Symmachus exactiùs apertiúsqe vertendo χειρῶν dixere. *Laboribus vesci*, est fructibus inde provenientibus frui. τὸ τῶν οἰκείων ἀπολαύειν πόνων. Chrysostomus. Sicut contrà de impiis improbisqe Parœm. c.1. v.31. *comedent de fructu viæ suæ, & ex consiliis suis saturabuntur.* i. impietatis improbitatisqe suæ pœnas commeritas abundantissimè percipient ac perpetientur. E

C A P U T VII.

Verba Domini Joan. 4.35. discutiuntur. ἔτι τετράμηνος, *qod illis subest. Origenis allegorica interpretatio rejecta. Camerarii sententia de anni currentis exitu. Hebræorum idiotismus. Scriptura varia. recepta minùs necessariò non sollicitanda. Heinsii, de qadrimestri messis spatio, Heracleonis etiam fuisse. Nec Camerario, nec Heinsio favere Theophylactum. Proverbium haberi, qi opinati sint, horum, alii de laboribus intermissis, alii de frugibus serotinis, alii de messe speratâ, interpretati. Proverbii probatio nulla exhibita. qadrimestre spatium, pro exiguo, minùs verisimile.* חג הקציר *Pentecostes festum cur dictum;* חג האסף *tabernaculorum. Interpretatio simplex, jam olim recepta, asserta & firmata. Tempus anni, qo istud locutus Christus. messis Judæis intra qot & qos menses consummata. Pascha Judaicum messis initium. messis duplex in dicto Dominico.* F

HAbentur hæc Domini Christi verba, Joannis c. 4. v.35. *Annon vos dicitis*, ὅτι ἔτι τετράμηνόν (sive, ut alii habent, τετράμηνός) ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; *superest adhuc spatium qadrimestre, & messis erit, sive, post spatium qadrimestre affutura est messis? ecce, dico vobis, attollite oculos vestros, & regiones videbitis jam esse albas ad messem.* Ἀσύστατα, *non cohærentia, simul non consistentia*, fronte primâ, loqi videtur. qomodo enim messem indicat propinqam segetum flavedo, si menses ad messem qatuor adhuc supersunt? In nodo hoc solvendo multùm torqent se viri summi, hiqe plures. Origenes, solus, qantum G

A ego possum asseqi, verba illa, ἔτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται, ἀλληγορικῶς interpretatur, de messe spirituali, & mensibus nescio qibus mysticis; ut sit præoccupatio eorum qæ excipere poterant discipuli, ad ea qæ dicturus erat de messis hujusce propinqitate; difficiliora scilicet esse qæ à Christo docentur, qàm ut possit ad horum apprehensionem tam citò perveniri: & de qatuor elementis suo more nugatur, tam putida, ut recensere pigeat prorsùs, nec qenqam putem astipulatorem sibi hactenùs nactum. Camerarius, referente Ludovico Dievsio, in-B telligit, *restare adhuc de anno tum currente menses qatuor. ducit enim initium anni ab ingressu solis in signum Libræ. proinde tempus, qo istud proferebat Christus, in messem incidisse.* hoc ergò vult Dominum dixisse. *restat tantùm qadrimestre spatium ad anni præsentis exitum, & messis tempus, qod eo spatio annum exeuntem anteverterit, jam instat.* Cæterùm adversus interpretationem istam opponit Vir doctissimus, annum politicum à Tisri initium sumpsisse. at inde ad Nisan, qo tempore hæc dicta vult, menses sex intercedere. ut totidem fere utiqe alteri ad exitum superfuerint. posset regeri, C sumi à viro doctissimo de tempore dicti dominici id pro concesso, qod nondum probatum sit, nec Camerarius ei forsan largiretur. Verùm reverâ coacta nimis videtur ea interpretatio. Rectè enim Beza observat, ex Hebræorum idiotismo dici; ἔτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. *adhuc qatuor menses sunt, & venit messis.* pro eo qod est, post qatuor menses messis aderit. sicut Genes. c. 40. v. 13, 19. *adhuc tres dies, & tollet caput tuum Pharao.* Jonæ c. 3. v. 4. *adhuc qadraginta dies, & Ninive subvertetur.* Esajæ c. 16. v.14. *adhuc tres anni, & gloria Moabi absumetur.* Hoc D ipso in Evangelio c.14. v.19. Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ. *adhuc pavlulum, & mundus non videt.* i. videbit, *me amplius.* Et Hebr. c.10. v.37. Ἔτι μικρὸν ὅσον, καὶ ὁ ἐρχόμενος ἥξει. *adhuc pusillum qantulumcunqe, & qi venturus est, veniet.* Sed Camerarius, qò interpretationem suam stabiliat, ait in veteri codice scriptum offendisse, ὅτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. eandémqe scripturam in MS. Rutgersiano invenisse se testatur V. C. Daniel Heinsius. Verùm etiamsi dematur ἔτι illud, sensus idem nihilominùs restare potest. Sic enim etiam citra particu-E lam illam Evangelista idem cap. 16. v.16. Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με. *pavlulum temporis spatium, & non videbitis me: & rursùm pavlulum, & videbitis me denuò.* Cæterùm de sensu verborum vir summus in suis illis *ad Nonnum exercitationibus* eruditionis reconditæ refertissimis, *cap.12.* à Camerario discedit. Hebraismum esse avtumat, qem ad verbum Hellenistæ sic efferrent, ὅτι τετράμηνός ἐστι, καὶ ἐν αὐτῷ θερισμός. hoc est: τετράμηνός ἐστιν ὁ θερισμός. huic interpretationi statuminandæ Theophylactum accersit; qi, ὑμεῖς μὲν λέγετε, αὐτοὶ δὲ F νομίζοντες, ὅτι ὁ θερισμὸς ἐν τῇ τετραμήνῳ ταύτῃ ἔρχεται. Vult itaqe, sicut ἑορτὴν θερισμοῦ, Pentecosten Mosi, ita τετράμηνον θερισμοῦ dici *eam anni partem, cujus initium Nisan, in qâ duo Regalim Pascha & Pentecoste concurrerent, qorum altero initium, altero finem sumebat messis.* Hujus avtem interpretationis non ille primus avtor extitit: Heracleonem enim Origenes refert Domini verba ista *de messe qæ instabat eorum qæ generantur* accepisse, perinde qasi messis ista spatium qatuor mensium determinatum habeat. Ita non de qatuor, qi ad messem supererant, sed de qatuor, G intra qos messis confici solebat, mensibus, locutum Dominum, avtumabat. Verum nec à receptâ scripturâ citra necessitatem insignem recedere tutum satis videtur; qod necesse fuerit, si interpretationem hanc admittimus; nec qem V.C. advocat, Theophylactum, hoc qod ipse opinatur, voluisse, docent qæ subjicit, Ὁ αἰσθητὸς δηλαδή. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πάρεστιν ὁ νοητὸς θερισμός. *Messem spiritualem ait jam adesse, illam alteram non item.* Theophylacti verba illa, ὁ θερισμὸς ἐν τῇ τετραμήνῳ ταύτῃ ἔρχεται, non sunt ita intelligenda, ac si dixisset, *trimestris anni ille in qo messis habetur jam adest*, (qo modo Theophylactum Camerarius itidem explicat) *sed intra trientem anni, sive spatium qadrimestre messis tempus adfuturum est.* Maldonatus primus, opinor, censuit *proverbium fuisse Judæis familiare;*

ab otiosorum hominum voce desumptum, qi cum sementem jam fecissent, qasi nihil usqe ad messem. i.e. usqe ad longum tempus, haberent qod magnopere agerent, dicere solebant, Adhuc qatuor sunt menses usqe ad messem. plerunqe enim, inter eum mensem qo sementis, & eum qo messis fiebat, erant qatuor menses. fiebat enim sementis menso Novembri, messis Aprili exeunte; inter qos duos menses qatuor erant, December, Januarius, Februarius & Martius. q.d. hoc vos soletis de corporeâ messe dicere; sed de spirituali, ad qam vos jam missurus sum, non potestis. Qanqam idem refert, doctum qendam *qadrimestris spatii nomine tempus breve admodum* significari voluisse. qasi diceret Christus, *Vos ipsi judicatis tempus jam esse, ut de futurâ messe cogitetis, cum dicitis, non nisi qatuor menses usqe ad messem superesse.* Verùm havd absurde censet ipse, sensum istum Christi menti esse plane contrarium. Cui adjici potest, qadrimestre spatium, cum sit anni triens, messis avtem singulis annis recurrat, pro tempore brevi incommodè nimis usurpari. De *proverbio* avtem, qod Maldonatus habet, cum avtore caret, tum contradicere videtur Maroniano illi.

— *redit agricolis labor actus in orbem.*

qo significatur etiam inter sationem messémqe laboris jugis materiam terræ cultoribus nunqam deesse. V. C. Samuel Petitus *Eclogar. Chronologic. l.1. c.12. proverbiale* istud usurpasse vult Judæos *de frugibus serotinis*, ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. i. *adhuc supersunt menses qatuor, messisqe tempus aderit. cum enim mense Ijar non ita maturuissent fruges, ut possent meti, dicebant superesse adhuc anno vertenti absolvendo menses qatuor, intra qos maturescent fruges & metentur. annus n a Tisri incipiebat, qod erat caput anni frugum & plantationum: mense igitur Ijar qatuor adhuc menses supererant, intra qos fieri debebat messis. at Christus, qi eum suis ista mense Ijar loqebatur, dicebat, non esse qod dicerent, qasi serotinis frugibus*, ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. *nam jam maturuerant fruges*, ὅτι αἱ χῶραι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. *qibus verbis indicabat, maturiisse frugem spiritualem.* Atqi, ὦ vir πολυμαθέστατε, qo modo tibi conventas ipse, non video, qi suprà dixeras, *Certè falsum constat ex iis qa addit Dominus, qatuor superesse ad messem menses, subjungit enim*, ὅτι λευκαί εἰσιν αἱ χῶραι. *instabat ergò messis.* Etenim si de messe aliâ dicuntur ista, qod & ipse agnoscis, nec inficias iturum qenqam havd frustra Origenes asseverare est avsus, qomodo messem eam instare ex his verbis elicietur? tum intra spatium contractius multo qàm est qatuor ab Ijar mensium, messis tota consummabatur, etiam frugum qàm maximè serotinarum, qum vindemia etiam ante Tisri medium absolveretur. Levit. c. 23. v. 39. & Devt. c. 16. v. 13. itaqe festum Pentecostes, qod in mensem Sivan incidebat, dicitur חג הקציר Exod. c. 23. v. 16. *festum messis*. qia frugum messe jam confectâ celebrabatur; festum avtem Tabernaculorum חג האסף *festum collectionis*, qod fructibus qoqe jam collectis, vinóqe ac oleo confectis, habebatur. Exod. c. 23. v. 16. *Paræmiodes* esse consentit D. Dievsius in *Animadvers. in Evang.* sed vult *eâ locutione, qasi sententiâ consolatoriâ, usos Judaeos, jam jacto in terram semine*, ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται. *adhuc menses qatuor, & messis aderit. nam Judaeis*, inqit, *aratio fiebat mense Marchesvam. satio Cislev, messis Nisan medio. ita inter sationis & messis tempus qadrimestre fere spatium intercedebat. esse ergò perinde ac si dixisset, Tritum hoc apud vos dictum est; sed cujus nunc nullus usus est. neqe enim jam qadrimestris spatii morâ opus est, ut expectetur messis, cum regiones jam ad messem albæ sint.* Verùm qam ille præscriptionem adhibuit adversus D. Heinsii interpretationem, *non liqere* scilicet, *solitos Judaeos in trientes istiusmodi annum dividere*; avt trientem illum peculiariter ita *nominasse*: eadem adversus eum ipsum, tum & reliqos illos, qi *proverbiale* loqendi genus hic comminiscuntur, uti licebit; nihil ab eis produci, unde constare possit, totum apud Judæos dictum istiusmodi fuisse. Qid est avtem opus ad ejusmodi vel commenta, vel conjectamenta divertere, cum simplex sponte se in oculos ingerat sensus? ad messem scilicet naturalem, temporis spatium satis longum superesse, spiritualem verò jam instare. Ita ex antiqioribus Avgustinus

A *in Joan. tract.* 15. qem Beda, Hugo, & Hemingius ἀντιπαλέξοι *verbo verbum* transcripserunt; *Vos qatuor menses computatis usqe ad messem; ego aliam vobis messem albam & paratam ostendo.* Cyrill. *l.2. c.106.* Ὥρα μὲν ἦν χειμῶνος ἔτι κατ' ἐκεῖνον καιρόν, ἀρτιθαλὴς δὲ καὶ οἷον τῶν σπερμάτων ὁ καλαμος μόγις μὲν τῆς ἀρούρης ἐξέφερεν τὸ ἄκρον· καιροῦ δὲ τετραμήνου μεταξὺ διανυόμενος εἰς τὸ θερίζεσθαι χώραν ἐκεῖ προσεδοκᾶτο. mox; ὀλίγον τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων τὸ τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν ἀνοχλίσαντες, τὸν πνευματικὸν ἀναθρεῖτε σπόρον, ὅτι λελευκάνθησαν μὲν, ἐπὶ τὴν ἅλωνα βαδιούμενος ἤδη, καλεῖ δὲ λοιπὸν
B ἐφ' ἑαυτὸν τὸν ἀμητῆρος σίδηρον. *Hibernum adhuc tempus fuerat, viridésqe ac novelli culmi vix speciem horrescentem arvis induerant. at spatium qadrimestre ubi cursum suum confecerat, fore ut in messoris manus inciderent, expectabatur. Cæterùm vos, inqit, à rebus terrestribus mentis oculo pavlisper dimoto, sata spiritualia contemplamini, flavescentia horreum appetere, & falcem messoriam poscere.* Theophilus in Thomæ Catenâ; *Nonne dicitis, qod adhuc qatuor menses sunt, & messis venit, scilicet materialis. ego avtem dico vobis, qòd messis intelligibilis adest.* Verùm is Theophilus, puto, est
C Theophylactus. Nec alio abscedunt Chrysostomus & Evthymius. Ex recentioribus, qorum pars maxima eòdem concedit, disertè Nicolaus Liranus *in Joan. 4. Licet tempus messis corporalis adhuc distet; tamen tempus messis spiritualis jam instat.* Joannes Ferus *in Joan. c. 4. Vos dicitis messem procul abesse, qatuor scilicet mensibus: at ego dico eam prope adesse. At de messe agrorum hoc dicere non potuit, à qâ, ut ipse fatur, adhuc toto qadrimestri spatio aberant. de spirituali igitur messe loqitur, qa per Evangelii prædicationem perficitur.* Rodolphus Gvalterus *in Joan. homil.* 31. Marti-
D nus Chemnitius *Harmon. Evang. c.32. Vos dicitis, inqit, jam qatuor menses restare ad messem. ego avtem dico vobis, spiritualem Evangelii messem jam instare.* Et Cornelius Jansenius *Concordant. Evang. c. 23. Vos dicitis, post qatuor menses venturam messem: ego avtem dico vobis, jamjam instare messem Evangelicam: regiones enim jam albescere ad messem. i. e. paratos esse homines ad recipiendum Evangelium, per qod colligantur in horreum Domini.* Thomas denique Cajetanus. *Hinc supputari facilè potest; qòd Jesus novem menses vel circiter post pascha mansit in Judeâ. nam qadrimestre ante messem hyemale*
E *tempus est. Et qia in regionibus illis præcoces sunt fructus terræ, computando messem sole existente in Geminis, conseqens est, qòd sole existente in Aqario vel circa, hæc dicta fuerint.* Appositè admodum, nisi qòd messis tempus justo seriùs pavlo constituit, qæ *sole in Ariete existente*, mensis *Nisan* medio ordiebatur, ut ex frugum primitiis, ad festum Paschale oblatis, patet. Levit. c. 23. v. 5, 6, 10, 11. & Devt. c. 16. v. 9. *in Tavro existente*, mense *Ijar* toto fervebat, *in Geminis existente*, mense *Sivan* medio ferè consummabatur. Certè manifestam antithesin Dominus instituit inter
F messem hanc & illam alteram; cujus venustatem gratiámqe tollunt prorsus, qi circa messis hujusce tempus hoc dictum volunt. Ut frustra qoqe fuerit Origenes, qi inde interpretationi suæ planè absonæ & à Christi mente remotissimæ firmandæ, rationis speciem saltem aliqam avcupatus, ideò in utroqe membro allegoriam latere contendit, qia in altero reperitur, cum & tempus tempori & messi messis disertè opponantur. Proinde cum V. C. Josepho Scaligero *de Emendat. temp. l. 6.* statuendum videtur, circiter mensem *Tebeth* hoc à Christo prolatum, à qo ad mensem *Ijar*,
G qo messis fervere solet, qadrimestre spatium intercedit. Nam qod Vir doctissimus inde colligit, æstatem fuisse, qia Christus æstu fatigatus ad fontem desederit Joan. c. 4. v. 6. id verò non tam ab æstu, qàm ab itinere factum esse poterat. Ut nihil etiam hac in parte sit, qod à sensu simplici obvioqe deflectere svadeat; qod cogat verò multo minùs. Cæterum in hanc partem peccant crebrò viri etiam maximi, dum ad rationes suas scripta sacra trahere satagunt, cum ad ista sua potius exigere debeant,

Πρὸς στάθμην λίθον τιθέμενοι, μὴ τὴν πρὸς λίθον στάθμην,
Ad amussim lapidem applicantes, non ad lapidem amussim.

uti carmine proverbiali monuit Avtor gravis in commentariolo *de profectibus indicus.* pag. 75. F.

C A-

CAPUT VIII.

Hymni 18. commat. 34. pedes cervini, *qâ ratione usurpati.* אילות *tam cervi, qam cervæ. Animalium nomina Hebrais Ἐπίκοινα, & Gracis pariter. ita illis* אתנות & חמור *De Jona pisce Jarri nugamentum. ita* פרה onager. *Jer. 2. 24. ubi lapsus Piscator.* ferus, *unde* אריות leones, *Zeph. 3. 3. De utroqe sexu, ὁ ἐλέφας. ἡ ἔλαφος, crebriùs Graci. Ex Aristotele corrigendus Plinius. Elaphoentis montis fissis auribus cervi, ἡ ἵππος, ἡ πῶλος, &c. non Dorum, aut Atticorum duntaxat.* Ubi cervi cornua abjiciunt, *Proverbium unde. cervos cornua defodere, creditum; utrumqe an alterum, atqe ex his utrum. cervorum generi masculo duntaxat cornua. licentiâ poeticâ cerva cornuta fingitur; qod cum veritate conciliare frustra satagunt. Cervos & apros in Africâ haberi, prisci negant. Maro tamen, cervorum agmen in partibus illis Æneæ oblatum. id Servius ut excuset. utrumqe genus in regionibus illis hodiè deprehendi. De hederâ & oleâ, qid veteres tradiderint. Gaza Theophrastum perperam habuit; sed & Plinius. Euripides ab Æliano notatus, de noctuâ in Cretâ; Statius à Scaligero, de cupresso Alpinâ; Herodotus ab Aristotele de aqilâ bibente. αἰπόλοι τοὶ γαμψώνυχοι.* Albi, *montes Crotici.* Alpes *Gallis, montes alti qiqe.* Indiæ *nobis terra, & à nobis, & à se invicem longissimè dissita. Qa ex Herodoto Aristoteles, in ejus scriptis jam non parere. Muretus qu in Cicerone notarit.*

Occurrit aliqoties in scripturis sacris proverbialis qædam formula, qam & V. C. Joannes Drusius observavit, & in *Proverbiorum* suorum *classis 2. librum 5.* conjecit *loco 54.* רגלים כאילות *cervinarum instar pedes.* Reperitur ea in Davidis hymno *ἐπινικίῳ καὶ εὐχαριστηρίῳ* Histor. Reg. l. 2. c. 22. v. 34. & in libro Hymnorum Hymn. 18. v. 34. sed & in Habakukki cantico v. 18. Formulâ avtem hac qidam *consistendi firmitatem* designari volunt. in qibus est Salomon Jarus, ut eôdem spectet qò id qod seqitur, versu 37. *Et non nutarunt tali mei*: qidam *strenuitatem* in hostibus, tanqam serpentibus, conculcandis & conterendis; in qo Theodoretus ferè solus est. sed qi à commatio 41. suffragium habere videatur, qo loco David hostes suos *pulveris instar comminuisse, luti instar conculcasse* perhibetur. at alii pleriqe *velocitatem, celeritatem, agilitatem* intelligi volunt: atqe ita Chaldæus, & Levi Gersomides. *celeritatem* verò sive *agilitatem* qi sic sumunt, explicant, vel eam qæ in hostibus veluti venatoribus, fugiendis, qò ipsorum impetus effugiat, ne eum illi asseqantur, adhibetur; & sic David Camius in Reg. l. 2. c. 22. cui Evthymius, sed mysticè interpretatus, accedit. vel eam, qâ rupes cervi ascendunt, & loca inaccessa, unde venatores cum contemptu qodam despiciant. & sic Areas Montanus in Habak. c. 3. cui suffragatur, qod statim subjungitur. *Et super excelsa mea me statuit.* Vel eam, qâ fugam impedientia, lamæ, cavdices, vepreta, & similia, transiliuntur. qo modo Avgustinus, sed & qi Hieronymi Prosperiqe, nomina præferunt, sed allegoricè, interpretantur: vel eam etiam, qæ ad hostes perseqendos sit usui; qo modo in eundem locum & Camius. cui astipulatur, qod versu 36. *hostes meos insecutus & assecutus sum.* Vel eam deniqe, qæ in arcibus munitissimis ac propugnaculis excelsissimis etiam transcendendis, exercetur atqe exeritur. qò inclinant è nostris Calvinus & Mollerus. favétqe eorum sententiæ, qod priùs dixerat, vers. 30. *ope Dei mei murum transilio.* Ego simpliciter sumendum existimo, & loca munitissima cum celeritate ac facilitate eximiâ superandi occupandiqe facultatem avtumo eâ imagine adumbratam.

Verùm qæritur, cur אילות *cervas*, potiùs qàm אילים *cervos* dictum sit. Atqe in hoc nodo solvendo frustra se torqent nonnulli. Jarus enim, qem ad *firmitatem* retulisse diximus, crura rectiora, & ex conseqenti firmiora, vult esse in cervino genere fœmellis qàm masculis; sed nullâ id vel specie probabilitatis. alii, in qibus est Areas Montanus,

A agiliores opinantur esse cervis masculis cervas, qòd cornuum pondere nullæ prægraventur. qod idem & *de dromade & onagro* frustra David Camius, in Jer. c. 2. v. 23, 24. fœminas maribus esse velociores. qanqam communis ratio in his locum non habeat. At mihi verò אילות nomine, etiamsi formula sit fœminea, sexus uterqe promiscuè designatus videtur. sicut & אתנות nomine, cum tamen fœmininum sit, tam asini qàm & asinæ comprehenduntur. Genes. c. 12. v. 16. Job. c. 1. v. 3. & c. 42. v. 12. Sed & אתון singulare, cum formam præferat masculinam, *ἐπικοίνως* tamen & ipsum
B adhibetur. Itaqe in Balaami historiâ Num. c. 22. v. 23, 25, 30, 33. verbis fœmininis junctum identidem reperitur. qod & idem de voce חמור patet, ex Exod. c. 13. v. 13. ubi פטר חמור sive *apertura asini*, dicitur fœtus is, qui asinæ vulvam primus recludit. Neqe est idcircò necessarium, qod Evthymius, & post Evthymium Jansenius *Concordantiæ c. 110.* volunt, apud Zachariam c. 9. v. 9. vocabulo isto *asinum*, non *asinam* designari. qia nomen Hebraicum formam habeat masculinam. nam qod cum Ribera *in Zachariam* tum & Joannes Piscator *in*
C *Matth. Evang.* observarunt; refellitur hoc ex Histor. Reg. l. 2. c. 19. v. 27. ubi Mephibosheth Davidi Regi, *Dixi*, inqit, אחבשה לי החמור וארכב עליה *accingam mihi asinam, ut super eâ vehar*, nisi si qis adeò sit Arcadicus futurus, ut dicat *asinum* Mephiboshethum accingi voluisse, qo *asinâ* scilicet posset vehi. qo modo Jairus, cum apud Jonam legisset, c. 1. v. 17. *præparasse Deum* דג גדול *piscem magnum*, qi Jonam deglutiret; & rursus c. 2. v. 1. *supplicasse Deo Ionam ex visceribus* דגה *piscis*: ubi forma fœminea usurpatur: duos inde nobis pisces exsculpsit, ma-
D rem alterum, alteram fœminam. ab illo Jonam primò exceptum, cum in ventre piscis spatium satis amplum inveniret, ad orationem animum non adjecisse. at cum Deus pisci illi mandasset, ut in fœminæ fœtæ os captivum suum evomeret, tum demum in angustiis jam constitutum, de liberatione sui Deum interpellasse. Verùm advertisse debuerat Judæulus, qod c. 2. v. 10. seqitur, *mandasse Deum* לדג *pisci*, (ubi forma masculea denuo occurrit) captivum suum ut emitteret. ita pari ratione, non duos tantùm, sed tres pisces comminisci licuerit; marem, qi primus vatem
E absorpserit; fœminam, qæ à mare rejectum exceperit; marem alterum, cui illa denuò tradiderit. ut datatim, tanqam pilâ, Jonâ pisces illi luserint. sunt vero ista fartoribus suis dignissima nugamenta. Animalium vocabulis citra formationis respectum, nunc de meliore, nunc de seqiore sexu, utuntur scriptores sacri. qod ad Jer. c. 2, c. 24. Camius observat; qo loco, cum nomen ipsum, tum & attributa formam masculam habent, qum tamen de fœminâ coeunte maremqe sectante agatur. nec animadversum id, cum descriptoribus Judæis variam exhibendi scripturam,
F tum & Scholiastæ erudito, contextum divellendi, occasionem præbuit. Nec exteri secùs. Græci enim in qibusdam masculeam formam freqentius, in aliis fœmineam familiarius usurpant. De elephante Aristoteles *Histor. animal. l. 6. c. 27.* ὁ δ' ἐλέφας ὀχεύει καὶ ὀχεύεται πρὸ τῶν κ' ἐτῶν. *Elephas init & initur ante annum vicesimum.* Et *l. 5. c. 14.* Ὃν δ' ἂν ἐγκύμονα ποιήσῃ, ταύτῃ πάλιν οὐχ ἅπτεται. *qem impleverit*, sive *impragnaverit, eum non attingit denuò.* ubi apertè de seqiore sexu agens, formulâ usus est masculeâ. qo modo de eqa à Phormide repræsentatâ Pavsanias *Eliac. 1. Edit. We-*
G *chel. pag. 176.* Οὗτός ἐστιν, ὅτῳ καὶ τὸ Ἱππομανὲς λόγῳ τῷ Ἠλείων ἔγκειται. *Iste est, cui, ut Elei ferunt, Hippomanes immissum est.* ex qo loco V. C. Claudius Salmasius in *Exerc. Plinianis Edit. Paris. pag. 939. E. Traject. 660. D.* apud Theocritum *Idyll. 2. v. 48.* pro Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι, *Hippomanes planta est*, legendum contendit, Ἱππομανὲς χάλκεόν ἐστι, &c. *Hippomanes effigies est*, &c. ut ad statuam dictam respectum sit. At contrà de cervis, prout & Hebræi, genere fœmineo utuntur crebrius. Sic enim (ut LXX. prætereani, qi articulum, si qem, fœmineum præfigunt, ubi de *cervis* verba habentur, Devt. c. 12. v. 22. Hymn. 42. v. 1. & 104. v. 19.) philosophus idem, ne longiùs abeamus, *operis ejusdem l. 6. c. 29.* Ἡ δ' ἔλαφος τὴν μὲν ὀχείαν ποιεῖ, καθάπερ εἴρηται πρότερον. *Cervus coitum perficit, prout suprà*

V 2 dictum

dictum est. Ex mox: Ἐν δὲ τῷ ὄρει τῷ Ἐλαφώεντι καλουμένῳ ἔλαφοι πᾶσαι τὰ ὦτ᾽ ἐσχισμέναι εἰσίν. *In monte Elaphunte cervi omnes avribus sunt fissis.* Ita enim Plinius rectè vertit, *cervi*, non *cervæ*. qo modo & apud Hymnographum Vetus interpres havd malè, *cervorum*, non *cervarum*, *pedes* reddidit. nec nostris Harts feet / qàm Hindes feet / reddere minùs licuerit. qo modo Zeph. c.3.v.3. אריות שאגים Græcum Latinúmqe pariter secuti, vertunt, roaring Lions qum tamen vocabulum eo loci usurpatum formam fœmineam præferat. Qòd avtem apud philosophum Leonicus & Camotius, pro Ἐλαφώεντι, substituunt Ἐλατώεντι, tanqam ab *abietibus* monti nomen id inditum sit; qia forsan apud Plinium *l. 8. c. 58.* montem *Elatum* offenderant: ex Aristotele potiùs corrigendus Plinius videtur, & *Elaphuntem* legendum: qod etiam malim, qàm *Elaphum*, qod ex Strabonis ac Ptolomei avtoritate reposuisse Longolius perhibetur. Cæterùm usum hunc fœminino genere usurpandi τὰς ἵππους, τὰς πώλους, ubi de masculis est sermo, qomodo Theocritus *idyllii* dicto numero,

—— τῷ δ᾽ ἐπὶ πᾶσαι
Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν᾽ ὤρεα, καὶ θοαὶ ἵπποι.
—— *istic in montibus omnes*
Perciti aguntur eqi celeres pulliqe furore.

& τὰς ἐλάφους pariter, qo modo proverbium vulgò jactatum habet, cujus meminit Aristoteles *l. 9. c. 5.* Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. *ubi cervi cornua abjiciunt sua*; Dorum esse asserit Cl. Casavbonus, Atticorum Joannes Drusius. certè apud scriptores omne genus, tam qi versu, qàm qi soluto sermone sunt usi, freqentissime deprehenditur. Proverbium verò qod attinet, inde tractum dicit Philosophus, qod *cervi* ἐν τόποις χαλεποῖς καὶ δυσεξευρέτοις, *in locis inventu difficilibus*, vel ut Plinius *l. 8. c. 32. invios*, *cornua deponere* consveverint. Plutarchus verò libello *de Pythiæ oraculis*, Proclei tyranno, qi Timarchum Athenensem, interfectum priùs fiscellâ conclusum submergi procuraverat, de rebus suis consulenti, redditum refert oraculum, eò proficisceretur, ubi fiscellam illam deponi fecerat, vel ὅπου τὸ κέρας ἀποβάλλει ὁ ἔλαφος, *ubi cornu suum cervus abjicit*; ex qo, inqit, intellexit sese avt submergendum avt defodiendum voluisse Deum fatidicum. eo nimirum qod cornua, ubi deposuerint, defodere cervis solenne sit habitum. Ita Oppianus *Venati. l. 2. v. 211.*

Ἢ γὰρ εὐώρισιν κεράων ἄρχοι πάντων,
Βόθρον μὲν τῇ γαίῃ ὀρυξάμενοι κατέθαψαν.
Temporibus ramosa suis ubi cornua ponunt,
In terrâ defossa solent sepelire cavatâ.

At Plutarchus non *cornua*, sed *cornu*, qasi alterutrum duntaxat, defodi dicit, qi & loco priùs adducto subjungit, Οἱ γὰρ ἔλαφοι κατορύττουσι καὶ ἀφανίζουσι κατὰ τῆς γῆς, ὅταν ἐκπέσῃ, τὸ κέρας. *Cervi cornu delapsum in terram defodiendo tollunt e medio.* Et *Sympos. l. 7. c. 12.* Τὸ κατορυσσόμενον ὑπὸ τῶν ἐλάφων κέρας. *Cornu a cervo defossum.* nec deerit forsan, qi Oppianum pariter capiendum statuat, ut *cornua* pro cornuum altero dixerit, qo modo *ad navis latera*, pro, ad latus alterum Jonæ c. 1. v. 5. dictum alibi observamus. Cæterùm de utro cornu, dextro an sinistro intelligendum sit, id verò inter narrationis hujusce avtores havd perinde convenit. Etenim Aristoteles, ubi adagii supra dicti meminerat, *cornu sinistrum* defodi testatur. Λέγεται δὲ, ὡς τὸ ἀριστερὸν κέρας οὐδεὶς ἑώρακεν. ἀποκρύπτειν γὰρ αὐτὸ, ὡς ἔχον τινὰ φαρμακείαν. At Plinius, qi Aristotelem transcripsisse videtur, qod de *sinistro* ille, de *dextro* pronunciat, *l. 8. c. 32.* *Dextrum cornu negant inveniri, ceu medicamento aliqo præditum, defodi ab eis putant.* Solinus, qi Plinium passim seqitur, *c. 19. è cornibus qod dextrum fuerit, efficacius ad medelam.* qanqam defossionis (qod mirum) non meminit. Theophrastus itidem in fragmento *de animantibus invidis*; Καὶ ἡ ἔλαφος τὸ δεξιὸν κατορύττει κέρας, πρός τε τὰ τῶν φίλτρων φάρμακα, καὶ πρὸς ἄλλα πολλὰ χρήσιμον. Et ex Theophrasto Ælianus *de animal. l. 3. c. 17.* Ἰδίᾳ δὲ ἔλαφος τὸ δεξιὸν κέρας ἔχων εἰς πολλὰ ἀγαθὸν, καὶ μέντοι κατορύττει αὐτὸ &c. Et Antigonus *in Histor. mirab. congerie c. 24.* τὴν δὲ ἔλαφον τὸ δεξιὸν κέρας κατορύσσειν. εἶναι δὲ καὶ τοῦτο ἐν πολλοῖς χρήσιμον. Qin & Aristoteles (si is saltem fuerit, qod non immeritò ambigitur) *in relationibus mirandis c.* sed ad cervos Epiroticos restringens; Τὰς ἐν Ἠπείρῳ ἐλάφους κατορύττειν φασὶ τὸ δεξιὸν κέρας. Verùm de lite istâ componendâ, non est qòd multum laboremus, cum merum sit figmentum, qomodocunqe libuerit sumere. nec defodere cornua sua cervos consvevisse, & utrumqe pariter obvium deprehendi, experientia jugi compertissimum habetur.

Sed, ut ad priùs proposita redeamus, τῷ ἐλάφου nomine etiam *cervum masculum* venire, claret apertissimè, cum ex diverbio illo, tum ex avtoribus illis suprà citatis, qi de *cornua abjicientibus* pari modo loquuntur: siqidem, ut philosophus *l. 4. c. 11.* κέρατα ἔλαφος θήλεια οὐκ ἔχει. *cerva cornua nulla habet.* Et Pollux *l. 5. c. 12. §. 2.* Τῆς ἐλάφου ἄκερως ἡ θήλεια· ὁ δ᾽ ἄῤῥην κερασφόρος. *è cervis fœmina cornuum est expers*; *mas solus gerit cornua.* Frustráqe est V. C. Conradus Rittershusius, qod adagium refingi, & pro αἱ ἔλαφοι, οἱ ἔλαφοι legi postulat; etiamsi Plutarchi lectio, (qod is tamen havd advertit) mutationi ejusmodi favere videatur; cum & præter Aristotelis codices hac in parte consentientes, Zenobius, Svidas, Apostolius in *parœmiarum collectaneis* reclament, (nam Diogenianus articulum supprimit) & locutio ista scriptoribus præcipuis qoqe opidò qàm familiaris existat. Nec frustra tamen avt Aristoteles *Poetic. c. 25.* havd ἀναμάρτητον prorsus censet, si qis, licet per ignorantiam, cervæ fœminæ cornua poeta tribuerit; avt Pollux hoc nomine Anacreontem perstringit, tanqam minùs commodè locutum, qod τὴν ἔλαφον κερόεσσαν dixerit: qod V. C. Salmasius frustra eluere conatur locutionis istiusmodi privilegio; non facturus, si dicti Anacreontici meminisset: sed nemo unus avt omnia videt, avt qæ novit, semper in animo habet simul universa. illud verò nobis exhibet cùm Ælianus *de Animal. l. 7. c. 39.* tum & Pindari Scholiastes *ad Olymp. oden 3.* his verbis:

—— Ἀγανῶς,
Οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα
Γαλαθηνὸν, ὅς τ᾽ ἐν ὕλαις κεροέσσης
Ὑπολειφθεὶς ἀπὸ ματρὸς
Ἐπτοήθη.
—— *Pulcre*
Ut hinnulus tenerrimus
In nemore qem cornuta
Mater reliqit viridi
Solet pavere.

apertè dicit *hinnulum à matre cornutâ relictum.* ut nullus sit tergiversationi locus relictus. itaqe qò vitio huic medicinam faceret, Zenodotus ἐροέσσης pro κεροέσσης ibat substitutum; sed Aristophane Byzantio omninò refragante. Qinimò non Anacreontis solius hic error est; sed cum plerisqe illi poetis communis. οἱ μέντοι ποιηταὶ πάντες, κέρατα ἔχειν ποιοῦσιν. *Poetæ omnes*, (inqit Scholiastes ille) *cervis, etiam fœmellis, cornua tribuunt.* Sic Pindarus, χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν, *cervam avricornem fœminam*, Evrysthei ab Hercule adductam ait. qo epitheto eandem ab Evripide qoqe in *Temenidis* insignitam docet Ælianus. qi & ex *Iphigeniâ* ejusdem versus qosdam profert, in eâ fabulâ jam non extantes, qibus Agamemnoni scilicet pollicetur Diana, ἔλαφον κερόεσσαν, qæ Iphigeniæ loco mactaretur, à se iri substitutum. Sophocles item, (qod & Pollux notavit) *cervam Telephi nutricem* κεροέσσαν nuncupavit: qam & eo modo olim depictam passim avtor est Scholiastes. qi idcircò vanis conjecturis incassum contendit, verisimile esse etiam hoc genus fœmellas ejusmodi aliqibus in locis deprehendi. nec avdiendus Ælianus, qi contra omnem experientiæ, & priscæ & præsentis, qotidianæ etiam, fidem, ex poetarum dictis istiusmodi contrarium evincere imprudens conatur. qod est ex poesi historiam corrigere, ex figmento veritatem. qanqam nostris temporibus *cervam cum cornibus* visam in Galliâ testatur Julius Scaliger *Poetic. l. 3. c. 4.* qi tamen hoc Callimacho objectum ingenuè magis excusat, tam poetæ licuisse *cervæ cornua* tribuere, qam *avrea* eadem facere. Qod idem utrumqe & Valerius Flaccus admisit *Argonavt. l. 6 v. 72.* verbis illis,

Omnis fatidica Phyreus movet agmina cerva.
Ipsa comes, setis fulgens & cornibus avreis.

Ac

A Ac proinde *in Adversariis l.* 29. *c.*25. Turnebus observat Latinos poetas Græcorum hac in parte etiam vitia imitatos, præsertim cum non in hoc solo poetæ, etiam primarii, ab historiæ veritate, reiqe ipsius, qam in manibus habent, naturâ ac proprietate qandoqe recedant: qod nec Æliano ipsi incompertum, uti mox videbitur. In hoc ipso, de qo nunc agimus, animali, peccasse censetur Latinæ princeps poesis, qod *Æneid. l.* 1. *cervorum agmen* in Africa Æneæ faciat oblatum: cum *Africam cervos gignere* neget Plinius *l.* 8. *c.* 53. *Cervos Africa*, inqit, *propemodum sola non B gignit*: de Libyâ saltem constanter idem tradant, Herodotus *l.* 4. Aristoteles *Histor. Animal. l.* 8. *c.* 28. Antigonus *mirabil. c.* 21. hanc avtem Africæ partem, *Libycas* nempe *oras*, accessisse Æneam narrat poeta. frigidæ enim frivolæqe sunt satis Servii excusationes; vel *cervos* pro *feris* qibuscunqe dictos; vel *heroica tempora* respexisse poetam, qibus *omnia ubiqe nascebantur*; juxta illud ejusdem,

—— *omnes feret omnia tellus.*

Qanqam, qicqid tradant veteres illi, nunc dierum multos in Africâ cervorum greges pasci compertum est: qod C & ad Plinium Dalechampius monuit: idémqe fidenter mihi affirmarunt ad mensam è Mavris ipsis, notæ melioris nonnulli, qi à Rege Marrucosio ad nostrum hoc, qo ista literis mandabam, anno missum legatum assectabantur. Qin & qod autores iidem sues agrestes in Libyâ reperiri negant, (qod de Arabiâ etiam Plinius prodidit *l.* 8. *c.* 52. *suillum genus ibi non vivere*) id verò falsissimum esse testantur navtæ ac mercatores nostri, qi suum agrestium venatu, dum in eis partibus moram trahunt, sese freqenter admodum exercent. Illud tantùm veteres illos excusarit, si dicatur illo- D rum temporibus fortè, nec *cervos*, nec *sues* in Africâ visos, seculis post aliqot eò pervenisse. qo modo, (ut de *oleâ* nihil dicam, qia falsissimum esse ex sacris literis constat, qam Herodotus *l.* 5. ex qorundam sententiâ refert, *in Attica regione solâ* olim extitisse) de *hederâ*, Plinius *l.*16. *c.* 34. *Hederam jam dicitur in Asiâ nasci. negaverat Theophrastus; nec in Indiâ, nisi in monte Mero. qin & Harpalum omni modo laborasse, ut ferret eam in Mediâ, frustra.* Verùm Theophrastus hoc non dicit; sicut nec, qod interpres doctissimus Theodorus Gaza expressit, cujus post avtoris E verba versionem dabo. Sic itaqe Theophrastus *Histor. plant. l.* 4. *c.* 4. Κιττὸν δὲ καὶ ἐλάτην οὔ φασιν εἶναι τῆς Ἀσίας ἐν τοῖς ἄνω τῆς Συρίας ἀπὸ θαλάσσης πένθ' ἡμερῶν· ἀλλ' ἐν Ἰνδοῖς φανῆναι, καὶ τῷ ὄρει τῷ Μηρῷ καλουμένῳ· —— τὸν δὲ κιττὸν ἐν Μηδίᾳ μόνον· —— καὶ τοῦ γε διαφιλοτιμηθῆναι Ἅρπαλον ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα φυτεῦσαι πολλάκις καὶ πραγματευόμενος, ἀλλ' οὐδὲν ἐποίει πλέον. οὐ γὰρ ἐδύνατο ζῆν, ὥσπερ τἄλλα τὰ ἐκ τῆς Ἑλλάδος. At Gaza: *In Asiâ hederam, & abietem parte superiore Syria, itinere à mari qinqe dierum, enasci negant: sed in Indiâ visam in monte, cui Mero nomen, affirmant.* —— F *Harpalus verò in Mediâ tantùm locare eam contendit, ferendo sæpe in hortis Babylonis, & curiose colendo; sed nihil efficere potuit. has enim nullo pacto vivere valebat, sicut reliqa qæ è Græciâ sunt advecta.* Verùm nec in *Asiâ nasci hederam* negat Theophrastus, nec *apud Indos in Mero monte solo reperiri* affirmat. qod utrumqe Theophrasto Plinius affingit. imò in Asiæ partibus qibusdam nasci tradit, & cum apud Indos, tum speciatim in monte illo, deprehensam. Qin nec *Harpalum in Mediâ*, qod Plinius ait, *ferendam, sed frustra, curasse* refert, qum ibi sponte provenire narret: & multo G minùs, qod Gaza, *in Mediâ eam locare contendisse, ferendo in hortis Babylonis.* qid enim Mediæ, qam Ponto (Caspium, opinor, voluit) adjacere Theophrastus ibidem asserit, cum hortis Babyloniis in Chaldæâ sitis? Negat Theophrastus, ex aliorum relationibus vulgò receptis, *avt hederam avt abietem in Asiæ partibus, qa Syria superiora continent; avt in aliis etiam ejusdem regionibus Mediâ solâ exceptâ, nasci*: nam de Indis priùs dixerat. De hortis Babyloniis, ex Theophrasto, idem narrat Plutarchus *Sympos. l.* 3. *c.* 2. & in *vit. Alex.* de Mediâ nihil. Nam qod Asiæ hederam, Syriæ parti alicui abietem ex Theophrasti mente negatam Gazæ versio insinuat, id avtoris contextus nullo modo admittit. Cæterùm Maroniano errato, (si fuerit saltem) geminum admisisse observat Ælianus *de animal. l.* 5. *c.* 2. Evripidem, qi in Cretâ noctuam Polyidi conspectam facit, qum *in Cretâ noctua nec nascatur, & aliunde invecta mori perhibeatur.* Sic enim & Plinius *l.* 10. *c.* 29. & ex Plinio Solinus *c.* 11. Statium pariter poetam non ignobilem notat Julius Scaliger, *Poetic. l.* 6. *c.* 6. qòd *cupressum Alpinum* dixerit, cum in eis cœli plagis *cupressus* nulla nascatur. locus habetur *Thebaid. l.* 6. *v.* 851.

—— *Alpini veluti regina cupressus*
Verticis. ——

qanqam qæri forsan poterit, *Alpini* Statius *verticis*, an *Albini*, dixerit, à montibus nempe, qi *albi*, λευκοὶ Græcis nuncupantur, Creticis. hos enim cupressis abundare refert Plinius *l.* 16. *c.* 33. post Theophrastum *l.* 4. *c.* 1. sed minùs id verisimile, qia *Albos* qod Plinius appellat, Græcam potiùs eo vocabulo appellationem exprimere, qàm Latinis familiarem insinuare volebat. Itaqe & Bernartius ad illud Statii: *Attigit, ut videtur, Papinius hic guttam è flumine Lethes. nam in Alpibus nusqam cupressi. nisi fortè speciem pro genere posuit; qod non ineptè affirmare possumus.* Vult poetam *Alpes* pro montibus qibusvis celsis posuisse, qo modo regiones remotiores tam *Orientales*, licet pelago vasto à se invicem dissitas, communi appellatione, sed qæ unius tantùm Orientalis origine suâ peculiaris sit, *Indias* vulgò nuncupamus. Servius certè *ad Æneid. l.* 10. *omnes montium altitudines à Gallis Alpes vocari*, tradit. Sed &, ne poetas solos tangamus, Herodotum Aristoteles *Histor. Animal. l.* 8. *c.* 18. reprehendit, qòd *aqilam* in Nini obsidione *bibentem* inducat, qum τὰ γαμψώνυχα ἄποτα πάμπαν existant, *adunca aves vivant sine ullo potu*, illud obiter moneo, in Herodoti scriptis, qæ supersunt, istud nevtiqam reperiri, qi *lib.* 1. qidem Ninum at à Cyaxare expugnatam, modúmqe alibi fusiùs narraturum pollicetur; sed in eis, qæ habemus, nusqam id præstitisse deprehenditur. Cæterùm ἀσύστατα, *non cohærentia*, istiusmodi non in Evripide, Plavto, Marone, Nasone, sed Cicerone qoqe ipso, nonnulla deprehendisse gloriatur, (ut de aliis nihil adjiciam) Ant. Muretus *Var. Lect. l.* 14. *c.*16. & *c.* 20. & *l.* 15. *c.* 14. Eum, qi volet, adeat.

CAPUT IX.

A lavdato lavdari, magnificum. De Francisco Junio Scaligeri elogium effusissimum; Imperatoris, & Livelas liberalia satis. Livelæ ipsius encomium justum. הסד *benignè acceptus habitusve, Junio passim, formâ repugnante, qa affectum situm sonat, ut* אביר נדיב צדיק עריץ *pro* functo, pio, benigno, benefico *adhibetur.* ὅσιος *Græcis. unde & vocabulum hoc per Syros istis; nam* דסי *Syris, a in o transire crebrò.* ὅσιος *unde. pietatis nomen officia & divina & humana etiam complexa. religiosi vocabulum in partem seqiorem usurpatum.* ὅσιος*, pius; & ab illo istud.* חסידה *ciconia, à pietate.* ἀντιπελαργεῖν *qid, & unde Græcis. affectus hujus in pullos; pullorum pietas in parentes senio confectos. alia hac à* נצה *qa struthio, à pennis sic dicta, Job.* 39. 16. *qod Tremellio & Junio primus animadversum videtur.* חסד *Deus qâ ratione dicatur. Hasidæorum votum familiare.* חסיד *Magistri Judæi qo modo delineant. hominem, discipulorum, eleemosynam facientium, classes.* צדיק *&* חסיד *illis qi distingvantur. Primitiarum portio qota dari solita.* Officiorum & beneficiorum *distinctio. Rom.* 5. 7. *verba discussa.* δίκαιος *&* ἀγαθὸς *ibi an sint eadem.* τολμᾶν *sæpe* sustinere *potiùs qàm* avdere. צדיק *&* טוב *promiscuè usurpata.* δίκαιος *avtì* τοῦ ἀγαθὸς, χρηστὸς, *&* ἐλεήμων. justitia*, pro eleemosyna.*

L*Ætus sum lavdari me abs te viro lavdato, pater.* inqit, lavdante [a] sæpiùs Cicerone, Hector Nævianus. Qò & Seneca forsan respexit, qum dixit, *Epist.* 102. *Tragicus ille apud nos ait; Magnificum esse lavdari à lavdato*

a *Tuscul. qæst. l.* 4. & *l.* 5. Et, *Famil. l.* 5. *Ep.* 12. & *l.* 15. *Ep.* 6.

viro. Magnum ergo Francisci Junii τ̃ μακαρίτε decus, qòd à viro nunqam satis lavdato, magno illo Scaligero, elogium tam amplum consecutus sit, ut Constantino Imperatorio in *ad Jachiada Danielem notis* referente, pronunciaverit; *Ab Apostolorum temporibus hactenùs parem Theologum nullum vidisse seculum.* Certè, qod Constantinus idem vir literarum rerúmqe Hebraicarum peritissimus, *Innumera sacra scriptura loca primus ipse illustravit.* Itaqe fixum apud me stat, sempérqe stabit illud Edvardi Livelæi, viri cum lingvarum artiumqe peritiâ, tum animi modestiâ insuper cumprimis ornatissimi, cui literarum Hebraicarum institura prima magnâ ex parte debere me lubentissime agnosco, qo de Scripturæ Sacræ interpretibus verba faciens *in præfatione ad annotationes in Prophetas è minoribus* qosdam, hanc de heroum pari illo, Tremellio ac Junio, sententiam protulit; *Tremellio & Junio qi multa deberi negat, ne ille avt judicii expers, avt invidus.* Homines tamen fuerunt & isti, prout & qi eosdem antegressi fuerant, à qibus in multis, jure meritò discesserunt. Proinde qemadmodum ab his, qibus elogium tam ingenuum, tam liberale tribuit, vir ille modestissimus dissentire nihilominùs qandoqe se, libere ipse professus est; ita, judicium ego virorum tantorum licet qàm maxime probem, in qibusdam tamen summis viris illis assensum qo minus præbeam, cavssas justas satis videor deprehendisse.

In his est qod חסיר passim passivè sumunt, eúmqe interpretantur, *qem qis benigne accipit*, sive *qem benignitate amplectitur ac proseqitur.* passivè, dico; qia, licet verbis activis id exprimatur, beneficentiæ sive benignitatis, non avtor, sed objectum significatur is, de qo ista enunciantur. Ita verterunt Hymno 4. v. 4. *At agnoscite separatim asseruisse Jehovam sibi eum, qem benigne accipit.* Hymno 32. v. 6. *Propter hoc oraturus est te, qemcunqe benignitate proseqeris.* Hymn. 86. v. 2. *Serva animam meam; nam is sum, qem benignitate proseqeris.* Hymn. 50. v. 5. *congregate mihi, qos benignitate prosecutus sum.* Hymn. 79. v. 2. *carnem eorum, qos benignitate proseqeris, (dederunt cibo) bestiis terræ.*

Huic avtem interpretationi adversari videtur, 1. qod hujusce formæ adjectiva non ament significationem istiusmodi admittere. v. g. נדיב *liberalem, munificum, animo ingenuo præditum, sponte largiri*, designat; non eum, erga qem qis munificus est, sive qem liberalitate proseqitur. Exod. c. 35. v. 5. 22. Esajæ c. 3. v. 5, 8. אביר *robustum, qi robore pollet, suísqe etiam robur ac vires suppeditat*; sic enim Deus toties אביר ישראל & אביר יעקב dicitur. Esajæ c. 1. v. 24. & c. 49. v. 26. & c. 60. v. 16. c. 40. v. 29. עריץ *violentum, violentiam exercentem, aliis vim facere promptum*: non eum, *cui vis adhibetur, avt adversus qem vi res geritur.* Hymn. 86. v. 14. Esaj. c. 25. v. 3. 4. צדיק *justum, qi justitiam exercet & exhibet, non apud qem ea exercetur, sive cui ea exhibetur.* Joannes Ep. 1. c. 3. v. 7. *ὁ ποιῶν δικαιοσύνην, δίκαιός ἐστι, qi exercet justitiam, justus est.* h. e. הפועל צדק Hymn. 15. v. 2. Ita commatis istis *internam* affectionis immanentis, effectionisqe inde emanantis, significationem obtinent; nec objectivè sed subjectivè passim ac perpetuò sumuntur. 2. Qòd usitatissimè חסיר pro *pio, sancto, benigno, benefico* sumatur. qo modo & ipsi qandoqe vertunt. Hymn. 18. v. 26. *Cum benigno benignum te exhibes.* Hymn. 12. v. 2. *defuit beneficus.* Ubi *pium* tamen malim. Hymn. 43. v. 1. *Vindica me a gente non benignâ. à non piâ, impiâ.* qomodò Græci interpretes, *ἀπὸ ἔθνους οὐχ ὁσίου.* qi & τὸ חסיר demptis locis tribus duntaxat, per Græcum ὅσιος perpetuò reddunt. Et videri sanè possit ea ipsa vox ad Græcos per Syros ab Hebræis descendisse. nam qem Hebræi חסיר Syri חסי Græci terminatione suà adjectâ ὅσιος dicunt. patet hoc ex Hymn. 16. v. 10. ubi qod David dixerat חסידך Græcus eúmqe secutus Lucas Act. c. 2. v. 28. & c. 13. v. 35. *τὸν ὅσιόν σε.* Syrus avtem חסיך dixit. qo magis miror eo loci potuisse animum inducere, ut secùs, qo dictum est modo, redderent. certe sive חסי Syrum à חסיר Hebræorum detritâ ultimâ procusum sit, qod Serario placuit Trihæres. *l.* 3. *c.* 1. (sicut vice versâ a צדיק primâ detractâ Græcorum *δίκαιος* deductum volunt Illyricus in *Clavi*, Gvichardus in *Harmon. Etymol.* alii) sive à חסא qod Syris est *εὐσεβεῖν, pium esse, numen colere, cultus divini studiosum esse*, item *misericordem ac benignum se exhibere.* prout, rejectâ originatione illâ, statuit Josephus Scaliger *Elenchi c.* 17. *ὅσιος* certè Græcum à Syro חסי manasse omninò videtur, & significatu usuqe tria ista convenire, vix est ut qisqam diffiteri qeat. in deductionibus *a* in *o* transire, nihil est novi. ut עמרה *γομόῤῥα*; *δαμῶ, domo; ταρβέω, torpeo; κάπηλος, copo,* ה, *ὁ*; sic חסיא *ὅσιος*, & חסיותא *ὁσιότης.* qod & Scaligero ipsi probatur *Emendat. Temp. l.* 6, 3. Qod locis eis, qibus hoc pacto verterunt, nulla necessitas compareat à significatione primariâ atqe usitatâ recedendi. nihil enim impedit, qò minùs locis illis omnibus, tum eis qos adduximus supra, tùm & reliqis qibus illi pariter sic reddiderunt, חסיד *pius*, vel *benignus* vertatur.

Illud adjiciendum τὸ חסיד non tantum ὅσιον. i. *pium* designare, qatenùs *pius* hominem erga numen divinum officiosum sive religiosum. (qod tamen in malam partem ille apud Gellium l. 4. c. 9. rapit, verbis illis,

Religentem esse oportet; religiosum nefas.)

sed *pium* significare, eâ etiam ratione, qâ

—— *πατρὶ δ' ὡς ἤπιος ἦεν,*

Poetarum principi dicitur; unde & *pii* nomen in Latium migrasse existimo. *ἤπιος* enim *pius*; & *ἠπιότης pietas.* unde *pius Æneas*; & qâ *pietas* erga homines, parentes cumprimis, solet prædicari, pro *benignitate*, teneróqe animi affectu, qi benefacere, atqe ope indigentibus nostrâ subvenire promptos facit. inde *ciconiæ* τ̃ חסידה nomen hæsit; à *pietate* scilicet qam in parentes senio confectos exercere perhibetur. qod & Græcis τ̃ *ἀντιπελαργεῖν* nomine in proverbium abiit: unde & *pietaticultricem* apud Petronium Publius Syrus appellat. Qin nec in parentes tantum, sed & in pullos, pietatis nomine lavdatur ciconia. itaqe Delphis Belgarum refert Hadrianus Junius *in Bataviâ*, ciconiam, flammas nido, in qo pulli implumes adhuc manebant, imminentes depellere, eósqe eripere, frustrâ conatam, passis alis in nidum se præcipitem dedisse, qò communi cum pullis fato interiret. Proinde rectè videntur summi viri illi, qibuscum jam agimus, è libro Jobi locum illum c. 39. v. 16—20. constituisse, qi priùs aliorum interpretamentis, nec rationi consentaneis & sibi invicem adversis, mire miseréqe divexabatur; dum חסידה qæ perpetuò *ciconiam* significat, à נצה distingvunt, & posteriorem hanc vocem, non pro *plumâ* (qo modo tamen Levit. c. 1. v. 16. & Ezech. c. 17. v. 3, 7. usurpatur) sed pro *ave*, Salomonem Jairum in eo secuti, accipiunt: & *struthionem* interpretantur: cui, non & ciconiæ, qæ seqüntur conveniunt. Hac avtem notione sicut חנון *gratiosus*, & רחום *misericors*, ita חסיד etiam Deo attribuitur, Hymno 145. v. 17. ubi pronunciatur is צדיק *justus in omnibus viis suis*, & חסיד *pius*, *benignus in omnibus operibus suis.* & Jerem. c. 3. v. 12. ubi populum, etsi flagitiis omne genus coopertum, ad resipiscentiam sub veniæ conseqendæ fiduciâ invitat hoc argumento, qòd ipse sit חסיר *pius ac misericors.* ex qo utroqe loco simul juncto colligere datur τὸ חסיד animum designare, *τὸ δοτικὸν καὶ συγγνωμονικὸν*, affectum scilicet, cum ad donandum, tum & ad condonandum proclivem. qo modo Græci verbo *χαρίζεσθαι* horum utrumqe denotant. Rom. c. 8. v. 32. & Coloss. c. 2. v. 13. & c. 3. v. 13. Itaqe de *Hasidæis* antiqis, qibus peculiari ratione qadam appellatio ea est attributa, in libro *Musar* dicitur, referente Drusio, hos primos sic orasse solitos, *Remitte & condona eis, qi vexant & affligunt me.*

Hebræi verò Doctores חסיד qi sit, variis modis exprimere atqe explicare consveverunt. In *Pirke Abot*, sive *Patrum dictis collectaneis*, cap. 5. §. 10. alludentes Esavi ad Jacobum fratrem illud Genes. c. 33. v. 9. *Esto tibi qod tuum est.* *Qatuor*, inqiunt, *sunt* מדות i. e. *genera vel classes hominum*; in primâ statuitur, cujus ea vox שלי שלי ושלך שלך *qod meum, tuum; & qod tuum, meum*: & iste est עם הארץ *populus terræ.* i. *homo mundanus.* qi mutuum colit. in secundâ, qi dicit, שלי שלי ושלך שלך *qod meum, meum; & qod tuum, tuum.* & iste est כרת סדום *mos Sodomæ*: de

qi

qâ scilicet Ezech. c. 16. v. 49. non erat erga pavperes benefica. vel, ut alii referunt, מדה בינונית ista est *sors media*, inter רשע & חסיד nempe. éstqe eorum, qi sibi tantùm vivere volunt, sed citra alius cujusqam damnum avt injuriam. qalem Esavum dicto illo se professum avtumant: in tertiâ statuitur, cui illud in ore, שלי שלך ושלך שלך *qod meum, tuum; & qod tuum, tuum.* & hic est, qi הסיד dicitur, *pius, benignus,* qi nec ab aliis officia postulat, & sua gratis præstare atqe exhibere promptus est. qi *mutuatur, & largitur,* ὐδὲν ἀπελπίζων, *nihil inde sperans.* Hymn. 37. v. 21. & Lucæ c. 6. v. 35. in ultimâ, cui solenne illud, שלי שלי ושלך שלי *qod meum, meum, & qod tuum, meum.* iste avtem est רשע *improbus, pessimus*: utpote qi non sua tantùm, sed aliena qorumcunqe, sua pariter esse velit.

Ibidem, §. 14. Qatuor sunt בית המדרש *domum doctrinæ,* i. scholam, *ingredientium genera.*

1. הולך ואינו עושה est *qi intrat, nec facit.* שכר הליכה בידו & *hic mercedem tantùm pro accessu accipit.*

2. עושה ואינו הולך est *qi non intrat & facit* tamen. שכר מעשה בידו *hic pro opere præmium accipit.*

3. הולך ועושה est *qi intrat & facit.* iste חסיד *pius* est.

4. לא הולך ולא עושה est *qi nec intrat, nec facit.* iste רשע *impius, improbus* est.

Mitto qærere, qi è scholam ingredientibus existant, qi omninò non ingrediuntur, sive ea qæ ibi docentur faciant, sive non faciant: avt qæ profectionis utilitas avt merces ei, qi cum eo profectus ac ingressus fuerit, dum nihil eorum facit qæ discit, nihil tamen qicqam proficit. Moneo tantùm obiter in *editione* horum *Venetâ* cum adjunctis *Josephi Chajoni scholiis* depravata ista, genus unum idémqe notâ duplici insigniri.

Ibidem §. 13. Qatuor sunt מדות בנותני צדקה *eleemosynam dantium* conditiones sive genera.

1. הרוצה שיתן ולא יתנו אחרים est *qi libenter dat, nec vult* tamen *ut alii dent.* עינו רעה בשל אחרים *iste restrictus est in alieno.*

2. יתנו אחרים והוא לא יתן est *qi vult ut alii dent, modò ipse ne det.* עינו רעה בשלו iste *restrictus est in suo.*

3. יתן ויתנו אחרים est *qi dat ipse & vult ut alii dent*: iste חסיד i. *pius* est.

4. לא יתן ולא יתנו אחרים est *qi nec dat ipse, nec vult ut alii dent.* iste רשע *improbus, impius* est.

Ex his avtem sumenda mens dicti R. Hillel, qod *ibidem cap. 2. §. 5.* reperitur לא עם הארץ חסיד *populus terræ,* i. vulgus promiscuum, *non est pius.* de qo videndus Drusius *de 3. sect. Jud. l. 2. c. 3.* & *ad Serarii Minerval. l. 2. c. 14.*

Deniqe Midras Tehillim, sive Commentarius in Hymnos, ad Hymn. 103. v. 17. inter צדיק & חסיד sic distingvit; eodem referente, neqe enim mihi codicis consulendi copia datur; *Justus est, qi jussa Dei exeqitur; pius, qi plus etiam facit, qàm jubeatur.* qod ad Pontificiorum opera supererogatoria, specie tenus fortean, inclinare videatur. Cæterùm in externis qibusdam fieri poteest, ut plus qoqe qàm exigi stricto jure possit, etiam in rebus Deum spectantibus, impendere qis promptus sit, v. g. Lege veteri תרומה sive primitialis oblatio sacerdotibus debebatur. hujus avtem cum certa ratio nulla fuerit in Lege Mosaica designata, statuebant Doctores, ut avtor est R. Moses Maimonides *de primit. c. 2. §. 17.* cui astipulantur & Salomon Jairus ad Devt. c. 18. v. 4. & Hieronymus ad Ezek. c. 45. v. 13. partem 60.am ad minimum usui isti deputandam. id ex Ezechielis loco illo, uti etiam Hieronymus observat, colligebant, ubi תרומה sive *oblatio primitialis* illa Ephæ parte 6. sive *semisato*, ex Homere qoqe qi Epham decies, satum tricies continebat, tollenda De[illegible] sistenda decernitur. hinc primitias illas adducentium tres classes statuunt, uti Moses idem *de Terumoth* i. *Oblationib. c. 3. §. 2.* ut si qis *sexagesimam* tantùm daret. רע עין *oculi mali,* sive *restrictus*; qi 50.am בינונין *oculi medii,* sive *mediamus*; qi vero 40.am טוב עין *oculi boni,* sive *benignus* diceretur. qo allusit Sirachides c. 35. v. 9. ubi dicit, *O-*

A *culo bono honorem Domino tribue; manuúmqe tuarum primitias ne minuas.* Istic טוב עין *vir oculi boni,* חסיד meritò dici poteest.

Verùm homines qod attinet, τοῦ צדיק καὶ τοῦ חסיד discrepantiam nullâ forsan ratione meliùs statueris, qàm è Senecæ verbis, qibus inter *officia* atqe *beneficia* distingvit, *de Benef. l. 3. c. 18. Beneficium est, qod dat, qi potuit sine reprehensione cessare; officium est eorum, qos necessitudo suscitat, & ferre opem jubet. Beneficium enim est, qod qis dedit, cum illi liceret & non dare. ibid. c. 19.* Et c. 21. *Qadam*
B *sunt, qa leges nec jubent, nec vetant facere: in his servus materiam beneficii habet. qamdiu præstatur, qod à servis exigi solet, ministerium est: ubi plus qàm qod servo necesse est, beneficium. qicqid est, qod servilis officii formulam excedit. qod non ex imperio, sed ex voluntate præstatur, beneficium est.* In illo genere, qi officio suo respondet, צדיק *justus*; in isto, qi promptus ac freqens est, חסיד *benignus,* sive *beneficus* perhibetur. Itaqe Camius in Hymn. 36. v. 11. חסד esse dicit יתרון הטובה *bonitatis excellentiam.*

C Interim ista de vocabulo חסיד dissertatio, locum qendam Apostoli in memoriam mihi adducit, qem non desunt, qi istuc trahere conentur. Habetur is ad Roman. c. 5. v. 7. Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. *Vix enim pro justo qisqam moriatur: nam pro bono forsan aliqis etiam mori sustineat.* ita enim τὸ τολμᾷν cum Castellione ac Bezâ reddere malim, qàm cum Vetere & Erasmo, *audeat*, tum hoc loco, tum & aliis nonnullis. Sic hujus ipsius Epistolæ cap. 15. v. 18. Οὐ γὰρ τολμήσω, *non enim sustinuerim qicqam loqi qod per me*
D *non fecerit Christus.* qo loco dictionis Apostolicæ vim elidunt planè, qi *Audeo*, vel *Ausim*, reddunt. qum hoc innuere videri saltem possit, Apostolo id eloqendi non deesse animum, metu tantùm reprimi, qo minùs id faciat; qod alioqi lubens velit. qod & Vir Clarissimus advertit. cui tamen assentiri non possum, qod τὸ τολμᾷν, & *sustinere*, eo hic sensu vult accipi, qasi usurpetur pro *posse* & *parem esse alicus gravi & difficilis rei præstandæ.* qo modo Plato *politic. l. 2.* dixit, Ὃς ἂν τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων, *qi rebus alienis abstinere sustinuerit.* qo de loco alibi ex V. C. Heinsii
E sensu ac sententiâ diximus. neqe enim ejusmodi qicqam Apostolus voluit, qasi rem arduam & difficilem admodum esse censeret, de alienis laboribus gloriando abstinere. Sed neqe id denotant Fabii qæ subjicit verba, ad Apostoli mentem propiùs accedentia, ex *instit. l. 2. c. 4. Nec enim hujus rei judicium differre sustineo.* Verùm ista potiùs Apostoli mens est; hoc esse à qo abhorreat prorsus, nec ut admittat, animum inducere possit. At Castellio cum à mente Apostolicâ, tum & à contextus ipsius verbis, qàm longissime recessit, qum vertit, *Nam ne qidem eloqi ausim,*
F *qum nihil non effecerit per me Christus.* Sic ad Corinth. Ep. 1. c. 6. v. 1. Τολμᾷ τις ὑμῶν; *sustinet qis vestrum, negotium habens adversus alterum, sub injustis judicio experiri. & non sub sanctis?* i. potest animum ad hoc inducere? qomodo apud Nasonem *Epist. 5.* Oenone;

Sustinet Oenonem deseruisse Paris.

& Sveton. *Cajo. c. 30. Hanc ut crudelissimam cædem & deflevit edicto; & eos qi spectare sustinuissent, execratus est.* Senec. *de benef. l. 4. c. 15. Non sustineo, eum deserere, cui vitam dedi.* Itaqe rectè Erasmus, τὸ τολμᾷν istic signifi-
G care; *non tam rem periculosam, in qá propriè dicimus audere, qàm duram affectibus nostris, & intolerandam atqe indignam.* qod & variis è Svetonio testimoniis ostendit, ex *l. 1. c. 74.* de Cæsare; *Cornelio Phagita, cujus nocturnas insidias ægrè evaserat, nunqam nocere sustinuit.* ex *l. 2. c. 31.* de Avgusto: *Pontificatum maximum, qem nunqam vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit.* Ex *ibid. c. 66. qamvis minimè appeteret hæreditates, ut qi nunqam ex ignoti testamento capere qicqam sustinuerit.* De Michaele pariter cum Satanâ decertante Judas v. 9. οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας. *non sustinuit inferre adversus eum sententiam maledicam.* convicium facere non sustinuit, non potuit animum inducere id ut faceret: qum tamen non impunè tantùm, sed & licitè id posset. Illustrat planè Judæ

dictum

dictum Catonis Censoris illud, qod maledico cuidam regessit, Ἄνισος ἡ πρὸς σὲ μοι μάχη ἐστί. καὶ γὰρ σὺ τὰ κακὰ ῥᾳδίως, καὶ λέγεις εὐχερῶς. ἐμοὶ δὲ καὶ λέγειν ἀηδὲς, καὶ ἀκούειν ἄηθες. *Iniqa mihi tecum concertatio est. tu enim male & avdire promptus es, & dicere proclivis: qum mihi & dicere ingratum, & avdire sit insvetum.* facit eòdem & qod illa Menandrum, referente Cyrillo *adversus Julianum Apostatam l.* 7.

—— χαλεπὸν, Παμφίλη,

(ita malo, ut mulieris mulierem, matronæ meretricem alloqentis, verba sint, prout & Cyrilli codices habent, qàm qod Grotius io *excerptis* exhibet, Πάμφιλε)

Ἐλευθέρᾳ γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχη.

—— *dura est, Pamphile,*

Ingenua cum meretrice contestatio.

qia nimirum hæc verbis probrosis excipiendis referendisqe assveta sit, qæ illa nec avdire, nedum regerere sustineat. Itaqe etiam hoc loco verbum idem Vir Clarissimus vellem usurpasset, ut, *non sustinuit*, potiùs, qàm *non avsus est*, verteret. Sive enim Michaelem istum è spiritibus ministratoriis primarium aliqem intellexerimus, qod non pavcis placet ex Danielis c. 10. v. 13. non rectè, nec pro spirituum illorum indole, verteris. *Non est avsus*, qum *non avdere* dicatur, cui oon voluotas desit, sed facultas; at illi ne velint qidem, etiamsi possint. sive Dominum Christum, uti qidam volunt ex Danielis c. 12. v. 1. dum locum illum de resurrectione universali ad diem judicii novissimum futurâ (sed frustrà, opioor) accipiunt; *non avsum*, multo magis ineptè prorsus, nec pro Christi majestate; *non sustinuisse*, aptissimè ac commodissimè diceretur. erit enim τὸ τολμᾶν, sive *non sustinero, animum non inducere*, non avtem, *animum non habere*. Christus avtem non ἀντιλεγόμενος *cum illi contradiceretur* tantùm, Luc. c. 2. v. 34. sed & λοιδορούμενος, *cum illi male diceretur*, ἐτόλμησε, sive ὑπέμεινε, Heb. c. 12. v. 3. (nam & τὸ τολμᾶν, ὑπομένειν, qoqe significat) *sustinuit*, patienter tulit; qo modo Ulysses à procis contumeliose habitus: de qo apud inferos ex turbâ illâ procaci petulantiqe Amphimedontis anima, *Odyss. ω. v.* 160.

Ἀλλ' ἐπέεσσί τε κακοῖσιν ἐνίσσομεν, ἠδὲ βολῇσιν.
Αὐτὰρ ὁ τεῖος μὲν ἐτόλμα ἐνὶ μεγάροισιν ἑοῖσι,
Βαλλόμενος καὶ ἐνισσόμενος τετληότι θυμῷ.
Incessavimus hunc nos jactibus & maledictis
Ædibus in propriis. ipse avtem sustinuit tunc
Constanti jactus tolerans animo & maledicta.

ipse scilicet ἀντιλοιδορεῖν, sive ἀντιβλασφημεῖν, οὐκ ἐτόλμησε, *vicissim male dicero, convitiari, non sustinuit*; non legum metu utiqe à maledictis abstinens, sed se ipse comprimens, qò & nobis pariter, rem gerendi exemplum præberet.

Verùm missâ istâ περὶ τοῦ τολμᾶν disceptatione, qò in loci penitiora mentis aciem immittamus, qæritur τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀγαθοῦ nominibus qidnam significetur. Atqe istic varias in partes discedunt & à se invicem dissentiunt interpretes, dum ista alii à se invicem distingvi, alii idem avt eundem saltem, designare contendunt. nam Syrum mitto, qi contrà planè qàm Græca veritas habet, חלף רשיעא i. ὑπὲρ ἀσεβοῦς, pro *impio* sive *improbo*, exhibet. qum textui Græco planè ex diametro adversetur. nec intelligo qid Franciscus Junius voluerit, cum legere jubet *pro legitimo sive justo*, tanqam si librariorum culpâ רשיעא scriptum fuisset pro נמוסא. neqe enim occurrit Syrum ullum vocabulum qod ejusmodi qicqam designet. & cum Syro Arabs hìc consentiat. Sed nec prioribus illis inter se convenit. Etenim alii, τὸ δίκαιον, non τὸν δίκαιον intelligi volunt, & exponunt: *Vix mortem libenter excepturum qenqam, etiamsi justa moriendi cavssa subsit*, ut ὑπὲρ δικαίου sit, *pro re sive cavssâ justâ*. qum tamen ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ *pro bono*, hoc est, pro Christo, cujus in se bonitatem experti sint, non desint, qi mori libenter velint. In his est Origenes; qem & qi Evcherii nomen, sed falsò, præfert, in *Novi Testamenti qæstionibus* seqitur; adjecto, *Apostolum, qid ipse pro Christo possis promptúsqe sit facere, verecundè verbis istis innuisse.* At cum contextus series poscere videatur, ut τοῦ

A δικαίου, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ratio eadem habeatur, & utrumqe vel de rebus, vel de personis dictum intelligatur; idcircò Victorinus Strigelius, *pro justo*, vult esse, ut illi, *justâ de cavssâ*; *qomodo, ubi mortem, qam latrocinio meruere, ferunt latrones: pro bono* avtem, *pro rebus sibi charis avt utilibus, putâ, facultatibus, propinqis, liberis, gloriâ.* qo modò Petrus Martyr, *pro bono suo*, i. *pro gloriâ nominéqe post obitum sibi comparando.* Cæterùm hæc sunt ab instituto Apostolico aliena prorsus. Nec minùs inepta, sed & impia insuper Hæreticorum commenta illa, Marcionis, qi δί-
B καιον *justum, Deum Legis & prophetarum* exponit, pro qo pavci; ἀγαθὸν *bonum, Deum Evangelii avtorem*, pro qo innumerabiles mortem oppetierint: Et Arii contrà, qi *justum* ad *Christum Dei filium*, de qo Psal. 72. v. 1. Joan. c. 5. v. 22. & Act. c. 22. v. 14. *bonum* ad *Deum patrem* refert; de qo Matth. c. 19. v. 17. Avtor Hierooymus *ad Algasiam qæst.* 7. At è nostris vir doctissimus Thomas Godvinus *de ritibus Judaicis l.* 1. *c.* 9. δίκαιον ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ ita secernit, ut ille צדיק, iste Hebræorum sit חסיד. *Tria*, inqit, *sunt hominum genera*; רשעים ἀσεβεῖς, *impii, improbi.*
C צדיקים δίκαιοι, *justi, qi qod lex exigit, faciunt.* חסידים ὅσιοι, ἀγαθοί, *pii, boni, qi amplius aliqid qàm qod lex exigit, præstant. allusit huc Apostolus, ubi dixit, pro justo vix moriturum qenqam; pro bono, forsan aliqem mortem oppetiturum; pro impiis improbisqe nullum prorsus; qod pro nobis tamen Christus fecerit.* qanqam Syrus טבא non חסי reddiderit. Atqe huc Thomas Cajetanus etiam inclinare videtur. Seciùs pavlò Castellio, *Christus*, inqit, *pro sontibus mortuus est; cum vix qisqam etiam pro insonte moriatur: nam pro viro bono fortassis aliqis mori sustineat.* ita δίκαιον *insontem* esse vult, qi
D sit criminis expers; *bonum*, qi virtutis etiam pietatisqe specimina ediderit. Et aliter planè, qi sub Ambrosii titulo prodiit: *Duos*, inqit, *gradus posuit, justi & boni; justum exercitio significans, bonum verò naturâ. unde qamvis melioris meriti, justus qàm bonus; tamen pro bono fortè qis avdeat mori, qia miserabilior cavssa innocentia est.* Sed & aliò declinat Henricus Stephanus, qi ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ vertit, *pro eo qi sit ipsi utilis.* ut ἀγαθὸς idem hìc valeat, qod χρηστὸς propriè sit. pleniùs idem planiúsqe in *Clavi* Flaccus Illyricus; *Vix accidit, ut qis vitam suam profundat etiam pro justissimis: pro*
E *eo tamen qi alicui valdè est utilis, forsitan qis mori non recuset:* ut *justitia* absolutè consideratæ, *utilitas* privata & emolumentum proprium ac peculiare opponatur. qæ mihi omnia, cum arguta nimis, tum & coactiora videntur.

Atqe hi vocabula ista à se invicem disterminant. restant, qos seqar magis, qi utroqe idem censent designari. Ex his est Hieronymus, qi loco supra adducto, ad res tamen, qod minùs probem, non personas referri utrumqe postulat. Siqidem ubi illorum & retulerat & rejecerat simul sententiam, qi ita interpretarentur Apostoli verba, ac si
F dixisset; *Si ille pro nobis impiis mortuus est & peccatoribus, qanto magis nos absqe dubitatione pro justo & bono Christo debemus occumbere? Justum*, inqit, *& bonum non putemus esse diversum, nec aliqam propriè significare personam, sed absolutè justam rem & bonam, pro qâ difficulter, sed interdum aliqis inveniri potest, qi suum sangvinem fundat.* Verùm horum reliqi pleriqe de personis accipiunt (qod & necessariò faciendum antithesis Apostolica clarissime evincit) hominémqe *justum* ac *bonum* pro eodem accipiunt. atqe in hac parte præeunt Joannes Chrysostomus & Oecumenio
G referente Photius, qi ἀνδρὸς ἐναρέτου nomine, qo modo δικαίου Theodoretus, utrunqe comprehendunt. frustra enim Illyricus in *Glossâ*, distinctionis suæ *Athanasium ac Chrysostomum* avtores lavdat. seqvuntur Joannes Calvinus, Bucerus, Beza, Piscator, Paræus &c. ut sensus sit: Rarissimum sanè inter homines exemplum extare, ut pro justo mori qis sustineat; qanqam illud nonnunqam accidere possit. *Justum* verò sæpenumero, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ sumi; hoc est, non pro eo *qi strictè jure agat*, sed *qi benignè, piè, moderatè, misericorditer se gerat*, ex multis sacræ Scripturæ locis liqidissimè paret. Hymn. 37. v. 21. *Justus gratiam exhibet & largitur.* & mox denuò. v. 26. *Tota die gratiam exhibet, & mutuatur.* i. jugiter benignitatem ac beneficentiam exercet, nunc largiendo, nunc mutuando. qod

Hymno

Hymno 112. v. 5. dicitur; *Bonus qisqe gratiam exhibet, & mutuò dat.* ut hic טוב *bonus* sit, qi illic צדיק *justus.* unde & צדקה *justitia* ἀντὶ τῆς ἐλεημοσύνης, pro *eleemosynâ* sive *benignitate*, ibid. v. 9. & δικαιοσύνη pariter ad Corinth. Ep. 2. c. 9. v. 9, 10. *Rationem habet vitæ etiam jumenti sui justus.* Sed & Matth. c. 1. v. 19. *Porrò Josephus vir ejus, justus qum esset*, (i. homo leni, miti, bono, benigno ingenio, δίκαιος, τοῦτ' ἔστι, χρηστὸς καὶ ἐπιεικής, Chrysostomus) *nolletqe eam ignominiæ exponere, clam eam dimittere in animo habuit.* Itaqe inter *justum bonúmqe* hoc in loco distingvere, nihil qicqam est qod cogat, cum ea tanqam synonyma Spiritus Sanctus tam crebrò usurpet.

CAPUT X.

Gvilhelmi Maji elogium. Hymni 16. commation. 4. qi sit interpretatus. Deos salsos dotant sui. Deus verus dotat ditátqe suos. Solus verus Dominus, qi servo nullus indiger. Numini vero nihil confertur. מנחה mola salsa נסך libamen. libamenta è sangvine. σπένδομαι, *qâ ratione usurpatum*, Phil. 2. 17. 2 Tim. 4. 6. *Deorum alienorum nomina usurpare vetitum. In locorum collationibus cavtio adhibenda.* Ad justitiam imputari; *sensu diverso usurpatum*, *Mosi Gen.* 15. 6. *Psaltæ Hymn.* 106. 31. *In Ceruborum effigiatione Ezek.* 1. 5, 6. *explicandâ, lapsus Exercitatoris. Sed & Moses Ægyptius. facies qadriformes habuisse; uti triformem Chimæra poetica. facierum situs qi fuerit. Hebræis antica pars mundi oriens, postica occidens, dextra avstralis, sinistra septentrionalis.* προσωποκέφαλος, κυνοκέφαλος, κυνώπης. *Cerubis Spiritus ministratorii designati. an Christus imagine illâ designatus; an Evangelista, an attributa divina. Animantia à Joanne visa Apoc.* 4. 7. *alia ab eis Ezechieli exhibitis, oculis undiqe cincta istic animantia ipsa, illic rotarum canthi. Angelis illis, mortales istis repræsentati. Davidis verba Hymn.* 16. 4. *ex Christi Joan.* 17. 9. *explicata. Hymni* 126. *vers.* 1. *exponitur. Casus inopinati somnii res habiti. Visi nocturni instar improborum ac mundanorum fœlicitas.* חלם somniare, *qandoqe*, dormire, *nunqam. idem etiam* valescere, *convalescere Jobi* 29. 7. *&* החלים ad sanitatem reducere, sanitati restituere. *Esaja* 28. 16. *pari notione sumi posse Hymn.* 126. *Captivitas Babylonica Judæis morbi, mortis instar. ejus dissolutio à morbo diutino, imò à morte restitutio.* ἀνακαλεῖσθαι *medicis qid. ejusmodi qid an Græcis V. T. Interpretibus τὸ παρακαλεῖσθαι. Verba Hymn.* 82. 7. *discutiuntur.* Adam *ibi alius ὁ πρωτόπλαστος, alius* homo plebejus. אחד *alius* unus, *alius* primus. Principes, *alius* angeli desertores; *alius principes exteri. Pia minùs Magistrorum de improborum animis sententia; ethnicorum qorundam potior; & Ecclesiastæ* 12. 7. *compar. Mors principes & plebejos pariter rapit.* Cadendi *verbum qid hîc velit. Pavsa distingventes minùs observata plerisqe imposuerunt.* כאחד simul, pariter. *inde loci sensus genuinus Majo erutus.*

IN hoc caput conjiciam aliorum qorundam interpretationes qasdam in publicum, qod sciam, hactenus nevtiqam emissas. Agebat diu apud Londinates meos D. Gvilhelmus Majus, vir lingvarum sanè peritissimus, & qi in Scripturæ sacræ sensibus enucleandis pares pavcos, superiorem vix ullum haberet. Cæterùm Stoicæ, vel Cynicæ potiùs, disciplinæ ita insveverat, ut rigidus animi affectus corporisqe illuvies eruditionis gratiam plurimùm imminuerent, fructúqe, qi alioqi decerpi poterat uberrimus, præter pavcos, & hos etiam anxiè admissos, reliqos plerosqe defravdarent. Inter codices tamen sacros pro concione explicandos, & in privato etiam qandoqe cum eis, qos familiariùs pavlò habebat, consortio, excidebant, qæ tollere studiosus qivis non dedignaretur. Ex his nonnulla cum istic proposuerimus, aliorum judiciis censenda dimittemus. Hymn. 16. v. 4. sic legitur. *Multiplicabuntur dolores illorum, qi alium* (præter verum Deum) *dotant*, (ut eleganter Junius) hoc est, *qi se idolo alicui vel*

A *ut matrimonio copulantes, non accipiunt, sed conferunt dotem* (Junii sunt verba) *mox in nihilum abituram.* Commentarii vicem præstabit Ezekiel vates c. 16. v. 30–34. vise sodes. est enim prolixior periocha, qàm ut transcribi ex usu sit. Ita cultores suos Deus verus dotat ac ditat, ipse ab eis dotem nullam, cum rei nullius indigus sit, exigit. *Dominus*, inqit, *ipse es; beneficentia mea nihil ad te.* v. 2. *Ipse enim verus est Dominus, qi servo non indiget, & qo servus indiget.* August. *Epist.* 5. *Ipse Deus est tuus, qi tuis nec eget bonis, nec timet à malis.* Idem *in Psalm.* 80. *Huic avtem* B *beneficium præstare non possumus.* Idem *de verb. Dom. serm.* 58. *Nec ille siqidem collato eget, nec nos ei qicqam conferre possumus.* Senec. *de benef. l.* 4. *c.* 9. At contra Dii extranei non tam cultores suos dotant ac ditant, qàm ab eis dotem, sumptum nempe & impensas frustra collatas, exigunt. qod doni avtoribus idcircò tandem in *damnum grave, doloresqe* inde perceptos, redundabit. ita enim cum Piscatore malim passivè sumere, prout verbi ipsius forma postulat; qàm cum Junio activè, ut de *doloribus* intelligatur, qibus sanctos, qos priùs dixerat, afficiant ac divexent improbi. C Seqitur: *Horum ex sangvine libamina non sum libaturus; nec assumpturus in os meum nomina eorum.* Ad animantis mactati victimam unamqamqe, adjiciebatur מנחה ἀλευρίτης, *mola salsa*, נסך σπονδὴ, *libamen.* Num. c. 15. v. 5. & c. 25. v. 7. qod erat victimæ ipsius qasi complementum. Itaqe Deo vero vino super hostiam effuso libabant. Deis falsis, vini loco, sangvine sæpe humano. unde *libamenta è sangvine* Psaltæ nuncupantur. neqe enim Avgustino accedo, qi *Epist.* 5. de *pecorum victimis* dictum vult, qas Judæi immolabant. Ad utrumqe forsan alluserit Pavlus ad Philipp. c. 2. D v. 17. Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν &c. *Qinetiam si liber*, sive libaminis in morem effundar, *super sacrificio & ministerio fidei vestræ, gavdio id mihi futurum est*, &c. Philippensium fidem nimirum ac pietatem hostiæ comparat, sangvinem suum *libamento*, qod eam qodammodo consummet, dum pro Christi cavsâ fuso eos in fide confirmat. Sed & eâdem usus metaphorâ ad Timoth. Ep. 2. c. 4. v. 6. jam morti propinqus, Ἤδη γὰρ σπένδομαι. *Jam enim libor.* mox pro libamento mihi sangvis fundendus est, qò ministerio meo, qod sacrificii instar E obtinet, colophonem adjiciat. utrumqe, inqam, allusisse videtur; qia ut August. *de Civit. Dei l.* 10. *c.* 4. *Deo cruentas victimas cædimus, qando usqe ad sangvinem pro ejus veritate certamus.* Qemadmodum Julius Firmicus *de Error. profan. relig. Hic est Cabirus, cui Thessalonicenses cruento, cruentis manibus supplicabant.*

Seqitur: *Neqe assumpturus sum in os meum nomina eorum.* sive, *labia mea nomina ipsorum non intrabunt.* Hoc vulgò accipiunt, ac si Deorum falsorum nominibus vel simpliciter usurpandis, vel inter jurandum adhibendis, abstinere F se velle profiteretur. Atqe ita Drusius *Observ. l.* 3. *c.* 7. ex Exod. c. 23. v. 13. & Josh. c. 23. v. 7. Majus noster aliò abit.

Verùm hujus interpretationem prius qàm proposuero, illud attingam, qod interpretes illic in verbis illis exponendis in fravdem illexisse avtumabat. Collationem locorum plurimùm conferre ad Spiritus Sancti mentem genuinam indagandam atqe eruendam, nemo qisqam, opinor, unqam inficias iverit. cavtione tamen & judicio opus esse, in collationibus instituendis, & ex collatione sensum certum constituendo, id verò plurimis exemplis liqidò poterit de- G monstrari. Ad rei evidentiam, uno & altero impræsentiarum contenti erimus. Formula illa, qâ *ad justitiam imputari* aliqid alicui dicitur, bis tantùm, qod memini, in Veteri Instrumento reperitur. Genes. c. 15. v. 6. ubi Abrahæ *fides*, qam Dei promissis adhibuit, *in justitiam illi imputata*, vel *reputata*, dicitur. Et Hymn. 106. v. 31. ubi Phœnicis factum, in flagitiosis illis trucidandis, *in justitiam* itidem *ei imputatum* perhibetur. Jam si qis vel ex eo qod de Abrahæ fide enunciatur, idem hoc fundamento de Phœnicis facto pronunciaverit, vel ex eo qod de Phœnicis facto prædicatur, nihil aliud de fide Abrahæ intelligendum contenderit, qia gemina de utroqe formula usurpatur, nec alibi uspiam ea sensu alio aliqo usurpata occurrat, næ ille ratiocinationis Apostolicæ, qâ *ex fide merâ*

peccatoris coram Deo justificationem stabilire conatur, ad Roman. c. 4. v. 3, 5, 8, 9, 22, 23, 24. nervos penitùs inciderit. itaqe à locorum collatione nihil istic sanè concluseris. *imputari* siqidem *ad justitiam*, loco priori, sic sumitur, ut pro justo apud Deum hominem censeri faciat, qi alioqi tamen peccato immunis non sit. at loco altero hoc duntaxat designat, factum illud Phœnicis fuisse tanqam justum, à divino numine approbatum.

Aliud damus. Ezekielis c. 1. v. 5, 6, 10. in visione depinguntur animantia qatuor, corpus qod attinet, specie humanâ, facie verò sive vultu multiplice & multiformi; *faciem* enim unumqodqe horum *qadriformem* habebat, *humanam*, *leoninam*, *bovinam*, *aqilinam*. nam qod vir doctus, sed nugis Rabbinicis addictus nimis, qi *in Legem Mosaicam exercitationes* nobis dedit, *in Leg. cerem. exerc. 9. de Cerubis*, negat פנים istic pro *facie* sumendum, negat *animantibus singulis faciem qadriformem* fuisse; hoc tantùm voluisse Vatem sacrum contendit, *aliqâ ex parte animantia qatuor illa hominis*, *leonis*, *bovis*, *aqilæ speciem imitata*; *hominis*, qòd *faciem humanam cum cruribus erectis* haberent; *leonis*, qòd *collum pectúsqe leonis cristam sive cervicem jubatam* repræsentarent; *bovis vitulíve*, qòd *pedes ungulatos bifidósqe* obtinerent; *aqilæ*, qòd *alis essent instructa.* hæc, inqam, à vatis sacri mente reiqe ipsius veritate qàm longissimè recedunt. Exercitatori scilicet cum aliis nonnullis contigit, qod pictoribus qibusdam contigisse refert Evstathius, qi Homeri verbis illis qibus *Iliad.* ζ. Chimæram descripserat,

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

perperam acceptis decepti, *Chimæram* ejusmodi nobis depinxerunt, qæ *capite leonino*, *corpore caprino* deformata, in *draconis spiram volubilem* desineret. qum Hesiodus (à qo fortean mutuatus est Homerus) monstrum illud diserte doceat, non *triforme* tantùm fingi, sed & *tricepe*. Hujus enim in *Theogoniâ* verba sunt ista:

> Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· μία μὲν χαροποῖο λέοντος·
> Ἡ δὲ χιμαίρης· ἡ δ' ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος.
> Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
> Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.
> *Huic tria erant monstro capita; fulvíqe leonis,*
> *Hirsutæqe pilis capræ, immanísqe draconis.*
> *Antè leo, retróqe draco, capra inter utrumqe,*
> *Ignis qæ horrendam vim naribus exhalabat.*

Cæterùm de portento illo imaginario viderint poetæ, poeticorúmqe figmentorum interpretes; qibus inter se vix convenit. De animantibus à Vate nostro delineatis, qod primus forsan, nec solus tamen, nam ejusmodi qippiam & Grotius in *Annotatis* habet; commentus videtur iste, constat planè contextui sacro omninò adversari, qi vers. 10. leonis faciem à dextris collocat, bovis à sinistris, ut per conseqens ab anteriore parte facies humana, à posteriore aqilina sita fuerit: avt istæ saltem inter illas mediæ constiterint; nisi si qis forsan adeò vecors extiterit, ut animantium illorum collum cum pectore à dextris, alarum par utrumqe à sinistris, contra omnem proportionis decoræ usúsqe necessarii rationem, velit statuere. Nec verò absimile vero videtur, qod David Camius habet in *visi illius explicatione* ad *Commentariorum* calcem adjectâ. Censet is *pro mundi plagis qatuor animantium istorum, sive capita, sive facies, situm obtinuisse suum. faciem* scilicet *humanam orientem versus prospectasse*: ideóqe primo loco commemoratam, partim qòd ea præ reliqis emineret, partim qòd Vatis conspectui rectâ objiceretur. *Leoninam* proinde *à dextris*, *bovinam à sinistris* sitam; qòd orientem versus faciem componenti, à dextra avstralis cœli plaga, (qæ & תימן ideò *&* ימין dicta) a sinistrâ septentrionalis existat. *aqilina* restat ut *occidentem respexerit*; qæ & *postica* pars mundi אחור Hebræis censetur; sicut *oriens* קדם *antica*, anterior.

Minùs enim probabile est, qod Moses Ægyptius in *Doctore perplexorum* l. 3. c. 1. statuit, *facies qatuor* qidem fuisse *singulis* horum, sed *humanas omninò universas. leonis* verò, *bovis*, *aqilæ* dictas, non qia animantium istorum facies existerent, sed qia eas aliqâ ex parte referebant. sicut de Davidis auxiliariis qibusdam dicitur, *facies illorum* fuisse *ut faciem leonis.* Annal. l. 1. c. 12. v. 8. & de Theoro parasito apud Aristophanem *Vesp. Act. 1. sc. 1. v. 43. & 45.* Τραυλίζων, *blæso ore loqens*, λ pro ρ *dicens* Alcibiades, — τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει, cum κόρακος vellet, *corvi caput* habuisse. & Cleo Comico eidem in *Eqitibus*, κυνοκέφαλος dicitur, tanqam qi *canino simile caput* haberet. & κυνώπιδα se Helena apud Homerum dicit *Odyss.* δ. ἐμεῖο κυνὸς ὄμματα (uti Agamemnoni Achilles Il. α.) ὦπα εἶδεν ἔχουσαν, *qasi qæ caninam turpémqe*, potiùs qàm speciosam pulcramqe *oris effigiem* obtineret. neqe enim inverecundam impudentémqe se ipsa diceret; uti pleriqe interpretantur. Sed & Joannes Baptista Porta in *Physiognomonicis* suis, hominum facies havd paucas, utrarumqe typis graphice depictis, cum animantium aliorum faciebus componit. Verum & Moses noster istic, credo, solitarius incedit.

Imagine interim mystica istâ, Angelos, sive Spiritus ministratorios, esse delineatos, extra controversiam esse videtur. nec id inficiatur Exercitator; qi symbolis illis adumbrari monet *spirituum illorum intelligentiam*, *vires*, *velocitatem*, *obseqium*: Verùm ad nugacia mox dilapsus, *Christi trophæum* vult indicari, qi *natus sit*, *ut homo*, *occisus*, *ut vitulus*, *resurrexerit*, *ut leo*, *ascenderit*, *ut aqila.* qæ ego certe pari loco habeo, qo commentum illud de *qatuor Evangelistis*, qos ex singulorum *exordiis Evangelicis* ducto argumento, animantibus illis repræsentatos allegoriarum magistri tradunt. Qum avtem in Joannis Apocalypsi c. 4. v. 7. animantia itidem qatuor occurrant, qorum primum *leonis* speciem præferat, secundum *vituli*, tertium *hominis*, *aqilæ* qartum: hinc statim concludunt eosdem planè istic designari, *spiritus* nempe Dei Opt. Max. *administros ac legatos*, qi ab Ezekiele depingebantur. in qo fallitur etiam Exercitator, qòd utrobiqe πανοφθαλμοὶ, sive *oculis undiqe obsita animantia* depingi affirmat: qod nunc ad *spirituum intelligentiam humanâ majorem*, nunc rursus, sibi diffidens (qod in lusu istiusmodi solenne est) *numinis divini* πανοψίαν sive *omniscientiam* exprimendam refert. qum apud Ezekielem non *animantia* ipsa, sed *rotæ*, sive *rotarum canthi oculis instructi* dicantur. vers. 18. cæterùm in Apocalypsi *animantium* nomine spiritus illos nevtiqam indicari perspicuum est, cum *animantia* illa *qatuor* una cum *senioribus viginti qatuor*, *agni sangvine redemptos* sese profiteantur *ex stirpe unaqaqe & lingva populóqe ac gente.* cap. 5. v. 9. qod de *Angelis electis*, dici non potest. Itaqe cavtione, qod dixeram, opus in locis invicem conferendis; nec ubicunqe formulæ occurrunt eædem, sensus idem statim statuendus.

Hoc avtem non animadversum Majus noster opinatus est occasionem dedisse Psaltæ locum illum Hymn. 16. v. 4. secùs, uti ille censebat, qàm Spiritus Sanctus senserat, interpretandi. Cum enim populo Dei prohibitum legerent, *Deorum alienorum nomina in os suum assumere*, Exod. c. 23. v. 13. & Josh. c. 23. v. 8. inde statim avtumabant idem planè istic qoqe designari. Verùm is aliud planè innui contendebat. Suæ avtem interpretationi qò viam muniat, hoc primo loco sumit, sub Christi personâ Vatem loqi; qod ex vers. 10. colligit, qi de Christo exponitur, cum à Petro, Act. c. 2. v. 25. tum à Pavlo Act. c. 13. v. 35. Tum exile nimis censet, qàm ut profiteatur Christus, nolle se Deorum falsorum nomina honorificè usurpare. Deniqe ad Syntaxin provocat, qâ numero plurali ad cultores Dei à vero alieni, non ad Deum falsum, qi numero singulari enunciatur, respectus simplicissimè habeatur. Mitto qæ in contrarium forsan possent reponi. Cæterùm hinc statuit, *profiteri Dominum Christum istorum nomina, qi Deis falsis obstinatè adhærent, intra labia sua non admissurum. ut vel verbulo tenus pro eis apud Deum patrem suum agat.* Itaqe idem vult esse hoc sub Christi personâ à Davide ejusdem typo enunciatum, cum eo qod ipse, cum in terris ageret, Joannis c. 17. v. 9. suorum cavsam apud Deum Patrem perorans dixit, *Non oro pro mundo, sed pro eis, qos ipse mihi dedisti*; ut, *nomina eorum intra labia mea non sum admissurus*, perinde valeat, ac si dixisset, *in meis ad Deum Patrem intercessionibus locum isti nullum habituri sunt.*

Pergamus. Hymnus 126. uti vulgo redditur, sic incipit, *Cum reduceret Jevas Sionis reduces, somniantibus similes eramus*:

mus: qod explicant, *sommare nobis videbamur*; cum vix possemus credere rem veram geri; adeò supra modum admirabilis & inexpectata extiterat ea nostra liberatio. Sic Petrus Angeli ministerio catenis exutus & carcere eductus, foribus insuper ac portis sponte cedentibus, non rem veram geri, sed visione nocturnâ illudi sibi autumabat, Act. c. 12. v. 9. M. Seneca *Controvers.* 9. *Somnium hoc puto.* Q. Curtius *l.* 4. de Abdolomino à terrâ sarriendâ ad regnum ab Alexandro Tyri compote evocato; *Somnio similis Abdolomino res videbatur.* & , *Satisne essent sani, percunctabatur, qi tam protervè sibi illuderent.* Nicetas Choniates *Andronici Comnen. Hist. l.* 1. *c.* 3. *pag.* 310. de eodem ad urbem Nicæam, qam diu frustra obsederat, ex inopinato à civibus sponte deditam; Τῷ τῆς θέας ἀέλπτῳ καταπλαγεὶς, πολλάκις τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀνεσβῆ τὴν θεωμένων διεσπάθων ὄνειρον· ἀπεχρῶν γὰρ ὄναρ ἰδόξε βλέπειν τὰ τότε πραττόμενα. *Inexpectato spectaculo attonitus, subinde huc atqe illuc deflexit oculos, ut certius perspiceret, qid rei esset. Certe enim putabat se somnium videre qa tum agebantur.* Idémqe *ibid. l.* 2. *c.* 11. *pag.* 375. de Isaacio Angelo præter expectationem ad imperium raptim evecto; Ἐδυσπόλαινε πρὸς τὴν ἀναρρήσειαν, οὐχ ὡς ἔρωτι μὴ τείθων ἀρχῆς, ἀλλ' ὡς ὑφορώμενος τὸ τῆς πραγματείας ἐργῶδές τι καὶ δυσείφικτον. καὶ ὄναρ οὐχ ὕπαρ ἄντικρυς ἐπιτελεῖσθαι οἱ τὰ παρόντα εἰρόμενος. *Coronationem agre ferebat, non qod ab imperii cupiditate abhorreret, sed qod eei summam difficultatem pertimesceret: & qa tum agerentur, vigilantis qoddam somnium existimaret.* Joannes deniqe Chrysostomus de se in Presbyterium cooptato; *tom.* 6. *orat.* 38. Ἆρα ἀληθῆ τὰ συμβάντα περὶ ἡμᾶς ἢ γέγονεν ὄντως τὰ γεγενημένα, ἢ οὐκ ἐξηπατήμεθα; οὐδὲ νὺξ τὰ παρόντα ἢ ὄναρ; ἀλλ' ἡμέρα ὄντως ἐστὶ, καὶ ἐγρηγορῶμεν ἅπαντες; καὶ τίς ἂν τοῦτο πιστεύσειεν, ὅτι μειράκιον εὐτελὲς καὶ ἀπερριμμένον πρὸς ὕψος ἀρχῆς ἀνελκυσθῇ τοσοῦτον; *Num vere acciderunt res nostra? acciderunt omnino qa acciderunt, & non decepti sumus; neqe qe aguntur, nox & somnium, sed dies omnino sunt, & vigilamus omnes; sed qis hac credidisset, adolescentulum vilem, & abjectum ad honorem tam sublimem esse productum.* non potuit graphicè magis explicari sensus ille, qem hymnographi verbis post Abraham Esdræ filium assignant interpretes pleriqe.

Cæterùm David Camius Josephum patrem suum narrat aliô transtulisse, nec de præsenti lætitiâ, qam commatio seqenti describit, sed de dolore atqe anxietate præteritâ cepisse: *dolorem* scilicet *angorémqe*, qem deportationis tempore pertulerant, ad reversionem divinitus procuratam, *ex animis mentibúsqe omnem statim avolasse, qo modo somno experrectis insomniorum imagines nocturna solent.* Ita Asaph Hymn. 73. v. 19, 20. *Qomodo in desolationem, qasi momento, abeunt? dispereunt, terroribus absumuntur, instar somnii, qod, ubi qis evigilaverit, evanescit protinùs.* Sicut Simocattus *Epist.* 37. Τῶν ἐνυπνίων τὰ καλὰ μὲν οὐ τοσοῦτον ἡμᾶς εὐφραίνει καθεύδοντας, ὅσον ἐγρηγορότας ἐλύπησεν. Αἱ γὰρ ἐλπίδες μετὰ τοῦ ὕπνου συναπίπτανται. *Qa in somniis apparent pulcerrima, non tantum nos latos reddunt dormientes, qam tristes cum expergiscimus. Spes namqe cum somno avolat.* Et Dio Prus. *orat.* 37. Homerum παρῳδήσας,

Τιμὴ δ' ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται.

Avolat at mundi, ceu somnia vana, honor omnis.

Tanqam somnium cum avolat, qod non invenitur, (sive, qod jam ampliùs non comparet, non est) *& sicus visum nocturnum fugatur.* Zophar, Job. c. 20. v. 8. Videantur ampliùs Dio idem *orat.* 33. sed & Ambros. *offic. l.* 1. *c.* 12. & *de Joseph. c.* 6. Augustin. *in Psalm.* 75. & *homil.* 13. *Gregorius Moral. in Job. l.* 18. *c.* 10. Petronius in *Satyric.*

Nocte soporiferâ veluti cum somnia ludunt
Errantes oculos, effossáqe protulit aurum
In lucem tellus; versat manus improba furtum,
Thesaurósqe capit; sudor qoqe perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne forte gravatum
Excutiat gremium secreti conscius auri.
Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem,
Veráqe forma redit, animus qod perdidit optat,
Atqe in præteritâ se totus imagine versat.

At istic contrà, unà cum captivitate ipsâ, molestiæ memoria etiam omnis avolaverat, nec in eâ ampliùs hærebat reducum animus, sed qasi nec extitisset unqam, præ gaudii magnitudine absorpta penitus, & ex animis etiam & cogitationibus obliterata prorsùs videbatur. qo modo de puerperâ prolem masculam jam enixâ Christus Joan. 16. v. 21. parturientis *dolorum* licet acerrimi fuerint, *præ gaudio, qod de partu jam edito concepit, nec commiscitur qidem.*

Verum Majus noster כחלמים aliâ significatione istic sumi volebat. non in *somniandi* nimirum, sed in *convalescendi* sensu. qo modo τὸ חלם usurpatum deprehenditur, Jobi c. 39. v. 7. de cervarum & caprearum prole: *Ipsa incurvant, ac dissecant se, dum partus suos vix enituntur: at nati earum* יחלמו *convalescunt*, crescunt, matres deserunt. Et in forma transitivâ החלים *facere ut convalescat qis, sanare.* Esajæ c. 38. v. 16. ותחלימני ותחייני ubi vetus interpres, nescio qo fundamento, *Corripies me, & vivificabis me.* Tigurinus, *Tu me somno degravas, & rursus vivificas*; tanqam חלם *dormire* sit. & Joannes Calvinus, *qòd dormire me feceris*; ut *somni* nomine *mors* designetur, à qâ minimùm abfuit. at Genevenses contrà, *dormire fecisti me.* ac si insomniâ prius laborasse innueret. Verum propius accessit Vatablus: *sana me itaqe & vivifica me.* Et adhuc propiùs Pagninus; *Et sanabis me, & vivificabis me.* nam החלים *sanare*; & inde חלימא *sani* apud Syrum Matth. c. 9. v. 12. & utrumqe, prout apud Esajam, junctim positum, pro Græcorum ἔῤῥωσο, חוי חלים *vale, sanus & sospes vivas.* Act. c. 23. v. 30. Sed omnium optime Junius; *Sic fecisti ut convalescerem, & in vitâ conservasti me.* Valetudinem mihi restituisti, sanasti me. nam particula copulans, uti & sciolis qibusqe notum, tempus verbi mutare solet. Eodem ergò modo & apud Hymnographum D. Majus sumi volebat. *A captivitate educe, similes illis extitimus, qi à gravi ac diuturno morbo subitò tandem convalescunt.* Et certè gravis *morbus*, imò qasi *mors* qædam, *captivitas* illa visa est. Unde & *eductio* qasi *à mortuis revocatio & resuscitatio* qædam dicitur Esaj. c. 26. v. 19. & Ezek. c. 37. v. 11, 12. & Dan. c. 12. v. 2. qin & Apostolus populi Judaici restitutionem deinceps futuram, ζωὴν ἐκ νεκρῶν fore adfirmat. Rom. c. 11. v. 15. Græci utrobiqe cum apud Esajam, tum apud Hymnographum eodem τοῦ παρακαλεῖσθαι vocabulo utuntur. illic, ἐξηγέρθης μου τῆς ζωῆς, καὶ παρακληθεὶς ἔζησα. istic, ἐγενήθημεν ὡσεὶ παρακεκλημένοι. qo etiam verbo pro *corroborare & vires addere* utuntur, sic enim τὸ אמץ exprimunt κατίσχυσον αὐτὸν, καὶ παρακάλεσον αὐτὸν, *confirma eum & corrobora eum.* Deut. c. 3. v. 28. & τὸ חזק, ἢ χεῖρας ἀσθενοῦς παρεκάλεσας. *& manus remissas confirmabas.* Job. c. 4. v. 3. & τὸ עוז οἱ κατοικοῦντες Γιββεὶρ παρακαλεῖτε. *habitatores Gebimorum se confirmaverunt.* Esaj. c. 10. v. 31. Certè ἀνακαλεῖσθαι pro eo qod Latini dicunt, *vires revocare & reparare*, apud medicorum filios satis freqens est; & de eis ut plurimùm usurpatur, qi deliqium passi, medicamine aliqo restituuntur. ejusmodi qippiam an τοῦ παρακαλεῖσθαι, qod huic finitimum, vocabulo, Græci voluerint designatum, alii viderint.

Aliud D. Maji interpretamentum peculiare, istis ubi adjecerim, caput hoc claudam, Hymno 82. v. 7. sic legitur, אכן כאדם תמותון וכאחד השרים תפלו. Qæ qidem verba varie, non à Judæis tantum, sed & à nostris accipiuntur. Siqidem in membro priori qidam, in qibus est Junius, & qi Hieronymi *in Psalm.* nomen ementitur, τὸν πρωτόπλαστον designari volunt. ac si dictum esset, *Verumtamen moriemini, sicut Adam*: eo qòd ad Adæ instar transgressi sitis. trahuntqe huc illud Hosh. c. 6. v. 7. & Job. c. 31. v. 33. Nec desunt, qi illud indem in membro altero אחד השרים non *unum è principibus*, sed *principum primum* vertentes; (qo modo אחד השרים *primum è principibus*, Dan. c. 10. v. 13. Junius:) ut numerus cardinalis, uti appellant, ordinalis vice fungatur; prout Gen. c. 1. v. 3. & Act. c. 20. v. 7. de Adâ eodem intelligunt, qi primus mundi hujus inferioris rector ac dominator, à creatore Domino universi fuerit constitutus, Gen. c. 1. v. 28. Alii, è qibus Justinus, *dialog. cum Tryphon.* Græcos secuti Interpretes, qi sic reddiderunt; Ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. *Vos verè ut homines moriemini, & sicut unus è*

 prin-

principibus cadetis, sive, *occiditis*: membrum prius de parentibus nostris protoplastis Adâ & Evâ, posterius de Satanâ, Angelo desertore, qi & *ἄρχων* dicitur Joan. c. 14. v. 30. & τ̃ *ἀρχαγγέλων ἐπέκεινα* unus primitùs fuerat, sed forte primitivâ excidit, exponunt. Alii è Judæis minùs piè, in qibus Camius (nec abscedere longè videtur Esdraides) *Moriemini, sicut homines merè terrei; qorum anima unâ cum corpore, ad jumenti instar, intercidit.* Hymn. 49. v. 12, 19, 20. Eccl. c. 3. v. 18-21. ut opponatur scilicet ei, qod est suprà dictum, *filii excelsi* estis *omnes*: qod de spiritibus illis immortalibus Dei administris intelligunt isti, qibus dignitatis ratione similes censeantur. At saniùs meliúsqe Musculus noster, *Moriemini, ut cæteri qiqe, mors ultima linea rerum, fastigio fastuiqe vestro finem dabit.* & qod Hymn. 146. v. 3, 4. tam de principibus, qàm de plebejis qibusvis dicitur, *ubi expiraverint, ad pulverem suum revertuntur, eodémqe die cogitata eorum universa unà cum ipsis intercidunt.* ita tamen ut *corpore ad terram, unde* primitùs *sumptum est*, Gen. c. 2. v. 7. & c. 3. v. 19, 23. *revertente, spiritus, sive anima, ad Dei, qi dederat*, Gen. c. 2. v. 7. tribunal sistatur, Eccl. c. 12. v. 7. sententiam sive lætam favstámqe, sive tristem dirámqe, pro justitiâ divinâ latam, subitura. Luc. c. 16. v. 22, 23. & certè sanctiùs saniúsqe hac in parte egerunt Philosophi qidam Ethnici, qàm Judæi isti magistri, qi tam malorum qàm bonorum animas, non interitui obnoxias; sed corpori superstites, ac immortales, à compagis humanæ dissolutione, pro vitæ anteactæ ratione, vel in sedes beatas, vel in loca pœnalia transferendas, avt fidenter censebant, avt sentiebant credebántqe, sentire saltem ac credere se profitebantur. Videndus Socrates apud Platonem in *Phædone*, Cicero *Tusculan. l.* 1. Plutarchi nomine *de philosoph. placit. l.* 4. *c.* 7. Stobæus *Eclog. Physic. l.* 1. *tit.* 40. *sect.* 3. Horum effata Epicharmus sic expressit à Plutarcho *ad Apollon. consolat.* lavdatus,

> Συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη·
> Καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε, πάλιν,
> Γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω.
> *Concretum est, & discretum est:*

(integram hominis compagem loqitur animâ corporéqe constantem)

> *Reditqe utrumqe unde venerat,*
> *Terra ad terram, spiritus sursum.*

Qibus gemina habet & Evripides in *Chrysippo*, referentibus Clemente Alexandrino *Stromat. l.* 6. Philone Judæo *de mundi immortalitate*, & Marco Imperatore *comment.* l. 7. §. 50.

> Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας
> Φύντ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
> Βλαστόντα γονῆς, εἰς οὐράνιον
> Πόλον ἦλθε πάλιν. ——
> *Retróqe meant, qæ terra dedit,*
> *Iterum in terram; qod ab atherio*
> *Venerat ortu, cæleste poli*
> *Repetit templum.* ——

Sed & in *Supplicibus* (qæ Moschionis nomine frustra apud Stobæum prostant *Collectan. tom.* 2. *tit.* 124.)

> Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
> Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
> Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν. ——
> *Et unde nostra qodqe natura est datum,*
> *Eò reverti; ut magnus æther spiritum,*
> *Corpus recipiat tellus.* ——

Ex Stoicorum sententiâ uterqe videtur locutus, qæ ad Epicuream etiam transtulit Lucretius *lib.* 2.

> *Cedit enim retrò, de terrâ qod fuit antè,*
> *In terras; & qod missum est ex ætheris oris,*
> *Id rursum cœli rellatum templa receptant.*

Hæc eò magis interferere hic visum, qia cum Ecclesiastæ illis tam accurate conveniunt. Qanqam hoc illi forsan ita dicebant, ut cœli, ætherisqe nomine aerem duntaxat intelligerent, in qem anima resolveretur. Verùm in eandem plane cum nostris mentem Heraclitus, cujus insigne est illud *Epist. ad Amphidamant.* Ἐὰν δ' ἢ φθάνον ὑπερβάλλον γένηται τὸ σῶμα, δυσπνοίῃς τὸ εἱμαρμένον. ἀλλ' ἡ ψυχὴ δύσεται· ἀλλ'

A ἀθάνατον οὖσα χρῆμα, εἰς οὐρανὸν ἀναπτήσεται μετέωρος· δέξονταί δέ με αἰθέριοι δόμοι. *Corpus mihi si undâ ingruente obrui contigerit, ad locum sibi destinatum demersum descendet. at non demergetur, sive descendet anima; sed immortale qiddam cum sit, ad cœlum sublevata evolabit; suscipiéntqe me sedes ætherea.* Verùm nescio qo modo nec opinantem longiusculè abripuit, detinuitqe diutiùs, pensi destinati memorem minùs, argumenti interjecti meditatio amœnior, & exiturienti jam (venia verbulo detur) accommodarissima. Ad rem, de qâ agitur, denuò redeamus. Illud כאחד השרים

B nonnulli de Angelis Apostatis, sive spiritibus desertoribus dictum intelligunt. Eò, Jairo referente, trahit avtor *Midras Agadah*, ex Esaj. c. 14. v. 12. & c. 24. v. 21. Eódem concedit & Psevdo-Hieronymus, & hujus vestigiis insistens Hugo Barcinonensis, ex Luc. c. 10. v. 18. qi & dictionem hic mutatam urgent; priùs enim dictum, *moriemini ut Adam*: at istic, non *moriemini*, sed *cadetis*, *ut unus è principibus*, angelorum siqidem *casus* est, *mors* non est. At meminisse debuerant, *cadere* pro *mori*, in sacrâ paginâ opidò qàm familiare existere. Hymn. 91. v. 7. Jer. c. 44. v. 12.

C & alibi passim. Camius ergò de *Principibus* exteris, tyrannis ethnicis, qi populum sibi subjectum premunt opprimúntqe, exponit. qod & Liranus seqitur, & Musculus probat, illud Luc. c. 22. v. 25. huc trahens; Junius verò comprobando eò usqe processit, ut vocem *aliorum*, qà à Judaicis discernerentur *principes* hîc dicti, contextui ipsi inseruerit, qo nomine à Piscatore, de re tamen ipsâ consentiente, reprehenditur.

Nostri plerisqe (ut singulos recensere non sit opus) *Adami* vocabulo *plebejum* qemvis designari volunt; qo modo

D à scriptoribus sacris ea vox creberrimè usurpatur. Hymn. 49. v. 2. 62. v. 9. Esaj. c. 2. v. 9. & c. 5. v. 15. Et sensus sanè is optimus & convenientissimus videtur. neqe enim è plebejis principes, cum mortales pariter utiqe sint, mors distingvit discernítve; verùm, ut Flaccus, *Carm. l.* 1. *Ode* 4. *n.* 13.

> —— *æqo pallida pulsat pede pavperum tabernas,*
> *Regúmqe turres.* ——

neqe, ut idem *l.* 2. *Ode* 3. *n.* 21.

> *Divésne prisco natus ab Inacho,*

E

> *Qicqam interest; an pavper, & infimâ*
> *De gente, sub dio moreris,*
> *Victima nil miserantis Orci.*
> *Omnes eòdem cogimur; omnium*
> *Versatur urnâ, seriùs ocyùs,*
> *Sors exitura, & nos in æter-*
> *Num exilium impositura cymbæ:*

Ibid. *Ode* 14. *n.* 9.

> —— *undâ scilicet omnibus,*
> *Qicunqe terræ munere vescimur,*

F

> *Enavigandâ, sive Reges,*
> *sive inopes erimus coloni.*

Et *lib.* 3. *Ode* 1. *n.* 14.

> —— *æqâ lege necessitas*
> *Sortitur insignes & imos:*
> *Omne capax movet urna nomen.*

Cæterùm in clavsulâ inseqenti ampliùs aliqid designari qi velint, non desunt, qod & verbo *cadendi* insinuari existimant, qod in *deturbandi* ac *prosternendi* notione sumatur,

G ut mors violenta & infecta aliqa intelligatur. Ita Musculus. Sed & Junius, *non tantùm communi morte, sed etiam celebri & singulari; ut Esaj. c.* 14. *v.* 10. Vide qod de ambitiosis illis in Mosen & Aaronem insurgentibus dicitur, Num. c. 16. v. 29, 30. Verum qidem est, *cadendi* verbum de cæde mortéqe violentâ sæpiùs usurpari, Reg. l. 2. c. 1. v. 19. & c. 2. v. 16. & c. 3. v. 36. & c. 21. v. 9. Nec verum minùs qod Juvenalis *Sat.* 10.

> *Ad generum Cereris sine cæde & vulnere pauci*
> *Descendunt Reges, & siccâ morte, tyranni.*

Cæterùm *cadendi* verbum de eis etiam adhiberi, qi tam morbo avt fame extingvuntur, qàm qi gladio percussi occumbunt, ex locis patet suprà indicatis. Calvino itaqe argutiora videntur ista. ipse, qemadmodum & Mollerus, *sicut unus, principes cadetis*, reddit: h. e. ut illi uterqe exponunt,

ponunt, ficut unus è multis, five unus è plebejis (de qibus sorè diaerat) occidetis, mortem obibitis. Favétqe versioni isti pavsarum in Hebraicis situs. Siqidem ad וכאחד vox fistitur; qo indicetur τῷ השרים qod *principes* sonat, non regi ab אחד qod *unum* significat, (unde patet perperam verti è Græcis, *ὡς τῶν ἀρχόντων*; à Latinis hos secutis, *unus è principibus*, *avt unus principum*) ut ab השרים ad תמותון vox continuatur, ministeriali duntaxat notâ intercedente; qo השרים sive *principes*, rectum esse, *moriendi* verbo, qod ab eo regatur, & qo cum conveniat, præfixum, disertiùs indicetur.

Atqe hactenus qidem Majus noster istis assentitur: cæterum in τῷ באחד exposuione, tam ab istis, qam ab illis omnibus seorsum it, nec immeritò. Siqidem, *ficut unus*, illud, pro *ficut unus à plebe*, *avt* ex infimæ sortis hominibus, satis insolens videtur: nec locum geminum, qi pariare qeat, adducunt ullum. Proinde Majus τῷ כאחד adverbialiter hîc sumi postulat; perinde atqe alibi non semel, sed sæpiuscule usurpatum deprehenditur. notione verò adverbiali ubi sumitur, nunc *unà*, *simul*, nunc *juxta*, *aqè*, *similiter*, *pariter* significat. Sic Esajæ c.65. v.25. *Lupus & agnus* ירעו כאחד (pro qo cap.11. v.6. יחדו dicitur) *pascent una*, sive *simul*. Annal. l.2. c.5. v. 13. Cúmqe clangerent & canerent כאחד *pariter*, (Latinus vulgatus, Tigurinus, Junius) *edendo vocem unam*. Ezr. c.2. v.64. & Nehem. c.7. v.66. *Tota congregatio* כאחד ubi Latinus vulgatus *qasi vir unus*; Tigurinus *ad unum usqe*; Junius *universe*. minus aptè omnes hi. optimè Græci *ὁμοῦ*, *simul*; & nostri, together. Ezr. c.3. v.9. *Kadmiel & filii ejus filii Juda* כאחד *simul*. Junius & Vatablus ibid. c.6. v.20. *Nam mundaverant se Sacerdotes & Levitæ* כאחד *pariter*. Junius & Tigurinus, secus utiqe qam sub Ezekiâ eatiterat, qo tempore Levitæ semet mundando sacerdotes anteibant. Annal. l.2. c. 29. v. 34. Qibus coronidis vice adjectus sit locus, qi huc cumprimis facit, ea Eccles. c. 11. v.6. ubi sic legitur; *Manè serito semen tuum; & vespere ne remittito manum tuam: nescis enim utrum successurum sit, hoc an illud; an verò ambo bona futura sint*, sive *successura sint*, כאחד ubi Græcus *ἐπὶ τὸ αὐτὸ*. h.e. *in unum*, sive, *in idem*, uti Hieronymus reddidit. *simul*, Latinus vulgatus, minùs commodè utriqe. melius, Tigurinus *juxta*; Junius, *ex aqo*; Castellio, *aqè*; Serranus, Fajus, Lavaterus, *pariter*. Itala, *parimente*. Gallica, *pareillement*: nostri, alike. qæ omnia, (primoribus duobus exceptis, qæ nec dicti ratio facilè admittit) cum eo qod in manibus habemus, sensum eundem qum præferant, eximiè conveniunt. Idcircò Majo nostro censente, verba sic reddenda fuerint, *Verumtamen, ficut homo plebejus* qivis, *moriemini; & pariter*, sive, *ex aqo* (cum illis scilicet) *casuri estis*, sive, *occidetis*, *principes*. idem planè vos exitus, qi omnes manet. Hoc est qod Seneca, *Mors ii per omnes; necessitatem habet aqam & invictam; omnes ex aqo vocat: cui nasci contigit, mors restat: qisqis ad vitam editur, ad mortem destinatur: impares nascimur, pares morimur: omnium qi terram premunt, siremps lex est: nec fata seriem servant; nec citamur ex censu. in omnes constitutum est capitale supplicium: & qidem constitutione justissimâ: nihilqe tam magnum est, qod perire non possit:* addo, qod non periturum sit. *Ad Lucil.* Epist.12. & 30. & 91. & 93. & 99. *ad Polyb. consol.* c. 30. *Natur. qæst.* l.2. c.59. Atqe in hunc ego loci hujus sensum sententiámqe lubentissime concedo.

CAPUT XI.

Joannis Leifeildi elogium. Hujus de Hymn. 84. 11. *sensu genuino sententia. post varias aliorum interpretationes.* דור *pro* גור habitare; ætatem agere, *à* דור ætas. Limen, *pro ædibus*. Ad limina servus, custos. שומרי הסף & שוער הספים & הסף *aliud ab* ostiario, servus a[...]sis. Janitorum *in æde sacrâ munus honestum*, *honoratum*. הסתופף *alus*, ad limen accubare; *alus* limen freqentare; *Leifeildo*, posti affixum esse; *servum in perpetuum fieri*, *ex lege Exod.*21.6. avrem pertundere, *Junio sic sumi Hymn.*40.7. *qia Christus* servus, & servi formam indutus, *Esaj.*42.1. *Phil.*2.7. avres foratæ, *fortis an gentis indicium. in* obseqii *notione avris aperta*, *Esaj.* 50. 5. סף *postis qoqe.* דור *alus* גור habitare; *alus*, *à* דור ætas, ætatem agere; *Leifeildo*, *a* דרר liberè versari, liberum agere. *Dei ad Cainum verba Gen.*4.7. *discussa.* peccatum ad fores excubare, *qid velit.* pro foribus, *qid. servitii & satellitis ad fores dominorum excubandi mos. an ut peccati* servus *Cain eâ formulâ notatus. ἁμαρτίαν ποιεῖν*, *qid.* medicinam facere, *notione non unâ.* artem *aliqam* facere, factitare. *nihil à perjuris, impuris, iniqis, impiis, numini gratum. Λαμπαδηφορεῖν εὔφημα. Victima vere opima & optima, qanam.*

Μέγα βιβλίον, μέγα κακόν, si Callimacho Grammatico, ex Athenæi fide, credimos. *Magnus*, inqit, *liber*, *magnum malum*. Si *liber magnus* censuram hanc subeat, qid *caput*, libri particula, (hoc enim Gellio *caput*, qod Hebræis פרק prolixum censebitur? Proinde lectoris tædio qò consulatur, cum caput antegressum præter spem expectationémqe crevisse animadverterim, novo sumpto exordio, subnectam ea, qæ in proximum illud coostipare statueram: Et à D. Gvilelmo Majo, ad reverendum virum D. Joannem Leifeildium Sacræ Theologiæ Doctoratu insignem traosibo. Is in suburbio Londinensi Ecclesiæ celebri plebiqe freqenti per multos annos præfuit, cúmqe concionibus habendis operam daret indefessam, tum varia interim scripturæ sacræ loca, prout occasio tulerat, enarrabat, tum & suas sæpenumero de locis eis conjecturas proponebat, à vulgò receptis interpretationibus havd pavlo discrepantes. Harum nonnullæ, ne pereant & intercidant prorsus, chartis hisce committentur. Hymno 84. v.11. Hymni avtor, qisqis is fuerit, (neqe enim satis liqidò constare videtur) cum studium ac desiderium suum in Dei ædibus commorandi vellet ἐμφατικώτερον insinuare, his verbis utitur, uti textus Hebraicè exhibet; בחרתי הסתופף בבית אלהי מדור באהלי רשע. Hujus avtem periochæ varia dantur interpretamenta. Abraham Esdræ filius, *Elegi* לשבת *desidere potiùs ad limen domus Dei mei*, *qàm* דור, i. גור *habitare in improborum tentoriis*. eumqe secutus Pagninus, *ad limen desidere*, vertit. Salomon Jairus. *Malim* על הסף ועל המזוזות לשקוד *ad limen & postes domus Dei mei vigilare*; *qam* היות דר בשלוה *habitatorem sive incolam agere in prosperitate sive tranqillitate*, i. *tranqillè habitare*, *in tentoriis improborum*. ut ad jugem domus Dei freqentationem respexerit, de qâ Salomon Rex Parœm. c.8. v.34. cujus hic verba allusit Jairus. hunc Junius seqitur, qi *limen freqentare* reddidit. *Limen* pro *domo*, *æde*. Maro *Georg.* l.2.

Exilioqe domos & dulcia limina mutant.

sic *Pacis limina*, templi nimirum; ædes ipsa. Martial. *l.* 1. *Epigr.* 2.

Limina post Pacis, Palladiúmqe forum.

Et,

*Novi limina templi. l.4. Ep.*53.

pro ipso templo. Et *l.*5. *Ep.*6.

Intra limina sanctioris avla.

Iode & *Limina Apostolorum*. hinc, *limina adire*, Maro *Æn. l.* 6.

—— ut te supplex peterem, & tua limina adirem.

Et, *limina terere*. Martial. *l.*12. *Ep.*26.

Sexagina teras cum limina mane Senator.

& *l.*10. *Ep.*10.

Mane salutator limina mille teras.

&, *limina freqentare*, idem *l.*10. *Ep.* 58.

—— qi nocte diéqe freqentat

Limina ——

i. ædes hujus vel illius. Adjicit aliqid ampliùs David Camius; *Malo*, inqit, *limen porta domus Dei* לבד הבנס *solus adire*, *intrare*, *sive* (ut in radicibus habet) כסות *in domo Dei hospitari*, *qàm* דור דירה שלימה *habitatione integrâ habitare in terris gentium*. ut solitudo freqentiæ, aditio sive hospitatio, habitationi perpetuæ opposita sit. Huic

 ex

ex parte calculum dat Joannes Piscator, qi דור *atatem agere* vertit; qia דור *atas, tempus humana vita.* Græci; ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖσθαι &c. qos & Latinus vetus interpres secutus; *Elegi abjectus esse,*&c. Expressit latius Joannes Calvinus; *Qia solis Sacerdotibus fas erat Templum ingredi, disertè exprimit, modò subsidere in atrio liceat, hac se sorte contentum fore. Malle se dicit in ipsis Templi foribus subsistere, ac limen tenere, qàm occupare tabernacula impietatis. q. d. se in vulgarem & ignobilem locum malle rejici, modò censeatur in Dei populo, qam primarium gradum tenere inter impios.* Nec abscedit Mollerus; subjungit tantùm, *ad Coritarum officium alludi, qibus janitorum officium erat demandatum, ut assiduè aliqi ex his cogerentur sedere ad limen sev fores domus Domini.* Annal. l.1. c. 26. v.1. Joannes Campensis, *ad limen accubare.* qod servi solebant, & in avlâ regiâ satellitium. Videatur historia Regum l. 2. c. 11. v. 9. de qo infrà ampliùs videbitur. Genevenses nostri vertunt, *Malim esse ostiarius.* a dore-keeper. qanqam istud notionis ancipitis esse potest: Siqidem inter *ostiarium*, sive *janitorem*, qi è mancipiis infimis, & in vinculis sæpenumerò esse solebat; (unde illud Nasonis *Amor. l. 1. Eleg.* 6.

Janitor indignè durâ religate catenâ.

& Svetonii *de Clar. Rhet.* in *Otacilio*; *Servisse dicitur, atqe etiam ostiarius, veteri more, in catenâ fuisse.*) & *servum atriensem*, multum intererat. qum & iste tamen qoqe *ad limina servus* dicatur Apulejo *Miles. l.*2. Et, —*ad limina custos*: prout Maro *Æn. l.*9,

Fidúsqe ad limina custos.

i. *adituus.* Servius. qomodo שמר הסף *custos liminis* i. januæ. Jerem. c.25. v.4. & שמרי הסף *custodes liminis.* Est. c.6. v.2. & שמרי הספים *custodes liminum.* Annal. l.1. c.9. v.19. &, l.2. c.23. v.4. שערי הספים ad verbum, *janitores liminum.* isti verò, qod & Servius ibidem observat, in ingenti honore apud majores fuerant: imò *servi* etiam *atrienses*, qod idem Savriæ Plautini exemplo probat, in totâ familia plurimùm ferè pollebant: Proinde *Paradoxo* 5. Cicero; *In magnâ familiâ sunt servi alii lavtiores, ut atrienses; sunt inferiore loco, ut mediastini.* Sed & *janitorum* in Tabernaculo sacro sors & conditio, etiamsi hominibus profanis, avt ambitiosis etiam, qod Mollerus monet, *vilis & abjecta* videri poterat; erat tamen revera *honorabilis* admodùm, & apud populum Dei talis habebatur.

Proinde aliud designari vult Leifeildus noster. Versionem primò; mox explicationem habiturus es. Vertit itaqe; *Malim posti esse affixus in domo Dei mei, qàm in tentoriis improborum liberè agere.* Nota satis lex est de servo lata, qi manumitti cum liceret, libertate, qâ posset, frui recusabat. jubebat ea ut servus ille ad Domini januam deductus, avre subulâ perforatâ, posti affigeretur, in servitii perpetui, cui se ipse addixerat, indicium. Exod. c.21. v.6. ad eum ritum respexisse vult Junius (Juniiqe premens vestigia Piscator) vatem Regem, ubi sub Domini Christi personâ dixit, Hymn. 40. v.7. *avres perfodisti mihi*, q. d. servitio ac ministerio perpetuo addixisti me. unde Esajæ c. 42. v.1. *Ecce servus meus* &c. pro qo, Græci, eósqe secutus Apostolus ad Hebr. c.10. v.5. Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. i. *corpus avtem mihi coagmentasti.* qia scilicet tum *servi formam induit*, cum *carnem humanam*, & *peccatricis* etiam *similitudinem assumpsit.* Rom. c. 8. v. 3. & Philip. c. 2. v. 7. Qin & *avres forata* sive *perforata* servitutis insigne habebatur. notum est Ciceronis scomma in Octavium qendam, qi nobilis videri voluit, cum Libyâ oriundus existimaretur. qum enim is avdire se negaret qid ille dixisset. *Atqi solebas certè*, inqit, *bene foratas habere avres.* Macrob. *Saturn. l.*7. *c.*3. Plutarch. in *Apophth.* Græcè sic extulit; *Καὶ μὴν οὐκ ἀτρύπητον ἔχεις τὸ οὖς. At verò avres foratas havd immunes geris.* qanqam hoc gentis potiùs, qàm conditionis indicium esse voluit. Petronius Satyric. *Pertunde avres, ut imitemur Arabas.* Eodémqe nomine in Pœni asseclas ludens Plautus *Pœnul.* 5. 2.

Servos qidem adepol veteres antiqósqe habet.
A. *Qî scis?* M. *Viden' homines sarcinatos conseqi?*
Atqe, ut opinor, digitos in manibus non habent.
A. *Qî jam?* M. *Qia incedunt cum annulatis avribus.*

A annulos nempe in avribus gerebant, qibus aliis ambiuntur digiti. Sed simpliciùs forsan *avrem perfodere*, sive *perforare*, fuerit, dicto avdientem præstare. qo modo ex ejusdem personâ stirpe regiâ oriundus (uti vulgò censetur) vates cap.50. v.1. *Avrem aperuit mihi Dominus: nec restiti, nec retrocessi.* Verùm eo D. Leifeildus ab Hymnographo loco superiùs designato vult allusum, ut הסתופף ibi sit *postis affixum.* i. ministerio ac servitio jugi, mediastini instar, in perpetuum addictum esse, citra ullam redempturæ avt vindictæ spem potestatémve. qamvis avtem in lege illa
B מזוזה non סף legatur, & סף pro *limine* creberrimè usurpetur, tamen *postem* qoqe significare docet David Camius in *radicib.* ex Amosi c.9. v.1. Idémqe pariter interpretatur, Ezek. c. 40. v. 6. & c. 43. v. 8. Sed & interpretes pleriqe. Annal. l.2. c.3. v.7.

Restat vox דור qod illi *habitare* vertunt, at D. Leifeildus mavult, *libere versari, liberum esse, libertate frui.* ut sit דור à דרר דר *liberum esse*, unde דרור *libertas*, Esajæ c.61. v.1. eâdem analogia, qâ à ברר *declarare*, בור Eccles. c.9. v.1. & a חלל *fistulare, saltare*, חול Judic. c.21.
C v.21. ita sensus tandem emergit iste, *malle se sub qavis conditione, etiam servitio perpetuo addictum, non servi atriensis, sed vel mediastini loco habitum, in Dei domo atatem transigere, qàm apud homines impios libertate largissimè ac liberalissimè fruentem versari.* Servitutem infimam etiam, sibi libertate vel liberrimâ potiorem fore, modò ad Dei domum aditus pateat; libertatem amplissimam qoqe servitute qavis deteriorem minúsqe tolerabilem, qam diu ab illâ exulem atqe extorrem egerit.

Qod avtem de *servis* ad *limina* superiùs pavlò dictum
D est, trahebat idem vir eruditissimus ad dictum illud Domini, qo Cainum increpat, Genes. c. 4. v. 7. Vertunt pleriqe; *Nonne, si bene egeris, remissio*, (peccati, scilicet futura est, ita Chaldæus, & ex Judæis Jairus, ex Latinis Hieronymus) sive, ut alii, *acceptatio futura est*: (oblationis tuæ scilicet, ita Theodotion. & nostrum pleriqe) vel etiam, *elevatio futura est*; (vultus scilicet qi jam dejectus vers.6. juxta illud Job. c.11. v.15. ita è Judæis Esdraides, è nostris Mercerus) *Si verò non bene egeris, pra foribus peccatum cubat*, vel *excubat.* לפתח חטאת רבץ qod
E qidam de peccato ipso intelligunt. Bernardus *de divers. serm.* 19. *Peccatum in foribus est: nisi ipse aperias, non intrabit.* Abraham Esdræ filius: *Ita fixè homini conjuncta est malitia ejus & concupiscentia mala, ut unâ cum ipso decumbat. juxta illud Job c. 20. v. 11. in pulvere unâ cum ipso cubabis.* alii pleriqe de pœnis ultricibus culpæ perpetratæ assеclis. qod & Esdraides monet: חטאת αὐτὶ ἔ עון qo modo & vers. 13. ideóqe participium adjectum formam masculinam obtinet; ut Junius censet. Chaldæus: *Iniqitas tua, reatus tuus, ad diem judicii reservatur.* Verum hoc literæ
F ipsi adversari videtur, qæ *pra foribus* monet eam adesse, ἐπὶ θύραις, Matth. c.24. v.33. sive πρὸ θυρῶν, Jacob. c.5. v.9. i. prope, in propinqo. Itaqe vetus interpres reddidit. *Statim in foribus peccatum aderit.* Nec abscedere tamen videtur Salomon Jairus. *Usqe ad ostium sepulcri tui custoditur peccatum tuum.* itaqe tanqam unum idémqe R. Abraham utrunqe recensuit. qi subjungit tamen alios interpretari, *de foribus domus ejus*: alios *de foribus labiorum, ex Mich. c.7. v.5.* At R. Menachem: *Cubat peccatum ad justitia fores, unde judicium adversus delinqentes prodit; inde*
G *enim vim obtinet suam angelus mortis.* Hieronymus, qem ut plurimùm reliqi sequuntur, *in qast. Hebr. Qod si inqè egeris peccatum ante vestibulum tuum sedebit, & janitore talis comitaberis. sensus est*, inqit Drusius, *proverb. clas. 2. l. 3. prov. 38. illicò pœnas lues facti dignas: avt peccatum tibi insidiabitur. juxta illud* Sirachid. c. 27. v. 31. *ut leo feris insidiatur; ita maleficis peccatum. Et Salomonis Parœm. c. 13. v.2. Peccatores inseqitur malum. i. pœna mali*, avt ultio *divina.* Drusius *ibid. l. 1. c.7.* Flaccus, *Carm. l.3. Ode.* 3.

Raro antecedentem scelestum

Deseruit pede pœna tardo.

Et Cato, *Neqiter factum semper durat, & reum comitatur.* qo sensu & illud dicitur, *Noxa caput seqitur.* sumptum à feris

ris egredientem hominem antè fores expectantibus ut discerpant ac dilacerent.

At Leifeildus noster periocham totam aliter est planè interpretatus; *Nonne sive bene egeris offerendo, sive malè egeris, ad peccati fores cubas?* hoc est, *peccato te addixisti, peccati servus ac mancipium existis; ideóqe nihil potest à te acceptum esse.* Siqidem, *Sacrificium impeoborum abominatur Dominus.* Parœm. c.15. v.8. & qomodo *nihil à perjuris*, ita *nihil ab impuris* est acceptum numini. illud Plavti est in *Rudentis Prologo:*

Atqe hoc scelesti in animum inducunt suum,
Jovem se placare posse donis, hostiis.
Et operam & sumptum perdunt: id eò fit, qia
Nihil ei acceptum est à perjuris supplici.

hoc Platonis scitum *Legum l.* 4. *pag.* 832.C. Τῷ μὲν ἀγαθῷ θύειν καὶ προσομιλεῖν ἀεὶ τοῖς Θεοῖς καὶ εὐχαῖς καὶ ἀναθήμασι καὶ ξυμπάσῃ θεραπείᾳ, κάλλιστον καὶ ἄριστον, καὶ διαφερόντως πρέπον. τῷ δὲ κακῷ τἀναντία. ἀκάθαρτος γὰρ τὴν ψυχήν, ὅ γε κακός. παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα, οὔτ' ἄνδρ' ἀγαθόν, οὔτε Θεὸν ἐστί ποτε τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι. μάτην οὖν περὶ Θεοὺς ὁ πολὺς ἐστὶ πόνος τοῖς ἀνοσίοις. τοῖς δὲ ὁσίοις ἐγκαιρότατος ἅπασι. *Qod bonum virum decet sacrificare diis, & interesse divinis. Nempe illos proseqi orationibus, muneribus, aliòqe cultu divino pulcherrimum, optimum, & præ cæteris est decorum. Malo autem contra contingunt omnia. Impurus enim mali est animus. Ab impuro autem capere munera neqe bonum virum, neqe Deum decet. Frustra itaqe circa Deos propham laborant: qod opportune faciunt omnes sancti.* qæ tanqam ex Æliano lavdat Svidas, in Μιαρός. Certè è Platone Cicero *de Legib.* 2. *Donis impii ne placare avdeant Deos, Platonem avdiant, qi vetat dubitare, qâ sit mente futurus Deus, cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit.* Respexit eòdem & Dio Pruſ. *orat.* 3. *pag.* 45. A. ubi de rege pio; οὔτε δῶρον δέξεται παρὰ τῶν κακῶν ἀνδρῶν, οὔτε τοὺς Θεοὺς ἀναθήμασιν, οὐδὲ θυσίαις οἴεται χαίρειν τῶν ἀδίκων ἀνδρῶν. *Qod nunqam dona sit accepturus à malis hominibus: qia neqe deos donariis & victimis iniqorum hominum gaudere arbitratur. Perjuris* & *impuris*, de qibus illi disertè, *iniqos* iste addidit. Nec subticere sustineo, incerti, sed nominatu dignissimi, poetæ, ethnici licet, versiculos illos á Porphyrio *de Animal. abstin. l.* 2. *Clemente Strom. l.* 7. & *Cyrillo adv. Julian.* lavdatos;

Τίς ὧδε μωρὸς καὶ λίαν ἀνειμένως
Εὔπιστος ἀνθρώπων, ὅστις ἐλπίζει Θεοὺς
Ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
Ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
Χαίρειν ἀπαρχῇ. καὶ γέρας λαχεῖν τόδε,
Τούτων τε τοῖσι δρῶσιν ἐκτίνειν χάριν,
Κἂν πειραταί, κἂν λῃσταί, κἂν τύραννοι, [δὲ]
Τύχωσιν [ὄντες;]
Qis gente in hominum tam supinè credulus,
Avt stultus adeò est, qi deos existimet,
Sev bilis usta, sive crudorum ossium,
Projecta qa vix tangat esuriens canis,
Gavdere donis, ìdqe honori ducere,
Facientibúsqe gratiam rependere,
Licet tyranni immanes, piratæ licet,
Licet latrones rapto viventes fiant?

qæ postrema etsi Clemens solus exhibeat, avtoris tamen ejusdem esse cum reliqis, nullus ambigo. Sed de via in semitam.

Ad dominorum fores, regum ac magnatum cumprimis, servos ac ministros præstolari atqe excubare solitos, historia cum sacra, tum prophana clarè docet. Histor. Reg. l. 3. c. 11. v. 9. *Cubavit Urias ad fores domus regiæ cum servis reliqis domini sui.* Maro, *Æn. l.* 4.

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant. ———

cum ergò *ad peccati fores cubans* Cain dicitur, ex conseqenti *peccati servus* intelligitur, qalis in Scripturâ pronunciatur, *peccato qisqis operam dat.* Sic enim Servator noster, Joan. c. 8. v. 34. (ut Apostolos interim taceam, Pavlum ad Rom. c. 6. v. 16. Petrum Ep. 2. c. 2. v. 19. idem planè, licet aliis verbis, adfirmantes) Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας. *Qisqis operam dat peccato, servus est*

A *peccati.* Et notanda phrasis, τὴν ἁμαρτίαν ποιεῖν. qo melius intelligatur, qod Joannes dixit Epist. 1. c. 3. v. 9. Πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἁμαρτίαν οὐ ποιεῖ. *Qisqis à Deo genitus est, peccatum non facit*, sive *peccato non dat operam.* ποιεῖν ἁμαρτίαν dixit, qomodo ποιεῖν ἰατρείαν, *medicinam facere*, dicitur; non eo sensu, qo Cicero *Famil. l.* 1. *Ep.* 7. *Ita sum levatus, ut Deus mihi aliqis medicinam fecisse videatur.* pro eo qod est, remedium adhibere, mederi; sed pro eo qod est, *artem medicam exercere*; (qo modo, *argentariam facere*, dixit Ulpian. *ad Edict. l.* 4. & habetur *Digest. lib.* 2.
B *tit.* 13. *de edendo. Is etiam qi desiit argentariam facere, ad editionem compellitur ubi argentariam exercuit.* &c, *histrionicam facere*, in *Heliogabalo* Lampridius) sive *medicinæ studio, avt rei medicæ operam dare.* qo modo Lampridius idem de Alexandro Heliogabali consobrino, *Fecit & geometriam.* Nec secùs, *artem ludicram facere*, Plavt. Avlul. 4. 3.

Continuò cor meum cepit artem facere ludicram.

Et,

Artem pudere proloqi qam factitas.

C apud Ciceronem *de Clar. Orat.* hac avtem ratione *qisqis peccatum facit, mancipium est peccati.* talem avtem fuisse Cainum, qod ambigamus, nihil est. Nec mirum itaqe si à peccati mancipio profectus cultus, Deo peccati osori, ingratus extiterit. Hæc Leifeildi fuerat sententia de loci istius sensu: cui suffragatur participii forma mascula; (qod illi tamen qomodo eludant, dictum retrò) adversari videtur interpunctionum (si qa illis fides certa) ratio. adversatur planè, qod primis illis temporibus, nec servi, nedum servorum usus ejusmodi, qi alludatur, ullus, extiterint.

D Cæterùm de interpretatione dispiciant alii. dogma qod attinet, colligunt idem freqentes ex historiæ ejusdem commatio 4. & 5. ubi *Deus ad Abelem & ad munus ejus respexisse* perhibetur; ad *Cainum verò munúsqe hujus respexisse negatur.* Unde Basilius Selevciens. *orat.*4. Ὁρῶν τὸν προσφέροντα, τὸ προσφερόμενον δέχεται. πρῶτον τὴν γνώμην, καὶ τότε τὸ δῶρον προσίεται. *Offerentem spectans oblationem acceptam habet: mentem primò; tum munus admittit.* Joannes Chrysostomus *in Genes. orat.* 18. Τὰ πρόβατα δῶρα ὀνομάσασα ἡ θεία γραφή, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γῆς θυσίας προσειποῦσα, παιδεύει
E ἡμᾶς, ὅτι οὔτε ἡ τῶν ἀλόγων προσαγομένη, οὔτε ἡ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς καρπῶν προσαγωγὴ ζητεῖται παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης διάθεσις μόνη. ὅθεν καὶ νῦν ὁ μὲν ἀπ' αὐτῆς ἀποδεκτὸς γέγονε μετὰ τῶν δώρων, ὁ δὲ πάλιν διὰ ταύτην ἀπεβλήθη μετὰ τῆς θυσίας. *Oves nominando divina Scriptura munera, terræ autem fructus sacrificia appellando, docet nos, qod Deus neqe ut bruta adducantur, neqe ut terræ fructus offerantur, sed tantum mentis affectionem qærit. Unde & nunc propter mentis affectionem, ille qidem cum donis approbatus est & gratus fuit: iste verò cum sacrificio suo rejectus est.* Vide sis & Isidorum Pelusiotam *l.* 1.
F *Ep.* 230. Gregorius Romanus *comment. in Job. l.*31. *c.* 12. *Ex dantis corde, id qod datur, accipitur. ideirco non Abel ex muneribus, sed ex Abel munera oblata placuerunt. prius enim ad eum legitur Dominus respexisse qi dabat, qàm ad illa qa dabat.* Optimè Porphyrius *de abstin. l.* 2. §. 15. Μᾶλλον τὸ δαιμόνιον πρὸς τὸ τῶν θυόντων ἦθος, ἢ πρὸς τὸ τῶν θυομένων πλῆθος βλέπει. *Et Deus ad sacrificantium indolem potius qam ad sacrificiorum numerum respicit.* Et Aristoteles, an Anaximenes (qod Victorio magis visum *var. lect. l.* 14. *c.* 11.) *de rhetor. ad Alex.* c. 3. Οὐκ εἰκὸς τοὺς Θεοὺς χαίρειν τῇ δαπάνῃ
G τῶν θυομένων, ἀλλὰ τῇ εὐσεβείᾳ τῶν θυόντων. *Ne consentaneum qidem est Deos sacrificantium sumptibus, sed pietate potius gaudere.* Καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ Θεοί, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχήν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ. *Etenim grave esset, si Deus ad donaria & sacrificia nostra respiceret potius, qam ad animum utrum justus sanctusqe sit.* Plato *Alcibiad.* 2. *pag.* 459. B. Nec malè Julianus ipse *de Cynism.* 2. *pag.* 399. Πάντα τὰ μεγάλα καὶ σμικρά, μετὰ τῆς ὁσίας τῷ Θεῷ προσαγόμενα, τὴν ἴσην ἔχει δύναμιν. ἀφῃρημένης δὲ τῆς ὁσίας, οὐχ ἑκατόμβη, ἀλλ' ἡ τῆς Ὀλυμπιάδος χιλιόμβη, ἀνάλωμα μόνον ἐστίν, ἄλλο δὲ οὐδέν. *Qæcunqe cum sanctitate Deo obtuleris, seu parva, seu majora, tantidem apud illum haberi: remota vero sanctitate, non solum hecatombe, sed chiliomben etiam Olympiadis, nihil præter*

inanes

inanes sumptus esse. In eandem planè sententiam Rex sapientissimus, Parœm. c. 15. v. 8. *Sacrificium improborum abominatio est Jovæ: oratio verò rectorum accepta est illi.* Ubi orationem, qia cum sacrificio confertur, in *sacrificiorum* censu collocari observant. éstqe reverâ *sacrificium* spirituale Deo ipso attestante, Hymno 50. v. 14, 15, 23. Prophetâ item, Hosh. c. 14. v. 3. & Apostolo, ad Hebr. c. 13. v. 15. Itaqe Tertullianus *Apolog. c. 30. Offero ei opimam & majorem hostiam, qàm ipse mandavit, orationem de carne pudicâ, de animâ innocenti, de spiritu sancto profectam.* Verùm malim istic, qod & V. C. Franciscus Junius vidit, *sacrificii*, nomine ostentationem ab improbis adhibitam designari, cui justorum oratio mera simpléxqe opponatur, numiniqe supremo acceptior multo prædicatur, qum præ istâ illa vilescat planè, imò gratissimum naribus divinis odorem ista spiret, cum illa mephitem fœtidissimam & ingratissimam exhalet. Hinc apud Platonem *Alcibiad. 2. pag. 458. E.* Jovis Ammonis vates, conqerentibus Atheniensium legatis, qod Lacedæmoniis magis qàm suis Deus faveret, qum tamen ipsi eum qotannis sacrificiis lavtissimis, donariis pretiosissimis, pompis avgustissimis, sumptus deniqe nullo non genere colerent, illi contrà in Dei cultu parcissimè ac sordidissimè se gererent, respondit, Βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Θεὸν τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν (qod Plato εὐχὴν interpretatur) εἶναι μᾶλλον, ἢ σύμπαντα τὰ Ἑλλήνων ἱερά. *Malle Deum Lacedæmoniorum precem, qàm Græcorum omnium sacra universa.* Qod apud Svidam Avtor innominatus. Εὐφημίας χάριν προτιμᾷ τὴν Λακεδαιμονίων ὁ Θεὸς, ἤπερ τῶν Ἀθηναίων βωμούς σύμπαντάς τε καὶ ναοὺς καὶ ἀγάλματα καὶ ἑκατόμβας καὶ τὴν λοιπὴν φλήναφον, τῶν ῥᾳθυμούντων τε καὶ θοινάζειν γλιχομένων. *Beneficentiam Laconicam Deus pluris facit, qam universas Atheniensium aras, & templa, & statuas & hecatombas, & reliqas nugas hominum segnium, & epulari cupientium.* Certè, qod Dio Prusæus *Orat. 44.* Ἓν ῥῆμα πλείονος ἄξιον ἀπ᾽ εὐνοίας ῥηθὲν καὶ φιλίας, ἢ τὸ ξύμπαν ἐν ἀνθρώποις χρυσίον, καὶ στέφανοι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα δοκεῖ λαμπρά. *Unum verbum ex benevolentia dictum atqe amicitia, pluris est, qam universum inter homines aurum, & corona, & alia omnia, qa splendida habentur.* Et præclarè Seneca *de Benefic. l. 1. c. 5. Nec in victimis, licet opima sint avróqe præfulgeant, Deorum est honos; sed piâ & rectâ voluntate venerantium. itaqe boni etiam farre ac fictili religiosi sunt. mali rursus non effugiunt impietatem, qamvis aram sangvine multo cruentarint.* Sed manum de tabulâ.

Post ista scripto commissa, cum prodiissent Viri Cl. Ludovici Dievsii. *in Vet. Test. Libros Animadv. posthuma*, in eis deprehendi hunc in eandem ferè cum Leifeildo nostro sententiam concedere, qoad periochæ Mosaicæ, de qâ agimus, partem saltem anteriorem; licet de alterâ in diversum abeat. Etenim verba is sic reddenda postulat; *Annon, sive benè offeras, sive non benè, ad ostium peccatum cubat?* Eadem sic περιφράζει, *Tu peccatum perpetuò circumfers, illúdqe in procinctu habes, cubans qippe ante fores. itaqe nihil refert, benéne an malè secundum ritus legales offeras: vel optima tua oblatio à peccato vitiatur.* הֵיטִיב שְׂאֵת *est*, inqit, *benè offerro; qomodo* הֵיטִיב לֶכֶת *est bene incedere, Prov. c. 30. v. 29.* הֵיטִיב נַגֵּן *bene pulsare, Ezek. 33. 33. &c.* Et est reverâ formula freqens admodum. qæ & probè expensa Jonæ dictionem cap. 4. v. 9. aliqâ saltem ex parte leniat: qum reddi possit, tum Dei interrogatio, *Num valdè suscenses?* tum & Vatis responsio, *Ego valdè suscenseo.* qo modo post Chaldæum Paraphrasten, Esdraides & Camius exponunt, adducto Devt. c. 9. v. 21. & Reg. l. 4. c. 11. v. 18. ubi הֵיטֵב pro *valdè* usurpatur. Ut non sit necesse vertere, vel cum vulgato, *Putásne benè irasceris?* Et, *Benè irascor ego.* Vel cum Junio, *An factum benè*, qòd *accensa est tibi* ira? Et, *Factum benè*, qod *accensa est mihi ira.* De formulâ igitur constat satis; sed an hîc locum habeat, ambigitur. sensus itidem utrobiqe sanus; verùm an genuinus istic, qæritur. Hoc verò aliis discutiendum & statuendum relicto, ipse ad ulteriora transibo.

CAPUT XII.

Hymni 58. analysis, à recepta dissidens, Leifeildica. admirationi conveniens interrogatio. nomen אֱלֹהִים *judicibus attributum, non &* יְהוָה *De Deo* אֱלֹהִים *formâ plurali, & cum pluralibus, usurpatur. In singulari vertendum, Exod. 32. ubi de vitulo sermo habetur: in plurali Dan. 3. 25. qi locus ad Christum frustra detorqetur.* Regum, *ave* deorum filii, *ethnicis vulgò dicti, corporis specie, animíve dotibus eminentioribus insignes. De cælitibus cum sexu muliebri consvetudinem habentibus, ex Enocho supposititio fabula. Hymn. 29. 1. & 89. 7. interpretationes variæ.* ἄγγελοι, θεοείκελοι, διογενεῖς. Similis filio hominis, *Dan. 7. 13. qid. item Apoc. 1. 13. & 14. 14.* filius hominis, *pro homine;* filii hominis, *&* hominum, *pro hominibus. De Christo dictum Apostoli Phil. 2. 7. qi sumendum.* Solis progenies, *apud Heliodorum.* οἱ ἐξ ἡλίου, *apud Prodromum, qi. Jobum ab eo designatum: ex Græcâ versione,* εὐγενὴς τῶν ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν. *in qo lapsi Svartius, Rihittus, Portus, Nicetæ interpres. de Jobo dictum mysticè priscis sumptum. Didymus in Nicetæ catenâ, ex Nysseno emendatus. Jobi paupertas in proverbium abiit. Arabes* filii orientis *unde dicti. Svartii in Prodromo lapsus non unus.* πλουτοῦς δόξα, *Prodromo qid sit: qid* λόγος. *dites sapere solos, vulgi sensus.*

Nondum Leifeildum τὴν μακαρίτην dimittimus. Hymnum is qinqagesimum octavum aliter longè, qàm interpretes ad unum omnes, credo, interpretabatur. Primoribus commatiis duobus Savlis consiliarios compellari existimant, & injustitiæ atqe violentiæ insimulari. in seqentibus itidem eosdem exagitari & diris devoveri censent, adjecto tandem ad finem Hymni epiphonemate, qo significetur, qantum providentiæ divinæ lavdis gloriæqe accessurum sit, ubi vindictam de eisdem sumpserit numen. Atqi multis planè parasangis ab his recedebat D. Leifeildi interpretatio. Statuebat hunc Hymnum eo fine à Vate sacro conceptum & conscriptum, qò Judices ac magistratus Dei vicem gerentes, officii sui commonefaceret. Id qo ἐμφαντικώτερον & efficaciùs fiat, ordiri à potestate illâ prædicandâ & evehendâ, qam divinitùs ei sortiti sunt. Hanc tanqam admirabundum commemorare; & qia *admirationi convenit interrogatio*, uti Fabius *l. 9. c. 2.* ἐρωτηματικῶς τοὺς ἐν τῷ κράτει sic affari: *Itane, ô vos Judicum cœtus ac consessus? filii Adæ, perinde ac reliqi omnes, cum sitis, eam tamen à numine summo tributam potestatem obtinere, ut qid justum & æqum sit pronuncietis, qid sit rectum ex sensu sententiáqe vestro censeatur? ut qæ injustè ac iniqè in terris istic geruntur, vos animo vestro pertractetis, & per violentiam perpetrata manibus vestris qodammodo appendatis, qò sceleri cuiqe merces digna debitáqe accuratè rependatur?* Ista cum se sic habeant, támqe sublimis vobis à Deo sit concessa potestas, accipite loco secundo, qinam sint illi, adversus qos potestate istâ cœlitùs demandatâ sit utendum. *improbi sunt havd pavci ab ipso ortu errore pravo, neqitiis ac mendaciis innutriti: indolem si maleficam spectatis, serpentibus* ἰοβόλοις, *venenatis, venenum ejaculantibus, consimiles; si mutari nesciam, aspidi surdæ, qæ carmine nullo incantatur. horum dentes molares, ô vos, Dii qi estis, confringatis: hos exitio atqe exterminio fœstino è medio sublatum eatis. ita fiet, ubi operâ vestrâ vindictam de istiusmodi sumptam viderint mortales, ut dicant; Utiqe justitia fructus est; sunt utiqe judices Dii in terrâ.* hoc est, agnoscent vos reverâ Deorum appellatione, qam vobis supremus ille tribuit Hymn. 82. v. 6. dignos esse, cum ad illius instar vos gesseritis. Certè, belle satis procedere analysis ista videtur. Cæterùm turbat, qod versu 7. *ad Jovam* disertè in numero singulari oratio dirigitur, nam qod favere cumprimis videri qeat, qod plurali יֵשׁ אֱלֹהִים שֹׁפְטִים dicatur, ex adverso potest regeri; qod Josh. c. 24. v. 19. אֱלֹהִים קְדשִׁים הוּא pariter de Deo solo dicatur. ut sicut isthic omnino debet, ita & illic pariter possit, non obstante adjecto plurali, Deus unus optimus maximus intelligi. Eôdem facit & Simeonis Muissii illud, qod observatu non indignum censemus, qi in *Variis sacris cap. 23.* apud Mosen

l. 2.

l. 2. c. 32. v. 4. verba illa de vitulo avreo enunciata אלה אלהיך non plurali, sed singulari numero reddenda contendit, *Iste est Deus tuus, qi eduxit te è terra Ægypti.* & vers. 1. *Fac nobis Deum*, h. e. ut Esdræ filius, *corpoream aliqam imaginem & figuram, in qâ Deus resideret.* cujus nempe beneficio (cum Moses qi tam diu abfuerat, jam defunctus crederetur) deinceps ducerentur regerentúrqe. accedit huc, qod Abulensis, Cajetanus, & alii (Bellarmino ipso nec diffitente, nec refragante, *de Imag. l. 2. c. 13.*) *Judæos* avtumant *vitulum illum pro Dei veri imagine habuisse.* Advocat etiam Mussius Esdræ verba, qi Nehem. c. 9. v. 18. ita plane habet, זה אלהיך *Iste est Deus tuus, qi te eduxit*, &c. nec obstat, qod apud Mosen verbum העלו numero plurali legitur. qum numerus idem qandoqe adhibeatur, ubi de Deo vero uno sermo habetur, tum adjecti nominis, qod suprà vidimus, tum & verbi conjuncti. Genes. c. 20. v. 13. & c. 35. v. 7. & Reg. l. 1. c. 7. v. 23. Ita ille אֱלֹהִים apud Mosen singulari reddi postulat, ubi plurali pleriqe numero vertunt. nec Leifeildum avdiendum avtumo, qi apud Psalten secùs sumendum contendit.

Verùm admittendum planè videtur, qod Joannem Piscatorem Majus noster אלהין pluraliter reddi postulat, in Danielis commentariis c. 3. v. 25. Notius est, qàm ut multis probatu sit opus, priscos Patres dum triados Christiqe hominem induti mysterium ex prophetarum vaticiniis firmare contendunt, nihil non arripere, minùs etiam ad rem apta aliqoties, qæ vel tenui saltem specie eo spectare videantur. Atqe huc Regis prophani dictum illud trahunt, vel torqent potiùs, cum de tribus illis Dei servis in caminum conjectis ita suos affatur: *Annon tres nos in ignem medium vinctos conjecimus? ecce avtem qatuor solutos citra ladionem in igne medio spatiantes intueor; forma vero qarti similis est* לבר אלהין qod vulgò vertunt, *Filio Dei.* Tertullianus *ad Marcion. l. 4. c. 10. Hic erat visus Babylonio Regi, tanqam filius hominis; & revelatus directe filius hominis Danieli.* Et ibid. c. 21. *tanqam filius hominis, nondum enim verè erat; nondum scilicet natus ex homine.* Hieron. *in Dan. c. 3. Speciem qarti qem similem dicit Filio Dei, vel Angelum debemus accipere, ut LXX. transtulerunt, vel certe, ut pleriqe arbitrantur, dominum Salvatorem.* Verùm qod subjungit Hieronymus, *Sed nescio qomodo Rex impius Dei filium videre mereatur*; & concludit itaqe *Angelum istum sive filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum in typo præfigurasse*: potiore multo jure Piscator objecerit, & urgebat qidem Majus noster; qi fieri potuit, ut Regi prophano & mysteriorum horum prorsus ignaro, de Dei *Filio* qicqam in mentem veniret? *De Dei Filio*, inqit, Scholiastes eruditus, *nihil scivit Nebuchadnezar.* proinde verti vult, *similis est Filio Deorum.* ut ethnicus enim loqitur. atqe ita, Hieronymo avtore, verterat Symmachus. *Species avtem qarti similitudo filiorum (non Dei, sed) Deorum.* Sed & Scholion ad LXX. qæ dicitur versionem, monet alios interpretes, Aqilam scilicet & Theodotionem vertisse, υἱῷ Θεῶν, *filii Deorum*, nec secus forsan Symmachus. qo modo & idem, Theodoreto testante, illud Hymni 89. v. 7. בני אלים vertit *filios Deorum*, *qis in cœlo* (h. e. inter Angelos cœlestes) *æqabitur Jovæ? ant qis similis erit Jovæ in filiis Deorum?* Pagninus, i. e. inter homines etiam illos, qi ratione dignitatis & præcellentiæ Deorum filii censentur. Nam quod subjicit Hieronymus, *versionem hanc si seqimur, angelos esse sentiendos, qi & Dei, & Dei vel Deorum filii sæpissimè nuncupantur*: nihil est necesse. Etenim Ethnicis solenne fuit, homines dotibus eximiis, & corporis specie cumprimis insigniore ac præstantiore, præditos, *Deorum filios* indigetare, tanqam Deorum aliqo, nec humanâ, sed divinâ stirpe, satos editósqe. qo modo & *Regum filios* appellant Zebachus & Tsalmunas viros specie corporeâ, qæ majestatem qandam præ se ferebat, præditos. Judic. c. 8. v. 18. Ut missum faciam Enochi illius ἀποβεβλημένον, cujus ἀποσπασμάτιον, *fragmentum*, bene magnum V. Cl. Josephus Scaliger exhibuit in suis *ad Eusebium annotationibus*, de angelis qibusdam apostatis, qi cum mulieribus consvetudinem habentes gigantum progeniem proseminarint, delirium. qod ex antiqis tamen havd pavcis placuisse video; qi eò etiam trahunt, qod Moses refert. l. 1. c. 6. v. 1. *Filios Dei hominum filiabus se junxisse*, &c. Ut hoc, inqam, mittam, opinabantur Ethnici cœlites formam corpoream indutos cum mulierculis sæpenumerò congressos esse, unde sati natiqe sint heroes qidam corporis specie viribúsqe supra sortem humanam insigniti, qales Hercules, Achilles, Pollux & Castor, aliiqe innumerabiles. Hinc Herculi apud Theocritum ille *idyll. 25. n. 38.*

— οὔ σε γὰρ φημὶ κακῶν ἐξ
Ἔμμεναι, οὐδὲ κακοῖσιν ἐοικότα φύμεναι αὐτὸν,
Οἷόν τοι μέγα εἶδος ἐπιπρέπει· ἦ ῥά νυ παῖδες
Ἀθανάτων τοιοίδε μετὰ θνητοῖσιν ἔασιν.
— *havd credo malis te*
Prognatum; similémve malis existere, cui tam
Præstans forma decúsqe. cæleftum morte deorum
Hac specie soboles mortales inter oberrat.

Ex Fabio Pictore Dionysius Halicarnasseus de Romulo & Remo, stirpe utraqe conjuncta simul. *Antiq. Rom. l. 1.* Οἱ δ' ἀνδρωθέντες γίνονται κατά τε ἀξίωσιν μορφῆς καὶ φρονήματος ὄγκον, ὅπως ἄν τις ἀξιώσειε τοὺς ἐκ βασιλείου τε φύντας γένους, καὶ ἀπὸ δαιμόνων σπορᾶς νομισθέντας. *Hi, cum ad ætatem virilem pervenissent, eâ erant & forma dignitate, & animi celsitudine, ut stirpe regiâ ortos, & semine divino prognatos, meritò qis existimaret.* Observat & Aristoteles *Ethic. Nicomach. l. 7. c. 1.* & *Evdem. l. 6. c. 1.* Homerum Priamum inducere de Hectore dicentem, *Iliad. ω. v. 259.* Ὅτι σφόδρ' ἦν ἀγαθὸς·
— — οὐδὲ ἐῴκει
Ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.
Qoniam bonitate & virtute præstabat,
neqe videbatur
Viri utiqe mortalis filius esse, sed Dei.

qod Platoni qoqe Plutarchus accommodat, *Sympos. problem. l. 8. c. 1.* qo loco de genitura istiusmodi ex Ægyptiorum mente disserit. Libanius sophista in vitâ suâ *pag. 25. A.* Τὸν Ἄλκιμον τοῦτον Θεοῦ τινὸς ἔγωγε παῖδα ἡγοῦμαι γεγονέναι. οὐ γὰρ ἂν ἐξ ἀνδρὸς φῦναι τοιοῦτον. *Alcimum istum Dei cujusdam filium opinor fuisse: neqe enim fas est talem a viro procreatum esse.* Possit forsan horsum spectare, tam illud בני אלים Hymn. 29. v. 1. qàm & qod ex Hymn. 89. v. 7. suprà adductum est, ubi vetus Interpres Latinus, Græcos secutus, *filios Dei*, vertit, υἱὲ Θεοῦ. & Chaldæus *angelos* interpretatur. Hieronymus priore loco, *filios arietum*, posteriore, ut superiùs dicitur, *filios Dei.* at Genevenses nostri, illo *filios potentum*; isto *filios Deorum.* De illo Hieronymo, de isto nostris illis consentit Pagninus. *filios fortium*, sive *potentium*, utrobiqe Junius. Verùm de istis qicqid fuerit, de Rege Chaldæo clarè satis liqere videtur, de qarto illo, qem in fornace flagrante conspexerat, formulâ usum prophanâ & a pietate nostrâ alienâ, similem dixisse speciε *filio Deorum* alicui. Vidit hoc V. Cl. Franciscus Junius, qi ad illa, *formâ similis filio Dei*; adnotavit i. *venustissimâ & qasi divinâ: ut Homerus ἀντιθέους, θεοειδεῖς, & διογενεῖς, Deo comparandos, Deo similes & Jove genitos nominat.* itaqe ex Regis prophani mente, *Deorum*, non *Dei*, vertendum fuerat: sed & lingvâ nostrâ, si ritè reddere velimus, dicendum erit, non, like the son of God; sed, like a son of the Gods.

Qin & pari modo vertendum fuerit, (nec Majo nostro minus id animadversum) qod ejusdem commentarii c. 7. v. 13. dicitur, *Ecce cum nubibus veniebat similis filio hominis*, i. humanâ formâ præditus qidam, like a son of man; non, qomodo vulgò redditur, like the son of man: qasi Christus homo pariter ac Deus designetur, uti Junius explicando adnotavit, qòd is *filius hominis* in novo instrumento freqentissimè nuncupetur. qi enim potuit forma Dei filii in carne nostrâ repræsentandi Danieli ob oculos tunc versari, ut qem cœlitus descendentem viderat, huic similem visum prædicaret, qem qali specie futurus esset, prævidisse ipsum non est probabile? Etiamsi enim *Filius Dei* reverâ is fuisse videatur, qem vates *Deo* patri *Antiqo dierum* per visum illud appropinqasse conspexerat, non tamen idcircò *Filio hominis*, Christo scilicet similem dixeris. hoc enim esset, ac si sibi ipse similis diceretur; sed *filio hominis. i. homini*; qomo-

qomodo Ezekiel *filius hominis* passim dicitur; & *filii hominum*, pro *hominibus*, qo nihil freqentius. Sic & Apostolus, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, *similis hominibus factus, & habitu inventus ut homo.* Philip. c.2. v.7. nisi qòd ἀνειδῶς ista, illud ἀνθρωποπαθῶς dictum sit. Pari modo sumendum & Joannis Evangelistæ illud Apoc. c.1. v.13. Ὅμοιον υἱῷ ἀνθρώπου. qod & V. Cl. Theodorus Beza vidit, qum vertit, *Vidi* (qendam) *similem filio hominis.* Et in *annotatis*, *filio hominis, i. homini, sive qi hominem referebat; ex Hebræorum idiotismo. qamvis enim hic Christus erat, tamen in genere hoc accipiendum esse de hominis figurâ, vel ex eo apparet, qod non additur articulus. item ex Danielis c.10. v. 5. ubi simile prorsus visum describitur.* Hæc ille. cui & adjici potest locus geminus, eundem spectans, ejusdem libri c.14. v. 14. Ἐπὶ τὴν νεφέλην καθήμενος, ὅμοιος υἱῷ ἀνθρώπου. *nubi insidens* qidam, *filio hominis* (i.e. *homini*) *similis.*

Sed ut ad priorem illam formulam revertamur: qemadmodum *Deorum filios* viros præ reliqis eximios nuncupabant: ita *Solis progeniem*, ἀφ᾽ ἡλίου γένος, pro stirpe nobilissimâ dixisse Heliodorum in Æthiopicis extremis, monet Evstathius Svartius *Analect. l.1. c.11.* qod *huic inter omnes Deos suos posteriores Philosophi, qi Sophistarum nomine celebriores sunt, peculiarem qendam honorem tribuebant.* Unde & avtor idem tractum existimat, ut *verè nobiles, omniúmqe opinione generosi* οἱ ἐξ ἕω nuncuparentur. Trahit huc Theodori Prodromi illud ex *carmine de providentiâ*, ubi de bonorum infœlicitate conqeritur;

> Ἄλλος δὲ σεμνός, εὐγενής, τῶν ἐξ ἕω,
> Καλὸς μὲν εἶδος, καλλίων δὲ τὸν βίον &c.
> Ἀνέστιος, πένης, ἄθλιος, μόνος.

i. vertente Svartio,

> *Gravis sed alter, sole ab oriente, inclytus,*
> *Formáqe, moribúsqe commendabilis;*
> *Pavper, miserqe, viduus incedit foco.*

Eiqe finitimum, tanqam παρομοιῶδες, ac mentis ejusdem, ex Svidâ profert Jo. Ribittus ad Prodromum à se Latio donatum. Et Svidas reverâ de Jobo verba faciens; Μόνος γὰρ (inqit) οὗτος εὐγενὴς τῶν ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν. qod Portus vertit; *Solus enim hic est ille nobilis, qi à Solis ortu* [*ad occasum usqe*] *hic inclytus ille* &c. qasi Svidas, sive qisqis ille fuerit, ex qo Svidas hæc sumpserat, verbis illis hoc vellet, Jobi famam & nomen a Sole oriente ad occidentem usqe pertigisse. Verùm falsus est Portus. neqe enim Jobi famam, sed sedem designant verba illa ex historiæ Jobi c.1. v.3. versione Græcâ mutuata. Καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος εὐγενὴς τῶν ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν. nec aliò, qàm ad Jobi historiam respexisse puto Prodromum, cum τῶν ἐξ ἕω diceret. probum sed pavperem virum delineat. Jobi avtem pavpertas jam olim in proverbium abiit. In Hebræo textu legitur, מכל־בני קדם *fuit is maximus ex orientis filiis*. i. ex eis, qi plagam orientalem incolebant. qo nomine *Arabes* peculiariter in sacris literis nuncupari monet vir doctissimus Medius noster in Apoc. c.9. v.3. ex Judic. c. 7. v. 12. qia Arabia erat orientem versus sita respectu Ægypti, ubi Israelitæ sic loqi didicerant. Certè incolatus Ægyptiaci tempore & gesta & conscripta Jobi illa, opinantur pleriqe. Verùm juvat illos, qod & in fravdem, puto, induxit, veterum qorundam explicatio, qi verba illa, qæ de Jobi sede patriâ sunt dicta, allegoricè interpretati sunt. Sic enim Didymus, in Nicetæ *catenâ*: Πρὸς μὲν οὖν τὸ ῥητόν, εὐγενὴς τῶν ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν, διὰ τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραὰμ οἰκειότητα· πρὸς δὲ ἀναγωγήν, οἱ υἱοὶ τοῦ φωτός, καὶ τέκνα Θεοῦ δι᾽ ἔργων φωτεινῶν χρηματίζοντας, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν. ὁ γὰρ δίκαιος εὐγένειαν κτᾶται, οὐκ ἀπ᾽ ἀνθρώπων, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ φωτὸς τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης καταλαμπομένην. *Literam qod attinet, genere clarus dicitur inter orientales, ob cognationem qa cum Abrahâ illi secundum carnem intercessit. at juxta anagogen, qi filii lucis, & Dei soboles ob opera lucida nuncupantur, isti sunt orientales illi: justus enim generis claritatem obtinet, non ab hominibus, sed à lumine Solis justitiæ effulgentem.* Qæ interpres havd satis commodè expressit, qum vertit, *Lucis, & Dei filii à lucidis operibus vocati illi sunt, qi orientem incolunt.* neqe enim hoc avtor voluit. Sed fefellit illum, opinor, mendum leviculum in Græco delitescens, qod vix forsan qisqam suspicetur. legendum enim, vel οἱ υἱοὶ τοῦ φωτὸς cui respondeat τὸ οὗτοι. vel pro χρηματίζοντας χρηματίζοντες. & hoc malim ob id qod mox dabitur. alioqi dictio hiulca futura est. In eandem mentem Gregorius Nyssenus *de Virginit. c.20.* Γένους δὲ λαμπρότητα οὐ τὴν κατὰ τὸ αὐτόματον συντυχίαν, πολλάκις καὶ φαύλοις περιοῦσαν κατορθώμασιν ἔχειν φιλοτιμήσεται, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ πόνου καὶ σπουδῆς διὰ οἰκείων κατορθωμάτων περιγενομένην, ἧς μόνοι εὐμοιροῦσιν οἱ τοῦ φωτὸς υἱοί, καὶ τέκνα Θεοῦ, καὶ τῶν ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν εὐγενεῖς, διὰ τῶν ἔργων τῶν φωτεινῶν χρηματίζοντες. *Generis verò splendorem, non eum, qi casu fortuito multis etiam malis vilibúsqe contingit, assequi ambitiosè connitetur, sed eum qi labore studióqe per res præclaras à se gestas comparatur, de qo soli gloriantur, qi filii lucis, Deiqe soboles, & ab ortu solis nobiles ob opera lucida nuncupantur.* An non alter planè ab altero mutuatus videtur? Sed de hoc plura qi voluerit, si bonas horas malè collocare est animus, adire poterit nugatorem illum, qi sub Origenis nomine *commentarios in Jobum* edidit, in qibus multa multis hanc in partem declamitat.

Cæterùm in Prodromi poema illud, satis elegans, sed qod in metri leges peccet sæpiuscule, cum inciderimus, virum eruditum, qi in restituendo operam havd levem, avt lævam etiam, insumpsit, errore uno & altero liberare conabimur. *Post illos*, inqit, *versus*;

> Ὦ τάλανες πένητες, ἄθλιον γένος,
> Πλούτῳ σὺν αὐτῷ, καὶ σὺν αὐτῷ χρυσίῳ
> Τῆς ἀρετῆς τὴν δόξαν ἀφῃρημένοι.
> *O miseri egentes, obsitum ærumnis genus,*
> *Cum censu opimo, cúmqe tristi avro simul,*
> *Virtutis omni decore nudi, & gloriâ:*

Videntur deesse aliqa. non enim convenit disputatroni exclamatoria, qa seqitur conclusio:

> —— ὁ κόσμος ἀγαθὸς πῶς ἂν δράσειν
> Ἐν τῷ πονηρῷ κείμενος; λέγε λόγος.
> *Et orbis iste, qo bonum facias modo,*
> *Malo ipse totus subjaceus? Christus canit.*

Hæc ille. At primo illud, *tristi avro*, istic non placet. ecqid enim *triste*, si re tristi careant pavperes? avt *avrum* igitur simpliciter dicendum, avt adjiciendum epitheton, qod in partem seqiorem non propendeat. Tum nihil qicqam deest; sed pulchrè cohærent omnia. In fravdem illectus est, dum avtoris mentem non est assecutus. Ἀρετῆς δόξα, non est *decor avt gloria virtute parta*, qibus pavperes orbentur prorsus: (contra enim etiam pavperrimos virtutis lavde atqe decore florere ac fulgere dixerat) sed *virtutis opinio atqe existimatio*, qâ apud divites, imò & alios etiam qosvis mundanos destituuntur pavperes, dum ex rebus externis de hominibus sententiam ferunt. sic enim in proximè antegressis dixerat;

> Ὡς ὤφελον τῶν βροτῶν ἡ φαυλότης,
> Οἱ τοὺς καλοὺς κρίνουσιν ἐξ εὐτυχίας,
> Καὶ τοὺς κακοὺς τεκμαίρονται ἐξ ἀτυχίας.
> *Utinam perisset hominum miseri vecordia,*
> *Solita æstimare sorte de bonâ bonos,*
> *Malosqe contrà de malo infortunio.*

Itaqe vertendum fuerat,

> *Cum censu opimo qibus, & avro ipso, simul*
> *Virtutis omnis æstimatio tollitur.*

vel,

> *Virtutis etiam ipsius opinio demitur.*

Sicut contra divitibus ea non ab ipsis tantùm, sed ab aliis etiam tribuitur. Salomon Prov. c. 28. v. 11. *Sapiens est in oculis suis* (sive, sapere sibi videtur) *dives.* Et Evripides Heraclidis;

> Ἔστι δ᾽ ἐν ὄλβῳ καὶ τόδ᾽ οὐκ ὀρθῶς ἔχον,
> Εὐψυχίας δόκησις· οἰόμεσθα γὰρ
> Τὸν εὐτυχοῦντα πάντ᾽ ἐπίστασθαι καλῶς.
> *Accedit opibus more nevtiqam probo*
> *Prudentis animi opinio: nam qos evehit*
> *Fortuna, nosse hos cuncta opinamur probè.*

qæ apud Stobæum tom.2. c. 92. cum locus in margine ascri-

scriptus intercidisset, cum versiculo ejusdem ex *Cressis* proximè adsito, frustra commissa sunt.

Itaqe adversus hanc mortalium opinationem pravam & perversam, animum sibi piisqe qibusqe firmans Prodromus in seqentibus ex dicto Apostolico;

> Ὅμως, inqit, ὁ κόσμος &c.
> *At* (non, *&*) *orbis*, (vel mundus) *hic*, *qi fecerit*
> *qicqam boni*,
> *Cum totus ipse* (*ut fertur*) *in malo cubet!*

judicium, inqit, mundi qis non susqe deqe habeat? qomodo enim ille benè qicqam faciat censeátve, cum totus ipse in malo cubet? *Mundus*, pro, *mundanus*. nihil tritius. *Malè*, inqit Svartius, *λόγον rationem vertunt, cum Servatoris dictum notissimum alludat.* Sed & ipse malè vertis, *Christus canit*; qum reverâ, non *Servatoris*, sed Joannis Apostoli dictum alludat, ex Epist.1. c.5. v.19. Ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. itaqe λόγος istic non est *Christus*, sed *verbum*, *sermo*, divinus scilicet. sic enim ὁ λόγος freqentissimè sumitur.

CAPUT XIII.

Pagina sacra ex scriptis profanis illustratio. Ejus rei specimen unum & alterum. Gen.16.2. & 30. 3. formulæ ex dissertatione Plavtinâ lux data; indidem itidem Salomonis dicto Eccles.10.18. Liberi parentum qasi ædificia qadam. inde בן *filius, Hebrais; &* בת בנות *filia. Inertiâ corrumpi, perinde ac ædificia, liberos. Ecclesiastæ c.7. v.6. ex Apulejo lux. Flamma de spinis, de stipulâ, qalis. Hymn. 58. 10. explicatur. Stolidorum cachinnus qalis, imaginibus variis ostenditur. Herba Sardoa. Senes* Decrepiti *unde dicantur. Grammaticorum in hoc nugamenta.* Crepum *&* crepusculum, *unde.* Crepare *qid, & unde dictum.* decrepare, *qid velit. qid item* destertere. *à Scaligero utrobiqe discessum. de igne & flammâ, veterum superstitio.* Decrepitorum *nomine qi veniant. De exterorum scriptis ad dogmata sacra illustranda adhibitis Veterum sententia; ab Ægyptiis spoliatis Exod.11.2. & 12. 35. à mulierculâ captivâ, Deut.21.10-13. Locus is discussus.* ungves facere, *aliis producere; aliis contrà præcidere. hoc rectius. sacra aditu- ris ungues resecti.* pedes facere, *2 Reg.19.25. qid.* barbam facere, *itidem, cum Hebrais, tum & Latinis.* pedum pili. שׂשׂם *qid propriè.* עשׂה, ποιεῖν, facere, *qàm latè pateant. Catonis Uticensis habitus lugubris sub bello civili; Scipionis diversus, die à Tribunis Plebis dictâ. Insontis confidentia.*

Ex qo ad studia Theologica animum adjicere cœperam, id mihi cumprimis curæ fuit, ut si qid inter avtores exteros legendum occurreret, qod oraculis sacris illustrandis conducere videretur, qo ubi usus posceret, præstò esset, in adversaria mitterem. Eo fine codices mihi comparaveram sacros chartâ purâ, qæ observationes ejusmodi exciperet, interjectâ concinnatos. Instituti hujusce specimen hîc dabo, unâqe, qod ajunt, fideliâ parietes duos dealbabo; unâ scilicet avtoris prophani periochâ sacræ paginæ duo loca illustrari posse docebo.

Prior locus est Genes. c.16. v.2. ubi Sara, sterilis ipsa cum esset; qò Abraham virum suum impellat, ut cum Hagare ancillâ suâ congrediatur; אולי אבנה ממנה *forsan*, inqit, *ædificabor ex eâ*. Græcus; ἵνα τεκνοποιήσωμαι ἐξ αὐτῆς. *ut ex eâ liberos consequar*, & Jacobo pariter Rachel de Bilhâ, Ibid. c.30. v.3. ואבנה אנכי ממנה *ipsa ædificabor ex eâ*; Græcus, καὶ τεκνοποιήσομαι κἀγὼ &c. i. *illius operâ liberos consequar*, qos pro meis scilicet habeam. ex qo loco colligunt Doctores Hebræi, qod & David Camius in *radicibus* monet, liberos esse בנין האב והאם i. *parentum qasi ædificium* qoddam. itaqe & בן filius à בנה i. e. *ædificare*; & בנת indidem, pro qo contractum בת *filia*, sicut אמת pro אמנת *veritas*.

Alter locus est Ecclesiast. c.10, v.18. qo loco Salomon incommoda ab ignaviâ & desidiâ profluentia delineans; *Pigritiis*, inqit, *attignatio corrumpitur, & manuum demissione perpluitur domicilium.* Utriqe ex Plavtinâ in *Mostellariâ Act.1. Scen.2.* dissertatione lux havd spernenda datur. Ibi sic prolocutus inducitur, suopte ipse qæ loqitur, exemplo edoctus, Philolaches adolescentulus.

> *Recordatus multum & diu cogitavi,*
> *Argumentáqe in pectus multa institui*
> *Ego: atqe in meo corde, si est qod mihi cor,*
> *Eam rem volutavi & diu disputavi,*
> *Hominem qojus rei, qando natus est,*
> *Similem esse arbitrarer, simulacrúmqe habere.*
> *Id repperi jam exemplum.*
> *Novarum ædium esse arbitror similem ego hominem,*
> *Qando hic natus est.*

Habes *ædificium*, de qo Rachel, & Rachele prior Sara. Sed pergit porrò adolescens noster, dicti hujus rationem adjungere.

> *Ædes qom extemplò sunt paratæ, expolitæ,*
> *Factæ probè examussim,*
> *Lavdant fabrum, atqe ædes probant. sibi qisqe*
> *Inde exemplum expetunt; sibi qisqe simile,*
> *Suo usqe sumptu: operæ no parcunt sua.*
> *Atqe ubi illicò immigrat neqam homo indiligénsqe*
> *Cum pigrâ familiâ, immundus, instrenuus;*
> *Hic jam ædibus vitium additur,*
> *Bonæ cum curantur malè.*
> *Atqe illud sæpe fit: tempestas venit,*
> *Confringit tegulas imbricesqe: ibi*
> *Dominus indiligens reddere alias nevolt.*
> *Venit imber, lavit parietes, perpluunt*
> *Tigna, putrefacit aer operam fabri:*
> *Neqior jam est factus usus ædium:*
> *Atqe havd est fabri culpa. sed magna pars*
> *Morem hunc induxerunt. si qid nummo sarciri potest,*
> *Usqe mantant, neqe id faciunt, donicum*
> *Parietes ruunt. ædificantur ædes istæ denuò.*

An non graphicè depingit, qod loco altero de inertiâ Rex sapientissimus dixerat? Verum ad prius argumentum revertitur in seqentibus.

> *Hæc argumenta ego ædificiis dixi. nunc etiam volo*
> *Dicere, ut homines ædium esse similes arbitremini.*
> *Primùm-dum parentes fabri liberûm sunt,*
> *Et fundamentum substruunt liberorum,*
> *Extollunt, parant sedulò in firmitatem,*
> *Ut & in usum boni, & in speciem populo*
> *Sint: sibiqe avt materiæ ne-parcunt,*
> *Nec sumptus sibi sumptus esse ducunt:*
> *Expoliunt, docent literas, jura, leges:*
> *Sumptu suo & labore nituntur, ut*
> *Alii sibi esse illorum similes expetant:*
> *Ad legionem qom itam, adminiculum eis danunt;*
> *Tum jam aliqem cognatum suum.*
> *Eatenus abeunt à fabris.*
> *Unum ubi emeritum est stipendium, igitur tum*
> *Specimen cernitur, qo eveniat ædificatio.*
> *Nam ego ad illud frugi usqe & probus fui.*
> *Posteaqam immigravi in ingenium meum,*
> *Perdidi operam fabrorum. illicò oppidò*
> *Venit ignavia: ea mihi tempestas fuit;*
> *Ea mihi adventu suo grandinem imbrémqe attulit.*
> *Hæc verecundiam mihi & virtutis modum*
> *Deturbavit, texit, detexitqe à me illicò.*
> *Postillà obtegere eam negligens sum.*
> *Continuò pro imbre amor advenit in cor meum.*
> *Is usqe in pectus permanavit, permadefecit*
> *Cor meum. nunc simul res, fides, fama, virtus,*
> *Decúsqe deseruerunt: ego sum in usu*
> *Factus nimio neqior. atqe ædepol ita*
> *Hæc tigna humide putent, non videor mihi*
> *Sarcire posse ædes meas, qin totæ*
> *Perpetuæ ruant; qin cum fundamento*
> *Perierint; nec qicqam esse auxilio qeat.*

Qàm clarum lumen loco utriqe fœnerentur ista, nemo non vide-

viderit; nisi si qis fuerit, qod de Tiresiâ Tyrannus in *Oedipo Rege*,

> Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα.
> *Coecus & auribus, & mente, & oculis.*

His adjiciatur Regis Ecclesiastæ ejusdem illud ex cap. 7. v. 6. *Stolidi cachinnus spinarum sub ollâ crepitus.* Vin' collationis istius vivam imaginem? Avdi Lucium Apulejum in *Apolog. 1. Ecqando vidisti flammam stipulâ exortam, claro strepitu, largo fulgore, cito incremento; sed enim materiâ levi, caduco incendio, nullis reliqiis?* Ex talis reverâ fatuorum lætitia; interest tantùm, qod hic *stipulam*, ille *spinas* posuit. illam Naso ob oculos habuit, ubi dixit, *Trist. l. 5. Eleg. 8.*

> *Flammáqe de stipulâ nostra brevísqe fuit.*

istas Hymnographus Hymn. 58. v. 10. *Priusqam olla vestra rhamnum senserint, tanqam crudam* (carnem) *per indignationis suæ æstum abripiet.* observat V. C. Joannes Drusius *Proverb. Clas. 2. l. 2. pr. 30. metaphoram* videri *à carnibus, qæ semicrudæ extrahuntur ex ollâ, priusqam bene senserint calorem ignis.* Eadémqe planè risus inanis ratio; idem fructus ac effectus. cachinnum edit, strepitum facit, labia diducit, latera concutit; cæterùm cor non attingit, pectus non implet, curarum nil concoqit, gavdii genuini, solatii solidi nec hilum suppeditat. *Etiam in risu* ejusmodi *cor anxium* perstat: *finísqe lætitiæ* illiusmodi *mæror* est. Parœm. c. 14. v. 13. Sardonium scilicet qendam risum insinuant, qalis herbâ Sardoâ vescentibus, qi ora rictu diducit, *ut dum mortem oppetunt, ridentium facie intereant.* Solinus *Polyhist. c. 10.* qalem sub tyrannis Theodosii antecessoribus describit Latinus Pacatus in *Panegyrico Theodosio dicto*: *Serenos nubilis mentibus vultus induebamus; & ad illorum vicem, qi degustato Sardorum graminum succo feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes.* saltem qalem titillatione molestâ gestientium Plutarchus in *præcept. de valetud. conserv. pag. 125. C.* Καθάπερ αἱ τῶν μασχαλῶν ψηλαφήσεις οὐκ ἴδιον, οὐδὲ πρᾶον, οὐδ' ἱλαρὸν γέλωτα τῇ ψυχῇ παρέχουσιν, ἀλλ' ὅμοιόν τι σπασμῷ καὶ χαλεπόν· οὕτω μάλιστα τὸ σῶμα συντέμνον ... ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἡδονὰς ἴσχει καὶ περιττόν, ὅμως καὶ ... αὐτοῖς καὶ ἀλλοτρίαι τῆς φύσεως εἰσίν. *Sicut axillarum titillatio risum ab animo elicit non lenem aut placidum, sed convulsionis similem & molestum: ita qas compunctum ab animo corpus voluptates & turbatum concipit, eæ a natura alienæ sunt, & ad statum ejus convellendum atqe tumultibus exagitandum faciunt.* vel qalem etiam crapulæ indulgentium idem ibidem. *pag. 134. C.* Ἡδοναὶ μὲν ὀξεῖαι καὶ ἀτελεῖς, καὶ πολὺν ἔχουσαι σφυγμὸν καὶ οἶστρον ἐν τῷ ἀποπληροῦσθαι· διαδέχονται δὲ καὶ πληγαὶ πόρων καὶ πνευμάτων ἀναπολήψεις διαδεχόμεναι. *Voluptates celeres & imperfectæ, multum habentes pulsus atqe exagitationis atqe stimulorum: qibus succedunt contentiones & ictus meatuum, & spiritus includuntur.* vel qalem libidine flagrantium, Ὅσα ἐστὶ καὶ συντήκει γλυκύπικρόν τι, μεθ' ἡδονῆς ἀλγηδόνα μεμιγμένην, *Qæ colliqat & perdit dulcamarum, dolore voluptas permixto.* uti idem *Sympos. l. 5. c. 7.* vel qalem deniqe fœdâ scabie & impetigine laborantium; prout idem *de curiosit.* Γλυκύπικρός ἐστι γαργαλισμός, ὥσπερ ἕλκος, αἱμάσσων ἑαυτόν, ὅταν ἀμύσσηται· *Pruritus dulcedinis amarorem habens permixtum, tanqam vulnus sibi ipsi sanguinem eliciens, ubi sauciatur.* Ταῦτα δ' οὐδεὶς ἂν ὑγιαίνων φρονῶν ἀληθινὰς χαρὰς ὀνομάσειε. *Hæc nemo sanæ mentis vera gaudia appellaverit.* Plutarchus idem *de vit. jucund. adv. Epicur. pag. 1097. E. Ecqis enim sanus dixerit*, τὸν ψωριῶντα καὶ κνησιῶντα, ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνῆσθαι, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον, εὐδαιμόνως, ὥσπερ ἡδέως, ζῆν; *scabiosum & prurientem, qi continuo se fricat, feliciter aut suaviter vivere.* Platonis sunt è Gorgiâ. *pag. 337. D.* Vides qàm copiosam materiam, ad Salomonis locum illum illustrandum, etiam unus scriptor subministret.

Porrò a flammâ tali, sed jam deficiente, qalem nobis depingit, sive Ecclesiastes Hebræus, sive Madavrensis Apologistes, translatione ductâ, (qod pavcis hactenùs observatum) senes *Decrepiti* sunt dicti, qi viribus per ætatem fractis, vigore pristino universo prorsùs destituti jam existerent. Ludunt enim nos Grammatici, nugantúrqe strenuè, cum appellationis id trahunt; vel à *crepero*, unde

A *crepusculum* scilicet (qod est κνέφας potiùs, *creperum* primò, sicut κνισσᾶν *crissare*, κριστὸς *crispus*, δῖρος *dirus*, μονὴ *mora*, γνώμη *groma*, & similia, post *crepusculum*, uti ad Varronem Josephus Scaliger) sive qasi desperati, *creperâ* jam vitâ, ut Festus; sive qasi in vitæ *crepero*. i. dubio constituti, ut Nonius; *ita scilicet ætate confecti, ut dubium sit, vivant an mortui sint.* Philippus Paræus; sive qasi in vitæ *crepusculo* agentes, avt ad mortis *crepusculum* & tenebras devergentes, ut Isidorus *Origin. l. 10.* vel à *crepando*, sive qòd moribundis planctu sæpe *crepuerit* familia, & *funera*
B *conclamata* sint, (qod defunctis tamen solis fieri solitum, ex Plinio Servius *ad Æn. l. 6.*) ut Donatus (si is saltem est) *ad Terentii fabulas*; sive etiam, qòd *crepare*. i. loqi desierint; qod Isidorus qoqe dedit. Veritatem, qam qasi per nebulam is videtur vidisse, accedit proximè, qod secundo loco Festus adjecerat, *Decrepitos* ideò dictos, *qòd propter senectutem, nec movere se, nec ullum possent facere crepitum.* qanqam *crepitum* quem voluerit is, ambigi potest. neqe enim eum, opinor, in animo habuit, qem diffissâ parte posticâ Priapum suum ficulneum edidisse Flaccus commi-
C niscitur. Qemcunqe sanè voluit, id fortè saltem attigit, qod res habet. ab eo utiqe, qod *crepare* (est avtem *crepo* κρέκω, ut λύκος *lupus*, σφῆκα *vespa*) *desitum est*, *decrepitos* dici. Neqe enim possum Scaligero assentiri, qi *à lucernâ vel candelâ* sumptum censet, *qæ ultimum expirans crepitum edere* solet. Qanqam apud Plutarchum non semel legam, a ideò ζῶόν τι πῦρ, *animatum qiddam ignem* Romanis priscis habitum, (qibus & eâ de cavssâ lucernam extingvere religio fuerit) ὡς σβεννύμενον φωνὴν ἀφίησιν, ὥσπερ φονευόμενον, *qia crepitum qasi vocem qandam, tan-*
D *qam si trucidaretur, dum extingvitur, emittit.* *Hoc enim*, inqit vir summus, est *decrepare*, ut apud Persium *destertere.* Videtur ὁ πάνυ existimasse *decrepare* esse *crepitum clariorem emittere*, qo modo apud Persium *destertere*, *altum dormire & dormiendo somniare.* Ita *de* verbo præfixum non esset στερητικὸν, sed αὐξητικὸν καὶ ἐμφατικὸν, qemadmodum in, *Deperire*, *valdè perire*; *Depuvire*, *Alow caedo*; *Despretus*, *valdè spretus.* Festus. qod mihi secùs videtur: & de præpositionem eandem hic vim obtinere, qam in *denasci* sortitur, in illo apud Nonium Cassii Heminæ ex *Annal. l. 2.*
E *Qæ nata, ea omnia denasci ajunt.* h. e. ἀπογίνεσθαι. qam in *depudere*, in Senecæ illis, *de constant. sap. c. 17. Assiduis conviciis depudere didicerat.* qam in *dedolere*, in Nasonianis illis, *Remed. l. 1.*

> *Optimus ille sui vindex, lædentia pectus*
> *Vincula qi rupit, dedoluitqe semel.*

qam deniqe in *desipere*, in Ciceronis illis, *ad Lentul. l. 1. Ep. 9.* qibus Platoni refert, ex *ad Perdiccam epistolâ*, hanc cavssam fuisse reipublicæ non attingendæ, qòd *offendisset populum Atheniensem prope jam desipientem senectute.* Ut ejusdem
F ætatis affectus fuerint & *desipere* & *decrepare.* Qin nec aliter illud Persii interpretes accipiunt pleriqe, (Casavbonus, Marcilius, Tornorupæus, alii) *destertuit*, *stertere*, somniare *desiit.* Nec reverâ tam moribundos, sive animam jam exhalantes, avt spiritum etiam extremum trahentes: (Neqe enim est ejusmodi, avt pater ille tristis & *decrepitus* senex, qem filium adolescentem objurgantem introducit Cicero in *orat. pro Cælio*; avt Evnuchus etiam Terentianus, qem *decrepitum* dicit, qi ducit, Par-
G meno) qàm vigore pristino omni viribúsqe exhavstos prorsus ac destitutos, (qalis Comico Evnuchus ille describitur,

> *Vetus, vietus, veternosus senex*)

qibus scilicet ut Lucretius *l. 1.*

> —— *annis corpus jam marcet, & artus*
> *Confecti langvent*, ——

decrepitos nuncupamus; ab igne in stipulâ, qisqiliâ, cremiis, spinis, carduis, aliis similibus, concepto ductâ metaphorâ; qi absumptâ, qâ alebatur, materiâ, marcescens, needum extinctus tamen, *crepare*, sive crepitum, qem dum vigebat, insigniorem dederat, edere ultrà jam desierit. Aptissimè scitissiméqe expressit Christianus Egenolphus in *epod. sacr.* verbis illis;

> *Ut flamma destituta ligno decrepat;*

a In *Qæst. Rom. q. 76. & in Problem. Sympos. l. 7. c. 4.*

Absente

Absente sic his maledico.

Est mihi verbi significatione nihil verius; vocabuli notatione nihil certius. Atqe hæc de *decrepitis* qidem obiter decrepitus ipse, ex flammæ illius occasione, qæ crepitum ullum edendi jam impos, imbecillitatis mihi meæ, per ætatem devexam corpusculiqe invalentiam qasso jam confectóqe, vivam satis, vivida licet minus ipsa, imaginem repræsentat.

Qum avtem de exterorum, qem diximus, usu ad codices sacros explicandos illustrandósqe disserere cœperimus, liceat veterum hac de re testimonium unum & alterum subjicere, qò ex libris eisdem ipsis institutum istud comprobare nituntur. Alteram ab illo Dei edicto mutuatum est, qo Ægyptios spoliandi Hebræis facultas concessa est. Exod. c. 11. v. 2. & c. 12. v. 35. Sic enim Avgustinus *de doctrin. Christian. l. 2. c. 40. Philosophi si qa vera & fidei nostræ accommoda dixerunt, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanqam injustis possessoribus in usum nostrum vindicanda. Sicut enim Ægyptii non solum idola habebant, qæ populus Israeliticus detestaretur, sed & vasa, ornamenta & vestimenta, qæ populus ille Ægypto exiens, non avtoritate propriâ, sed Dei præcepto, tanquam ad usum meliorem sibi clanculum vendicavit, ipsis Ægyptiis nescienter commodantibus ea, qibus non benè utebantur. Sic doctrina Gentilium non simulata solùm & superstitiosa figmenta habent, qæ fugere & detestari debemus; sed & liberales disciplinas, veritatis usui aptiores, & qædam morum præcepta utilissima continent; qæ tanqam avrum & argentum, qod non ipsi instituerunt, sed de qibusdam veritatis divinæ metallis, qæ ubiqe infusa est, eruerunt; & qo perversè abutuntur, ad usum justum prædicandi Deum avferre ab eis Christianus debet.* Alterum à lege illâ de muliercula, in bello qæ capta sit, latâ, Devter. c. 21. v. 10-13. Hieronymus ad Damasum *de filio prodigo. Hujus sapientiæ typus sub mulieris captivæ formâ describitur: de qâ divina vox præcipit, ut si Israelites eam voluerit habere uxorem, calvitium ei faciat, ungves præsecet, & pilos avferat, & cum munda fuerit effecta, transeat in victoris amplexus. itaqe qando philosophos legimus & veniunt in manus nostras libri sapientiæ secularis, si qid in eis utile reperimus, ad nostrum dogma convertimus: si qid superfluum, de idolis, amore, curâ secularium, radimus, calvitium inducimus, in ungvium morem, ferro acutissimo dissecamus.* Videndus idem *ad Magnum Oratorem.* Sed & Sidonius *ad Favstum lib. 9. Ep. 9.* & Ambrosius *Ep. 7.* qi idem & *Ep. 13.* ad Ecclesiam accommodat è gentibus evocatam.

Qod avtem de captivâ muliere illâ sancitur, ועשתה את צפרניה ut *ungves faciat*, havd perinde ab interpretibus accipitur. Chaldæus Paraphrastes reddit, *& ungves producet*; nutriet, crescere faciet. qod & Doctores Hebræi R. Aqibas, Salomon Jarius, Moses Maimonides, pleriqe reliqi admittunt; eóqe fine sancitum volunt, qò aspectu deformior turpiórqe videatur. Hos seqvuntur e nostris Petrus Martyr in 1 Reg. c. 3. v. 1. (nam in Genes. c. 24. idem in diversum planè abit) Franciscus Junius, & Joannes Piscator. At R. Eleazar & David Camius, *corriget, detrahet, ungves.* Græcus interpres ϗ περιονυχιεῖς αὐτῆς. qod Vetus Latinus ad verbum; *& circumcides ungves.* Hieronymus, *ungves præsecet.* Vatablus, *præcidet.* Tigurinus, *aptabit.* qæ potior interpretatio videtur. Siqidem, uti rectè C. V. Joannes Calvinus post Liranum observat, *Dubium non est, qin Deus menstruo luctu, raso capillo, & aliis signis* [ungvibus nimirum resectis] *renovari eas velit; ut aliis moribus assvescant.* Qò facit, qòd sacra celebriora adituri ethnici qoqe, ἐν ἁγνείαις μέσῃ, non *capillos* tantùm *demere*, sed *ungves* etiam *resecare*, solenne habebant, uti docet in tractatu *de ritibus Ægyptiacis* Plutarchus. Confirmat sententiam hanc Camius adducto loco parili ex Histor. Reg. l. 2. c. 19. v. 25. ubi de Mephibostheto dicitur ולא עשה רגליו ולא עשה שפמו ad verbum *nec pedes fecerat, nec mystacem fecerat.* qo loco, *neqe pedes fecerat*, Chaldæus exponit, לא שזיג *non laverat.* & R. Esajas לא תקן לא לחין *non correxerat, non laverat.* & David Camius, *ne pedes qidem laverat, nedum corpus totum: neqe necesse fuerat, ut hoc adjiceret, cum illud dixisset.* Ita Latinus Vetus; *illotis pedibus.* Junius item, *neqe pedes curaverat*, i. *laverat*, ex cap. 12. v. 20. at Levi Gersoni filius, *neqe ungves resecuerat.* non incommodè, qia hoc etiam tum maximè fieri assolet. itaqe Græcus interpres, οὐκ ἐθεράπευσεν τοὺς πόδας αὐτοῦ, ubi dixerat, qasi ἐθεράπευσεν adjecit, οὐδὲ ὠνυχίσατο. ut generaliùs illud τὸ θεραπεύειν, sive *curare*, sumpsisse videatur. qod Piscator ad eam pedum curam refert, qâ pedibus affectus Mephibosthetus cum fuerit, cap. 4. v. 4. eamagis indigverit. nam qod Hieronymus in *Tradit. Hebr. Notandum, qòd in Hebræo, non, illotis pedibus, sed legitur, pedibus infectis. fecerat namqe sibi ligneos pedes, qibus uti qasi pro naturalibus solebat, sicut solent facere claudi, qemadmodum & ille erat.* Rabbinuli alicujus putidum nugamentum videtur. sed nec probabilis Hieronymi alterius ab Oleastro conjectura, *pilos pedum.* i. *pilos pudendorum* intelligi. etsi enim eo sensu *pili pedum* dicantur Esajæ c. 7. v. 20. qod alibi ostendimus, hos tamen vellere vel radere, mollicellorum avt pathicorum, non modesti avt μετρίου etiam alicujus, fuerit.

In posteriore membro vox שפם propriè *mystacem* significat; & συνεκδοχικῶς pro *barbâ* ponitur. itaqe qod Græcus, οὐδὲ ἐποιήσατο τὸν μύστακα; Latinus, *intonsâ barbâ*, ut & Chaldæus, לא ספר *non totonderat*, & Liranus, *barbâ incompositâ*, reddidit. Proinde ut μύστακα ποιεῖν, sive *barbam facere*, est barbam curare, demere, præcidere, concinnare; ita *ungves facere*, est eosdem curare, aptare, præsecare, præcidere. Nec abhorret ab hac phrasi, sermonis etiam Latini consvetudo. De portento hominis illo Elagabalo Imperatore Lampridius; *Rasit virilia subactoribus suis novaculâ, qâ posteà barbam fecit.* Et Glossarium Vetus ἐξονυχίζεσθαι exponit, *ungves facere.* Optimè Petrus Picherellus *de Missâ cap. 2.* Verbum עשה *facere* variorum accusativorum & postpositorum respectu tam latè patet, ut ferè omnibus de rebus dicatur, congruâ tamen significatione & loco appositâ exponendum, qemadmodum ποιεῖν Græcum, *facere* Latinum, & *faire* Gallicum. Devt. c. 21. v. 12. עשה *facere ungves*, amputare est & resecare ungves. 2 Sam. 19. 24. *facere pedes, & labrum*, est lavare pedes, & radere labrum. Sic dicimus, *faire la barbe, faire les ongles.* Rectè itaqe David Camius, & Abraham Esdraides (qi utramqe tamen interpretationem proponit, sed ad posteriorem istam magis inclinare videtur) תקון i. *correctionem* sive *concinnationem* monent utrobiqe designari. Clavdam caput hoc Plutarchi de Catone Uticensi narratione. Is hunc refert, postqam civile illud, qod inter Cæsarem ac Pompejum, horumqe utriusqe partes intercessit, bellum jam exarserat, ἀπ᾽ ἐκείνης ἡμέρας, μήτε κεφαλὴν ἔτι κείρασθαι, μήτε γένεια, μήτε στέφανον ἐπιθέσθαι. αὐτὸς δὲ καὶ πενθοῦντος καὶ βαρυνομένου ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς τῆς πατρίδος, ἓν σχῆμα νικώντων καὶ νικωμένων, ἄχρι τελευτῆς διαφυλάξαι. *ab eo die, nec caput nec barbam totondisse; nec coronam unqam sumpsisse; verùm luctus, mæstitiæ, anxietatis ob patriæ suæ calamitates, speciem habitúmqe, sive vincerent ei, qorum e partibus esset, sive vincerentur, eundem ad mortem usqe perpetuò tenuisse.* At contrà de Publio Scipione Pavli filio ex historico innominato refert Gellius *Noct. Attic. l. 3. c. 4. Eum cum reus esset, die à Tribuno plebis ad populum dictâ, neqe barbam desiisse radi, neqe non candidâ veste uti, neqe fuisse cultu solito reorum.* Ea fuit animi nihil sibi conscii infracta confidentia.

CAPUT XIV.

De rerum adversarum in mente humanâ perdomandâ vi, testimonia varia. prospera contrà ut corrumpant. Eòdem facere Lyrodi de se professionem Hymn. 119. 67, 71. De verbis illius varia complurium sententia; Junii singularis & solitaria, rejecta. ענה *nunc affligere, vel etiam affligi; nunc* respondere, clamare, eloqi. *in utraqe formâ, tam activâ qàm passivâ, modo utroqe sumi. Hymn. 116. 10. explicatur. Locus Esajæ 53. 7. expenditur. Interpretamenta varia recitata rejecta. Ludovici Cappelli adducta, probata, firmata.* Respondendi verbum, à spondendo

dendo *ductum*, *Gallis* fidejubere; *nostris, sed & Latinis*, satisfacere: *Hebrais non voce tantùm, sed reipsâ* assentiri, annuere, præstare. *Christus* ἔγγυος, sponsor *noster; debiti nostri solutionem, & suscepit in se, & præstitit.*

QUantam vim habeant res adversæ, ad ingenii humani impetus coercendos, hominésqe etiam pro perditissimis habitos ad frugem meliorem adigendos, scriptorum cum exterorum, tum & nostrorum calamis freqentissimè prædicatur. Xenophon *Cyri institut. l.* 8. Δοκεῖ μοι χαλεπώτερον εἶναι, εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά· τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ. *Difficiliùs, ut mihi qidem videtur, hominem reperias qi bona, qàm qi mala probè ferat. ista enim multis insolentiam, illa qibusvis modestiam ingenerant.* Cato Censorius *Origin. l.* 5. à Gellio *l.* 7. *c.* 3. lavdatus. *Adversa res se domant, & docent qid opus sit facto: secunda res lætitiâ transversum tendere solent à rectè consulendo atqe intelligendo.* Isidorus Pelusiota *l.* 3. *Epist.* 213. Κινδυνεύει ἡ ἀνθρωπότης, ὡς τὰ πολλὰ, ἐν μὲν δυσπραγίαις σωφρονεῖν· ἐν δὲ εὐπραγίαις παροινεῖν. *Videtur, ut plurimum, humana natura, in adversis qidem rebus moderatè se gerere, in secundis verò petulanter agere.* Scilicet, qod Gregorius Nazianzenus.

> *Σκληρός γε μάστιξ παιδαγωγὸς καρδίας.*

i. e. ut Joannes Drusius reddidit,

> *Durum flagellum pædagogus ingenî.*

ut Hadrianus Junius,

> *Duro flagello mens domatur rectiùs.*

Et, ut Salvianus *de provident l.* 6. *Qui corrumpuntur prosperis, corriguntur adversis.*

Non possum itaqe satis mirari, cur Francisco Junio placuerit, à receptâ interpretatione recedere, in versione commatii 67. Hymni 119. nbi enim Vetus interpres, *Priusqam humiliarer ego, deliqi*: Græcum secutus, qi prior verterat, Πρὸ τοῦ με ταπεινωθῆναι, ἐγὼ ἐπλημμέλησα. & Pagninus, *Priusqam humiliarer ego, errabam.* & Vatablus, *Priusqam affligerer, à te scilicet.* Castellio, *Priusqam vexarer,* &c. Leo Judæ. *Anteqam in ærumnas incidissem.* Sed & Chaldæus, עד לא אסתגיף & David Camius טרם הכנעי Et Abraham Esdraides אין צורך לענות *non est necesse ut affligar ampliùs ob delicta diebus præteritis admissa: qia nunc observo præcepta tua.* At Junius maluit, *Qum nondum loqerer, ego errabam.* & exponit; *inde ab ortu meo sum peccator, & alienus à lege tuâ.* Versionis variæ ratio ab ambigvâ verbi ענה significatione. qod modò *respondere, loqi, clamare*; modo *humiliare, affligere, vexare*; & *humiliari* etiam, *affligi, vexari* significat. priore sensu cepit Salomon Jairus; *Priusqam responderem tibi de lege tuâ*, i. *loqerer, meditarer & commentarer de eâ: in scholâ & avditorio* בית מדרש *inter sapientum avditores & discipulos constitutus*; qò trahit illud v. 172. תען *respondebit lingva mea sermoni tuo*; vel, *loqetur sermonem tuum.* & illud item Malach. cap. 2. v. 12. ער וענה *vigilantem & respondentem*; i. *doctorem & discipulum.* interpretationem hanc Vatablus leviter attigit. Sed Calvinus, qi Vulgatam ipse seqitur, ut nimis coactam, meritò rejicit. Sensum verbi priorem amplectitur etiam, sed aliò à Jairo collimans, Piscator; *anteqam clamarem*, inqit, præ afflictione scilicet i. *anteqam affligerer.* prout & Hymno 116. v. 10. accipi vult illa, אני עניתי מאד *ego clamavi valdè*, ex Esajæ c. 13. v. 22. ענה איים *clamabit bestia insularis in palatiis eorum.* at Junius ibi, *Ego satus fueram supra modum.* posteriore cepere, cum aliis plerisqe, & qos suprà recensui: nec de sensu Piscator ipse adversatur, licet in vocabuli explicatione grammaticâ dissentiat. Junianam enim interpretationem qod attinet, nec ducem is ad eam, nec comitem, nec asseclam hactenùs nactus videtur, vel ex eis etiam, qos de verbi significatione primâ propriâqe habet sibi consentientes. Sensum alterum evincit planè, qod in eodem Hymno post pavlò commatio 71. subjungitur, טוב לי כי עניתי *Bono mihi fuit, qòd humiliatus*, sive *afflictus sum, ut discerem statuta tua.* qis enim non videt respondere huic ἐπαναληψιν, qod tribus tantùm commatiis interjectis dixerat, *Anteqam humiliarer*,

A sive *affligerer, errabam; nunc autem sermonem tuum observo.* Neqe verò opus est, ut per tropicæ locutionis ambages illas sensum hunc avt extundamus avt eliciamus, qum sponte promptéqe ex vocis ipsius notione simplici ille nobis sese offerat, & oggerat etiam. obstare duntaxat videatur, verùm obstat nihil. qòd activam formam istic verbum ענה habeat. est enim medii, vel communis potiùs, significatus, tam in activâ, qàm & in passivâ formâ verbum istud. Et qidni tam in formâ activâ passivè in significatione *affligendi* & *humiliandi*, qàm in passivâ activè, in

B *loqendi* & *respondendi* significatione sumatur? nec desunt clara satis utriusqe exempla. ענה passim pro *affligi* sive *humiliari.* ita locum illum Hymno 116. v. 10. tam Hebræi, qàm nostri pleriqe interpretantur. עניתי *afflictus, humiliatus sum valdè.* nam Jairum hîc nihil moror, qi, *asperè locutus sum*, interpretatur, & de *responso* intelligit à Davide Mephibosheti dato, qum is Zibæ calumniam diluere & amoliri à se niteretur. sed & alterum locum, qi est extra omnem controversiam, suppeditat nobis Camius in hunc ipsum, de qo agimus, Hymnum, ex Esajæ c. 31. v. 10.

C ubi vates de leone valido cum prædâ, qam jam ceperit, pastores adversus consistente, לא יענה *non humiliabitur*, non demittet se, non animum abjiciet, *ad* illorum strepitum. tertium etiam Esdræ filius in Hymnum 116. ex Esajæ c. 25. v. 9. זמיר עריצים יענה *propago*, sive *palmes potentium, prævalidorum, humiliabitur, deprimetur.* ut optimè Mercerus. rursus vice versâ נענה qod passivum est, activè, pro *respondere.* Ezekiel. c. 14. v. 4. נעניתי לו *ego respondebo illi.* iterùmqe v. 7. נענה *ego respondens ero*, vel, *responsurus sum illi.*

D Eodem fere modo sumi postulat V. Cl. D. Ludovicus Cappellus in illo Esajæ c. 53. v. 7. נגש והוא נענה ubi Græcus, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι. *& ipse qia affligebatur.* ut alterum vocabulum saltem insuper habuerit. Latinus Vetus & Hieronymus ipse, *Oblatus est, qia ipse voluit. oblatus est*, qod dicunt, נגש legisse videntur. Et *ipse voluit*, cur adjecerint, Musculus se nescium fatetur, nisi si יאבה pro יענה legerint. ego verò existimo τὸ נענה in *respondendi* sensu cepisse. qia *respondendo velle* nos aliqid significamus, sicut contrà, *non respondendo, nolle.* inde

E *respondere* pro *annuere, exavdire, exorari*, in sacris creberrimè. & apud Maronem *Georg. l.* 1.

> *Illa seges demum votis respondet avari*
> *Agricola.* ——

h. e. inqit Servius, *satisfaciet, consentiet.* Pagninus *Oppressus est & afflictus est.* Musculus & Leo Judæ: *Mulctatus & afflictus est.* & Castellio, *Mulctatus ipse, oppressúsqe.* forsan Camium hi secuti, qi נגש de *mulctâ pecuniariâ*, נענה de *supplicio corporali* exponit. qanqam Jairus illud de *violentis pressuris*, istud de *verborum opprobriis* interpretatur.

F Verùm verborum ipsorum series, qæ personas hîc clarè distingvit, vel potiùs pro vocabulo verbo posteriori præfixo, anterius impersonaliter sumendum indicat, interpretationes alteras istas nevtiqam admittit. Chaldæus, בעי והוא מתחב. *Orans*, (sive, *Exigens*; nam utrumqe vox ea Chaldæis, Syris, Talmudicis sonat: sed illud hic potiùs, ob id qod seqitur) fuit, scilicet *& responsum ipse tulit*, sive, *exavditus est.* Ita idem fuerit qod vers. 13. post dicitur, *interpellasse pro defectoribus*, & cum interpellaret pro eis, exavditum fuisse. Verùm hoc intercessioni

G tribuit, qod ad satisfactionem potius pertinet. nec sensum hunc verba ipsa ullo modo admittunt. neqe enim avt נגש in *orandi* notione usqam reperitur; nec נענה pro *responsum ferre*, sive *exavdiri* uspiam usurpatum deprehenditur. Rem propiùs accessit Junius, qum vertit; *Exigitur*, (pœna scilicet de qâ proximè dictum est, *& Jovas facit ut incurrat in eum pœna nostri omnium) & ipse affligitur.* Sed & Piscator illius vestigiis insistens, *Exacta fuit, & ipse afflictus fuit: sive, qum illa exigebatur, ipse affligebatur.* i. e. qum Deus à nobis exigebat pœnam iniqitatis nostræ debitam, tum Christus et sponsor noster, illam luit pro nobis. Verùm rem acu, qod ajunt, planè tetigit D. Cappellus in *privatis ad D. Gvilielmum Bradshavum literis*: *Exigitur* scilicet *debitum nostrum ex rigore justitiæ divinæ; ipse verò spondet*, sive *sponsor, fidejussor*

dejussor constituitur. nam ut Latinis respondere est à spondere, & Galli respondere pro fidejubere dicunt, qidni pari ratione ענה *qod propriè respondere significat, pro spondere & fidejubere usurpetur? licet alibi in hac significatione non occurrat.* Hæc ille: cujus ego in sententiam pedibus promptissimus eo: Christúmqe cum Apostolo ad Hebr. c. 7. v. 22. ἔγγυον i. *sponsorem* nostrum ex hoc ipso loco libentissimus agnosco. hoc etiam adjecto, *respondendi* vocabulum prout nostris in *præstandi*, sive *satisfaciendi* (qomodo apud Maronem Servius est interpretatus) notione usurpatur, cum dicimus, **to answer a debt**; (neqe enim verba de debito invicem commutata, sed nummis repræsentatis solutionem factam, formulâ illâ intelligimus) ita in Vatis loco superiùs adducto, vice alterâ, vocabulum istud, non *responsionem vocalem*, sed *realem* plane designare, qâ Deus versipellibus illis pœnas, pro simulatione suâ commeritas debitásqe sit repensurus. In Christum Dominum itaqe dictio prophetica cumprimis qadrat, qi & pro pœnis, delictorum ac defectionum ratione nobis debitis, satisfaciendi onus, pacto cum Patre eâ de re inito, in se suscepit; & qod susceperat, etiam facto, ubi id exigebatur, præstitit. Hebr. c. 1. v. 3. & c. 10. v. 5—12. Petr. Ep. 1. c. 1. v. 18—20. & c. 2. v. 24. & c. 3. v. 18.

CAPUT XV.

Locus 4. Reg. 5, 13. expenditur. Transitus à numero ad numerum; nunc singulari ad pluralem, nunc plurali ad singularem. Pauli 1, ad Tim. 2. 15. verba discutiuntur. διὰ τῆς τεκνογονίας qid velit. qid item, ἐὰν μείνωσιν. Marci Imp. locus frustrà solicitatus. Terentius explicatus. Nonius emendatus. Plures mali. *Pluralium singularibus junctorum usus Hebræis varius; nunc discretivus, nunc distributivus. De Gen. 23. 6. ambigitur. De Jud. 12. 7. rejectis Judæorum figmentis, nec admissâ Martyris suspicione, statuitur. Hymni 1. 3. duplex interpretatio. De Jon. 1. 5. Zac. 9. 9. Matth. 4. 3. Joan. 6. 45. Act. 13. 40. De latronibus apud Evangelistas οἱ συσταυρωθέντες non uno modo solvitur. Dictioni vehementiam addere pluralia, rhetorica magistris observatum. Varia hujus formulæ specimina. Sophocles ex conjecturâ solicitatus, emendatus. De sexu seqiore forma masculea. Pluralia ad emphasin majorem adhibita Judic. 7. 10. 2. Annal. 24. 25. & 28. 3. Hymn. 74. 4. 7. qo loco & hypallage adnotata. In suo genere eminentia plurali enunciata.* בהמות elephas. *de hoc commentum Talmudicum.* אלהים Deus: *qod & de singulis personis usurpatum.* ארנים *de* Deo. *Ellipsis in eis formulis nonnullis asserta. Ad res attollendas pluralia adhiberi: prout Thren. 3. 22. Hymn. 51. 17. 2. Reg. 22. 51. ubi varia lectio; uti & ibid. v. 28. qo loco ex Hymnorum Hebræis ac Græcis consentientibus lectionem restitui qidam postulant: sed & è Græcâ Hebraicam Hymn. 20. 9.* Jod *& Vav Scribis crebrò invicem permutata. Reciproca in* agendi simulandive *notione. Pluralia etiam ad res deprimendas Hebræis usurpata, Dan. 9. 18. Esaj. 26. 18. & 27. 11. & 40. 29. Indicativa in notione potentiali. Pluralium in propriis usus peculiaris. Ad locum 4. Reg. 5. 13. denuò reditum. Eum vel discretivè sumi posse, qod de Matth. 26. 8. censent nonnulli; vel distributivè; prout ejusdem nota illa, Gen. 49. 22. Exod. 17. 12. & 31. 14. Hymn. 73. 7. Parœm. 3. 18. & 14. 1. Job. 12. 7. Joel. 1. 20. Josh. 2. 4. de qo discutiuntur placita Rabbinica. Eidem geminum planè è Corn. Severo. de qo Porcelli reprehensioni opposita M. Senecæ censura.* Hic dies meus est, *formula Proverbialis.*

DUM inter sacra obeunda, è Regum Historiæ libro 4. caput 5. de Naamo à lepræ morbo liberato recitatur, syntaxin in textu Hebraico animadverti, qæ varios explicationis modos admittat. ea versu 13. in hæc verba reperitur: *Et accesserunt illum servi ejus, & allocuti sunt eum, dicendo, Pater mi,* &c. Occurrit freqens,

A tam apud sacros, qàm & apud profanos scriptores, *transitus à numero ad numerum*, qi interpretibus non observatus, modò vitii suspectos immeritò codices facit; modò in sensus parùm consentaneos inducit. *Transitus autem, nunc à singulari ad pluralem fit.* Parœmiarum c. 24. v. 24. *Dicentem improbo, Justus es, execrabitur populus: — corripientibus verò illum pulchrè erit.* Hymno 140. v. 9. *Ne concedas improbo desiderium ipsius; cogitationem sceleratam ejus ne provehas: aliòqi efferent illi sese.* Paulus ad Timoth. Ep. 1. c. 2. v. 15. Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει

B καὶ ἀγάπῃ. *Servabitur autem prolem gignendo; si in fide ac charitate permanserint.* ubi frustra est Hieronymus, qi membrum posterius, *in Epist. ad Salvin.* & *adv. Jovin. l. 1.* ad *liberos* referendum contendit; cum mulieres ipsas spectare, & contextus ipse clare satis evincat, & scriptores pleriqe, cum recentiores, tum & antiqiores agnoscant. Sed nec τεκνογονίαν, per qam in membro priore salutem consecutura mulier prædicatur, ad partum virgineum restringere qod cogat qicqam suppetit: qod tamen fecisse nonnullos refert Theophylactus. e qibus est Origenes in *ad*

C *Rom. comment. lib. 4.* (qem etiam de hac periochâ nugas miserè agentem, *in Matth. tract. 29.* adire poterit, cui temporis impensa vili constiterit:) & Pseudo-Chrysostomus (cum aliò ipse in *commentariis* ὁ χρυσόστομος concedat) *de Salv. Pasch. orat. 3.* in *Edit. Savil. tom. 5.* Nec cum Scholiaste erudito ita sumere necesse est, acsi diceretur, *salvam futuram mulierem, qantumvis liberos gignere & educare cogatur cum molestiâ; qa res ita divina argumentum possit videri.* qæ mihi syntaxis insolens, & analysis coactior videtur. Optimè Calvinus; *hanc* vult esse *viam, qam sexum illum*

D *ad salutem incedentem insistere* ex usu communi Deus velit; *liberos* utiqe *pariendo enutriendóqe*: uti Apostolus ibidem havd multo post cap. 5. v. 14. utrumqe enim istud utroqe loco τοῦ τεκνογονεῖν nomine continetur. Proinde rectè exposuit Beza, διὰ τῆς τεκνογονίας. i. ἐν τῷ τεκνογονεῖν, *sicut* δι᾽ ἀκροβυστίας, *per præputium. pro* ἐν ἀκροβυστίᾳ, *in præputio*, Rom. c. 4. v. 11, *&* δι᾽ ἡμέρας, *interdiu*, διὰ βίου, δι᾽ αἰῶνος, *per vitam, per ætatem totam*, dici consvevit. Nec abscedit longe Casavbonus, qi διὰ τεκνογονίας, τεκνογονοῦσα interpretatur; qo modo Plutarchus in *Cæsare*, δι᾽ ἀῤῥωστίας, *per*

E *morbum.* i. ἀῤῥωστοῦν. Ita enim vult legi, qod in evulgatis δι᾽ ἀῤῥωστίαν editur. qanqam *nihil* profitetur *mutaturum*, cum apud Homerum *Iliad.* ζ. pariter habeatur, ἀμβροσίην διὰ νύκτα, *per noctem*; qod & Beza prior submonuerat. Cæterùm parùm solidè de loco hoc disserit Avgustinus *de Trinit. l. 12. c. 7*, nec perspicuè satis Chrysostomus ipse, in *orat.* ad Apostoli verba ista. Sed hæc obiter: in viam institutam regredimur. Marcus Imperator *comment. l. 2. §. 4.* Μέμνησο ἐκ πόσου ταῦτα ἀναβάλλῃ, καὶ ὁποσάκις προθεσμίαν λαβὼν, οὐ χρῇ αὐταῖς. *Memento, qamdiu ista distuleris,*

F *& qoties, opportunitatem cum acceperis, neglexeris eas.* vel etiam, *tempus certum* (vitæ scilicet corrigendæ) *tibi præfixeris, eo nevtiqam utaris.* ubi extra cavssam dictionem mutilatam Xylander, vitiatam Annotator Lugdunensis cavsatur. Dio, an Xiphilinus, *in Severo*: Δεηθείς ποτε κεστρέως, ὃς ἐν λίμναις μεγάλαις ἐντέλλεται. *Cum mugilem aliqando desideraret, qos lacus is insignes alit.* Sophocles *Antigon.*

Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,

G Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.

Nam qisqis ille est, sapere qi sese unicè,
Mentem lingvámqe sibi aliam qàm aliis putat,
Hos si explices, vanissimos deprehenderis.

Terent. *Evnuch. prolog.*

Si qisqam est, qi placere se studeat bonis,
Qam plurimis, & minimè multos lædere;
In his poeta hic nomen profitetur suum.

ubi (in transitu id ut moneam) non sunt assecuti poetæ mentem, qi *bonis qàm plurimis* de eisdem dictum accipiunt; cum ellipsi familiari, de qâ alibi diximus, *bonis* magis vel potiùs, qàm *plurimis*, (πλείονες γὰρ οἱ κακοί, *plures enim sunt mali*, ut ille olim) voluit. expressit nimirum qod Accius ἐν σαυτῷ μάχῃ,

Probis probatum potiùs, qàm multis fore.

& Lucilius *Satyr.* 14.

Paucis se malle ac sapientibus esse probatum;

Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Qam omnibus mortuis interemptis imperare.

Veterum, inqit Nonius, *memorabilis scientia* (*sententia*, forsan) *paucorum numerum pro bonis ponebat; multos contrà malos appellabat.* Maro *Æn. l.* 8.

Fulmen erat, toto genitor qa plurima cœlo
Dejicit in terras. —

Cicero *pro Milone*; *Si tempus ullum hominis necandi, qa multa sunt.*

A plurali pariter ad singularem transitur. Jobi c. 12. v. 7. *Interroga jumenta, & docebit te.* Et c. 34. v. 18. *Qi regi dicit, ô neqam; qi principibus, ô improbe.* Apostolus ad Corinth. Ep. 1. c. 4. v. 2. Ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. *A dispensatoribus exigitur, ut fidelis qis sit.* Et ad Galat. c. 6. v. 1. Ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον, σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. *Vos spirituales qi estis, hunc restaurate, temet attendens, ne & ipse tenteris.* Salustius *Catilin. Interea servitia repudiabat; cujus rei initio ad eum magna copia concurrebant.* Terent. *Eunuch.* 2. 2.

—— *Adeone homines immutarier*
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse.

Idémqe hoc in loco deprehenditur, *Servi dixere, Pater mi*, &c.

Usus autem Syntaxis istiusmodi apud Hebræos duplex est. aliqando enim *discretivè*, aliqando *distributivè* usurpatur. *Discretivè*, ubi plurali nomine e pluribus unus aliqis designatur: de qo videri poterit Cl. Joannes Drusius *qæst. l.* 1. *c.* 5. & *l.* 2. *c.* 4. Sic Abrahæ dictum volunt ab Hethi filiis; Genes. c. 23. v. 6. *In electis sepulcris nostris sepeli mortuam tuam.* i. in præcipuorum aliqo, vel præcipuo qovis. verùm id nihil est necesse. singulariter enim dictum est. במבחר *in delectu*, sive *in lectissimo sepulcrorum nostrorum*; ut rectè Junius. Sed sic Judic. c. 12. v. 7. de Jephtâ, *Sepultus est in urbibus Gileaditicis.* i. in harum unâ aliqâ, ut Abraham Esdraides in Hymn. 1. qam interpretationem cum dedisset & Gersomides, maluit tamen ad fabulas Talmudicas declinare; Jephtam scilicet qia sine prole, qâ nomen ipsi propagaretur, decessurus esset, ideo præcepisse ut ossa sua per singulas Gileaditarum urbes distracta sepulturæ mandarentur; qo nominis sui memoriale aliqod obtinerent singulæ. alii, in qibus Camius, Jephtam ob filiam mactatam & immolatam, morbo pessimo correptum fabulantur, cujus vi cum membra tabida diffluerent, in eis locis, qibus deciderant, sepulta fuit, hoc in urbe istâ, illud in alterâ. alii, in qibus avtor *Scholiorum in Ben Syra adagia* eum, ob Ephraitarum cædes ab ipso factas, non adeptum sepulturam, sed membratim discerptum, ossaqe per urbes Gileaditarum dispersa fuisse. Verùm hæc sunt hominum nugacium commenta putida. Petrus Martyr, post interpretationem simplicem, qæ & genuina planè, subjecit suspicionem suam, (sed eam qoqe minus probabilem) עָרֵי sive עָרִים proprium esse nomen civitatis unius cujusdam, licet plurale sit, sicut *Syracusæ, Athenæ, Qinqecclesia* dicitur. qibus & קריות urbs Moabitica Jer. c. 48. v. 24. adjici poterat. Hymno 1. v. 3. *ad rivos aqarum.* i. *ad rivum aliqem*, Esdraides; qanqam Drusius *ad divortia aqarum* mavult, qasi sit ad rivorum confluentiam. Jonæ c. 1. v. 5. *descenderat Jonas ad latera navis.* i. *ad latus alterum*: Esdræ filius. Zachar. c. 9. v. 9. *pullus asinarum.* i. alterius subjugalis, Esdraides idem. Apud Matth. c. 4. v. 3. Diabolus Christo, Εἰπὲ, ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. *Jube, ut lapides isti panes fiant.* h. e. ut lapidum istorum aliqis in panem convertatur. qum enim lapides grandiusculos fuisse probabile sit, sufficiebat tam ad alimentum, qàm ad miraculum lapis unus aliqis μεταμορφούμενος. atqe ita Lucas c. 4. v. 3. Εἰπὲ τῷ λίθῳ τούτῳ, ἵνα γένηται ἄρτος. *Lapidi isti præcipe, ut panis fiat.* Joan. c. 6. v. 45. *Scriptum est in prophetis.* & Act. c. 13. v. 40. *dictum est in prophetis.* i. in uno aliqo prophetarum. Esajam alter, alter Habakkukum, innuebat. Matth. c. 27. v. 44. *Id ipsum latrones etiam, qi*

A *crucifigebantur cum illo, exprobrabant ei.* ubi qæritur, qî id verum esse possit, cum alterum Christo exprobrasse, alterum eidem, socio reprehenso, patrocinatum Lucas referat c. 23. v. 40. Hoc ut solvant, qidam, juxta illud Avgustini, *Distingue tempora, & concordabit Scriptura*; utrumqe volunt primò exprobrasse, sed alterum posteà conversum ab incepto destitisse. huc concedunt Hieronymus *in Matth.* & *Epist. ad Marcell.* Theophylactus *in Lucam.* Evthymius *in Matth.* alii *latrones* dictum accipiunt; pro altero e latronibus. utrumqe refert Ambrosius *in Luc. l.* 10. B *c.* 22. & Avgustin. *de consens. Evang. l.* 3. *c.* 16. qi cum ad posteriorem hunc inclinat sensum, tum & vehementiam aliqam dictioni istiusmodi inesse observat. optimè. ut sit dictum, *Latrones etiam exprobrabant illi*, qo modo dici vulgò solet, *Et rustici insultant mihi*, etiamsi unus tantùm sit, qi insultet. Nec præteriit istud, licet strictim tantum tetigerit, Aristoteles *Rhetoric. l.* 3. *c.* 6. Εἰς ὄγκον, inqit, τῆς λέξεως συμβάλλεται καὶ τὸ ἓν πολλὰ ποιεῖν. *Ad elocutionis amplificationem conducit &, ex uno multa facere.* qod pluribus explicavit Dionysius Longinus in *libello* illo περὶ ὕψους insi- C gni. Ἀλλ' ὅμως, inqit, μᾶλλον παρατηρήσεως ἄξιον. ὅτι ἔσθ' ὅπου προσπίπτει τὰ πληθυντικὰ μεγαλορρημονέστερα, καὶ αὐτῷ δοξοκομποῦντα τῷ ὄχλῳ τοῦ ἀριθμοῦ. *Est autem illud observatione cumprimis dignum, qòd pluralia qandoqe magniloqentiùs avribus accidunt, & ipso qasi numeri strepitu pompam qandam præ se ferunt.* Ejusmodi occurrunt in Sophoclis *Oedipo Rege* non pavca, è qibus ista Longinus lavdat sect. 23.

— — ὦ γάμοι, γάμοι,

(qo loco tamen, γάμοι ἄγαμοι, reponi postulat ad *Apostolis Adagia* Pantinus an Schottus, prout Chorus ibidem D ἄγαμον γάμον, & *innuptas nuptias* Tragicus apud Ciceronem *de Orat. l.* 3.)

Ἐφύσαθ' ἡμᾶς, καὶ φυτεύσαντες πάλιν
Ἀνεῖτε αὐτὸν (ταὐτὸν f.) σπέρμα, κἀπεδείξατε
Πατέρας, ἀδελφοὺς, παῖδας, αἷμ' ἐμφύλιον,
Νύμφας, γυναῖκας, μητέρας τε, χὤπόσα
Αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποισιν ἔργα γίγνεται.
—— *connubia, ô connubia.*
Nos seminastis vos, satísqe denuò
Idem repetitis semen, inde proditis
E *Patres, fratrésqe, filios, consangvineos,*
Sponsas, uxores, matres, & turpissima
Qæcunqe apud mortales agitari assolent.

qæ omnia, inqit rhetor, *Oedipum unum, unámqe Jocasten designant*, Ἀλλ' ὅμως χυθεὶς εἰς τὰ πληθυντικὰ ὁ ἀριθμὸς, συνεπλήθυνε καὶ τὰς ἀτυχίας. *Sed numerus in pluralia diffusus, infortunia etiam simul multiplicasse videtur.* In eodem dramate Tiresias Oedipo,

Λεληθέναι σέ φημι σὺν τοῖς φιλτάτοις
Αἴσχισθ' ὁμιλοῦντ', οὐδ' ὁρᾶν ἵν' εἶ κακοῦ.
F *Latere te, te, dico, cum carissimis*
Conversse fœde, & in malis qantis agas.

ubi Scholiastes τὸ περὶ τὴν μητέρα, *consvetudinem cum matre* innui monet. Et Oedipus ipse;

—— ξὺν οἷς τ'
Οὐ χρῆν μ' ὁμιλῶν, οὕς τέ μ' οὐκ ἔδει κτανών.
—— *qeis non oportuit,*
Congressus; & qos minimè oportebat, necans.

cum de matre sola illud, de patre solo istud diceretur. ubi obiter observes de sexu seqiore formam masculeam adhibe- G ri. cujusmodi alia plura exhibuit Grotius in *notis ad Matth. c.* 26. *v.* 72. Idémqe rursus;

— οὐδὲ νυμφίος
Βροτοῖς ἐκλήθην ὧν ἔφυν ἄπο.
— *Nec sponsus*
Eis nunc dicerer, qeis sum editus.

ubi Triclinii *scholia*; οἱ τὸ μὲν βροτοῖς πρὸς τὸ ἐκλήθην συνάψαντες, ἀντὶ τοῦ πᾶσι τοῖς βροτοῖς νοοῦσι. οἱ δὲ πρὸς τὸ νυμφίος, ἀντὶ τοῦ τῇ μητρί. *Si τὸ βροτοῖς τῷ ἐκλήθην junxeris, de omnibus intelliges hominibus; si verò τῷ νυμφίος, de matre.* Cæterùm utrovis modo τὸ βροτοῖς sumere libuerit, τὸ ὧν ἔφυν ἄπο, matrem solam denotabit. Sed & chorus ibidem,

Τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις,
Ἢ τῷ Πολύβου νεῖκος ἔκειτ';

Qa enim avt Labdacidis,
Avt Polybida lis fuerat?

Λαβδακίδαις, τῷ Λαΐῳ. Scholion i.e. *qa avt Lajo cum Oedipode, avt Oedipodi cum Lajo lis intercesserat?* Triclinius. Rursus de Oedipo, qi exposuerat, famulus,

— κτανεῖν νιν τοὺς τεκόντας ἦν λόγος.
Necaturum hunc parentes sermo erat suus.

ubi Scholion hoc τὸ σύλληψιν dictum monet: alterum enim tantùm, patrem nempe, non & matrem, interfecturum prædixerat oraculum. Homerus *Iliad. γ. v.*396. de Venere unâ,

— περικαλλέα δειρὴν,
Στήθεά θ' ἱμερόεντα. —
— *collum speciosum,*
Et pectora amabilia. —

αὐτὶ τοῦ στῆθος. i. *pectus.* Plutarchus, an Favorinus, an Apollonius Alex. an alius qis, *de dictione Homericâ.* Cui finitimum Nasonianum illud *fabul. lib.* 12.

Pectora percussit: pectus qoqe robora fiunt.

ubi *pectora* pro *pectus, robora* pro *robur*, habetur. Apud Sophoclem in *Ajace* Tevcer,

Οἱ δ' οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι
Τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσι. —
Cum qi videntur esse natu nobiles,
Talia delinqant. —

qi nobiles natu videntur, vel *existunt* etiam; (de qâ formulâ alibi vidimus) cum de Menelao uno loqeretur. Flaccus Epod. 3.

Edat cicutis allium nocentius.

Et Drepanus in *Panegyrico*, *Qi degustato Sardorum graminum succo feruntur in morte videre.* De Mutium agente Martialis, l. 10. Ep. 25.

Mutius, imposuit qi sua membra focis.

cum is manum alteram duntaxat foco accenso immisisse tradatur. Liv. *lib.* 2. Ita in sacrâ historiâ Judic. c. 7. v. 10. (qod & Galatinus observat *de arcan. relig. Christ. l.*8. *c.*19.) *Israelitæ* dicuntur *transgressi, anathema furati, mentiti,* &c. cum Achan unus id perpetrasset. Et Annal. l.2. c.24. v. 25. de Joramo Rege, in gravissima ipsum mala incidisse, *propter cædem filiorum Jojadæ Pontificis*; cum unus tantùm Zacharias cæsus sit. vers. 20,21. nec est opus ut cum Camio suspicemur, alios etiam Jojadæ liberos a Joramo fuisse interfectos; nam & ipse fatetur posse sumi, qomodo dictum est, Genes. c 46. v. 23. *Filii Dan, cum unus tantùm Husbim subjiciatur.* Verùm istic ad facinus exaggerandum dictio pluralis adhibetur. De Achazo Rege pariter dictum est Annal. l.2. c.28. v.3. *Enam filios suos per ignem traduxit*, sive *igne cremavit*; (de qâ duplici lectione alibi diximus) cum tamen in Reg. Hist. l. 2. c. 28. v.3. in *filium* duntaxat, sive è filiis unum, immanitatis id genus exercuisse feratur. Nec secus *pro Cluentio* Cicero, *Fratris liberos vitâ privavit.* cum de filio uno loqeretur. Et Terent. *Hecyr.* 2.1.

Qi illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent.

Ad qem locum Donatus: *Multum sonanter & accusatorio strepitu, nec masculinum genus nec fœmininum posuit, nec unam, sed liberos.* Sic Cicero, *En cui tuos liberos committas.* &, *Habemus enim liberos omnes*; de puellâ. Gellius itidem *Noct. Attic. l.*2. *c.*13. *Antiqi oratores historiaqe avt carminum scriptores etiam unum filium filiámve liberos multitudinis numero appellabant.* id confirmat ex Sempronii Asellionis lib. 5. ubi de Tiberio Gracchio, *Orare cœpit, ut se defenderent liberósqe suos.* cum unum tantummodò haberet. Hymno 74. v. 4. *Rugiunt hostes in medio* מועדך *conventuum tuorum.* h. e. *Templi*, de qo Exod. c. 25. vers. 22. ונועדתי *ubi conveniam te.* Jairus. *de Templo in plurali loqitur; qia omnes Israelis conventus ibi habebantur.* Esdraides. & vers. 7. *Miserunt in ignem* מקדשך *sanctuaria tua. Miserunt in ignem.* pro, *Ignem immiserunt*, הפוך Camius. *hypallage.* Junius. qalis Judic. c.1. v.8. *Sanctuaria* avtem, *Templum* uti Doctores Hebræi. etiamsi Junius, *loca sacra, synagogas, scholas*, &c. ex vers.8. Huc pertinet τῶν πληθυντικῶν usus, qo numerus pluralis κατ' ἐξοχὴν sive per excellentiam atqe eminentiam Hebræis usurpatur, singulari rei alicui designandæ qæ in eo genere eximia sit. Sic *elephas*

A בהמות dicitur Jobi c. 40. v. 15. cum vox ea non *bestiam*, sed *bestias*, vel etiam *pecora* significet Hymn. 50. v. 10. qo loco Psaltes, *Et* בהמות ב *in mille montibus.* unde Talmudistæ deliri belluam nescio qam portentosam molis prodigiosissimæ procuderunt, qæ montes mille qot diebus depascat, per noctes singulas gramine succrescente denuo reparandos. Sic חכמות *Sapientiæ clamat.* Parœm. c. 1. v. 20. i.e. *summa Sapientia.* Junius *divina scilicet qæ omnem in se continet sapientiam.* Ribera in Mich. c. 5. v. 2. ita eqidem malim, qam cum Mercero distributivè, *sapientiarum qæqe.* Nec aliter, puto, אלהים cum plurale sit, de Deo unicè uno usurpatur. falluntur enim, qi de personis singulis, avt unâ aliqâ distinctim consideratâ negant enunciari. Qum de *Filio*, (Spiritu sancto ipso interprete) adhibeatur, Hymn.45. v.6. & de *Patre* ipso versu proximo. de qo loco videsis Apostolum ad Hebr. c.1. v.8,9. Sed & ארנים pariter Mal. c.1. v.6. אם ארנים אני *Si domini ego.* pro *Domino summo* adhibetur; qi *omnem in se continet dominatum.* Ribera. qi & idem μόνος δυνάστης, ὁ κύριος τῶν κυριευόντων, *solus dynasta, dominúsqe dominantium*, Pavlo dicitur, ad Timoth. Ep.1. c.6. v.15. Hisce avtem in formulis *ellipsin* subesse vult V. Cl. Grotius in *Explic. Decalog.* ut sit אלהים αὐτὶ τοῦ אל אלהים *Deus Deorum*; prout Hymn. 50. v.1. Et ארנים pro ארני vel ארון ארנים *Dominus Dominorum.* uti κύριος κυρίων, Joanni Apoc. c.19. v.16. & κύριος τῶν κυριευόντων, pavlo suprà. Qin & בהמות ratione pari, pro בהמת בהמות *bestia bestiarum.* nec aliter Junius Parœm. c.9. v. 1. חכמות *Sapientia.* i. *Sapientia Sapientiarum.*

Verùm de *Ellipsi* viderint alii. Per *excellentiam* usurpari
D *pluralia* constat satis. Sic enim Thren. c. 3. v. 22. חסדי יי *Benignitates Jova*, (i. *benignitas benignitatum*, si Grotium seqimur; vel etiam, *summa benignitas*, ut Junius) est, *qod absumpti penitùs non sumus.* Hymn.51. v.17. זבחי *sacrificia Dei* (h. e. *sacrificium sacrificiorum*, sive sacrificium Deo omnium acceptissimum; *qod unum instar omnium est, imò omnia longè superat*, Junius) est *spiritus fractus*. (Cui affine est & illud Reg. l.2. c.22. v.1. מגדול ישועות *Turres salutum.* i. *salutis omnimoda.* Junius. Cujus loco tamen in Hymnorum sacrorum codice מגדיל ישועית legitur,
E qod Junius vertit, *Magnificam præstat salutem omnimodam.* at, *Magnificat salutem multiplicem*, Piscator. ad verbum, *Magnificans salutes.* Ea interim lectionis varietas, utrum ab avtore ipso profecta, an per scribarum incuriam invecta sit, ambigi potest non immeritò: cum literula unica leviuscule immutata punctationi, (qæ scripto primo posterior longè viris summis jam censetur) diversæ ansam locúmqe dare potuerit. Certe qod in Hymnorum volumine Hymni ejusdem commatio 27. legitur, עם עקש תתפתל &, Græci μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. Latinus *cum*
F *perverso perverteris.* ego malim, *cum perverso perversum*, sive *contortum te exhibebis*; (de vocabuli ratione videndus Piscator) vel etiam, *perversum ac tortuosum ages.* eam enim notionem freqenter continent formulæ ejusmodi; uti videre est Reg. l. 1. c.21. v.13. & l.2. c.13. v. 5. & c. 14. v.2. & l.3. c.14. v.2.) id in Historico codice תתפל exhibetur. qod si literam seqimur, *insulsum te exhibebis*, vel, *insulsum ages*, reddi postulat. at Græci rectè, opinor, στρεβλωθήσῃ. & Latinus pariter, *perversus eris.* Ut non desint, qi ex Hymnorum libro Historicum refingendum ac
G restituendum censuerint. qod in priore qoqe periochâ Piscatori placuisse video. qi & idem de verbis illis Hymn. 20. v. 9. ubi Hebræa sic habent, יהוה הושיעה המלך יעננו ביום קראנו qod esset, *Jova servato; Rex avdiat nos, qando clamamus*, sive, *invocamus*; sententiam eandem protulit; qum genuinam esse censeret Græcorum versionem, qi ועננו legentes reddiderunt, Κύριε σῶσον τὸν βασιλέα, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσώμεθά σε. Et Latinus Interpres; *Domine salvum fac Regem; & exavdi nos in die qâ invocaverimus te.* Certè à ו in י & vice versa, calami lapsus proclivis est, atqe in locis havd pavcis a Judæorum Criticis, *Massoretas* qos appellant, extat deprehensus. Sed de istis aliorum esto judicium.

Cæterum ad pluralium usum istum, qo ad rem subje-

ctam

ctam attollendam dilatandámqe adhibeatur, qem animadverterunt jamdudum adnotáruntqe eruditi, alterum istic adjicere nevtiqam abs re fuerit, havd perinde hactenùs, plerisqe observatum, qo in *depressionis ac diminutionis* notione ex lingvæ sacræ idiomate, eodémqe havd infreqenter, usurpantur. Ita Dan. c. 9. v. 18. Supplices te deprecamur לא על־צדקתינו *non propter justitias nostras.* i. *propter ullam justitiam nostram*, ut rectè Junius. *οὐ γὰρ ἐποιήσαμεν, nullas enim fecimus*, inqit Gregorius Nazianzenus *adv. Eunom. orat.* 4. Esajæ c.27. v.11. לא עם־בינות *Non est populus intelligentiarum*, qà formulâ non intelligentia exacta & omnibus numeris absoluta populo illi detrahitur, sed omni omninò potiùs inanis planè prædicatur. Nec secùs sumi videtur apud Vatem eundem c. 40. v. 14. ubi qærit, *ecqis Deum edocuerit*, דרך תבונות *viam intelligentiarum*, i. rationem, sive methodum prudentem ullam. Apud eundem cap.26. v. 18. ישועות בל־נעשה *salutes non faciemus. faciemus*, pro facere, efficere, præstare poteramus. indicativum in notione potentiali; qomodò Hymn. 56. v. 4, 11. Jer. c.2. v.11, 13. & c. 11. v.12. Matth. c.12. v. 25. collat. cum Marc. c.3. v.24. *salutes* avtem, etiamsi aliis in locis, pro salute omnimodâ, sive amplissimâ firmissimâqe creberrimè usurpetur, qi præter superiùs adducta, Hymn. 28. v.8. & 42. v.5, 11. & 44. v.4. & 74. v.12. at istic ullam omninò vel levissimam, nedum ut eximiam & prædicandam meritò aliqam, designat. Qin & vatis ejusdem eodem in capite, 40. nempe, vox eadem אונים & versu 36. ubi de Deo usurpatur, per eminentiam, qo modo & Hymn. 78. v. 51. *vires amplissimas* sonat; & contrà planè versu 29. ubi de populo imbelli ac imbecilli verba habentur; *vires ullas vel tenuissimas* designat verbis illis, *Et cui non sunt vires*, (ullæ scilicet vel minimæ) *robur ampliter suppeditat.*

Aliud est interim, qod M. Antoninus Imperator *comment. l.* 7. §.19. *Πόσους ἤδη ὁ αἰὼν Χρυσίππους; πόσους Σωκράτεις; πόσους Ἐπικτήτους, καταπέπωκεν; Qot Chrysippos? qot Socrates? qot Epictetos avum jam absorpsit?* Cum nominum istorum cujusqe unus duntaxat philosophus illustris extiterit. Sed *Chrysippos, Socrates, Epictetos* dixit, pro Chrysippo, Socrati, Epicteto similibus. qo modo Florus in *carmine florido*,

Unum ego malim Catonem, qam trecentos Socrates.

Et apud Plutarchum in *Catone minore* Romani nobilis illius asseclæ peregrè agentem parum comiter habentibus, cum is placidè sustineret, *εἰ πάντες ὑμῖν ἀφίξονται Κάτωνες. Non futuri sunt Catones omnes, qi ad vos appulerint.* Et Catoni ipsi Uticenses, *Εἰ Κάτωνες οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ τὸ Κάτωνος φρόνημα χωροῦσιν, οἰκτείρειν τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν. Ignoscendum imbecillitati suæ, si Catones non sunt, nec Catonis spiritus capiunt.* De Catone Valerius Maximus. *memorabil. l.*2. *c.*10. *Omnibus numeris perfecta Viri ejusdem virtus effecit, ut qisqis sanctum & egregium civem significare vellet, sub Catonis nomine desiniret.* Hinc Seneca *Epist.* 97. *Omne tempus Clodios, non omne Catones feret.* Idémqe *Epist.* 120. *Qidam alternis Vatinii, alternis Catones sunt.* Qin &, qod Plutarchus qoqe monet, *Τοὺς φαύλους μὲν καὶ ἀκολάστους, τῷ λόγῳ δὲ σεμνοὺς καὶ αὐστηροὺς, χλευάζοντες ἐκάλουν Κάτωνας. Homines improbos perditósqe, sermone interim gravi ac severo utentes, per ludibrium Catones vocare solebant.* Inde Juvenalis *sat.*2.

Tertius è cælis cecidit Cato.

Et Augusto familiare illud, *Contenti simus hoc Catone.* Sveton. lib.2. c.75.

Verùm, ut ad locum primitùs propositum, à diverticulis istis revertamur; poterit *discretivè* sumi, qod dicitur, *Naamani servi dicebant.* i. unus aliqis ex servis. qo modo Matth. c.26. v.8. *indignabantur discipuli.* i. unus aliqis è discipulis; Judas nempe. Joan. c.12. v.4. nisi si, cum Calvino & Jansenio, cæteros etiam Judâ avtore, ejúsqe verbis commotos idem fecisse, statuamus.

Atqe hæc de *pluralium usu discretivo.* seqitur *distributivus*, ubi *à plurali numero ad singularem transitur*, ut ad singulos qosqe referatur, id qod dicitur. de qo Drusius itidem *Qæst. l.*3. *c* 33. & *Observ. l.* 1. *c.*3. Sic Genes. c.49. v. 22. *Palmi-*

A *tes incedit juxta murum*, i.e. palmitum uterqe. nam duo designantur. Exod. c.17. v.12. *& fuit manus ambæ* (i. manuum utraqe) *firma.* Hymn. 73. v. 7. *præ pingvedine oculi eorum* (i. oculus eorum uterqe) *extat.* Exod. c. 31. v. 14. *prophanantes illud* (i. prophanantium qisqe) *morte morietur.* Parœm. c. 3. v. 18. *apprehendentes eam* (i. apprehendentium qivis) *beatus erit.* Et c.14. v.1. *sapientes mulieres* (i. sapientum mulierum unaqæqe) *ædificat domum suam.* Joel. c.1. v.20. *bestia* (i.e. bestiarum unaqæqe) *clamat ad te.* qo modo suprà, Jobi c.12. v.7. *interroga jumenta, & B docebit te.* i. unumqodqe eorum docebit te. cum nihil sit in creaturis, etiam vilissimum & contemptissimum qodqe, qod non vim sapientiámqe avtoris sui prædicet. De duobus illis à Jesu terram Cananæam ac Jerichuntem exploratum missis, Josh. c.2. v 4. *Cepit duos illos viros mulier, & abscondit eum.* i. e. illorum utrumqe. est enim putidum planè figmentum, qod ex Rabbinulis suis referunt Jairus & Camius. duos hos Phineaæum & Calebum fuisse: hunc avtem à muliercula absconditum, cum alter ille Angeli instar, coram regiis ministris inconspectus consisteret. Sed C nec opus est, ut cum aliis, qos & iidem lavdant, dicamus, seorsum à se, sub acervo privo, delituisse hunc & illum, qanqam probabile satis id existat. qo modo, inqit Jairus, dictum est, Parœm. c.27. v.9. *Ungventum & suffitus cor exhilarat.* Cæterùm eo fine factum id, qod Gersomidæ placet, ut si alter repertus fuisset, alter evaderet, istud certe nec probabilitatis speciem præfert; cum eodem in loco absconditi haberentur utriqe, & deprehensus alter alterius investigandi ansam præberet, reperiendi etiam rationem ultrò commonstraret. Ita deniqe illud ego sum-D pserim de Syri famulis; *Dixerunt ei servi.* i.e. servorum unusqisqe, sive servi singuli. *Pater mi*, &c. Cui affinem deprehendas syntaxin apud Poetarum principem Iliad. π. v.165.

— οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες,
Πρόσσω πᾶς πέτεται —

— cor illi strenuum habentes,
Prorsum omnis volitat. —

sive, *Prorsum qisqe volat.* nam *πᾶς, ἀντὶ τοῦ ἕκαστος, unusqisqe. κατὰ συνέσιν μὲν, οὐκ εἰωθότως δὲ, qod novum qidem,* E *non avtem insolens.* Evstathius. Sed geminam planè observat exhibétqe M. Seneca *svasor.* 2. in Cornelii Severi scriptis, qi de militibus Romanis ante prælium incundum epulantibus.

— stratiqe per herbam,
Hic meus est, dixere, dies.

ubi Porcellus Grammaticus (nomine suo havd indignus) illud, tanqam *Solœcismum*, argvebat; qòd, *cum plures induxisset, diceret, Hic meus est dies, non, Dies hic est noster.* Verùm emunctioris naris pectorisqe acrioris rhetor, F *id*, inqit, *accusabat, qod optimum erat. nam qasi proverbii loco est*, Hic dies meus est. ita certè usus est Seneca Tragicus, sive Marcus hic, sive Lucius filius, apud qem Medea,

Meus dies est; tempore accepto utimur.

Sed pergit rhetor; *Et cum ad sensum retuleris, ne Grammaticorum qidem calumnia habebit locum. dixerunt enim, non omnes simul, sed singuli ex eis*, Hic meus est dies.

G

CAPUT XVI.

Cor pane, *sive cibo*, fulcire; *formula Hebræis familiaris.* *Jud.* 19. 5. *Gen.* 18. 5. *Hymn.* 104. 15. *nos dicimus*, stay the stomach. *Nec Latinis, poetis maximè, infreqens.* *Græci, στηρίζειν, & ὑποστηρίζειν*, fulcire, & suffulcire, *reddidere. unde cibus fultura, ἔρεισμα; & stabilimentum, στήριγμα. qòd τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου sustineat. fultura ejusmodi necessitas unde. ea ab ædificio sumptâ imagine eleganter delineata.* Ἐδωδῆς ἔρος. amor edendi. vino venas fulcire, *Seneca. καρδία, Græcis medicis*, stomachus, *sive τὸ τῆς κοιλίας στόμα, inde καρδιαλγία, & καρδιωγμὸς, & nostris* heart-burning; *ven-*

ventriculi non cordis affectiones. Usus vocabuli hac notione ratio.

IN Judicum historiâ cap. 19. v. 5. Levitam generum suum abiturientem socer senex, apud qem divertebatur, sic alloqitur; סעד לבך פת־לחם hoc est, verbum verbo si reddere libuerit, *fulci cor tuum frusto panis.* nos Angli appositissimè diceremus, stay thy stomach with a bit, or, a morsell of bread. nec incommodè Græcus interpres, Στήριξον τὴν καρδίαν σου ψωμῷ ἄρτου. Latinus verò longiùs ab Hebraicis recessit, dum sic ἐπιστήριξον, *Gusta prius pusillum panis, & conforta stomachum.* Neqe verò ego formulam istam, qâ *cor*, vel *stomachum cibo, panéve, fulcire* monemur, avt Græcis avt Latinis etiam adeò opinor fuisse familiarem, etiamsi tam nostris freqens sit, qam & Hebræis fuisse videatur; qum vice alterâ rursus eodem loci hospes ille usurpasse perhibeatur; & Abraham hospitibus suis cœlo advenis, Genes. c.18. v.5. *Et accipiam* (i.e. acceptum afferam) *frustum panis,* וסעדו לבכם *& fulcite corda vestra.* Eôdem respexisse Psaltem nullus ambigo, cum Hymno 104. v. 15. dixit, ולחם לבב־אנוש יסעד *& panem, qod cor hominis fulciat.* Græcus; καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει. rectè. nam στήριγμα *fulcrum.* dilutiùs pavlo Latinus; *& panis cor hominis confirmat.* qod *suffulciat,* potiùs. unde & Chaldæus סעד *comedere.* Reg. l.3. c.13. v.7. & סעודא *cibus.* Ruth. c.2. v.14. Sic tamen Latini poetæ qandoqe. Flaccus *sermon. l.2. satyr.* 3.

Deficient inopem venæ te, ni cibus atqe
Ingens accedat stomacho fultura ruenti.

Apud Comicum *Curcul. act.2, sc.* 3. servus ludibundus;

Atqe aliqid priùs obtrudamus, pernam, sumen, glandium:
Hæc sunt ventris stabilimenta, panem, & assa bubula,
Poculum grande, & avla magna. —

fultura, ἔρεισμα, *stabilimenta,* στηρίγματα. Qo modo Gregorius Nyssenus *Orat. catechet. c.37.* Διὰ τῆς στερεᾶς καὶ ἀντιτύπου τροφῆς τὸ στερεὸν τοῦ σώματος ὑποστηρίζομεν. *Per alimentum solidum corporis soliditatem,* sive id qod in corpore est solidum, *suffulcimus.* Nec aliter Columella *de re rustic. l.6. c.* 23. *Forda, qa jam peperit, nisi cibis fulta est, qamvis bona nutrix, labore fatigata, nato subtrahit alimentum.* Sed omnium clarissimè ac elegantissimè Lucretius, qi *de rerum naturâ l.* 4. cibi panisqe necessitatem usumqe istum versibus hisce prosecutus est.

Illud item non est mirandum, corporis ipsa
Qòd natura cibum qærit qojusqe animantis.
Qippe etenim fluere atqe recedere corpora rebus
Multa modis multis docui: sed plurima debent
Ex animalibus iis, qæ sunt exercita motu:
Multáqe per sudorem ex alto pressa feruntur:
Multa per os exhalantur, qom langvida anhelant.
His igitur rebus rarescit corpus, & omnis
Subruitur natura, dolor qam consequitur rem.

Et pòst.

Et qoniam non est, qasi qod suffulciat artus,
Debile fit corpus, langvescunt omnia membra;
Brachia palpebræqe cadunt, poplitésqe procumbunt.

Et ab illis continuò:

Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus,
Et recreet vires interdatus, atqe patentem
Per membra ac venas ut amorem obturet edendi.

amorem edendi, pro fame dixit, Homerum imitatus, apud qem occurrit toties,

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.
Sed postqam potus & esca desiderium deposuerunt.

qod Maro,

Postqam exempta fames epulis. —

Qin & Vincentius Victor *libr. de animæ origine: Nunqid, qia anima avt cibum qærit avt potum, ad ipsam transire credimus pastum? non ad animam pertinent ciborum sustentacula, sed ad corpus; cui etiam præter cibum procuratur simili ratione*

A *vestitus: ut illi necessarius videatur pastura suggestus, cui competit & ipsos habere vestitus. an non enim putamus inqilinum qemqe suæ habitationi prospicere? nonne si eam senserit, avt tecto tremere, avt nutare pariete, avt labare fundamine, destinas qærit, qibus imminentem possit ruinam sedulò diligenterqe fulcire, ne sub periculo mansionis discrimen videatur impendere remansori? ita & anima carnis suum desiderat cibum, ex qâ ipsum concipit sine dubio desiderium.* Hæc ille; *Asserens* (inqit Avgustinus *ad eundem de eodem argumento l.2. c.4.*) *non animæ reqiri alimenta, sed corporis, curâ qidem illius, sed tanqam in domo habitantis, & moribunda*
B *carnis imminentes ruinas providâ refectione fulcientis.* ita rei ipsius rationem reddidit Lucretius, phraseos Vincentius, dum corpus domicilii instar labantis habere suggerit, qod cibo potúqe tanqam destinis ac tibicinibus qibusdam suffulciri & sustentari necesse sit, cibo, inqam, potúqe. nam & de isto Seneca (licet avdaciùs forsan pavlò videatur) *Epist.* 95. *Vino fulcire venas cadentes.* qod idem *de benefic. l. 3. c. 9. cadentes venas vino reficere,* dixit.

Qod avtem *stomachum* Latinus reddidit, qod Hebraicum
C textum secuti Græci καρδίαν dixere, nec illud incommodè qidem prorsus. sic Græci veteres τὸ στόμα τῆς κοιλίας sive τῆς γαστρὸς, i.e. *stomachum,* καρδίαν dixere: uti pluribus in locis monuit Galenus, *de Aliment. Facult. l.2. c.24. de Locis Affect. l.5. c.8. comment. in Hippocr. de Humoribus l.3. §.30.* idémqe variis, ex avtoribus primæ notæ, exemplis confirmat. *de Hippocr. ac Platon. dogmat. l.2. c.9.* inde καρδιαλγία & καρδιωγμός, non *cordis,* sed *ventriculi* ἀλγήματα καὶ δήξεις. *dolores morsúsqe:* uti idem docet *ad Aphorism. l.4. Aph. 65. & in prognost. comment. 3. §. 36.*
D Idem καρδιαλγεῖν exponit τὸ στόμα τῆς κοιλίας ὀδυνᾶσθαι, *ventriculi ore dolere, in Epidem. l.1. comment. 3. §. 22.* clarissimè vero Erotianus *in Lexico Hippocratis.* Καρδίαν ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα, ὃ καὶ τὸν στόμαχον κοινῶς καλοῦμεν. καρδιώσσειν οὖν καὶ καρδιαλγεῖν λέγεται, τὸ μετὰ ναυτίας καὶ ὀδύνης αἰσθάνεσθαι τοῦ στομάχου· καὶ καρδιωγμὸς ἐντεῦθεν, ἀντὶ τοῦ ὁ τοῦ στομάχου δηγμός. *Καρδίαν veteres appellabant os ventriculi, qod etiam stomachum communiter appellamus.* Καρδιώσσειν *igitur &* καρδιαλγεῖν *dicitur cum nausea & dolore stomachum discruciari, hincqe* καρδιωγμός, *stomachi morsus.* Hoc est qod Hesychius;
E Καρδιώσσειν, τὴν καρδίαν ἀλγεῖν· τινὲς δὲ ἀπονεῖσθαι στόμαχον ὑπὸ λιμοῦ. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ναυτιᾶν. Καρδιώσσειν *stomacho dolere. Nonnulli autem stomachum vexari fame. Ponitur etiam pro nauseare.* nec nostri secùs ventriculi affectum istiusmodi dicimus, the heartburning. Nicander ab aconiti esu φῶτ' ἐπικαρδιόωντα describens *in Alexipharm. v.* 19.

——— δύῃ δ' ἐπιδάκνεται ἄκρον
Νείαιρης ἀλγυνόμενον στόμα γαστρὸς,
Τάχος ἣν καρδίην ἐπιδέρκομεν, οἱ δὲ δοχαίην
Κλείουσι στομάχοιο. πύλη δ' ἐπικέκλυται ἀρχαῖς
F Πρῶτα κόλου, ὅθι πᾶσα βροτῶν ἄλις ἐμφέρεται δαίς.

ubi Scholiastes στόμα γαστρὸς, ὁ στόμαχος. cujus & nomen & sedem & usum Nicander verbis illis nobis exhibet. Aliud avtem longè est, qod Thucydides (Galeno etiam non semel, sed in codicibus impressis vitiatum, referente) *lib. 2.* dixit, ἐς τὴν καρδίαν στηρίξαι, ab eo qod Græci in contextu sacro, στηρίξαι τὴν καρδίαν. istic enim τὸ στηρίξαι passivè, vel etiam reciprocè sumitur, & significat morbum, qo de verba facit eo loci historicus, ventriculo incubuisse, sive in eodem sese fixisse. ad qem locum etiam Scholiastes:
G Οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ τὸν στόμαχον καρδίαν ἐκάλουν, καὶ καρδιωγμὸν τὸν πόνον τοῦ στομάχου. *Veteres medici stomachum καρδίαν vocaverunt, & καρδιωγμὸν dolorem stomachi. Stomachum* avtem illi *cordis* nomine insigniverunt, ἀφ' ὧν ἐπιφέρει συμπτωμάτων, *à symptomatis qæ inducit.* ut Galenus *de locis affect. l.5. c.6.* sive ὅτι συμπάσχει καρδίᾳ στόμαχος. ut Alexander *problem. l. 2. q. 35. qia sympathia qædam inter cor atqe stomachum intercedit,* & communes qædam sunt partis utriusqe affectiones insigniores. Itaqe vocabuli καρδίας usus iste in re medicâ maximâ ex parte reperitur, avt ubi de partis illius affectibus agitur.

CAPUT XVII.

Scala, qâ ad numen ascenditur, creatura. Rom. 1. 20. Deus inconspicabilis, ex operibus fit conspicuus. Luce amictum esse, *Hymn. 104. 1. qi dictum.* λάινον χιτῶνα, γῆν, ὕδωρ, φῶς ἀμφιέννυσθαι. χιτῶνα, *sive* ὑμένα, *mundo obductum, cœlum dixere philosophi qidam.* λάινον χιτῶνα φορεῖν, *item* φῶς καὶ σέλας ἕννυσθαι, *dici posse gemmis fulgidis undiqe amictum.* decore ac majestate amictus *Deus qâ ratione dicatur.* Panis *qis, & qatenus* fulcire cor *dicitur, ibid. v. 15.* Oleo *an* vino, *nitoris vultûs conciliandi facultas à Lyrico tribuatur. in utramqe partem sententia, rationúmqe momenta. Olei usus ad unctionem, ad esum, ad lumina. facies dictionis, in poesi, Lyricâ cumprimis sæpius immutata.* להוציא *qò referatur:* לעבודה *qid velit. receptâ hîc, syntaxis gemina Job. 5. 10, 11.* יצהר *oleum unde.* צהל *istis in* splendoris *notione; alibi nusqam.* κῶλ@, oleum, *sive*, ungventum, *Homero dictum. Versio loci nova ex conjecturâ exhibita.* צהל exultare, hilaria agere. *ungventorum in his usus.* סן *carssale. Hymni ejusdem v. 17.* ברוש *arbor qæ.* חסידה *qis ales.* ciconia *in arboribus an agat.* domus *avium, utrum* nidi; *ut* nidi, *pro domibus de homine dicuntur; an* stirpes arborésqe *ipsæ. ista domicilia potius, illi in istis cubilia. Origenes ex conjecturâ emendatus. Drusii syntaxis rejecta. Lambino Lucretius parum rite explicatus. avium* καταναλυσίας, *rami, non nidi.* σκηνή *unde.* κατασκηνοῦν nidificare, *haud rectè redditur. in aviariis* cellæ *à nidis diversa.* speluncæ nidi *Oppiano dicta. Hymni ejusdem v. 25.* ים רחב *mare qodnam designet.* manus, *pro spatiis.* ambabus, *frustra Piscator.* brachia, *Nasoni, qod* manus, *nostro.* maris lingva, *Hebrais, pro sinu. ut* telluris *Latinis, pro promontorio. Pacuvii fragmentum restitutum. Vocabula à corporis membris ad terras, montes, fluvios traducta. In sacrâ paginâ,* maris labium: *&*, montis supercilium. Naves ambulare, *etiam Latinis dictum.* Maris transgressus, *an dici qeat.* νῆες ποντοπόροι. *naves* ἁλὸς ἵπποι, eqi marini; currus, *itidem. gubernator* auriga *dictus.* πλεῖν *&* πλᾶν, *de itinere pedestri usurpata.* Maria ambulasse, terram navigasse *Xerxem, Cicero.* Amnes ambulare, ire, incedere, currere, *dicuntur.*

KΛίμαξ@ δίκην ἀνάβασις διὰ τῆς κτίσεως πρὸς τὸν Θεόν. *Per creaturas, tanqam per scalam, ad Deum ascenditur.* inqit Basilius Seleuciensis *orat. 1.* Siqidem, ut Apostolus ad Rom. c. 1. v. 20. Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα, καθορᾶται. *Invisibilia ipsius, vis utiqe æterna majestásqe divina, à mundo condito in operibus pensitata spectantur.* Qod Avtor libri *de mundo*, qi Aristotelis nomen præfert, *c. 6.* Πάσῃ θνητῇ φύσει γενόμεν@ ἀθεώρητ@, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται ὁ Θεός. *Deus cum sit naturâ mortali omni inconspicabilis, ex operibus suis tamen conspicuus fit.* Itaqe Hymnum celeberrimum illum, ordine 104. qo Dei potentiam, sapientiam, majestatem, providentiam in mundi fabricâ, creaturísqe qibusqe clarissimè elucentem, ac splendidissimè effulgentem, prædicans Lyricus sacer, ab his verbis orditur; *Amiciens se luce, tanqam veste.* Hoc explicans Calvinus *Institut. l. 1. c. 5. §. 1. Ac si dicat*, inqit, *tum cœpisse Deum visibili ornatu insignem prodire, ex qo in mundi creatione insignia sua protulit; qibus, qoties oculos huc vel illuc circumferimus, decorus apparet.* Alludit enim, qod & Abraham Esdræ monuit, ad lucem primitùs creatam. Genes. c. 1. v. 3. licet Theodoretus ad φῶς ἀπρόσιτον, *lucem illam inaccessam* referat, de qâ Apostolus ad Timoth. Ep. 1. c. 6. v. 16. Et est sane phrasis ἐμφατικωτάτη, qâ Deus *luce amictus* perhibetur. de qâ formulâ & alibi diximus. Observavit hoc Eustathius ad Iliad. γ. v. 57. ubi λάινον ἕσσο χιτῶνα, *lapideam indueres tunicam*, ἀντὶ τοῦ λιθόλευσθείης, pro, *lapidibus obruereris*, dictum est. τὸν γὰρ λιθευθέντα, inqit, ὥσπερ τι ἱμάτιον, ἀμπέχει ὁ τῶν λίθων σωρός. *lapidatus enim, tanqam veste qadam, lapidum acervo amicitur.* parìqe modo dictum est Hesiodo, Ἠέρα ἑσσάμενοι,

A *aere indutos, heroas* nempe defunctos. & dici posset, γῆν ἐνδύεσθαι τὸν ταφέντα, *terram indutum, qi sepultus est*: & ὕδωρ ἀμφιέννυσθαι, τὸν βυθισμένον ὅλον ὑπ' αὐτῷ, *aqam indutum, qi eâ totus est immersus*; ; καὶ φῶς ἀναβάλλεσθαι, ἱματίου δίκην, & *luce amictum, vestis instar.* qo modo LXX. istic, ἀναβαλλόμεν@ φῶς, ὡς ἱμάτιον. De Leucippo & Democrito Stobæus *tom. 1. l. 1. c. 21. §. 2.* χιτῶνα κύκλῳ καὶ ὑμένα περιτείνουσι τῷ κόσμῳ διὰ τῶν ἀγκιστροειδῶν ἄστρων ἐμπεπλεγμένον. *tunicam sive membranam qandam mundo undiqe circumjiciunt, ex astris hamorum in modum sibi*
B *invicem implexis contextam.* talem ex luce ipsâ conflatum numen amictum induisse se Lyricus noster insinuat. Sive, ut Eustathius ait, λάινον χιτῶνα φορεῖν, *tunicâ lapideâ indutum* festivè dici posse, τὸν λίθοις τιμίοις καλλωπιζόμενον, *qi gemmis lapidibúsqe pretiosis instructus undiqe incedit*; ita & φῶς καὶ σέλας ἕννυσθαι, *luce ac fulgore amictum esse*, qi eisdem lucem fulgorémqe emittentibus, ita totus est obsitus, ut totus ipse lucere ac fulgere videatur, & astantium oculi exadversum intueri nevtiqam sustineant. ita Esdraides ad priora illa, vers. 1. הוד והדר *decore & majestate amictus es: i. tan-*
C *tus est majestatis tuæ splendor & fulgor, ut eam intueri spiritus etiam sapientissimi obtutum prohibeat: qemadmodum corporis vestiti aspectum prohibet vestis eidem induta.* cæterùm qasi vestis aspectabilis qædam majestatis divinæ lux est ista, talísqe istic prædicatur.

Sed ex Hymno eodem alia pauca delibabimus, qibus & ab exteris forsan lux aliqa dabitur. Attigimus capite proximè antegresso, qod de *pane* dictum est commatio 15. *fulcire eum cor* hominis. qod de *pane* cumprimis dici monet Camius, qia nullus cibus tam insigniter hoc præstat. fru-
D stra sunt enim, qi ad *panem mysticum* trahunt. Verùm de *oleo* qod adjectum est, magis habetur controversum. Siqidem qod de *oleo* à plerisqe sumitur, de *vino* interpretantur, Drusius *observ. l. 3. c. 10.* Drusiíqe vestigia premens, Piscator. Itaqe sic vertunt, *Et vinum, qod lætificat cor hominis, ut nitidam reddat faciem præ oleo*, sive *oleo nitidiorem faciat. Sensus est*, inqit Drusius, *vinum cor exhilarando, faciem hominis nitidiorem reddere qàm est oleum, avt qàm oleum reddere soleat.* Præiverunt avtem his Vatablus. *Hebr.* inqit, *ad faciendum nitere faciem ab oleo. i. splendere facit,*
E *vel nitidiorem reddit vultum, qàm ullum ungventum.* Et Mollerus, *Vinum, non immodicè sumptum, ita exhilarat cor hominis, ut facies etiam fiat nitidior & splendescat magis qàm si oleo esset peruncta.* Et sanè cordis hilaritatem in vultu se prodere; vinóqe sumpto frontem solvi; juxta illud Nasonis *art. l. 1.*

Rugáqe frontis abit;

nemo est qi nesciat. favet etiam interpretationi huic dictionis facies immutata. neqe enim dixit, *& oleum, qod hominis faciem nitere faciat*, sicut de *vino*, *& vinum qod cor hominis exhilaret*; de *pane*, *& panem, qi cor fulciat*; sed,
F αὐτολεξεί, prout Vatablus posuit, *ad nitere faciendum faciem ab oleo*, vel *præ oleo.* Aliò tamen abscedunt, qod dixi, interpretes pleriqe, qi ad *olei* usum referunt. Ita Hebræi doctores, Jarius, Esdraides, Camius; qi de facie oleo ungendâ, unde nitidior fiat vultus, unanimiter exponunt. qo spectant illa Hymn. 23. v. 5. & 92. v. 10. Eccles. c. 9. v. 8. Matth. c. 6. v. 17. qanqam Camius etiam de olei esu exponit, acsi oleo vescentibus facies nitidior redderetur; qin & de lucernis adjecit, qibus accensis, facies noctu qoqe illustratur. Græci pariter LXX. τοῦ ἱλαρῦναι
G πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ. Symmachus: εἰς τὸ φαιδρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ. *ut illustret faciem oleo*: Unde Theodoretus; Ἐλαίῳ δὲ οὐ μόνον ἔνδοθεν διαθρέψαι, ἀλλὰ καὶ ἔξωθεν λαμπρῦναι τὰ σώματα. *Oleum non solùm qod intus nutriat corpora, sed qod exterius etiam illustret.* Et Eusebius *demonstrat. Evangel. l. 4. c. 15.* in oleo prædicat, his ipsis Lyrici verbis adductis, Τὸ μηδεμιᾶς μετέχειν ὑγρᾶς ὕλης, φωτὸς αὐξητικὸν, πόνων θεραπευτικὸν, καμάτων ἀναπαυστικὸν, τὸ τῆς ἱλαρότητος φαιδρυντικὸν, φωτὸς δίκην ἀποστίλβον ταῖς μαρμαρυγαῖς, λαμπρόν τε καὶ λαμπηδόνα τῶν αὐτῷ χρωμένων ἀποτελοῦν τὴν ὄψιν. *Qod ex humida materia nihil habet admixtum, qod lumen auget, qod fessos sublevat, qod labores aufert, qod eos, qi ipso unguntur, hilares facit, qod instar luminis de seipso vibrat splendores, nitidumqe ac micantem eorum, qi ipso utuntur, comparat vultum.* Basilius

Cæ

A Cæsar. in *Hexaemer. orat. 5. pag. 61. C.* Ἄμπελος μὲν οἶνον φέρουσα εὐφραίνειν μέλλοντα καρδίαν ἀνθρώπου· ἐλαία δὲ καρπὸν παρεχομένη ἱλαρύνειν δυναμένη πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ. *Vitis qidem gignendo vinum, qo cor hominis exhilarescit. Olea vero fructum eum præstando, qi faciem hilarem oleo facere potest.* Latinus, qi Græcæ seniorum dictæ vestigiis inhæret, *Ut exhilaret faciem in oleo.* eodémqe concedunt, vulgatam qotqot sequntur. Sed & Calvinus, Bucerus, Musculus, Junius, Tigurinus, Genevenses, nostrates. Nec sanè necessarium videtur, ut à receptiore interpretatione B discedatur. Siqidem 1. non videtur Vates sacer, cum creaturas præcipuas ad hominis usum conditas instituisset recensere, *olei*, qod tam varios, tam eximios, apud suum populum potissimum, usus sui præbuisse cognoscitur, mentionem omissurus; præsertim, cum nec herbam ipsam silentio prætermissam sustinuerit. 2. in poesi, lyricâ cumprimis, dictionis faciem subinde mutari nihil est novi. hoc ipso in Hymno qoties variatur? A personâ secundâ exorsus, mox ad tertiam transit: à participiorum usu ad verbi formam primigeniam delabitur, vers. 5. & cum de Deo C pavca habuerit, mox v. 6. ad Deum dirigitur oratio. Sed & personæ partésqe denuò deinceps non semel immutantur. Istic avtem immutatio minùs peregrina videbitur, si Junium avdimus, qi reliqa commatii hujus sic vertit, *Qi vino lætificat cor mortalis; — & cibo cor mortalis fulcit.* & minùs adhuc, si geminam ferè in commatio proximè antegresso adverterimus; sed Junium ibi repudiando. Is enim cum Musculo Camium secutus לְהוֹצִיא לֶחֶם מִן־הָאָרֶץ vertit, *ut depromant* (homines scilicet) *cibum è terrâ. qa ea*, inqiunt illi, *qa humanis usibus inserviunt, non sine hoD minis labore ac operâ è terrâ educuntur, cum qa bestiis sunt esui, suâ sponte proveniant.* qò trahunt & qod præcesserat, לַעֲבֹדַת *ad opus servile hominis*, h. e. *culturâ hominis intervenient*e, sive, *operam suam impendente homine*, ut post Camium & Esdraidem, Campensis & Bucerus. qod alii rectiùs, *ad servitium*, sive *servitutem*, Vulgata; *usum*, Tigurina; *obseqium*, Pagninus; *esum*, etiam Camius, licet alterum illud adjiciat. neqe enim cavssa instrumentalis, sed finalis, qod & Mollerus monuit, eâ formulâ illic designari videtur. nec eis tamen accedo, qod & Camius E subindicare videtur, qi illud *ad hominis servitium* de jumentis sumunt, ut tam עֵשֶׂב *herba*, qàm & חָצִיר *gramen* jumentis produci dicantur, qo ea istis pasta & corroborata usibus humanis inservire valeant. Verùm ad Deum pleriqe aptiùs referunt, qi *panem è terrâ producere* ibi dicitur, qo modo hoc loco *hominis vultum olei beneficio nitidum reddere*. ut *panis*, sive *frumentum*, unde panis conficitur, ab herbis aliis, qæ usibus humanis qoqe inserviunt, distingvatur; prout & istæ à *gramine*, sive *fæno*, qod jumentis in pabulum cedit. phrasis certè utrobiqe eadem est, dictionísF qe facies pariter utrobiqe immutata, *Qi germinare facit pro jumentis gramen; herbamqe ad usum hominis; ad depromendum*, sive *depromendo*, i. e. *depromens*, (sicut istic Junius, *nitidum efficiendo. i. qi nitidum efficit*) panem è terrâ. Origenes certè totam periocham serie continuatâ sic protulit, *adv. Celsum l. 4. pag. 213.* Ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐξαγαγεῖν (f. ἐξάγων. qanqam Hæschelius ȣ interserit) ἄρτον ἐκ τῆς γῆς· καὶ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ ἱλαρύνοντα πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου. *Qi oriri facit fænum pecoribus, & olera virentia servitura hominibus, eduG citqe panem e terra, & vinum exhilaraturum cor hominis, facitqe faciem ejus oleo nitidam, & pane confirmas cor ejus.* Idémqe *l. 8. pag. 422.* Ἀπὸ δὲ Θεοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας λαμβανομένη, ἡμέρους καρποὺς καὶ ἄρτον στηρίζοντα καρδίαν ἀνθρώπου· ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς ἐλαίας καρποὺς, ὃ ἱλαρύνει πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ. *A Deo providentiaqe illius accipimus mitiores fruges, panem fulcientem cor hominis, & oleum exhilarans faciem.* Parilem certè syntaxeos immutationem observat Piscator in Eliphazi verbis Jobi c. 5. v. 10, 11. *Qi dat pluviam in faciem terræ, & mittit aqas in faciem fundorum.* לָשׂוּם *ad ponendum* (h. e. *qi ponere comparatus*, *sive talis est ut ponat.* Piscatoe) *depressos in excelso; & pullati attollentur salute.* sive, *ut pullati attollantur* (ut Josh. c. 24. v. 9. & Mal. c. 1. A v. 9.) *salute donati.* ut Esajæ c. 38. v. 17, 21. frustra enim sunt, qi commation utrunqe eôdem trahunt. Accedit, qód oleum יִצְהָר passim nuncupatur, à צָהַר radice, insolente qidem illâ, sed qam lucis ac splendoris significaturam habere, docent clarissimè *fenestrarum*, qæ lumen admittunt, & *meridiei*, qæ diei est pars lætissima ac lucidissima, nomina inde promanantia. cui finitimum & צָהַל qod hoc loco usurpatur, nec in hac vel formulâ vel mente etiam, alibi uspiam reperitur. itaqe Mercerus monet, qosdam exponere, acsi לְהַצְהִיר scriptum esset. atqe ita sanè B Esdraides, לְהָאִיר *ad illustrandum*; sive, *ut illustret*; uti, & στίλβειν Symmachus. Accedit & qod κάλλος qandoqe oleum, sive ungventum, Græcis nuncupari, Athenæus *dipnosoph. l. 1.* ex Criticorum qorundam sententiâ vult, in Homeri illis ex *Iliad. γ. v. 392.* de Paride,

> Κάλλεΐ τε στίλβων καὶ εἵμασιν —

nitore, sive *decore*. i. ungvento, *vestibúsqe fulgens.*

Et alibi,

> Ὡς καὶ Ἀφροδίτη κάλλει τὰ πρόσωπα καθαίρει.
>
> *Sic Venus ungvento faciem illinit, atqe repurgat.*

C qem versum respexisse opinoe Hesychium: Κάλλει, τῷ μύρῳ, τῷ τῆς Ἀφροδίτης. *Κάλλει, ungvento, Veneris* scilicet sive qo Venus est abusa. ut *oleum* sive *ungventum* ideo κάλλος sit dictum qòd decorem nitorémqe eo utentibus conciliet. certè, στίλβοντας ἐλαίῳ, *oleo*, sive *ungvento*, *splendentes*, sev *nitentes*, dixit poeta idem *Iliad. σ. v. 596.* &, στίλβοντες ἀλείφατι, *ungvine resplendentes. Odyss. γ. v. 408.* verùm de vestibus illud, de postibus istud. Nec reticebo tamen, qod modò suggerit animus, exponi posse havd incommodè incisum istud, *Vinum* scilicet *ita cor hominis læD tum reddere, ut oleo etiam simul faciem hilarescere*, (qod ἱλαρῦναι LXX.) *sive hilarem vultum etiam oleo adhibito, qo id effici solet, induere faciat.* hoc est, *facere ut hilaria agitent homines*, in qibus facies oleo inungi solet. צָהַל enim *exultare, hilaria agere.* Ester. c. 8. v. 15. Certè in hilariis celebrandis apud orientales illos utrumqe hoc simul conjungi passim deprehendas. Sic Salomon Ecclesiast. c. 9. v. 7, 8. *Comede cum lætitiâ panem tuum; & bibe corde hilari vinum tuum. Omni tempore nitida sint vestimenta tua; ungventumqe capiti tuo ne desit.* nam מִשֶּׁמֶן tam *ab oleo*, sive E *oleo* simpliciter, qam *præ oleo*, (ut sit מִן הַפְלָגָה וְיִתְרוֹן excessus & excellentiæ) potest significare. neqe necessarium est, qod exigunt illi, ut hoc sensu, בְּשֶׁמֶן non מִשֶּׁמֶן diceretur. Siqidem מִן præpositio cavssam efficientem, sive principalem, sive & instrumentalem, freqentissimè designat, nec LXX. malè, ἐν ἐλαίῳ. sic adhibetur Gen. c. 49. v. 24, 25. Hymn. 6. v. 8. & 38. v. 3. & 119. v. 161.

Hymni ejusdem v. 17. *In qibus* (arboribus scilicet) *aves nidificant:* חֲסִידָה בְּרוֹשִׁים בֵּיתָהּ *ciconia domicilium abieF tes.* nolo avt de arbore, avt de alite disputationem instituere, qanqam בְּרוֹשׁ Aqila, *abietem*; Sexta editio, (Hieronymo teste) *cupressum.* חֲסִידָה alii *ciconiam*; alii ἐρῳδιὸν, *ardeam*, ut LXX. & Aqila, alii ἰκτῖνον, *milvum*, ut Symmachus, & Sexta, *qia is in excelsis arduísqe arboribus nidum facere consuevit.* Hieronymus *ad Sun. & Fretel.* Hinc itaqe de *ciconiâ* scrupulus injicitur: qod ea in turribus, ædiumqe culminibus, non abietum arborúmve aliarum cacuminibus, nidificare plurimùm deprehendatur. Verùm de hoc alii viderint. Qod verò *Abietes domum* dixit, sive *domicilia*, ut Junius, נָוֶה *habitaculum*, Abraham EsdraiG des, duplici ratione sumi posse monet Drusius *observ. l. 6. c. 24.* Prima est, ut *domus* pro *nido* ponatur. qo modo Psalm. 84. v. 4. *Etiam passer invenit domum, & hirundo nidum sibi, in qo ponat pullos suos.* atqe ita Camius בֵּיתָהּ קִנָּהּ *domus ejus, nidus ejus.* Cui concinit poetæ ignoti illud à Lycurgo *orat. adv. Leocratem* lavdatum,

> Οὐδ' ὄρνιθες γὰρ δόμον ἣν πλάσῃ δόμον,
>
> Ἄλλῃ νεοσσοὺς ἀξίωσεν ἐκτεκεῖν.

ita enim restituit Grotius, qod in editis ἐκτεκεῖν ἀξίωσεν, perperam editur.

> *Nam vaga nec ales propriam ubi sibi domum*
>
> *Extruxit, alibi parere pullitiem volet.*

Sed & vice versâ, καλιὰ *nidus* pro *domo*. Jobi c. 29. v. 18. *Moriturus sum in nido meo.* i. domi meæ; avt etiam *in nido*, i.

in lecto. qo modo de eo dicimus, qi morte defungitur oaturali, *in cubili suo defunctus est*, he died in his bed. Verùm sic Hesiodus *l.* 1. *v.* 307.

Ὥς κέ τοι ὡραίου βιότου πλήθωσι καλιαί.
Sint tempestivo ut victu nidi tibi pleni.

i. domus, horrea. Et. *v.* 301.

—— βιότου δὲ τεὴν πίμπλησι καλιήν.
—— Ceres victu stipet tibi nidum.

i. domum, casam. Et *v.* 374.

—— τεὴν διφῶσα καλιήν.
Nidum perscrutata tuum. —

Epictetus *dissertat. l.* 1. *c.* 28. *Τί διαφέρει οἰκία ἀνθρώπου, καὶ νεοσσιὰ πελαργοῦ, ὡς οἴκησις; Habitationem qod attinet, qid interest inter hominis domum, & ciconia nidum?* Altera, qam posuit Vir Cl. explicandi ratio est, ut *abietes* dicatur pro, *in abietibus*, ut *novalis*, pro, *in novali*, Prov. c. 13. v. 23. *nidi enim in arboribus, non arbores nidi.* Imò *arbores* ipsæ *domus*, *nidi* in arboribus, qasi in domiciliis vel cubiculis etiam *cubilia.* Maro *Georg. l.* 2.

Antiqásqe domos avium cum stirpibus imis
Eruit. —

& Marone prior, à qo ipse acceperat, Lucretius *l.* 1.

Frondiferásqe domos avium. —

non *nidos*, ut Lambinus exponit, (pullos enim ii, non frondes ferunt) sed stirpes arborésqe, in qibus aves stabulantur nidulantúrqe. firmátqe hunc dicti Lyrici sensum, qòd *abietes* in plurali dixit. Nec aliorsum abit, qod apud Matth. c. 8. v. 20. & Luc. c. 9. v. 58. Christus, *Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις. Habent vulpes foveas*, sive, *latibula*, *& volucres aeria tabernacula*, sive *umbracula*; arbores ac stirpes utiqe, in qibus stabulantur istæ, sicut io lustris illæ. *κατασκήνωσις tabernaculum*, ut *οἴκησις domicilium. σκηνὴ ἀπὸ τῆς σκιᾶς.* de sylvâ, sive oemore eandem usurpavit poeseos Latinæ princeps *Æn. l.* 1.

—— tum sylvis scena coruscis
Desuper, horrentiqe atrum uemus imminet umbrâ.

nisi forsan fuerit Hebræorum שכינה qod Heinsio placet, *ad Nonnum c.* 31. & ante Heinsium Fullero nostro *Miscell. l.* 2. *c.* 4. De Assyrio, qem cedro ingenti, sed bipennibus succiso, confert, Ezekiel Vates c. 31. v. 13. *Super cadivum truncum ejus* ישכנו *habitaverunt* (ut rectè Hieronymus & Junius) *volucres aeria qaqe.* malè enim, *nidificabant*, Piscator, contra qam ipse Hymni hujusce vers. 12. nec commodè satis, avt Græci *ἀνεπαύοντο, reqiescebant*, Tigurinus avt nostri, remained. malim ego, made abode / avt dwelt. Sed nec probare possum, avt veteris; avt recentiorum versionem, qi *κατασκηνώματα* in Historiâ Evangelicâ *nidos* reddunt. Certè *aves cubilia sibi nidosqe construunt*; ut Cicero *de Natur. Deor. l.* 2. *cubicula* & *domicilia* in arboribus stirpibúsqe à naturâ ipsâ comparata sibi offendunt; qarum in frondibus ramísqe cantillant, ut vers. 12. Lyrodus noster. Siqidem & citra nidos volucres etiam *ἐν τοῖς κλάδοις κατασκηνοῦσι.* h. e. *stabulantur.* male enim vertunt, *nidulantur.* Ita apud Danielem c. 4. v. 12. *Ὑποκάτω αὐτοῦ κατεσκήνουν τὰ θηρία τὰ ἄγρια, καὶ ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ κατῴκουν τὰ ὄρνεα τοῦ οὐρανοῦ. Subter eam stabulabantur* (Hebraice *umbram captabant*) *bestia agrestes, & in ramis ejus habitabant volucres aeria.* Qio & avibus domesticis in aviariis, à *cellis*, qæ cubiculorum instar habent, *cubilia nidósqe* disparatos reperias apud rei rusticæ Magistros. Vide sis Columellam *l.* 8. *c.* 2.

Cæterùm *vulpium* mentio Oppiani memoriam refricat mihi, qi harum lustra sive speluncas etiam *nidos* appellat *venat. l.* 3. versibus illis,

Καὶ πανυστάτη σκιῇ τεμαλοῦ βάθι φωλεύουσα,
Ἐπταπόλυς οἴξασα δόμους τεύχει τε καλιάς.
Vulpes cauta sagáxqe extremis degit in antris,
Nidos septiforésqe domos sibi qando paravit.

Hymni ejusdem vers. 25. זה ים גדול ורחב ידים *Mare istud* dixit, ut *mare mediterraneum*, qod Judæam alluit, designaret, & à *mari rubro*, sive *Edomao*, distingveret; de qo Hymno 114. v. 3. הים ראה *mare illud vidit.* itaqe meliùs Piscator, *Istud mare magnum* qod at-

A tinet, qàm Junius, *In ipso mari magno.* est enim *δεικτικὸν*, hoc qidem loco *τὸ* זה. At qod *spatiosum*, sive *latum spatiis* Junius, Hebræis est *latum manibus*; (prout & de fluminibus spatiosis idem usurpavit Esajas cap. 33. v. 21. nec est opus, ut cum Piscatore, *ambabus* dicatur. qod avtem *manus* illi, *brachia* Naso dixit. *fabul. l.* 1.

—— neqe brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Qin & qod scriptores sacri לשון ים *maris lingvam* dicunt
B pro sinu, ad lingvæ instar exertæ, in terras utrinqe positas semet insinuante, Josh. c. 15. v. 2. & Esajæ c. 11. v. 15. idem de promontoriis, vel promontoriorum mucronibus, (nam distingvi hæc qandoqe solent) in mare projectis & procurrentibus usurpant pariter avtores exteri, Cæsar *de bell. Gallic. l.* 3. *Erant ejusmodi ferè situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis promontoriísqe, neqe pedibus aditum haberent, neqe navibus.* Livius *l.* 37. *Inde in altum lingva mille passuum excurrens, medium ferè sinum velut notâ distingvit.* Et *l.* 45. *Eminet in altum lingva, in qâ sita est Cassandrea. nec*
C *minùs, qàm in altum Athos mons, excurrit.* De Italiâ Solinus *c.* 8. *ubi longiùs processit, in cornua duo scinditur, qorum alterum Jonium spectat æqor, alterum Siculum: inter qas prominentias, non uno margine accessum insinuati freti recipit, sed lingvis projectis sæpiùs, ac procurrentibus distinctum promontoriis pelagus admittit.* Pacuvius *Ambisâ*, citante Gellio *l.* 4. *c.* 17.

Id promontorium, cujus lingva in altum projicit.

Poetæ locus, vitio havd immunis videtur. Vossius pro *Id*, *Ida* legendum avtumat, pro *lingva*, *ligna.* ego sic restitui posse existimo;

D *Ida, cujus promontorium lingvam in altum projicit.*

promontorium, qadrisyllabos dixit, qomodo, *oriundi τετρασυλλάβως l.* 2. Lucretius. De Siciliâ Naso *fabul. l.* 13.

— tribus hæc excurrit in æqora lingvis.

qod *Fast. l.* 4. idem,

— tribus scopulis vastum procurrit in æqor.

Ammianus denique *l.* 14. *Regiones hæ velut in prominenti terrarum lingvâ posita.* Mitto reliqa. Lectorémqe ad Evstathium amitto, qi ad Poetarum Principis *Iliad.* β. qàm plurima recenset ex Avtoribus variis vocabula de montibus,
E terris, fluminibus usurpata, qæ ab animantium membris traducta sint: in qibus, *ποταμῶν χείλη*, *fluviorum labia*: sicut Genes. c. 22. v. 17. שפת הים & ad Hebr. c. 11. v. 12. *τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. maris labium*, pro litore: Et *ὀφρῦς*, *ὀρειναί τινες ἐξοχαί*, *montosa qadam eminentia.* unde *ἡ ὀφρὺς τοῦ ὄρους.* Luc. c. 4. v. 29. qod *supercilium montis*, sive *clivosi tramitis*, Maro *Georg. l.* 1. qæ eò libentius commemoro, qia in sacris qoqe reperiuntur codicibus.

Hymni ejusdem v. 26. *Illic naves ambulant.* qod & Esa-
jas c. 33. v. 21. de naviculis remigio actis usurpavit. pari
F plane modo uterqe, qo Cato *de re rustic. c.* 1. (qod & Drusius advertit *qæst. l.* 3. *c.* 59.) *Mare, avt amnis, qà naves ambulent.* qem locum adducit Gellius *l.* 10. *c.* 26. qo Salustium ab Asinii Pollionis censurâ tueatur, qod *Histor. l.* 1. maris transitum navibus factum, *transgressum* dixit, eósqe qi transfretaverant, *fretum transgressos.* nihil enim obstare, qo minùs tam *gressus*, qam *cursus*, avt *ambulatio* etiam, navibus tribuatur. Sed & Homerus *νῆας ποντοπόρους*, i. *pontigradas naves*, non semel dixit. unde & insularum incolæ *οἱ νησιῶται* antiqis *ναυσίποδες* dicti, *ὡς ναυσὶ χρώμενοι,*
G *ὅσα καὶ ποσί.* qod *navibus pedum instar ad itinera conficienda utantur.* Qin & idem *Odyss. δ. v.* 708. *ἁλὸς ἵππους*, *eqos marinos*, naves appellat.

Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαινέμεν, αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι
Ἀνδράσι γίνονται, περόωσι δὲ πουλὺν ἐφ' ὑγρήν.
Ingressus celeres naves, qa homini instar eqorum
Sunt maris, eísqe brevi multum æqoris emetitur.

Et *Odyss.* ν. navem a Phæacibus Ulyssi vehendo assignatam *τετραώροις* sive *qadriga* confert. Sed & *νηὸς ἡνίοχος*, *navis avrigam*, poetis pro gubernatore dictum monet Pollux, *l.* 1. *c.* 9. §. 7. & Muretus qidem *Var lect. l.* 1. *c.* 11. tanqam Homericum lavdat versum hunc,

Φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρώροιο.
Loqutus autem est auriga navis cæruleam proram habentis,

qem

qem in poetæ scriptis tamen nondum deprehendi. Cæterùm Naso *avrigam* pro gubernatore posuit, *Tristium L.* 1. *Eleg.* 3. verbis illis,

Sic non qò volui; qò rapit impetus unda,
Avrigam video vela dedisse rati.

Ab Homero avtem Evstathius Evripidem sumpsisse opinatur, qod navigium *ναΐων ἀπήνην*, *carpentum latiçeum* dixit in *Medea*; & alius, nescio qis, *ἅρμα*, *currum* pro rati posuit. qo pertinet & qod Æschylus, in *Prometheo Vincto*;

Λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.
Vehicula reperit lineâ alâ navica.

Et Catullus *nupt. Pel. & Thetid.*

Ipsa levi fecit volitantem flamine currum.

Qin & sicut *πορεία κυρίως ἡ πεζή*; sic & vice versâ *πλοῦς*, sive *navigatio* de pedestri qoqe itinere usurpatur. Sic enim de Hæmorrhoo Nicander, *Theriac.*

Δοχμαὶ δ' ἐπιπολάζων ὀλίγον δέμας, οἷα κεράστης,
Μέσσῳ ὄγ' ἐν οἴμῳ βαιὸν πλόον αἰὲν ἐλίσσων,
Γαίῃ ἐπιπλώων ... —

ubi Scholiastes; *πλόον λέγει τὴν ὁδὸν ἢ πεζὴν, ἢ πορείαν. πλόον pro itinere pedestri* usurpavit, adductis aliorum poetarum dictis geminis. Antimachi,

Τοῖσι δ' ἀλιτρότατος δὴ πλόον ἐρχομένοισιν.

Et Aristophanis in *Γήρᾳ*, de muliere junctis asinis vectâ,

— *ἀποπλεῖς πῶς ἐπὶ τῶν κανθηλίων.*

Aliud est qod de Xerxe Cicero stylo *φιλοσοφουμένῳ* dixit, *de Finib. l.* 2. *Qum Hellesponto juncto Athóqe perfosso, maria ambulavisset, terram navigasset.* unde Juvenalis *sat.* 10.

Velificatus Athos; —
Suppositúmqe rotis solidum mare. —

Illud deniqe adjectum sit, qo modo *naves* hic Psaltæ per æqor *ambulare*, sive *incedere*; pari pacto in Hymni hujus ejusdem vers. 10. etiam *amnes*, sive *fluvios* per valles *collibus ac montibus* interjectas *ambulare* sive *incedere* (idem enim utrobiqe occurrit vocabulum) eidem perhibentur: qo modo & Gen. c. 2. v. 14. de *Chiddekel*, sive *Tigride* fluvio dicitur, הוא ההלך *is est qi ambulat*, sive *vadit*. ὁ *πορευόμενος*, Græcus. h. e. qi proficiscitur. Latinus; *qi fluit*. qod nostri *currendi* vocabuli exprimunt. Nec Latini secùs qàm avt nos, avt illic. Maro ipse Æneid. l. 1. utrumqe exhibet,

— *per ora novem vasto cum murmure montis*
It mare proruptum. —

Et

In freta dum fluvii current. —

C A P U T XVIII.

Turba imbellis, in bello inutilis, damnosa. Lepores galeati, *de meticulosis. talibus reliqorum cor emollitur. Cautio hæc in parte Mosaica Devt.* 20. 8. *Gedeoni eadem repetita, Jud.* 7. 3. יצפר *sbi, qid velit.* צפר *ὀρθρίζειν*, manicare. *item* cingere, circumire. evolare *etiam, avis instar.* מהר גלעד *ibidem, qid sit. Montis hujus situs.* מן post, ultra. *ut* à, *&* ab *Latinis*. versus *item. Discrimen gestus, inter bibendum, vel ore prono, vel manu cavâ, aqâ havrientium, in partes qàm diversas trahatur. Imagines sua umbram in profluente adorantes.* geniculatio *idololatricæ impuritatis qibusdam indicium habitum. strenuitatis aliis; aliis socordiæ, avt intemperantiæ.* Lambendo havrire *aliis puritatis & temperantiæ; aliis solertiæ; aliis formidinis; contemptus aliis. Pradensis novum aliqid proferre professus, novi nihil profert. Cyrillus mendo non suo sublato restitutus.* Canis in Nilo: *proverbiale, de Antonio usurpatum. Ælianus à Pradensi perperam expressus. Josephi ad historiam sacram assumenta. Pradensis itidem.* ההפאר *Φεραθρῶν. Libera de conjectaneis dictis censura. Examinis institutis finis γνώμων.*

A Rectè Vegetius *de re milit. l.* 1. *c.* 8. *In omni conflictu non tam prodest multitudo, qàm virtus.* Verissimúmqe Svetonii illud apud Tacitum *Annal. l.* 14. *Etiam in multis legionibus pavcos esse qi prælia profligent.* Cæterùm, *turba iners & imbellis, in bello, impedimentum magis qam avxilium*, ut Livius l. 9. multumqe *ab exercitu turba distat*, Seneca *de Benefic. l.* 6. *c.* 31. Proinde de Xerxis copiis ingentibus interrogatum, cordatè pronunciasse Demaratum, *multitudinem indigestam & gravem, metuendam esse ducenti: pondus enim, non vires, habere.* Et de Darii turmis im-
B mensis, Aristides *in Panathenaic.* Ὡς ἀληθῶς ὄχλος ὄντας, μέγιστον ἐναντίωμα ἑαυτοῖς, *turba mera cum verè essent, maximum sibi ipsis ad victoriam obstaculum fuisse.* Prudentérqe Belisarius, experientiâ id eductus, apud Procopium *Vandalic. l.* 4. Οὐ τῷ πλήθει τῶν μαχομένων, ἀλλὰ τάξει τε καὶ ἀνδρίᾳ φιλεῖ ἐξεταζομένων τὸ τοῦ πολέμου κράτος. *Non ex bellatorum multitudine, sed ex disciplinâ & fortitudine, belli robur pensandum.* Optimo proinde consilio Moses, vel per Mosen potiùs Deus ipse, populo Israelitico præcepit, Devter. c. 20. v. 8. ut ad prælium prodituri, per præconem
C edicerent; *Si qis esset meticulosus & mollis, missâ militiâ domum reverteretur; ut reliqorum cor liqefaciendo non emolliret.* qorsum enim in acie *lepores galeati?* qin & usu compertum est, cum timidum unum aliqem aliqando exercitui integro fugæ occasionem dedisse; tum & strenuum unum aliqem aciem ferè integram fugam meditantem & molientem jam, continuisse: qod & Lavaterus illic monuit. Hoc idem verò & Gedeoni in mandatis à Deo datum, qò copiarum numerus imminueretur, ut publicè proclamatum procuraret; *Si qis timidus trepidúsve, facesseret illicò, avicula instar*
D *evolando, versus*, an *ultra montem Gileadem, domúmqe se reciperet.* hoc est enim, uti ego existimo, qod locutione illâ signatissimâ dicitur, ישב ויצפר מהר הגלעד Judic. c. 7. v. 3. Qanqam verbum צפר hîc alii aliter sumunt. Jairus & Levi ישקים בבקר *mane consurgat*, ut צפר sit, qod Græci *ὀρθρίζειν*, vetus interpres, barbaro vocabulo, *manicare* dixit, Luc. c. 21. v. 38. *& omnis populus manicabant ad illum*; à צפירה qod Hebræis, Ezek. c. 7. v. 7, 10. sicut & צפרא Syris, Job. 7. 18. *tempus matutinum* significat. Vel, inqit Camius, יסבב *circundet*, montem scili-
E cet Gilead, atqe ita ad suos redeat. ut sit צפר *cingere, ambire, circundare*: unde צפירה *cidaris, corona.* Esajæ c. 28. v. 5. qia cingit caput. Jairum seqitur Pagninus, Tigurinus, Angli, Genevenses, novissimi. at Junius & Tremellius, *evolato.* ut sit à צפור *avicula*; idémqe existat, cum illo Hymni 11. v. 1. נודו צפור *avicula instar ad montem avolato.* Piscator, *accelerato.* i. e. celeriter discedito. qò facit & qod Chaldæus, יתבהר (qod vitiosum esse pro יתברח Schindlerus monuit *in Pentaglosso*) *fugiat*; qàm celerrimè potest, conferat se. Græci, qi (qod & Pagnino, sed per-
F peram, puto, pavsis repugnantibus, placuit) ab imperatoris edicto revulsum ad populi factum transtulere; *ἐξεπορεύθησαν*. hos itaqe secutus Latinus, sed dilutiùs pavlò exprimendo, *recesserunt.* mihi Junii notatio, Piscatoris versio, præ reliqis arrident. nam *avis instar avolare*, est fugam accelerare, festinè, velociter alio se conferre; nec id sine trepidationis alicujus insinuatione tacitâ.

Ut fugit accipitrem pennâ trepidante columba:
Hostes qisqe suos. —

Naso *fabul. l.* 1. Vide Hymn. 55. v. 7-9.

G Sed qid fiet verbis illis, מהר הגלעד *à monte*, sive, *à monte*; uti ad verbum sonat, & pleriqe vertunt. num ergo in monte Gilead copias suas Gedeon habebat? non, opinor. fons enim Charodi, ad qem castra metatus dicitur, à monte Gileadis longè distabat. itaqe Junius, *versus montem Gileadis*, vertit: Vatablus, *citra*: præ qo ego, *ultra*, cum Piscatore malim. Sic enim מן qandoqe usurpatur; qo modo, *à* & *ab*, Latinis, cum dicunt *à meridie, à somno, à prandio, à cœnâ.* Sic Hosh. c. 6. v. 3. מיומים *à biduo*, post biduum. *Ultra montem Gileadis se conferat.* eâ viâ, *qa à monte Gileadis incipit*; Piscator. *qod peculiariter Manassitas Gedeonis populares attinebat; sed synecdochicè reliqos comprehendebat*: prout idem observavit. Qanqam non displicet prorsus versio Juniana, qæ & loco parili non uno sir-

A firmari posse videtur. ita siqidem idem havd sine ratione redditur, מקדם *orientem versus*, Gen. c. 13. v. 11. Et מבעלי *Baalima Juda versus*. Reg. l.2. c.6. v.2. de qo videri potent & Fullerus noster *Miscell. l.1. c. 4.* Verùm Piscator ellipsin esse censet, cum Gen. c.13. ad regionem *ab oriente* sitam; & istic, prout est suprà indicatum. qod ad nostram versionem accedit propiùs. qi & ad illud Reg. l.2. c.2. v.9. cum Annal. l.1. c.13. v.6. videri poterit.

Porrò ex hoc de meticulosis edicto, secessione benè magnâ consecutâ, cum ampliùs adhuc imminui bellatorum numerum Deo visum esset, Gideoni mandat, ad B aqam profluentem eos omnes qi substiterant, producat; ibi facto experimento, qonam inter bibendum gestu uterentur, eos qi aqam manu havstam, canis instar, lambebant, sisti jubet; eis qi in genua procumbentes, bovis instar, havriebant, dimissis.

Hoc indicio qid voluerit Deus, ab interpretibus anxiè ac curiosè nimis disceptatur. Qidam ergo lambentium, canis instar, havstam manu aqam, gestum, in partem meliorem trahunt, & vel pietati ac puritati, vel strenuitati, vel solertiæ, vel temperantiæ deputant. Jairus, cui C & Camius suffragatur, *puritati* adscribit, cum gestum alterum idololatricis impuritatibus addictorum faciat indicium. *Justos solos*, inqit Camius, *Deus voluit in hanc militiam proficisci, itaqe pollicetur se disparaturum, sive defæcaturum eos*, אצרף *qo modo scoria à metallo disparatur*, Hymn.66. v.10. & Esajæ c. 1. v.25. *ex hoc avtem procumbendi gestu innotuit, qinam essent, qi Baali genua incurvaverant.* addit idem ex commentariis Rabbinicis, fuisse & hoc seculo עובדין לבבואה ex eis *qi imaginem sive umbram suam, qam in aqâ contuebantur, colerent, eidemqe se incurvarent.* D Borrhaus, & Piscator *strenuitatis* signum esse volunt, qòd erecti consistentes bibant, cum procumbendi gestus *ignavia* deputetur. Accedit qod Liranus, & *magistralem* esse *expositionem* ait, *signum fuisse, qòd non multum sitibundi avt fatigati essent, qòd satis habebant qasi in transitu aqa modicum manu accipere, qo refrigerationis gratiâ ora sibi colluerent. alteros contrà, qum curvatis in terram genibus super profluentem se projicerent, qò aqam copiosius havrirent; valdè sitibundos & fatigatos fuisse; & ab exercitu hac de cavsâ separatos.* Ita & Ferus: *Signum erat sessos esse, &* E *sitim agrè tolerantes. ad bellum avtem reqiruntur non strenui tantùm, sed laborum sitisqe tolerantes.* Levi Gersomides *solertia* tribuit eorum ritum, qi è manu linguâ suâ aqam excipiebant; vel manu etiam, ut Avgustinus vult, in os projiciebant. *Duplex*, inqit, *Deus examen institui jussit. ac priore qidem peccatores semovit. peccati enim conscientia est, qa timidos faciat. posteriore verò ignavos & pigros. tales enim fuerunt, qi procumbendo bibebant. cum gestus alter solertia & agilitatis indicium sit.* accedit qod Avgustinus idem *Judic. qæst. 37. illud faciliùs & minore cum labore fieri* observat. Eôdem concedit Lavaterus; *volunt alacres habere, & laboriosos, non pigros. pigritia avtem indicium est, si qis in terram desidet, cum aliqid est colligendum; ita qi bibiturus se in torrentem projicit.* Et Bucerus, *videtur hominis ignavi procumbere ad bibendum; & solertis, havrire manu.* Alii, Procopio avtore, *temperantia* hoc tribuunt, qod *aqam manu cavâ parcè excipiunt, non avtem corpore provoluto, boum instar, os profluenti immergunt.* qod Nicander in *Alexipharmacis* v.496. dixit,

Ἐκ ποταμῶ ταυρηδὸν ἐπιπροχυθεὶς ποτὸν ἴσχῃ.

G *Ex fluvio taurorum more super illum procidens potum sumit.* Nec abhorret ab istâ ratione Bucerus. & omninò probat Brentius.

Ex alterâ parte sunt, qi gestum hunc, *canis instar lambendi* in adversam mentem rapiant. Avgustinus itaqe *contemptus* indicium facit, qia *canis nomen in contemptus* significatu solet adhiberi. Matth. c.15. v.26. & Reg. l.1. c. 24. v. 15. ita contemptibiles Deum & ignobiles eligere, qorum ministerio opera magnifica edat, in majorem sui gloriam. Cor. Ep. 1. c.1. v.26. Theodoretus *in Judic. qæst. 16. ignavia & socordia* asscribit. Græca, qô emaculem, exhibebo. Τῶν πλειόνων εἰς γόνυ κλιθέντων καὶ πεπωκότων (leg. πεπωκότων) συνήμμενοι τῶν δὲ τριακοσίων ἔτο μὲν ἐν ὄντων ἐν πεπωκό-

A των, τῇ δὲ χειρὶ τὸ ἄμα (leg. τὸ νᾶμα) προσενεγκόντων τῷ στόματι, τούτους μόνους ἐκλέξασθαι εἰς ἀργοὺς καὶ νωθεῖς κατὰ τῶν ἀντιπάλων ὁρμῆσαι· ἵνα γένηται δήλη πᾶσιν ἡ θεία ῥοπή. *Cum plures essent qi in genua demittendo se biberent; trecenti tantùm superessent, qi per ignaviam id non facerent, sed manu latticem ori admoverent; hos solos tanqam ignavos & socordes in aciem adversus hostes procedere jussit: qò momenti divini vis magis patesceret.* Eôdem ferè concedunt, qi Procopio lavdante, factum hoc aqam lambentium temereqe havrientium de eorum *imbecillitate* interpretantur, qasi *segnes* B Deus *laborúmqe impatientes* delegerit; utpote *qui genua inflectere, ac brevem siti finem imponere piguerit, qiqe timidè ac tumultuariè qasi rapuerint.* qo videlicet totum opus divinæ gratiæ esse videretur.

Hos ergò si legisset Lavrentius Ramirez, non aliter longè historiam factumqe hoc accipere ac interpretari profiteretur, in *Pentecontarcho c. 33.* qàm explicatum invenisset. *Volebat*, inqit, *seclusis fortissimis, periculosum & maximum bellum, non exercitatis militibus, conficere. qum igitur Madianita ab orâ fluminis considerent, qi cum Gedeone* C *cis flumen erant, sitibundi, ad flumen accurrerunt: ex qibus, qi ex hoste proximo timorem conceperant, partim incurvi & penè stantes manu aqam in os ingerebant; cæteri verò nihil hostem proximum timentes, genibus in ripâ flexis, ipso ore aqam havriebant. Canum avtem similitudinem timidis militibus mirificè qadrare. canes enim è fluvio bibituros, si in fluvio consertim esse animalia, à qibus timere possint, raptim & currentes lambitare consvevisse, ne deprehendantur. unde natum proverbium, Tanqam canis in Nilo.* Ælianus *Var. Hist. l. 1. c.* D *4.* Καὶ ἐκεῖνο δὲ κυνὸς Αἰγυπτίου τὸ σοφόν. οὐκ ἀθρόως, οὐδὲ ἀνέδην, οὐδὲ ἐλευθέρως ἐκ τοῦ ποταμοῦ πίνουσιν, ἐπικύπτοντες ἅμα, καὶ ὅσον διψῶσι λάπτοντες. ὑφορῶνται γὰρ τὰ ἐν αὐτῷ θηρία. περιθέουσι δὲ τὴν ὄχθην, καὶ παραφυλάττοντες πίνουσιν, ὅσον ἐπιέναι, καὶ πάλιν, εἶτα οὕτως ἐκ διαλειμμάτων ἐκπλήσαντες, τὸ μὲν ἀπώλοντο, καὶ νῦν δὲ ἰσχύοντο τὸ δίψος. *Et illud canis Ægyptii sapientiam refert; qòd non consertim, non affatim, non liberè bibunt; prouis simul incumbentes, & qantum sitiunt havrientes: metuunt enim* (ὑφορῶσι, malè Pradensis, *vident*) *qa in fluvio sunt bestias.* (*feras* enim hic nullus dixerim) *prætercurrunt itaqe ripam & furtim raptimqe per inter-* E *valla bibunt. ita per interstitia satiati, nec pereunt, & sitim nihilominùs restingvunt.* Plinius *l.8. c.40. Certum est juxta Nilum currentes lambere, ne crocodilorum aviditati occasionem præbeant.* Qibus adjici poterit illud ex Macrobii *Saturnal. l.2. c.2. Post Mutinensem fugam qærentibus qid ageret Antonius, respondisse familiarem ejus qendam, Qod canis in Ægypto; bibit & fugit.* Josephum demum advocat, à qo istud havsit, *Antiq. l.5. c.8.* cujus hæc sunt verba. Ἵνα μάθωσι βοηθείας τῆς αὐτοῦ τὸ ἔργον, συμβουλεύει περὶ μεσοῦσαν τὴν ἡμέραν, ἐν ἀκμῇ τοῦ καύματος ὄντος, ἄγειν τὴν στρατιὰν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ τοὺς μὲν κατακλιθέντας καὶ οὕτως πίνοντας, εὐψύχους ὑπολαμβάνειν· ὅσοι δ' ἂν ἐπειγόμενοι, καὶ μετὰ θορύβου πίνοντες τύχωσι, τούτους νομίζειν ὑπὸ δειλίας τοῦτο ποιεῖν καὶ καταπεπληγότας τοὺς πολεμίους. *Qò opus divina rem esse addiscerent; Gedeonem jussit Deus die medio, cum æstus vigeret maximè, ad fluvium exercitum adducere; eósqe qi procumbentes biberent, pro viris strenuis habere; qi verò festinè ac tumultuariè potum sumerent, eos existimare per ignaviam metu hostium hoc facere.* Subdit deniqe Gedeonem experimento hoc ex Dei mandato facto, trecentos deprehen- G disse, τοὺς χερσὶ μετὰ φόβου προσενηνεγμένους τὸ ὕδωρ τεταραγμένους. *qi aqam præ metu manibus suis tumultuariè sibi admoverent.* Hæc Josephus: qæ, si ea demas qæ de *æstu diei, militum siti, hostium metu, indicio strenuitatis vel ignaviæ divinitus date*, historiæ sacræ de suo solens infersit, eadem sunt planè cum eis qæ tum Theodoretus, tum Græci illi qos lavdat Procopius) de his gestibus statuerunt. eodem avtem cum illis loco habendum, qod de *hostium vicinitate* Pradensis *ex adversâ fluminis orâ castra metantium*. cum inter Israelitarum & Madianitarum castra fluvium intercessisse, fiat minùs probabile, à Gedeonis ad castrorum hostilium extremitatem descensione factâ. vers. 11. Sed nec verisimile est, non summo potius mane, qàm ipso meridie, ad aqas, periculum facturum, suos eduxisse Gedeonem,

cum

cum tot millium lustratio horarum non pavcarum negotium necessariò extiterit.

Verùm si sententias has, qæ adversâ fronte arietant, de *strenuitatis* & *ignavia* indiciis, committere & secum invicem componere voluerimus, favebit posteriori, qòd Deo hoc medio uti placuerit, qò populi sui arrogantiam solennem compesceret, ne sibi tribuendo, operi divino derogaret. פן־יתפאר עלי inqt. Græcè *μή ποτε καυχήσηται ἐπ' ἐμέ*. elegantius poterat dixisse, *μή ποτε καταφρυάξηταί μοι.* qo verbo usus legitur Epicurus apud Marcum Imperatorem *commentar. l. 9. §. 39.* meliúsqe vetus interpres, *ne glorietur contra me*; qàm Junius, *ne gloriam aßumat super me*: & meliùs forsan adhuc posset, *ne adversus me sese efferat*. qod Jairus ex Gallicâ lingvâ Daunter, nos diceremus, Daunt themselbes ober me, 02 agatust me.

Meam interim si qis de his tam variis conjectamentis sententiam exqirat; Jairi & Camii illa de ritibus idololatricis commentum putidissimum existimo; reliqa omnia arguta & curiosa nimis. Dei consilium simpliciter fuit, qàm pavcissimis avxiliis, atqe adminiculis humanis negotium illud tam grande, tam gloriosum conficere; ut ad sese honorem solidum rei gestæ traheret. ejusmodi itaqe examen instituendum mandavit, ex qo adhibito portio præ reliqis minuta admodùm ad opus hoc exeqendum deligeretur.

CAPUT XIX.

Hymn 60. & 108. commatii 10. membra duo discussa & explicata. De Moabitis prius. סיר רחצי olla lotionis mea; *non*, mea. my washing-pot; *non*, washpot. ᾽λπίδ@. *Græci, qâ ratione. Chaldæus qid voluerit, incertum. Ad paludes Moabiticas allusum qibusdam videri. De terrâ sanguine tingendâ, interpretati nonnulli. de abstergendo, olla instar, alii; de servili ad pedes lavandos ministerio, alii. Vasa potiùs qàm servitia spectari. In vilitatis & contemptus notione* matula, pelluvium, *πλυνός. inde πλύνειν*, conviciis incessere; *&, πλυνὸν ποιεῖν*, pro pelluvio habere. exitium *unà cum* servitio *designari, minùs placet: qâ tamen ratione admitti id possit. Sensus simplicissimus qis. Numinis cujuspiam simulacrum ex pelluvio sordibus excipiendis priùs adhibito, Amasidi, commento ficto confectum. Simulacrorum sorores, germanaqe materia, vascula qalibet. Minucium ex conjecturâ restitutus. Materia ea è simulacris & statuis, in vascula ejusmodi nonnunqam redire denuò. & Lyrodo imagine illâ huc forsan allusum.* ex eisdem, matulam calicémqe conficri, poculum pelluviúmqe constare: *Græcis diverbia. Ad alterum de Edomais membrum transitur.* Super Idumæam calceum projicere; *subjectionem, sive possessionem designare qidam volunt.* possessionis *ratio Juristis nonnullis data, inepta. Tractationem ignominiosam plerisqe videri. corporis, cervicis maximè conculcationem, nonnulli. à qâ diversum videri*, holtium cervices dare, *Hymn.18.40. Pontificum Romanorum hac in parte excessus, Caligula fastu fastuosior.* Epigri, *&* epiuri, *qi, & unde. ἐπίουροι, & ἐπίουροι*, clavi, compages. *Seneca & Avgustinus pariter emendati.* Calceum in os projicere; calceo cædere; soleâ objurgare, sandalio commitigare, *contemptus, ludibrii, contumelia res. σανδαλίζειν, eâ notione, unde.* Sculponeæ, *qa, & unde dicta. Fulgentii error ridiculus. Ea Græcis κρουπέζια. Charila facinus. ad* calceum ori impactum, *à Psalte allusum qi sentiant. ad locum obscurum sordidúmqe alii, in qem calcei luto conspurcati conjiciantur. alii ad ministeria* soleis induendis, demendis, deferendis, gestandis *assignata. qibus insuper* detergendis *adjici poterit; qod est illis vilius etiam ministerium. Ita Moabitis pro pelluvio, Idumais pro peniculo, eis saltem qi à peniculo, abusivus significetur. Petri Ciatonii lapsum in Flaminii nomine; Festi & Isidori in* cernui *significatu.* cernuus *qid velit. ποδόψηστρα qanam. id vocabuli ex Æschylo, ejusdémqe scholiasto Lexicis Glossariisqe donandum.*

A Hymno 60. vers.10. qod & Hymn.108. v.10. Moab סיר רחצי *pelvis mea*, sive *pelluvium meum*. Aqila, *λέβης τοῦ λουτροῦ μου*. Syrus apud Theodoretum, *κάδος τοῦ πλύσεώς μου*. apud Scholiasten, *λουτήρ*. Hieronymus loco altero, *lebes pelvis mea*; altero, *olla lavacri mei*. ad verbum.est, *olla lotionis mea*. ita malim; qàm cum Junio, Piscatore, aliisqe *mea*. Sic Hymn.15. v. 1. *in monte sanctitatis.* i.e. *sancto*; *meo*, non, *mea*. & Hymn. 59. v. 10,17. *Deus benignitatis.* i.e. benignus; *meus*, non, *mea*. Mitto Symmachum, qi longiùs pavlò abscedens, reddi- B dit, *λέβης ἀμεριμνησίας μου*, *lebes*, sive *olla*, *securitatis mea*. Sed & LXX. qos nuncupant, & hos secutum Vulgatum interpretem, qi vertunt, *λέβης ἐλπίδος μου*, *olla spei mea*. qasi מבטחי legerint, inqit Brentius, qod significat *spem meam*. Sed potius, qod Schindlerus opinatur, qasi esset à Chaldaico רחץ *speravit*. Chaldæus; *Ex consilio Moabitarum tingentur pedes mei in Edom fortes ipsorum erunt instar olla lotionis mihi.* Et in altero loco, *Conculcavi Moabitas tanqam ollas lotionum.* Ut qid voluerit, havd ita liqidò pateat. Hinc tamen traxisse videntur, qod de C copiosa sangvinis effusione designatâ intelligunt Genebrardus & Lorinus. ut sit geminum illi Hymn. 68. v. 24. *ut immergas pedes tuos in cæsorum sangvine.* Et Hymn. 58. v. 11. *pedes suos lavabit in sangvine improbi.* Abraham Esdræ; *Abluam terram illorum, tanqam ollam.* Cui convenit, qod urbi Hierosolymitanæ comminatur Dominus, Annal. l. 2. c.21. v.13. *Abstersurus sum Hierosolyma, in modum lancem abstergentis, qi ubi absterserit, in os subvertit eam.*

At pleriqe aliò eunt. Brentius; *Utar ipsis ad servilissima opera; qale est lavare pedes è pelvi.* Mollerus itidem: *Ad* D *vilissima qaqe officia abutar horum operâ. lotiones enim pedum in usu communi erant orientalibus: & ad hanc rem utebantur operâ ministrorum & servulorum.* Hinc Abigail, Davidi Regi in uxorem poscenti, Reg. l.1. c.25. v. 41. *Ecce ancilla tua in famulam, ad lavandum pedes servorum Domini mei.* Et Christo Domino, Petrus, Joan. c. 13. v. 6. *Domine, tu mihi pedes lavas?* te tam vili & abjecto adversus me fungi ministerio? Nec abscedit longè, qod nostri vertunt; slobat is my wash-pot. qod nos vocabulum de servis mediastinis usurpamus; qorum ad ollas & paropsi- E des in culinâ proluendas & abstergendas operâ abuti consvevimus. Plavtus *Curcul. act.4. sc. 4.*

> *Non pluris facio qàm ancillam meam, qa latrinam lavat.*

vel etiam, *qa in latrinâ lavat.*

Verùm vasa potiùs qàm servitia Vates videtur allusisse. Melius itaqe Ainsvorthus noster reddidit. my washing-pot. olla in qâ loturus sum. Nec desunt, qi ad paludes Moabiticas, qæ in eâ regione freqentes, respectum habitum existiment. qod & Mollerus avtumat. Nec aliter Stri- F gelius; *Vocat ollam lavacri, propter loca irrigua.* Salomon Jairus, *Abutar eorum ministerio, tanqam vase aheneo, qod lotioni destinatur. Nec dicit*, inqit David Camius, *ollam in qâ coqunt & alimenta parant; sed ollam in qam aqam mittunt, qâ vasa proluant, qámqe ad corporis sui usum adhibeant.* Rectéqe observat Drusius *proverb. class. 2. lib. 3. Adag. 65. ollam lotionis. h.e. pelluvium, labrum, eluacrum, vas in qo sordes eluuntur & deponuntur, pro re vili & abjectâ usurpari.* qo modo *matula* est Plavto usurpata, *Pers. act. 4. sc. 3.*

> G — *nunqam ego te tam esse matulam credidi.*

pro homine contemptissimo, dignóqe qi pro matulâ habeatur. qod idem & Græcis *ποδονιπτῆρος* in eandem mentem usurpatum, argumento est Luciani illud, in *lib. de mercede conductis studiosis*; Οὐδὲν οὖν οὔτ' αὐτοὶ δεινὸν πεπόνθασιν, οὔτ' ἐκεῖνοι ὑβριστικὸν δεδράκασιν, ἐς τὴν ἀμίδα, φασίν, ἐνουροῦντες. *Nihil ergò aut ipsi grave perpessi sunt, aut isti contumeliosum perpetrarunt, in matulam, qod dici solet, immejentes.* Certè, qod ad Vatis sacri vocabulum accedit propiùs, h.e. *πλυνὸν solium*, sive *eluacrum*, in opprobrii ac contumeliæ significatu usurpant Græci. Pollux *l.7. c.11.* Ἀπὸ τοῦ πλυνοῦ καὶ τὸ λοιδορεῖν πλύνειν. καὶ πλυνόν με ποιεῖ, ἡ κωμῳδία φησίν, ἤγουν ἐξυβρίζει, ἢ αἰσχύνει. *Ἀπὸ τοῦ πλυνοῦ convitiari, lavare. Et lotum me reddis comici dicunt pro calumniatis,*

mniaris, avt dehonestas. Πλυνὸν ποιεῖν (nam diversum qiddam est τὸ πλυνὸν) idem prorsus sonat, qod Lyrodo nostro, *pellavium facere.* Comici locus, qem Grammaticus, puto, in mente habuit, est Aristophanis *Pluto* 4. 5. ubi Anus ab adolescente contumeliose habita,

> *Ταλάντατ' ἀνδρῶν, ἐχ ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς,*
> *Πλυνόν με ποιεῖς ἐν τοσούτοις ἀνδράσιν.*

h.e. vertente havd incommodè Frischlino;

> *Satin' sanus es, homo infortunatissime,*
> *Qi præsentibus adeo multis ex me labrum*
> *Facis, in qo sordes & maledicta tua eluas.*

Junio, & *exitium*, & *servitium* etiam *sordidissimum*, simul designari, placet. *Adeò*, inqit, *despectus & abjectus est mihi, ut eum liberè defringam, qasi testam; & si qos voluero servare, ad sordidissima ministeria cogam.* digitúmqe intendit ad historiam, qæ habetur Regum l.2. c.8. v.2. qo loco David Moabitas legitur, qosdam neci destinasse, reliqos superstites dimisisse, qi servi illi facti sint, & munera eidem adduxerint. Favere possit videri, qod Hymn. 2. v.10. dicitur, *Sceptro ferreo confringes eos, & sicut vas testaceum dissipabis.* Sed coactior est pavlò hæc interpretatio, cum olla testacea, ubi confracta fuerit, nulli amplius sit usui. Esajæ c.30. v.14. *Franget eam, prout frangitur lagena testacea, ex qâ contusâ non habetur testa, qâ ignis è foco sumatur, avt aqa è lacunâ havriatur.* & multo minùs olla testacea in particulas comminuta, pedum lotioni inservire poterit. festive Dunelmensis noster: (metro, spero, venia dabitur)

> *Lapsa fenestra luit. Scyphus, urna luunt: nihil illa,*
> *Qo teneat; nihil hic, qo teneatur, habet.*

Sed nec admittere videtur formula ipsa de Moabo indefinitè usurpata, ut hac ratione de Moabitarum aliis, illâ de aliis accipiatur. Qanqam nec abnuerim, tam distringendi, qàm & diffingendi mentem aliqam subesse posse: verùm ut diffingi idem illud innuatur, qod eo fine utiqe qo diffingeretur, distringi insinuatum sit; eo, qem mox indicabimus, modo. Sensus simplicissimus, &, ut mihi videtur, genuinus planè, est iste; Moab mihi, non χερνίπτρου, sive *malluvii*, in qo manus lavantur; qod honestius est pavlò; sed ποδονιπτῆρος, sive *pelluvii* instar, futura est, in qo pedum sordes eluuntur. h.e. Moabitis ad vilissima & sordidissima qæqe ministeria abutar; pro mancipiis abjectissimis habebo illos. ecqid est enim eluacro illo vilius avt abjectius, in qo pedum ipsorum sordes deponuntur?

Illustrando loco huic facit, qod de Amaside Ægyptiorum Rege narrat Herodotus lib. 2. Is ad fastigium regium evectus, cum minùs honorificè à suis haberetur, qòd plebejus pavlo antè, stirpéqe obscurâ & ignobili oriundus esset; techinam istam, qâ erroris suos admoneret, commentus est. pelvim avream, in qâ cum ipse, tum & convivæ ipsius qiqe pedes abluere soliti fuerant, in frusta concidit, atqe ex fusis eisdem confectum genii alicujus simulacrum, in loco publico collocavit. hoc cum religione non exiguâ jam colerent Ægyptii, convocatos monuit, simulacrum illud, è pelvi illâ factum, in qam priùs vesiculam, & ventriculum etiam, interdum deonerare consveverant. idem avtem sibimet ipsi, qod pelvi illi, contigisse. itaqe qamvis plebejus & ignobilis ante fuisset, Regi tamen jam designato cultum regium deferendum. Allusit eò Minucius in *Octavio*. *Deus*, inqit, *æreus vel argenteus de immundo vasculo, ut sæpius factum Ægyptio Regi, conflatur.* At *avreum* Herodotus, & *avreus* forsan Minucius scripserat. Sed & pro eo qod *sæpius* exhibetur, fortean *legimus*, vel *scimus*, fuerat. etenim semel id duntaxat Amasidi factum memorant historici. licet aliàs idem non rarò usu venire potuerit, ut ex supellectile sive familiæ instructurâ istiusmodi numinum simulacra conficerentur. Prudentius de *coron. Hymn.* 10. sub Romani personâ deridens Ethnicorum Deos conflatiles:

> *Qos trulla, pelvis, cantharus, sartagines,*
> *Fracta & liqata contulerunt vascula.*

Proinde nec inscite Septimius; *Apologet. c.* 12. *Deorum simulacra* nihil esse aliud, qàm *materias sorores vasculorum instrumentorúmqe, qasi fatum consecratione mutantes, licentiâ artis transfigurante.* Et Septimio prior Philo *de vit. contemplat.* pag. 890. D. Τῶν ξοάνων καὶ ἀγαλμάτων αἱ οὐσίαι, λίθοι καὶ ξύλα, τὰ μέχρι πρὸ μικροῦ τελείως ἄμορφα, λιθοτόμων καὶ δρυοτόμων τὴν συμφυΐαν αὐτῶν διακοψάντων, ὧν τὰ ἀδελφὰ μέρη καὶ συγγενῆ λουτροφόροι γεγόνασι καὶ ποδονιπτῆρες, καὶ ἄλλα ἄττα τῶν ἀτιμοτέρων, ἃ πρὸς τὰς ἐν σκότῳ χρείας ὑπηρετεῖ μᾶλλον, ἢ τὰς ἐν φωτί. *Sculptilium ac simulacrorum substantia sunt lapides & ligna, donec à congenitâ materiâ cæsorum sculptorúmqe operâ recisa fuerint, informia prorsùs, qorum germanæ cognatæqe partes in labra, pelluvia, aliáqe notæ ignobilioris concedunt, qæ tenebrarum potiùs qàm lucis usibus inserviant.* Et vice versâ de Sejani statuis Aqinas *sat.* 1.

> *— descendunt statua, restímqe seqvuntur.*
> *Jam strident ignes, jam follibus atqe caminis*
> *Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens*
> *Sejanus: deinde ex facie toto orbe secundâ*
> *Fiunt urceoli, pelves, sartago, patellæ.*

h.e. vasa vilissimo ac sordidissimo usui cuivis deputata. Nec abscedit longè Græcorum recentiorum diverbium illud, qod reperitur apud Theodorum Metochit. *Hist. l.* 2. & apud Constantinum Manassem *in Synopsi Historicâ*;

> Ἀμὶς καὶ ποτήριον ἐκ τῆς αὐτῆς ὑέλου.
> *Matulaqe calicésqe eodem conflant vitro.*

Cui & istud attexit Manasses ille;

> Ποδονιπτὴρ καὶ κύπελλον ἐκ τῶν αὐτῶν χρημάτων.
> *Pelluviúmqe poculúmqe eisdem constant utraqe.*

Ista ergò planè Regis Lyrodi mens fuerit, se regnum Moabiticum, qod statuæ magnificentissimæ, ex avro ærevo Corinthiaco confectæ, avt vasis pretiosissimi atqe honoratissimi, instar jam habeat, confractum in fornacem missurum, ut in matulam avt pelvim refingat denuò, qæ usibus qam sordidissimis qibusvis adhibeatur.

Seqitur de Edomo על־אדום אשליך נעלי qod Græci LXX. vertere, ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου. Latinus Vetus; *In Idumæam extendam calceamentum meum.* Hieronymus loco altero, *Super Idumæam incedam calceamento meo.* altero, (qod alii pleriqe seqvuntur) Hebraicam originem propiùs: *Super Edom projiciam calceamentum meum*, sive *sandalium meum*, ut Chaldæus loco altero. Hoc avtem ad subjectionem alii, alii & ad contumeliam pariter, prout & de Moabo prius illud, trahunt; sed ratione diversâ. Alii de subjectione tantùm dictum intelligunt. qasi diceretur, *Edomiticam terram subjiciam mihi.* qod & factum legimus Reg. l. 2. c. 8. v. 2. Fr. Vatablus: *calceamentum projicere est pedem immittere. Pedem avtem immittendo possessio acqiritur; saltem tanqam signo tesserâqe usitatâ designatur.* Josuæ c. 1. v. 3. Deus eidem; *Locus omnis qem calcaverit planta pedis vestri, in possessionem vobis cessurus est & Calebo* Moses, ibidem. c. 14. v. 9. *Terra, qam calcarunt pedes tui, in hæreditatem tibi tuísqe concedet.* qasi pedem in eâ ponendo, jam occupasset, dominúsqe ejusdem institutus esset. unde & Juristæ qidam *possessionem*, qasi *pedis positionem* dictam fingunt. qod eruditiores tamen meritò repudiant ac refellunt. Videantur Andreas Alciatus *de 5 pedum præscript. de verb. & rer. signific.* & *dispunct. l.* 1. *c.* 1. Joannes Gœddæus, *de seqestr. possess. & fruct. §.* 23. & Scip. Gentilis, *origin. c.* 50. Favet his qòd Veteres, Græcus & Latinus, *extendam*, non *projiciam*, sed minùs commodè, vertunt. & in eandem mentem Brentius: *Super Edom proferam calceamentum meum, subjectionis*, inqit, *est descriptio: proferre enim calceamentum, est proferre imperium, & subjicere tibi terram, qam pedibus tuis calcaveris.* Alii ulteriùs trahunt, & ad tractationem ignominiosam extendunt. *Subjectionem contumeliosam significat*, inqit Mollerus. Junius itaqe; *avdacter conculcabo.* Chaldæus: *super juncturam cervicis strenuorum ejus calceum meum injiciam.* qemadmodum Regum Canaaniticorum *cervices* Josua suis *conculcandas* dedisse legitur cap. 10. v. 24. qò facit & qod de *hostibus suis conculcandis, luti instar*, habet Rex idem Λυρῳδὸς Hymn. 18. v. 38, 42. qanqam aliud esse potest illud ibid. v. 40. *Cervices hostium meorum tradidisti mihi qò osores meos disperderem.* fugam enim fusorum innuere videtur, in qâ cervix obversa, perseqentibus patet, & ad ictum letalem infligendum objicitur. Camius; & ex R. Mose Esdraides; *Conculcabit eos pes meus: eruntqe instar scabelli pedibus meis.*

meis. Ut conculcationem ejusmodi contumeliosam designet, qà Christi hostes *in scabellum pedibus* ipsius dispositum iri denunciatur. Hymno 110. v. 1. qo modo & Valerianum Imperatorem Romanum Sapores Persa, Romanum Diogenem Belphecus, Bajazethem Tamerlanes Scytha, bello captos, scamni loco adhibuisse, equm inscensuri, perhibentur. Narrant Trebellius in *Valer.* Orosius *Hist. l. 7. c. 22.* Fulgosius *memorab. l. 9. c. 5.* & Egnatius *de Imperat. Rom. l. 2.*

At Mollerus: *Idumæos non subjiciam tantùm, sed etiam cum contumeliâ qadam, ipsorum miserias aliis ostentabo: ut cum qis alicui superbè insultans, calceum inter ferendum in eum projicit; significans se hunc non tantùm contemnere, sed etiam ludibrio habere, atqe aliis ridendum prostituere.* Illiusmodi fuit, qod Alexander 3. Pontifex Romanus Frederici majoris Imperatoris suppliciter inclinantis se cervicem per superbiæ excessum vix eredendum, havd ferendum certè, fastuosissimè calcavit; adjectis simul Hymnodi verbis illis, ex Hymno 91. v. 13. *Super aspidem & basiliscum incedes; leonem ac draconem conculcabis.* Referunt Jacobus Bergom. in *supplement.* Navcler. *gener.* 20. & Papyrius Massonus in *Alex. 3.* Hujus qod Cœlestinus 3. Henrico Imperatori coronam Imperialem, qam capiti illius, non manuum, sed pedum usus operâ imposuerat, pedibus denuò eisdem per ludibrium à vertice deturbavit. Id testantur Ranulphus *Polychron. l. 1. c. 26.* & Rogerius Hovedenus *Annal. part. 2.* in *Richard. 1.* ex qo etiam lavdat probátqe Baronius Cardinalis *Annal. tom. 12. ad Ann. Chr.* 1191. *§.* 10. De pedis socciqe Pontificii osculo, qo nihil familiarius, nihil freqentius, Regibus etiam ac Imperatoribus summis imperato, non admissis tantùm, nihil ipse dico. qo tamen loco habuerit Seneca, qod Cajus Imperator Pompejo Penno pedem osculandum porrexerat, docet ipse *de benefic. l. 2. c. 12.* *Qi excusant,* inqit, *& negant id insolentiæ causâ factum, ajunt socculum avratum, imò avreum, margaritis distinctum, ostendere eum voluisse. ita prorsus: qid hic contumeliosum est, si vir consularis avrum & margaritas, & alioqin nullam partem in corpore ejus electurus, qam purius oscularetur, osculatus est? homo natus in hoc, ut mores liberæ civitatis Persicâ servitute mutaret; parum judicavit, si Senator senex, summis usus honoribus, in conspectu Principum supplex sibi, more victorum hostium jacuisset; invenit aliqid infra genua, qo libertatem detruderet. non hoc est Rempublicam calcare?* Certè si Senatori soccum osculandum præbere Imperatorem, sit Rempublicam calcare, ab Imperatore idem exigere Pontificem, qidni Imperium calcare fuerit? sed pergit avtor noster: *Parum enim fœdè furiosèqe insolens fuerat, qi de capite Consularis viri soccatus avdiebat, nisi in os Senatoris impegisset Imperator pigros suos.* ita vulgati codices. *pedésqe pigros* dictos avtumat Turnebus *Adversar. l. 9. c. 30.* joculari vocabulo, qo desidiam principis segnitiémqe notaret. Verùm Tredigioni nostro *obtusum* hic videtur Turnebi *acumen.* itaqe Pincianum præfert, qi *pictos soccos* legit; sed ut *socculos* malit. Josephus Scaliger *epigros* reposuit. cui calculum dat suum Joannes Mevrsius in *Avctario Philologico, de Gloriâ dissertationi* subjuncto: & *Animadvers. Miscell. l. 4. c. 11.* ex Isidori avtoritate, qi *Origin. l. 19. c. 19.* & in *Glossis*; qæ eadem & Papias habet in *Vocabulario* suo) *Epigri, clavi, qibus lignum ligno adhæret.* eámqe vocem Avgustino inde restituendam statuit, *de Civit. Dei. l. 15. c. 27. & Lignum ligno per subscudines,* (*subscudes,* Lipsius) *epigros* (*epiros,* vulgo. ubi Vives, *vel mendosè legitur, vel qærendum qid sit*) *clavos & gluten bituminis non potest adhærere, ut fabricetur arca?* *Clavos* ergò intelligunt calceis impactos suppactósve; & Caligulæ qidem, aureos. *Epigri* avtem isti unde dicantur, docet Jacobus Mavssacus in *dissertatione criticâ ad Harpocrationem notis* præfixa. à Græcâ utiqe voce ἐπίκουροι, ablatâ diphthongo ἐπίκροι, & verso κ in γ, ἔπιγροι. sic enim Hesychius. Ἐπίκουροι, βοηθοί, σύμμαχοι, ἐπίσκοποι· καὶ ἧλοι ξύλινοι. *Epicuri, auxiliatores, commilitones, exploratores & clavi lignei.* Qin & ἐπίουροι iidem dicti. qod & Daniel Heinsius *Lection. Theoc. c. 11.* monuit. Hesychius, Ἐπίουροι, ἧλοι ξύλινοι. & mox; Ἐπίουρος — ὁ φύλαξ ἀπὸ ξυλίνου ἐπιούρου. In *Glossariis* etiam;

A ἐπίουρος, *compages, sudis.* Et rursus, Γόμφος, ἐπίουρος, *sudis.* Et Palladius *l. 11. c. 8.* *Oleastri epiurum* dixit. Neqe proinde necesse est, ut vel apud Palladium, ex Mevrsii arbitrio; pro *epiurum, epigrum* legamus; cum *epiurus* probæ notæ vox sit; & multò minùs, ut in *Glossariis,* ἔπιγρος, *subscus;* qum & literarum series refragetur, & lectio eadem constanter tot locis reperiatur; vel ut apud Isidorum, ex Mavssaci conjecturâ alterâ, pro *Epigri, Epicuri* sive *epiuri* reponamus. qum & istud apud Papiam pariter legatur, & Avgustini patrocinio se tueri videatur. Hæc B obiter; qia non sunt qibusqe obvia. Cæterùm, ut criticis hisce missis aliorúmqe censuræ permissis, ad superiora revertamur. Perinde habet Seneca, *Soccum osculandum porrigere;* ac si *calceum* ei *cum clavis impactis in os impegisset.* Proinde calceum osculandum alicui præbere, tam præbentis fastum, qàm & ad munus id admissi contemptum insinuat. *Soccum* verò *impingere, soleâve cædere,* non contemptus tantum & ludibrii, sed & contumeliæ res habebatur; nec nisi eis, qos pro abjectissimis haberi mancipiis volebant, adhiberi consveverat. Apud Comicum *Eunu*C*cho, act. 5. sc. 8.* ubi Thaidi se dedere statuerat Thraso, facturum qod jubeat, Herculis exemplo factum iri id prædicans, qi Omphalæ se olim in servitium dederat; subjicit ex ingenio suo Gnatho parasitus, sed voce (ne id miles avdiat) submissa;

Utinam tibi commitigari videam sandalio caput.

sandalium scilicet avt *solea* ad manum præsto semper aderat, qo servulus neqam, ubi minus placuerat, vapularet. Inde Turpilius *Lidiâ*, apud Nonium,

Misero mihi mitigabas sandalio caput.

D Herculem avtem sub Omphales servitio agentem, Lucianus in *de historiâ conscribendâ pag. 609.* ita solitos docet pictores depingere. Ἐν κροκωτῷ τινι πορφυρίδι ἔρια ξαίνοντα, καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης τῷ σανδαλίῳ. *Croceo purpuraqe amictum, lanificio incumbentem, ac sandalio Omphala vapulantem.* idqe Æsculapium inducit idem in disceptatione qadam *Deorum dial. pag. 208.* illi objicientem: Οὔτι ἐδούλευσα, ὥσπερ σύ, οὔτε ἔξαινον ἔρια ἐν Λυδίᾳ, πορφυρίδα ἐνδεδυκώς, καὶ παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ. *Neqe servivi ut tu, neqe purpuratus, & ab Omphale aureo sandalio* E *verberatus lanas in Lydia carpsi.* Persius item *satyr. 5.* amore insano perdito adolescenti,

— soleâ, puer, objurgabere rubrâ.

i. soleâ castigaberis, ut pueri assolent. puerilis enim castigatio ista, *socco cædi.* Apud Lucianum, *Deorum dial. pag. 205.* de Cupidine Lunæ Venus: Ἤδη δὲ καὶ πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα εἰς τὰς πυγὰς τῷ σανδάλῳ. *Jam pridem & plagas ipsi in nates incussi sandalio.* Idémqe in *Philopsevde pag. 345.* Σανδάλῳ γε χρυσῷ ἐς τὰς πυγὰς ὥσπερ τὰ παιδία, παίεσθαι ἄξιοι ἂν εἶεν, οἱ ἀπιστοῦντες. *Digni fuerint, qibus aureo sandalio, puerorum more nates feriantur, si qi ista non credant.* F qod Juvenalis *Sat. 6.* de mulieribus viros ludibrio habentibus, & contumeliose tractantibus;

— Et soleâ pulsare nates.

nam, *solea,* σανδάλιον. Gloss. &, βλαυτῶν, σανδαλίων σαλιάρων. Hesychius. βλαύτη avtem, *crepida, solea;* & βλαυτίον, *crepidula,* sive *sandalium;* qis utebantur, qando ornatiores esse volebant, uti ex Platonis *Symposio* discere est. Qin & apud Plavtum *solea sculponea* opponitur, in *Casinâ,* an *Canisâ, act. 2. sc. 8.* qi locus huc apprime facit. G Ibi seni neqissimo & libidine ex ungviculis ipsis perpruriscenti, cum is coqo ad epulas, qas lavtissimè instructas apparatásqe volebat, *soleas* (pisces nimirum) comparandas, mandaret, astans servulus, & ambiguo ludens,

Qî, qaso, potiùs, inqit, qam sculponeas,
Qibus batuatur tibi os? —

ubi, *sculponeas,* Fulgentius Planciades, *dici volunt,* inqit, *cestus plumbo ligatos.* ineptè prorsus. sunt enim *sculponeæ,* Catoni *de re rustic. c. 59.* memoratæ, qæ Græcis κρουπέζια, (de qibus alibi diximus) *calcei lignei,* cujusmodi in Galliâ tenuioris fortunæ sortisqe vilioris plebs induitur; rusticis vernulisqe familiares. Unde Triptolemus *sculponeatus,* i.e. *sculponeis calceatus,* dum *bigas corvinas seqitur,* à Varrone in *Sexrano* (non *Sesqiulysse,* ut memoriâ lapsus Pareus)

reus) apud Nonium visus fingitur. dictæ ex non à *sculpo* sive *scolpo*, sono fictitio qem edunt, dum per lutum crassiusculum incedunt rustici, ut Turnebus censet, *Adversar. l.6. c.23.* Sed à *sculpendo*, ut rectè Henricus Stephanus; qia è ligno edolabantur. Huic enim potiùs accedo, qàm Francisco Fernandio, qi Robertum Stephanum, & Ambrosium Calepinum, qos tamen cum lectionibus vitiosis transcribit, havd immeritò qidem castigat, in *didascaliâ multiplici* c.28. qia *calceos* esse dicunt *è lanâ confectos*, ipse *ex corio bovino durissimo* vult. qod cum vocabuli notatione minùs convenit. Nec seciùs accipere cogit qicqam, apud Nævium in *Phileimporo*, à Fulgentio lavdatum, verbis illis;

Sculponeis batuenda sunt huic latera probè.

ecqid enim obstat, qo minùs tam latera, qàm & ora, sculponeis, ligneæ cum essent, non absqe molestiâ satis insigni, cæderentur? Vult ergò Chalinus Plavtinus, non soleâ è corio confectâ, ceventi silicernio os obtundi; sed, qò molestiùs ei sit, sculponeis id fieri, qæ & spurcæ ex luto cœnóqe calcato, & præterqam qod ligneæ, clavis plerumqe etiam ferreis confixæ. Sed e tricis hisce criticis, in qas denuò imprudentes delapsi sumus, ut nos extricemus denuò; qàm contumeliosum habebatur, in adultioribus paulò, liberis præsertim, *soleâ sive sandalio castigandi objurgandive* ritus iste, documentum dabit insignissimum, Charilæ puellæ cujusdam pavperculæ facinus. ea à Rege suo, à qo annonam in fame petebat, sic excepta, per contumeliæ illius ferendi impotentiam, suspendio sibi spiritum interclusit. Narrat id his verbis Plutarchus in *Græcis capitibus qæst.* 12. Ἐλθούσης δὲ παιδὸς ἔτι μικρᾶς, ὀρφανῆς γονέων, καὶ προσλιπαρούσης, ἐῤῥάπισεν αὐτὴν ὑποδήματι, καὶ τῷ προσώπῳ τὸ ὑπόδημα προσέῤῥιψεν. ἡ δὲ, [καίπερ forsan] πτωχὴ οὖσα, καὶ ἔρημος, οὐκ ἀγεννὴς τὸ ἦθος, ἐκποδὼν γενομένη, καὶ λύσασα τὴν ζώνην, ἀνήρτησεν ἑαυτήν. *Cum accessisset illum puella qædam parentibus orba, suppléxqe annonam peteret, calceo eam cædebat, calceúmqe ori impegit, sive calceum ei in faciem projiciebat. At illa qanqam pavpercula & orba, ingenio tamen havd degener, è vestigio, ubi abscesserat, zonâ, qam gestabat, exolutâ, se suspendit.* ex qibus patet, qos socco cædebant, eisdem etiam, ubi avt vehementiùs exarserant, avt contumeliosiùs etiam adhuc tractare volebant, in os insuper eundem projicere solitos. Hæc itaqe ex horum sententiâ Hymnodi mens fuerit: Idumæos contumeliose ac probrosè habiturum, qasi *calceum* sive *soccum* eis in os, vel *in caput* etiam *impingendo.*

At Martinus Bucerus, ut ad eundem cum prioribus ritum morémqe pertineat, sic παραφράζει; *Moab subjecta est mihi, ut lebes in qo lavem pedes: Edom erit, ut locus in qem abjiciam calceamentum meum.* atqe inde colligit per *lotionis lebetem pelluvium* designari, qia calceamenti statim meminit. Havd ineptè; meo qidem judicio. Calceos siqidem, vel pulvere conspersos, vel luto contaminatos, & veteres qàm maximè jam attritos & deformatos, in locum sordidissimum qemvis temerè abjicimus. Lucianus *de mercede conductis*: Τὰ καινὰ τῶν ὑποδημάτων ἐν τιμῇ τινι καὶ ἐπιμελείᾳ ἐστίν· ἐπειδὰν δὲ πατουμένῃ παλαιωθῇ, καὶ ὑπὸ τοῦ πηλοῦ ἀναπλησθῇ, ὑπὸ τῇ κλίνῃ ῥίπτεται. *Calcei, etiamsi novi dum sunt, in æstimatione curâqe sint aliqâ; at ubi sæpius calcati lutoqe deformati fuerint, sub lectum alicubi projiciuntur.* Nec aliorsum abit vir eruditissimus Arnoldus Bootius, qi sententiam suam, de hoc loco per epistolam sciscitanti, in hæc verba respondit: *Moabitas cum pelluvio (cujus freqentissimus ac qotidianus in illis regionibus usus, uti ex Scripturâ sacrâ constat) in contemptum à Davide comparati existimo; qasi diceret; Non pluris eos æstimo, nec majoris eos pretii duco, cum reliqis subditis meis, qi Israelitici sangvinis sunt, collatos, qàm in domo opulentâ æstimari solet podonipteron, q[...] & è vili materiâ, atqe vili usui destinatum, unum est ex contemptissimis in totâ supellectile, præsertim respectu avreorum argenteorúmqe atqe aliorum preciosorum vasorum. & qia ped[...] loturi homines, calceos cœno avt pulvere infectos non in medi[o] pavimento destituere, sed in obscuriorem aliqem ac sordidi[...] angulum conjicere solent, ideo proximo loco (cum prior c[...]*

A *paratio hanc alteram videretur trahere, ejúsqe mentionem suggerere) Edomitas itidem sibi spretos, cum loco ejusmodi vili comparavit*; *sicuti contra* Esaj. c.22. v.23. *Vir honoratus atqe amplæ dignitatis, paxillo fixo in loco selectiore, atqe è qo preciosa qæqe suspenduntur confertur.* Hæc ille; qæ cum hemistichio priore aptissimè conveniunt.

Subjiciam tamen & Viri Cl. D. Hugonis Grotii sententiam. Is in *Annotationibus suis in libros Evangelii* eruditione genus omne refertissimis, *ad Matth. c.3. v.11. David*, inqit, *Idumæo ait se objecturum soleas, nimirum ut exutas av-*
B *ferat. hoc est enim qod* βαστάσαι τὸ ὑπόδημα, *Matthæus dixit. qod idem ministerium denotat* τὸ λῦσαι τὸ ὑπόδημα, Act. c. 13. v. 25. *sive* τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων. Marc. c.1. v.7. Luc. c.3 v.16. *&* Joan. c.1. v.27. *ministerium scilicet servis vilissimis mandari solitum. qo spectant illa in* Comœdiis, *Date jam soleas. & apud Æschylum Agamemnone;*

—— ὑπαί τις ἀρβύλας
Λύοι τάχος, πρόδουλον ἔμβασιν ποδός.
Soleas age, aliqis ocyùs has solvat mihi,
Qeis itinerantis induebantur pedes.

C Accubituri utiqe soleas ponebant: ne strata eis, pulverulentæ avt lutulentæ cum forent, inqinarentur, Plato in *Sympos.* Ὑπολύετε, παῖδες, Ἀλκιβιάδην, ἵνα κατακέηται. *Calceos, pueri, Alcibiadæ solvite, ut accumbat.* Plavtus *Truculent.* 2. 4.

Jam redit animus: deme soleas. cedo bibam.

Et *sc.*5.

Faccat accumbam. accede. ——
Soleas mihi duce. —— aliì, *demo.*

Martial. *l.* 3. *epigr.* 50.

D *Deposui soleas.* ——

cœnaturus scilicet. Rursus, surgere volentes poscebant. In Aristophanis *Vespis*, ad forum à cœnâ properans senex,

Εὐθὺς δ' ἀπὸ δορπηστοῦ, κέκραγεν ἐμβάδας.
Cœnatus altâ voce poscit baxeas.

In Plavti *Mostell.*2.1. adolescens inter potandum, nunciato pro foribus adesse sodalis sui patrem,

Cedò soleas mihi, ut arma capiam. ——

Apud eundem *Truculent.*2.4. Dinarchus;

E —— *cedo soleas mihi:*
Properate; avferte mensam.

Flaccus *serm. l.* 2. *sat.*8.

Et soleas poscit. ——

De Manlio Prætore, (inqit Petrus Ciaconius *libello de Triclinio*) *Seneca controv.* 25. *Prætor ad occidendum hominem soleas poposcit* — Atqui *Flaminius*, an *Flamininus*, is de qo ibi agitur, non *Manlius*, fuit. Videantur Livius *l.*39. Cicer. *de senect.* Valerius Maximus *l.* 2. *c.* 9. Plutarchus *in Caton.* & *in Qinctio.* Plinius *l.*9. *epist.* 17. *Qam multi, quum*
F *lector, avt lyristes; avt comœdus inductus est, calceos poscunt? calceos*, dixit, qod *soleas* illi. Ad hoc igitur ministerium *soleas*, sive *calceos*, conqirendi, sistendi, induendi, exuendi, portandi, asservandi servorum famulorúmqe operâ abutebantur. unde & *Pueri sandaligeruli*, (ut Dovza legi postulat:) Plavto *Aulul.* 3. 5. & *Ancillæ sandaligerulæ*, eidem *Trinum.* 2. 1. qi & qæ in munere illo apud heros heráſqe defungebantur. Commodúmqe observat Vir Cl. ad Marci c.1. v. 7. verbis illis, κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων, *qi incurvatus solvam corrigiam so-*
G *learum*, describi gestum famuli calceum domino exuentis. κύψας, *cernuus.* Lucilius *sat. l.* 3.

Cernuus extemplò plantas convestit honestas;
Et pedibus lævâ Sycionia demit honesta.

Cernuus pro inclinato. Nonius. h.e. ἀντὶ τοῦ κύψας. rectè. frustra sunt enim Festus, qi *Cernuum, calceamenti genus*; & Isidorus, qi *Orig. l.*19. *c.*34. *soccum sine solo*; esse hinc avtumarunt. Tibull. *l.*1. *eleg.* 6.

Pavper erit præstò tibi semper, pavper adibit
Primus, & in tenero fixus erit latere.
Pavper in angusto fidus comes agmine turbæ,
Subjiciétqe manus, efficiétqe viam.
Pavper ad occultos furtim deducet amicos;
Vincláqe de niveo detrahet ipse pede.

h. e.

h. e. omni ratione, ad infima usqe qævis obseqia se demittens, non expectatâ famulorum servulorúmqe, qi hæc exeqi solebant, ope operâve, ipse tibi famulari non dedignabitur. Terentius *se ponente*, 1. 1.

Adcurrunt servi; soccos detrahunt.

Martialis *l.* 14. *Ep.* 65.

Defuerit si fortè puer, soleásqe libebit
Sumere, pro puero pes erit ipse tibi.

Idem *in Luscum furem* ludens, *l.* 8. *Ep.* 59.

Si nihil invasit, puerum tunc arte dolosâ
Circuit, & soleas surripit ipse suas.

Nec *in Cottam* festivè minus, *l.* 12. *Ep.* 89.

Bis Cotta soleas perdidisse se qestus,
Dum negligentem ducit ad pedes vernam;
Ne facere posset tale sæpius damnum,
Excalceatus ire cepit ad cœnam.

Ita servulos jugiter præstò habebant, qi convivium inituris soleas demerent, accumbentibus custodirent, desurgentibus rursus exhiberent induerént qe, taliúmqe operâ qotidianâ utebantur ditiores & delicatiores qiqe, qoties calceos avt indui avt exui oportebat. Inde Gorgus Cleomenis filiæ, simplicitatem tam patriam, qam puellarem redolens, de hospite peregrino dictum, qem à famulo calceari conspicabatur, Πάππα, ὁ ξεῖνος χεῖρας οὐκ ἔχει. *Pater, hospes noster manibus destituitur.* nam venustatem dicti corrumpunt, minuunt saltem, qi qærendo enunciatum volunt. Inde & Diogenis scomma; satis aculeatum, in adolescentem, apud qem servulus idem ministerium obibat, οὔπω μακάριος εἶ, ἂν μή σε καὶ ἀπομύξῃ, ἔσται δ' ἴσως πηρωθέντι σοι τὰς χεῖρας. *Nondum sat beatus es, nisi & abstergat iste, vel emungat te: qod futurum est, ubi mancus factus fueris.* Ad hujusmodi ergò operas, prout Joannes Baptista Christo Domino exhibendas havd satis dignum se censebat, cum tamen obseqii infimi esse videretur, eousqe se demittere; ita ad easdem usui sibi futuros, ubi sub jugum miserit, Idumæos, interminari verbis illis Regem Lyrodnm, Vir doctissimus opinatur. Nec abscedit Jairus, qi in Hymn. 108. *Ministerium*, inqit, *servile designat, qo Reges Idumæos defungi apud se velit, ut calcei sui corrigiam solvant calceósqe sibi detrahant.* Hoc avtem inter servilia viliaqe ministeria, qibus ingenuos admoveri nefas ducebant, apud gentem Judæam habitum, patet ex *Explicatione Præcepti negantis* 176.

Mihi verò etiam ulterius abjectiúsqe qiddam eâ formulâ insinuatum videtur. *In magnâ familiâ*, inqit Cicero *Paradoxo* 5. *sunt servi alii lautiores, sed tamen servi, ut atrienses. sunt inferiore loco, ut mediastini.* Et mox; *In familiâ, qi tractant ista,* (supellectilem utiqe familiarem) *qi tergunt, qi ungunt, qi verrunt, qi spargunt, non honestissimum locum servitutis tenent.* Calceos certè, inqam ego, qi tractant tergéntqe, etiam illiberalissimum. Siqidem in nobilium atqe honoratiorum pavlò familiis, honestiore loco habentur, qibus dominorum calceandi excalceandíqe officium demandatur; utpote qeis dominos tam prope adeundi copia sit assiduis concessa. qin & L. Vitellium refert Svetonius in *Vitell. c.* 2. *pro maximo honore* à Clavdii Messalina *petisse, ut pedes sibi excalceandos præberet.* Verùm infimæ prorsus sortis erant, qi ab illis acceptos sive pulvere conspersos, sive luto conspurcatos, emundabant, atqe extergebant. Itaqe senex φιληλιαστής, *contentiosus*, apud Aristophanem Vespis, ex judiciis habitis qantum boni sibi obveniat recensendo, inter reliqa denarrat, Theorum existimationis havd exiguæ hominem, qò gratiam ipsius demereatur, promptum esse, τὸν σπόγγον ἔχοντα ἐκ τῆς λεκάνης τὰς ἐμβάδας περικωνεῖν, hoc est, ut Scholia ἀποψᾶν καὶ ἀλείφειν, *baxeas* sive *calceos sibi spongiâ sumptâ*, qà id fieri solitum, *detergere, atqe è pelvi inungere.* illud vult, ad sordidissima qæqe obeunda paratum se demittere. Ad hoc igitur cæterorum omnium vilissimum plane abjectissimúmqe ministerium Idumæorum operâ ait abusurum se; ut eis qasi pro *peniculo* habeat, *qo calces sui extergeantur*, pro eis saltem, ad qos in familiâ operis id, cum honestior pavlò qisqe refugiat, ex usu communi rejici solens siet. Ita scitè admodum cum antegressis cohærent ista: Moabum utiqe pro

A pollubro pelluvióve habitum iri, in qo pedes suos proluat; Edomum verò à peniculo futurum sibi; utpote cui calceos extergendos, sit projecturus; ut pedum ille, calceorum iste sordes excepturus sit. qod abjectius est multo, qàm si illum ποδονιπτῆρα, in qod pedes intingeret, hunc ποδόψηστρον, qo ablutos eosdem abstergeret & exiccaret, loco habiturum se dixisset. Ποδόψηστρα κυρίως, τὰ πάνια δι' ὧν τοὺς πόδας ἐκμάσσονται, οἱ τούτους ἐκπλύνοντες συνεχῶς. *Podópsêstra propriè, peniculi qibus pedes tergent, qi illos sæpius eluunt.* Scholiastes *ad Æschyl. Agamemn.* qod eò magis
B obiter moneo; qia vocabulum id cum Polluci ipsi, tum & Lexicographis Glossarúmqe compilatoribus havd animadversum. cum apud Tragicum tamen illum reperiatur, sed alio sensu usurpatum. Vilioris avtem est ministerii calceis solesqe, qibus pulvis cœnúmqe à pedibus arceretur, qàm pedibus ipsis, qibus inserviunt illa, emundandis admoveri.

CAPUT XX.

C *Verba Pauli ad Timoth. Ep.* 1. *c.* 3. *v.* 15. *discussa. Rhemenses eis qàm insigniter abutantur.* Ecclesiæ credendum, *non in Ecclesiam*, *Avgustinus.* Symbolum Constantinopolitanum *sub Niceni nomine in ritualibus editum.* Πιστεύω τι, *&* εἴς τι, *qandoqe pro eodem usurpata. distingvi tamen strictiùs & accuratiùs loqentibus.* περί τινος, καὶ εἴς τινα πιστεύειν, *qi distent.* πιστεύειν εἰς, *Deo soli attributum.* Credere in Deum, *plus qàm* Deo credere, *Avgustino & aliis.* Credere in matrem Christi, *à Pontificiis etiam absurdum*
D *existimatum. In Symbolo recitando, ubi ad Ecclesiam ventum, in particulam omissam, ab antiqis, à Patribus Tridentinis, in Catechismo,* Sanctam, *non in* Sanctam Ecclesiam Catholicam credendum. Ephesinam, *non* Romanam ecclesiam *fuisse, de qà Paulus ad Timotheum.* Ἑδραίωμα καὶ στῦλος τῆς ἀληθείας *de qonam enuncientur. Qi de Christo sumpserint rejecti. De Timotheo dictum, qi censuerint. Ecclesia domicilium. in eâ* στῦλοι *Apostoli, fideles qiqe.* Senatûs columen. *Ellipsis notæ similitudinis;* participii *itidem* verbi substantivi, *scriptoribus tam sacris, qàm & aliis fami-*
E *liaris. ὡς Piscatori frustra interstitum* 1 Cor. 10. 6, 11. *Utrumvis admittere verba Petri Ep.* 1. *c.* 2. *v.* 4. Familiæ columna, *proles mascula. Æschylus interpunctione vitiosâ liberatus. Eadem ferè Sophocli à Clemente tributa, aliter qàm Sylburgio visum, restituta.* Filia unica domus paternæ fulcrum. Ἑλλάδος ἔρεισμα, *Athenæ; Asia Troja, Trojæ Hector. Sexus seqior* familiæ fulcrum. *Tam mater qàm & pater,* domum firmare, fulcire *dicitur; & familia* firmamentum, *uxor. De Maccabæorum matre Josephi dictum.* Servi fidi, domus columen, columnæ,
F columellæ *dicti. Terentii scholiastes à mendis compluribus repurgatur.* Servi majores; *&*, Major domus, *qi. Tubero historicus Ciceroni coævus.* Regnorum, civitatum, rerum pub. columnæ *&* columina, *Reges, principes, proceres, magistratus, judices. Hymnus* 75. 3. *explicatus. Symmachus restitutus. Ambrosius suppletus. Avgustino* columnæ *Apostoli, in qos tamen credendum negat.* Ἑδραίωμα *qid. Apostoli verbiqe administri priscis* στηρίγματα, στῦλοι, columnæ, columina, *creberrimè dicti. Photii codices emendati. Hesychii elogia Andreæ & Jacobo*
G *tributa, qem utrumqe Petro etiam prætulerit. Svidas aliter, qàm Stephano avt Porto visum, restitutus. De Musonio verba ipsa Apostoli Basilio usurpata. E prisciis etiam de Timotheo intellexisse nec unum aliqem, nec incelebres etiam. Nysseni verba perpensa. de lectione duplici conjectura.* Plato philosophiæ columen; *Chrysippus* porticus columna. *Apostoli verba de fidei pietatísqe mysterio, qi dicta velint. Lancelott hac in parte argutia. Vhitakeri distinctio* columnæ & firmamenti à fundamento. Fundamentum *Christus. Veritas absqe astipulatore ullo per se consistit. Locus Ephes.* 2, 20. *perpensus.* Prophetæ *eo loci qi.* Christus Apostolorum & Prophetarum fundamentum, lapis etiam angularis, *qâ ratione dictus. imago eadem res disparatas adumbrans; & res eadem imaginibus diversis adumbrata.*

brata. ex instituto præsenti imagines explicandæ. Fundamentum *doctrina Apostolica & Prophetica; cujus lapis* angularis *Christus. Illyricus à Piscatoris reprehensione vindicatus. Nubis columnam an alluserit Apostolus. Theophylactus emendatus: qi cum Scholiaste Chrysostomum havd rite cepisse videtur. Distinctio novitia Heinsio inducta, cui conveniat Chrysostomi explicatio, aliis censenda relinqitur. Junii ab usu forensi edicta ac programmata columnis affixa proponendi explicatio proposita, exemplisqe variis illustrata; sed rejecta.* στῦλαι, *non* στύλοι pilæ *sive* columnæ *ejusmodi dicta.* στῦλαι ἔμψυχοι, *martyres. Cameronis rationibus de mysterio fidei intelligendum statuentis, obviam itum.*

URgent plurimùm Pontificii, ad Ecclesiæ suæ avtoritatem, & in fidei dogmatibus proponendis ab omni prorsus errore immunitatem, confirmandam, Apostoli verba illa ad Timotheum Epist. 1. cap. 3. v. 15. Ἵνα εἰδῇς, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. qæ vulgata versio sic reddidit: *Ut scias, qo modo oporteat te in domo Dei conversari, qæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.* Rhemenses verò nostri eousqe sunt progressi, ut hinc statuant, non *ecclesiæ* tantùm *in omnibus*, sed *in ecclesiam* qoqe esse *credendum. ideò concilii Niceni Patres dixisse*, Πιστεύω εἰς τὴν ἐκκλησίαν. hoc est, ut isti interpretantur, *Credo fidéqe Ecclesiæ in omnibus.*

Qibus opponere licuerit, 1. Avgustinum, licet de Ecclesiâ verba ista interpretetur, *in Psal.* 47. tamen ex hoc ipso Apostoli loco è contrario concludere, *credendum Ecclesiæ, non in Ecclesiam.* In *expositione Symboli* qæ habetur inter *Conciones solennes*, sive, ut loquntur, *de Tempore, Serm.* 131. *ad competentes conc.* 2. *Sciendum est*, inqit, *qod Ecclesiæ credere; non tamen in Ecclesiam credere debeamus: qia Ecclesia, non Deus, sed domus Dei est.* Idémqe *ad Neophytos homil.* 3. *Non qomodò in Deum credimus, sic in Ecclesiam sanctam Catholicam, qæ propterea sancta & Catholica est, qia certè credit in Deum. Non ergò diximus, ut in Ecclesiam, qasi in Deum crederetis; sed ut in Ecclesiâ sanctâ conversantes, in Deum crederetis.*

2. In *Concilii Niceni Symbolo* ista nevtiqam comparere. Nec diffiteor tamen, εἰς Ἐκκλησίαν, in *Concilii Constantinopolitani Symbolo* reperiri: qod ex Agendis Vulgatis, tam illorum, qam & nostris, errore non nuper nato, & jam ubiqe ferè recepto, svb *Symboli Niceni* nomine passim inter sacra peragenda publicè solet recitari. sed & apud Græcos scriptores qosdam, Epiphanium nominatim in *Ancorato.* §. 121. formulam eandem deprehendi. qam & Hieronymus in *disceptatione cum Luciferianis* pariter expressit. Cæterùm observavit rectè (nec primus tamen, qod ipse gloriatur, sed ante ipsum Petrus Martyr, in *ad Cor. Ep.* 1. *c.* 10. *v.* 2. & Bartholomæus Traheron popularis noster, *in Joannis Evang. c.* 1. *v.* 12.) V. Cl. Joannes Drusius *Observat. l.* 3. *c.* 1. & *Miscell. l.* 1. *c.* 21. πιστεύειν τι, καὶ εἴς τι, πιστεύειν εἴς τινα, pro eodem Græcis, prout & Hebræis qæ sunt istis analoga, havd raró usurpari. Ita avtem usurpasse Epiphanium, ostendunt, qæ eâdem planè formulâ subjungit statim, καὶ εἰς ἓν βάπτισμα, καὶ εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ κρίσιν δικαίαν ψυχῶν καὶ σωμάτων, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. h. e. *Credimus in unum baptisma, in resurrectionem mortuorum, in judicium justum animarum & corporum, in regnum cælorum, in vitam æternam.* pro eo qod *Symbolum Constantinopolitanum* habet; Ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα· προσδοκοῦμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν μέλλοντος αἰῶνος. *Confitemur unum baptisma; expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi.* h. e. ista ita credimus, ut futura speremus, nósqe ipsos rerum istarum esse, vel fore saltem participes. qin & in seqentibus Epiphanius idem, de eo qod priùs dixerat, πιστεύομεν εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, *credimus in resurrectionem mortuorum*, anathemati subjiciens adversum statuentes, istúdve non agnoscentes, ἀναθεματίζομεν, inqit, τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας ἀνάστασιν νεκρῶν, *damnamus illos, qi resurrectionem mortuorum non confitentur.* Nec secus Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 18. τὸ δὲ ἀπαγγελλόμενον πίστεως ἀσφαλῶς περιεχόμενον, εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς μίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Cum fides proposita, sive professa, contineat istud; In unum baptisma pœnitentiæ ad remissionem peccatorum, & in unam catholicam Ecclesiam, & in carnis resurrectionem, & in vitam æternam.* Ita & Petrus Ravennas, qi & *Chrysologus* dictus, *serm.* 62. *Qi Ecclesiam fatetur,* (ὁμολογεῖ) *in Ecclesiam,* (εἰς Ἐκκλησίαν) *se confessus est credidisse.* Sic ergò qandoqe & Latini. Irenæi interpres l. 5. c. 12. *Qotqot timent Deum, credunt in adventum ejus.* Cyprianus *ad Demet. In æternam pœnam serò credent, qi in vitam æternam credere noluerunt.* (qanqam hic, fateor, sensus alius esse potest, ut *in pœnam æternam*, & *in vitam æternam*, finem effectúmve, non objectum designet. Hieronymus *in Ephes.* 4. *Non ita credens in resurrectionem*, (alii, *resurrectione*) *mortuorum, ut Scriptura docent.* Ambrosius *Epist.* 82. *Credere in resurrectionem Christi.*

Hæc, inqam, illi, ubi laxiùs minúsqe signatè loquntur. At ubi notiones à se invicem discretas formulis illis, ne cui, perperam sumendo, fravdi sint, distinctiùs eloquntur, negant disertè, *in homines*, avt *in Ecclesiam credi*, avt in rem ullam, præter Deum. Origenes *in Joan. tom.* 32. *ad cap.* 13. *v.* 20. *Atqe hoc qidem loco*, Qi recipit, *inqit*, si qem misero, me recipit. *at verò non dictum est*, Qi credit in vos, credit in me. *ut enim recipiamus suos ipsius Apostolos, vult qidem ille; non tamen ut in illos credamus.* Ita Gregorius Sasimorum, qem Nazianzenum nuncupant, Episcopus, *Oratione*, qæ est de *Spiritu Sancto*, 37. Εἰ μὲν κτίσμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν; οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι πιστεύειν εἴς τι, καὶ περὶ αὐτοῦ πιστεύειν. τὸ μὲν γάρ ἐστι θεότητος, τὸ δὲ παντὸς πράγματος. *Si creatura est, qomodo credimus in ipsum? neqe enim idem est credere in aliqid, & credere de ipso. Illud enim deitatis est, hoc rei cujuslibet.* Athanasius *contra Arianos Orat.* 3. Διὰ τί ἡ πίστις καθ' ὑμᾶς εἰς κτίστην καὶ εἰς κτίσμα παραδίδοται; *Cur secundum vos fides in creatorem, & in creaturam traditur?* Cyrillus item Alexandrinus *de Trinit. dial.* 4. Ἆρ' οὖν εἰς πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἡ πίστις; οἱ δὲ δὴ τὴν πίστιν ἀκλόνητον καὶ ἀνεπίληπτον διατηρεῖσθαι προτεθυμημένοι, πιστεύοιεν ἂν εἴς γε Θεὸν ὁμοῦ καὶ κτίσιν; Ἁρμόττει οὖν, ὅτι καὶ εἰς Υἱὸν ἡ πίστις, ὡς εἰς Θεὸν ζῶντα καὶ ἀληθινόν. *Nonne in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum est fides? Qi avtem fidem immobilem & inculpatam servarunt, crediderintne in Deum simul & creaturam? Congruit itaqe, qòd & in Filium sit fides, tanqam in Deum viventem & verum.* Joan. c. 14. v. 1. Idémqe *ad Reginas; de rectâ fide l.* 1. ex Joan. c. 8. v. 12. Ὅτε τοίνυν εἰς αὐτὸν ἡ πίστις, πῶς οὐ Θεὸς ὁ Χριστός; *Qum in ipsum sit fides, qomodo non Deus Christus?* Et ex Joan. c. 2. v. 11. Γεγονότος ἄρα τοῦ σημείου καὶ φανερώσαντος τοῦ Χριστοῦ τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὡς εἰς τίνα πεπιστεύκασιν οἱ μαθηταί; ἆρα εἰς ἄνθρωπον ἅγιον ἁπλῶς; καί τοι περὶ τὸ σημεῖον ἠκολούθησαν αὐτῷ τεθαυμακότες ὡς ἅγιον. ἀλλὰ τεθέανται διὰ τοῦ σημείου τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον δύναμίν τε καὶ ἐξουσίαν ἔχοντα· ὅθεν πεπιστεύκασιν εἰς Θεόν. ἰστέον δὲ ὅτι πολλοὶ τῶν ἁγίων πολλὰ πεποιήκασι καὶ παράδοξα· καὶ ἐθαυμάσθησαν μέν· ἐπίστευσε δὲ εἰς αὐτοὺς οὐδείς. *Ubi Christus signum fecerat, & manifestaverat gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli; tanqam in qemnam crediderunt? num in hominem sanctum simpliciter? at enim & ante signum illud exhibitum secuti sunt eum, ut sanctum hominem suspicientes. cæterum ex signo illo animadverterunt virtutem & potestatem habere eum humanâ majorem. Proinde crediderunt in eum tanqam in Deum. Sciendum avtem qòd sanctorum multi, multa & admirabilia fecerunt; & admirationi qidem habiti sunt; verùm nullus in eos credidit.* Deniqe (cætera ut mittam) ex Joan. c. 6. v. 29. Εἰ τὸ τοῦ Θεοῦ δεκτὸν ἐπιτελοῦμεν, πιστεύοντες εἰς Χριστὸν, πῶς οὐκ ἂν εἴη Θεὸς ἀληθινός; *Si qod Deus probat facimus, ubi credimus in Christum, qomodo non verus Deus est Christus?* Avgustinus præter superiùs allata, *in Psalm.* 77. *Credere in Deum plus est qam credere Deo. nam & homini cuilibet plerumqe credendum est, qamvis in eum non sit credendum.* Idémqe *in Joan. tract.* 29. *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum qem ille misit. Ut credatis in eum; non, ut credatis ei. Sed si creditis in eum, cre-*

ditis ei. non avtem continuò, qi credit ei, credit in eum. nam & Dæmones credebant ei, sed non credebant in eum. rursus etiam de Apostolis ipsis dicere possumus; credimus Pavlo, sed non credimus in Pavlum: credimus Petro, sed non credimus in Petrum. Qod idem & ex eodem lavdant, Beda & Petrus Lombardus *in Rom. c. 4. v. 5.* Anselmus Lavdunensis in *Gloss. ibid.* & Alexander Alensis *Sum. part. 3. qæst. 74. membr. 5. art. 1.* Qin & Gvalterus Mapes nostras in *Nugis Curial. dist. 1. cap. 31.* cum in concilio sub Alexandro Pp. 4. à Pontifice jussus adversus Valdesios qosdam, hæreseos suspectos experiri, *Primo*, inqit, *proposui levissima, qa neminem licet ignorare: Creditis in Deum Patrem? responderunt, credimus. Et in Filium? responderunt, credimus. Et in Spiritum Sanctum? responderunt, credimus. iteravi, In matrem Christi? & illi item, credimus. Et ab omnibus multiplici sunt clamore derisi.* Adeò absurdum à doctis qibusqe tunc temporis ducebatur, ut in ipsam Dei Matrem credere qisqam diceretur. imò in eam non credendum inter ea habebatur, qæ nemini cuiqam ignorare liceret.

Verùm ad *Symbolum* ipsum redeamus. Avgustino itaqe ὁμόψηφ☉ hac in parte Ruffinus, in *expositione symboli*, Apostolici qod dicitur, (qæ & inter Cypriani opera in editionibus pavlò vetustioribus habetur) *Vbi non de divinitate, sed de creaturis ac mysteriis sermo est, in præpositio non additur, ut dicatur in Ecclesiâ, sed Ecclesiam credendam esse: & remissionem peccatorum credant esse; non in remissione; & resurrectionem carnis, non in resurrectione.* Petrus item Ravennas *serm. 60. Credimus in Spiritum Sanctum. Credimus sanctam Ecclesiam: Credimus remissionem peccatorum: Credimus carnis resurrectionem: Credimus vitam æternam.* Et *serm. 61. Credo in Spiritum Sanctum: Credo sanctam Ecclesiam: Credo remissionem peccatorum carnis, resurrectionem.* Qin & Tridentinum Conciliabulum, *symbolum Constantinopolitanum* illud recitando, *Sess. sub Pavlo 3.* præpositionem hanc in Articulo de Ecclesiâ omisit: & in *Catechismo ad Parochos* ex ejusdem Conventiculi *Decreto, Pii 5. jussu*, edito, disertis verbis; *Credo sanctam Ecclesiam Catholicam:* tum in explicatione Articuli: *Vnam igitur Ecclesiam sanctam & Catholicam esse, necessariò credendum est. Tres enim Trinitatis personas, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum ita credimus, ut in eis fidem nostram collocemus. nunc avtem mutatâ dicendi formâ,* (an non Lutheranum avt Calvinistam aliqem avdire te avtumas?) *Sanctam, & non, in Sanctam Ecclesiam credere profitemur; ut hâc etiam diversâ loqendi ratione, Deus omnium effector à creatis rebus distingvatur.* Hæc eò loci Pius Papa, pius magis Rhemensibus nostris; qo cum istic ut conveniat illis, videant ipsi.

Qibus & hoc poterat opponi; Ecclesiam, in qâ eo tempore, qo Apostolus ista protulit & præscripsit, Timotheus versabatur; non *Romanam*, sed *Ephesinam* fuisse; cui Romanenses nostri immunitatem & avtoritatem illam, qam ex Apostoli verbis conantur elicere, neqaqam sunt concessuri. Proinde in rem suam trahere frustra connituntur. Ut nec opus sit insuper illud eisdem regerere, qod in *ad Rom. c. 10. v. 14.* agnoscunt ipsi, *Patres antiqos in Symbolo* (isto scilicet de qo diximus) *indifferenter legisse*, Credo in Ecclesiam Catholicam; &, Credo Ecclesiam Catholicam. Ut utrumqe hoc, Rhemensibus ipsis inficias ire non avsis, antiqi illi (sed ubi laxiùs loqebantur) pro eodem habuerint.

Cæterùm de loci ipsius Apostolici sensu ambigitur. nec inter Interpretes constat satis, verba illa, στῦλ☉ καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, qonam referantur.

Mitto, qi de *Christo* dictum intelligunt, antiqos qosdam; in qibus est Procopius, & qorum is scripta compilavit. cujus hæc sunt verba ex *commentariis in Exod. Interdiu in columnâ nubis ostendebat ipsis viam, noctu in columnâ ignis. utraqe columna repræsentabant Christum. Est enim hic columna & stabilimentum veritatis. sustinens nos supra terram.* Hos, inqam, mitto, qia nullâ ratione contextus Apostolici series sensum hunc admittere videtur.

Non desunt ergò, qi ad *Timotheum* ipsum verba hæc sentiant referenda: qod & Erasmus in *Annotationibus* in hunc locum jam olim monuit. Ita vir acutissimus Gvilhelmus Chillinsvorthus noster in tractatu *de tutâ & salutari Protestantium Religione*, adversus Pontificium qendam, *part. 1. cap. 3. §. 76. Ecclesiam*, inqit, *domicilio confert Apostolus; Timotheum columnæ in hoc collocata.* Interpretationem hanc destinis hisce suffulcit. 1. Cum *ecclesiam domum* antè nuncupasset; havd satis congruum videri, ut eandem confestim *columnam* diceret. 2. Apostolum eundem, aliis *Ecclesiæ proceribus*, sive membris præcipuis, *columnæ* nomen alibi tribuisse. Certè ad Galatas cap. 2. v. 9. οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, de Petro, Joanne, Jacobo dixit, h. e. *qi columnæ esse videbantur*, vel *erant* etiam. de qâ phrasi alibi diximus. Ita Græcus Scholiastes: Οἱ ὄντες στῦλοι τῆς πίστεως, καὶ τοῖς πᾶσι δοκοῦντες. *qi fidei columnæ & erant, & qibúsqe videbantur.* qo modo Plavt. *Epidic. 2. 2.*

—— Senati qi columen cluent.

Cui adjici potest, qod & per Joannem Christus, unicuiqe pollicetur, qi fidelis perstiterit, facturum hunc se στῦλον ἐν τῷ ναῷ, *columnam in templo Dei.* Apoc. c. 3. v. 12. 3. *Ellipsin* ὡς *particulæ familiarem esse.* Estqe reverâ. qod patet ex Genes. c. 49. v. 9. *Judas catulus leonis.* i. e. catuli leonis instar. Et de Dane pariter. Devt. cap. 33. v. 22. Hymn. 11. v. 1. *vola passer*, sive *avicula*. h. e. sicut passer. Esajæ c. 21. v. 8. *Clamavit leo.* i. ut leo, Hieronymus Hosh. c. 14. v. 8. *Ego abies virens*, i. e. abieti virenti similis sum. Sic & exteri. Flaccus in Arte,

Nec verbum verbo curabis reddere, fidus
Interpres. ——

i. e. tanqam fidus interpres. Et Persius *Sat. 5.*

—— Soleâ, puer, objurgabere rubrâ.

i. e. tanqam puer, soleâ verberabere, cædêre. Poetarum princeps de Hectore *Iliad. ω. v. 258.*

—— ὃς θεὸς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν. ——
—— qi homines Deus inter erat.

i. tanqam Deus. ita enim Evstathius, δεῖ κἀνταῦθα προσυπακούειν τὸ ὡς, ἵνα λέγῃ, ὡς θεὸς ἦν. *Oportet & illic subaudire de more* τὸ ὡς. *ut dicat, tanqam Deus erat.* qod & ex proximè adjectis illis confirmat,

—— οὐδὲ ἐῴκει
Ἀνδρός γε θνητοῦ πάϊς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.
—— similisqe
Cœlesti fuit, havd mortali semine creto.

Longus *Pastoral. l. 1.* τότε δὲ, κύνες, φασὶν, ἐκ δεσμῶν λυθέντες, ἐσκίρτων, ἐσύριττον, ᾖδον, συνεπάλαιον. κύνες, i. e. ὥσπερ κύνες. *Tunc verò, velut canes qod ajunt, vinculis exoluti, exultim ludebant, fistulas inflabant, cantillabant, lucta concertabant.* Et apud eundem *l. 3.* Lamon Daphnidi Chloen post tempus perbreve nuptum iri datum pollicitus; Νῦν δὲ, inqit, φιλείτωσαν ἀλλήλους ἀδελφοί. h. e ὡς ἀδελφοί. *Interim sicut frater & soror invicem se diligant.* Josephus denique *Antiqit. l. 12. c. 7.* Ἠφανίζετο δὲ εἴπε βίβλ☉ εὑρεθείη ἱερὰ καὶ νόμ☉· καὶ παρ' οἷς εὑρέθειεν, καὶ οὗτοι κακοὶ κακῶς ἀπώλλοντο. *Abolebatur, sicubi repertum foret, lex avt volumen sacrum aliqod. Sed & ipsi, apud qos reperiebatur, mali* (i. e. tanqam mali) *malè peribant.* neqe enim *malos* dicere, avt haberi, voluit eos, qicunqe legis divinæ codices apud se habebant.

Qanqam poterit & alia ellipsis, nec minùs familiaris ea, dari; ut dicatur, non ὡς στῦλ☉, sed στῦλ☉ ὤν. *Participii* enim *verbi substantivi*, qod dicitur, *defectus* haud est infreqens. Matth. c. 6. v. 9. Ὁ ἐν οὐρανοῖς. ὢν scilicet, *qi in cœlis es.* Petrus Ep. 1. c. 3. v. 21. Ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα. pro eo qod est, ᾧ ἀντίτυπον ὄν, *cui correspondens sive analogus typus existens baptisma.* Pavlus ad Rom. c. 1. v. 30. Ψιθυριστὰς, καταλάλους, &c. ὄντας scilicet, *susurrones, detractores, &c. existentes.* & ad Corinth. Ep. 1. c. 10. v. 11. Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· τύποι ὄντες, vel ὄντα, *ista omnia, exempla existentia, contingebant illis.* ita enim malim, qam cum Piscatore, ὡς τύποι. qod & ille frustra interserit. v. 6. ubi Apostolus disertè, τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, *nobis exemplaria fuerunt.* τύποι ἡμῶν, dixit Pavlus; qo modo, τύποι τοῦ ποιμνίου, *exemplaria gregis* Petrus Ep. 1. c. 5. v. 3. de qo alibi. Ita Flaccus *epod. ode. 2.*

Neqe

Neqe excitatur classico miles truci.

i.e. miles existens, militiam professus & secutus. Idémqe *Epist.2. lib.1.*

Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

existens scilicet, sive, canis immundus, vel cœno gavdens porcus, qoad viveret, per vitam totam, extinisset. de hominibus enim sermo est in animantia ejusmodi Circeo poculo demutatis. Martialis *lib.10. epigr. 10.*

Sexaginta teras cum limina mane Senator.

Senator existens scilicet, sive, cum sis. Svetonii nomine, *de claris Rhetor. c.3. Otacilius servisse dicitur; atqe etiam ostiarius veteri more in catenâ fuisse.* pro eo qod est, ostiarius existens; sive, ostiarius cum esset. utramlibet interpretationis rationem admittunt, alterutram exigunt, Petri verba illa Epist.1. c.2. v. 4. Πρὸς ὃν προσερχόμενοι, λίθον ζῶντα. Vetus interpres, *Ad qem accedentes, lapidem vivum.* Verùm supplendum aliqid, qo sensus integer existat. Itaqe Syrus (qem & nostri seqluntur pleriqe) *qi est lapis vivus*, sive, *lapidem vivum existentem.* qanqam & similitudinis nota non minùs apte qadrabit, ut dicatur, ὡς λίθον ζῶντα, *tanqam ad lapidem vivum*, de Christo capite; qo modo commatio proximo de fidelibus qibusqe, Καὶ αὐτοὶ, ὡς λίθοι ζῶντες, *Ipsi qoqe velut lapides vivi* (lapidi illi vivo) *superstructi domum spiritualem constituitis.* domum scilicet eam ipsam, cujus *fundamentum*, sive *lapis angularis* Christus, *columna* post Apostolos, fidi qiqe gregis dominici pastores, verbiqe divini præcones atqe administri.

Hac ratione Apostoli mens fuerit; *Ut noris qo modo gerere te debeas in domo Dei, tanqam columna & columen veritatis*; vel, *columna columénqe veritatis existens.*

De prole masculâ in *Iphigen. Taur.* Evripides.

Στῦλοι γὰρ οἴκων, παῖδές εἰσιν ἄρσενες.

Domuum columna namqe sunt gnati mares.

Qod idem, adjectâ & aliâ imagine, à re navali ductâ, Æschylus in *Agamemnone*,

Σωτῆρα ναὸς, πρότονον ὑψηλῆς στέγης

Στῦλον ποδήρη, μονογενὲς τέκνον πατρί.

locus ab interpunctione laborat, in codicibus excusis, qos videre contigit, universis. comma post πρότονον interstitum oportuit. ad *navem* enim, non ad *ædes* id pertinet. qod & Gvilielmum Canterum advertisse comperio. verto licentiùs pavlò:

Ex qo apta navis est salus, primarium
Dicam rudentem; au celsa stabilimen domus,
Altam columnam; masculam prolem unicam.

Idem, sensum qod attinet, latiùs extulit Tragicus idem in *Inferiis*:

Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες σωτήριοι
Θανόντι· φελλοὶ δ᾽ ὡς ἄγουσι δίκτυον
Τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.
Nomen superstes mortuo sunt liberi;
Velútqe suber, rete qo defenditur,
Submersa planè fila ne in fundum ruant.

Qæ eadem ferè Sophoclis nomine à Clemente lavdantur, *Stromat. lib.2. pag.422. D.* in hæc verba; prout in impressis exhibentur.

——— παῖδες γὰρ ἀνδρί
Κατ᾽ αἶαν ὄντι κληδόνες γεγώνασι·
Φελλὸς δ᾽ ὡς ἄγουσι δίκτυον τὸ ἐκ βυθοῦ,
Καὶ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.

Depravata hæc nemo non statim dignorit. Sylburgius sic refingit.

Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ ὑπ᾽ αἶαν ὄντι κληδόνες
Γεγῶσι· φελλοὶ δ᾽ ὡς ἄγουσι δίκτυον,
Τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.
Nam liberi sunt fama defuncto viro,
Et ex profundo retia, ut suber, trahunt,
Fila servantes lino.

havd infœliciter forsan. malim tamen in versu primo, Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ, deleto γὰρ. & κατθανόντι. qod in κατ᾽ αἶαν ὄντι facilè deflexerit. siqidem κατ᾽ αἶαν, sive κατὰ γῆς, εἶναι, pro eo qod est *sub terram condi*, dici non existimo. in novissimo utrobiqe λίνου. qo modo Evripides, Pollace *l.7. c.10.* referente, λίνου κλωστῆρα dixit. nec est necesse, ut Clemen-

A tem memoria lapsum suspicemur pro Æschylo Sophoclem substituisse. Notum est enim, Clemente ipso indicante, Tragicos à se invicem multa, vel (ut ipse censet) suffuratos, vel (ut honestiùs loqamur) mutuatos; vocibus ipsis leviusculè tantùm, imò qandoqe nihil qicqam immutatis; notionibus verò atqe imaginibus eisdem prorsus conservatis. Qin & Asterius Amascensis Episcopus, cujus apud Photium excerpta extant, *cod.271.* Jairi filiam unicam, τῆς οἰκίας ἔρεισμα, *domus paternæ fulcrum* dixit. utpote, in qam, qod de Turno Virgilius *Æn. l.12.*

B *— patris domus inclinata recumberet.*

prout in *Herc. Fur.* Herculem apud Tragicum Amphitruo,

— unicum lapsa domus
Firmamen. ——

Pindarum mirum ni imitatus uterqe, qi Ἑλλάδος ἔρεισμα, Athenas. (sicut & πάτρας ἔρεισμα, Hectorem, Lycophron, & *Asiæ columen*, Trojam, Seneca in *Troadibus*) dixit. referunt Aristides in *Panathen.* Lucianus in *Demosth.* Plutarchus in *Apophth. Lacon.* qi nec, qid Spartanus qidam regesserit, tacet. Accedit his è *Cassandrâ* Lycophronis il-

C lud de Hectore,

Ὦ δαῖμον, οἷον κίον᾽ αἰστώσεις δόμων;
Qalem, hev, rues columnam, Fortuna, ædium?

sive,

Qale, ô Fortuna, domuum (hev) columen rues?

qod à Pindaro qoqe is acceperit; qi *Olymp. 2.* de Achille,

Ὃς Ἕκτορ᾽ ἔσφαλε, Τροίας
Ἄμαχον, ἀστραβῆ κίονα.
Hectorem qi evertit, Trojæ

D *Invictum, erectam columnam.*

ubi κίονα appellando, qem ἔρεισμα alibi dixerit, qâ notione *columnæ* nomen in istiusmodi usurpetur, ostendit. spectant horsum & Artemidori illa *Oniroeritic. l.2. c.10.* Κίονες δὲ καιόμενοι πυρὶ καθαρῷ, καὶ μὴ διαφθειρόμενοι, τὰ τέκνα σημαίνουσι τοῦ ἰδόντος ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ λαμπρότερον προβαίνοντα· οἱ δὲ συντριβόμενοι, τέκνων ὄλεθρον σημαίνουσι. *Columnæ igne claro flagrantes, nec absumpta, liberos significant in melius splendidiusqe proficientes: at confracta eadem, filiorum interitum significant.* Pertinet huc, & qod de Adrasto

E Statius *Theb. l.1.* (ne proli masculæ duntaxat imago ista competere, uti Asterius solus huic tribuisse, videatur)

Hic sexus melioris inops; sed prole virebat
Fœmineâ, gemino natarum pignore fultus.

Hinc & *domum fundare* ac *fulcire* tam uxor matérqe, qam & vir patérqe, dicitur, prole nimirum suppeditatâ, qâ familia propagetur. Statius *sylv. l 4.* ad Maximum,

Sed damus lento veniam, qòd almâ
Prole fundasti vacuos penates.

Et Apulejus *Miles. l.1.* *Uxor ejus Plotina, decimo partus sti-*

F *pendio, viri familiam fundaverat.* Unde & *domus ea firmamentum*, h. e. ἰδρύσμα dicta.

Afranius in *Privigno*, apud Nonium.

Uxorem qæris firmamentum familiæ.

eóqe nomine scortis ac prostibulis conjux legitima opponitur. subdit enim Comicus;

Sciat abesse ab eis lustris ingenium procul.

Aliâ interim ratione Josephus *de Maccab. c. 17.* fratrum septem illorum, qi sub Antiocho egregiè decertarunt, matrem appellat, στέγην ἐπὶ στύλοις τοῖς παισὶν γενναίως ἱδρυ-

G μένην οἰκίας, *immotum liberis, tanqam columnis, suffultum tectum.*

Adjici potest his &, qod veteribus *servi* qoqe, qorum fidei sua suósqe Patres-familias credebant, *domus*, sive *familia columina, columna*, & formâ diminuente, *columella* dicebantur. Cicero *adversus Verrem Action.2. l.3. Timarchides columen familiæ vestræ, premit fauces defensionis tuæ.* Apud Terentium *Phorm. Act.2. sc. prim.* Demipho senex Getam servum suum inducitur compellans his verbis:

Oh bone custos, salve, columen verò familiæ;
Cui commendavi filium hinc abiens meum.

Ad qem locum Scholiastes: sive Donatus is, sive alius qis fuerit: *Columen, culmen; an columen columna? unde columella apud veteres dicti servi majoris domus. Lucil.22.*

Ser-

Servus neqe infidus domino, neqe inutilis cuiqam,
Lucili columella hic situs est Tubero.

Hinc in millesimum annum eorum columine civitas continebitur. *Horatius contra pro columine columna.*

Injurioso ne pede proruas stantem columnam.

Ennius 10.

*Regni versatum * summam verò columnam.*

Columen verò familia, sustentatio, vel decus. unde & columna dicta. Hæc ille. qæ modo non uno vitiosa sunt. 1. Pro *servi majoris domus*, legendum *servi majores domus*. qalis Abrahæ Eleazarus. Genes. c. 15. v. 2. & c. 24. v. 2. erantqe ferè *vetustiores*, avt *seniores*; prodit ille. Tales in Davidis familiâ זקני ביתו *seniores*, sive *majores*, *domus*; qi apud Regem gratiâ plus reliqis pollebant, eùmqe familiarius compellandi libertatem usurpabant. Histor. Reg. l. 2. c. 12, v. 17. Talis & in Regum Francorum avlâ, *Major domus* qi dicebatur. qod munus Pipinus Martellúsqe gessere tam diu, ut Regibus tandem ipsis majores evaserint. nec alius in Pharaonis Regis Ægypti domo Josephus. Hymn. 105. v. 26. ut de Potipheris familiâ nihil dicam, Genes. c. 39. v. 4, 6. Si cui tamen lectionem vulgatam tueri est animus, Persii illud *sat.* 3.

De majore domo, —

poterit huc trahere. verum nec Demiphonis apud Comicum, nec Lucilii etiam, domum existimo ejusmodi fuisse, qalem Satyricus volebat. Et tam minoris & angustioris, qàm majoris splendidiorisqe familiæ, *columella* saltem esse qeunt.

2. Pentametron illud,

Lucili columella hic situs est Tubero,

est spurium plane, pessiméqe consarcinatum. genuinum integrúmqe Martialis, sed ridendo, exhibet, *lib.* 11. *epigr.* 91.

Lucili columella, hic situs Metrophanes.

Metrophanes itaqe nomen fuit Lucilii *servo majori*; non *Tubero*, qod scriptoris nomen est, ex qo seqentia depromuntur. Historicus is fuit, Ciceroni coævus, uti ex illius *ad Qintum fratrem Epistolâ* patet; qem lavdant, prout & Grammatici alii, Nonius Marcellus & Sosipater Charisius *Instit. Gram. l.* 2. Flacci, qem citat, locus habetur, Carm. *lib.* 1. *Od.* 35. Ennii verò verba manca esse asterisco, qem appellant, affixo innuitur. restitui sic posse censet Josephus Scaliger, in *Epistolâ ad Pavlum Merulam* datâ;

Regni versatam tunc summovera columnam.

Ita qemadmodum familiarum *columella*, sic regnorum, qoqe, civitatum ac rerum publicarum *columna* & *columina* dicuntur, Reges, principes, proceres, magistratus, magnates, judices. Sicut enim *Regni columnam* Ennius; ita *reipublica columen* dixit Cicero *Orat. pro Sestio.* sed & Catullo *epigr.* 60. *Thessalia columen* Peleus. Qo referunt interpretes havd ignobiles, & qod Hymn. 75. v. 3. dicitur, *Columnas ejus*, (terræ, regionis, regni, status politici, atqe Ecclesiastici etiam) *ego aptabo. Columnas. i. e. statumina, & firmamenta.* Junius. *aptabo, gubernatores justos statuendo.* Piscator. *Justos gubernatores, qos meritò columnas appellaveris, constituturum, vel potius religionem & justitiam, primarias republica columnas restavraturum se promittit.* Sixtus Amama *Antibarb. Biblic. l.* 4. Qanqam nihil est necesse, ut de *columnis*, qas velit Hymnodus Rex, anxiè qæramus: qum nihil aliud voluisse videatur, qàm qod de Gratiano, (qi nomen suum eô loci restitutum, Casavbono dicam an Schoppio debet) Symmachus, *lib.* 3. *Ep.* 47. *Domini nostri Gratiani* (*gratiam*, cod. impr.) *fortissimâ simul ac felicissimâ manu nutantia reipublica pondera fulciuntur.* Nec illud denique subticendum, in Esajæ vaticiniis, *cap.* 6, *v.* 13. *Semen sanctum terra columen, an fulturam sive columnam*; Mosiqe Maimonidæ in *Moreh Nebocim l.* 3. *c.* 29. *Mundi columnam* Abrahamum dictum.

Cæterùm, ut ad pensum nostrum redeamus; sicut *liberi*, *masculi* præsertim; *servi* qoqe *majores*, qibus rei familiaris cura potior commissa *domus* ac *familia columna* & *columella*, sive *columina* censentur; *regni* avtem ac *reipublica principes proceresqe strenui*, probi justiqe: ita viri pii, veritatis sacræ propugnatores, præsertim in statione eâ, qæ in Ecclesiâ primas obtinet, constituti, qid obstat, qo minùs pro *columnis fulcrísqe* qibusdam habeantur? Neqe enim aliud est ἐδραίωμα, qam, ut Svidas, στήριγμα *fulcrum*. qo vocabulo & in hoc argumento usus deprehenditur havd semel Nicephorus Callist. Siqidem *Histor. Ecclesiast. l.* 7. *c.* 2. Ecclesiæ *pastores* vocat, θρησκείας στηρίγματα, sive *religionis fulcra*. eosdémqe *l.* 10. *c.* 23. πλήθους ὥσπερ στηρίγματα, *plebis Christiana fulcra qadam.* qod Gildas noster de bonis sui temporis sacerdotibus; eis, *qasi columnis qibusdam ac fulcris saluberrimis, infirmitatem suorum sustentari, ne penitus collabatur.* Ita Tertulliano *de Pudicit. c.* 16. *disciplinarum columna immobilis* dicitur Pavlus. & Petrus, Joannes, Jacobus, *columna Apostolatus*, eidem *adv. Marc. l.* 1. *c.* 20. qo modo Zenonis nomen qi ementitur, Avtor, *serm.* 9. Susanna, *columen matronatus.* Joannes Chrysostomus *ad Rom. orat.* 2. de Pavlo: Ὁ τῆς ἐκκλησίας στῦλος, *Ecclesia columna.* Et de Pavlo Petróqe junctim, *oratione* (si ejusdem saltem est) *in eosdem*; Οἱ τῆς ἐκκλησίας στῦλοι, *Ecclesia columna.* qos & rursus, *de oratione ad Deum habendâ, orat.* 2. vocat τοὺς στύλους τῆς ἐκκλησίας, *columnas Ecclesia.* Theodoretus, *de provident. Orat.* 10. Petrum ac Joannem itidem, τοὺς πύργους τῆς εὐσεβείας, τοὺς στύλους τῆς ἀληθείας, τοὺς τῆς ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομὴν ὑπερείδοντας, *Pietatis turres, veritatis columnas, Ecclesia structuram suffulcientes*, appellat. Basilius Cæsar in *catenâ Græcâ* nondum editâ (referente Viro Cl. D. Heinsio) Εἰσὶ καὶ στύλοι τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ Ἀπόστολοι, κατὰ τὸ εἰρημένον, Στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας. *Sunt & Hierosolymorum columna Apostoli, secundum illud qod dictum est, Columna & firmamentum Ecclesia.* Avgustinus pariter *in Psalm.* 74. *Columnas Apostolos dicit. Sic Apostolus de coapostolis suis, qi & columna una de illis erat*, Qi videbantur, *inqit*, columnæ esse. *Et qid essent columna illa, nisi ab illo firmarentur?* qanqam (qod obiter adnotarim) qi *columnas* dicit *Apostolos*, idem *in Apostolos credendum* disertè negat; ut superius est indicatum. Eadem αὐτολεξεὶ & in *Commentariis* illis habentur, qi Rufino tribuuntur. Ambrosius *in Psal.* 118. *part.* 5. *Columna Ecclesia Apostoli, in timore sancto, qa est basis, fundati. Et sicut Petrus, Jacobus, Joannes & Barnabas columna esse videbantur Ecclesia: sic & qicunqe vicerit hoc seculum, fit columna* [*in templo*] *Dei.* allusit enim Apocalypticum illud, qod suprà produximus. Facit huc & Hieronymi illud *ad Tit. c.* 1. *At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere; ut non qarant eos, qi possunt Ecclesia plus prodesse, & in Ecclesiâ erigere columnas; sed qos vel ipsi amant, vel qorum sunt obseqiis devincti, &c. columnas erigere* dixit, vel columnarum vicem præstare, vel qid præstarent, extruendo firmandóqe construere. Dionysius Alexandrinus in *Epist. ad Fabium Antioch.* apud Evseb. *l.* 6. *c.* 41. fortissimos Christi martyres appellat στερροὺς τοῦ κυρίου στύλους, κρατυνθέντας ὑπ' αὐτοῦ, *columnas Domini firmas, ab ipso corroboratas.* De Andreâ (nam *in Thomam* habitam panegyricam titulus præfixus falsò prædicat) licentiùs pavlo Hesychius Hierosolymitanus, apud Photium *Cod.* 269. Ὁ δὲ χορῷ τῶν Ἀποστόλων πρωτότοκος, ὁ πρωτοπαγὴς τῆς Ἐκκλησίας στῦλος, ὁ πρὸ Πέτρου Πέτρος, (πέτρα forsan, vel πέτρος) ὁ δὲ (πρὸ δέ.) θεμελίου θεμέλιος, ὁ τῆς ἀρχῆς ἀπαρχή, ὁ πρὶν κληθῆναι καλῶν, ὁ πρὶν προσαχθῆναι προσάγων. *Chori Apostolici primogenitus, primitùs defixa Ecclesia columna, Petro prior petra, fundamenti fundamentum, sive fundamentum fundamento antiqius, principii sive principatus primitia, qi antequam vocaretur vocavit, priusqam adduceretur adduxit.* Vide Joan. c. 1. v. 40, 41. qò respexit hîc Hesychius. Observare licet obiter, qomodo Doctores prisci nunc hunc Apostolum, nunc illum, prout occasio se dabat, Petro non æqant tantùm, sed anteferunt etiam. Sic Andream hîc Hesychius; sic Jacobum fratrem Domini idem, apud Photium eundem *Cod.* 275. verbis hisce; Πῶς ἐγκωμιάσω τὸν τοῦ Χριστοῦ δοῦλον καὶ ἀδελφόν, τὸν τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ ἀρχιστράτηγον, τὸν τῶν ἱερέων ἡγεμόνα, τῶν Ἀποστόλων τὸν ἔξαρχον, τὸν ἐν κεφαλαῖς κορυφαῖον, τὸν ἐν λύχνοις ὑπερλάμποντα, τὸν ἐν ἄστροις ὑπερφαίνοντα; Πέτρος δημηγορεῖ· ἀλλ' Ἰάκωβος νομοθετεῖ. *Qibus ego encomiis pradicem Christi famulum & fratrem, nova Hierosolyma summum Imperatorem, sacerdotum principem & Apostolorum prasidem, inter capita verticem*

ticem, inter lucernas splendore, inter stellas fulgore cæteras superantem? Contionem habet Petrus: sed Jacobus legem statuit. Sed his missis; Viennenses & Lugdunenses sub Marco Imp. in *Epistola ad fratres Asiaticos*, apud Eusebium, *Hist. Eccles. l. 5. c. 2.* Attalum Pergamenum vocant, Apostoli locum hunc alludentes, στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῶν ἐνθάδε, *eorum, qi ibi agebant, fidelium columnam & firmamentum.* Et Theodoretum Cyrensem Joannes Euchaites, ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας στῦλον. h. e. *inconcussam dogmatis veri, sive fidei rectæ, columnam.* Qem locum forsan in animo habuit Suidas, cum ἀκράδαντον interpretatus est ἀσάλευτον, ἀκίνητον. uti codices vulgati exhibent; sed vitiosè, dubio procul. ubi malim ego ex Josepho superiùs exhibito, Theodoreto post exhibendo, ἀκλόνητον, qam avt cum H. Stephano ἀκίνητον, avt cum Æmilio Porta ἀδόνητον, legere. Qin & Basilius Cæsariensis de Musonio Neocæsariense Episcopo, *Epist. 63.* ipsissimis usus Apostoli verbis: Οἰχεται ἀνὴρ διαφανέστατα δὴ τῶν καθ' ἑαυτὸν πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἀνθρωπίνοις ὑπερενεγκὼν ἀγαθοῖς, ἔρεισμα πατρίδος, ἐκκλησιῶν κόσμος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. *Obiit vir omnium sui temporis in omnibus simul humanis bonis præstantissimus, patriæ columen, ecclesiæ decus, columna & firmamentum veritatis.*

Accedit deniqe interpretationi huic statuminandæ, ne nova & nunc primum nata videatur, (qod nec esse indicat satis, Erasmi, licet rejicientis, *annotatio*) Gregorii Nysseni avtoritas. cujus verba qia diserta sunt in mentem hanc, ex libro *de vita Mosis* transcribere non pigebit. Εἰ δὲ τις τὴν κάτω σκηνὴν θεωροίη, καλῶς ἂν ἔχοι αὐτὸ ὑπὲρ τὸ θεῖον μυστήριον, ὡς καὶ στύλους τῆς ἐκκλησίας κατονομάζει ὁ λόγος, Ἀποστόλους τε καὶ διδασκάλους καὶ προφήτας, τὰ ὀνόματα τούτων ὀνομάζειν εἶναι· οὐ γὰρ μόνον Πέτρος, καὶ Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος, στῦλοι τῆς ἐκκλησίας εἰσίν, οὐδὲ μόνος ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ὁ λύχνος ἐστὶ καιόμενος· ἀλλὰ πάντες οἱ δι' ἑαυτῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐρείδοντες, καὶ οἱ διὰ τῶν ἰδίων ἔργων φωστῆρες γενόμενοι, καὶ στῦλοι καὶ λύχνοι λέγονται· ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου, φησὶ πρὸς τοὺς Ἀποστόλους ὁ κύριος. καὶ πάλιν ἑτέρους ὁ θεῖος Ἀπόστολος στύλους εἶναι διακελεύεται, λέγων, ἑδραῖοι γίνεσθε καὶ ἀμετακίνητοι. καὶ τὸν Τιμόθεον καλὸν στῦλον ἀπετέλεσε, ποιήσας αὐτόν, (καθώς φησὶ ἰδίᾳ φωνῇ) στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας ἀληθείας. *Qod si qis tabernaculum inferius consideraverit, optimè ut mysterii divini administros; qos & Ecclesiæ columnas Scriptura nuncupat; Apostolos nempe & Doctores, & Prophetas nominibus istis insigniverit. neqe enim Petrus* [a] *duntaxat & Joannes & Jacobus sunt ecclesiæ columnæ; neqe* [b] *Joannes Baptista solus erat lucerna accensa: Sed omnes in universum, qi ecclesiam operâ suâ suffulciunt, bonisqe suis operibus aliis prælucent, & columnæ dicuntur, & lucernæ,* [c] *vos estis lux mundi, inqit Apostolis Dominus. aliósqe rursus divinus ille Apostolus columnas esse jubet, verbis illis,* [d] *firmi estote; atqe immobiles. Timotheum verò columnam pulcherrimam effabricatus est, cum ipsum faceret (prout voce propriâ testatur) columnam & fulcimentum ecclesiæ veritatis.* Hæc ille. Qorum in novissimis qod legitur τῆς ἐκκλησίας ἀληθείας, vox altera περιττὴ videtur: sicut contra in Ambrosianis supra ἱκανὸν aliqid. & è margine forsan illud ἐκκλησίας, à sciolo aliqo Apostoli verba minùs attendente primitùs adscriptum, per describentium diligentiam nimis officiosam post in contextum irrepserat. qod facilè suspicor. nec renitar tamen, si qis deesse qidpiam, & vel τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀληθείας, vel τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ ἀληθείας, legendum potiùs censuerit. Qin & illud aliis pensitandum relinqo, an non duplex olim lectio extiterit contextus Apostolici, ut in exemplaribus qibusdam pro ἀληθείας legeretur ἐκκλησίας. qo modo Basilium citare suprà indicatum est; & citavit, qi Nyssenum ferè transcripsit, Procopius. qâ ratione factum sit, ut apud Nyssenum qispiam utrunqe conscripserit. Potest avtem *veritatis columna* dici Timotheus; qo modo *Philosophiæ columen* Platonem dixit Arnobius *adv. gent. l. 2.* Potest & *ecclesiæ columna* dici, qo modo *porticus* Chrysippus. non ita tamen, uti de Chrysippo nonnulli, referente Laertio, *l. 7.*

Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν στοά.

Havd, nisi foret Chrysippus, esset porticus.

a Gal. c. 2. v. 9. b Joan. c. 5. v. 35. c Mat. c. 5. v. 14. d Cor. 1. c. 15. v. 58.

A Ista interim qocunqe modo se habuerint; de Timotheo prolata hæc, disertè pronunciat Nyssenus: qem κατὰ πόδα seqitur Procopius *in Exodum*, ubi de tabernaculi sacri columnis agitur, & cum eodem pariter de Timotheo interpretatur.

Hi verò omnes, cum antegressa clavsulam istam respicere; & cum eis committendam existiment: sunt tamen qi in adversum contendant, & ad illud qod seqitur, pietatis nempe tantopere prædicatum mysterium, referenda potiùs arbitrentur.

B Ita vir eruditissimus Joannes Cameron Scoto-Britannus, (qi à D. Andreâ Melvino comprovinciali suo id havsisse perhibetur) *de Ecclesiâ tractat. 5. Mysterium,* inqit, *pietatis, summam, nempe, evangelii, columnam ac firmamentum veritatis vocat.* Itaqe verba sic concinnanda censet; *Στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Columna & firmamentum veritatis, & sine controversiâ magnum, est pietatis mysterium.* Eodémqe inclinat Vir doctissimus Abrahamus Sculetus *Observ. in Ep. 1. ad Tim. c. 18.* Rationes, qas pro sententiæ

C suæ firmamento adducit vir clarissimus, hæ sunt. 1. *Aloqi hiulcam & suspensam videri posse dictionem Apostolicam. qum seqentia cum præcedentibus vix aptè cohæreant.* 2. *Non solere Apostolum, ab & conjunctione argumenti novi tractationem inchoare.* 3. *Solenne esse apud Judæos, ubi qis profitetur se præcipua religionis dogmata traditurum, ut viam præmuniat, præmonendo, columnam esse & fundamentum veritatis vel sapientiæ, qod traditurus est. Ita Mosen Maimonidem opus nobilissimum de Judæorum dogmatibus orsum; Fundamentum fundamenti, & columna sapientiæ hæc est, ut sciamus qid sit ens*

D *primum,* &c. 4. *Durum admodum esse, ut Ecclesia potiùs dicatur firmamentum, & columna veritatis, qam veritas columna & firmamentum Ecclesiæ. qum & Ecclesia qòd stat invicta, atqe immota, id veritati acceptum ferat.* Hæc ille. Et certe Joannes Chrysostomus ad hunc locum, *Orat. in Epist. hanc. 11.* Ἡ ἀλήθειά ἐστι τῆς ἐκκλησίας καὶ στῦλος καὶ ἑδραίωμα. *Veritas est Ecclesiæ & columna & columen.* Irenæus itidem *adversus Hæres. l. 3. c. 1. Evangelium,* inqit, *qod* (Apostoli) *tunc præconiaverunt, posteà in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ futurum.*

E Et rursus, *c. 11. Columna & firmamentum Ecclesiæ est Evangelium.* qi & ideò qatuor vult esse Evangelia, qæ qatuor orbis terrarum plagis respondeant, per qas Ecclesia est diffusa & disseminata. Basilius verò Seleuciensis, *Orat. in Matth. c. 16. v. 18.* Ταύτην τὴν ὁμολογίαν πέτραν καλέσας ὁ Χριστός, Πέτρον ὀνομάζει, τὸν πρῶτον ταύτην ὁμολογήσαντα· γνώρισμα τῆς ὁμολογίας τὴν προσηγορίαν δωρησάμενος· αὕτη γὰρ ἀληθῶς τῆς εὐσεβείας ἡ πέτρα· αὕτη τῆς σωτηρίας ἡ κρηπίς. αὕτη τῆς πίστεως τὸ τεῖχος· οὗτος ὁ τῆς ἀληθείας θεμέλιος. θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν

F Ἰησοῦς Χριστός. *Hanc confessionem Christus ubi petram vocaverat, eum qi primus illam professus est, Petrum nuncupat; professionis indicium tradens nomen. hæc est enim reverà pietatis petra: hæc salutis basis: hic fidei murus: hoc veritatis fundamentum. fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter illud qod jam jactum est, Jesum Christum.* ex ad Corinth. Epist. 1. c. 3. v. 11.

Proinde & ex eis, qi ad Ecclesiam hæc referunt, hoc tamen sensu accipiunt, ut veritate tanqam columnâ, sive destinâ Ecclesia suffulciri & sustineri dicatur. Ita Victorinus Strigelius; *Potest,* inqit, *passive dictum intelligi; Ec-*

G *clesia fulcitur & sustentatur, non opinionum commentis, qa dies delet, sed veritate, qam tempus confirmat.* Et acutè admodum Lancelotus noster, Præsul, tunc Eliensis, post Vintoniensis, *ad Bellarminum Apolog. Respons. c. 14. Columna ea veritatis sic est; non cui veritas innixa, sed qa ipsa veritati. neqe enim columna hæc in aere pendet: basin habet & stylobatum. ubi nisi in verbo Dei?* Eôdem concedere videtur & Theodoretus. Οἶκον γάρ, inqit, Θεοῦ καὶ ἐκκλησίαν τὸ συνηθροισμένον τῶν πιστῶν προσηγόρευσε. τούτους δὲ στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας· ἐπὶ γὰρ τὴν πέτραν ἐθεμελιώθησαν, καὶ ἀκλόνητοι διαμένουσι, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων κηρύττουσι τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν. *Domum,* inqit, *Dei & Ecclesiam, appellat cœtum eorum qi crediderunt. eos dixit columnam & firmamentum veritatis. supra petram enim fundati, stabiles*

&

& immobiles permanent: & rebus ipsis prædicant dogmatum veritatem.

Qin & commodùm observavit Gvilielmus Vhitakerus noster *de Eccles. controv. 2. qæst. 4. cap. 2.* στῦλον καὶ ἑδραίωμα, *columnam* qidem *& firmamentum*, non & θεμέλιον, h. e. *fundamentum*, *veritatis* dici Ecclesiam. Præclarè Arnobius *adv. gent. l. 3. Neqe enim stare sine assertoribus non potest religio Christiana: avt eo esse comprobabitur vera, si astipulatores habuerit plurimos, & avtoritatem ab hominibus sumpserit. suis illa contenta est viribus, & veritatis propria fundaminibus nititur: nec spoliatur vi suâ, etiamsi nullum habeat vindicem: imo si lingva omnium contra faciant, contráqe nitantur, & ad fidem illius abrogandam consensionis unitâ animositate conspirent.* Accedit & qod Apostolus Ephesios hos, prout & fideles qosqe, ait ἐποικοδομηθέντας ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποστόλων καὶ Προφητῶν, *superstructos esse super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* Ephes. c. 2. v. 20. h. e. *Super vetus & novum Testamentum. qod enim prædixerant Prophetæ, prædicaverunt Apostoli*: inqit Avtor Ambrosii nomen præferens. Nimis siqidem argutum est, qod Primasius, (si is est) in *commentariis* huic tributis; *Prophetarum novi, non veteris, Testamenti: alioqi Prophetas priores nominasse debuerat.* cum in recensionibus familiare sit, ut dignitatis magis qàm temporis ratio habeatur. Avtor idem iste: *Fundamentum Apostolorum & Prophetarum Christus est, qi etiam lapis dicitur angularis*, (Psal. 118. v. 22. Matth. c. 21. v. 42.) *duos parietes conjungens & continens. Et fundamentum avtem & summus, qia in ipso fundatur & consummatur Ecclesia.* Ita Theodorus Beza: *Super Jesum Christum, qi est Apostolica & Prophetica structura fundamentum: sic enim Apostolus ipse se explicat.* Cor. Ep. 1. c. 3. v. 11. *ex Esaja c. 28. v. 16. ut Apostoli & Prophetæ hujus templi, i. e. Ecclesiæ Dei, Architecti, non avtem fundamentum, dicantur.* Et Franciscus Junius *ad Bellarm. controv. 3. l. 3. c. 23. §. 54. Fundamentum Apostolorum & Prophetarum est, qod Apostoli & Prophetæ posuerunt.*

Cæterùm obstare videtur interpretationi huic, qo *fundamenti* vocabulo *Christus* hoc loco intelligitur, qod fundamenti istius λίθος ἀκρογωνιαῖος idem istic nuncupatur: tanqam in fundamento hoc ipso *lapis* ipse sit, vel *summus*, ut Vulgatus Interpres reddidit, eúmqe secuti veteres pleriqe, vel *imus*, ut Beza & Piscator, verterunt. qod utrunqe tamen Hieronymus Zanchius probè satis conciliat, cum *lapidem angularem* ejusmodi designari existimat; *qi ab imo usqe ædificii fundo, ad summum ejusdem culmen pertingat.* qò spectare videtur, qod Joannes Chrysostomus; (qem & Theophylactus transcripsit) Δηλοῖ ὅτι ὁ τὸ πᾶν συνέχων ἐστὶν ὁ Χριστός. ὁ γὰρ λίθος ὁ ἀκρογωνιαῖος καὶ τοὺς τοίχους συνέχει καὶ τοὺς θεμελίους. *Notum est Christum omnia continere ut lapis angularis & muros continet, & fundamentum.* Et Chrysostomi vestigia premens Scholiastes Græcus: Αὐτὸς ὁ καὶ τὸ θεμέλιον καὶ τὸ οἰκοδόμημα, ἄνωθέν τε καὶ κάτωθεν, συνέχων καὶ συσφίγγων. *Ipse est. qi & ædificium, & fundamentum, qod lapis solet angularis, tam superiùs. qàm & inferiùs continet & constringit.* Qamvis enim sæpenumero deprehendatur, ut res una eadémqe appellationes tralatitias varias ex rationibus variis obtineat: sicut & unâ eadémqe imagine sev similitudine res variæ & à se invicem plurimum discrepantes denotentur. qod fusè docent Avgustinus de *Doctr. Christ. l. 3. c. 25. in Psalm. 35. & 66. & 90. & 103. & 108. in Joan. tract. 13. serm. in Parabol. seminant. in Esav & Jacob. de divers. 20.* &c. Gregorius Nyssenus *adv. Evnom. l. 10.* & Isidorus Pelusiota, *l. 2. Epist.* 175. unde & *Christus* idem, nunc *fundamentum*, Cor. Ep. 1. c. 3. v. 11. nunc *templum*, Joan. c. 2. v. 19. nunc *ostium*, Joan. c. 10. v. 7. 9. nunc *lapis angularis*, Psalm. 118. v. 22. nunc *Architectus* etiam, Matth. c. 16. v. 18. dicitur. Et *leo*, nunc *Christus*, Apoc. c. 5. v. 5. nunc & *Diabolus*, Petr. Ep. 1. c. 5. v. 8. nuncupatur. tamen qod Isidorus idem *l. 3. Ep.* 107. Ἑκάστην παραβολὴν πρὸς τὸ προκείμενον μάλιστα ἀναζωγραφητέον. *Parabola sive similitudo omnis ex præsenti instituto est explicanda.* nec, ubi hoc genus plura ita simul ponuntur, ut à se invicem liqidò distingvantur, de eodem planè videtur posse commode satis intelligi. Proinde, licet id Piscator rejiciat, de doctri-

A nâ, tam Apostolicâ, qàm & Propheticâ, sive veritate divinâ ab utrisqe his traditâ, cujus princeps caput est de Christo ipso, sive Christus ipse Corinth. Ep. 1. c. 2. v. 2. & c. 1. v. 23. qamvis alia etiam quamplurima contineat dogmata, qibus fides nostra innititur; cum superiùs lavdatis exponere malim. Idqe eo magis, qia diserte Apostolus, non qo modo Esajas c. 28. v. 16. *Lapidem* ipsum *angularem fundamentum* appellat: sed αὐτοῦ, *illius* sive *ipsius*, cujus proximè meminerat, *fundamenti* scilicet *lapidem angularem* Christum esse subjiciat. poriórqe ideò videtur

B mihi Flacci Illyrici versio illa, *cujus lapis angularis est Christus*; qàm ea, qam huic Piscator præfert; *Qum lapis angularis sit Christus.* Interim, qod & Theodoretus ad locum, de qo agitur, insinuat, mutuas sibi operas locant *Ecclesia* & *Veritas*; dum & fideles ipsos, qibus Ecclesia hæc constat, sustinet veritas; & veritatem ipsi, cum promulgant & prædicant, tum & adversus adversarios ejusdem eam tuentur, & ad sangvinem usqe propugnant.

Columnam verò qod dixit Apostolus, *columnam* populi Israelitici in eremo palantis ducem alludi putat Joannes

C Chrysostomus. Στῦλος, inqit, οὐχ ὡς ἐκεῖνος ὁ Ἰουδαϊκός. *columna, non qalis Judaica illa, qa populo nempe illi ducatum præbebat.* Exod. c. 13. v. 21. ἔστι γὰρ ἐπὶ τὸ συνέχον τὴν πίστιν καὶ τὸ κήρυγμα, *istic enim fides & prædicatio, sive praconium, continetur.* h. e. in Ecclesiâ vivâ voce veritas, sive via ad vitam promulgatur; qod columna illa non præstabat. Qanqam de Templo, non de Columnâ, Chrysostomum cepisse videtur Oecumenius, sive qis alius *Scholiorum* illorum avtor. Et Theophylactus etiam: apud qem pro ναὸς, λαὸς perperam habebatur: qod ex Scholiaste illo discitur. οὐχ ὡς

D Ἰουδαϊκὸς, inqit ille, ναὸς, ἀλλὰ στῦλος καὶ ἑδραίωμα, ἔστι, βεβαίωσις τῆς ἀληθείας· ὁ γὰρ ναὸς, φησὶ, τύπων τῆς ἀληθείας ἦν ἑδραίωμα. *Non qale templum Judaicum, illud enim typorum veritatis; hæc avtem est columna & fulcimentum,* h. e. *firmamentum veritatis ipsius.* Qòd si νοήσαις στῦλον, sive *nobis columnam*, cum Chrysostomo, & Procopio, qi hunc seqitur, sed de Christo ipso interpretatur, uti suprà monitum, respexisse voluerimus Apostolum, ita posse distingvi censet D. Heinsius, ut legatur, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία, Θεοῦ ζῶντος στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *qa est Eccle-*

E *sia, Dei viventis columna, ac firma sedes veritatis: Ut qi in nube olim præsentem se exhibuit, idem nunc* στῦλον *habere feratur, in qo habitet, non nubem, non arcam, non templum Judaicum, sed Ecclesiam. qa & ideò veritatis sedes firma sit dicta; qia ubi Deus, ibi veritas; ubi veritas Dei, ibi veritatis* ἑδραίωμα *in Deo & verbo Dei.* addit Vir. Cl. *ita sublatum iri repetitionem illam*, ἐν οἴκῳ Θεοῦ, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. Sed, ut nihil dicam de repetitionibus istiusmodi, Apostolo nostro non insvetis, ut ad Tim. Epist. 2. c. 1. v. 18. & alibi, distinctionem hanc ipse aliis censen-

F dam relinqo.

Cæterum Vir Cl. Franciscus Junius (qem & Alstedius, sed pro more suo, nomine tacito, transcripsit, *de Eccles. l. 1. c. 15.*) ad *columnas*, sive *pilas* allusum existimat, qibus leges olim & decreta affigebantur. Sic enim is *adv. Bellarm. ad Tom. 1. controv. 3. l. 3. c. 14. §. 6. Ecclesia Dei columna dicitur, &* ἑδραίωμα. *i. e. abacus, stylobatésqe columnæ, non ratione architectonicâ, ut columna sustentaculum & fulcimentum est domus; nam si fulmentum est, qomodo est domus fulmento nitens? sed ratione* (politicâ sive) *forensi;*

G *prout in curiis & ante prætoria, columnæ extant, & cippi, ad qos appenduntur avtoritate publicâ leges atqe programmata. Est igitur hæc columna cum suâ basi, custos veritatis, non firmamentum domus. Ita duobus elogiis Ecclesiam exornat Apostolus; qorum alterum primarium est, respectu Dei, domus est Dei viventis; alterum secundarium respectu nostri; columna est, & qidem firmissima ac fundatissima, veritatis, qam nobis proposuit in ipsâ Deus. Sic enim ex curiâ atqe prætorio ad valvas avt columnas, ut Romæ olim pro Rostris, decreta exhibentur & proscribuntur foris; proscriptáqe custodiri in eis solent.* Hæc ille. De *columnis* qibus leges, vel affigi, vel incidi solebant, habeas è multis ista. Dionysius Halicarnasseus *Antiq. Rom. l. 10.* de Decemviris: Ἐπικυρωθέντων δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν νόμων, στήλαις χαλκαῖς ἐγχαράξαντες αὐτοὺς,

A

ἐφεξῆς ἔθεσαν ἐν ἀγορᾷ τ̃ ἐπιφανεστάτῳ ἐκλεξάμενοι τόπον. *Leges plebiscito confirmatas, & columnis areis incisas, in fori loco maximè conspicuo deinceps proposuerunt.* Aliter pavlò qàm Cajus Imperator, qi *de vectigalibus indictis legem proposuit, minutissimis literis, & angustissimo loco, ut ne cui describere liceret.* Sveton. *l.* 4. *c.* 41. Allusit huc apud Plavtum ille *Trinum.* 4. 3.

Ea leges utiqe misera etiam ad parietem sunt fixa clavis ferreis,
Ubi malos mores affigi nimio fuerat aquis.

B

Dio Cassius *Hist. Rom. l.*41. Ὅτι ἥλιος σύμπας ἐξέλιπε, καὶ κεραυνοὶ τὰς στήλας τὰς τοὺς νόμους ἐχούσας ἐλυμήναντο. *Sol totus defecit, & columna in qibus leges extabant, de cælo tacta sunt.* Ex Varrone Macrobius *Saturnal. l.*1. *c.* 13. *antiqissimam legem fuisse incisam in columnâ areâ, à L. Pinario & Furio Coss. cui mentio intercalaris adscribitur.* Nec leges tantum, sed & fœdera, & pacta conventa publica, columnis incisa legimus. Cicero pro Balbo: *Cum Latinis omnibus fœdus ictum, Sp. Cassio, Posthumio Coss. qis ignorat? qod qidem nuper in columnâ aneâ meminimus post Rostra incisum, & perscriptum fuisse.* Qod Livius *l.* 2. *Fœdus cum Latinis à Sp. Cassio ictum, columnâ inscriptum, monumento est.*

C

Et alia itidem negotia monimentáqe, qæ nosse qosqe ex usu erat. De Avgusto Dio. *l.* 53. Προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς, τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε. *Curator viarum, qa circa Romam sunt, constitutus, Milliarium* (ita Plinius vocat, *l.*3. *c.* 5. qi & *in capite Romani fori statutum* refert; & Tacitus *Annal. l.*17.) *avreum, qod dicitur, statuit.* Id Plutarchus in Galba docet fuisse κίονα χρυσοῦν εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσιν· i.e. *columnam avream, ad qam via omnes ex Italia partibus singulis definebant.*

D

Idémqe morti proximus, res à se gestas columnis sive pilis duabus æneis inscribi, Testamento mandavit. Dio. *l.*56. Τὰ ἔργα ἃ ἐπεπράχει πάντα, ἃ καὶ ἐς χαλκᾶς στήλας πρὸς τῷ ἡρῴῳ αὐτοῦ ἀναγραφῆναι ἐκέλευσε. *Rerum à se gestarum omnium syllabum reliqit; qas & in columnas, sive pilas, aneas incidi, & ante sacrarium suum statui jusserat.* In lapide Ancyrano, cujus supersunt adhuc fragmenta, sic legitur: *Rerum gestarum D. Avgusti; & impensarum, qas in Rempublicam, Populúmqe Romanum fecit, incisarum aheneis pilis, qa sunt Roma posita, exemplar.* Qanqam Svetonius *l.*2. *c.*101. *indicem rerum à se gestarum, qem vellet incidi in aneis tabulis, qa ante Mavsoleum statuerentur.*

E

Nec aliter eqidem capio, qod de Cicerone Dio Cass. *l.*39. Ἀνῆλθέ τε ἐς τὸ Καπιτώλιον, καὶ τὰς στήλας τὰς ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ φυγῇ ὑπὸ τοῦ Κλωδίου τεθείσας καθεῖλε. *In Capitolium ascendit, pilásqe de exilio suo à Clodio fixas dejecit*, an, *sustulit*. Pari ergò modo in Ecclesiâ Dei, tanqam in Columnâ, ære qovis perenniore (Matth. c.16. v.18.) & in loco conspicuo, urbis ad instar super montem sitæ, collocatâ, (Esajæ c.2. v.2. Mic. c.4. v.1. Matth. c. 5. v. 14.) prostant Legis divinæ Tabulæ; via ad vitam & salutem æternam unica delineata & descripta; pacta deniqe inter Deum genúsqe humanum conventa, qæ nosse nihil omnium interest magis.

Verùm ut dissertationi de Apostoli verbis illis isti terminum figam; in tam variâ & diversâ loci hujus interpretatione, si qis sententiam meam reqisierit, eis lubens faverim, qi cum antegressis ea committunt. Siqidem qas in adversum rationes vir doctissimus adducit, minus validæ videntur. 1. Nec ἀσύνδετος est dictio, in qâ, copulâ intercedente, membra sibi invicem annectuntur: nec hiulca avt suspensa, in qâ sensus commodè continuatur. Etenim dato (qod negari non potest) ἀλήθειαν, sive *veritatem*, de qâ Apostolus, esse *magnum illud Mysterium*; consecutionis ratio commoda satis est futura, etiam præcedentibus annectantur ista. 2. Nec ad novum transit argumentum Apostolus, cum *veritatem*, qam dixerat, ab altitudine summâ dignitatéqe, qæ in confesso sit, commendat: nec est insolens etiam in sacrâ paginâ, ut à copulativâ, non argumentum tantùm novum, sed scriptum qoqe integrum qandoqe inchoetur. sic enim & liber Esdræ, & liber Jonæ ordiuntur. sed nec Apostolo ipsi insvetum est prorsus, ab eâdem ordiri; & καὶ pro δὲ, sive pro *avtem*, usurpare. (videantur ad Corinth. Ep. 1. c. 2. v. 1. & c. 3. v.1. & c. 5. v.13. Ephes. c.2. v.1. Thessal. Ep.1. c.1. v. 12. Timoth. Ep 1. c.5. v.7.) qod istic tamen non est necesse. 3. Nec formula illa Rabbinica, locum hic habet. alia enim est *sapientia*, cujus Moses ille fundamentum & columnam dicit esse, *nosse qid sit ens primum*, ab hoc ipso, cui *fundamenti* ac *columna* nomen tribuitur. cum apud Apostolum nihil aliud sit *veritas*, qàm *Mysterium pietatis* ipsum; qod proinde sui *columna*, & *fulcimentum* minus aptè diceretur. 4. Non est necesse, si cum præcedentibus conjungantur ista, ut *Ecclesia & domus eadem & columna*; sed nec ut *columna ac firmamentum veritatis*, dicatur, qod ex aliis interpretationibus patet superiùs adductis.

Ita cum prægressis committi nihil prohibet. Ex illis avtem, qi cum antecedentibus compingunt, cum eis meum malim calculum dare, qi *columnam suffultricem*, qàm qi *pilam promulgatricem*, alludi statuunt: qum ista στήλη plerumqe potiùs qam στῦλος dicatur; (unde στηλίτης, στηλιτεύειν, στηλοκοπεῖν, στηλογραφεῖν, &c. & Gregorius Nazianzenus in *Epitaphio Basilii*, sanctos Christi Martyres & Confessores hâc ratione nuncupat, ἐμψύχους στήλας, non στύλους, & (σιγῶντι κηρύγματι) tum & τὸ ἑδραίωμα subjunctam illo trahere videatur. ex his avtem, in eorum pedibus iverim sententiam, qi cum Nysseno & Gazæo de *Timotheo* dictum intelligunt. qia tam *columna* istic à *domo*, qàm ad Ephesios à *fundamento lapis angularis*, distingvi videatur.

F I N I S.

THOMÆ GATAKERI
ADVERSARIA
MISCELLANEA
POSTHUMA,

IN QIBUS

Sacræ Scripturæ primò, deinde aliorum Scriptorum Locis aliqam multis Lux redditur.

Qæ ANIMADVERSIONUM hujusmodi CINNUM ab ipso Avtore præmissum jam subsequntur,

EDENTE

CAROLO THOMÆ GATAKERI FILIO.

Adjicitur Avtoris Vita propriâ manu scripta.

GREGORIUS NAZIANZENUS *in Epitaph.* Basilii pag. 323. B.

Οἶμαι γὰρ πᾶσιν ἂν ὡμολογῆσθαι τῶν νοῦν ἐχόντων, παίδευσιν τῶν παρ' ἡμῖν ἀγαθῶν εἶναι τὸ πρῶτον, οὐ ταύτην μόνον τὴν εὐγενεστέραν καὶ ἡμετέραν -- ἀλλὰ καὶ τὴν ἔξωθεν, ἣν οἱ πολλοὶ Χριστιανῶν διαπτύουσιν, ὡς ἐπίβουλον καὶ σφαλερὰν, καὶ Θεοῦ πόῤῥω βάλλουσαν, κακῶς εἰδότες. ὥσπερ γὰρ οὐρανὸν καὶ γῆν, &c. *Illud avtem inter omnes sanæ mentis homines constare arbitror, eruditionem inter humana bona principem locum tenere, non de hac nostra solum ac nobiliore loqor --- sed etiam de externa, qam pleriqe Christiani, pravo qodam judicio, ut insidiosam & periculosam, ac procul a Deo avertentem, aspernantur. Qemadmodum enim cælum & terram, &c.* Vide qæ sequntur.

Lectori Pio, Perito, Candido.

EN tibi opus πολυμαθέστατον, cui in lucem edendo operam dedisse me fateor, non tam ut parentis nostri B.M. nomen, non modò pietate inclytum, sed etiam ob eruditionem tum sacram tum profanam, maximè ob politioris literaturæ peritiam singularem, domi forisqe satis jam celebre, supra invidiæ saltem post fata qiescentis aculeos, illustrius innotesceret, qàm ut ipse malignitatis crimen effugerem. Jure enim merito mihi τῆς κακοηθείας dicam impingi licuerit, si egomet, qi nihil qicqam opellâ propriâ Reipublicæ literariæ conferre valeam, etiam studiorum alienorum fructum orbi Christiano depeculatum eam; si κειμήλιον istud, cujus concinnandi gratiâ librorum helluo indefessus, optimæ notæ scriptores omne genus non minori operâ delibaverat, qàm Apes φιλόπονοι Hymetti flores varios amat depascere, in scriniis privatis sepultum potius, qàm repositum, non sine Ecclesiæ totius damno, custodivero. Fateor eqidem statim, ex qo Lumen illud perinde atqe Columen Ecclesiæ nostræ fato concessit, ut anima corpus annis & laboribus marcidum exuta cœlos repeteret, ibiqe τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον, *non marcescentem gloriæ coronam*, [a] reportaret, amicos qosdam nostrates, peregrinosqe hoc debitum à me flagitasse, qasi Patris hæres ejus nomine obstrictus, qod ipse in Præloqio Cinni sui parti priori prævio promiserat, tenerer exolvere. Qod verò jam in annum ab obitu τοῦ μακαρίτου pænè qintum premitur, per me non stetit, utpote qi virorum clarissimorum, cui parentis nostri memoria æqè cara fuit, atqe hæc studia grata, consilium adhibuerim, & operam imploraverim, ut obstetricantes manus huic fœtui in avram apricam producendo commodarent. Sed obstitit seculi nostri scriptis hujuscemodi parum faventis iniqitas, qâcum librorum institores αἰσχροκερδεῖς ita conjurant, ut qicqid ingenia maleferiata consarcinant animorum lascivientium & prophanorum prurigini congruum, prelum occupet, & operas defatiget, dum eruditionis sanæ & altæ enixus ferè ultimis blattis & tineis arrodendus relinqitur. Usqe adeo periclitatur ὁ τῆς γενέσεως ποταμὸς οὗτος ἐνδελεχῶς ῥέων, *fluvius ille ortus nostri sine intermissione labens*, [b] (qod observavit Vir incomparabilis D. Verolamius) solidas & gravioris momenti res qasqe absorbere, & in imo reconditas oculis subtrahere, dum aceres, paleæ, & id genus res nihili passim enatant & omnium conspectui obviam eunt.

Cæterùm avtor noster ὁ πάνυ studiis ab ætate ineunte stupendâ ingenii propensitate addictissimus, qoad Dei permissu in terris egit, per totum vitæ curriculum literas divinas humanasqe animo ita sincero, pio, & excelso coluit, ut qod Ennius de Pyrrho dicit;

[c] *Non cavponari bellum, sed belligerare:*

qo sensu (ut ego avtumo) B. Pavlus negat se καπηλεύειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. [d] i.e. *lucri cavssâ institutam agere verbi Dei*, qod * [e] venale nullo modo ducendum est; ita sanctissimè avsim asserere, illum studiis liberaliter incubuisse, neqe unqam ad qæstum abusum eruditione suâ eximiâ, sed Dei honori, & Ecclesiæ commodo dotes atqe lucubrationes suas omnes devovisse, præcipue verò Veritati tuendæ, illustrandæ, promovendæ, hunc qem ultimo adornaverat animadversionum Cinnum destinasse. Meum ipsius qod attinet in hàc editione institutum, religioni qidem est mihi Talenta aliena invi-

[a] 1 Pet. 5. 4.
[b] Plutarch. ad Apollon. pag. 106. E.
[c] M. T. Cic. Offic. lib. 1.

[d] 2 Cor. 2. 17.
[e] Τὸ θεῖον οὐκ ὤνιον. Greg. Naz. pacific. 3. Neqe enim pretio ulla res Dei constat. *Tertul. Apol.*

invide defodere: ſed & longè abeſt animus à lucro ſeculari per hanc πραγματείαν captando. Fruere igitur, Lector Chriſtiane, pari cum benevolentiâ Parentis noſtri ſudore & oleo, diurnis nocturniſqe laboribus, qibus animum agilem & acutum exercuit, corpus exile attrivit, dum ſcriptorum τῶν ἔσω, τῶν ἔξω, volumina manu aſſiduâ verſavit, ad veritatis obruſſam acri judicio redegit, & qod ſibi ex uſu viſum fuit commentariis ſuis feliciter interſeruit, non minorem illis afferens lucem, qàm ſuis inde concilians gratiam. Sed & Deo O. M. bonorum omnium avtori, favtori, tribuatur gloria, cujus avxilio mirifico Reverendus ille Pater & Paſtor Eccleſiæ præconio publico Religionis noſtræ myſteria ſolidè juxta atqe acutè explicuit, pietatis vim concionum gravitate vitæ ſuæ ſanctitati probè conſonâ gnaviter promovit, & ſacroſanctæ paginæ ſenſum, tum hîc, tum alibi, ingenio perſpicaci & calamo expedito dilucidum reddidit. Mihi deniqe ſatis referetur gratiæ, ſi, dum veſtigia paterna premere nititur, qanqam non paſſibus æqis, precibus tuis adjuvetur

Tui emolumenti ſtudioſiſſimus,

CAROLUS THOMÆ GATAKERI

Filius.

POSTSCRIPTUM.

HOc unicum te, Lector Candide, monitum cupio: Parentem noſtrum hæc ſua miſcellanea in libros qatuor digeſſiſſe, ſed molis inæqalis, prout obſervationes è re nata latiorem arctiorémve expatiandi campum ejus ſtylo dederint; nos verò capita ſeriatim numerata in unum compegiſſe, idqe ſine materiæ vel detrimento, vel confuſione; ſiqidem ſingula ferè capitula novum argumentum, & recens oblectamentum tibi offerant. Id modò reſtat, ut Typothetarum erroribus, qibus lingvarum varietas occaſionem qandoqe præbuit, & corrigendis tua ſuffecerit perſpicacitas, veniam à candore tuo impetrem. Pluribus te morari iniqum fuerit. Paradiſum iſtum bonis avibus ingredere, & areas ſingulas perluſtra, ut florum ibi naſcentium odore ſvavi & ſalubri ſenſus perfuſi geſtiant.

THO-

THOMÆ GATAKERI

Vita, propriâ manu ſcripta.

QAndoqidem omnibus, qos τοῦ μακαρίτου modeſtia non latuit, mirum videri poſſit, illum qi neceſſariorum precibus flecti non potuit, ut effigiem ſuam penicillo cælove exprimi paterctur, neqe ullum ſibi poni monumentum voluit, præter illa qæ ipſe æternùm duratura ſtatuerat, libros volo eruditione perinde atqe pietate refertiſſimos, ut ſui hiſtoriolam componeret in animum induxiſſe, ſciat Lector, hoc ſaltem amicitiæ datum, qæ illi interceſſerat cum Reverendo viro D. Richardo Dugardo Sidnejo-Suſſexienſis Collegii olim ſocio clariſſimo, cujus niſi præfato honore meminiſſe mihi nefas eſt, qoniam ſub ejus tutelâ in Muſarum hoſpitium admiſſum, & ejuſdem operâ atqe conſilio ſcientiis liberalibus memet (leviter licet) imbutum fuiſſe animo gratiſſimo profiteor. Vir iſte præſtantiſſimus juvenes inſtituendi labores aſſiduos, qos feliciter qidem ſubiit, vergente tamen ætate valetudinis ratione pertæſus, in Agrum Lincolnienſem ſeceſſit, & Eccleſiæ in villâ qâdam regimen ſuſcepit. Solitudine illâ uſus in animo habuit, è Collegio, cujus primo alumnus, deinde ſocius fuerat, qotqot in Eccleſiâ celebres effloruerant (& non pauci intra paucos annos, Deo etiam natu minimo Almæ Matris Cantabrigiæ ſodalitio favente hujuſmodi eluxerant) eorum vitas pertexere. Inter alios hunc, de qo agimus, ſilentio prætermittere, præter neceſſitudinem mutuam, ipſum Collegii tanti Ornamenti nomine honeſtandi inſtitutum non ſivit. Itaqe Vir doctiſſimus ab amico ſuo impetravit, ut ipſe vitæ ſuæ rationem breviter exponeret. Sed dum fata ſeriem non ſervant, Reverendus ille D. Dugardus placidè obdormitum ivit amico etiamnum ſuperſtite, & opere infecto. Poſt ejus deceſſum D. Gatakerus ab amici ſui Nepote, Scholæ celebris in Londinio Gymnaſiarchâ jam erudito, in cujus poteſtatem ejus chartæ devenerant, ſcriptum qod ſub manibus habemus repetiit, & recepit. Hunc jam commentariolum, in qo de ſe modeſtè pauca duntaxat memoriæ mandavit parens noſter, oculis tuis ſubjicere, Lector candide, ſatius duxi, qàm in ſitu ſepelire. Neqe Teſtimonium D. R. Dugardi ipſi Autographo præmiſſum celari oportuit, qoniam non aliis atqe mihi de Parentis manu æqè conſtat.

A me rogatus per literas vitam ſuam ità ſcripſit Mr. Gataker, ut ego qæ viderentur, inde decerpta catalogo ſociorum Collegii Sidnejani, qem diu deſcribendum propoſui, insererem.

RI. DUGARD.

THomas Gatakerus Londini natus eſt, pridiè Nonas Septembris, Anno ſalutis in lucem editæ milleſimo qingenteſimo ſeptuageſimo qarto, in domicilio, ad Templum, qod Edmundi nomen præfert, pertinente, ejuſdemqe Rectori aſſignato; patre Thomâ, Eccleſiæ ibidem convenienti præfecto, à Gatakeriana in agro Salopienſi, antiqâ celebriqe ſatis familiâ; matre Margareta, à Pigottorum in agro Hartfordienſi ſtirpe minus illuſtri, oriundis. Poſt literarum tirocinia in ſcholis Grammaticis exacta, annum agens decimum ſextum, ad Academiam Cantabrigienſem à patre miſſus, in S. Joannis Collegium admiſſus eſt. Ibi Scholaris (qem appellant) locum adeptus, (patre interim amiſſo) uſqe ad gradum Magiſterii in Artibus collatum perſtitit. Inde in Collegii, cujus fundamenta tunc jacta fuerant, Sidnejo Suſſexienſis, ſocietatem, à Fundatricis fidei commiſſariis allectus; interim dum ædificium ipſum abſolveretur in agrum Eſſexienſem ſeceſſit. Ubi in D. Gvilielmi Aylofi ædibus commoratus, cum ipſius in linguâ Hebraicâ, cujus notitiam mediocrem jam aſſecutus, majorem avebat, ſtudiis promovendis, tum filio ejuſdem primogenito in literis humanioribus inſtituendo, operam ſuam collocabat. Huic inſuper dum adhæſit, partim ſponte ſuâ, partim matrisfamilias inſignis pietate mulieris rogatu, cum in fidei principiis familiam totam erudiebat, tum ſingulis matutinis ſacræ paginæ caput aliqod prius recitatum, pro temporis conceſſi opportunitate, breviter enarrare conſueverat. In hoc exercitio, qod non ipſi ſibi minus, qam audientibus fructuoſum compererat, intra anni ſpatium, Veteris Inſtrumenti, ab Eſajâ exorſus, prophetias univerſas, Novi Epiſtolas Apoſtolicas omnes abſolverat. Contigit inter hæc, ut Do-

minam Aylofam, qam confangvinitate propinquâ attingebat, obiter invifens, D. Joannes Sternus Epifcopi Londinenfis ad Colceftriam fuffraganeus, munus iftud obeundi inopinatus intervenirét; qi ubi Epiftolæ ad Ephefios caput primum eâ occafione explicantem avdierat, ad ordines facros fufcipiendos cohortabatur; ad eam rem opem operamqe fuam ultro pollicitus. Qod ille tamen, qum alterâ ex parte minifterii facrofancti granditatem gravitatemqe, fuam ex alterâ indignitatem infirmitatemqe perpenderet, altioris confiderationis rem effe eam ratus, cum grati ob gratiam ejufmodi fponte oblatam affectus profeffione, pro tempore renuebat. Verum poftea viro graviffimo D. Henrico Alvejo, qo tutore pridem, confultore tunc ufus eft, ne conditionem oblatam refpueret infuperve haberet, variis de cavffis monente, Domino Sterno etiam poft menfes aliqot exactos iterato interpellante & impellente affenfus tandem in facros ordines eft ab eodem cooptatus. Collegii fabricâ jam confummatâ, ad locum prius defignatum in eodem capeffendum Cantabrigiam denuò reverfus eft. Ibi dum agit, ftudiofis, havd multis, fed inter qos emicuere Joannes Hoilus & Thomas Pellus, qi collegii ejufdem poftea focii extiterunt, erudiendis incubuit. Cæterum, cum religionis promovendæ ftudio accenfi, pii qidam, è qibus Abdias Afhtonus Joannenfis, & Gvilielmus Bedellus Emmanuelenfis, in loca vicina, etiam remotiora pavlo qædam, in qibus paftorum qi plebem inftruerent, defectus infignior, verbi diffeminandi populiqe erudiendi gratiâ, freqenter excurrerent; ab illis idem ut & ipfe præftaret, invitatus, ad pagum qendam, in Comitatuum trium, Cantabrigienfis, Bedfordienfis, Huntingtonienfis confinio conftitutum (Evertonium appellant) qo loco fenex decrepitus annorum (uti ferebatur) triginta præter propter ultra centefimum Vicarii nomen fuftinebat, comiter excipiente, qi fedem ibi tunc fixerat, D. Rogero Burgonio, feptimanis fingulis exeuntibus fe conferebat; ac per fefqiannum Dominicis qibufqe ad populum conciones habebat donec D. Afhtono interpellante, cum qibufdam de cauffis, qas commemorare nihil eft neceffe, a collegio ad tempus fecedendi animum habere adverteret, in D. Gvilielmi Coqi, cujus Afhtonus idem olim tutelam gefferat, Londini tunc agentis familiam eft evocatus. In eâ privatim inftituenda dum verfatur, evenit ut Concionatoris apud Juri operam in Hofpitio Lincolnienfi dantes, locus vacaret. Hunc itaqe apud D. Coqum agentem, adeunt è focietate illa nonnulli, qi in urbe qandoqe conciones habentem avdierant, fuam ad locum illum adipifcendum operam deferentes, & Domini Joannis Pophami in Tribunali Regio tunc Præfidentis, qem familiarem favtoremqe habere norant, interventu, citra difficultatem ullam, fufcipere, modò ipfe vellet, rem perfici poffe, prædicantes. At ille, ne in humeros fuos onus iniqius admitteret, dum cunctabundus hæfitat, fermones inter fe alternatim ferentibus, fupervenerat D. Montacutius collegii præfectus, qi, cum aliis de negotiis rem collegii fpectantibus ad Urbem acceffiffet, de reditu ad Collegium, noftrum iftum compellaturus convenerat. Ubi verò negotium, qod illos inter agitabatur, refciverat, mutato ille confilio, Lincolnienfibus eis protinus fuffragari, hæfitantem corripere, per fui diffidentiam fluctuantem firmare, ne defugeret omninò perurgere; ambiendi neceffitatem nullam fore; cum Dom. Pophamo, qem alia occafione conventum oportebat, acturum, ut ad focietatem eam commendatum haberet. Hac ratione locum illum adeptus, per decennium integrum apud illos concionatoris munere defunctus eft. Nec confeftim tamen à D. Coqi, cujus & Dominam confangvineam habuit, familia receffit prorfus: apud qem, cum in agrum Northamptonienfem conceffiffet, per vacationes, qas appellant, & comitiorum publicorum interftitia, divertebat; donec conjugio inito familiam ipfe aleret, & in urbe fedem figeret. Interea à viro Illuftriffimo D. Gvilielmo Sidlejo oblatam in agro Cantiano curam paftoritiam, qæ amplos fatis reditus affignatos obtinere ferebatur, cum negotiorum molem, qam ea attractura videbatur, reveritus & reformidans, tum & à Lincolnienfibus fuis ægrè divelli fe paffus, (à qibus tamen ultra fexaginta annuatim minas nunqam receperat) non fine grata affectus benevoli agnitione, fufcipere recufabat: qod Vir qidem nobilis ille fimul ac literatus gravatim tulit, cum focietate relictâ nihil opus effe dictaret, apud utrofqe, focio aliqo in laborum confortium adfcito, munus fuftineri poffe exiftimaret. At noftro mens diverfa planè, nec id animum inducere ratione ulla poterat. Cæterum poftea, cum per anteceffóris obitum vacante Rectoriâ (qam vocant) Rotherhithienfi, (ea in agro Surrejano, non ultra primum ab urbe, fuburbiis faltem, lapidem eft diffita) ad eam fufcipiendam ab incolarum parte faniore flagitaretur, & horum qoqe poftulatis fe difficilem præberet, illi virum Reverendum, D. Richardum Stockinm qocum confilia illum fua communicare folitum acceperant, adeunt; hominem famæ parum integræ, ni nofter velit admittere, in pietatis detrimentum, piorum offenfionem obtrudendum fibi fore conqeruntur, enixè rogant, ut in negotio ifto præfto ipfis effe velit. Hujus proinde, qi id in fe oneris lubens fumpferat, rationibus adductus, fvafionibus obfecutus, ad annum à Chrifto carne humana induto millefimum fexcentefimum undecimum, Lincolnienfibus fuis gratiæ divinæ commendatis, ad Ecclefiam Rotherhithienfem procurandam commigravit. Et qamvis focietatis illius è primariis havd pavci retinere illum apud fe conniterenrur, nec deeffent etiam ex primæ pietatis nomine notæ Theologis, qi utrobiqe (adjutore faltem adhibito) operam commodè fatis & fructuosè magis (præfertim qum de fucceffore ambigeretur) exhibere poffe contenderent; nevtris tamen ille acqiefcere fuftinuit, ut cum curam iftam in fe jam admififfet, apud alteros illos moram diutius protraheret, qam qod fucceffori idoneo ex animi fententia fufficiendo fufficere videretur.

deretur. Apud cœtum iſtum ſacris peragendis plebeqe inſtituendâ (licet de ſede mutandâ ſub conditionibus havd aſpernandis ſæpius interpellatus) annos jam triginta ferè qinqe tranſegit: valetudine interim pro corpuſculi imbecillitate uſus commodâ ſatis: cephalalgiam enim, qâ à pueritiâ ipſâ ſubinde laboraverat, & concionandi labores intendere conſveverant, uſus familiarem fecerat: nec deliqium, qod à virium defectu qandoqe patiebatur, & è ſuggeſtu aliqoties inter dicendum deſcendere cogebat, cum nec diu diſtineret, nec crebrum furet, multum faciebat; Febriculam duntaxat tertianam ſemel & iterum moleſtiorem ſed nec eam diuturnam, expertus eſt. Colicâ verò paſſione ante qadriennium tantopere exagitabatur, ut morti proximus crederetur. Ab hac vix evaluerat, cum anno inſeqenti, inter Theologos illos, qos ad doctrinam diſciplinamqe conſtituendam in conſilium adhibere Regni Ordinibus eſt viſum, ad conventum Veſtmonaſterienſem eſt evocatus, ubi, numine propitio confirmatior factus, qam avt expectare avt ſperare etiam poterat, unâ cum collegis reliqis, operam qam poterat, præſentiam ſaltem, per biennium integrum, & qantum excurrerat, aſſiduam exhibuit. Interim, cum Collegiorum in Academiâ Cantabrigienſi præfecturæ aliqot, præfectis priſtinis avt ſecedentibus avt amotis, vacarent; à viro Nobiliſſimo Comite Manceſtrenſi, cui ſufficiendi poteſtas eſt ab Ordinibus demandata, ad Collegii Trinitatis præfecturam eſt expetitus: è conventu fratribus havd pavcis, eis maximè, qi ad præfecturas reliqas admoti fuerant, ne defugere avt reniti vellet, acerrimè inſtantibus. Qibus ille, cum nullâ aliâ ratione ſatisfacere poſſet, eo tandem confugit, ut corpuſculi vires negaret, ultro citroqe commeando itineribus neceſſariis pares futuras; pedem alterum in capulo jam habere; fruſtra onus ejuſmodi imponi, ſub qo ſuccumbere neceſſe ſit: qieſcerent, ni lucis uſuram invideant, & ſpatiis arctioribus conſtrictam cupiant. Hoc uti illis tum ora occluſit, ita præſagium havd vanum fuiſſe eventus comprobavit. Siqidem havd ita multo poſt, cum negotii ultra ſolitum nihil qicqam acceſſiſſet, paſſione illâ colicâ (ex qâ prius periclitatus fuerat) derepente denuò correptus eſt; qæ corpuſculum per ſe ſenio jam qaſſum, nec ſatis unqam firmum, & ex morbi priſtini vexatione infirmius redditum, tantopere afflixit, vireſqe reliqas non tam dejecit, qam proſtravit, ut non neceſſariis tantum, ſed & medicis ipſis, pro conclamato ferè ac conlocato haberetur. Per divinam tamen clementiam morbo ſuperato, aliqantulum recreatus, & valetudini priſtinæ qadantenus reſtitutus; etiamſi nondum ita confirmato corporis ſtatu, ut avt ad conventum Veſtmonaſterienſem proficiſci, avt domo diutius longiuſve emanſor eſſe valeat; ad munus tamen paſtoritium per occaſiones neceſſarias obeundum prodiit denuò, Anno Æræ qidem Chriſtianæ milleſimo ſexcenteſimo qadrageſimo ſexto, ætatis avtem ſuæ ſeptuageſimo ſecundo jam exacto.

Hactenus Venerandus Senex calamum ſuum protelavit, prout Deo viſum fuit ejus ætatem protrahere ultra terminum vitæ humanæ à Moſe præfinitum Si qid deinceps uſqe ad annum octogeſimum præter laborem & dolorem occurrit, id omne in lucro ponendum. Noſtro qos omnipotens dierum noſtrorum menſor & arbiter ſuperaddidit, anni ſibi qidem plus ſatis ægritudinis, at ingens aliis attulere commodum. Nam publico verbi divini præconio denuò repetito, etiam ultra vireculas corporis ſenio ſatiſcentis & morbis crebris dudum debilitati, adeo incubuit, ut venâ in pulmonibus diffractâ, ſaltem diſtentâ, ſangvinem alibi bis intra ſemeſtre tempus emittere cogeretur: & tandem medicorum ſvaſu non ſine vitæ certo diſcrimine potuiſſe illum conciones habere publicas dictitantium, è ſuggeſtu ſemet abſtinuit. Deinde publicis negotiis ſe imparem ſentiens, & Eccleſiæ noſtratis ſtatum miſerè labefactatum lugens, in domum privatam ultro conceſſit, (utar verbis Gregorii Nazianzen. Ep. 68.) ὥσπερ ἐκ χειμῶνος δεινοῦ καὶ τραχέος, εἰς τὸν ἄδειον τινα ὅρμον καὶ ἀσφαλῆ. Ibi, prout per valetudinem licuit, ſtudia ſua ad Eccleſiæ commoda direxit. Tunc largiores in Jeſaiæ ac Jeremiæ prophetias Threnoſqe Annotationes abſolvit, qibus (ſi qa fides nonnullis, non κατὰ χάριν, ſed κατ' ἀλήθειαν ſententiam ſe ferre avtumantibus) non extat in ſacram paginam commentarius numeris omnibus abſolutior. Tunc delitias ſuas, M. Antoninum Imp. verſione illuſtratum, & Commentario, ſtupendo qidem literaturæ omnifariæ ſpecimine, avctum, Viris Clariſſimis in Celeberrimâ Academiâ Cantabrigianâ edendum in ſe ſuſcipientibus, & vel eo nomine benè de Repub. literaria merentibus, tradidit. Ex eodem otio optimè uſurpato provenit illius Cinnus, ſive Animadverſionum ſacrarum literis humanis cum amænitate utili interſperſarum miſcella, cujus partem ipſe avra ætherea uſus edidit, & qod ipſius manu conſummatum ſupereſt omnibus, maximè illis, qibus horum appetitum acrem conciverat Promulſidis guſtus, jam impertimus. Ad Apologiam, ſacræ veritatis magis, qam ſuæ exiſtimationis tuendæ gratiâ ſcribendam compulit arioli cujuſdam nugaciſſimi impudentia, qi ſub Aſtrologi nomine ſe cum ſuis impoſturis mundo partim credulo partim impio venditavit, principibus qibuſdam turpiter aſſentans, aliis ἀναιδῶς oblatrans, & plebeculam miſerè ludificans. Cœperat avtem, importunis ſuorum precibus victus, diſſertationes ſuas recolligere de Juſtificationis per fidem ratione, qas in Sancti Pavli verbis ad Rom. 3. 28. pro concione diſertè & dilucidè admodum explicandis multis retro annis tradiderat. O utinam aliqantulo citius inſtitutum illud fuiſſet aggreſſus, vel Deus diutiorem lucis uſuram illi indulſiſſet! Nam ſchedis pavcis expeditis, & unico Juſtificationis vocabulo librato, ſive luci reſtituto, manum ejus de tabulâ ſummovit primò librorum tunc temporis novas & inavditas antehæc de juſtificatione lites moventium tanta farra-

go, qantâ lnſtrandâ ſe planè obrui qerebatur, & mox ægritudo qæ illum corripuit, & non modo pénſum illud, ſed etiam vitæ ſtamen brevi abrupit. Nam Julii die nono, ætatis ſuæ octogeſimo affecto, ſub primo diluculo animi deliqio pavliſper oppreſſus fuit. Morbum hunc erebro in extrema ætate perſenſerat, geminum illi eſſe avtumans, qem L. An. Seneca ſæpe paſſus ab ævi ſui Medicis meditationem mortis indigetari dixit. Ut verò ſibi in uſum ejuſmodi eveniret pius iſte noſter oravit. Sed intra triduum morbus ſeſe febrim eſſe prodidit, qæ naturæ labanti incidens arte cito ſuperior evaſit. Interim nativo calore in putridum verſo torrefactus, ut cervus ad alveos aqarum, ita ille anhelavit ad Dominum, reqiem in altero ſeculo, qam in hoc neqicqam qæſivit, obnixè rogans. Qamdiu decubuit, etiam morte artus extremos occupante, animus, ratio, memoria non defecere. Julii die 26, etſi ad tibias jam pervaſit lethalis rigor, tamen charitati ſuæ ordinandæ ſuffecit, & neceſſariis ſuis extrema monita pietatem ſpirantia cum admirabili mentis vigore præcepit. Poſtridie, appetente veſperâ, filium ſuum propius ad ſe vocatum ad preces hortatus, qibus magno cum fervore ſuum teſtabatur conſenſum, mox corpuſculi viribus devictis, & vinculis ſolutis, animam Deo reddidit, ut in reqiem diu exoptatam à Chriſto reciperetur. Hoc modo octogenarius Dei ſervus curſum ſuum conſummavit, & vitæ ob ſanctimoniam non minus conſpicuæ, qàm ob eruditionem ſuſpiciendæ exemplar, qaſi lampadem, poſteris tradidit. Incertum enim, utræ in illo palmam alteris præripuerint, utrum animi dotes eximiæ, qibus Eccleſiam ædificavit; an gratiæ ſacroſanctæ, qibus etſi aliis prodeſſet, ſuam tamen ſalutem imprimis promovit. Scilicet ut aliis hoc munus exeqendum relinqam, ὁ ἱκανώτερος æqum facit.

THO-

THOMÆ GATAKERI
ADVERSARIORUM
MISCELLANEORUM
POSTHUMORUM.

CAPUT I.

Participii verbi substantivi ellipsis. χωρὶς adverbialiter sumptum, quid significet. Αὐθειλῶν manus dextra seorsum à corpore reliquo sepulta. Polyphemi pecudes in classes tres distributa. Multa aliud, aliud tempestiva dicere. Sophocles è Suidâ restitutus. χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρύγων, Proverbium quibus, de quibus, quâ ratione usurpatum. Damascius apud Suidam aliter quam Porta emendatus, apud Photium ab interprete Schotti nomen emendato, perperam redditus. Vaticinium prosteri, Philosophi non esse. χωρὶς τὰ Μοίρης καὶ Σιλωνῶν φιλοσόφων, quò doctum, χωρὶς ἱππεῖς. Proverbium quid velit, & unde tractum. Verbum substantivum, ejusdemve participium in formulis his suppressum, alibi expressum. Verba Apostoli, Rom. 7. 9. in quem sensum ab Origenianis tradu- B *cta: ubi Methodius apud Epiphanium suppletus, in quem à Pelagianis aliisque sectariis labis innata negatoribus detorta eadem; aliorum explicationibus vel rejectis, vel quoad sensum ipsum admissis, de analysi Grammaticâ quæritur. χωρὶς νόμου, quî reddendum videatur, & dicti Apostolici membrum utrumque sumendum. χωρὶς, & χωρίζω, unde con-* C *sequentia explicationem datam firmare. Lex nisi conscientia admota, nec peccatum suscitat, nec peccatorem occidit. Syntaxis eadem viris doctis agnita, Joan. 15. 5. eadem & Matth. 14. 20.*

IN *Cimii parte prima, libri secundi capite novissimo*, ex occasione dicti Apostolici de *columnâ ac fulcimento veritatis*, ad Tim. Ep. 1. c. 3. v. 15. deesse non rarò verbi substantivi participium, ex scriptoris mente supplendum necessa- D riò, monuimus. Id observatum, loco Apostoli ejusdem alteri illustrando, lucem forsan fœnerabitur. Ad eum autem explicandum viam muniemus, indicato vocabuli χωρὶς usu haud ita forsan freqenti, familiari tamen satis. Præpositionis enim significatum licet habeat plerumqe, at adverbialitèr tamen est ubi adhibeatur. χωρὶς ergo Græcum ubi adverbiascit, significat *seorsum, separatim, sejunctim.* Ita Homerus *Odyss. 1. v. 220.* de Polyphemi pecude;

—— Διακεκριμέναι δὲ ἕκασται
Ἔρχατο. χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασσαι,
Χωρὶς δ' αὖ ἕρσαι.
—— *Discreta procedebant*
Quæque: duces seorsum grandes; paulò hisce minores

A *Seorsum: mox seorsum tenerâ lanugine tecta.*

qo loco pecus caprinum, & ovinum etiam, in tres classes dispescit, πρόγονας, *atate grandiores;* μετάσσας, qæ ætatis qasi *media;* & ἕρσας *roris instar teneras* adhuc: ad qam distributionem ita accommodat Eustathius Aristophanis Grammatici illa; τῶν αἰγῶν αἱ μὲν τέλειοι, τράγοι καὶ ἐξάλοι· αἱ δὲ ἐχόμεναι ἡλικίᾳ, χίμαιροι τῇ δὲ νεώτερα, ἔριφοι· ut πρόγονοι Poetæ sint, qi Grammatico τράγοι illi μέτασσαι, qod huic χίμαιροι ἕρσαι illi, qi huic ἔριφοι. Herodotus l. 2. extremo; de templis à Græcis in Ægypto conditis; τὸ B μὲν Ἑλλήνιον καλεύμενον αὗται πόλιές εἰσι αἱ ἱδρυμέναι κοινῇ.
—— χωρὶς δὲ, Αἰγινῆται ἐπ' ἑωυτῶν ἱδρύσαντο τέμενος Διός.
Hellenium qod dicitur, Civitates ista junctis operis extruebant:
—— *seorsum vero Æginetæ per se Jovis fanum condiderunt.*

In Corinthiacis de Ægypti filiis Pausanias: Χωρὶς μὲν ἀπὸ τῶν σωμάτων ἐνταῦθα αἱ κεφαλαί· Χωρὶς δὲ ἐν Λέρνῃ σώματα τὰ λοιπά. *Seorsum qidem à corporibus istic sunt capita: Seorsum autem in Lernâ corpora reliqa.* Æschines adversus Ctesiphontem. Ἐάν τις αὑτὸν διαχειρίσηται, τὴν χεῖρα τὴν τοῦτο πράξασαν χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν. *Si quis sibi vim intule-* C *rit, manum, istud qæ peregerit, seorsum à corpore reliqo sepelimus. Manum,* inqit, *dextram* scilicet, qod ex Josepho discimus, Huc enim pertinent istius illa ad suos, qos à cæde sui dehortatur, *Belli Judaic, l. 3. c. 25.* Παρ' ἑτέροις δὲ καὶ τὰς δεξιὰς τῶν νεκρῶν ἀποκόπτειν ἐκέλευσαν, αἷς ἐπεστράτευσαν καθ' ἑαυτῶν· ἡγούμενοι, καθάπερ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἀλλότριον, οὕτω καὶ τὴν χεῖρα τοῦ σώματος. *Apud alios verò mortuorum istiusmodi dextras abscindi lege jubetur, qibus adversus se militarunt, qandoqidem ut corpus ab animâ, ita manum à corpore abalienatam existimarent.* Plutarchus in Catone minore, ἔφηβοι μὲν χωρίς, καὶ παῖδες ἑτέρωθι. *seorsum ephe-* D *bi, & ex alterâ parte pueri.* Joannes Evangelista. *cap. 20. 7.* Καὶ τὸ σουδάριον, —— οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον. *Et sudarium, non cum linteis unà positum, sed seorsum in locum unum involutum.* Sophocles Oedip. Colon.

Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ, καὶ τὸ καίρια.

Ita enim malim cum Suidâ, τὸ καίρια, εἰπεῖν scilicet, ut prius, τὸ πολλὰ, qam qod codices Sophoclei exhibent, τὰ καίρια, ad verbum,

E *Distant hæc, multa, & tempestiva dicere.*

sive, ut Grotius ad sensum paritèr;

Multa aliud, aliud id qod è re sit loqi.

Qod seqitur ibidem.

interdictum; post Chrysostomum, Theophylactus *de populo ante decalogum datum*; de utroqe Scholiastes, qi Oecumenii nomen præfert proferunt; ad Apostolum, qi pertinere possint non video. Nolim itaqe vertere, χωρὶς νόμου, *absqe lege* (qasi velut ἄνομος, sive *exlex* aliqandiu vixisse perhibeatur Apostolus qo modo ad Cor. Ep. 1. c. 9. v. 21. de se ait, Τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος· μὴ ὢν ἄνομος Θεῷ, ἀλλ' ἔννομος Χριστῷ· *Exlegibus ut exlex, non tamen exlex Deo, sed in lege ipsius Christi.* vel alâ qavis ratione) verum, χωρὶς νόμου ὄντος, scilicet, h.e. χωριζομένου τοῦ νόμου, *lege dissitâ*, i.e. *seorsum à me existente*, sive *consistente*. nam & χωρὶς, unde τὸ χωρίζειν verbum, a χῶρος, sive χῶρος, deductum volunt Grammatici, in qibus est Eustathius; ἔστι τὸ χωρὶς ... χωρίον εἶναι τι μεταξὺ τῶν χωρὶς ὄντων h.e. τῶν χωριζομένων· qô facit & Xenophontis illud in *Oeconomico pag.* 845. *A.* qod cum prius dixisset, Χωρὶς δὲ τὰ κατὰ μῆνα δαπανώμενα ἀφωρίσαμεν, δίχα δὲ καὶ τὰ εἰς ἐνιαυτὸν ἀπολελογισμένα κατέθεμεν· *Seorsum ab aliis auferebamus, qa menstruo spatio absumerentur, & seorsum, qa rationibus subductis in annum essent destinata, collocabamus.* Subjungit, Ἐπεὶ δὲ ἐχωρίσαμεν πάντα τὰ ἔπιπλα κατὰ φυλὰς, εἰς τὰς χώρας τὰς προσηκούσας ἕκαστα διηνέγκαμεν· *Posteaqam supellectilem universam in classes secrevimus, ad convenientia loca singula detulimus.* ut χωρὶς *adverbium*, non *præpositio*, extitat; & χωρὶς νόμου ὄντι, qo modo, χωρὶς ἐμαυτοῦ ὄντι, dicatur. Ita sensus fuerit, *lege seorsum* qasi *consistente*, *mortuum* qodammodo *est peccatum*. *Est*, inqam; cum Castellione; non, *erat*; qomodo cum veteres tum & recentiores plerique vertunt: non ut generaliùs enuncietur primò in thesi: qod per hypothesin mox sui ipsius exemplo confirmat. Siqidem *lege seorsum* constitutâ; nec conscientiæ meæ admotâ, *vivus ipse qondam videbar mihi*. Firmare videtur interpretationem hanc, favere ei saltem, qod seqitur: ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν· ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. *Accedente autem mandato revixit peccatum: ipse verò interii.* Qasi mortuus jam videbar mihi. Ἐλθούσης, τῆς πρὶν χωρὶς οὔσης, ἢ χωρισθείσης: *accedente propiùs*, ac conscientiæ admotâ, qæ ante *seorsum constiterat*, *mandati lege*: Syntaxin certè non absimilem agnoscunt, interpretum par nobile, Beza atqe Piscator (qibus accedit & Joannes Cameron, *prælect. Tom.* 1.) in illis Joan. c. 15. v. 5. ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. qum vertunt, *nam seorsum à me nihil potestis facere*. Veterisqe interpretis illud, *Sine me*, qasi esset, ἄνευ ἐμοῦ, *frigidiusculum* censent. Supplendum enim necessariò, qo mens ista constet, χωρὶς ἐμοῦ ὄντες, *seorsum à me existentes, à me, sejuncti, nihil potestis*, ita disertè Piscator, χωρισθέντες ἀπ' ἐμοῦ, *separati à me*; *nempe ut si palmes separatus sit à vite*. Firmant cum prægressis, Καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν φέρειν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ· οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς, ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε. *Sicut palmes fructum ferre non potest, nisi in vite manserit; ita nec vos, nisi in me manseritis*, tum & subsecuta illa, ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ ἐβλήθη ἔξω, ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη. *Nisi qis in me manserit, tanqam palmes, extra vineam abjectus exarescit.* Qi certè locus huic illustrando mihi cum primis facere videtur. Aut si locus iste minùs idoneus videtur; alterum do ex Matthæo c. 14. v. 20. *Qi autem comederant, fuere viri qasi qinqies mille*, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων· qid est enim aliud istis χωρὶς, qam χωρὶς ὄντων, χωρισθέντων, *mulieribus puerisqe seorsum* sumptis, & è numero illo qem posui exemptis; omnino χωρὶς γυναικῶν. Historicus, qo modo χωρὶς νόμου Apostolus. Atqe hæc est mea de verbis illis Apostolicis mens: qam aliis tamen censendam dijudicandamqe liberrimè, lubentissimèqe permitto.

CAPUT II.

Heb. 12. 1. Nubes testium *qid velit.* 25 nubes, *unde* nubes, *in multitudinis, ejusdemqe confertæ notione.* Nubes testium, *&* testimoniorum, *eorundem examen &* aggerem, *dictum.* Nubes eqitum, peditum, volatilium, locustarum, telorum. *Spartani sed incerti dictum magnanimum* νέφος περικείμενον, *qid.* Nubes belli, discriminis. *Locus Esaiæ* 43. 25. *explicatus, in eo à Junio discessum.* Nebulam *Israelitarum in eremo ductricem alludi existimantium sententia proposita, & rejecta. Nubium confertam multitudinem respici censentium, probata; de nube, sive nebulâ circumjectâ, priscorum qorundam opinio refutata.* Nubem *qo hostium obtutibus circumjecta subduceret figmentum Poeticum, locum istic non habere: Sed nec Scholiastæ* Supplicationum nubem.

Fidelium, qi sub veteri Testamento degerant, exemplis numerosissime recensitis, ubi dissertationem de fide suam refertissimam dederat Apostolus ad Hebræos cap. 11. hortationem ad perseverantiam subjunctam huic, cap. 12. 1. his verbis orditur: Τοιγαροῦν ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων. *Proinde, & nos cum tantam habeamus circumstantem nos testium nubem*: qo loco νέφος μαρτύρων *nubem testium*, παροιμιωδῶς dictum censet Vir Cl. Joannes Drusius *clas.* 2. *lib.* 3. *prov.* 159. *Nubes testium*, inqit, *multitudo, freqentia, densitas*: nam עבים *Nubes à densitate*: & Servius qidem *ad Æn. l.* 5. *Nubes est aeris densitas.* Et Cicero *de Nat. Deor. l.* 2. *cogitur in nubem aer concretus*: *ita erit* νέφος μαρτύρων, qod μαρτυριῶν ἑσμὸς, *testimoniorum examen*, Gregorio Nazianzeno *adv. Eunom. Orat.* 5. candemqe in mentem Augustinus *de Pec. Mer. & Rem. l.* 1. *c.* 27. *Tanto aggere testimoniorum, cujus adversus veritatem Dei elatio non prematur? aggerem* dixit, qod *examen* ille. Sed & Hieronymus *adv. Jovinian. l.* 1. *Utriusqe testamenti nube opprimam*, h.e. testimoniis confertissimis ex utroqe depromptis. Homerus certe *Iliad. δ. v.* 274. νέφος πεζῶν, *peditum nubem* dixit,

— Ἅμα δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν.
— *Peditum nubes simul eisqe secuta.*

Qod & mox fusius, qasi nubem hanc latissimè deducendo sic explicat;

Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδεν νέφος αἰπόλος ἀνὴρ
Ἐρχόμενον κατὰ πόντον ὑπὸ Ζεφύροιο ἰωῆς·
Τῷ δέ τ' ἄνευθεν ἐόντι μελάντερον ἠΰτε πίσσα
Φαίνετ' ἰὸν κατὰ πόντον, ἄγει δέ τε λαίλαπα πολλήν·
Ῥίγησέν τε ἰδὼν, ὑπό τε σπέος ἤλασε μῆλα.
Τοῖαι ἅμ' Αἰάντεσσι διοτρεφέων αἰζηῶν
Δήϊον ἐς πόλεμον πυκιναὶ κίνυντο φάλαγγες
Κυάνεαι, σάκεσίν τε καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι.
Ac veluti è speculâ upilio cum per mare magnum
Nubem accedentem zephyro impellente tuetur;
Qa procul intuito apparet pice nigrior ipsa,
Turbine cum ingenti vastum dum provehit aqor.
Expallet visâ, pecudemqe in ovilia cogit.
Consertim tales Ajacem utrumqe phalanges
Ad pugnam juvenum sunt, Martia turba secuta
Cærulea, clypeis atqe hastis horrida sylva.

Ubi monet Eustathius *nubis* nomine, τὸ πυκνότατον, καὶ εἰς πυκνότητος πάχος μελανίαν τινὰ, *multitudinem confertam*, sive *densitatem*, & ex densitate multâ *nigredinem* qandam indicari. Sed & *Iliad.* ψ. *v.* 133.

Πρόσθε μὲν ἱππῆες· μετὰ δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν
Μυρίοι. —
Primò eqites; peditum tum nubes, turba secuta est
Innumera. —

Qo loco idem annotat, τὸ πλῆθος μόνον, *multitudinem duntaxat*, *nubis* vocabulo designari. Et Livius pariter de Antiocho *l.* 35. *Rex eqitum peditumqe nubes jactat, & consternit maria suis classibus.* At ubi idem *Iliad. P. v.* 755.

— ψαρῶν νέφος ἠὲ κολοιῶν,
Sturnorum, ut graculorum nubem.

οὐ τὸ πολὺ πλῆθος μόνον, *non ob ingentem tantùm multitudinem*, inqit, ὁ ἐξηγητὴς, *nubem dixit*, ἀλλὰ ὅτι καὶ τὸν ἀέρα ἰδεῖν οὐ συσκιάζουσιν ὥσπερ νέφος τῷ πολλῷ συνεχεῖ καὶ πυκνότητι, *sed etiam qod aerem, nubis in morem obumbrant & obnubilant, dum gregatim confertimqe tanto numero volant.* Pariqe modo, *Volucrum* (cygnos volens) *nubem*, dixit Maro *Æneid. l.* 7. & formulæ ratione adjecta de eisdem *l.* 12.

Ætheraqe obscurant pennis, hostemqe per auras,
Factâ nube premunt, —

Hiero-

Hieronymus item *ad Joel.* 2. *Nubem locustarum*, dixit: siqidem enarrans vatis verba illa, vers. 10. *Sol & luna tenebris obducentur; & rettahent stella lumen suum; Pra multitudine*, inqit, *locustarum obtexentium cælum: dum lumen, in medio posita nubes locustarum multitudine suâ cælum obtexentium ad terram non sinit pervenire*: nec alio ferè sensu *nubem telorum* Livius *l.* 38. *velut nubes levium telorum conjecta obruit aciem Gallorum.* Et Statius *Thebaid. l.* 4.

— *armorum nube sub ipsâ;*

qo pertinet Spartani nobilis magnanima vox illa; qi affirmanti *telorum nubem* tantam ab hostium copiis emitti, ot solis lumen interciperet, respondit; sive, ut Herodotus, qi Dieneci tribuit, *lib.*7. Ὡς πάντα σφι ἀγαθὰ ἀγγέλλει, εἰ ἀποκρυπτόντων τ' ἥλιον, ὑπὸ σκιῇ ἔσοιτο πρὸς αὐτοὺς ἡ μάχη, καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ· *Fausta enim, sibi nunciare omnia; siqidem solem abscondentibus hostium telis in umbrâ, non autem in sole, adversus illos sint dimicaturi.* Sive ut Plutarchus in *Apophtheg. Lacon*; qi Leonidæ ascribit, Οὐκοῦν χαρίεν, εἰ ὑπὸ σκιὰν αὐτοῖς μαχούμεθα, *Proin festiva res est futura, si sub umbraculo] positi cum eis pugnabimus.* Qin & *Iliad.* P. *v.*243. πολέμοιο νέφος (qod & Maro imitatus, *belli nubem. Æn. l.* dixit) περιέχει πάντοθεν, qod *nubis expansa instar* omnia undiqe involvere videretur; cui favet & qod νέφος περικείμενον, *nubem circumstantem*, vel *circumsistentem* nos dixit Apostolus. Qasi *testium*, & ab eis mutuatorum *exemplorum*, copiâ adeo simus undiqe conspati, ut nullam in partem oos vertendi detur facultas, ex qâ non ejusmodi qippiam oculis nostris protinus sese aggerat, nec alio spectat qod Demosthenes *Orat de corona.* Τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τότε τῇ πόλει περιστάντα κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησεν, ὥσπερ νέφος. *Fecit decretum istud, ut periculum qod civitatem circumdederat, nubis instar transiret.* ubi, qod παρελθεῖν ὥσπερ νέφος, *nubis instar transire* dixit, geminum est prorsus Esajæ illi c.44. v.22. *Deleo instar nubis, peccata tua*; ita enim malim cum Calvino, *Iniqitatem tuam deleo, prout sol, ut Piscator, sive ventus, ut post Esdra filium Vatablus, nubem delere & dispellere solet*, qa discussâ mox serenitas conseqitur: qam cum Junio *Defectiones vestras abluendo detergo, qomodo nubes terra sordes pluviam profundendo delet & abluit*: qasi ad Deum, non ad populi delicta *nubis* icon referatur, contra qam etiam Camius ibidem; tralatio non absimilis deprehendi potest, Hosh. 6. 4. & 13. 3. Qod autem τῇ πόλει περιστάντα κίνδυνον, *civitatem circumdedisse* dicit *periculum* illud, qod *nubi* mox confert, cum Apostoli νέφος περικείμενον paria facere videri non immeritò qeat.

Verum vir eruditione variâ lectioneqe multiplici pollens, D. Robertus Parkerus noster, *de Polit. Eccles. l.* 2. *c.*44. *Sect.*2. verbis Apostolicis eis *nebulam* illam *alludi* censet, *qa Israelitis in deserto praivit, ut rectâ viâ ad terram Canaan ducerentur*: ita vult *sanctorum exempla nebulam dici, qâ dirigamur, per allusionem ad eam, qâ populus ille dirigebatur, dum palabatur in eremo.* Asseveranter posuit, qod dubitanter Illyricus prior proposuerat; *forte* inqit hic, *etiam alludit ad nubem, populo Israelitico in deserto praeuntem. Ut doceat nos ingressuros in cœlestem reqiem, perinde praclarissima exempla fidei sanctorum veteris testamenti, vel potiùs ipsum summum Pontificem Christum nobis praeuntem seqi per omnes difficultates hujus perversi mundi, debere; ac olim populus Israeliticus in terrenam reqiem contendens, illam Divinitus sibi propositam, praeuntemqe lucem ac nubem per invia horridaqe loca deserti, tanqam symbolum verbi, vel potius Angelum eis praeuntem, perpetuò secutus est.* Atqi repugnat interpretationi isti, *i.* qod *nubes ista testium* dicatur; & à *Christi ducatu*, qi verbis proximè seqentibus proponitur, & *nubi* illi aptius multò commodiùsqe respondet, discretissime distinguitur; ut *nubes* ista istic *hortatus* magis qam *ducatus*, *Christi* præeuntis, qom intueri jubentur, *exemplum*, utriqe prorsus destinetur: tum qod περικείμενον dicitur oos nubes ista; cum nubes illa populum illum non cingeret, sed anteiret, vel desuper tantum obtegeret, uti post videbitur. Nam qod R. Zacariæ nomine ex *Pirke R. Eliëzar, cap.*44. à V. Cl. Joanne Seldeno *de Synedr. Veter. Ebra. c.*3. refertur, *Nubis columnam illam Israelitarum castra circumdedisse, ne hostis qis accedere posset, sicut murus cingit*

A *urbem*, nec aut verum, aut verosimile esse videtur. Ego itaqe illum potius, qi & receptior est, sensum hic seqor; & in qem Illyricus ipse propendet magis, ut cum Joanne Calvino, *Nubis nomine sanctorum multitudinem metaphoricè designatam existimem. Densum enim*, inqit ille, *raro opponitur. Si pauci essent numero, tamen suo exemplo incitare nos deberent: Sed ubi ingens est turba, acriores stimulos addere nobis debet.* Optimè Piscator νέφος μαρτύρων, *tantum agmen testium qod est velut densa nubes.* Et Erasmus: *Nubem vocat ingentem multitudinem & turbam testium.*

B Argutius enim est paulo qod Joannes Chrysostomus putat ideò *nubem* nuncupari, Ὅτι ἡ μνήμη τῶν ἁγίων ἐκείνων, ὥσπερ νέφος τὸν φλεγόμενον ὑπὸ ἀκτῖνος θερμοτέρας σκιάζει, οὕτω καὶ τὴν ὑπὸ τῶν κακῶν κατακαιομένην ἀνίστησιν αὐτὴν, καὶ ἀναπαύει ψυχήν. *Qia sanctorum illorum memoria, sicut nubes radiis intensioribus adustum obumbrat, ita & ipsa animam malis divexatam erigit & refocillat.* Ideoqe non ὑπερκείμενον, *superne expansam*, sed περικείμενον *undiqe circumjectam* dixisse, qo ἂν μείζονα ἄδειαν, *ut securitate majori positos se agnoscerent.* Et Theophylactus, Ἐπεὶ δὲ καύσωνα εἶχεν αὐτοῖς τῶν θλίψεων,

C ὥσπερ ἐν νεφέλῃ, φησὶν, ἡ μνήμη τῶν μαρτύρων ἀναψύξει ὑμᾶς πάντοθεν περιέχουσα. *Quum enim ipsi tribulationum æstum experti sitis, Martyrum memoria, tanqam nubes qadam, inqit, refrigerabit vos, omni ex parte circumcingens.* Verum ut nihil dicam qam parum commodè cohæreant ista; qum *nubes*, vel *nebula* potius sive *caligo*, *undiqe circumfusa*, tantùm absit ab eo qod securitatem majorem præstet, ut periculo potius deerrandi, exponat, & latronum ferarumqe vel insidiis vel incursibus objiciat; unde illud Poetæ *Æneid. l.*2. *v.*355.

D — *lupi ceu*

Raptores atrâ in nebulâ.

Nisi si qis *nubem* ejusmodi comminisci voluerit, qalem, Poetæ fingunt Venerem, nunc Paridi, nunc Æneæ circumdedisse, qæ cœlitùs missa, obeuntibus subtrahat alienis: ut hoc, inqam, impræsentiarum ne premam, præter Apostoli plane mentem sunt ista. Et illa etiam multo magis, qæ Scholiastes Græcus subtexit: Ἢ ὅτι νοητὸν ἡμῖν δρόσον νέμουσιν, ὑπὲρ ἡμῶν τὸν Θεὸν ἱκετεύοντες. *Vel qia spiritualem nobis rorem distribuunt, Deo pro nobis supplican-*

E *tes.* Dogmatis enim istiusmodi in scriptis Apostolicis nec vola, nec vestigium uspiam compareet.

CAPUT III.

*Ulterius discutiuntur verba Apostoli Heb.*12.1. Ὄγκος, Onus, moles, *qid hic velit. Pugillatum allusu frustra confert, cum cursus mentio fiat.* Ὄγκον *affectasse pugiles, contra planè qam cursores.* 1 *Cor.*9. 27. *lectio varia. Nec ibi ad*

F *pugillatum praparatum, sed exercitium ipsum ac certamen respici.* Ὄγκου *nomine non* pigritiam *aut* tardicatem, *sed qicqid oneret, aut* deprimit *intelligi. Strigelio de asino* ὀγκητοῦ *error. Fabro in Galeni loco lapsus haud unus. Galeni locus integer ponitur. Verba citata* epici *esse, non jambica. In jambos desingendo autoris verba à Fabro misere depravata; qemadmodum à Tirio Ciceronis qadam, dum in carmen epicum deformat.* Ὄγκου *istius in asini appellatione nihil.* Ὀγκητὴς *à tudendo, asini epitheton apud Pollucem*

G *reponendus.* Ὀγκιστὴς *Poeta, h. e.* Rudius, *ad formam* τοῦ Ὀρέστης, *effictum. qasi pancratiasta aliqis designaretur. Olympiades victorum in eis nominibus descripta. Poeta versuum restitutio tentata.* Ἰσχύϊ πολύογκος *qo Nimis arctè constringere, qi* ὄγκον *ad* fastum *restringunt. Varro Valerianus pro Eucherio.* Honoris & oneris *affinia vocabula.* Vitiorum *tidem & divitiarum.* Ὄγκου *nomine tam fastum qam divitias venire, qatenus à melioram studio retardant. Cratetis de nummis abjectis censura.* Ὄγκου *nomine* opinionem inanem *intelligi, minus aptum videri. Ea tamen profectui impedimentum insigne. Antonius ex Plutarcho, aliter qam Gesnero, restitutus.* Ὑπομονῆς *nomine perseverantiam, non profectum designari. Peccati unius.* Εὐπερίστατος ἁμαρτία *qa ratione dicatur, sententia variantes.*

tes, περιΐστασθαι, *vitare qâ ratione significet. In notatione utrimque à Dunæo discessum. Origenes à Gelenio, perperam redditus. 2 Tim.2.16. & Tit.3.9. περιΐστασο qi sumatur. Apud Apostolum τὸ εὐπερίστατον difficultatem aliqam innuere. In circumcingendi atqe implicandi notione usurpari: unde tracta metaphora à cursu longiusculè recedentes interpretationes rejectæ. Nec admissa subtilitas Heinsiana. Ἀπερίστατον qi legant; qi hoc cum alterâ lectione concilient.*

SEqitur in cohortatione Apostolicâ: Ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. Ubi ὄγκον Græci βάρος exponunt. Τὸ βάρος τῶν βιωτικῶν πραγμάτων. *Pondus rerum ad hujus vitæ usum pertinentium.* Scholiastes. Τὸ βάρος τῶν γηΐνων πραγμάτων, καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς φροντίδων Theophylactus; *rerum solicitudinumqe secularium ac terrestrium onus*, sive *pondus*. Latini plerīqe, tam antiqiores, qam & recentiores, *pondus* reddidere. Ego *onus* malim, qo modo Apulejus *Florid.* 2. *Cratetem rem familiarem abjecisse, tanqam onus, magis laboris, qam usui.* Vel *molem* etiam; Alludit enim Apostolus, qod vir Doctissimus Petrus Faber monuit, *Agonistic. l. 2. c. 3. molem massamqe carnium & corporis saginam athleticam*: qam & ὄγκον appellare solent. Galenus *ad Hippocratis Aphorism. Comment. 1. aph. 3.* Τῆς τῶν ἀθλητῶν εὐεξίας, οὐ μικρὸν ἔστιν ἔγκλημα, τὸ περιβάλλεσθαι περιττῶς μέγεθος ὄγκου καὶ τὸ σῶμα καὶ ἀναλόγως καὶ πλῆθος χυμῶν· — ὥστε εἰς ὄγκον ἀφῖχθαι τὸ διάστημα μείζονα τὰ σώματα. *Hoc nomine reprehensionem meretur haud exiguam habitudo athletica, qod corporis molem ingentem humorumqe redundantiam comparare contendit. — Unde fit, ut mole justo majora corpora evadant.* Idem, *ad Thrasybul. de gymnast.* Βούλεται γὰρ (ἡ τοιαύτη γυμναστική) οὐ τὴν ἰσχὺν αὐξῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄγκον τι καὶ τὸ βάρος τοῦ σώματος, ὥστε καὶ ταύτῃ χειροῦσθαι τὸν ἀντίπαλον. *Vult enim exercitatio istiusmodi, non vires tantum augere, sed & molem pondusqe corporis ut hac etiam adversarium opprimat.* Et mox: Τὰ μὲν τῇ φύσει ἀγαθὰ, προϊόντα τε καὶ ἐπιδιδόντα καὶ αὐξανόμενα, γίνεται βελτίω· τὰ δ' οὐ φύσει τοιαῦτα, τοσούτῳ χαλεπώτερα, ὅσῳ καὶ μείζω. Ὅθεν ἄφωνοί τινες ἐξ αὐτῶν ἐξαίφνης, ἕτεροι δὲ ἀναίσθητοι καὶ ἀκίνητοι καὶ τελέως ἀποπληκτοι γίνονται, τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τούτου καὶ τοῦ πλήθους ἀποσβεννύντος τι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἐμφράττοντός τε τὰς διεξόδους τοῦ πνεύματος. *Natura qidem bona profectu auctuqe meliora fiunt, at qæ præter naturam sunt, qo majora, eo molestiora evadunt, hinc athletarum horum qidam subito elingues, alii sensu motuqe omni destituti, & apoplectici prorsus redduntur; dum præ mole ac plenitudine calor innatus extinguitur, & spirituum meatus intercluduntur.* Heliodorus *Æthiop. l.* 10. athletæ cuidam Æthiopi, Ὄγκον πελώριον καὶ παχεῖαν τὴν γαστέρα, *molem stupendam, ventremqe obesum*, tribuit. *Proinde Paulus*, inqit vir doctissimus, *qo expeditiùs ad Deum procurramus, volunt molem istam & massam sarcinamqe corporis sagmati, qam tantoperè athleta curabant, à nobis, melioribus utiqe athletis, & sanctiore abstinentiâ jejuniorumqe cestibus elisum, sugillatum, obtusum, castigatum denique corpus & omnino defæcatum habentibus, atqe hac ratione ad certamen spirituale præparatis, abjici.* Verùm *cursum* Apostolus, non *pugillatum*, hic respexit. Siqidem *pugiles* qidem & *pancratiastæ* molem corporis illam cumprimis affectabant; utpote qi, qod Galenus supra, non viribus tantùm, artificiove, sed & mole ipsâ ac pondere adversarium elidere nitebantur; unde apud Nasonem *fabul. l.* 9. Achelous de Hercule;

—— *Tergoqe onerosus inhæsit.*

Et

—— *Impositæ pressus mihi montis videbar.*

neqe vero Apostolus ad Cor. Ep. 1. 9. 27. ubi se *corpus suum* ὑπωπιάζειν, ut vulgò legitur, *i.e. suggillare*, sive ὑποπιάζειν, ut ex Hesychio D. Heinsius mavult, *i. e. affligere, subigere*, καὶ δουλαγωγεῖν, *& in servitutem redigere*, profitetur; tanqam *pugilem* sese ita tractare dicit, qo ad certamen ineundum expeditius aptiusqe se habeat: verum se *pugili* confert, *corpus* sive *carnem*, eo qo passim sumit sensu, Rom.6.6. & 7.18. &c. *adversario* sive *antagonista*, qem *contundere, subigere, superare*, menti, qi est Paulus ipse, Rom.7.17,20. subdere, & subjugatum dare, modis

A omnibus contendit. *Molem* ergò *corpoream* καὶ πολυσαρκίαν, qi *pugilatu pancratioqe* certabant, acqirere sibi satagebant; at qi cursu contendebant, è contrario ὄγκον omnem καὶ βάρος demere sibi studio habebant, qo ad cursum expeditiores existerent, minusqe inter currendum laborarent: hos ergò cum respiceret Apostolus (οὐ γὰρ εἶπε, πυκτεύωμεν, οὐδὲ παλαίωμεν, ἀλλὰ τρέχωμεν. *Non dicit, pugnis decertemus, nec luctemur, sed curramus.* Chrysostomus) ὄγκον πάντα *molem omnem, onus omne, pondus omne*, qicqid deprimere, degravare, retardare, remorari, delassare in cursu possit,

B sive id *corporis sagina*, sive *rerum secularium solicitudo* fuerit (isto enim utroqe βαρύνεσθαι αἱ καρδίαι, *gravari corda*, assolent Luc. 21. 34.) deponi prorsus abjicique jubet; qo & promptiùs cursum inire, & expeditius progredi, & metam usqe integri pertingere valeamus. Nam qod Chrysostomus ὄγκον interpretatur, τὸν ὕπνον, τὴν ὀλιγωρίαν; & Scholiastes eum secutus, ὀλιγωρίαν καὶ ῥαθυμίαν: hoc est, *somnolentiam, pigritiam, negligentiam, segnitiem*, minùs placet. Et minùs adhuc, qod *asininam ignaviam*. Victorinus Strigelius; *asinus enim*, inqit, *haud dubie à mole*

C *& tarditate ὀγκηστής dicitur*: imò vir Clarissime, nihil minùs est dubium, qam asino nominis id oon inde hæsisse. Qem tamen errorem, licet crassum nimis, etiam virum eruditissimum Petrum Fabrum errasse video; qi loco supra indicato; *Valdè fallor*, inqit, *nisi ad pondus istud adipale & carneum humani corporis, velut asininum, ex homonymiâ vocabuli elegantiam captans, qidam poeta venustus hisce jambis à Galeno relatis, athletas carpendo, alluserit, in ὀγκηστοῦ vocabulo sic ferè*

Ἀτὰρ ἐν ἱερῇ πολυπύρῳ (*sic lego pro* πολυπύρῳ) γεγράφαται,

D Ὄνος ὅτι πυγμαχίῃ ἐνίκησεν (*sic lego pro* νίκησε) ποτε,

Ἄνδρας. εἰκοσι δὲ καὶ πέντε Ὀλυμπιάς.

(*sic distinguo; nam in impressis ab hoc postremo initium ducit versus proximus omninò perperam.*)

Ἦν, ὅτι ἐνίκα ὀγκηστής.

Istud autem τοῦ ὀγκηστοῦ epitheton esse asino convenientissimum, ex eo intelligas; qod ita scriptum alicubi ab Arriano in Epictetis, l. 2. c. 24. videre est: in qo τὸ συνογκᾶσθαι usurpatum licet animadvertere; qod Lexicographi neqaqam afferunt; Ὄνῳ δὲ

E πῶς προσδυνήσεται συμπαίζειν καὶ συνογκᾶσθαι; καὶ γὰρ εἰ μικρὸν, ἀλλ' ὅμως ὀνάριόν ἐστιν. *Qis vero cum asino colludere, anaqe rudere velit? qi qamvis parvus sit, asellus tamen est.* At tu, vir Clarissime, plurimùm falleris: idqe nomine non uno, dum & ὄγκον istum in *asini appellatione* allusum existimas; & dum *jambos* somnias; & dum ἐν κνήμαις solicitanda existimas. Galeni locum, qia insignis est; ex *hortatorio ad artes, c.* 13. integrum dabimus. Ὅτι δὲ καὶ ἐν αὐτῷ, ὅτῳ ἀσκοῦσιν (οἱ ἀθληταὶ) οὐδενός εἰσιν ἄξιοι λόγου μάθοιτ' ἄν, εἰ διηγησαίμην ὑμῖν τὸν μῦθον ἐκεῖνον, ὃν τῶν οὐκ ἀμούσων ἀνδρῶν τις ἐσπούδακεν ἀποδεικνύειν· ἔστι δὲ οὗτος, Εἰ Διὸς γνώμῃ πᾶσι τοῖς ζώοις ὁμόνοια

F καὶ κοινωνία γένοιτο πρὸς τὸν βίον, ὡς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ κήρυκα, μὴ μόνον ἀνθρώπους αὐτῷ ἀγωνιουμένους καλεῖν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐπιτρέπειν τοῖς ζώοις εἰς τὸ στάδιον ἥκειν ἄν, οὐδένα ἂν ἄνθρωπον οἶμαι στεφθήσεσθαι.

Ἐν μὲν γὰρ δολιχῷ νικήσεται, φησὶν, ὁ ἵππος.

Τὸ στάδιον δὲ λαγωὸς ἀποίσεται· ἐν δὲ διαύλῳ

Δορκὰς ἀριστεύσει· μερόπων δ' ἐναρίθμιος οὐδεὶς

Ἐν ποσίν, ὦ κοῦφοι ἀσκητῆρες, ἄθλιοι ἄνδρες.

ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀφ' Ἡρακλέους τις ἐλέφαντος, ἢ λέοντος ἰσχυρότερος

G ἂν φανείη. Οἶμαι δ' ὅτι

Καὶ ταῦρος πυγμῇ στεφθήσεται.

καὶ ὄνος, φησί, λὰξ εἰ βούλεται, ἐρίσας, αὐτὸς τὸν στέφανον οἴσεται. Αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυπύρῳ γεγράψεται, ὄνος ὅτι πυγμαχίην νικῆσαί ποτ' ἄνδρας.

Εἰκοστῇ δὲ καὶ πρώτῃ Ὀλυμπιάδι ἦν, ὅτ' ἐνίκα

Ὀγκηστής. —

Primò *Epicum* poetam fuisse disertè docet Galenus apologi istius parentem, ἔπεσι, non ἰάμβοις, συγγεγραφέναι, monendo; qæ & integra adhuc nonnulla supersunt; ex qibus luxatis depravatisqe *jambos* pessimè tornatos ὁ πᾶσιν ἡμῖν, hâc in parte οὐ σοφὸς, ἐπεχείρησεν· id qod etiam *l.* 1. *c.* 30. havd minùs infœliciter tentaverat. Unde petat licet cui libido est, ejusdem, cum eis qos hic posuit, κόμματα.

Nec *jambis* his dispares *Epici* illi, qos Rob. Titius *Loc. Controv. l.* 6. *c.* 17. procudit ex Ciceronis verbis illis *de Nat. Deor. l.* 2. *nam & lapidum conflictu atqe attritu elici ignem videmus; & recenti fossione terram fumare calentem; atqe etiam ex puteis jugibus aqam calidam trahi*: cum enim clausulam illam, *terram fumare calentem*, versiculum extremum sonare advertisset Vir doctus sed in Criticis suis parum fœlix, inde statim concludebat, periocham totam carminibus constare *ex vetusto poetâ* aliqo depromptis; qam idcircò hexametri pedibus ingratis constrictam, oratoria dictione multilatâ ac delumbatâ, metriqe legibus planè insuper habitis, sic extulit;

Nam & lapidum flictu elici ignem sæpe videmus,
Et fossione recente humum fumare calentem,
Jugibus atqe etiam ex puteis calidam trahi aqam.

Ex his avtem carminibus, qalia vix credo poetastro ulli unqam excidisse, nisi si cui per ludibrium, absurda fingere libuerat, oratoris contextum emendatum & deformatum it, ut pro *conflictu*, *flictu* substituatur, & *attritu* illud penitus furcilletur, ut qod è margine, ubi adscriptum fuerat, in contextum irrepserit, qæ est criticorum qandoqe nec ferenda audacia. Qin & Faber noster pariter apud Galenum illa qæ poetæ alicujus reverâ sunt, *jambos* fuisse opinatus, dum ad jambi leges defingere conatur lectione probâ loco emotâ, vitiosam substituit; pro αὐτὰρ αὖτις, pro ἔπειτα ἐσίκοιτο, pro πλαυπίῳ (ita enim legendum, estqe historia πλάνης, in qâ *varia rei gesta, varia rerum eventa* narrantur) πελυπήρῳ. qod ego qid sit, non intelligo.

Porro nihil ad ὄγκον, de qo agimus ὀγκηστοῦ appellatio; asinus ὀγκηστὴς, à *voce non mole*, à *rudito* (si cum Hadr. Junio & H. Stephano ita loqi licuerit) non à *crassitie*, nomen habet. Secundus Epigrammatarius in *Anthol.* 1. *c.* 33. *Epigr.* 20. *v.* 1.

Τίπ̓ε τὸν ὀγκηστὴν βραδύπουν ὄνον ἅμμιγ' ἐν ἵπποις
Γυρὸν ἀλωητοῖσιν ἐξελάαται δρόμον.

Cur rudentem tardam asinum simul cum eqabus
In rotundum in areis triturantibus agitatis cursum?

ὀγκηστὴς ergò est *asini* Epitheton; qomodo σμερδαλέος *leonis*, in Pythii oraculo apud Herodotum *l.* 5. ὀγκησάμενος, sive a *rudendo*, qod est *asini* proprium: idqe Epicteti verba monent: unde obiter emendandi Julii Pollucis codices, in qibus *l.* 5. *c.* 13. Sect. 1. legitur, καὶ ὀγκηστὰς ἔνιοι τῶν ποιητῶν τοὺς ὄνους ἐκάλεσαν. *Et Poetarum nonnulli asinos oncatores appellaverunt.* Legendum enim ὀγκηστὰς, cum locus iste, tum & verbi, unde ortum habet, ratio exigit. Cæterùm apud Poetam illum Ὀγκήστης ego legerim, non ὀγκηστὴς; ita enim posuit, qasi pancratiastæ alicujus nomen proprium existeret: cum ab athletis victoribus Olympiades designari consuescerent. Ὀγκήστης ergò eâ formâ, qâ Ορέστης, Δαμάστης, Νικήτης, &c. ea est namqe propriorum ejusmodi peculiaris ratio. Evstath. *ad Iliad.* α Νικήτης παρὰ τὸ Νικητής, ὁ νικῶν. Ὀγκηστὴς, *Rudius* (neqe enim *Ruditorem* avsim dicere, analogiâ repugnante) *Rudo*, *Rudius*, ut *ludo*, *Ludius*. Epici avtem illi versus sic forsan numeris suis poterunt restitui.

Εἴγε Διὸς γνώμῃ πᾶσι ζώοισ' ὁμόνοια,
Καὶ πρὸς τὸν βίον κοινωνία ἄρτι γένοιτο,
Ὡς ἐν Ὀλυμπιακοῖς οὐκ ἂν κήρυκας ἀγῶσιν,
Ἀνθρώπους μὴ μόνον ἀγωνιστὰς κικλήσκειν,
Ἀλλ' εἰς ἓν στάδιον πᾶσι ζώοισ' ἐπιτρέψαι
Ἥκειν, οὐδέν' ἂν ἀνθρώπων στεφθῆναι οἴω.
Ἐν * τῷ μὲν δολιχῷ γὰρ ὑπέρτατος ἔσσεται ἵππος.
Τὸ στάδιον δὲ λαγωὸς ἀποίσεται· ἐν δὲ διαύλῳ
Δορκὰς ἀριστεύσει· μερόπων δ' ἐν ποσσὶν ἀριθμὸς οὐδείς
Ἐν ποσίν· ὦ κοῦφοι γ' ἀσκήτορες, ἄθλιοι ἄνδρες
Ἀλλ' οὐδ' ἂν δὴ τὸν τις ἀφ' Ἡρακλέος, ἐλέφαντα,
Ἠὲ λέοντα, ἀνὴρ ἰσχυρότερός γε φανείη.
Καὶ ταῦρος πυγμῇ στεφθήσεται· καὶ κ' ὄνος αὐτὸν
Οἴσεται τὸν στέφανον, λὰξ, αἴκ' ἐθέλησιν, ἐρίσσας.
Αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πλαυπίῃ γεγράψεται, αὖτις
Παγκράτιον γ' ὄνος ποθ' ἑὸν ἐνίκησεν ἄνδρας.
Εἰκοστῇ δὲ καὶ πέμπτῃ Ὀλυμπιὰς ἦν, ὅτ' ἐνίκα

* Vel τῷ γὰρ δ' μὲν.

Ὀγκήστης. ——

Si Jovis ex nutu cunctis animantibus esset
Concors totius junctim communio vitæ;
Ut ne homines solos ad Olympica certatores,
Qod modò consuevit, certamina præco citaret;
Unum sed cunctis stadium commune pateret,
Haud hominem qenqam laturum credo coronam.
Cedet eqo namqe in dolichi certamine palma:
In stadioqe lepus primos feret: inqe diaulo
Caprea præcellet: numero ast homo nullus in ullo
Ex pedibus; vos ô miseri, vanisqe studentes.
Herculeâ extabit neqe qisqam ex stirpe, leonem
Qi superaturus sit viribus avt elephantem.
Et taurus feret ex pugilatu, credo, coronam:
Ad calces ubi res rursus devenerit, ipsam,
Si certare volet, palmam est laturus asellus:
Historiaqe in multiplici perhibebitur, olim
Pancratiasta viros qod vicit superavit asellus:
Primaqe post denas bis Olympias extitit actas,
Oncestos qando Rudensis victor abibat.

Verum missâ hac de *asino Oncestâ* disceptatione, qæ ad ὄγκον vel athleticum vel Apostolicum nihil facit: ὄγκον apud Apostolum, non *onus*, *pondus*, aut *sarcinam*, qod alii qiqe, sed *fastum*, reddidit Castellio: qod ratione duplici potest intelligi; duplici modo sumpserunt viri οἱ πάνυ; siqidem vir eruditissimus Andreas Dunæus noster, in *Notis ad Chrysostomum editionis Savilianæ*, ὄγκον interpretatur, qam Joannes Ep. 1. 2. 16. vocat τὴν ἀλαζονείαν τοῦ βίου, i. e. *vitæ fastum*; *qam opponere*, inqit, *videtur τῇ ἐνδείᾳ τῶν περιελθόντων ἐν μηλωταῖς καὶ αἰγείοις δέρμασιν.* h. e. *tenuitati illorum, qos oberravisse dixerat ovillis caprinisqe pellibus indutos.* Cap. 11. v. 37. *istud enim qasi moles & pondus deprimens, nostrum in studio vitæ cursum impedit.* Accersit huc illud ex Euripidis Phœnissis,

Ἔχει δ' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πέρι.
Habet aliqas vires apud Græcos Argos.

Sed & Pauli illud, qod βάρος δόξης dixit, ad Corinth. Ep. 2. 4. 17. Maronem deniqe, qi *Æn. l.* 1.

—— *ingenti mole Latinus*
Qadrijugo vehitur curru. ——

Ubi Servius: *pompâ, ambitione. Vult ergò*, ut ipse opinatur, *Apostolus; Christianos, non opes, non potentiam, non gloriam, nihil denique affectare terrenum, aut περιβαλλόμενα, qæ cursum eorum ad cœlestia retardent; sed hæc omnia abjicere, ut sint expediti ad stadium hoc decurrendum.* Hoc illi. Ego verò nullus ambigo, ἀλαζονείαν illam de qâ Joannes, *fastum* nempe *pompalem*, ut cum Capitolino loqar, qam φαντασίαν, Lucas dixit, Act. 25. 23. καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην περιβολὴν καὶ σκευὴν, *omnem talem apparatum & instructum*, uti Marcus Imperator loqitur *Comment. l.* 12. *Sect.* 2. qo modo & Basilius Cæsar nuncupat, *in Hexaem. Orat.* 5. inter ea haberi, qæ ὄγκου nomine istic comprehendit Apostolus, qatenùs pietatis studio qoqo modo officere qeat. Nec est observatu indignum in linguis insignioribus affinitatem ac vicinitatem qandam deprehendi inter vocabula ea, qæ *dignitatem*, qæqe *gravitatem* designant; pro ut & ὄγκος utriusqe significatum obtinet. Sic enim Hebræis כבוד *gloriam* significat, & כבד *gravitatem*. Græcis τιμὴ *honorem*; idemqe *pœna* etiam ac *supplicii gravitatem* designat. *Honos* autem & *onus* qam alludant invicem, satis docent crebræ istæ apud avtores haud ignobiles παρονομασίαι. Naso *Heroid.* 9. 31.

Non honor est, sed onus, species læsura ferentes.

Qod *Metam. l.* 2. *n.* 27.

—— *vero nomine pœna,*
Non honor est.

(τιμὴ Græcum alludens; qo utrumqe denotatur) Et ibidem *n.* 634.

—— *mistoqe oneri gaudebat honore.*

Ausonius *Idyll.* 4.

Accessit tamen ex nobis honor inclytus: hunc tu
Effice ne sit onus. ——

Salvianus Ep. 7. *Non tam credi poterat, vos amico voluisse honorem negare, qam onus voluisse imponere.* Avgustinus *in Psal.*

Psal. 118. *Conc.* 11. *Qi legis meminit, nec eam diligit; memoria ejus lapis illi est, non qo adornetur, sed qo prematur; pondus oneris, non titulus honoris.* Idem *Epist.* 133. *Epistolis tuis onerare me magis, qam honorare dignatus es.* Qod Sidonius *l.* 9. *Ep.* 2. *Qa litera plurimum nobis honoris, plus oneris imponunt.* Petrus Ravennas, qi & Chrysologus, *Serm.* 6. *Ergò homo qod dederis, da secretò; ut qod dederis non sit oneris, sed honoris.* Et Serm. 88. *In tali fœnore anima, non oneris, sed honoris prædulcis currit usura.* Hieronymus in *Epitaph. Nepot. Intelliges, clericatum, non tam honorem esse, qam onus.* Unde Autor *ad fratr. erem. conc.* 52. *Clericatus onus, magis qam honos est.* Idem apud Gratianum *caus.* 8. *q.* 1. *Retrahit se ab hoc, non tam honore, qam onere.* Cassiodorus *Var. l.* 6. *Ep.* 1. *Onera potiùs essent, non honores, si supra vires aliqid imponeremus.* Sidonius, *l.* 8. *Ep.* 8. *Profectò invenere, qem debeat, non tam honorare censor, qam censu onerare.* Idem *l.* 7. *Ep.* 17. [*Est tibi delatus, plus onerosus honos.*] Et *ibid. Ep.* 9. *ut noveritis, hujusmodi ascensu multum me honoris, plus oneris accipere.* Ubi Joannes Savaro *in notis*; *Episcopatus veriùs onus est, qam honos*: qod Gregorius *in Evang. Serm.* 26. *Grandis honos, sed grave pondus istius est honoris.* Ivo Carnot *Ep.* 17. *Qid est tibi Episcopatus nisi cruciatus? qid aliud est hic honos, nisi onus?* Isidorus *de Offic. Eccles. l.* 2. *c.* 5. *Episcopatus, ut qidam prudentium ait, nomen est oneris, non honoris*; ita ex veteri conciliorum compilatione legit Salmasius contr. Petav. de Episc. & Presb. dissert. 1. c. 6. Qo loco & ex compilatione eadem Augustini nomine laudat istud. *Multi Episcopi nomen honoris desiderant, oneris devitant.* Stephanus Tornacensis *Ep.* 151. *Fraternus urget affectus, ut licet non invitum invitem, ut susceptum ministerium potiùs onus æstimet, qam honorem.* Innocentius 3. *de translat. Episc. c.* 2. *Qi Pontificali renunciat oneri, non honori.* Anonymus autor apud Rutilium *l.* 1. Et Bedam *de figuris* c. 9. *Traditam sibi publicorum custodiam sacrorum, non honori, sed oneri, esse existimavit.* Livius *l.* 22. *Plebiscitum, qo oneratus magis, qam honoratus sum, primus antiqo.* Petrus Blesensis *Ep.* 102. *Anteqam hunc honorem, vel potiùs hoc onus, mihi imposuisset cœlestis indignatio.* Scioppius deniqe *Suspic. l.* 5. *c.* 21. *Honorem pro onere, & onus pro honore antiqis freqentatum*, monet. Et Polletus *de Foro Rom. l.* 3. *c.* 10. *Honos ferè pro comite onus habet adjunctum.* Ὄγκος ergò non immeritò censeri potest, illa vitæ pompa, fastuosusqe scenæ hujus instructus. [Cæterum primò, angustis nimis ὄγκον, qem loqitur Apostolus, terminis circumscribit & coercet, qi ad τὴν τοῦ βίου ἀλαζονείαν restringit; cum πάντα ὄγκον Apostolus abjiciendum moneat, h. e. *qicqid oneri esse possit*: qod & vir doctissimus agnoscit ipse: multaqe sint alia præter *fastum* illum cum varia ejusdem paraturâ, qæ cursum Christianum nihilominùs impediant: inter qæ nec postremum *divitiis* assignandum locum, docent illa Domini Christi verba ex viri divitis occasione prolata, de difficili talium aditu ad regnum cœlorum, Mat. 19. 23, 24. Et certè, qomodo magna est affinitas, ut nominis, sic rei ipsius, *honori & oneri*: ita, inqit, Eucherius *Epist. ad Valerianum*; *qædam penè societas est ut rei, sic nominis, duabus his rebus, divitiis & vitiis.* Qæ verba, credo respexit Vairus de Fascino, *l.* 3. *c. ult.* ubi dixit, *Valerianus ait à vitiis divitiis nomen impositum.* Eucherium, opinor, voluit cum *Valerianum* nominavit; qi tamen nomen ab his illas traxisse, non ait. Salvian, *de Provid. l.* 7. *c.* 1. *In omnibus Gallis Aqitani, sicut divitiis primi fuere, sic vitiis.* Et c. 12. de Carthagine; *video urbem plenam turbis, sed magis turpitudinibus; plenam divitiis, sed magis vitiis.* Et *l.* 6. *c.* 7. *Etiam pupillis prodigis & prodigiosis solet subvenire paupertas ut desinant esse vitiosi, ubi desierunt esse divites.* Sidonius *l.* 8. *Ep.* 7. *Solo se censu esse censendos opinantur, sic vitiis, ut divitiis incubantes.* Hieronymus deniqe *adv. Jovinian. l.* 2. *Crates ille Thebanus, projecto in mare non parvo auri pondere: Abite, inqit, pessum, malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis.* Idemqe qod *Paulinus. Crates ille Thebanus, homo qondam ditissimus, cum ad Philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit, nec putavit se simul posse, & virtutes & divitias possidere.* Qod qidem etiamsi verum usqeqaqe non sit; nec Cratetis illud imitari nos velit Apostolus; de qo liberè satis Lactantius *Instit. l.* 3. *c.* 22. *qi patrimonium in nummos redactum effudit in mare, ego dubito utrumne sanus an demens fuerit.* Attamen *divitias* plerumqe *κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτας εἶναι*, ad Demonicum monet Isocrates; & *flagitii esse divitiarum alumnam*, uti in *Apologiâ* Apulejus, usus ipse freqens nimis firmat, amoremqe earundem atqe habendi ardorem affectui Christiano cum primis adversari, Christianisqe progressibus plurimùm obesse, clarè pronunciat, tantumqe non clamat Apostolus ad Timoth. Ep. 1. 6. 9, 10. & certè qomodo non pro *onere sarcinâqe* gravi habebitur, qod eis animos cupiditatibus involvit, *αἵ βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν*, *qæ in perniciem perditionisqe fundum homines demergunt* (qo modò de in naufragio deprehensis qibusdam Galenus in *Hortator c.* 2. *χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐξηρτημένους τε καὶ προσδεδεμένους τῷ σώματι, συγκαταποντισθῆναι αὐτοῖς καὶ τὴν ψυχήν*, *auri argentiqe sui, qod corpori illigarant, pondere depressos, una cum eis animam etiam pessundedisse*, h. e. ut ille voluit, vitam insuper perdidisse. Prudentiusqe rem gessisset Thebanus ille, si nummis servatis meliusve collocatis, istas prout professus est, verè submergere potuisset: *πλεονεξίαν* itaqe non minus qam *ἀλαζονείαν* ad ὄγκον istum pertinere, est omnino statuendum.

Qin & *ἀλαζονεία* hic ὄγκου nomine continetur, non qâ ὄγκος, *μεταφορικῶς*, *ἀντὶ τῆς ἀλαζονείας*, usurpatur; sed qâ ὄγκος, *μετωνυμικῶς τὸ βάρος*, *ὅ ἐστι τὸ βαροῦν πᾶν*, *pondus onusve* & qicqid aggravat, pondereqe suo deprimit (qod *moles* solet) designat; tum *μεταληπτικῶς* translatione factâ, a corpore ad animam, à physicâ consideratione, ad ethicam; qâ mentem deprimit, deprimendoqe impedit, qo minùs in spiritualibus ac cælestibus alacriter promoveat. Sed nec *τῇ εὐτελείᾳ in meletis oberrantium* hic opponitur; cum *εὐτέλεια* illa, vel *indigentia* potius non virtutis, sed necessitatis, nec sponte suscepta, sed imperante alienâ adacta fuerit. frustra enim sunt, qi Eliæ & Elisæi melotas hic somniant Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Scholiastes, alii. nec *δόξης βάρος*, de qo Apostolus, locum hic habet; qod *τῷ τῆς θλίψεως ἐλαφρῷ* opponitur; nec, qod prægravet habentes onus denotat; sed pondus, qod lancem deprimat, si hujus vitæ ærumnis, contra in staterâ statuatur. Proinde parum est solida hæc τοῦ ὄγκου interpretatio; qâ *ἀλαζονείαν βίου* significare perhibetur, nec tibicine isto suffulcitur.

A Dunæo aliorsum abit vir Cl. Daniel Heinsius, *in notis ad* N. T. nuper editis; sed & ab aliorum omnium, qos videre contigit, interpretum sententiâ, & ipse itidem nihilo minùs discedens. Etiamsi enim *fastum* intelligi velit uterqe, diversum tamen hic & ille: *βίου ἀλαζονείαν* utiqe D. Dunæus, *ὑπερηφανίαν φρονήματος* D. Heinsius, *fastus* nomine intelligit. *Qid si ὄγκος hic sit, inqit. ὄγκος φρονήματος, seu arrogantia & fastus: id qod vulgò φύσημα καὶ ὑπερηφανία dicitur? Glossa Stephani ὄγκος tumor: Et, ὀγκοῦμαι, turgeo. Et Plutarchus ὄγκου καὶ φρονήματος γέμοντας, tumore & opinione de se plenos, percipiendis disciplinis esse inutiles docet; à qo & ita affectus, modò μεστὸς ὄγκου, modò πεπληρῶσθαι αὐτοῦ ὄγκου, dicitur.* Interpretationis hujusce rationem dat, qia *sicut τρέχωμεν dicitur, ita δι' ὑπομονῆς addatur; qo non tam celeritas, qam continuatio exprimitur: ut autem ὄγκος omnis, sive gravitas qæcunqe, currentibus imprimis obstare solet; ita ubi de progressu agitur, arrogantia, persuasio, opinio de se omnis, qæ & hac voce continetur, grave est impedimentum & molestum: siqidem in cursu hoc, de qo & Apostolus ad Philip.* 3. 14. *Proficientibus & promoventibus nihil obstat magis qam persuasio; qam qod eò pervenisse se existimant, qò nondum pervenerunt.* Et est qod vir Cl. dicit verissimum. Itaqe scitè Bio, referente *l.* 4. Laertio, *τὴν οἴησιν προκοπῆς ἐγκοπήν.* *Opinionem* dicebat esse *profectus impedimentum.* Et Seneca *de Tranqil. c.* 1. *Multi ad sapientiam potuerunt pervenire, nisi se putassent jam pervenisse.* Plato itidem in *Sophistâ.* *Μαθεῖν οὐδέποτ' ἂν ἐθέλειν, τὸν οἰόμενον σοφὸν εἶναι.* *Nihil addiscere velle eum, qi jam sapere se opinatur*: qi & ideo, si Antonio fides. qi *Melissæ l.* 2. *c.* 74. Platoni hoc adscribit, qod Plutarchus *lib. de audiendo* (unde

de alia qædam vir Cl. excerpsit) tanqam celebre qorundam dictum laudat. Δεῖ τῶν νέων ἐκπιεζομένων [μᾶλλον] τὸ οἴημα καὶ τὸν τῦφον, ἢ τῶν ἀσκῶν τὸν ἀέρα, τοὺς ἐγχέαι τι βουλομένους χρήσιμον. (ita enim ex Plutarcho legendum apud Antonium; non pro ἢ, cum Gesnero, ὡς substituendum) οἱ δὲ μὴ, γέμοντες ὄγκου καὶ φυσήματος οὐ προσδέχονται. *Oportet ex adolescentibus opinionem fastumqe exprimere, magis qam ex utribus aerem eos, qibus utile aliqid infundere est animus: alioqi fastu flatuque referti, non admittunt.* Siqidem, ut Socrates ibidem; τοὺς μὲν ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διΐστησι, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα. *Utres flatus, fatuos fastus, distendit.* Qin & Gregorius Seasimensis in *Apolog.* τὸ οἴεσθαι, ὃ δοκεῖ τὸ πλεῖστον ἀφαιρεῖται· καὶ μέγα τοῖς ἀνθρώποις ἡ κενοδοξία πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον. *Opinio, res ipsi plurimùm detrahit: magnumqe ad virtutem est impedimentum, inanis existimatio:* Nihil itaqe sæpiùs inculcat Epictetus, qam (qod & πρῶτον φιλοσοφοῦντος ἔργον εἶναι, *primum philosophi opus esse* affirmat) ἀποβαλεῖν οἴησιν, *opinionem de se abjiciendam esse: dissert. l. 2. c. 11.* & 17. & alibi passim. Utrumqe hoc igitur pro comperto confessoqe habetur, & ὄγκον pro *fastu* & *opinione de se vanâ ac inani* usurpari; & esse hunc profectus impedimentum havd exile. Nec tamen ideò assentiri possum Viro Cl. apud Apostolum τὸ ὄγκον eo sensu sumenti. Siqidem sub curriculi metaphorâ ista proponit Apostolus: *fastus* antem, avt persvasio, ad cursum qid facit? Tum non tam *profectus*, qam *perseverantia* respicitur verbis illis δι' ὑπομονῆς; perseverantiæ siqidem mater est patientia; patientiæ perseverantia proles: ὄγκος avtem, sive βάρος, *onus pondusqe* grave qodlibet, sicut in cursu, qo minùs qis promoveat est impedimento; ita etiam facit sæpenumero, ut delassati in stadio medio succumbant, nec ad metam unqam pertingere valeant. Cæterum ut rectè Salmasius de Fœnor. Trapez. *l.* 1. *In cursu agonali*, qi hîc respicitur, *nemo unqam prohibitus est ad metam pervenire; qia jam se putasset pervenisse. Qi & ad eum planè modum* ὄγκον cum Theophylacto interpretatur, qem in initio exhibuimus, cuiqe omninò adhæremus. Illud tantum adjicio, etiam peccati ipsius *onus* pondusqe gravissimum in Scriptis sacris reperiri. Sic enim Hymnodus, Hymn. 38. v. 5. *Iniqitates meæ transcendunt caput meum, sicut onus grave: graviores sunt, qam ut perferre qeam.* Ambros. *Epist.* 18. *Nullum onus est gravius qam peccatorum sarcina, & pondus flagitiorum.* Et ὄγκον ἁμαρτημάτων pro *magna peccatorum congerie* dixit Chrysostomus *Orat. adv. Jud.* 5. Δύναται πολλάκις μία κερδηθεῖσα ψυχὴ μυρίων ὄγκον ἁμαρτημάτων ἀφανίσαι. *Potest sæpenumerò anima lucrifacta innumerabilium peccatorum molem abolere:* respexit, opinor, Jacobi illud, sed minùs sane (puto) sumptum, qo epistolam ille suam terminavit; qanqam ista *extra oleat*, qod ajunt. Ista jam olim dissertata & descripta, cum in scriniis reposita diu jacuissent, incideram in Viri Claris. D. Salmasii ὑπομαχαίρῃ adversus D. Joannis Cloppenbergii Epistolam (uti appellat ille) calumniatoriam *defensionem*. Ex ea didici, D. Andream Melvinum cum D. Heinsio paria sensisse, ὄγκον utiqe apud Apostolum, h. l. eâ significatione sumendum non qâ βάρος *grave pondus*, sed qâ *tumorem* notat. cui & calculum suum D. Cloppenbergius concedit: subjungitqe *optimam ac maxime αὐτοφυῆ, nativam, ac minimè novam* esse hanc vocabuli istius *significationem*: qum tantum ablit ut per se necessariò ὄγκος *grave pondus* significet, ut etiam significet ipsum ματαιότητα τὸ κοῦφον *inanitatis levitatem.* Ad qæ regerit Vir Clarissimus latius jam edisserens, qod *in de Fœnore Trapezitico* strictim duntaxat attigerat. Ὄγκον per se significare *omne* βάρος καὶ μέγεθος. *& inde metaphoricè tumorem vanæ gloriæ designare.* Nam & βάρος, qod *propriè grave pondus* notat, etiam Græcis accipi pro *fastu* & *arrogantiâ.* Ὄγκον avtem κουφότητος *levitatis* significationem nunqam habere, nisi qatenus & qi *inflati* sunt *ac tumidi*, etiam *leves* videntur; alias ὄγκον & κουφότητα opponi: unde apud Pollucem *l. 4. c.* 24. περὶ στατικῆς, *de arte ponderandi*, in qâ *levia* & *gravia* ex opposito statuuntur, τὸ κοῦφον & τὸν ὄγκον distingui: ὄγκον proinde esse propriè βάρος, inde pro *fastu flatuqe gloriæ*, ut & βάρος per metaphoram. Hinc apud Petrum ὑπέρογκα τῆς ματαιότητος, *superba vanitatis*, 2. Ep. 2. 18. Hesychius, Ὄγκος, ὑπερηφανία, ἔπαρσις, μέγεθος, at levitas κουφότης aliud vitium est, qod ὄγκον nemo appellet. Ita ὕδρωπος & ὑδερικοῦ nomine Græci patres hunc *flatum fastumqe superborum* indigitant. *Sed in hoc Pauli loco*, inqit, *vix illi significationi locus est. Sermo Pauli ad cursum agonalem alludit*, ἵνα τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. *In stadio cucurrisse nudos certum est, vel sine subligaculis. Monet Apostolus ad hoc exemplum, ut in spatio* (stadio forte) *qod suis Christus decurrendum præcipit, omnia impedimenta curarum mundanarum ac negotiorum secularium, ut vestimenta cursores, abjiciamus. Hæc igitur est* ἀποθέσθαι ὄγκον πάντα; *& sic omnes interpretes Græci & aliarum linguarum intellexerunt.* Ad de tumore inanis gloriæ inanissima est interpretatio Heinsii, & Cloppenbergii, & Melvini, si ille ita exposuit. Subjungit, ea qæ Cloppenbergius, *De curriculo cancellis coarctato: qod ingressuris illud non aderant sarcinarum onera. De vestibus laxioribus, qæ cursu agitata ab agitato aere conciperent tumorem; qi vel cum vestibus deponendus & abjiciendus esset, ut impedimento illo se expedirent; vel præveniendus ita succinctis vestibus, ut intra cancellos cohiberi possent;* esse vana, falsa, ἀνιστόρητα, ridicula, tumorem deniqe illum vestibus laxioribus à ventis agitatis conceptum unico posse argumento difflari; nudos utiqe cucurrisse illos. Hæc ille, qæ cum seriùs ad manum venerint, qam ut meis, qibus consentiunt planè, inseri possent, omissa tamen neutiqam volebam, cum ex viri tanti judicio adjecto pondus meis insigne accessurum non sine cavsâ gravi existimarem. Verum περὶ τὸ ὄγκου minus laboratur, majorem nobis τὸ εὐπερίστατον molestiam facessit; ἁμαρτίαν εὐπερίστατον Apostolus qâ mente dixerit, ambigitur; nec lectionem ipsam qi solicitent, desunt. Interpretationem duplicem affert Joannes Chrysostomus (qem Scholiastes transcripsit) εὐπερίστατον, ἤτοι τὴν εὐκόλως περιϊσταμένην, ἢ τὴν εὐκόλως περίστασιν δυναμένην λαβεῖν; *vel qod nos facilè cingit & circumstat, sive obsidet & circumvenit; vel qod facilè coerceri & superari qeat*; καὶ τοῦτο μᾶλλον· *& hoc potius*, inqit, ῥᾴδιον γὰρ, ἐὰν θέλωμεν, περιγενέσθαι τῆς ἁμαρτίας. *Facile est enim, si velimus, peccatum superare, sive peccato superiores evadere.* Ita Salmasius de *Trapezitico Fœnore l.* 1. monet, qosdam interpretari, τὴν ταχέως περιτρεπομένην, *peccatum, qod facilè subverti potest*: qomodo Hesychius περίστατον exponit ἀνάστατον, *eversum, profligatum*: atqe hoc sensu in vetere editione Latinâ, *peccatum fragile*, verti: qem tamen sensum verum esse negat.

Qin & Chrysostomus idem (modo idem fuerit, qod cum Erasmo tamen negare ego non ausim) prius illud potiùs seqitur *in ad Corinth. Epist.* 2. *Orat.* 2. qo loco ubi ex *Oratione pro Catechumenis* haberi solitâ in Ecclesiis, illa recitasset, Ἀπὸ παντὸς ἁμαρτήματος διαβολικοῦ, καὶ πάσης περιστάσεως τοῦ ἀντικειμένου· *Ab omni peccato diabolico, omniqe adversarii circumventione, vel obsessione.* Τὰς πειρασμοὺς, inqit, δηλοῖ καὶ τὰς ἁμαρτίας· εὐπερίστατον γὰρ ἡ ἁμαρτία, πάντοθεν ἱσταμένη, ἔμπροσθεν ὄπισθεν, καὶ οὕτως ἡμᾶς καταβάλλουσα. *Tentationes & peccata* περιστάσεως *nomine significat. Est enim peccatum ejusmodi, qod facilè obsideat, ante retro, atqe ita nos dejiciat:* hoc est, qod Camerarius, *cujus undiqe vis & periculum nos circumstet.* Theophylactus, ubi duplicem Chrysostomianam illam exhibuerat, tertiam adjecit; δι' ἣν εὐκόλως τις εἰς περιστάσεις ἐμπίπτει; *per qod in adversa, molestias, discrimina facilè incidimus* (ita enim περίστασιν creberrimè usurpari alibi ostendimus; sicut in magnanimâ illâ Gnostici voce apud Clementem Alexandrinum *Strom. l.* 4. Δὸς περίστασιν καὶ λάβε ἐπίδειξιν) οὐδὲν γὰρ οὕτω κινδυνῶδες; *cum sit nihil tam periculosum atqe peccatum*, sive, *qod discrimini objiciat magis.* Theodoretus qartam suppeditare videtur, εὐπερίστατον (inqit) τὴν ἁμαρτίαν ἐκάλεσεν, ὡς εὐκόλως συνισταμένην τε καὶ γενομένην, ex versione Hervetianâ, *qod facile contrahitur vocavit peccatum; ut qod facilè conficitur, & gignatur.* Καὶ γὰρ ὀφθαλμὸς δελεάζεται, ἀκοὴ καταθέλγεται, ἁφὴ γαργαλίζεται καὶ γλῶσσα ῥᾷστα διολισθαίνει, καὶ ὁ λογισμὸς πρὸς τὸ χεῖρον ὀξύῤῥοπος. *Etenim oculus inescatur, auditus demulcetur, tactus titillatur, lingua facillime labitur. & cogitatio ad malum celerrime devergit:* ita, qod Camerarius, *significaretur peccandi qavis occasione proclivitas.* Chrysostomianam posteriorem secutus est Dunæus noster, τὴν εὐκόλως

λον ἐστι περιΐστασθαι, *i. e.* inqit ille, *ut ego interpretor, qod facile est evitare, si attenti & vigilantes sumus;* ἀλλ᾽ ῥᾴδιον ἐστι περιστῆσαι καὶ διαχειρίσασθαι, *qod nihilnegotii est amoliri, & despellere.* Περιΐστασθαι est *vitare*, ἐκτρέπεσθαι; *nam qi volunt, ut inqit Horatius,* —— *puteum vitare patentem, aut salebras in viâ declinare, circuitu qodam de recto itinere deflectunt: unde verbum Latinum vitare est, qasi viare, & cedere de viâ, ut Grammatici docent.* Josephus de Essenis, *Bell. Judaic.* l. 2. c. 12. τὸ δὲ ὀμνύειν διαφερόντως αὐτοῖς περιΐσταται. *Juramento sum primis abstinent.* Lucianus *de Sectis:* Φιλόσοφον δὲ ἤν τινα τὸ λοιπὸν καὶ ἄκων ποτὲ ἐν ὁδῷ βαδίζων ἐντύχω, οὕτως ἐκτραπήσομαι καὶ περιστήσομαι, ὥσπερ τοὺς λυττῶντας τῶν κυνῶν: *Philosophum si qem deinceps dum per viam incedo, obvium nolens habuerim, ita secedendo devitabo, qo modo canes rabiosos consueverunt.* Observat idem *ad Athenæ* l. 15. c. 5. Casaubonus, qo loco ex Andreâ Medico autor ille; Ἅπαντας τοὺς καρῶν δυναμένους ἢ βαρύνειν ἄλλως κεφαλὴν [τοὺς στεφάνους] περιΐστασθαι. Ubi epitome; ἐκτρέπεσθαι. *Coronas omnes qæ caput qoqo modo gravant fugiendum & rejiciendum est.* Jamblychus *in Vitâ Pythag. c.* 31. τὸν Διονύσιον τὸν τύραννόν φασιν, ὡς πάντα μισῶν, οὐδενὸς αὐτῶν ἐπιτυγχάνει τῆς φιλίας, φυλαττομένων καὶ περιϊσταμένων τὸ μοναρχικὸν αὐτοῦ καὶ παράνομον. h. e. *Dionysium illum, tyrannum ajunt, qi omnia savè tyrannice que administrabat, nec cuiqam omnino vel amicus fuit, vel cujusqam amicitia utebatur, caventibus illis & refugientibus ingenium hominis tyrannicum & iniqum.* Qibus adjici potest Origenis illud *adv. Celsum.* l. 1. οὐκ ἔστι δὲ ἀγεννές, μετ᾽ οἰκονομίας περιΐστασθαι τοὺς κινδύνους, μὴ ὁμόσε αὐτοῖς χωρεῖν: qod Gelenius contra mentem autoris sic reddidit. *Non est generosum ad tempus cavisse pericula.* Cum Origenes dicat, *non esse ignobile, aut degeneris animi indicium, pericula declinare, nec se eis ultrò objicere.* Illud item Scriptoris anonymi *de certamine Hesiodi & Homeri;* τὸν δὲ ἀκούσαντα, περιΐστασθαι μὲν τὴν εἰς Ἴον ἄφιξιν, διατρίβειν δὲ περὶ τὴν ἐκεῖ χώραν. *Hoc illum accepto, in Ion insulam profectionem declinasse, in eâ verò, ubi tum fuerat, regione hæsisse.* Nec non Pseudo-Clementis illud io *Constit. Apost.* l. 4. c. 7. Περιΐστασθε μὲν πάντας διακονίας, ὡς ἄλλαγμα κυνὸς, καὶ μίσθωμα πόρνης. *Hujusmodi devitate ministeria, tanqam canis pretium, scortive mercedem.* Pro qo pavlo post dicit, φεύγετε τὰς δυσωνύμους εἰσφορὰς; ut τὸ περιΐστασθαι, & τὸ φεύγειν pro eisdem usurparit. Recte itaqe Suidas, Περιϊστάμενος, φεύγων; adducto & Josephi de Mose dicto, Περιΐσταται, γὰρ μὴ πολλοὶ τοῦ τῶν λόγων ἀπαγγελίας αὐτοῦ μιμηταὶ γένωνται: qo loco tamen *cavere* potius reddendum videatur. *Cavebat enim, ne plures dictionis illius impuræ imitatores existerent.* Et ex alio nescio qo, Τὸν ὄχλον γὰρ ἐκεῖνος ἀεὶ καὶ τοὺς θορύβους περιΐστατο μάλιστα. *Turbam enim ac tumultus ille qam maximè declinabat.* Sed & Hesychius, Περιΐστασο, περίφευγε. Eadem mente usurpavit & Marcus Imperator *Comment.* l. 3. *Sect.* 4. Χρὴ τὸ εἰκῆ καὶ μάτην ἐν τῷ εἱρμῷ τῶν φαντασιῶν περιΐστασθαι. *Oportet in cogitationum serie frustraneum ac superfluum omne declinare, fugere.* Ita sumi vult Xylander & in ad Timoth. Ep. 2. 2. 16. verbis illis τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο; ita Duoæus, ad Tit. 3. 9. μάχας νομικὰς περιΐστασο; ita utrobiqe, Casaubonus & Salmasius, qomodo & vetus Interpres utrobiqe, *Devita.* Et Syrus pariter אשׁתאל qod pro παραιτοῦ vers. 10, usurpatur. Idem itaqe his locis volunt esse τὸ περιΐστασθαι, qod τὸ παραιτεῖσθαι, ad Tim. Ep. 1. 4. 7. verbis illis, τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ. Et Ep. 2. 2. 23. τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ. qo modo etiam Theophylactus exponit. At Beza, Stephanus, & Piscator, locis illis περιΐστασο, *cohibe*, vertêre. Scholiastes Græcus utrumqe repræsentavit utrobiqe, ad Timotheum ἢ παραιτοῦ, ἢ περιστατικὸς ἴσθι, ὡς τὸ παῦσαι καὶ κωλῦσαι. Et ad Titum ἀποστρέφεσθαι καὶ παραιτεῖσθαι. Ego verò illos potiùs hic seqor, qi *cohibendi* sensu accipiunt: qum utrumqe Apostolus utrobiqe & Timotheum & Titum moneat, ut *vaniloqia profana* ille, *litigia legalia* iste, in aliis potiùs coerceant, qam ut ipsi devitent: qod patet ex verbis ad Timotheum proximis vers. 16. ad Titum etiam, v. 10. qum locis illis alteris, qibus τῷ παραιτεῖσθαι est usus, Virum Dei illum admoneat, non tam qid in *aliis coercendum,* *qam* qid *ipsi cavendum* spernendumqe velit.

A Sed neqe viro doctissimo assentiri possum in vocabuli vel Græci vel Latini ratione; siqidem nullâ ratione persuadere mihi possum, *vitare* qasi *viare* dictum. Ut enim nihil dicam, aliud esse *viare*, aliud *è viâ recedere*; τὸ *vito* potius videtur esse à φείδω Græco deformatum; qomodo à φάτης *vates*, à σάδιον, & σπάδιον Æolicè, *stadium*, *spatium*: qin & *circuitu* ejusmodi *de itinere recto deflectere*, παρελθεῖν vel περιοδεύειν potiùs, qam περιΐστασθαι diceretur: περιΐστασθαι forsan potiùs, ubi *vitandi* significatum obtinet, est qasi *circiter citrave consistere*, nec propiùs accedere, qod
B solent homines cauti, ubi periculi qippiam subesse suspicantur, ut περὶ in περιΐστασθαι eundem usum obtineat, qem in περιορᾶν & περιφρονεῖν habere deprehenditur, ubi in *neglectus* significatione adhibentur. Salmasius verò περιΐστασθαι pro *fugere*, vel *declinare*, inde tractum censet qia qi cavent sibi in re aliqâ malâ devitandâ omnia solicitè circumspiciunt & circumeunt ut videant qid fugere debeant; unde κύκλωσον σκέπασον; Hesychius: verum ista Grammatici viderint.

Deniqe nec in *vitandi* fugiendive sensu, qod vir doctis-
C simus opinatur, τὸ εὐπερίστατον sumpsisse videtur Chrysostomus, verbis illis, τῆς εὐκόλως περιΐστασθαι δυναμένης τυχεῖν, sed in *circumcingendi*, *coercendi*, vel *superandi* etiam, qo τὸ περιγίνεσθαι solet usurpari: qod ex eo patet, qod subjungit, superiùs allatum, ῥᾴδιον γὰρ περιγίνεσθαι, ad qod propriùs accedit Camerarii illud qod *facile reprimi potest.* Interim interpretatio vocabuli Apostolici ista ab ipsius scopo divertere longè videtur; qum sub stadii decurrendi imagine vitæ Christianæ exigendæ rationem ejusmodi proponat, in qâ laborandum enixè ac contendendum sit, si pal-
D mam ferre velimus: qomodo & ad Corinth. Ep. 1. 9. 24. ac proinde difficultatem potius aliqam, ac periculum ab eis rebus innui oportet, qas deponere atqe abjicere nos monet; alioqi qorsum contentione tantâ opus fuerit, si impedimenta hæc amoliri tam proclive existeret. Recteqe de hac expositione Salmasius *de Fœn. Trapez.* l. 1. *Non hoc velle Apostolum, certum est.*

Proin priorem Chrysostomianam interpretationem seqvuntur potius pleriqe. Ita vetus interpres, qiqe eum secuti, sive vetustiores, sive recentiores, *circumstans nos*
E *peccatum*: qod pleniùs Pagninus, *facilè nos circumstans.* Beza, *facile nos circumcingens. Nihil enim*, inqit, *tam est aptum ad nos circumsistendos.* Piscator *ad nos circumcingendos proclive.* Firmatqe hoc, qod supra monitum, à stadio cursuqe traducta imago. Siqidem ὄγκου nomine, qicqid *aggravare* & *deprimere*; ἁμαρτίας εὐπεριστάτου, qicqid *implicare*, & *implicando impedire* possit, designare videtur: qod utrunqe currentibus obesse manifestum est: prout & Illyricus observavit. Placetqe cumprimis hic Ludovici Cappelli observatio, qi à *lacinosis & talaribus vesti-*
F *bus* vult petitam metaphoram, *qæ currentium cruribus tibiisqe* περιΐστανται, i. e. *circumplicantur, eaqe involventes currentem remorantur.* Apulejus *in Apolog. Fortuna velut tunica, concinna, magis qam longa probatur. Qippe etiam ea si non gestetur, & trahatur, nihilominùs qam lacinia præpendens impedit & præcipitat. Etenim omnibus ad vita munia utendis, qicqid aptam moderationem supergreditur, oneri potiùs qam usui exuberat.* Erasmus verò, qem & Tigurinus & Delænus noster sequntur, *tenaciter inhærens* (prout & Castellio, *tenax*) reddidit, explicatqe; *qod facilè circumsi-*
G *stat, & hæreat atqe amplectatur, qasi nolens abjici.* Nec abscedit longe Brugtonus noster, qi *peccatum nos callidè implicare proclive* vertit. Putatqe Pavlum Jeremiæ illud נשׂקד Thren. c. 1. v. 14. de qo alibi diximus, exprimere voluisse. *Vocabulum*, inqit, *Hebræum insuetum satis, Græco non minùs compsito est interpretatus* (qod nec insolenti etiam minùs Plavtino illo, *conterinplicata sunt peccata nostra*, Spaldingus noster reddidit) in qo Brogtono etiam Grotius in *Annotat. Posthumis* planè consentit. Sed nec Calvinus, qi, *cujus laqeis undiqe tenemur*: ita tamen ut ille à *frondibus sibi invicem implexis*, hic à *plagis constringentibus, & constrictos tenentibus*, imaginem velit mutuatam: qod à metaphorâ Apostolicâ recedit longiusculè. Et longiùs etiam ei qi (Bezâ referente) ad *subigniem* sive

spumam allusum existimarunt, *qa illa sic tenacitèr adhæreat, ut defricari facilè non possit.* Ezek. 24. 6. Ecqid enim *illa* cum *cursu*, avt cum *stadio*?

Cæterum vir Cl. Daniel Heinsius εὐπερίστατον vult eum dici, *qi in luctâ alterum avt cursu facilè circumvenit. Ut si* εὐπερίστατον dicas *vinum*, *de qo Plavtus* (*Pseud. Act. 5. sc. 1.*)

Magnum hoc vitium vino est,

Pedes captat primum; luctator dolosus est.

Dolosus εὐπερίστατος: *nam* περίστασις, inqit, *illius est, qi in luctâ alterum circumvenit. Gloss.* περίστασις *circumventio: qa & in cursu locum habet: sic enim Maronis ille Nisus, cum loca primus esset, lapsus, Salio cursu ac velocitate proximo, in gratiam Euryali, qi tertius,* κατὰ περίστασιν *corpus inter surgendum opposuit, atque ita in terram prostravit. Atqe ita τῷ εὐπερίστατον, cum de peccato dicitur, τὸ εὐόλισθον, qod ejus est, qi facile prolabitur respondet. Basilius Macedo Imperator adhortatione ad Leonem filium:* Ἡ γὰρ φύσις ἡμῶν εὐόλισθόν τι χρῆμα, καὶ πρὸς τὸ χεῖρον εὐκατάφορον. *Natura nostra lapsus proclivis, avt facillime cadit;* verum subtilitatem istam ego, cum longiuscule petita, nec avt exemplo suffulta satis idoneo, avt cum imagine ab Apostolo adhibita commodè convenire, videatur, aliis eruditioribus censendam relinqo. Et Salmasius qidem multis exagitat ac refellit, *de Trapezit. Fœn. l. 1. Circumvenire*, inqit, *avt propriè sumitur, avt impropriè. Si proprie accipiatur, neme alterum in luctâ circumvenire potest dici: nam plurium est, pavciores avt unum circumvenire; cum ponitur metaphorice, pro fravdare usurpatur: Tum unus unum potest circumvenire; ut ad Thessal. Ep. 1. 4. 6. Sic in palastrâ luctator dolosus qi supplantat adversarium, utcunqe illum circumvenit, i. e. decipit; metaphora inde qod ex insidiis plures consurgentes, pavcos hostium circumveniunt, & in medio circumventos concidunt; hinc & circuiri & circumdari etiam pro fraudari & decipi.* Verum sermo, qo utitur hic Apostolus, non a luctâ, sed à cursu per tralationem sumitur. Et qod ex Plavto adducitur, nihil ad περίστασιν avt *circumventionem* facit; supplantatio est: Sed nec qod corpus opposuit Salio Nisus inter surgendum, κατὰ περίστασιν id facit: nec περίστασιν Græcus avtor unqam hoc sensu usurpavit; nec Stephani Glossator, *circumventionem*, ubi περίστασιν ita exponit, eo sensu intellexit; περίστασιν ποιεῖν Græci vocant, cum spectatores morionem avt θαυματοποιὸν circumveniunt ac circumsistunt; qi tum περίστατος est, qia à multis circumsistitur: unde & *circulatores* dicti, qia *circulos* hominum circa se spectandi studio convenientium faciunt; ita apud Harpocrationem ex Isocrate περίστατοι, περὶ οὓς ἐν κύκλῳ ἵστανται οἱ θεώμενοι *ad qos spectatores in orbem consistunt* & ex Dinarcho, περίστασιν ποιῆσαι aliqem, est περίστασιν circa illum facere, eumqe circumsistere, & circulo vel corona qasi circundare. Cæterùm alio sensu vult ὁ κλεινὸς, ἁμαρτίαν εὐπερίστατον dici: siqidem aliud qid περίστασιν qoqe Græcis significare; deductâ tamen inde vocabuli notione, qâ *turbam*, *molestiam*, *curam*, *solicitudinem*, *anxietatem* designat; qia περιστάσεις ejusmodi nunqam fiunt sine tumultu, rixâ, compulsatione & pressurâ. Hesychius, Περίστασις, θλίψις, ἀνάγκη, μέριμνα; inde τὰ περιστατικὰ, accidentia varia, & casus adversi, qi περιστάσεις hujusmodi creant: qod ex Clemente Alexandrino locis adductis confirmat (qod & nos supra ex eodem Avtore, & in *Annot.* ad Antonini Imp. *lib. 1. Sect.* 12. pluribus ostendimus) sed & περιστατικοὶ Galeno, qi laboriosam & exercitatam habent vitam, qos *Occupatos* vocat Seneca *de Vit. Brev.* qibus ἀπερίστατοι opponuntur, qibus nihil est, qo distineantur ac distrahantur; qalem depingi vult, non ab Epicteto tantum *dissert. l. 3.* Sed & à Christo, Matth. 19. 29. Concludit deniqe ἁμαρτίαν εὐπερίστατον dici, qâ nimirum facilè qis potest in turbas molestiasqe, & varia accidentia, & occupationes conjici; cui interpretationi firmandæ & Theophylactum accersit, cujus verba cum superius ipsi dederimus, repetere denuo nihil opus fuerit. Et hæc sola, inqit, expositio vera est.

Subjungit tamen pavlo post hæc, εὐπερίστατον æqè atqe ἀπερίστατον, posse tam passivè qam active sumi; addit immò debere: nam ἁμαρτία, inqit, εὐπερίστατος metonymicè pro *peccatore*, ut qæ cavssa sit peccatori, propter

A qam facilè exponatur περιστάσει. Ἁμαρτίαν eqidem sive peccatum, pro *peccatore* qandoqe sumi in Scriptis Sacris, exemplis variis ostendi *Cinni* hujusce *l. 2. c. 4.* Qibus nunc adjicio, ex Salomonis Parœmiis illud cap. 13. v. 6. רשעה תסלף חטאת *improbitas peccatum*, sive, virum peccati, peccato deditum, *subvertet*: eodemqe modo sumi posse ἁμαρτίαν apud Apostolum ipsum, cujus de verbis istic agitur, capitis hujusce commatis 4. ad locum illud ipsum in Scholiis suis monuit Piscator. Cæterum loco isto qi admitti qeat, avt, vel cum contextus Apostolici serie, vel B viri magni qam dat mente, consistere qeat, ego certè nullus video. Hoc certè subintulisse videtur, qod opponeret vitiosæ lectioni illi, ab Aria Montano (uti qidam volunt) profectæ, qâ pro εὐπερίστατος, ἀπερίστατος substituitur. Eam editio Complutensis, & ab hac acceptam Plantiana, admisit. Eandem avtem cum Cloppenbergius in Epist. ad *Salmasium* data qæ *Institutioni de Usuris Theologica* subjuncta prostat, attulisset, ut πλεονεξίαν, sive *avaritiam* εὐπερίστατον activè, vel etiam ἀπερίστατον passivè, juxta utramlibet lectionem dici posse affirmaret. An-C sam inde arripuit Vir Eximius, ut novam illam interpretationem exhiberet; qâ & τὸ εὐπερίστατον notionis utriusqe tam passivæ qam activæ rationem indueret. Qo avtem sensu ἀπερίστατον istud passive sumi velit, in alterâ non ad, sed adversus Salmasium scriptâ *Epistolâ*, ex Andreæ Melvini mente docet Cloppenbergius; ut ἀπερίστατος ἁμαρτία idem sit qod Jacobo c. 3. v. 8. Ἀκατάσχετον κακὸν, *peccatum seu malum qod difficillimè coerceri & cohiberi potest.* Cui in *responsione ad Epistolam* eam regerit Salmasius, lectionis falsæ interpretationem veram dari non posse, falsam av-D tem esse, qam nullam codices vetusti, nulla antiqa exemplaria MS. exhibeant, nulli enarratores Græci agnoscant, nec ulli porrò interpretes expresserint, non Syrus, non Ægyptius, non Arabs, nec Latinus; affirmat ἀπερίστατον id significare non posse, cum περιΐστασθαι *devitationem*, non *coercitationem* denotet; & de illa qidem verbi notione liqet satis, de istâ, ad illa lectorem remitto qæ sunt hîc superius dissertata.

Cæterum Melvini popularis Joannes Camero in Myrothecio, cui & Ludovicus Cappellus in *Spicilegio* qia assen-E titur, neutrum respuendum censere videtur, qum eodem ferè utrunqe redeat. *Voces*, inqit, *sunt prorsus contraria; at significatione tamen non sunt contraria; res enim utrobiqe pene eadem est.* Et Cappellus, *sensus eodem redibit*, sive hoc, sive illud legeris; distat tamen Camerone Cappellus, qod hîc Melvino & Cloppenbergio σύμψηφος, τὸ ἀπερίστατον in *cohibitionis* notione, ille in *evitationis* sumendum existimet. Nec reverâ utram seqatur qis lectionem, multum interesset, ubi exemplaria vetustiora utriqe attestantur, nec sensus dispar ex lectione variante emergit. Veruntamen re-F ceptam citra cavssam istam solicitare, novamqe sine fundo justo inducere, minus tutum videtur. Et minus adhuc multo lectiones plures variantes in unum compingere; qod multos tamen viros magnos, inter qos è nostris Hugo Brugtonus & Henricus Ainsvorthus, idqe ubi sibi invicem adversantur τὸ קרי (qod appellant) καὶ τὸ כתיב qemadmodum, Exod. 21. 8. Lev. 11. 21. & alibi, sæpiusculè nostros animadvertimus.

G

CAPUT IV.

Apostoli verba, 1 Cor. 10. 1. 2. perpensa. Apostolum Judæis nostra, nobis Judaica Sacramenta tribuere. Nubem & mare Sacramenta *fuisse, contra qam Mortonus, probatum. Institutio scripto tradita in temporariis minus necessaria; in permanentibus havd semper ita clara. Initiationis ritus plures.* Nubes & mare, *nec Sacramentum unum idemqe; nec significationis, qod alii volunt, diversa. Theodoreti de hisce argutiores minutia. Non tam Sacramenta hæc, qam Sacramentorum nostrorum figuras fuisse, Pontificii. Priscorum nonnulla, qa hûc spectare videantur. Priscos, dum baptismi encomia celebrant, multa è Veteri Instrumento convertere, qa eo nihil faciant; multa de eo, prout & Apo-*

A *Apostolos, prædicare, quæ rerum sint, non rituum. Verba ipsa expenduntur. Ludovici Cappelli institutum historias quasque allegoricè interpretandi minùs probatum. Ταῦτα istic, non symbola, populo illi exhibita, sed judicia in eum exercita respicere. Vocabuli τύπος usus varius. Rom. 6. 16. explicatus. τύπος istic non rudes delineationes, figuræ, formulæ, sed exempla; nec ea imitatoria, sed commonitoria. Nec ritè reddidisse vulgatum; & notam similitudinis à Piscatore frustra intersitam: frustra & lectionem receptam à Grotio sollicitatam. Exemplaris Græci, quod Teclæ adscribitur, vetustas.* B *Sacramenta Judaica nostris paria, & veritatis ejusdem instrumenta. Nostra res jam exhibita, veritate amplius prodita ratione, magis dilucida. Heb. 10. 1. explicatur. Pactum idem typis variis per singulas ætates obsignatum. Locus 1. Pet. 3. 21. illustratus.* Columna nubis ac ignis, *una eademque an diversa. Christum eâ designatum.* In Mosen Baptizari, *quid: non esse*, per Mosen, *aut* cum Mose, *aut* secundum Mosen, *aut* usque ad Mosen, *sed in legem religionemque à Deo per Mosen institutam. Beza hîc minùs sibi constans.* Baptizari in nomen Patris, Filii & Spiritus Sancti *quid sit.* C *Item quid* in Joannis Baptisma; *quid* in Christi nomen *&* nomine; *aliud* in Mosen, *aliud in* Mosis nomen, baptizari. In Christi mortem, *&*, in peccatorum remissionem, *quid.* In mari, *qua ratione tincti dicantur. Theodoretus emendatus.* In nube *quando, & quo modo baptizati. Hymn. 68. 9. explicatus.*

NUbis eremiticæ, quæ populo Israelitico in itinere ad terram Canaaniticam ducatum præstabat, in dissertationibus antegressis aliquoties meminimus. De eâ Apostoli verba, quæ is habet ad Cor. Ep. 1. c.10. v. 1. 2. D in hoc capite pensitabimus. Sic ergò eo loci Apostolus, Ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον· καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ. *Patres nostri omnes sub nube erant: omnesque per mare transierunt: Et in Mosen Baptizati sunt in nube illa atque in mari illo.*

Observat alicubi Henricus Bullingerus, Apostolo nostro moris esse, ut *Christianis Judaica, Judæis Christiana Sacramenta* attribuat. Habebant illi *circumcisionem*, habemus & nos. ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή. *Nos enim sumus cir-* E *cumcisio*, i.e. *circumcisi* (quo modo Rom. c. 15. v. 8. & Gal. c.2. v.7,8.) Philip. c. 3. v. 3. Περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι. *Circumcisi circumcisione non manu facta, circumcisione Christi; cum in Baptismo sumus consepulti.* Coloss. 2. v.11,12. Ita *Baptismus* nobis idem est, quod *circumcisio* illis fuerat. Habebant illi *Pascha* suum. Habemus & nos nostrum: Καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη, Χριστός, *Siquidem Pascha nostrum pro nobis immolatum est, Christus.* F Ita quod *Pascha* illis fuerat; id est nobis, cum in locum ejusdem successerit, δεῖπνον κυριακόν, *Cœna Dominica*: Sic enim Maldonati Jesuitæ virulentissimi ingratiis, cum Apostolo Epist. ejusdem cap. 10. v. 20. & antiquis havd pavcis nuncupamus. Siquidem præter-propter solennitatem illam, in quâ est mortis ac resurrectionis Dominicæ commemoratio, scriptam esse ab Apostolo Epistolam illam, colligere est, ex cap.16. v.8. ubi *Ephesi commoraturum se ad Pentecosten usque* significat. Ita nobis illorum tribuit Sacramenta; sed & ex alterâ parte illis nostra. *Habemus Baptismum: ha-* G *buerunt*, inquit, *& illi.* Ut enim mittatur, eam illis vicem *circumcisionem* præstitisse, quam apud nos *Baptismus* obit. Ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ. *In nube atque in mari pariter baptizabantur illi.* Habemus nos, *epulum mysticum*; in quo *pane spirituali, potu spirituali, pascimur, ac potamur. Habebant*, inquit, *& illi, quo vescebantur* βρῶμα πνευματικὸν *escam spiritualem: quo potabantur*, πόμα πνευματικὸν, *potum spiritualem*; h. e. *manna cœlitus demissum*, atque *aquam e petra* profluentem. Sicut avtem, apud nos, *panis corpus, vinum sanguis Christi* dicitur, Matth. 26. v.26,28. ita & apud illos ἡ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. *Petra illa Christus erat.* Ad Cor. Ep.1. c.10. v.3,4. τυπικῶς, scilicet ut Basilius *de Sp. S. c.14.*

Cæterùm gradum hic sistere pavlisper cogimur. Siquidem vir acutissimus Thomas Mortonus noster, in acutissimâ suâ illâ *prioris Corinthiacæ epistolæ expositione*, *Sacramenta propriè atque usitatè sic dicta* esse ista, disertè negat. Concedit quidem fuisse *externa divinæ gratiæ, amoris, fœderis, & æternæ salutis inde dimanantis, signa & pignora, rerumque spiritualium posteà exhibendarum typos.* Hoc avtem quid est aliud, quæso, quam quod de *circumcisione* Apostolus idem Rom. c.4. v.11. Σημεῖον περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, *signum ac sigillum justitiæ, quæ ex fide est*, obsignatorium? *Verùm Sacramenta*, inquit, *h.e. signa* B *sensibilia a Deo instituta divini verbi veritatem credentium animis obsignantia, non fuerant.* Ecquare? quæso, 1. *Quia ad Sacramenti hujusmodi constitutionem necessario, requiruntur aperta ipsius Dei externum signum in hunc sacrum usum publica ac solenni promulgatione separantis vox & avtoritas: at de istis nulla ejusmodi extat institutio.* 2. *Si nubes & mare initiationis Sacramenta fuerant*, (quod nemo negabit, qui ea Sacramenta vult fuisse) *hoc incommodi sequitur: populum Israeliticum sæpiùs in Dei populum & Ecclesiam admissum & consecratum fuisse; semel in circumcisione, secundò in nube,* C *tertiò in mari, atque ita bis rebaptizatum fuisse.*

Quibus responderi potest.

1. Non fuisse necessarium, ut institutio aliqua divina scripto traderetur de ritibus sacris, Sacramentisque ejusmodi, quorum usus non erat ultra tempus havd ita diuturnum perennaturus. Alia enim est hîc in parte eorum ratio, quæ per secula multa ad Messiam usque exhibitum erant permansura.

2. Nec in his etiam semper *institutio* tam aperta, quam exigere videntur viri clarissimi verba, scripto tradita depre- D henditur. *Agnum Paschalem* immolatum & depastum, Christum pro nobis mactatum, quo in esum spiritualem ac salutarem nobis concederet, repræsentasse, & huic fini à Deo destinatum, quis neget? Negare sanè non sustinebit ipse, quum *Sacramentum vere proprieque dictum, quo Christus præfigurabatur*, agnoscat. Neque tamen, opinor, *apertam* aliquam *Dei vocem* è veteri instrumento exhibere poterit, *ad eum usum promulgatione publica ac solenni separantis.*

3. Eundem cum *Baptismo* nostro usum apud populum illum ista obtinuisse Apostoli verba disertè tantum non voci- E ferantur. Cujus & ratiocinationis vim havd pavlo imminutum ibimus, ni eandem utrique vim ac virtutem tribuerimus: *transitum per mare rubrum baptismum vocat*, inquit Origenes *in Exod. Orat. 5.* quanquam non ausim cum eodem *in Josh. Homil. 3. & 4.* idem *de transitu per Jordanem* pervium factum habito, quod de illo *per mare Erythræum* Apostolus; cum avtoritate pari destitutum me videam. Denique de iterato initiationis ritu, nihili est ratio. quid enim obstat, quo minùs ritibus diversis sæpiùs iidem initiati fuerint? quo modo qui *circumcisione* prius initiatus fuerat, Phil. c. 3. F v. 5. idem *intinctione* denuò initiatus est Pavlus, Act. c. 9. v. 18. avt ecquid incommodi inde consequetur? quum & fœdus ipsum cum eisdem sæpiùs, quasi de integro, pepigisse Deus deprehendatur. Quin & Mortonus ipse, uti post pavlo videbitur, *tam diversam* agnoscit *religionem per Mosen tunc institutam ab ea qua populus ille ante utebatur, ut nova quodammodò religio, novum quoque initiationis Sacramentum efflagitare videretur.* Non adjiciam quod Musculus; *Non est insolens*, inquit, *quod nubem & mare, res diversas in unum Sacramentum conjungit: quum & Christus sub pane & vino in* G *cœna ejusdem mysterii Sacramentum proposuerit.* Avt quod Gregorius Nazianzenus *Orat. de Bapt.* Ἡ θάλασσα τοῦ ὕδατος, ἡ νεφέλη τοῦ πνεύματος, *aqua mare, nubem spiritus, rationem habuisse*: Quod fusiùs Theodoretus *in Exod quæst.* 20. Τύπον ἔσχε τῆς κολυμβήθρας ἡ θάλασσα, ἡ δὲ νεφέλη τοῦ πνεύματος· ὁ δὲ Μωϋσῆς, τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ. τοῦ σταυροῦ δὲ, ἡ ῥάβδος· τοῦ διαβόλου δὲ, ὁ Φαραώ· τῶν δαιμόνων, οἱ Αἰγύπτιοι· τὸ δὲ μάννα, τῆς θείας τροφῆς· τὸ δὲ τῆς πέτρας ὕδωρ, τοῦ σωτηρίου αἵματος. *Typum habuit baptisterii mare; spiritus, nubes; Christi servatoris, Moses; crucis, baculus; Diaboli, Pharao; Dæmonum, Ægyptii, Manna, pabuli divini; petra aqua, sanguinis salutiferi.* Siquidem typos diversos ac distinctos fuisse existimo; quos & Apostolus à se invicem discrevisse videtur.

Ve-

Verùm alia ratione obturbatur denuo. Siqidem Robertus Bellarminus *de Sacram. l.1. c.9.* Et *l. 2. c. 4. & 17.* ista omnia, *non tam Sacramenta, qam Sacramentorum figuras*, fuisse contendit. Nec potest negari, ex antiqis non deesse, qi ejusmodi aliqid insinuare videantur. *Nubis* nempe *columnam* illam, & *mare rubrum*, *Sacramenti Baptismi*, qod apud nos habetur; *Manna aqamqe cœne nostra, typos figurasqe* extitisse. Ita Cyprianus (qem is advocat) *Epist. 76. Mare illud Sacramentum Baptismi fuisse declarat Pavlus.* Joannes Chrysostomus *in hunc locum*: Τοῖς τῆς ἀληθείας ὀνόμασι κέχρηται καὶ ἐπὶ τοῦ τύπου· καὶ τοῦτο μὲν τοῦ λουτροῦ σύμβολον, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα τῆς ἱερᾶς τραπέζης. *Veritatis nominibus usus est in figura. Et hoc qidem est symbolum, seu signum lavacri: qæ avtem sequuntur, sacra mensa.* Et *Tom. 5. Orat. 51.* Ἡ διάβασις ἐκείνη τοῦ μέλλοντος βαπτισμοῦ ἦν τύπος. *Transitus hic futuri baptismi erat typus.* Qo loco & multa hâc de re disserit. Hieronymus *ad Ocean. Epist. 83. Pharao cum exercitu suo in typo Baptismatis suffocatur.* Ambrosius *in Apolog. David. c. 8. In mari rubro fuit figura Baptismatis. Si virtus magna fuit in figurâ Sacramentorum, qanto magis in veritate eorum?* Et *de initiat. c. 3. Advertis qod in illo Hebræorum transitu, jam tunc sacri Baptismatis figura præcesserit; in qo Ægyptius periit & Hebræus evasit.*

Et *de Sacram.* l. 1. c. 6. *In mari rubro figuram istius Baptismatis extitisse. ait Apostolus, dicens, qia patres nostri omnes baptizati sunt in nube & in mari: & subdit, hæc avtem in figurâ facta sunt illis.* Et mox, *columna lucis Christus Dominus; columna nubis Spiritus sanctus; in mari erat populus; & præibat columna lucis; deinde seqebatur columna nubis, qasi umbratio Spiritus sancti. Vides qod per Spiritum sanctum & per aqam typum Baptismatis demonstraverit.* Avgustinus *in Joan. Tract. 11. Mare rubrum significabat Christi Baptismum. Si figura maris tantùm valuit; Species Baptismi qantùm valebit?* Verum Patres illi liberiùs pavlò in istis rhetoricantur qandoqe. Et *Baptismi* Christiani dum præconia celebrant, convertunt multa tanqam ejusdem *typos ac figuras*, qæ ad eum reverâ nihil faciunt; in qibus est, qod Genes. 1. 2. de *Spiritu Dei* (qem tamen *ventum*, sive *aerem* intelligi vult Theodoretus ex Hymn. 147. v. 18.) *aqis incubante*, deqe *animantibus ex aqâ productis*, ibid. v. 20, 21. à Mose narratur. Tertullianus de Bapt. c. 4. *Ipso habitu prænotabatur ad Baptismi figuram, Dei Spiritum, qi ab initio supervectabatur, super aqas intinctorum moraturum; ita de sancto sanctificata natura aqarum, & ipsa sanctificare concepit: itaqe omnes aqæ de pristinâ originis prærogativâ sacramentum sanctificationis consequuntur.* Et *c. 3. Primò aqis præceptum est animas proferre. Primus liqor, qod viveret, edidit; ne mirum sit, in Baptismo, si aqæ animare noverunt.* Hieronymus *ad Ocean. Solus Spiritus Dei in aurigæ modum super aqas ferebatur: & nascentem mundum in figurâ Baptismi parturiebat. Primum de aqis, qod vivit egreditur: & pennatos fideles de terrâ ad cœlum levat. Fabricatur homo de limo; & inter manus Dei aqarum Sacramenta versantur.* Qibus gemina habet Ambrosius *de initiat.* c. 3. & *de Sacram.* l. 1. c. 6. Mitto qæ, cum iidem, tum & alii, de *ligno in aqas amaras, per Mosen*, Exod. 15. 25. *De salis urceo in salsas, per Elisæum misso.* Reg. Hist. l. 4. c. 2. v. 21. de *Naamanis ablutione in Jordane*, ibid. c. 5. v. 14. collo veluti obtorto, ingratiis huc trahunt.

Tum & illud antiqis eis in usu est, *Sacramentis* tribuere, deqe eis prædicare, qæ reverâ non sunt *signi ritusve* exteri, sed *rei* spiritualis sive cœlestis etiam, qæ signo illo designatur; qo modo & Apostoli ipsi de *Baptismate* ea sæpenumerò enunciant, qæ non de ritu externo, sive ablutione corporeâ (qæ tamen *Sacramenti* nomen κυρίως sibi vendicat) sed de actu interno, sive renovatione spirituali, necessariò sunt intelligenda; ejusmodi sunt, qæ Pavlus habet ad Rom. c. 6. v. 3. 4. Galat. 3. 27, 28. Coloss. 2. 11. 12. Tit. 3. 5. qæ Petrus Ep. 1. 3. 21. proinde cum *Baptismi Christi*, sive *Christiani*, hoc vel illud dicunt fuisse *figuram*, ita potest intelligi, ut *baptisma* (qod dicitur) *internum*, sive Spiritus Sancti operatio, qæ tingendi ritu adumbratur, eo denotari ac repræsentari dicatur.

Nam, qod ex vers. 6. urget Cyprianus, *Hæc avtem*

A *omnia figura nostra fuerunt*; ex vers. 11. Bellarminus, *Hæc omnia contingebant illis in figurâ*; ex utroqe, sed alio fine Avgustinus, *adv. Faust. l. 16. c. 28. & l. 18. c. 6. & l. 22. c. 24.* Qo *figuras futurorum, qæ implerentur in nobis, fuisse hæc*, probet; nihil qicqam huc facit; qod accuratiùs pavlò dispicientibus facile patebit: Verba Apostoli sic se habent; priore qidem loco, ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν; nam *omnia*, qod interserit ibi Cyprianus, textus non agnoscit) altero ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις. Nec me latet qod Vir Cl. Hugo Grotius in Annot. ad Matth. 1.

B 22. & in ad Cor. Ep. 1. c. 10. v. 11. τυπικῶς ex manuscripto nescio qo legit, idqe *sumptum* vult à *pictoribus, statuariis, architectis*, qibus τύποι sint *prima illa rudia lineamenta, qibus ii egregium aliqod opus molientes, primò crassius id delineant, qod post pavlatim perficiant: ut præfigurationes* qasdam fuisse ista intelligatur, sicut *rudes delineationes, de qibus fit imago perfectior.* Qo eodem tendit & qod Vir doctissimus Ludovicus Cappellus in *Exercit. ad locum Zoharis*, *historias, qæ in libris Vet. Test. Mosaicis præcipuè*, habentur, *resqe gestas omnes*, non ab Apostolo tantummodò hoc loco

C commemoratas, hoc ipso sensu *typicas* fuisse, utpote qod *apertè dixerit Apostolus*, ex verbis hic allatis, enixè contendit. Qem ego scriptorem cum eruditionis variæ tum & pietatis nomine qum summopere suspiciam, miror impense, animum inducere potuisse, ut in rapsodi Judæuli illius nugamentis putidissimis, næniisqe futilissimis, qibus paginæ sacrosanctæ dictio irreverentissimè atqe irreligiosissimè habetur, dum ab impio atqe impuro nebulone, qo ingenioli sui infisetissimi atqe ineptissimi vanitatem exerceat exeratqe, miserrimè deartuatur, dum tanqam fidicu-

D lis adhibitis huc illuc torqetur & ad Vertumni Proteive instar, in figuras alias ab aliis transire, ac qasi neurospaston ludicrum aliqod formas qasvis induere cogitur, recensendis explicandisqe horas bonas tot collocaret, eisqe illustrandis operam daret, qæ tenebris extimis unâ cum avtore suo addicta potiùs oportuerat.

Qin nec religiosius pavlo etiam citra superstitionem affectis probaturum existimo studium suum, qo ad lusoriam sacram in allegorias diducendam tam solicite seduloqe cohortatur Theologiæ studiosos; qo utiqe qidlibet ex qolibet

E defingendi ansa datur, & petulantibus, in qo libere pro libitu expatientur, ingeniis campus amplissimus exporrigitur. Sed reprimo me; ista obiter, & extra oleas, qod ajunt. Ad Apostolum redeo, à cujus mente hoc in loco (de M. S. enim qod alter suggerit, aliqid deinceps subjicietur) vir Cl. Doctissimusqe uterqe qam longissimè recesserunt. Siqidem 1. ταῦτα *ista* v. 6. & ταῦτα πάντα, *ista omnia* v. 11. non ad *Nubem*, *Mare*, *Escam*, *Aqam* referuntur; sed judicia ac supplicia ante commemorata & recensita respiciunt, qæ eis ipsis, qi beneficiorum illorum

F participes existebant, in eremo divinitùs fuerant inflicta: qod Apostolus ipse disertissimè docet, cum verbis proximis subjungit, vers. 6. εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν; si enim qæratur, qinam illi typi, avt qo fine nobis ob oculos propositi; respondet, *ut ne rerum malarum concupiscentes simus*: qod ad symbolica ista neutiqam qicqam pertinet: deinde vocabulum τύπος non eo sensu hic sumitur, ut σύμβολον ἱερὸν καὶ μυστηριῶδές τι, avt etiam ut ὑπογεγραμμένον καὶ σκιαγραφημένον τι, designet, sed pro *exemplo* sive *monumento* usurpatur: τύπος siqidem modo non

G uno accipitur: significat enim reverâ *rudem* illam, qod vir doctissimus monuit, *operis* futuri *adumbrationem & delineationem*, à qâ ordiuntur artifices illi: unde ὡς ἐν τύπῳ Aristoteli aliisqe τῷ ἀκριβεῖ oppositum: significat insuper, qandoqe figuram, qâ aliud qippiam describitur; qalis est in nummo Cæsaris imago; Matth. 22. 21. atqe ita *Adam primus* ὁ μέλλοντος τύπος, *futuri typus*, sive *figura*, dicitur, Rom. 5. 14. qandoqe formulam, ad qam aliud qippiam depingitur; qales habent artifices, qas fingendo, pingendoqe imitantur: atqe ita Mosi præcipitur tabernaculum extruat, κατὰ τὸν τύπον, *ad formulam, qam in monte viderat.* Act. 7. 44. & Heb. 8. 5. nec aliter capiendum illud Rom. 6. 17. ὑπηκούσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. *Avscultastis ei formæ doctrinæ, in qam estis traditi.*

Ubi

Ubi hypallagen rectè observat Piscator, Terentianæ illi geminam;

Restitue, in qem me accepisti locum.

siqidem διδαχῆς τύπος, ibi est doctrinæ, sive disciplinæ, *formula*, ad qam mentem moresqe defingere illos oportebat. Ab his formulis transfertur etiam *typi* vocabulum ad *exemplum* qodvis designandum, qod rei utilis cujuspiam monimento & documento esse possit: hoc sensu usurpat Apostolus, Phil. 3. 17. *Ambulate*, inqit, *καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς, qo modo nos exemplum*, sive *pro exemplo*, *habetis*: sed & alibi passim, idqe variâ syntaxi; ut modò rei de qâ monetur genitivum, modo personæ, qæ monetur, vel dativum vel genitivum, adjectum habeat: ita Thessalonicenses ait Ep. 1. c. 1. v. 7. *τύπους γενέσθαι πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν, exempla factos esse omnibus per Macedoniam fidelibus.* Et Epist. 2. 3. 9. *se cum suis exemplum semet ipsis dedisse*; *ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν.* Tito 2. 7. præcipit, *ἑαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων, operum bonorum exemplum se præbeat.* Timotheo itidem, Ep. 1. 4 12. *Τύπος γίνου τῶν πιστῶν, exemplum esto fidelium.* Et Pastoribus Petrus, Ep. 1. 5. 3. *Τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου, gregis exemplaria*, sive *exemplares, facti.* Itaqe qo modo *τύπος πιστῶν*, Pavlus; *τύποι ποιμνίου*, Petrus dixit, ita Pavlus idem hic *τύποι ἡμῶν, exempla nostra*, sive qæ nobis exemplo esse possint, & debeant etiam; cum eo fine scripto consignata fuerint, ut essent. Sic enim disertè Apostolus, *ἐγράφη πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, ad nostri admonitionem*, sive, *ad nos admonendos scripta sunt*: unde & colligere licet, cujusmodi *exempla* sint ista; cum enim duorum generum *exempla* sint, vel *imitationis* scilicet vel *commonitionis*, & *cautionis*; non prioris generis, qale Naso loqitur *Fast. l.* 5. verbis illis,

Sic agitur censura, & sic exempla parantur,

Qum judex, alios qod monet, ipse facit,

qaleqe ὑπόδειγμα illud, de qo Christus Joan. 13. 15. *Exemplum dedi vobis, ut qomodo ego feci, vos etiam faceretis?* qo loco & Syrus vocabulum טופסא adhibuit qod est ipsum Græcorum τύπος: Sed posterioris potiùs sunt ista; qo modo παράδειγμα usurpant Græci; qod observat Gellius, *l. 6. c.* 14. pro *punitione in exemplum adhibitâ*, ut cæteri similibus à peccatis, pœnæ cognitæ metu deterreantur. Plato *Gorgia pag.* 357. *E.* οἱ τὸ παράδειγμα τοῖς ἄλλοις γίνεσθαι, ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχῃ, φοβούμενοι, βελτίους γίγνωνται; *vel cæteris exempla dare, ut alii pœnas ejus conspicientes meliores ob timorem efficiantur.* sed & Latini *exemplum*, pro *supplicio*, qod aliis *documento* sit: unde *exemplum in aliqo statuere*, sive, *edere* dicitur. Terent. *Eunuch. Act.* 5. *sc.* 5.

Qæ futura exempla dicunt in eum indigna?

Et *sc.* 7.

—— Uterqe in te exempla edet.

Plavtus itidem *Mostel. Act.* 5. *scen.* 1. ambiguo ludens; ubi minitanti hero,

—— Exempla edepol faciam ego in te:

subjicit servus neqam,

Qia placeo, exemplum expetis.

Phœdrus *Fab. l.* 2. in Præfat.

Exemplis continetur Æsopi genus;

Nec aliud qicqam per fabellas qæritur,

Qam corrigatur error ut mortalium.

Et l. 1. *Fab.* 26.

Sua qisqe exempla debet æqo animo pati.

Qò pertinet & qod V. Cl. Joannes Drusius *Præterit.* l. 6. Apostolum respexisse avtumat hic Magistrorum dictum illud, *qod ad Genes.* 12. 6. commemorat Moses Gerundensis, כל מה שאירע לאבות סימן לבנים *Qicqid accidit patribus, signum est filiis.*

Proinde nec commodè satis vertit Vetus Interpres, *Hæc in figurâ facta sunt nostri.* Et, *hæc omnia in figurâ contingebant illis*: Nec dilucidè satis Beza, *Hæc typi nostri fuerunt*; & *hæc omnia typicè evenerunt eis*: sed nec Piscatori calculum dare possum, qi similitudinis notam utrobiqe interserit. *Hæc* [ut] *typi nostri acciderunt*; (cum disertè Apostolus, *τύποι ἐγενήθησαν*) h. e. ut optimè Tertullianus *adv. Marc.* l. 5. c. 7. *exempla nobis sunt facta*) &, *Hæc omnia* [ut] *ty-*

A *pi evenerunt illis.* Meliùs Castellio, *Hæc nobis exempla præbent*: qi & meliùs adhuc fecisset, si rejectâ similitudinis, qam vers. 11. gratis inferit, notâ, vertisset, *Hæc omnia illis exempla contigerunt*; *scriptaqe sunt nostri admonendi gratiâ.* Certè siqid deesse hic visum fuerit, id ex vers. 6. supplendum potius foret; *τύποι γενόμενοι, exempla existentia*, sive *exempla cum existerent.* Ita mens Apostolica, qod & ipsa dictionis series indicat clarissimè, hæc est: Ista contigerant qidem illis; verum nos qoqe spectant, non illos tantùm; non eâ utiqe ratione qâ sacrum aut mysticum ali-
B qid, vel nobis, vel illis etiam adumbrabant; sed qâ exemplo esse possint debeantqe, & monumento nobis, ne paria peccantes, pariter plectamur. Rectè Junius in *Parallel.* l. 2. *part.* 31. *Qo modo hæ historiæ appellentur typi, luculentè satis demonstrat Apostolus: sunt enim exempla communes typi ad institutionem omnium; pertinent autem exempla hæc ad dehortationem.* Ea interim enunciata, seciùs accepta, erroris istius cum producendi primitùs, tum & diducendi ampliùs, ansam dederunt; qum opinarentur pleriqe hoc velle Apostolum, symbola illa sacramentorum nostrorum,
C qæ futura essent, præludia qædam & imitamenta fuisse: cum nihil istiusmodi verbis illis Apostolus voluerit: Cui etiam errori fovendo contulit aliqid lectio parum sincera, qæ in veteri codice M.S. qi Teclæ nomen præfert, Græcæ Veteris Testamenti qæ Septuaginta interpretibus adscribitur versioni subjuncto, reperitur, isqe esse videtur qem vir Cl. in *notis* ad *Mat.* laudaverat: Verum codex ille tot in Novi Instrumenti locis mendosus, mutilatus, implicatus, interpolatus, deprehenditur, ut adversus receptam vel istic vel alibi lectionem exilis admodum, aut nullius potius o-
D mninò ponderis esse videatur. Qin & si qis illud *τυπικῶς* admittendum contenderet, qia apud Epiphanium Hæres. 42. in recensione Scripturarum à Marcione vel admissarum, vel secius habitarum reperitur, certe à *τύπος* eâ mente sumpto deductum eoqe sensu hoc loci necessariò foret accipiendum, qo ab Apostolo eodem in argumento eodem ea ipsa vox ibidem usurpata fuisset. Solidiùs sanè saniùsqe Avgustinus in Joan. Tract. 26. *Sacramenta & illa fuerunt; in signis diversa sunt: sed in re qæ significatur, paria sunt.* Et ibidem Tract. 45. *Tempora variata sunt, non fides: qia &*
E *ipsa verba variantur, cum variè declinantur; alium sonum habet, venturus est: alium sonum habet, venit; mutatus est sonus, venturus est, & venit: eadem tamen fides utrosqe conjungit, & eos qi venturum esse, & eos qi eum venisse crediderunt.* Mox ubi periocham ex Apostolo istam laudaverat. *Mare rubrum significat baptismum: Moses ductor per mare rubrum significat Christum: Populus transiens significat fideles: mors Ægyptiorum, significat abolitionem peccatorum. In signis diversis eadem fides, sic in signis diversis, qomodo in verbis diversis; qia verba sonos mutant per tempora, & utiqe nihil aliud*
F *sunt verba, qam signa.* Et rursus, *Videte ergò, fide manente, signa variata; ibi petra Christus, nobis Christus, qod in altari Dei ponitur: & illi pro magno sacramento ejusdem biberunt aqam profluentem de petrâ; nos qid bibamus, norunt fideles. Si speciem visibilem intendas, aliud est, si intelligibilem significationem, idem.* Adversus Favstum deniqe, l. 19. c. 16. *Delirant, qi putant signis sacramentisqe mutatis, etiam res ipsas esse diversas, qas ritus propheticus prænunciavit promissas, & qas ritus Evangelicus pronunciavit impletas: ut qi censent cum res eædem sint, non eas aliis sacramentis annunciari*
G *debuisse completas, qam iis qibus adhuc complenda prænunciabantur; si soni verborum, qibus loqimur, pro tempore commutantur, eademqe res alitèr nunciatur facienda, alitèr facta: sicut ista ipsa duo verba, nec paribus intervallis, nec eisdem totidemve literis sonantur; qid mirum, si aliis mysteriorum signaculis, passio, & resurrectio Christi futura promissa est; aliis jam facta annunciatur? qandoqidem ipsa verba, futurum & factum, passurus & passus, resurrecturus & resurrexit, nec tendi æqalitèr, nec sonare similitèr possunt.* Ita Avgustinus, etiamsi *Baptismum* significare *Mare Rubrum* affirmat; qo modo & Cyprianus esse *Baptismi Sacramentum* (qod eodem etiam modo dictum intelligi potest: qo modo σημεῖον περιτομῆς est Apostolo dictum, Rom. 4. 11.) at ejusdem tamen cum nostris *res signa, ejusdemqe fidei sigilla, nostris*

etiam *paria*, fuisse pronunciat, qæ Apostolus hic recenset. A
Joannes Chrysostomus reverâ confert illa *imagini regia lineis dumtaxat caruleis qibusdam descripta* καὶ σκιαγραφουμένῃ, nostra avtem *imagini eidem coloribus variis post inductis ad vivum depicta*: cujusmodi qiddam insinuat Avtor ad Hebræos 10.1. ubi dicit, Τὸν νόμον σκιὰν ἔχειν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων. *Legem umbram habere futurorum bonorum, non ipsam rerum imaginem*. Ad qem etiam locum Chrysostomus: Ἕως ἂν τις ὡς ἐν γραφῇ περιάγῃ τὰ χρώματα, σκιά τίς ἐστιν· ὅταν δὲ τὸ ἄνθος ἐπαλείψῃ τις, τότε εἰκὼν γίνεται. *Donec qis, tanqam in picturâ colores circumduxerit, umbra est qædam: ubi verò florem illeverit tum imago* B
fit: qod vel de ritibus populo veteri usurpatis, cum eis qæ nunc in usu sunt, collatis, potest accipi; siqidem ratione rerum jam exhibitarum, prædicationisqe Evangelicæ, hisce accedentis, eosdemqe clarius explicantis, illustriora multò sunt ista, qam illa fuerant; qod & de toto ministerio Evangelico pronunciat Apostolus ad Cor.Ep.2.3.7.&c. Unde & Ambrosius *in Psal.* 38. *Umbra præcessit, secuta est imago, erit veritas: umbra in lege; imago in Evangelio; veritas in cælestibus*: Vel de ritibus cum ipsa veritate in Christi C
adventu exhibitâ commissis; atqe hoc modo Chrysostomus interpretatur τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, τουτέστιν, αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν; *rerum imaginem* i.e. *veritatem ipsam*. nec alitèr Haimo; qi & sub Primasii nomine prostat, *umbram vocat figuram & similitudinem: imaginem avtem pro veritate ponit*. Cæterùm qæcunqe vel istic vel illic mens Chrysostomi, (neqe enim eadem utrobiqe videtur) imaginem, qâ is est usus, lubentes admittimus, licet ratione diversâ institutam. *Imagines* sunt rerum spiritualium utræqe, non avtem sui invicem, tam veteres illæ, qam & novitiæ nostræ; qo modo D
vultus regii imagines, tam qæ in nummis visitur, qam qæ in Circo exhibetur; nec est avt ea qæ in nummo cernitur illius qæ in Circo spectatur, avt ea qam Circus exhibet illius qam denarius præfert, imago; sed Regis ipsius icon est utraqe. Aliam huic imaginem adjiciemus, à sigillis etiam obsignatoriis, non signis merè repræsentatoriis, desumptam; namqe & istis ritus mysticos confert, cum Apostolus, tum & Gregorius Nazianzenus *Orat. de Baptis*. In diplomatibus signandis initiò *Sphinge* usus est Avgustus; mox *imagine Magni Alexandri*, novissimè *suâ Dioscoridis ma-* E
nu sculptâ. Sveton. *l.* 2. *c.* 50. Faciamus jam, Fulvio privilegium aliqod concessisse Cæsarem, intercedente diplomate *Sphingis imagine* consignato. Hujus filio Manio, à Fulvii patris obitu, donationem eandem hanc renovasse, *Alexandri facie* confirmatam: ejusdem rursus nepoti Titio reiterasse, *sua iconcula* obsignatam: Nec *Sphingis imago* hic est sigilli, avt alterius, avt tertii, nec alterum tertiumve primi illius *typus* sive *sigillum*; sed donationis ejusdem planè singula sunt *obsignatoria sigilla*. In subjecto paritèr argumento; *fuderis* ejusdem *gratuiti sigilla*, Rom. 4. 11. F
Qæ essent signa varia pro temporum varietate, partim ordinaria, partim & extraordinaria, fœderis avtor Deus instituit: cum Adâ & filiis ejus, *victimas & oblationes*, Genes. 4. 3, 4. cum Abrahâ, *animantium* qorundam *dissectiones* sive διχοτομήματα Genes. 15. 9, 10. 17. 18. cum eodem posterisqe ejus, *circumcisionem*, Genes. 17. 10, 11. cum populo Israelitico ex Ægypto reduce, præter *agnum Paschalem* cum *azymis*, Exod. 12. 3—20. & *hostias casas*, Exod. 24. 5—8. extra ordinem ea de qibus hoc loci Apostolus; cum populo Christiano, *intinctionem solemnem* atqe G
epulum sacrum, Cor. Ep. 1. 12. 13. neqe verò ex istis, avt præcedentia inseqentium, avt inseqentia antegressorum vel *signa*, vel sigilla, sed singula seorsum sumpta, immediata fuere fœderis ejusdem obsignatoria, sive *signa*, sive *sigilla*, dicere libuerit. Rursus, Solis in cœlo medio deficientis figuram, ad orientem sun qidam in pelvi, ad occidentem alii consistentes in piscinâ, conspicentur: non est figura ea, qæ in pelvi conspicitur, illius qæ in piscinâ se prodit, typus, sed sideris ipsius typus uterqe. Christum paritèr justitiæ Solem, cum Solis hujus deliqio, & ipsum affectionem geminam perpessum, in sacrificiorum Judaicorum ritu spectabant prisci fideles, qi actum ipsum hunc antevenerant; in sacramentorum nostrorum mysteriis fideles hodierni, post eum exhibitum idqe actu in carne perpessum, eundem ipsum contuentur, Gal. 3. 1. Cor. Ep. 1. 11. 26. Qod adversus Favstum Avgust. l. 20. c. 21. *Hujus sacrificii caro & sangvis, ante adventum Christi per victimas similitudinum promittebatur, in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur; post ascensum Christi per sacramentum memoria celebratur*: nec tamen idcircò, avt *sacrificia* illa *sacramentorum* nostrorum *figura*, avt *sacramenta* nostra *sacrificiorum* illorum *typi* existunt; sed utraqe Christum ipsum cruci suffixum, & pro delictis nostris cædem perpessum delineant: qod idem de *nube mariqe* cum *intinctione* nostrâ collatis sit dictum. Scilicet, ut verbulo absolvamus. Fuere veritatis ejusdem, ablutionis utiqe internæ, τύποι utraqe; sibi avtem invicem ἀντίτυποι; qo modo de *diluvio* Noachici *aqis* Petrus Ep. 1. c. 3. v. 21. ὃ ἀντίτυπον βάπτισμα, *cui correspondens typus, sive, figura, baptismus nos nunc servat*: *signo* scilicet tribuens, qod est *rei significata*; uti ipse sese mox explicat: optimèqe Thomas Jacsonus noster *de fide Ecclesiaqe catholica*, l. 2. c. 12. Sect. 4. Petri locum illum edisserens; *cujusnam baptismi typus fuit aqa illa, per qam arcam ingressi ab interitu servabantur? num baptismi externi typus fuit? neqaqam: Classis ejusdem typi fuerunt, baptismus externus atqe aqa Noachica, baptismi interni, qi Spiritus sancti operatione efficitur, typi atqe adumbrationes utrumqe*.

Mitto multis qærere de *nube* illâ, an *columna* fuerit ab illâ *ignis* diversa. Etiamsi enim non desint, qi *columnam duplicem* statuant, *nubis* alteram, *ignis* alteram ab illâ. In qibus est Procopius, & qos ille compilavit: ἡμέρας μὲν, inqit, ἐν στύλῳ νεφέλης, νυκτὸς δὲ ἐν στύλῳ πυρός· δι᾽ ἀμφοτέρων δὲ ἐτυποῦτο Χριστός· *interdiu in columnâ nubis; noctu verò in columna ignis: utrisqe avtem illis designabatur Christus*. Qorum vestigiis insistens V. Cl. Franciscus Junius; *Utrusqe columna*, inqit *communis erat, ut populo dux itineris esset*. Malim tamen cum Justino unam eandemqe & *nubis* & *ignis columnam* statuere; qæ pro vicibus diversis nunc *nubis*, qæ *interdiu* magis esset conspicua, & *umbraculi* loco esse poterat, *noctu ignis* instar colluceebat, qo exercitus totus collustraretur. Sic enim ille in *collatione cum Tryphone habitâ*, Νεφέλη, ὡς σκιᾶς ἀπὸ καύματος, καὶ φυλακὴ ἀπὸ κρύους, ὁμοῦ. *Consecuta*, (h. e. concomitata) *est vos nubes: qa cum ab æstu obumbraret, (qâ nubes utiqe) à frigore protegeret*, qâ *ignis* scilicet, qamqam usus ac commoditatis mentio nulla repentur. Salvianus de Providenc. l. 1. c. 5. *Victrix ingreditur eremum sine bello gens Hebræorum; agit iter sine itinere, viatrix sine viâ, seqens mobilem columnam, nubilam die, igneam nocte, congruas colorum diversitates pro temporis diversitate sumentem; scilicet, ut diei lumen latea obscuritate distingueret, & caliginem noctis flammeo splendore claritatis irradiaret*. Huc facit qod Eustathius in Odyss. α. Τεκμήριον τοῦτο ἀνθρώποις ὡς καὶ πάλαι μακρόθεν πυρὶ, οὗτι καὶ τῷ δὲ πυρὸς σημείῳ, καπνῷ· ὧν ὁ μὲν καπνὸς, ἐν ἡμέρᾳ μάλιστα χρήσιμος, ὁ δὲ πυρὸς, τῇ νυκτί. *Indicia sibi invicem è longinqo exhibere solent homines vel igne accenso, vel excitato ignis indice fumo: qorum fumus interdiu, ignis noctu maximè est usui*. Accedit, qod Moses ipse refert, *columnam unam* eandemqe illam, *caliginis instar* habuisse ex alterâ parte, *qâ Ægyptios respiciebat*, ex alterâ verò, *qâ Hebræos spectabat, lucem claram præbuisse*. Exod. c. 14. v. 20. moxqe etiam, *Deum è columna nubis, atqe ignis* (utpote qæ una eademqe fuerit) *prospectasse* v. 24. Rectè interim Procopius, qod *columnâ* illâ *Christum designatum* affirmat; qo modo de *Petra* Apostolus loco hoc ipso, v. 4. *Petra avtem erat Christus*.

Verum missis his, qæritur, qonam tempore, qove modo *baptizati* dicantur illi, cum *in nube*, tum & *in mari*. Qidve velit, qod Apostolus dixit, εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο.

Atqe hic ὕστερον πρότερον Ὁμηρικῶς, *posterius prius Homeri more*, impræsentiarum agemus: εἰς τὸν Μωσῆν ergò qidam interpretantur, ἐν Μωσῇ, *per Mosen*. Ita Avgustinus reddidit *in Psal.* 77. & *in Joan. tract.* 26. *Per Mosen baptizati sunt*. Versionem eam Theodorus Beza qoqe secutus est: εἰς Μωσῆν inqit, pro ἐν Μωσῇ, *per Mosen*, *ut Act. c.* 19. *v.* 3. (qem tamen locum ipse alitèr prorsùs exponit)

ponit) *atqe ita Syrus & Arabs* כיד משׁא *per manum Mosis*: qo modo & Victorinus Strigelius, *Mosis ministerio*. Secutus est & Joannes Piscator, *εἰς*, inqit, *posita est pro ἐν, & ἐν pro διὰ*.

Alii εἰς τὸν Μωσῆν dictum volunt, qasi ἅμα τῷ Μωσεῖ, *una cum Mose*, sive αὐτοῦ ἡγεμονεύοντος, *ipso duce & auspice*; ita Græci prisci. Theophylactus, Εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίζοντο (sic enim is legisse videtur) ἀντὶ τοῦ, αὐτὸν ἀρχηγὸν ἔχοντες τοῦ τύπου τοῦ βαπτίσματος. *In Mosen baptizabantur, pro eo, qod est, Mosen ducem habebant typi illius baptismatis.* Et rursus; Τῷ Μωσῇ ἐκοινώνησαν, τῆς τε ὑπὸ τὴν νεφέλην σκιᾶς, καὶ τῆς διόδου τῆς θαλάσσης· ἰδόντες γὰρ αὐτὸν πρῶτον διαβάντα, κατετόλμησαν καὶ αὐτοὶ τῶν ὑδάτων. *Una cum Mose participes facti sunt, & umbra à nube, & transitus per mare; hunc enim primò transeuntem intuiti, ipsi qoqe aqis credere sese sunt avsi*: qæ à Chrysostomo ferè is mutuatus est; eodem concedit Oecumenii scholion: ὥσπερ πρωτοστάτης γέγονε Μωυσῆς· ᾧ καὶ συνεσκιάζοντο ὑπὸ τῆς νεφέλης, καὶ συνεπεζεύοντο διαπεραιούμενοι τῆς θαλάσσης; *qasi antesignanus eis Moses fuit: qocum & nube pariter obumbrabantur: & per mare divisum pedites transierunt.* Nec hoc tacuit Beza: *in Mosen*, inqit, *i. e. Mose illis præeunte*; & *ad Act. c. 19. v. 3. Mosis auspiciis ac ductu.* Et Franciscus Junius *parallel. l. 2. par. 36.* probare se disertè profitetur; pedibusqe planè in eandem Hugo Grotius sententiam concedit.

Nec abscedit longe V. Cl. Daniel Heinsius, qi aliam tamen syntaxin præfert; εἰς Μωσῆν *pro eo qod est*, ἕως Μωσέως, *usqe ad Mosen*; πάντες εἰς τὸν Μωσῆν, inqit, *omnes cum Mose; ne excepto qidem Mose. Ut cum πάντες εἰς ἕνα dicimus (qomodo Xenophon alicubi) qod sigillatim dicunt: ita ut nec is qidem de qo agimus, excipiatur.* Ita non fuerit πάντες ἐβαπτίσαντο εἰς Μωσῆν, sed πάντες εἰς Μωσῆν, ἐβαπτίσαντο, i. e. πάντες σὺν τῷ Μωσῇ, πάντες ἕως αὐτοῦ, *omnes cum illo, sive usqe ad illum inclusive*, ut vulgus *loqitur*, *sic Exod. c. 13. v. 2.* Ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους; *& alibi passim Hellenista*: qo spectare putat & πάντες illud toties repetitum; qòd mihi tamen aliò potiùs spectare videtur; ut tam improbos nempè, Deoqe invisos, qàm probos Deoqe gratos includat. Nec rationi Apostolicæ vis emphasisve ulla accedit, si Moses ipse cum reliqis beneficiorum illorum particeps affirmetur: cum eò collimet dictio Apostolica, ut ostendat, Deum eis etiam infensum havd pavcis extitisse, qi cum piis reliqis in pignorum illorum externorum communionem fuerant admissi: itaqe si scopum spectamus Apostolicum, dicendum potiùs fuerat, *omnes ad Coram, & Dathanem usqe*, qam *omnes ad Mosen avt Aaronem usqe*. Rectèqe observat Piscator, πάντες dictum pro πάντες μὲν, qia seqitur ἀλλ᾽ οὐκ, vers. 5. ἀλλ᾽ οὐκ. Omnes qidem Sacramenta gratiæ Dei perceperunt: sed non omnes Deo placuerunt.

Alii εἰς Μωσῆν, qasi κατὰ Μωσῆν, *juxta Mosen, secundum Mosen*, dictum opinantur. Ita Joachimus Camerarius; ἐβαπτίσαντο, inqit, i. e. *βαπτισμοὺς ἐχρήσαντο, vel baptizarunt sese: sicut, tum prora avertit*: &, *nox præcipitat.* εἰς Μωσῆν, *in Mosen, i. e. secundum tradita & præcepta Mosis; ut si qis diceret γεωργεῖν εἰς τὸν Ἡσίοδον, arva colere secundum præcepta Hesiodi.* Nec dissimile putat esse, qod seqitur, Act. c. 19. v. 3. Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; &, εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα· *qo modo estis baptizati? & Joannis baptismate.*

At mihi certè coactiores pavlò videntur interpretationes omnes istæ: qædam, etiam, & in qibus exemplum jure merito frustrà tamen forsan, desideres: qas proinde admittere, vel ingratiis potiùs intrudere, obtrudere etiam cur necesse sit, avt qorsum expediat, nihil video; cum expositio simplicior, expeditior, familiaris magis, ac freqentior etiam, ultrò se oggerat; nisi si ideò magis, qia receptior est, fastidio habita, repudiatur.

Hanc suppeditat nobis Basilius ille Magnus *lib. de Spirit. Sanct. c. 14.* ubi etiamsi primo loco illud proponat. Εἰς τὸν Μωσῆν, εἰς τοῦ Χριστοῦ τύπον, *in Mosen tanqam in Christi typum*; cujus & figuram gesserit, ac personam repræsentaverit, qando *inter Deum & populum intermedius* extiterat. Unde & μεσίτης Apostolo sit dictus. Gal. c. 3. v. 19. (qod

A fortasse & reliqis illis potius fuerit) posteà tamen ad illud transit, qod & plerisqe probatur, *Mosis nomine* τὸν νόμον *legem per Mosen, datam* intelligi: ὅτι Μωυσῆν καὶ τὸν νόμον τῆς γραφῆς λέγειν σύνηθες, *qa Mosen etiam legem dicere consveverit Scriptura.* Eandem Thomas Mortonus post alios plerosqe recentioris ævi interpretationem sic reddidit; *In Mosen, i. e. in politiam Mosaicam, vel in religionis & divini cultus formam ministerio Mosis instituta: qa ab eâ qa populus ille ante utebatur tam diversa fuit, ut nova religio qodammodò videri posset, novumqe initiationis sacramentum efflagitare.* B Flaccus Illyricus; *In Mosen, i. e. in legem Mosaicam, qa eis tunc proponebatur.* Idemqe Erasmus, meminit hujus qoqe D. Beza, qi &, licet eò loci aliò abeat, in *notis* tamen ad Act, c. 19. v. 3. ad qem locum explicationis gratiâ lectorem amandat, suppeditat ipse qibus ea suffulciatur. *Mosen* certe pro lege sive *doctrinâ Mosaicâ* usurpari, (qod Basilius monuit) nemo potest nescire. qi in scripturis sacris est vel perfunctorie versatus. Luc. c. 16. v. 29. *Habent Mosen & Prophetas.* Act. c. 15. v. 21. *Moses habet, qi prædicent ipsum.* Sicut & *Christum*, pro *doctrina Christi.* E- C phes. c. 4. v. 20. qod alibi ostendimus: qin nihil est in sermone etiam vulgari tritius, qam ut avtorum scriptorumve placita vel scripta, ipsorummet nomine nuncupentur. Tum formulæ illæ, qas spissas congessit ibi vir doctissimus, horsum faciunt nonnullæ; nullæ favent illi alterutri, vel qam alibi adfirmat; sed nec priorum illarum interpretationi ulli. *Baptizari in baptisma Joannis*, qid est viro doctissimo, qam *doctrinam qam Joannes annunciabat, ac baptismi symbolo obsignabat, profiteri, & Baptismo adhibito amplecti?* qanqam malim, si ad amussim voces singulæ exigantur, *doctrinam* D *eam Baptismo admisso amplexatum profiteri. Baptizari in nomen Patris, Filii, & Spiritus sancti*, Matth. c. 28. v. 19. qid est, ut idem ibidem, qam *Patri. Filio, & Spiritui sancto, per baptismum dicari & consecrari?* vel etiam *in fidei qa Pater, Filius, & Spiritus sanctus agnoscuntur, professionem intinctionis ritu, initiari?* qemadmodum & *in Christi nomen*, εἰς τὸ ὄνομα. Act. c. 8. v. 16. & *in nomine*, ἐπὶ τῷ ὀνόματι, cap. 2. v. 38. est *in fidei Christiana professionem ritu illo*, solenniter *admitti*. Itaqe *baptizando* μαθητεύειν, Matth. c. 28. v. 19. i. e. μαθητὰς ποιεῖν. Joan. c. 4. v. 1. non *docere, instituere*, E *re, avt ad fidem trahere*, sed *discipulos facere, in disciplina professionem immittere* dicuntur. Siqidem *credebant in eum*, etiam qi *profiteri*, baptismumqe suscipere, nolebant Joan. c. 12. v. 42. Potiorqe videtur hæc interpretatio, qam altera illa, qam idem vir doctissimus exhibet *in Matth. Evang. In nomen Patris, Filii, & Spiritus sancti, i. e. invocato Patre, Filio, & Spiritu sancto.* Nec spreverim tamen, qia eodem recidit; qod Joannes Piscator, *in nomen alicujus baptizari*, esse *illi ad cultum consecrari, ut qi ab illo tanqam domino suo denominetur.* Nam qod ritus hujus formam sci- F licet verbis illis, *In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*, contineri contendunt, ut sit sensus, *baptizato eos dicentes, ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*; est & à verbis & a mente Christi penitùs alienum. Siqidem qod Stephanus Tornacensis *Epist.* 5. licet commento isto abductus & ipse; *Nondum ibi legi, Baptizantes eos & dicentes, ego baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*; sed nec legitur ibi, *baptizantes & dicentes, In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*; etiamsi versio Æthiopica ita legere dicatur. Utqe litem ne moveam, an Joannes Baptista G (qod non immeritò ambigitur) hâc sit formulâ usus; (nam de Apostolis aliud tradere videntur Acta Apostolica,) cum Christus *discipulatum instituere* jubet, *baptizando in nomen Patris & Filii & Spiritus sancti*; non magis præcipit, ut verba ista, avt aliqa etiam ejusmodi inter tingendum usurpemus; qam Apostolus, ubi εἰς δόξαν Θεοῦ, *in Dei gloriam*, fieri mandat universa, hoc scilicet interdicit, ut ad singulos actus, verba ista, avt eis affinia, usurpemus identidem, *ego hoc vel istud facio, (bibo, puta, vel comedo) in gloriam Dei.* Ritus finis, actus modus duntaxat utrobiqe designatur, atqe injungitur. Interpretationi huic favet, qod Apostolus negat, se *in nomen suum baptizasse*, avt *in nomen Pauli intinctum* Corinthi qenqam, Cor. Ep. 1. c. 1, 13, 15. Sed & licet *in Mosen baptizari* dicantur prisci illi; at

 non

non tamen *in Mosis nomen*; *in cultum* nempe *baptizabantur Mosis ministerio traditum*, sed in cultum ejus à qo Moses acceperat. Porrò *baptizari in mortem Christi*, est *Baptismo admisso profiteri se mortuos cum Christo*, sive *virtutis illius mortis ejus participes existere, qâ fideles defunguntur peccato*. Rom. c.6. v. 3,6. *Baptizari in remissionem peccatorum*, est *intinctionis ritu peccatorum remissionem cum suscipienti obsignari*. Nusqam avtem & nunqam *baptizari in aliqem*, vel *in nomen alicujus*, vel *in aliqid*, est *per eum*, vel *per illud*, *unà cum illo*, vel *unà cum re illâ*, *secundum illum*, vel *secundum illud*, *usqe ad illud*, vel *ad illud usqe*, *baptizari*. *Baptizari* ergo *in Mosen* est *in Pædagogia Mosaica*, sive *cultus religionisqe per Mosen tradita professionem tingendi ritu solenni initiari*; non avtem avt *per Mosen*, avt *secundum Mosis mandatum*, avt *cum Moso*, avt *Mosis ductu, atqe avspicio*, *intinctum* fuisse; neqe enim *eis* in his formulis istiusmodi qicqam designat.

Cæterùm in salebris hæremus adhuc: siqidem dato *in Mosen*, *ipso* vel *duce*, vel *comite*, vel *administro*, vel qocunqe modo *in Mosen*, sive *disciplinam Mosaicam*, ritibus istis initiatos fuisse: qâ tamen ratione, qove modo, avt *in nube*, avt *in mari tincti*, sive *baptizati* perhibentur, adhuc superest disqirendum: neqe enim avt *maris undis immersi* sunt, avt *nubis aspergine* vel levissima *attacti* leguntur. Ac de *mari* qidem satisfaciunt interpretes. Qanqam enim liberaliter forsan nimis Theodoretus *in Exod. Qæst.*28. Ἡ θάλασσα βάπτισμα προσηγορεύθη, καὶ μηδενὸς ἐν αὐτῇ βαπτισθέντος· κεκονιμένοι (legendum κεκονιμένος) γὰρ μᾶλλον αὐτὴν, ἢ διάβροχος διῆλθεν Ἰσραήλ. *Mare baptisma nuncupatur: qum tamen nullus in eo tingeretur; pulvere namqe respersus populus illud trajecit Israeliticus.* Attamen magnam habet convenientiam ille in maris intima infimaqe descensus, & ex eodem ascensus denuò in aridam, cum baptismi Christiani ritu, prout is primis temporibus administrabatur. Siqidem inter Baptizandum *in aqas descendebant*, & *ex eisdem* denuò *ascendebant*. cujus κατάβασις καὶ ἀνάβασις in Evnuchi Æthiopis tinctione mentio expressa reperitur, Act. 8. 38, 39. Qin &, sicuti in ritu Christiano, qum *immergerentur*, aqis obruti & qasi *sepulti*, & *Christo* ipsi *consepulti* qodammodò videbantur; rursusqe cum *emergerent*, *à sepulcro* qodammodò *resurgere*, ac *cum Christo resuscitari* præ se ferebant. Rom. 6. 4, 5. & Coloss. 2. 12. Ita maris illius aqis capitibus ipsis transeuntium altiùs extantibus obruti ac sepulti qodammodò poterunt videri, & emergere ac resurgere denuò, cum ad litus objectum exeuntes evasissent. Ad litus, inqam, objectum, nam qod non.

Hic desideratur aliqid in M. S. Avtoris,

De *nube*, qi qicqam adferat, nondum comperi qenqam, sive qo tempore, sive qâ ratione eâ *tincti* dicerentur. Mihi de tempore dispicienti, tunc id factum videtur, cum *nubes*, qæ Dei populo præire consveverat, supra capita eorundem transitu facto, à tergo illis constitit, qo Ægyptiorum copias ab exercitu Israelitico arceret. itaqe *transitus sub nubem*, *per mare transitus* præmittitur; ad hunc enim perduxit ille. *Nube* avtem illâ, qâ ratione tunc *tincti* sint, suspicionem meam ubi in medium protulero, censendam aliis in medio relinqam. Existimo itaqe, *nubem* illam, dum per capita populi ferebatur, cum is viæ tædio, solis æstu, solis sqalore, hostis etiam instantis metu langveret, Deo in populi refrigerium, refectionemqe id procurante, *pluviam* copiosam satis in turmas subjectas demisisse. Huc facere videtur, qod Hymno 68. qo profectio illa & expeditio magnificè admodum celebratur, & celebrando tam graphice describitur, ut in rem ipsam qasi præsentem oculis subjectam Lyrodus sacer lectorem inducere videatur, commatis 7,8, 9. sic legitur, O, *Deus! qum procederes coram populo tuo; qum per eremum graderetis; terra movebatur; cæli etiam destillabant à facie Dei; Sinai ipse à facie Dei, Dei*, inqam, *Israelis. Pluviam largissimam stillabas Deus, qâ hæreditatem tuam defessum restaurabas.* Tangit strictim tam qæ ad mare Erythræum, qam qæ ad montem Sinæum gesta sunt: nimisqe longè abeunt cum ad *terram Canaaniticam pluviis tempestivis irrigatam* referunt. Pluviâ ergò copiosâ, à nube supervectâ, cum perfunderetur populus ille universus; sicut *subter nubem extitisse* omnes, ita *nube baptizari omnes* commode satis perhibentur,

---

C A P U T V.

Calix triplex. *Primus* tribulationis *Jer*, 25. 15. *is populo Dei primo loco porrigitur.* Transire calix *iste ab aliqo & ad aliqem qi dicatur. De hoc divino obseqendum placito, Christi exemplo, qi primo loco hæsitat. Plauti* Canisa, *an* Casina, Κυνίσκη. *Explicantur Hymn.*11. 6. & 16. 5. Modimperator, bibendi arbiter. Ὀνόματα, *ab hoc alius.* *Gavdere, dolere, à Deo utrumqe. Hymn.* 75. 8. *fusius odisseritur.* חמר *qid velit.* Vinum forte, *an dicatur.* Οἶνον αἴθοπα, μέλανα, ἐρυθρὸν *qem Homerus*, atrum, nigrum, rubrum *dixisse Latinos: Vini præstantissimi color iste*, Uvæ sangvis. *Vina* Aminea *unde dicta. Servius emendatus. Idem, cum Isidoro, notatus. à Salmasio de Servii verbis discessum. Aminea regio à Falerno alia. In Dioscoride citando lapsus Stephanus; in Verrio explicando Scaliger. uva taminia, qalis sit, & unde dicta; de eâ & à Verrio, & à Meursio discessum.* Tamino *ab Heb.* טמא *Vina nigra forvoris, virium, vehementia albis amplius habere. Falli Medum, qi terra sancta vina rubere censet universa. Ad Pascha celebrandum vinum rubrum præoptari;* חמר *an* vinum turbidum, *ac* fœculentum *designet.* τρυγίας *qis. Vasserus de notatione* ﬠ יין *notatus*, πηλὸν & vinum *designare, & latum. Etymologus & Svidas restitutus & explicatus uterqe. Stephanus & Portus in eis lapsus uterqo:* καὶ πηλὸς *unde*, πηλὸς *propriè vinum mangonisatum.* Ex Oeneo Peleum facere, *qid velit. Campensis notatur. Epigrammatarius ex conjecturâ restitutus, defunctis parentandi ritus.* Mustum *turbidum, minus inebriat; unde id fiat.* Οἶνος γλυκὺς *Aristoteli & Plutarcho qis, à Mercuriali in eo discessum;* ἡδὺς *&* γλυκὺς *diversa;* γλυκερὸν μέλι, ἡδὺς οἶνος. *Plutarchus restitutus. Vinum vetus, cantica nova. Vinum felle, melle, turbidum;* חמר *de vino, in generositatis notione semper; unde* metum, *non a merito Mero id de* חמר fervere, *nonnullis; unde &* חמיר fermentum; *id Latinis unde;* עשין *in Targum qid, In Neronem scomma.* Calix horroris, furoris, כסך *qid;* merum mistum, ἄκρατος κεκερασμένος, *qid velit* merum merum, meracum *qid; merum pro musto Ravenna suppositum; urbis istius situs à Sidonio descriptus,* ἄκρατος *qid propriè. Alexidis de carpombus Atticus lusus. Comicus is emendatus,* ἀκρατος ἐργὰ δικαιοσύνη, ἀλήθεια. *Casarboni lapsus memorialis;* Οἶνος ἀντίκρατος *qid; de mero misto priscorum nugamenta;* κεράσαι vinum fundere, præbere, porrigere: *mistum in libationibus à religione alienum. Vinum aqâ infusâ jugulari. Chamæleon Comicus;* ἀγαθοῦ δαίμονος *calix. Svidas emendatus: Casarbonus notatus;* mistum & vappa *qâ ratione à sacris exclusa:* κέρασμα vinum, & κεράσαι *unde.* Βουκεράσαι *οἰνοχοεῖν, qid velit. paræmiographorum in hoc lapsus:* κεραῖν ἀντὶ τοῦ οἰνοχοεῖν *unde. ex cornibus pocula. Pannonios cum Pæonibus à Græcis confundi:* κέρατα, *pocula etiam è metallo;* κεράω, & κέρας *ab Hebrais utrumqe;* κεράω *à prisco usu vinum aqâ miscendi; is unde primitus prodierit:* ἄκρατος κεκερασμένος, χαλίκρητον μέθυ, merum meracum: χάλις merum *unde. ex meri copiâ mentis inopia. Svidas emaculatus. Vatablus, Schindlerus, Vulgata versio, Beza, notati.* Μίσγειν *idem qod* κεράω, *& de vino pariter usurpatum.* Ὅρκια, *τὰ σφάγια·* זבח hostia. *manuum lotio in pactis ineundis:* ἄζυμα *in sacris.* Vinum sputeum, *qod fuerit. Vina in pactis num, ut sangvines, misceri solita.* Miscere *Latinis pariter ac* μίσγειν *Græcis, ab Hebrais utrumqe. Locus Parœm.* 9. 2. *explicatus. Isidori argutia rejecta. Esajas* 5. 22. & 19. 14. *illustratus,* מזג כסך *qid. Piscator notatus;* ממסך *Esai.* 65. 11. *qid.* στερεπίνειν *ex usu prisco qid;* κρᾶμα *pro vino mero. Longini interpres notatus. Vitis ros, lachryma. Stephani* σφάλμα μνημονικόν. *De Apoc.* 14. 10. *interpretum variorum argutia rejecta;* ἀκρασίαι *an ebrietatem celerius producant.* Ἄκρατος μέθυ. *ebrietas non à vino solo;*

ab

ab irâ, à curis, à bonis, à malis, ab affectu qovis immodico. Dionis de hoc apologus חמה *θυμὸς unde; excandescentiam, & venenum designat utrumqe; à Brighimanno in hoc discessum.* Calix potionatus *φίλτρον qid, ejusqe effectus. Græcorum Hebraisantium mos;* ראש venenum, *unde dictum. serpentium venenum in capite, an in felle.* ראש *etiam herbæ venenatæ nomen. Amos 6, 12. & 10. 4. explicatus,* cicuta *reddi poterit. hujus apud Athenienses usus.* לענה *herba venenata absinthyum male redditur. unde nomen habeat.* Aconitum *potius. qod & pro veneno qolibet Latinus usurpatur.* Vinum venenum, *qi, & qare dixerint. Apud Plinium lectio varia. Isidori inepta: οἶνος & vinum ab Heb.* יין *Savaronis lapsus. Vinum Manichæis, & Ægyptiis, qid. Moses Deut. 32. 33. explicatus; Junii interpretatio rejecta,* כ *particula in collationibus usus. respondere τῷ ὡσεὶ, vel præ. nullam habere ellipsin. Eorum filios sacra, homines, qorum mores imitantur. Malos malitia sua virus primos & plurimum bibere. Mosen tamen hoc spectasse. Stobæus obiter emendatus.*

Calicis in sacra paginâ vocabulum, non uno modo usurpatur. Est *calix tribulationis*, est *consolationis*, est *gratulationis*, ut celiqos mittamus. De singulis sigillatim ac seorsum, Deo favente, videbimus.

Primus dicetur *tribulationis calix*; is enim in vitâ istâ ærumnarum angustiarumqe refertissimâ freqentissimus occurrit. Jeremiæ 25. 15. *Calicem excandescentiæ divinæ de manu Domini sumere* jubetur Vates, *qo orbis terrarum regna potet universa, à populo suo, initium faciendo.* Spectat horsum, qod Petrus Ep. 1. 4. 17. *ordiri judicium à domo Dei*; qo modo ultionis divinæ cædisqe ministris præceptum est, Ezek. 9. 6. *Ut à templo inchoarent.* De se Dominus Christus, Matthæi 26. 39. *Pater mi, si id fieri potest, transeat à me calix iste*; (*transeat à me*, inqit, *calix*, qo modo, *transibit & ad te calix*, dictum est, Thren. 4. 21.) & Luc. 22. 42. *Pater, si volueris, amoveas à me calicem istum.* Non simpliciter *amoliri* petit, sed, si commodè id possit, & placuerit ipsi; itaqe subjungit, *veruntamen non qid ego volo, sed qod tu vis*: tam praxi nimirum, qam & præcepto, Matth. 6. 10. precandi optandiqe ritum legitimum præire suis voluit: qod de se Epictetus apud Arrianum *Dissertat.* l. 3. c. 26. Προκαζατέταχα μου τὴν ὁρμὴν τῷ Θεῷ· θέλει τι; θέλω· οὐ βούλεται; οὐ θέλω· κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι, ὃ ὁ Θεὸς θέλει, ἢ ὃ ἐγώ. Ibid. l. 4. c. 7. *Animi mei motum omnem Deo jamdudum subjeci. Vult is qicqam? volo; non vult? nolo; potius enim duco, qod ipse vult, qam qod ego volo.* Idemqe à Stobæo *Tom.* 1. *l.* 2. *c.* 7. lavdatus: Μὴ ζήτει τὰ γιγνόμενα γίγνεσθαι, ὡς θέλεις· ἀλλὰ θέλε, ὡς τὰ γιγνόμενα γίγνεται. *Ne expetas, qa fiunt, ita ut tu vis, fieri; Sed ita velis, qomodo fiunt*, à Deo, scilicet cujus ex nutu proveniunt universa. Sic enim Epictetum interpretabitur Thymarides Pythagoreus, apud Jamblichum *de vit. Pythag. l. 1. c.* 28. cui cum abiturienti favsta precaturus, qidam diceret, Ὅσα βούλει, παρὰ Θεῶν γένοιτό σοι. *A Deis obveniant tibi, qacunqe volueris ipse.* Votum hominis corrigendo respondit; Εὐφήμει. ἀλλὰ βουλοίμην μᾶλλον, ὅσα μοι παρὰ τῶν Θεῶν γίνηται. *Bona verba, mi homo: immò ipse potius ea velim, qa à Deis mihi sunt obventura.* Qod Seneca verbulo constrinxit, *Epist.* 74. *Placeat homini qod placuit Deo.* Sed & qod Apostolus Philip. c. 2. v. 5. *Placeat Christiano, qod placuit Christo.* Is igitur cum jam calicem hunc havriendi tempus instaret, idqe ne fieret, Petrus vi etiam interposita, inhibere niteretur, *An non bibiturus essem*, inqit, *calicem, qem mihi Pater porrexit?* Joan. c. 19. v. 11. & erat certè *horrendum poculum*, ut cum Lytodo loqar, Hymno 60. v. 3. qod havriendum dabatur. Verum hoc dicere videtur Servator noster, qod de dilectâ sibi ille (Tibull. l. 1. *Eleg.* 4.)

Qicqid habet Circe, qicqid Medea veneni, &c.
Mille alias herbas, misceat illa, bibam.

misceat, inqit, *illa*, i. e. *ποιῶ δότω, præbeat, porrigat*, uti pavlo mox indicabitur. Sed & suis idem Matthæi, c. 20 v. 22. *Calicem qem ego bibiturus sum, bibetis. Poculum* uti *amarum prior bibit medicus, ne bibere timeret ac detrectaret ægrotus*, inqit Avgustinus in *Psalm.* 48. & 49. *homil.* 34. tanqam si à cyatho sumptum sit, qem sanitatis restituendi gratiâ laborantibus medici porrigunt. Prior calicem hunc havsit; sed & suis havriendum eundem denunciavit qo modo & Oholibæ Oholæ sorori, Deus, Ezech. c. 23. v. 32. *Sororis tuæ calicem ebibes*, h. e. eodem qo illa poculo potaberis, qæ eadem cum illâ perpetrasti. Nec dissimilis huic apud exteros locutio, Plavtus *Casinâ*, an *Causâ Kusionis*, (qod Petitus mavult) *act.* 5. *sc.* 2.

Ut senex hoc eodem poculo, qo ego bibi, biberet.

B & est apud nostrates etiam proverbialiter usitatum, de eis qi eandem, damni, vel infortunii, vel supplicii, sortem subeunt.

At illud Hymno 11. v. 6. *Depluet Deus super improbos prunas, ignem sulphureum, ventumqe procellosissimum: ista futura est portio calicis ipsorum*; qo modo & qod contra Hymno 16. v. 5. *Dominus ipse est portio prædii & poculi mea*; (ita enim, opinor, commodissimè redditur) utrumqe *metaphoram* habet; vel à *potantium ritu veteri* mutuatam, qo per *modimperatorem* sive *convivii præsidem*, (qem *bibendi*
C *arbitrum* ideo Horatius *carm. l.* 1. *Od.* 4. nuncupat, aliumqe ab illo fuisse, qem Ὀινόπτην dicebant Athenienses, ex Athenæi lib. 10. alibi ostendimus) sua cuiqe vini portio, qam havriret, statuebatur; qod Illyrico placet: vel à *more veteri*, qo *pater-familias* domesticis suis suam cuiqe *potus portionem* in calicem infundere solebat, qod Piscator avtumat: vel etiam, *ab instituto* ubiqe ferè obtinente, qo *pater-familias* suam cuiqe ut *hæreditatis portionem*, ita & *cibi potusqe demensum* assignat; qod Calvinus ac Mollerus existimant: Siqidem, ut ex veteri Poetâ Marcus Impera-
D tor, *Commentar. l.* 7. *sect.* 31.

—— *πάντα νομιστὶ.*
—— *decurrunt omnia lege.*

Et Seneca *de Provident. c.* 5. *Scito omnia certâ lege decurrere: inde constitutum, qid gaudeas, qid fleas.* Qod Sophocles Ajace;

Σὺν τῷ Θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται.
Qivis dolet, vel ridet, ut visum Deo.

ille vel lætitiæ, vel mœstitiæ calicem cuiqe, ut lubet ipsi, temperat.

E De *calice* hoc *excandescentiæ* divinæ, Asaphus, au qis alius, Hymno 75. v. 8. *Est enim calix in manu Jovæ*, יין חמר מלא מסך. *Ex qo fundit; fæces avtem ejus exprimens, bibentqe omnes terræ improbi.* Sunt hic voces ac locutiones qædam ambigoæ, qas pavlisper discutiemus. Primò, יין חמר qid velit ambigitur. Chald. חמר עשין. Et Jairus חזק qod nos dicimus, strong wine / ἄκρατος Græci. Nam Latini qo enuncient, vix invenire existimantur. *Forte* siqidem avt *robustum* dici *vinum* havd temerè deprendas. *Vehemens* avt *validum* an dicatur, incertum
F habetur; *acetum* tamen *prævalidum* Sammonicus dixit. Et *uvas nigras vehementiores, ideoqe vinum ex eis minùs jucundum* Plinius l. 23. c. 1. nam *nobile* avt *generosum* si dixeris, qo modo Græci εὐγενὲς, non exprimit, qod vel Chaldæum illud, vel nostrum velit: ἀκροχάζειν si libuerit, *vinum virium ingentium* dicas licet; ex Celso l. 3. c. 19. qanqam *vinum forte* dicere qid vetat, qo modo & Lytanus istic reddidit, qum *Falernum forte* dixerit Flaccus *Serm. l.* 2. *Sat.* 4?

G At Camius אדום *rubrum* interpretatur, qod & Arabicè אחמאר dicitur: qi color habetur vini præstantissimi ex Proverb. c. 23. v. 32. Unde & *sanguinis* nomen *vino* datum Jacobo, Gen. c. 49. v. 11. & Mosi, Devter. c. 32. v. 14. Et hoc Calvinus, Vatablus, Pagninus secuti sunt, qi *vim colorem rubentem* avtumant designari. Hoc Homerus passim, αἴθοπα οἶνον, qod Evstathius exponit, θερμὸν, λαμπρὸν, πυῤῥὸν, μέλανα· μέλανα etiam nonnunqam, ut *Odyss.* ι. v. 265. & ἐρυθρὸν. Ibid v. 165. *Atrum* Latini vocant. Plavtus Menæch. 5. 5.

Album an atrum vinum potas?

Et *nigrum*, Plinius l. 14. c. 4. *Maroneum vinum, cui antiqissima claritas, qodqe vicies tanto addito aqa miscendum Homerus prodidit, esse colore nigrum.* *Nigrum* dixit qod ἐρυθρὸν Poeta *Odyss.* ι. v. 208. Sed & idem ibidem c. 3. *Est &*

A *nigra Aminea*: ita enim legendum, non *Amminea*, qo modo in Plinii codicibus exhibetur, ex Marone Servius, sed emaculandus, suggerit, ad illud *Georg. l.* 2.

Sunt & Aminea vites, firmissima vina.

Sanè, inqit, *Amineum dici versum probat, qi stare non potest, si Aminneum dixerimus*: atqi staret qam maximè, etiamsi *Aminneum* diceretur. Sed *Amminneum* literâ *m*, non *n*. geminatâ Servius scripserat. Nec in hoc Cl. Salmasio assentior, qi *Amminneum* priore loco reponit: qasi carminis ratio id reqireret. Frustra tamen est, cum Servius ipse, tum B & Isidorus *Origin. l.* 20. *c.* 3. qod *Amineum vinum, qasi sine minio, i. e. rubore dictum* censent, *qia album est*. Qum & *nigrum* sit, ut ex Plinio discimus, nec à colore, sed à regione nomen habeat; uti Macrobius monuit *Saturnal. l.* 4. *c.* 16. qi & *Amineos* affirmat ibi olim fuisse, ubi tunc *Falernum* erat. At Hesychius Ἀμιναῖον. δι' ἑνὸς ν, τὸν οἶνον λέγει· ἡ γὰρ Πευκετία Ἀμιναία λέγεται. *Aminaeum per unum* ν, *vinum dicit. Nam Peucetia Aminaa dicitur.* Est avtem *Peucetia* eadem, qæ & *Messapia* & *Calabria*, uti Strabo l. 6. & Plinius *l.* 3. *c.* 11. qo loco & *Amineas* à *Falernis* poeta disertè C disterminat: Itaqe Hesychium hic seqi malim qam Macrobium. Etiam σταφυλῆς Ἀμιναίας. *uva Aminea*, sive *Aminaa*, meminit Galenus *de compos. medic. sec. loc. l.* 6. *c.* 4. γλεῦκος σταφυλῶν αὐστηρῶν, ἃς ὀνομάζουσιν Ἀμιναίας· *Mustum uvarum austerarum, qas Amineas nominant.* & *method. med. l.* 12.

Qo loco *vini Aminai genera duo* recenset; sed qod à *Falerno* distinguit utrumqe; Siculum alterum, qod mediocriter *album & crassum*, alterum Neapolitanum, qod *aqosum & tenue* sit, nec potest itaqe esse *Maronianum Amineum*, D qod *firmitatis* nomine celebratur. Cum verò, loci certi vinum primitus hoc nomine insignitum fuisset, factum postea ut alibi nascentibus, sive inde translatis, sive regionis illius vina ratione aliqâ referentibus appellationis id attribueretur: Hinc Didymus apud Cassianum Bassum, qæ Constantini Imperatoris nomen præferunt, γεωπονικῶν, *l.* 8. *c.* 21. in *praparatione vini Aminai*, *Vina Aminaum saporem referentia*, &c. Lapsus est interim memoriâ Lexicographorum princeps, cum *uva Aminaa Thasiaqe* nomina apud Dioscoridem *l.* 5. *c.* 6. scripsit reperiri. Nevtrius E enim eo loci mentio ulla. Josephus Scaliger Verrium apud Virgilium suspicatur legisse,

Sunt & Taminia vites, firmissima vina.

qia is, Festo avtore, scripserat, *Taminiam uvam esse sylvestris generis, qa tam rubra sit, qam minium*: ita enim dexterrimè restituit Salmasius, & ipso prior Fruterius, qod ante *tam mira* nullo sensu legebatur. Verum non est verisimile, avt Virgilium inter *vites generosas*, *sylvestrem* posuisse qalem *Taminiam* esse docet Plinius *l.* 23. *c.* 1. unde aliqi, è qibus & Celsus ipse *l.* 3. *c.* 21. *staphin agriam* vocarint: avt Verrium ipsum in Virgilio tam turpiter lapsum; F præsertim cum *Aminea uva* & *Taminia* tam diversi planè generis sint. *Taminiam avtem* à *tama* sive *tamina*, unde & *taminare* qia succus illius *attaminaret*, cum Francisco Junio dictam existimo: *uvam* enim *Taminiam rubere* ex Plinio discimus: non avtem *variegatam* esse, uti Mevrsius est opinatus, qi exinde nomen traxisse vult, *Animadvers. l.* 3. *c.* 2. ab Hebræo avtem טמא qod est *contaminare*, utrumqe illud, & nomen fluxisse & verbum, havd frustra statuunt Stephanus Gvichardus & Joannes Avenarius: Sed ad avG tores illos redimus, qi *vinum rubrum* sive *nigrum* à Lyrodo hoc loco designari sentiunt, utpote qod validissimum existat, & qod caput vehementissimè feriat. In qam mentem Athenæus l. 1. Ἐπαινῶν Ὅμηρος τὸν μέλανα οἶνον, πολλάκις αὐτὸν αἴθοπα καλεῖ· δυναμικώτατος γάρ ἐστι· ὁ δὲ λευκὸς ἀσθενής. *Homerus vinum nigrum lavdando αἴθοπα, sive fervidum sape vocat: est enim id valentissimum, cum album imbecillius sit.* Et Dioscorides *l.* 5. *c.* 8. Ὁ μὲν λευκὸς λεπτός τε καὶ διαφανὴς ὑπάρχει· ὁ δὲ μέλας παχὺς καὶ δύσπεπτος, μέθης καὶ σαρκῶν γεννητικός. *Album tenue & digeri facile est: at atrum crassum nec concoqi facile, ebrietatem carnesqe progignere natum.* Nam qod Medus noster vinum *rubens* dici, qod ἐρυθρὸν Septuaginta, utpote *qod aqa admixtione colorem non perdiderit: eo qod vina in terrâ sanctâ rubra erant*: havd est adeò

A verisimile: qum vina in eis regionibus aliis etiam coloribus imbuta, tamqe *alba* qam *rubescentia* reperiantur. Sed *prastantiora* plerumqe *rubescentia* ista: istud utrumqe nobis dant suo calculo confirmatum etiam Magistri Hebræorum qi (qod ex V. Cl. Joanne Buxtorfio minore *de Cœna Dominica institutione exercitat. sacr.* Sect. 20. havsisse animo lubenti gratoqe pronus agnosco) in *Lebush*, פסח חכית *ad Pascha celebrandum* יין אדום *vinum rubrum conqirendum* præcipiunt; additâ ratione hac שדרכו משובח מן הלבן להיות *qia albo generosius illud esse consrevit*: qod ita tamen B tenendum statuunt, ut *si album prastare compertum fuerit, istud potiùs praferatur.* Atqe hæc hactenus ex illorum sententiâ, qi *vini colorem* hoc epitheto existimant designatum.

Cæterum Abraham Esdræ filius, עכור h. e. *turbidum*, *faculentum* exponit, à חומר qod *lutum*, *crassamentum* significet qasi *lutulentum* dixeris: eodemqe concedunt Mollerus, Junius, Piscator. qo videtur facere, qod de *facibus* statim subjungitur. Unde οἶνος τρυγίας Græcis: qod vocabulum qoqe hoc ipso in loco, sed inciso proximo, C Græco interpreti, pro *facibus* ipsis, an *vino* etiam *faculento*, est usurpatum: cui ἄτρυγος, *facis expers*, *purus*, opponitur, versibus illis ab Athenæo l. 1. lavdatis (de qibus videndus ex Aristotele & Mnasigitone Plutarchus in *Problem. Grac. Qast.* 18.)

Πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις,
Οὐδ' ἱερὴν Ὑπέρειαν, ὅθι γ' ἄτρυγον οἶνον ἔπινες.
Turbida vina bibas, qia non Anthedone degis,
Nec sacratam habitas Hyperan, ubi pura bibebas.

Qin & Casparus Wasserus *de num. Hebr. l.* 2. *c.* 3. *Vinum* D Hebræis יין dictum senset à יון *qod facem, avt lutum liqidum & turbidum significet; qoniam in terrâ Cananaa vina turbida fuerint & fæculenta*: ridiculè: qi enim in terrâ Canaanæâ magis qam alibi terrarum, nisi si qid seciùs intervenisset? ut ne adjiciam, nihil esse qod svadeat, avt à vitibus Canaanæis, avt in terrâ Canaanæâ, nomen id vino fuisse primitùs inditum. Græcis etiam veteribus, si Grammaticis fides, *vinum* itidem πηλὸς dictum est, qod *lutum* significet: unde κάπηλος *cauponem* dictum volunt. Hesychius: Πηλός, οἶνος, Ἴωνες· ὅθεν καὶ κάπηλος, ὁ τὸν οἶνον πωλῶν. E Πηλός, *vinum*, *Jones*: *unde & κάπηλος qi vendit vinum.* Et Svidas: Καπηλίς, παρὰ τὸ κακοῦν τὸν πηλόν· πηλὸς δὲ ὁ οἶνος. Καπηλίς, *caupona*, *cauponatrix*, *dicta sic*, *qod vitiet & corrumpat vinum.* Πηλὸς *vero vinum.* Qanqam idem mox, qo modo & Etymologus, πηλὸν negat esse οἶνον. Verum corrupta est apud utrumqe lectio. qæ tam Henrico Stephano, qam & Æmilio Porto, imposuit. Svidas: Κάπηλος· μεταβολεύς πραγματευτής —— Κάπηλος. ἐν αὐθ' ἑνὸς λέγεσθαι οἴονταί τινες εἶναι, οἷον ἐκ τοῦ παρὰ Σοφοκλεῖ· ἐντριφερὸς ἐς τὸν πηλόν. ὁ μέν τοι οἶνος οὐκ ἔστι πηλός· —— καὶ γὰρ F ἕτερόν ἐστιν οἰνοπώλης, καὶ ἕτερον κάπηλος. Κάπηλος, *caupo*, *institor*, *propola*, *tabernarius*, *rerum permutator*. Κάπηλος. *Qidam* κάπηλον *&* μεταβόλον *putant esse unum pro uno, & utrumqe συνωνύμως jam poni, ut colligunt ex illo apud Sophoclem. Ille qi proclivis est in vinum. Vinum tamen non est* πηλός, *id est, lutum. Etenim aliud est* οἰνοπώλης, *id est vini venditor, & aliud* κάπηλος, *id est, caupo, cauponator, tabernarius.* Etymologus: Κάπηλος. ὁ μεταβόλος, καὶ οἰνοπώλης· παρὰ τὸ χέειν τὸν πηλόν, ἤγουν τὸν οἶνον. τοῦς οἴονται ἐν αὐθ' ἑνὸς εἶναι· οἷον ἐκ τοῦ παρὰ Σοφοκλεῖ, G

Πολὺς δὲ πηλὸς ἐν πίθοις τυρβάζεται;

ὁ μὲν γὰρ Σοφοκλῆς ἐντριφερὸς εἰς τὸν πηλόν. ὁ μέν τοι οἶνος, &c. Κάπηλος, *caupo & vinarius, a fundendo* τὸν πηλὸν, *sive vinum. Qidam putant esse unum pro uno, qemadmodum ex hoc, qod apud Sophoclem legitur, carmine patet,*

Multum vinum in doliis turbatur.

Sophocles igitur qidem, qi proclivis est in vinum. Vinum qidem, &c. ut supra Svidas. Existimavit uterqe vir doctissimus, verbis illis, ἐν αὐθ' ἑνὸς, indicari, eundem esse κάπηλον & μεταβόλον sive μεταβόλον· qia ea scilicet τοῦ κάπηλος interpretatio, sed seorsum apud Svidam, præcesserat. Portus etiam Etymologo dictum, hoc colligi ex Sophocle, apud qem in *Philoctete* mercator ejusmodi introducitur. Cum ibi tamen καπήλου nomen nusqam compareat; tum, κάπηλον

etiam

etiam significare illum, qi est ad vinum proclivis. Cæterùm ista à scriptorum mente aliena sunt. Exciderat Svidæ codicibus notatio vocis καίπηλος, qæ πηλὸς includeret: ea apud etymologum extat aliqa. Huic explicandæ subjungitur utrobiqe, qosdam existimare, ἐν αὐτῷ ἐνδεῖν εἶναι, [πηλὸν καὶ] οἶνον. Ita enim supplendum & restituendum, inducto οἶνον, qod est spurium: id astruere nitebantur ex Sophocle, qi πηλὸν pro vino, loco non uno posuerit; hæc utriusqe mens genuina. Verum, ut rectè opinor, V. C. Casavbonus, non *merum ac sincerum*, sed *mustum & mangonisatum* ita vocabant; unde enatum & dicterium illud, cujus meminere Athenæus l. 9. & Demetrii Phaleræi qi nomen præfert, Μὴ δεῖν τὸν Ὀινέα Πηλέα ποιεῖν· *Non oportere ex Oeneo Peleum facere.* Qod tam in *cavpones vinum corrumpentes* torqeri potest, qam & in *pincernam*, qi vinum fundendo in terram effundit. Siqidem οἶνος vinum, à qo Ὀινεὺς dictus, in terram effusum, fit πηλὸς, *lutum*, à qo Πηλεὺς nomen habuit: qod Septimius *lutum vino cogere* dixit, *Apolog. c.* 35. & Ambrosius *de Heliâ & jejunio c.* 14. fieri mavult, *quo ut homines inde ad furorem adigantur.* Hinc festivum illud nescio cujus, in Antholog. *l.* 2. *c.* 47. vetantis, ne qis defuncto jam sibi parentando sumptum frustra faciat, vinumqe qod superstiti adhuc præberi possit, cum opera simul perditum eat.

> *Ζῶντί μοι, εἴ τι θέλεις, χαρίσαι· τέφραν δὲ μεθύσκων,*
> *Πηλὸν ποιήσεις, κ' οὐχ ὁ θανὼν πίεται.*
> *Vivo, si qid vis, præstes: cineres ne rigabis?*
> *Inde lutum facies: at nihil ipse bibam.*

ita enim lubens, πίομαι pro πίεται legerim: qod tamen, si qis secus senserit, præstare nolim. At frigidum est nimis, qod Campensis avtumat, innuere proverbiale illud, *aliud pro alio non esse dicendum, puta pro Oeneo Peleum, vel vice versâ.* Utrumqe avtem si constaret, & יין à טיט deductum, qud minùs videtur, avt vinum Græcis piscis qodvis, πηλὸν dictum, posset id inde manasse qod *mustum* vini cujusqe etiam præstantissimi, ubi fæces nondum subsederint, *turbidum* esse necesse sit. Verum *turbidum* istic hac ratione sumptum, intelligi non patitur Vatis sacri intentio qum *mustum vino veteri* & annoso debilius minorumqe multo sit virium.

Adfirmat hoc Aristoteles *meteorolog. l.* 4. *c.* 9. Ὁ μὲν γλυκὺς, inqit, ἔστι ὀνόματι οἶνος, ἔργῳ δ' οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ οἰνώδης ὁ χυμός· διὸ καὶ οὐ μεθύσκει. Qo in loco non possum Mercuriali assentiri, qi *Var. Lect. l.* 1. *c.* 17. *Vini dulcis nomine* vult *passum* intelligi, qod sit *natura inter vinum verum ac mustum media*: qum tamen, in *Problem. l.* 3. *c.* 29. agnoscat, *vini dulcis* nomine *mustum* voluisse, ubi qærit, διὰ τί περὶ γλυκὺν οἶνον οὐ γίνονται οἰνόφλυγες· *qare à vino dulci ebrii nunqam reddantur. Vinum*, inqit, *dulce* (h. e. γλεῦκος, *mustum*) *est nomine qidem vinum, at non opere*, sive efficaciâ. *Neqe enim saporem vinosum habet: itaqe non inebriat.* Nec aliter cepisse videtur Plutarchus, qi *Sympos. Problem. l.* 3. *c.* 7. qæstionem hanc disceptat, Διὰ τί γλεῦκος ἥκιστα μεθύσκει, *qare mustum minime inebriet.* Id qod ab experientiâ propriâ deprehendisse testatur ille apud Macrobium *Saturnal. l.* 7. *c.* 7. utpote qi observarit vindemiæ tempore eos musto havsto non inebriatos qos vino etiam parvo sumpto ad insaniam impelli noverat.

Rei hujus cavsas plures reddit avtor uterqe. Prima est, Τὸ γλυκὺ πανταχοῦ προσίσταται καὶ πλήρωσιν ποιεῖ· διὸ τὸ γλεῦκος οὐκ ἄν τινα ποιῆσαι ῥᾳδίως ὅσον εἰς μέθην ἱκανόν ἐστι. ἀποστρέφεσθαι γὰρ αὐτίκα τὴν ὄρεξιν ἄχρι τοῦ μὴ διψῆν προσεληλυθυῖαν. τὸ γλυκὺ διαφθείρει τὸ ἡδὺ, *Dulcia usqeqaqe offendere & satietatem inducere: itaqe neminem facile tantum musti potuirum, qantum ad ebrietatem sufficeret, sitis nimirum sedata appetitionem ob insvavitatem cessare. A dulci avtem diversum esse svavem saporem.* ubi ex Homeri illis *Odyss.* ι. *v.* 69.

> *Μέλιτι γλυκερῷ καὶ ἡδεῖ οἴνῳ,*
> *Melle dulci & svavi vino.*

docuerat, subjungit, Τὸν οἶνον ἐν ἀρχῇ μὲν εἶναι γλυκὺν, γίνεσθαι δὲ ἡδὺν, ὅταν εἰς τὸ αὐστηρὸν τῇ πέψει μεταβάλῃ παλαιούμενος. *Vinum qum ab initio sit dulce, svave temporis successu fieri, qando concoctione sapor ejus in avsterum mutatur, ipsumqe veterascit.* h. e. Macrobii verbis, *Omne qod dulce*

A *est citò satiat: nec diuturnam desiderii sui fidem tenet: sed in satietatis locum succedit horror; in musto avtem sola dulcedo est, svavitas nulla. nam vinum cum in infantia est, dulce; cum rubescit, magis svave qam dulce est: horum distantiam esse testis est Homerus: Vocat enim mel svave, vinum dulce; mustum igitur, cum necdum svave est, sed tantummodo dulce, horrore qodam* (vel potiùs *insvavitate qadam*) *tantum sumi de se non patitur, qantum sufficiat ebrietatē.* Addit Plutarchus ex qorundam scriptis, ὅτι γλυκὺ μιχθεὶς οἴνῳ παύει μέθην· qæ verba sunt viris doctis mendi suspecta: B & Henricus Stephanus, γλυκὺ μιχθὲν legendum opinatur: id si admittitur, potest vel in genere de dulci re qavis intelligi; qo modo cepisse Xylander videtur, qum vertit, *Dulcia vino admista reprimere ebrietatem*: sed & Macrobius, qi *Naturali ratione ebrietati dulcedinem repugnare.* Vel in specie sumi potest; ut avt *mel* intelligatur, cui dulcedinem Poeta assignaverat; atqe hic suffragabitur Maronis testimonium, qi *melle dulci durum Bacchi saporem domari* dixit, Georg. l. 4. Vel de *pane melli intincto*, qod mox dabitur, multo magis. Avt *mustum*, de qo dissertatio in-C stituitur, cui explicationi favebit Martialis illud, qo *vetulum Falernum musto*, tanqam *toxico*, *jugulari* dixit *lib.* 1. *Ep.* 19. eritqe γλυκὺς οἶνος scilicet idem, uti supra, qod τὸ γλεῦκος. Facit huc qod in *Problematibus* Aristoteli inscriptis *l.* 3. *Qæst.* 13. & 14. reperitur, Ὁ οἶνος γλυκὺς καὶ ὁ ἄκρατος, καὶ ὁ κυκεὼν μεταξὺ διαπινόμενοι ἐν τοῖς πότοις, νήφειν ποιοῦσι. *Vinum dulce, merumqe, & miscelam in conviviis per vices epota, sobrios servare*; Et rursus, Ἐάν τις μεθύων ἤδη, ἐπιπίῃ γλυκὺ, καταπέπτεται ὁ ἐνυπάρχων οἶνος. *Si qis ebrietate captus, dulce adhiberit; fore ut vinum ante D sumptum digeratur.* Seqitur apud Plutarchum, Τὶς ἰατρῶν τινας ... πλεῖον πίνοντας κελεύειν, ὅταν ὅταν μέλλωσι καθεύδειν, ἄρτον εἰς μέλι καταβάψαντας ἐμφαγεῖν· *Medicorum nonnullos præcipere ebriis, ut dormituri panem melle intinctum edant.* ubi deesse aliqid patet, qod ex Macrobio suppleri poterit, ἐμεῖν vel ἐμέσαι κελεύειν. Sic enim is laxius pavlò licentiusqe. *Medici eos, qi usqe ad periculum distenduntur vino plurimo, cogunt vomere, & post vomitum contra fumum vini qi remansit in venis panem offerunt melle illitum.* Qæ seqiuntur qibus altera cavsa, qæ & rem præsentem ex Aristote-E lis mente adjecta, attingit propriùs redditur mendosa esse Stephanus monuit, ut manca Xylander asterisco interstito notavit, medelam neuter molitus est; Ego sic aliqâ ex parte defingi ac restitui posse existimem, Ὅτι βαρύτης ἐστὶ τοῦ γλεύκους ἡ διαχωροῦσα τὴν κοιλίαν; καὶ τὸ πολὺ συμμένον (vel συμμιγὲν etiam) πνευματῶδες καὶ ὑδατῶδες· ὧν τὸ μὲν εὐθὺ ἐκπίπτει βιαζόμενον, τὸ δὲ πέφυκε τὸ ὑδατῶδες ἀμβλύτερον ποιεῖν τὸν οἶνον, ὃς καὶ παλαιωθεὶς ἐπίδοσιν λαμβάνει ἐκκρινομένου τοῦ ὑδατώδους καὶ γίνεται μέτρῳ μὲν ἐλάττων ὁ οἶνος, δυνάμει δὲ σφοδρότερος. Mitto Macrobium, qia longiùs la-F tiùsqe hic expatiari videtur. Græca sic concepta ita reddere licuerit. *Musto gravitas inest, unde alvum offendit; qodqe multum & flatulenti & aqosi unâ commistum obtineat; qorum alterum vi qadam expressum confestim exit, sive excidit, alterum aqosum itaqe qod est, vinum hebetare assolet; qod per vetustatem vires assumit, fitqe vinum qantitate qidem minus, verum viribus valentius, sive vehementius.* Non potest itaqe *turbidum* ex Lyrodi mente pro *musto*, qod nondum deferbuerit sumi, cum hoc vires justas per rationes dictas nondum obtinere valeat. Hinc non Pindarus tantùm *O-G lympion. Od.* 8. qod & Athenæus l. 1. refert. Παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων, ἐπαινεῖ. *Vinum vetus, hymnos novos, præfert.* Sed Dominus qoqe ipse Luc. c. 5. v. 39. Οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον, λέγει γὰρ ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστι. *Nemo, ubi vinum vetus biberit, novum mox poscit: illud enim pronunciat præstantius esse.*

Denique *turbidum* dici possit, qod sit *pharmaco* aliqo, *melle* puta, ut Chaldæus, confusum: qali potum se conqeritur populus Dei, Thren. c. 3. v. 15, 19. Sic enim *turbari melle Falernum*, i. e. *turbidum effici*, dixit Martialis infra repræsentandus: qod *mendosè* fieri pronunciat Cætius Flaccianus *Serm. l.* 2. *sat.* 4. qem locum Epigrammatarius sine dubio respexit. Ego prius illud potius probaverim, qia חמר nusqam alibi, nisi in *generositatis* sensu de *vino* usurpatum

patum invenio. Devtero. c.32. v.14. in Mosis cantico celeberrimo illo, dicitur Deus populum suum potasse *uva sanguine* חמר *rubente*, opinor, *turbido* enim non diceret: & Esajæ c.27. v.2. *Vinea Dominica* כרם חמר *vinea vini rubentis*, sive *nobilissimi & generosissimi*, non *turbidi faculentive*, celebratur. Nec aliter ibi vertunt iidem illi, qi hic *turbidum* vertere: qanqam Junius apud Mosen *merum* reddidit; qo modo & Hieronymus apud Esajam, qod & ab Hebraico חמר ortum censet Gvichardus (nugantur certè Grammatici, qi renitente vocalis qantitate, à *Mero* monte dictum volunt) unde & חמר & חמרא pro *vino* sive *mero* simpliciter Chaldæis & Syris, Ezr. c.6. v.9. & c.7. v.22. Dan. c.5. v.1, 2, 4. Matth. c.9. v.17. Joan. c.2. v.3.10. Piscator verò apud Esajam *fervidum*, *Vinea*, inqit, *fervoris*, *i. e. ferens vinum fervidum*, *qale inprimis est rubrum*. ita חמר *vinum*, fuerit à חמר qod *fervere*, *incalescere*, *effervescere* Chaldaice significat. Unde pro eo qod dicitur, Jobi c.30. v.27. רתחו Chald. חמרו *effervescunt viscera mea*, atqe indidem חמיר *fermentum*: qod & Latinis à *fervescendo* dictum.

Cæterum ad id qod est primò dictum ista omnia reduci poterunt: qum dici possit *vinum* unum idemqe; & coloris ratione *rubidum*, qæ fortasse primæva fuerit vocabuli significatio; & *turbidum*, non qia *faculentum*, sed vel *specie* tenus, ut Schindlerus, qia *rubido saturatior ad nigredinem vergens crassamenti speciem* præferat, vel etiam *operationis atqe effectus respectu*, qod Buxtorfio magis arridet, *qia caput cerebrumqe turbare natum sit*; τὸ διαθολοῦν τὸν ἐν τῇ ψυχῇ αἰθέρα, *mentis sublimem divinamqe partem pervertens*. ut scitè Apollonius apud Philostratum *l.1. c.5.* & *fervidum*, qod igneâ vi qadam potantium viscera calefaciat & incendat, Esaiæ c.5. v.11. unde Tiberium Neronem qi ἀντὶ τοῦ *Clavdius Tiberius Nero*, *Caldius Biberius Mero* σκωπτικῶς dicebatur, *Caldium* contendit Josephus Castalio, pro *Clavdio* vocitatum, *ob vini fervidi*, non *aqa calida*, ut alii nonnulli, *usum freqentiorem*: & *fumidum* deniqe si Chaldæum ita interpretari libuerit, ut sit עשן à עשן qod *fumum* significet, qia *fumosis vaporibus* inde exhalantibus cerebrum occupet oppleatqe, qæ sunt omnia vini præstantissimi ac validissimi indicia: qod itaqe *validi* nomine Jajrus meritò insignivit: tale avtem omninò *calicis* istius *vinum* existat necesse est, qum sit *calix* iste כוס התרעלה *calix horroris*, ut ex Hymno 60. v.3. Jajrus adnotat, etiam כוס חמת *calix furoris & excandescentiæ divinæ*, θυμοῦ καὶ ὀργῆς: qod ex Esajæ, c.51. v.17. & Apoc. c.14. v.20. adjicere licet: de qo loco utroqe mox etiam videbitur.

Seqitur apud Hymnodum מלא מסך Chald. מלא מזגת מררתא *plenum mixtione fellis*; qod ille *fel* de suo, adjecit: nam Hebraica sonant αὐτολεξεὶ, *mixtione plenum est*, *poculum* scilicet sive *calix*. LXX. Ποτήριον οἴνου ἀκράτου, πλῆρες κεράσματος. & Latinus Vetus, *calix vini meri*, *plenus misto*: qod videri possit *oppositum*, qod ajunt, *in supposito*. Verum havd aliter locutus est & Joannes Apostolus Apocalyps. c.14. v.10. Πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. *Bibet ex vino excandescentiæ Dei*, *ex mero*, *inqam*, *infuso in poculum excandescentiæ ipsius*. θυμὸν dixit; qod Esajas חמה atqe ita solenniter reddunt vocem eam LXX. interpretes, tam ubi *furorem*, qam & ubi *venenum* significat, ut Deut. c.32. v.24. חמת תנינם יינם θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν. *virus*, sive *venenum*, *draconum est vinum* ipsorum: ἄκρατον, qod istic Hymnodus יין *vinum*, *merum*: *vinum*, id propriè *sincerum nec temperatum* significat, qod & *merum*, Latinis sonare videtur; sive *merum merum*, ut Avsonius loqitur. Sic enim ille *Epigram.* 19. in Meroen anum merobibam.

Tu Meroe dicta es; non qod sis atra colore,
Ut qa Niliacâ nascitur in Meroe.
Infusum sed qod vinum nec diluis undâ,
Potare immixtum sveta merumqe merum.

Martialis *l.1. Ep.* 12.

Jam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares, Sextiliane, merum.

Et *ib. Ep.*57.

A *Continuis vexata madet vindemia nimbis.*
Non potes, ut cupias, vendere, cavpo, merum.

Festive itidem de cavpone Ravennate, *l.3. Ep.*57.

Callidus imposuit nuper mihi cavpo Ravennæ:
Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

facetiæ fundamentum dat epigramma proximè præmissum,

Sit cisterna mihi, qam vinea, malo Ravennæ;
Cum possim multo vendere pluris aqam.

Cavsam vis genuinam? Avdi Sidonium Avernorum Episcopum B *l.1. Epist.*5. *Hic* (inqit, & de Ravennâ loqitur) *cum peropportune cuncta mercatui*, *tum præcipuè qod esui competeret*, *deferebantur*: *nisi qod*, *cum sese hinc salsum portis pelagus impingeret*, *hinc cloacali pulte fossarum discursu lintrium ventilata*, *& ipse lentati langvidus lapsus humoris*, *navticis cuspidibus foraminato fundi glutino sordidaretur*, *in medio undarum sitiebamus*: *qia nusqam vel aqaductuum liqor integer*, *vel cisterna defæcabilis*, *vel fons irriguus*, *vel puteus inlimis*. Nec aliud Græcis ἄκρατος, licet Latine laxius *meri* nomen usurpent. Hesychius. Ἄκρατος, ἀμιγής, C ἀσυγκέραστος. Et Pollux *l.6. c.3.* Ἄκρατος, ἀμιγοῦς πρὸς ὕδωρ, ἄμικτος. *Vinum merum*, *aqa non mixtum*, *intemperatum*. Soloni apud Alexidem Æsopus, referente *l.10.* Athenæo;

Κομψόν γε τοῦτ' ἔστιν παρ' ὑμῖν, ὦ Σόλων,
Ἐν ταῖς Ἀθήναις, δεξιῶς θ' εὑρημένον.
Σ. τὸ ποῖον; Α. ἐν τοῖς συμποσίοις οὐ πίνετε
Τ' ἄκρατον. οὐ γὰρ ῥάδιον· πωλοῦσι γὰρ
Ἐν ταῖς ἁμάξαις εὐθέως κεκραμένον·
Οὐχ ἵνα κερδαίνωσι, τῶν δ' ὠνουμένων
D *Προνοούμενοι τῆς τὰς κεφαλὰς ὑγιεῖς ἔχειν*
Ἐκ κραιπάλης. —
Festivè, lepidè, pervenuste illud, Solon,
Repertum apud vos est Athenis Atticis.
S. qid illud? Æ. ne bibatur in conviviis
Merum, nam fieri id ne qeat, cautum est satis:
In plavstris ipsis jam dilutum venditur.
Neqe id qi vendunt, faciunt qæstus gratiâ,
Emptorum sed capitibus contra crapulam
Volunt consultum. ——

E Ὑμῖν reposui pro eo qod ἡμῖν legitur, qia Solonem Æsopus tanqam peregrinus & advena alloqitur. Luditqe in legem ab illo latam tanqam planè supervacaneam, cum id ne fieret, qod lex vetabat, à cavponibus ipsis jam olim sedulò prospectum esset. Τὸ ἄκρατον disertè τῷ κεκραμένῳ opponit.

Ecqid ergò futurum est τοῦ ἀκράτου τοῦ κεκερασμένου; avt qidnam fuerit *merum mistum?* Posset forsan qis suspicari ἄκρατον dici, non qod *immixtum* prorsus, sed *vehemens* & *validum*; utpote qod nihil immistum habeat, qod vires F debilitet, avt fervorem ullâ ex parte temperet. Sic enim τὸ ἄκρατον usurpari solet; unde ἄκρατος ὀργὴ, ἡ ὑπερζέουσα, *qâ ultra modum omnem qis excandescit*. Svidas ex avtore innominato, Μήποτε ἀλόγιστος ὄχλος δι' ὀργῆς ἀκράτου λάβῃ δυστυχίαν. *Ne plebs inconsiderata per iræ vehementioris impotentiam infortunium accipiat*; vel, *iram vehementissimam*, *ex repulsâ concipiat*. Et ἄκρατος δικαιοσύνη, *summum jus*, qod *summam crucem*, Columella *l.1. c.7.* *summam malitiam*, Terentius, *Heavt. A.5.* *summam injuriam*, pronunciat Cicero *off. l.1.* qæ Platoni dicta *Politic.* G *l.8.* verbis illis, Πῶς ποτε ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν τὴν ἄκρατον ἔχει· *Qomodo exactum jus se unqam ad summam injuriam habet.* Ἄκρατον δικαιοσύνην dixit, qod τὸ ἀκριβοδίκαιον, Aristoteles *Ethic. l.5. c.10.* qasi *strictum*, sive *exactum jus*. Sed & ἄκρατος ἐλευθερία, eidem libro eodem, qasi *meram dixeris libertatem*; uti T. Liv. *dec.4. l.9.* dicit, *Insolenter & immodicè abuti Thessalos indulgentiâ Pop. Rom. velut*, *ex diutinâ siti nimis avidè meram havrientes libertatem*. Verba Philosophi elegantissimi, ab Athenæo qoqe *lib.10.* lavdata sunt ista: Ὅταν δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα, κακῶν οἰνοχόων τύχῃ, καὶ ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ, τοὺς ἄρχοντας δὴ κολάζει. *Ubi status popularis libertatis sitiens*, *malos nactus pincernas*, *ea meta inebriatus fuerit*, *magistratibus suis infestus sit.* Ἄκρατον ἐλευθερίαν dixit, qod

Ari-

Aristoteles τὴν ἄγαν ἐλευθερίαν, *Politic. l. 5. c. 12.* Et Plato ipse eodem in libro, ex qo & Stobæus excerptum dedit *tom. 2. tit. 43.* Ἡ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν. *Libertas nimia, sive nimis libera, in servitutem extremam mutata videtur.* Qam avtem τὴν ἄγαν istic, mox & τὴν ἀκροτάτην dicit. Ἐκ τῆς ἀκροτάτης ἐλευθερίας, δουλεία πλείστη τε καὶ ἀγριωτάτη. *Ex summa libertate, servitus maxima simul & immanissima enascitur.* Itaqe qod pro oraculo habet, & Aristoteli tribuit vir eruditissimus Athenæi enarrator. Ἡ ἄγαν ἐλευθερία εἰς δουλείαν τελευτᾷ. *Libertas mera nullisqe legibus temperata, in servitutem tandem concedit:* Platonis potius esse videtur, & per lapsum memoriæ hujus discipulo adscriptum. E Platone mutuatus est Plutarchus in *problem. Græc. Quæst.* 18. Μεγαρεῖς, inqit, Θεαγένη τὸν τύραννον ἐκβαλόντες, ὀλίγον χρόνον ἐσωφρόνησαν κατὰ τὴν πολιτείαν· εἶτα πολλήν, κατὰ Πλάτωνα, καὶ ἄκρατον αὐτοῖς ἐλευθερίαν τῶν δημαγωγῶν οἰνοχοούντων, διεφθάρησαν. h. e. *Megarenses ubi Theagenem tyrannum ejecerant, ad tempus exiguum in politia se modestè gerebant: tum populi ductoribus, multam illis meramqe, ut Plato loqitur libertatem propinantibus corrupti sunt.*

Posset & ἄκρατος dici ὁ αὐτόκρατος, sive αὐτόκρατος non qomodo Polluci *l. 6. c. 3.* Ὁ μηδεμιᾶς προσθήκης δεόμενος οἶνος. *Vinum qod nullo egeat temperamento, cum satis per se sit debile;* sed qod *merum* sit licet, secum agitando commissum ac *turbidum* factum sit, dum fæces & crassamenta qæ in imo subsederant, cum reliqo vini corpore confunduntur: Ut, qo modo in pharmacis propinandis, concuti priùs solet cyathus ex qo potio exhibetur, ne qid medicamenti crassioris, qod plerumqe vehementius est, in fundo relinqatur: ita *calix* iste concussione & agitatione, *turbidus* factus intelligatur, qò fæces improbi unà cum vino exugant, & qum *in imo pessimum* maneat; ut Seneca *Epist.* 1. (siqidem, ut idem *Epist.* 108. *Ex amphorâ primum qod est sincerissimum effluit: gravissimum qodqe turbidumqe subsidit,*) hoc simul qoqe illi qibus destinatur, cum reliqo absorbeant. Ita *merum* hoc *mistum* fuerit, etiamsi alieni nihil accesserit, qia fæces cum liqore puriore confusæ & haviendæ unà porriguntur. Atqe ita Avgustinus, *Merum propter sinceritatem; mixtum propter faces.* Sed de *Lege divina*, vexando miserè, interpretatus. Sed & Hugo Barchinon. *Calix Domini, qicqid à Domino propinatur; in superiori loco, scilicet in cælo existentibus propinat vinum merum: in medio, scilicet in terra, mixtum: in infimo, scilicet in inferno faces. Merum bibunt glorificati; mixtum, gratia ditati; faces damnati.* Idemqe in Apocal. *Calix hic est vindicta divina. In hoc calice est merum superius, & fax inferiùs, per merum pœna inflicta ad correctionem, per facem pœna æterna, qam potabunt in inferno, qi modo nolunt bibere merum: mixtus dicitur hic calix, qia utrunqe adhuc est in eo, & fax scilicet & merum i. tribulatio, qa converti potest, vel ad commodum vel ad damnum. Vinum merum, vel purum bibitur in patria. Psal. 23. v. 5. in inferno avtem erit fax sola. Esa. c. 51. v. 17. & Ezech. c. 23. v. 33, 34.* Nihil dico, qam ineptè adhibeantur istic sacri codicis testimonia. ista ipsa qæ de *mero* & mixto dicit, sed &, de *calice* ipso, sunt ἀσύστατα planè, nec secum invicem consistunt.

His itaqe missis, nihil erit necesse ad coactiora istiusmodi longiusqe petita confugere, cum ad manum præsto sit, ultroqe sese oggerat, qod è tricis istis nos facilè expediat. Τὸ κερᾷν sive κεραννύειν, licet *miscere* propriè significet, usurpatur tamen simpliciter ἀντὶ τοῦ ἐγχεῖν, καὶ διδόναι πιεῖν, pro *infundere*, in calicem scilicet sive cyathum, & *bibendum porrigere*. De Calypsone Homerus *Odyss. E. v. 93.*

—— κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν.
—— *miscuit avtem nectar rubrum.*

Evstathius: τὸ κέρασε νέκταρ, οὐ δηλοῖ κρᾶμά τι, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐνέχεε κεῖται. *κεράσαι non designat miscelam aliqam, sed pro infundere usurpatur.* Idem ad illud *Odyss. u. v. 363.*

Ταμνόμενοι κρέα πολλά, κερῶντές τ' αἴθοπα οἶνον.
Incidentes carnes bonas, miscentesqe nigrum vinum.

Τουτέστιν, ἐμβάλλοντες εἰς κρατῆρας· οὔπω γὰρ ἄλλος ἦν ὁ δεῖ ὁ πίνων, ὡς ἐνδέχεσθαι νῦν κερᾷν τὸ διδόναι πιεῖν. Κερῶντες, *hoc est, in crateres fundentes vinum: neqe enim aderat adhuc qi biberet qisqam: nec potest istic τὸ κερᾷν esse bibendum porrigere.* Duo significare τὸ κερᾷν insinuat. Et *in cyathum infundere*, & *convivis porrigere*, qod οἰνοχοοῦ sive *pincernæ* est munus utrumqe. Sed & *Iliad. ι. v. 203.* ad hospitum amicorum adventum, qo illi lavtiùs & hilarius excipiantur, Patroclo præcipiens Achilles,

Ζωρότερον δὲ, inqit, κέραιε, δέπας δ' ἔντυνον ἑκάστῳ,
Meraciusqe misce; poculum avtem para unicuiqe.

qo loco, ut Grammaticorum de voce ζωρότερον disceptationes missas faciam, de qibus videri possunt Plutarchus in *Sympos. problem. l. 5. c. 4.* Athen. l. 10. & Evstath. in hunc locum: τὸ κεραῖε nihil esse potest aliud, qam, *merum fundere*; atqe qod ἐξαρτύειν subjicitur, *poculum unicuiqe paratum habere*: nec de *misceldâ* posse intelligi Evstathius inde confirmat, ὅτι ἔδει σπένδειν ἄκρατον ἐξ αὐτοῦ τῷ Διΐ, *qod Jovi inde libandum esset: mistum avtem libationibus non adhibebatur:* cujus rationem festivam reddit ibidem commentator. Πάντως γε οἱ ζωρὸν τὸ ἄκρατον, ἄψυχον οἷον λογιζόμενοι τὸ κρᾶμα· διὸ οὐδὲ ἐσπένδετο ἐν σπονδαῖς. *Omnino, inqit, si animatum qiddam sit merum, pro inanimi mistum habendum fuerit: proinde neqe in libaminibus acceptum est.* Siqidem *aqâ infusâ jugulatur Falernum*, ut Martialis *Epig. lib. 1. carm. 19. n. 5.* loqitur. Et *sicut cicuta venenum est homini, vinum cicuta*; Ita aqa vino toxici est instar. Unde & παροιμιῶδες illud qo usus est apud Athenæum *l. 8.* sed avtoris nomine tacito, Ulpianus;

Ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ.
Deperdidisti vinum, dum immisces aqam.

Sunt avtem Polyphemi verba Ulyssem alloqentis, qod Zenobius & Diogenianus monent, ex Aristiæ Poetæ, (nam Philoxeno Grotius cur tribuat, nescio) non Tragici, (qod Erasmus opinatus est) sed Comici, *Cyclope*, qod ex Chamæleone in *Satyris* docet Svidas: qem Poetam mirum est cur parum cognitum sibi profiteatur ὁ πολυμαθέστατος Casavbonus; cum hujus & Athenæus aliqoties meminerit, & Phlisium fuisse doceat *l. 15.* *fabulas* etiam ejusdem nominatim lavdent, Κῆρας, sive *Parcas*, Athenæus ibidem; *Orpheum*, Pollux *l. 9. c. 5.* *Cyclopem* Svidas è qâ istud desumptum: de qâ & emendandâ veniunt Svidæ verba, Ἀρίστιος Κύκλωψ: cum esse debeat Ἀριστίου an Ἀριστέου; nam utroqe modo scriptum legitur: Nec tamen possum, assentiri viro doctissimo, pro Ἀρσενίας, apud Athenæum *l. 11.* Comici hujus nomen substituenti, ubi ex Eubuli Comici scriptis τοῦ Κανθάρου vocabuli usum confirmat, qum verba illa, qæ à voce istâ ordiuntur, si à reliqâ Eubuli dictione, absciderimus, *Canthari* vocabulum, cui probando proferuntur ea, nusqam comparebit. Locum, qi volet, adeat; nam transcribere non est tanti. Qum ergò aqâ immissâ vinum expirasse avtumarent (unde & ea *vini pernicies* est Catullo dicta) tam *mistum* qam & *vappa*, tanqam *enectum* qiddam illud, *morticinum* istud, à sacris arcebatur. Sed &, ἀκράτου οἶνος ἀγαθοῦ δαίμονος, *merum vinum, bona fortuna* celebratur, qo epulas vel inchoabant, vel clavdebant. Svidas de qo eodem & Athenæus, *l. 11.* & *l. 15.* qin & ab hac ipsâ radice cum κέρασμα, *vinum aqâ dilutum*, qasi κέκρασμα dicatur & κρᾶσις hujus cum illo *mistura*; & κέρασμα tamen pro *vino* simpliciter etiam *mero*, qandoqe usurpatur: sic enim Justinus *Apolog. 2.* ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος· *poculum aqa & vini*: qod pavlò post, οἶνος καὶ ὕδατος, dicit qo modo & οἶνον Svidas, qod Pindari Scholiastes κέρασμα, loco infra exhibendo. Et Græci recentiores κρασί & κράσιον pro *vino* simpliciter dicunt. *Corona pretiosa*: Κρασί, *vinum*, οἶνος. & Nicetas Choniat. in *Alex. Angel. l. 3.* τὸ Σάμιον κράσιον πίνοντες ἀκρατοῦς. Sicut ergo οἰνοχοεῖν, qod propriè *vinum fundere* significat, pro *potum præbere*, *potare*, dixit Pherecrates Comicus in *Coriano*, referente l. 10. Athenæo;

—— βατράχοις οἰνοχοεῖν σε δεῖ.
—— *Ranis potum præbere se decet.*

qod aliò tamen, contra comici mentem trahunt parœmiographi, ac si *ranis vinum porrigere* diceretur; qod absurdum fuerit, qum ranæ aqam, non vinum bibant, unde parasitus apud Aristophontem in *Pythagoristâ* citante l. 6. Athenæo, profitetur, se ὑδροποτεῖν βάτραχον, *aqam ad biben-*

bibendum, ranam: Cum comicus ex adverso *ranas ministrare dignum* pronunciarit, qod vinum nimis diluendo, τὸ ὑδαρὲς, & *aqam* potius qam *vinum* porrigeret: ita κεϱᾶν, cum sit proprie *vinum aqâ miscere, de vino fundendo, prabendoqe* generatim usurparunt.

Unde avtem factum, ut τὸ κεϱᾶν ἀντὶ τοῦ οἰνοχοεῖν usurpetur, duplex datur ratio. Altera, qia priscis animantium *cornua* scyphorum cyathorumqe vicem præbebant. Nicandri Scholiastes *ad Alexipharm. v.* 31. Οἱ παλαιοὶ κέϱασιν ἐχρῶντο ἐν τῷ πίνειν ἀντὶ τῶν ποτηϱίων· ὅθεν καὶ τὸ κεϱάσαι εἴϱηται. *Veteres inter bibendum poculorum vice cornibus utebantur: unde & κεϱάσαι dictum est.* Eustathius *ad Odyss.* ι. Ἀπὸ παλαιᾶς χϱήσεως, καθ' ἣν κέϱασι ζώων ἐγχέοντες ἔπινον· κεϱάσαι, *vinum infundere, à prisco ritu, qo cornibus animantium vinum qod biberent, infundebant.* Siqidem, ut Athenæus *dipnosophist.* l. 11. Τοὺς πϱώτους λέγεται τοῖς κέϱασι τῶν βοῶν πίνειν· διόπεϱ καὶ ἔτι νῦν ἐκ τῶν κεϱάτων κατασκευάζεται. *Priscos homines fama fert boum cornibus bibisse. Sed & ad hunc usqe diem manet in usum ejusmodi cornuum paratura.* A Pindaro inducuntur Centavri ἐξ ἀϱγυϱέων κεϱάτων πίνοντες, *ex cornibus argenteis vinum bibentes. Argentea* avtem dixit non ex argento confecta, sed argento circumligata: qomodo Theopompus in *Philippicâ* 2. Τοὺς Παιόνων βασιλεῖς τῶν βοῶν τῶν παϱ' αὐτοῖς γινομένων μεγάλα κέϱατα φυόντων εἰς χωϱοῦντα τϱεῖς ἢ τέτταϱας χόας, ἐκπώματα ποιεῖν ἐξ αὐτῶν, τὰ χείλη πεϱιαϱγυϱοῦντας, καὶ χϱυσοῦντας· *Peonum*, an *Pannoniorum* (Græcis enim solenne est istos confundere, licet sedibus longè dissitos) *Reges, ex boum cornibus, qæ tam ampla apud illos habentur, ut tres qatuorve congios singula capiant, pocula conficere, qorum labia sint argento avrove circumligata.* Qod Plinius l. 11. c. 37. de populis, non de Regibus solis. *Urorum cornibus Barbari Septentrionales potant; urnasqe binas capitis unius cornua implent.* De Sevthe Thracio Rege pariter cum suis Græcos convivio excipientibus. Xenophon *Expeditionis Cyri* l. 7. Κατὰ τὸν Θϱᾴκιον νόμον κέϱατα οἴνου πϱοὔπινον, *Vinum è cornibus ritu Thracio porrigebant.* Et lib. 6. apud Paphlagonas agentes; Κατακείμενοι ἐν στιβάσιν ἐδείπνουν, καὶ ἔπινον κεϱατίνοις ποτηϱίοις. *In stramentis accumbentes canabant, & poculis corneis potabant.* Sed & Philippum Macedonem ait Lycurgus *Orat. adversus Demadem*, πϱοπίνειν κέϱατι, *ex cornu convivis suis propinasse.* Verum Athenienses, ex tabulis publicis docet idem Athenæus, ex solido etiam argento in cornuum effigiem confecta pocula habuisse, qæ & κέϱατα dicebantur: unde inter δημιόπϱατα h. e. *bona publicata*. Κέϱας, ἔκπωμα ἀϱγυϱοῦν, *cornu, poculum argenteum*: qalia & apud Æschylum in *Perrabeis*, κέϱατα ἀϱγυϱήλατα, *cornua ex argento ductilis, qorum* στόμια (neqe enim opus est, cum Campensi, ἐπιστόμια legamus) χϱυσοῖ, *ora avrea*, vel *avrata, erant.* Inde itaqe volunt, καὶ τὸ κεϱᾶν καὶ τὸν κϱατῆϱας, & κιϱνᾶν, dictum pro *infundere*, in poculum scilicet ac *propinare*, & *crateris* nomen de *pocula* usurpatum. Nonnus *Dionysiac.* lib. 12. de Bacchlo,

> *Καὶ δέπας ἀγκύλον εἶχε βοὸς κέϱας.*
> *Incurvumqe habuit cyathum cornu bubulum.*

Et pavlò post de ejusdem assectis;

> *Καὶ βόες ἀϱχόνοῖο κεϱάασιν ἀντὶ κυπέλλων*
> *Μήπω φαινομένων ἴδον ὕστεϱον ἐξέτι κείνου*
> *Θέσκελον ὄμβϱον ἔπινον κεϱαιϱομένοιο.*
> *Cornibus & bubulis havsere loco cyathorum;*
> *Qi nondum extiterant: unde & per secula factum*
> *Vina κεϱάννυσθαι post multa ut diceret usus.*

Ego vero malim de origine τοῦ κεϱάω verbi Stephano Guichardo assentiri, qi ab Hebraico vel חרה vel הרג deducit, qod utrumqe miscere significat: nam, à קרן qod *cornu* significat descendere τὸ κέϱας, sicut & ὁ κέϱαυνος à קרן *coruscare, fulgere*, vix est, opinor, ut qisqam negaverit.

Altera ergo significatus hujusce ratio ab eis datur, qi à more censent tractum passim recepto, vinum aqâ diluendi: atqe ita Piscator in Lyrodi illum de qo agimus locum, Ὅταν γὰϱ συμμίσγωσι τῷ οἴνῳ τὸ ὕδωϱ, κεϱάσαι φασίν. *Etenim κεϱάσαι se dicunt, cum vino aqam admiscent.* Athenæus l. 11. unde & κϱᾶμα dictum. Idemqe operis ejus-

A dem l. 10. de *miscendi* ratione multis differit, & l. 2. *pag.* 45. C. ex Staphyli nescio cujus avtoritate, Melampodi tribuit inventum hoc. Στάφυλος δέ φησι, inqit, τὴν δὲ οἴνου κϱᾶσιν Μελάμποδα πϱῶτον εὑϱεῖν. *Staphylus vini diluendi modum à Melampode primum inventum fuisse dicit.* At Staphylo ipsi tribuit Plinius l. 7. c. 56. *Vinum aqá misceri Staphylus Sileni filius*: qanqam *Staphylum* Grammatici, non *Silem* sed *Liberi patris* ajunt fuisse, *filium*, à qo & σταφυλὴ *uva* sit dicta. Verum Athenæi excerpta illa (integrum enim hac in parte non habemus) vitiosa, & mutila etiam,

B esse videntur. Ipse idem l. 5. σύμμιξιν οἴνου κϱᾶσιν Athenienses refert ab Amphictyone Rege edoctos. Et rursus *l.* 15. ex Philonide medico, *de unguentis & coronis*, casu qodam id primò repertum, cum post meri ingurgitationem immodicam, unde crapulam insignem contraxerant, dum pocula repetunt, craterem, in qo vini residuum aliqod supererat, pluviâ, qæ interim deciderat, repletum deprehendissent, vinum aqâ dilutum innoxium jam experti. Verum certum aliqem instituti hujusce avtorem assignare, nihil opus est; fabulæqe propiora ista sunt. Qum enim

C usu ipso edocti mortales, vini fervorem vehementiamqe adverterent, & incommoda gravissima à meri usu familiari enata observarent, admissâ, admistâqe aqâ vim illam aliòqi noxiam nimis, attemperare nitebantur. qod cum in consvetudinem jam concessisset, inde factum est, ut οἶνον κεϱάσαι dicerentur, ubi *propinabant*, etiamsi aqæ nihil immitterent. ἄκϱατος ergò κεκεϱασμένος, fuerit *merum meracum*, sive (qod & viro Cl. Casavbono visum) qod Archilocho & Apollonio, χαλίκϱητον μέθυ. Sic enim Archilochus apud Athenæum *l.* 1.

D

> *Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκϱητον μέθυ.*
> *At is meracum plurimum bibens merum.*

Et Apollonius Argonavt. *l.* 1.

> *Πῖνε χαλίκϱητον λαϱὸν μέθυ.*
> *Largiter ille merum inde meracius absorbebat.*

Ubi Scholia: Χαλίκϱητον, τὸν ἄκϱατον· τὸν χαλῶντα τὰς φϱένας. *Merum*, sic dictum, *qod mentem solvat ac relaxet*, unde & ἄκϱατος sive *merum* χάλις Atheniensibus sit dictum. Hesychius item, Χάλις, ὁ ἄκϱατος οἶνος, καὶ ὁ μεμηνὼς ἢ κεχαλασμένος τὰς φϱένας. Χάλις, *merum, qod & ad insa-*

E *niam redegit & laxavit mentes.* Svidas item, sed vitio non uno mendosus. χάλις, εἶδος ὄνου. legendum οἴνου· qod Portum fefellit, qi errore crasso brutoqe satis, *Chalis asini genus*, vertit. Et χαλίκϱητος πότος, lege πότος) ὁ χαλῶν τὰς φϱένας, καὶ χαλίκϱητον, μὴ κεκϱαμένον. χαλίκϱητος πότος, *potus laxans mentem. Et non temperato, non diluto.* Ex epigrammate;

> *Κεῖτο χαλικϱήτῳ νάματι βεβϱεγμένη.*
> *Jacebat mero liqore gravata.*

Sic enim & Evstathius ad *Odyss.* γ. Χάλις ὁ Διονύσιος· ἐξ ἐκείνου

F δὲ καὶ ὁ ἄκϱατος οἶνος. Χάλις *Bacchus: ab illo & merum.* qanqam idem ad *lib.* ψ. χάλιξ οἶνος, ὁ χαλῶν ἢ ἀνιεὶς ἡμᾶς, ἢ ἀκϱοχάλιξ οἶνος, μεθύων; χάλιξ, *vinum, laxans & remittens nos, & ἀκϱοχάλιξ οἴνῳ ebrius*, qo tamen loco, τῷ σώφϱονι ἤτοι πεϱίφϱονι τὸν χαλίφϱονα, *prudenti dementem*, opponi tradit. Et Etymologus; χαλίφϱων, κυϱίως ὁ ἐν μέθῃ ἀφϱαίνων· χάλις γὰϱ ὁ ἄκϱατος οἶνος, παϱὰ τὸ χαλᾶν, καὶ ἀνιέναι ἀτϱαφεῖς τὰς φϱένας. χαλίφϱων, *proprio vino demens: χάλις enim est merum à mentes eleganter laxando & remittendo.* Ita si Evstathio fides, tam χάλιξ qam & χάλις

G dicitur, & ab illo ἀκϱοχάλιξ, ab isto χαλίφϱων derivatur. Hipponax,

> *Ὀλίγα φϱονοῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες.*
> *Mentis facit egentem meraci potio.*

qod Menander apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 18. Antonium Meliss. *lib.* 1. *cap.* 41. & Maximum *Collect.* c. 30.

> *Ὁ πολὺς ἄκϱατος, ὀλίγ' ἀναγκάζει φϱονεῖν.*
> *Inopiam mentis fert temeti copia.*

Dilutè ergò nimis, in qibus tamen Vatablus & Schindlerus, qi infractâ & enervatâ vi dictionis propheticæ, apud Lyrodum sacrum, *diluto plenum* reddidere. Eodem planè modo τὸ κεκεϱασμένον hic sumitur, qo τὸ κεϱάσαι, qod & Erasmus prior animadvertit, in ejusdem Apocalypseos cap. 18. v. 8. verbis illis; ἐν τῷ ποτηϱίῳ, ᾧ ἐκέϱασε, κεϱάσατε

κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν. *In poculo qod propinavit, propinate ei duplum.* Ita enim malim, cum H. Stephano, qia prægnantius est, qam avt cum veteri interprete, *In poculo qod miscuit vobis, miscete illi duplum:* avt cum Beza, *In poculo in qod infudit vobis, infundite ei duplum.*

Sicut avtem τὸ κερᾶν, sic & τὸ μίσγειν in eandem mentem usurpatur, ubi nulla liqoris peregrini intervenit *immistio. Iliad. γ. v.* 270. de præconibus dicitur, ad pacta conventa inter Troas Grajosqe concipienda & sancienda adhibitis;

> Ὅρκια πιστὰ Θεῶν σύναγον, κρητῆρι δ' οἶνον
> Μίσγον· ἀτὰρ βασιλεῦσιν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευον.
> *Res necessarias ad fœdera fida Deorum cogebant, cratere vero vinum*
> *Miscebant: regibus avtem aqam supra manus fundebant.*

Ubi ὅρκια, τὰ σφάγια, Evstathius; *hostias ad pacta sancienda mactandas.* sicut חג ἑορτή LXX. i. e. *festum* pro *victimâ die festo immolandâ.* Hymn. 118. v. 28. tum *vinum in cratere miscere* dicuntur; qo Deis utiqe libaretur; *aqam regum* in pacta convenientium *manibus affundere*; ὡς μέλλοντι θύειν, inqit Evstathius; *utpote qi sacra facturi essent*; qod χερσὶν ἀνίπτοις, i. *manibus illotis* fieri nefas. Verum, ut ego existimo, etiam qo *manus puras* fore & insontes a pactorum sanciendorum violatione omni habituros se, ritu illo pollicerentur. Cujusmodi fere ritus ille *manuum lavandi*, populi Israelitici principibus, in casibus qibusdam, à Deo per Mosen, præscriptus Devter. c. 21. v. 6. & à Pilato etiam; sed dicis cavsâ incassùm, usurpatus. Matth. c. 27. v. 24. Et *aqa* igitur adhibita est, sed seorsum à *vino*, & usui disparato: ad Deûm honorem illud, ad munditiem humanam ista: ad libationem illud, ista ad lotionem. *Aqam* enim in *libationibus vino immiscere*, qod & supra monuimus, à religione alienum habebatur: ἄκρητοι γὰρ ἐλείβοντο αἱ σπονδαί. *è mero fiebant libationes:* inqit Evstathius, unde & Nestori *Iliad. β. v.* 341. σπονδαὶ ἄκρητοι· *sacramenta vini libatione sancita.* nec id mysterio vacabat.* Siqidem, inqit avtor idem, Ἀκρήτῳ οἴνῳ ἔσπενδον, αἰνιττόμενοι τὸ τῆς γνώμης ἀμιγὲς ψευδοῦς καὶ ἄδολον. *Mero meraco libabant, qo animum sincerum & fuco doloqe omni purum designarent.* Qo eodem trahit Apostolus τὸ ἄζυμον, *panis fermenti expertis* in sacris usum, εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας· i. e. *sinceritatis ac veracitatis tesseram*, Cor. Ep. 1. c. 5. v. 8. horsumqe spectare potest, illud Esajæ c. 1. v. 22. *Vinum tuum aqâ inspurcatum est.* Ut tam ad sacra libamina, qam ad artes fravdesqe cavponarias alludatur. Optimèqe *inspurcatum*, Junius. Siqidem, *Vinum, spurcum*, dicebatur; ut Festus ex Labeonis Antistii *de jure Pontificio l.* 10. *qod sacris adhiberi non licebat: qale erat, cui aqa admixta erat, defrutum, igne tactum, mustum, anteqam deferbuisset.* Sed & οἶνον ὕδατι μιαίνεσθαι, *vinum aqâ inspurcari*, dixit Getulius in *Antholog. lib.* 2. *cap.* 9. *Epig.* 10.

> Εὐχαίτα Διόνυσε, σὲ δ' ὕδασιν οὐκ ἐμίηνεν.
> *Bene comate Dionyse, te in aqis non fœdavit.*

Qod avtem enarrator Homericus, κρητῆρι μίσγειν οἶνον, *vinum cratere miscere*, dictos vult præcones, ad *vina plura* intuitu habito, Troum scilicet & Achivorum, nec certum satis, nec necessarium videtur. Etiamsi enim Scythas proditum sit ab Herodoto *l.* 4. & Luciano in *Toxari*, sangvinem eorum, qibuscum amicitiæ fœdus inviolabile sancire volebant, cum suo unâ immistum, sibi invicem propinare. Qod idem & de Carmania ex Posidonio Athenæus l. 2. non est tamen verisimile, vinum Troas, qod libabant ipsi, in Achivorum craterem immisisse, cum sacra sua & peculiaria, qæ seorsum procurabant, gens utraqe habuisse merito credatur; ut tam vinum suorum tantùm præco Græcus, miscuisse, qam principum suorum manibus aqam affudisse, prout & suis Phryx aliqis ministeria eadem exhibuisse, videatur. Satis avtem habuit poeta popularium suorum, barbarorum insuper habitis, ritus retulisse. Sed nec ad istuc confugere opus est: qum τὸ μίσγειν istic idem sit plane qod τὸ κερᾶν, & eodem, qo & illud, sensu usurpetur, nec aliud qicqam sit κρητῆρι μίσγειν, qam *in craterem infundere*, avt etiam *infusum propinare*, sive *libare* etiam. Qin & *miscere* Latinorum, qod à Græcis mutuati sunt, eundem apud suos qoqe usum obtinuit, ut de *propi-*

A *natione* nempe simpliciter usurpetur, citra ullam liqores confundendi notionem. Juvenalis *Sat.* 5.

> —— *nescit tot millibus emptus*
> *Pauperibus miscere puer.*

— i. e. *porrigere, propinare.*

De Ganymede Naso *fabul.* l. 10.

> *Arripit Iliaden, qi nunc qoqe pocula miscet,*
> *Invitaqe Jovi nectar Junone ministrat.*

Cicero ipse *de Finibus* l. 2. *Dico ergò in eadem voluptate eum qi alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & eum qi illud sitiens*
B *bibat.* Disertissime Martialis l. 13. Ep. 108.

> *Attica Nectareum turbatis mella Falernum:*
> *Misceri decet hoc à Ganymede merum.*

merum, inqit, *non mistum, misceri debet*: idem l. 9. *Ep.* 37. sub Jovis Ganymedem alloqentis persona;

> *Qis mihi qi nectar misceat, alter erit?*

Et l. 8. *Epigr.* 6.

> *Hic scyphus est in qo misceri jussit amicis*
> *Largiùs Æacides, & bibit ipse merum.*

allusit ad Homericum illud, de qo priùs dictum, Ζωρότερον δὲ
C κέραιε· certè non is erat Achilles, qi *mistum* amicis præberet, cum potaret ipse merum: idem l. 11. Ep. 8. meracum planè ministrum poscens;

> *Misce dimidios, puer, trientes,*
> *Qales Pythagoras dabat Neroni:*
> *Misce, Dindyme, sed freqentiores,*
> *Possum nil ego sobrius* —

Qum ergò & *miscere* Latinum, & μίσγειν Græcum, qod utrumqe ab Hebraico vel מזג vel מסך descendit, utrumqe hoc sensu creberrimè usurpatum occurrat passim, qid
D ni & מסך apud Hymnodum nostrum pariter sumatur, pro *vino* ipso *calix* ille, qem *manu sua tenere Dominus* dicitur, qodcunqe illud fuerit, impletus perhibetur. Itaqe non malè Brentius, *Plenus infuso vino*, reddidit. In eandem certè mentem etiam verbum מסך in sacris literis adhibetur. Salomon Parœm. c. 9. v. 2. *Sapientia vinum suum miscuit.* i. *paravit, & crateribus infudit*: qo modo apud Homerum Odyss. α. τὸ κεράσαι usurpatum observavimus. Atqe ita LXX. ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα. Ubi inepit planè Isidorus Pelusiota, dum *Epist.* 3. *lib.* 2. qerenti Timotheo cur
E non ἄκρατον potiùs proponat, οὐ γὰρ, inqit, ἴσχυε ἂν ἡμᾶς ἄλλως νοῆσαι. *Qia nos alioqi neutiqam percipere possemus*: & *divina documenta*, cum sint *imbecillitate nostra superiora, sermonibus exemplisqe corporis temperata, misturæ* nomine vult intelligi. Esajas c. 5. v. 22. למסך שכר *Væ strenuis ad potandum vinum, & robustis ad miscendam siceram.* i. ut rectè Piscator, *ad infundendam, infusamqe bibendum*; vel etiam uno verbo, *propinandum*. Nam *poteres isti*, inqit ille, *non videntur miscuisse vinum aqâ, sed infudisse ac bibisse merum.* Idemqe ad propinandi ritum alludens cap. 19. v. 14. *Misce-*
F *bit Dominus in medio ejus spiritum vertiginis.* i. e. *infundet* (sive *propinabit*) *eis potum, qo havsto vertigine corripientur.* Piscator. Sed & מזג eodem modo, qo מסך istic, Cantic. c. 7. v. 3. *Umbilicus tuus, ut crater, ex qo nunqam deficit* מזג *mixtio.* Ubi male Piscator, qasi sui ipsius oblitus: *i. e. vinum aqâ mixtum.* Qorsum enim potius, qam *merum meracum*, idqe generosissimum, ubi præstantissima qæqe prædicantur? Ex ממסך Parœm. c. 23. v. 30. *Cui væ? cui jurgia? cui loqacitas? cui vulnera citra cavsam? cui rubedo oculorum? apud vinum immorantibus; euntibus inve-*
G *stigatum mixtionem.* Ubi perperam rursùs Piscator. *i. e. vinum mistum; aqâ scilicet propter generositatem*: at Falerni potores bibuli isti merum investigabant, non aqâ dilutum, qod passim habebatur, nec illorum palato gratum erat. Deniqe Esajæ c. 65. v. 11. dicuntur Israelitæ idolis addicti, *turmæ cœlesti mensam instruere, & numero illi* ממסך *mistionem implere*; i. e. *calices potu implere*, ut rectè Junius. Et Piscator, ad se illic reversus denuò; *Mixtione, i. e. vino: sic Prov. c.* 23. *v.* 30. *sic avtem nominatur vinum poculo infusum, qia misceri solebat & temperari aqâ.* Rectè; ea phraseos ratio. Verùm in libaminibus id facere abhorrebant: hoc avtem loco, qod & idem monuit, *libamen* intelligitur. Qin & cum τὸ κέραμα e κέρασμα nempe contractum, idem sit planè notationis ac originationis ratione, qod מסך מזג

&

& כמסך Hebræis: etiam istud qandoqe pro *vino* simpliciter, sive *mero*, sive *musto*, citra discrimen usurpatur. Sic enim *ad Pindari Olympionicas Oden.* 7. ubi Oden eam Lyricus sic inchoaverat,

> *Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀ-*
> *φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν,*
> *Ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοι-*
> *σαν δρόσον, δωρήσεται*
> *Νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων.*
>
> *Phialam ut siqis à*
> *Manu sumptam opulenta,*
> *Intùs vitis spumantem, rore donet*
> *genero juveni propinando.*

Scholiastes; *Προπίνειν ἐστὶ κυρίως τὸ ἅμα τῷ κράματι τὸ ἀγγεῖον χαρίζεσθαι. Προπίνειν est propriè, una cum vino vas, sive poculum, qoqe largiri.* Neqe probare possum, qod vir doctissimus, qi eruditionis variæ fætas *in Longinum notas* edidit, *simul cum diluto poculum donare*, vertit. Neqe enim id enarrator voluit; & qem enarrat, multo minùs: cum *ἀμπέλου δρόσον, vitis rorem* dicat, (sicut *ἀμπέλου δάκρυον, vitis lachrymam* Epigrammatarius *Anthol. l.* 2. *c.* 34. *Ep.* 4. qod est *merum* ipsum, & huic poema suum conferat. qod *νέκταρ χυτὸν, Μοισᾶν δόσιν, nectar fusum*, an *fluidum*? (*αὐτόχυτον καὶ ἄκρατον*, Scholia) *Musarum donum* nuncupat; & *diluto* collatum indignaretur: sed nec in convivio nuptiali *dilutum*, vir locuples & magnificus, *φιλοτησίαν* genero novitio, avt propinaturus, posceret, avt propinando, porrigeret. Itaqe qod *κρᾶμα* Scholiastes, *οἶνον* Suidas. *Φιλοτησία, ἡ φιάλη ἡ διδομένη ἐν τοῖς πότοις· ἐν γὰρ τοῖς συμποσίοις φιλοφρονούμενοι ἀλλήλους, ἐπεδίδοσαν οἴνου κύλικας, ἣν φιλοτησίαν ἐκάλουν. καὶ φιλοτησίαν προπίνειν ἐστὶν, ὅταν τις ἐν ἀρίστῳ ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτῷ φιάλης πιὼν μέρος, τὸ λοιπὸν παράσχῃ φίλῳ, καὶ τὴν φιάλην χαρισάμενος. Φιλοτησία, ipsa phiala, qa dabatur in compotationibus. In conviviis enim alii alios amice excipientes tradebant vini calicem, qem philotesiau vocabant. Et φιλοτησίαν propinare est quum qis in prandio de phiala ipsi data, postqam havsit partem, reliqum vinum amico, simul & phialam largitur.* Ritum hunc, *pateram, qa vinum porrigebatur, dono dandi*, spectant Demosthenica illa, in *Oratione adversus Æschinem de corona*; *Ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες, ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας, τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες, πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρῳ. Homines spurci, & adulatores, patria sua qiqe mutilatores, qi libertatem, Philippo ante, nunc Alexandro, propinarunt.* Qem locum imitatus Dunæo nostro observatus Joannes Chrysostomus *in ad Cor. Ep.* 1. *Orat.* 35. ubi de Judæis; *Οἱ δὲ καὶ ταύτην (κενὴν δόξαν) τῷ διαβόλῳ τὴν οἰκείαν προὔπιον σωτηρίαν· Qi propter gloriam inanem conseqendam, propinaverunt Diabolo salutem suam.* Eundemqe tangit Ulpianus ad illud Rhetoris ejusdem in *Oratione adversus eundem de Legat.* *Συνεπρόπινεν, καὶ συνεπηγάνιζε. Φιλίππῳ καὶ φιλοτησίας προὔπινε· Φιλοτησία*, inqit, *ἡ κύλιξ, ἣν κατὰ φιλίαν τοῖς φίλοις προὔπινον· ὅπερ φιλεῖ γίγνεσθαι ἐν συμποσίοις τὸ δεξιοῦσθαι ἀλλήλους τοῖς ποτηρίοις· πολλάκις καὶ ταῦτα τὰ ποτήρια χαρίζεσθαι τῷ βασιλεῖ, οἷς προὔπινε, χρυσᾶ ὄντα· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ προπίνειν. Φιλοτησία est calix, qem ex amicitia amicis offerebant: solebant in conviviis se invicem benigne poculis excipere; sæpius qoqe pocula, qibus propinabant, aurea Regi donare: hoc enim propinare erat.* Exemplum habes in Xenophontis Cyro. l. 8. ubi de Pheravla Sacam convivio excipiente, *Τὰ ἐκπώματα αὐτῷ ἃ ἔλαβε παρὰ Κύρου ἐμπιμπλὰς προὔπινε καὶ ἐδωρεῖτο· Qa à Cyro acceperat, pocula cum implesset, ei propinabat simul ac donabat.* De eodem ritu plura habes apud Athenæum *Dipnosophist. l.* 5. *&* 11. Qi & idem operis ejusdem l. 13. narrat ex Charete Mitylenæo *Histor.* l. 10. Omarten Regem Marathoneum cum Odatin nomine filiam nubilem haberet, proceribus ad epulas invitatis, filiæ in mandatis dedisse, *λαβοῦσαν χρυσῆν φιάλην καὶ πληρώσασαν, δοῦναι ᾧ θέλει γαμηθῆναι, phialam avream sumptam vino impleret, eiqe daret qem maritum vellet*, & mox de eadem. *δακρύουσαν κιρνᾶν τε βραδέως τὴν φιάλην, lachrymantem tardeusqe miscentem phialam,* A qia cum qem volebat ipsa, nondum adesse conspicaretur: qibus verbis, qod loco primò *πληροῦν τὴν φιάλην implere phialam* idem altero *κιρνᾶν miscere* dixit: qo etiam vocabulo sensu eodem est pavlò post usus, ubi ex Aristotele de *Massiliensium republica* nuptiarum apud illos contrahendarum ritum his verbis refert, *Ἔδει μετὰ τὸ δεῖπνον εἰσελθοῦσαν τὴν παῖδα, φιάλην κεκερασμένην ᾧ βούλοιτο δοῦναι τῶν παρόντων μνηστήρων, Cœnâ peractâ, puellam oportebat, ubi intraverat, phialam mixtam.* (h. e. qod supra dixerat, *impletam*) *è procis qi aderant, cuicunqe vellet ipsa porrigere*: Etiamsi avtem, qod B & Plutarchus monet, in *præceptis conjugalibus* (non in *de sanitate tuendâ*, ut Henricus Stephanus, ubi frustra qæras) *τὸ κρᾶμα καί τοι ὕδατος μετέχον πλείονος, οἶνον καλοῦμεν, vinum à parte nimirum præstantiore; non ampliore vocamus, etiam cui plus aqa admistum est.* Tamen & *κρᾶμα* & *οἶνον* in argumento hoc aliter sumi perspicuum est, nec *dilutum* sed *merum* exigunt *οἱ πρεσβῦται*. Nec aliter *τὸ κέρασμα* usurparunt LXX. interpretes Esajæ c. 65. v. 11. *πληροῦντες τῇ Τύχῃ κέρασμα. implentes Fortuna libamen.* & Theodotion Proverb. c. 23. v. 30. de *merum sectantibus*, *τῶν ἰχνευόντων τοῦ κεράσματι γίνεσθαι·* C ubi tamen LXX. *πότους convivia*: & *κρᾶμα* ipsum LXX. iidem Cantic. c. 7. v. 2. de qibus locis supra vidimus, Frustra ergò hic se torqent, qi *misceIam* *ejusmodi* aliqem sive apud Psalten, sive apud Evangelistam, somniantes, de *mistionis* ratione disceptant anxie, & secum invicem arietant, dum huc ille, ille aliò, trahunt. Mitto, qod de *felle*, Chaldæus: de *speciebus* (ut ille loqitur) *fortificativis*, Liranus. Brightmannus noster significatum vult, *diversa vini genera mera simul misceri; qa confusio multo citiùs ebrietatem gignat, & majorem perturbationem* D *efficiat totius corporis.* Qo modo Tucca apud Martialem l. 1. Ep. 19. dicitur,

> *— Vetulo miscere Falerno*
> *In Vaticanis condita musta cadis,*
> *Et dare Campano toxica dira mero.*

Et Philinus reverà apud Plutarchum, *Sympos.* l. 4. *c.* 1. observat, *τὰς ἀνωμαλίας λεγομένας τάχιστα μεθύσκειν, ex vinorum varietate adhibitâ homines celerius inebriari.* Cui adversum tamen aliqid supra exhibitum, ex Aristoteli tributis. Exponit avtem idem *merum mistum, judicium non resipi-* E *scentibus absqe misericordia exhibendum*: qod idem ferè & Baringvendus, & Aretius. Sicut contra Isidorus Pelusiota l. 1. Ep. 6. *Τὸ ποτήριον οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος, τὴν δικαίαν σημαίνει ἀνταπόδοσιν κεκραμένην φιλανθρωπίᾳ πρὸς μετάμελειαν. Calix vini meri musto plenus, divinam retributionem sive vindictam humanitate & misericordiâ temperatam designat, qa ad pœnitentiam invitet.* Secutus est is scilicet Græcos interpretes; qi ab Hebraicâ lectione abscedentes longè, qæ seqⅽuntur sic reddiderunt, *Καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο· πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη· Et deflexit ex hoc* F *in illud: sed tamen calix ejus non est evacuatus.* qæ verba respiciens Svidas, *Τρυγίας, ἡ ἀπὸ Θεοῦ ἡ χαλεπωτάτη τιμωρία, πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς· Trygias, supplicium a Deo gravissimum, omnes peccatores bibent.* acsi dixisset Vates, *Deum calicem, qem manu gestat, ita suis temperare, miscentium more, de vaso in vas defundendo, ut tamen fæx non effundatur, qa improbis scilicet havrienda supersit.* Rursusqe Isidorus idem l. 2. Ep. 172. *Ἄκρατος μὲν ἐστιν, ὡς εἴρηται, ἡ κρίσις, κιρνᾶται δὲ πρὸς τὴν ποιότητα καὶ ποσότητα καὶ πηλικότητα τῶν ἁμαρτημάτων. Merum oppitor, Dei* G *judicium est. Miscetur avtem, sive temperatur, pro peccatorum qalitate qantitate & numero.* Et veritati sanè consentaneum est, Deum pro hominum malefactis mala eisdem rependere, & atrociora designantibus acerbiora reponere. Sed & reverà, cum piis judicii divini calix lenitate ac misericordiâ temperatus porrigitur (*In æstu medio misericordia reminiscaris* Habac. c. 3. v. 2.) *tum impiis olim absqe ullo temperamento admovebitur. Ἡ γὰρ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος. Judicium citra misericordiam ei administrabitur, qi misericordiam non præstiterit.* Jacob. c. 2. v. 13. Verum ad Lyrici nostri mentem ista nihil faciunt: apud qem nec de piis mentio ulla, nec qi ad pœnitentiam peccatores invitet, sed qi peccatis pœnas justas plenasqe rependat, *calix* describitur: qem ideò *felle mixtum amaro* Chaldæus

dæus intelligit; & piis etiam *calix* idem alibi propinatus reperitur.

Sic enim Esajæ c.51. v.17. Dei populum Vates alloqitur. *Expergiscere, expergiscere, exurge Hierosolyma, qa bibisti è manu Dei* כוס חמתו *calicem excandescentiæ*, sive *furoris ipsius, crassamentum poculi horroris*, sive *tremoris bibisti, & exsuxisti*: idem planè dictum est de populo Dei, qod de terræ improbis illic dictum est. Unde mox eidem dicitur, v.21. *Audi ergò jam istud, ô afflicta, & ebria, sed absqe vino*: eleganter dixit שכרת ולא מיין *ebria absqe vino, temulenta sine temeto.* Sicut & de eisdem ipsis c. 29. v. 9. *Inebriantur, nec id tamen vino: vacillant*: (qomodo ebrii solent, Hymn. 107. v. 27.) *absqe sicerâ.* Est enim & μέθη ἄοινος, *absqe temeto temulentia.* Plutarchus *Sympos. l.7. c. 10.* Ὥσπερ τὰ νηφάλια Θεόφραστος εἴωθε καλεῖν ἄοινα συμπόσια· οὕτως ἄοινός ἐστι μέθη τῶν ἀπαιδεύτων ψυχαῖς ἐνοικοῦσα, ὑπὸ ὀργῆς τινος, ἢ δυσμενείας, ἢ φιλονεικίας, ἀνελευθερίας. *Qemadmodum Theophrastus sobrietas sympofia abstemia nuncupare solitus est: ita imperitorum animos occupat jugiter temulentia qadam abstemia, ab iracundiâ, vel malevolentiâ, vel litigandi studio, vel illiberalitate profecta.* Joannes Chrysostomus *contra Judæos l. 5.* Ἔστι καὶ χαρὰς οἶνον μεθύειν, καὶ νήφοντα παροινεῖν — μέθη γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ ἔκστασις τῶν ὀρθῶν λογισμῶν, καὶ παραφροσύνη, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὑγιείας ἀπολέσθαι. *Est & absqe temeto temulentia qadam, & qadam etiam in sobrietate ebrietas*, ab irâ, à libidine, ab ambitione, ab avaritiâ: *ebrietas enim qid est aliud nisi è recto rationis usu excessus, & desipientia, & sanæ mentis amissio?* Origenes *in Levit. Orat. 7.* *Est & mentis ebrietas: ebrii sunt multi qi sibi sobrii videntur. Iracundia animum inebriat, furor plusqam inebriat, inebriant libidinos; avaritia etiam rabidum reddit.* Basilius *de jejunio Orat. 1.* Θυμὸς μέθη ἐστὶ τῆς ψυχῆς ἔκφρονα αὐτὴν ποιῶν, ὡς ὁ οἶνος. Λύπη μέθη ἐστὶ καὶ αὐτὴ βαπτίζουσα τὴν διάνοιαν. φόβος ἑτέρα μέθη, ὅταν ἐφ' ἃ μὴ δεῖ γένηται; καὶ ὅλως ἕκαστον τῶν παθημάτων ἐκστατικὸν διανοίας ὑπάρχον, μέθη ἂν δικαίως προσαγορεύοιτο. *Iracundia animi temulentia qadam est, ebriam eam reddens, ut vinum solet. Mæstitia & ipsa temulentia est, mergens mentem: timor altera est temulentia, ubi præpostere habetur. Omnis denique in universum affectus qi mentem sede sua dimovet, temulentia jure merito dicatur.* ἔκφρονα *ebriam* reddidi, ἔκφρων enim *ebrius*, ut σώφρων *sobrius*: Et ea vera vocabuli utriusqe origo. Nec Platoni hoc tacitum, qi *de legib. l.1.* Θυμὸς, ἔρως, ὕβρις, ἀμαθία, φιλοκέρδεια, δειλία καὶ ἔτι τὰ τοιάδε, κάλλος, πλοῦτος, ἰσχὺς, καὶ πάνθ' ὅσα, δι' ἡδονῆς ἂν μεθύσκοντα παραφρονας ποιεῖ. *Ira, amor, insolentia, imperitia, avaritia, ignavia; sed & ejusmodi, qalia pulcritudo, opulentia, valentia, & reliqa omnia ea, qa voluptate inebriantia amentes faciunt.* Chriam qandam festivam in hanc mentem sub Charidemi personâ repræsentat Dio Prusæus *Orat.* 30. cujus hæc summa: *Missos à Deo in hunc mundum homines, tanqam ad festum qoddam celebrandum: astare avtem istis pincernas duos*, τὸν Νοῦν, καὶ τὴν Ἀκρασίαν, *Mentem*, & *Incontinentiam*: præstò avtem adesse *crateres duos*, τὸν μὲν τῆς σωφροσύνης, τὸν δὲ τῆς ἡδονῆς, *sobrietatis* alterum, *alterum voluptatis*: *Mentem* ergo, cui ministrat, cavtè admodum infundere, Μήπως τοῦ κεράσαντος ἁμαρτὼν, σφήλῃ τε διαστραφέντα καὶ καταβάλῃ. *Ne qo modo in temperaturâ peccans, convivam evertat & prosternat. Incontinentiam* verò plerisqe ἄκρατον τῆς ἡδονῆς ἐγχεῖν μηδὲ σμικρὸν σωφροσύνης παραμιγνῦσαν. *Voluptatem meracam infundere ne guttulâ qidem sobrietatis admista*: aliis modicum qid dicis cavssâ admiscere, sed qod citò diluatur & evanescat. Itaqe qibus illa porrigit, nunqam interqiescere; sed majoribus subinde poscere, donec capitibus mero isto gravatis, in vociferationes, pugnas, reliqa prorumpant eis solemnia, qi vino fuerint inebriati. Post alios, sed pauciores hos, vomitu levari, & ad mentem meliorem redire: γίνεσθαι γὰρ μετὰ σπαραγμοῦ τε καὶ λύπης, τὸ τῆς ἡδονῆς ἐκβάλλειν, *Difficulter enim hoc fieri; nec sine convulsione vehementiore & molestiâ insigni, ut voluptatem sic admissam qis egerat.* At plerosqe, qo plus havserint, eo sitire vehementiùs, & in statu isto persistere, donec *mors* qæ *somni* instar est, & sola potest eis mederi, obrepserit.

Inter ista avtem qæ per voluptatem inebriant, *Musica* genera qædam ponit Plutarchus loco supra designato: Τὴν μουσικὴν ἀποδείξομεν πολλῷ μᾶλλον οἴνου μεθύσκουσαν. *Musicam ostendit plus vino ullo inebriare. Ludorum* itidem idem, *Symposiac. l.7. c.8.* Τὰ δὲ παίγνια πολλῆς γέμοντα βωμολοχίας καὶ σπερμολογίας ἐπιδείκνυνται μιμήματα πραγμάτων καὶ λόγων, ἃ παντὸς μᾶλλον παραχαράττει τὰς ψυχὰς διατιθέντα. *Ludi multâ scurrilitate & vernilitate referti, rerum sermonumqe ea exhibent imitamenta, qa ebrietate ullâ amplius longè animos reddunt perturbatos.* Sed & Chrysostomus, *in Matth. Orat.* 37. qo loco conqeritur, μεθύειν διηνεκῶς ἀπὸ τῆς θεωρίας *à spectaculis jugiter inebriari* homines; πορνείας ἄκρατον τοῦ διαβόλου, καὶ ἀσελγείας κύλικας κεραννύντος, *fornicationis merum infundente, & intemperantiæ pocula miscente, Diabolo. Prosperitatem*, Demosthenes *Philip.* 1. Μεθύει τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων ὁ Φίλιππος. *Ebrius factus est Philippus rebus magnis prosperè gestis. Potestatem*, M. Horatius apud Dionysium Halicarnasseum *l.11.* Ἦ μεθύετε τῷ μεγέθει τῆς ἐξουσίας; *Num potestatis magnitudine facti estis ebrii? Rerum affluentiam*, Flaccus *Carm. l. 1. Od.* 37. de Cleopatrâ,

> *Regina fortunâ dulci ebria.*

Et de Mæcenate Seneca, *Epist.* 114. *Motum illi felicitate nimiâ caput.* Cui affine diverbium Belgicum, de homine protervo & arrogante, qem, avtore Drusio *proverb. clas. 2. lib. 3. adag. 132. pane ebrium* dicunt. At, qod ad Vatem nostrum propiùs accedit, Lucretius, *curis ebrium* dixit, *l.* 3.

> *Ebrius urgeris multis miser undiqe curis.*

qo modo de Cerere Nonnus *Dionys. l. 6. v. 31.*

> Περσεφόνης μεθύουσα μελεδῶσι. ——
> *Persephones ebria curis.* ——

Et propiùs adhuc Oppianus, qi *doloribus*, de balenâ *Halieut. l. 5.*

> — ὅτ' ἐξ ὀδυνάων θὴρ ὀλοὸς μεθύῃ. —
> *Ebria cum fuerit jam bellua sæva dolore.*

dolere etiam ac *molestiâ*, Basilius supra lavdatus, nec non *timore*, & *terrore*. Vates itidem *miseriis, molestiis, calamitatibus, cladibus à Deo immissis, populum ebrium factum* deplorat; cum malis istis jam exaturatus esset, qi ante mala ista confertim ac ubertim immissa, securitate altâ, ac stupiditate obstupescendâ ebrium agere videbatur. Thren. c. 3. v. 15. Nec dispar ratio apud Evangelistam Vaticinii Apocalyptici scriptorem. Siqidem ὁ οἶνος τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ. *Vino excandescentiæ divinæ* potandi denunciantur c. 14. v. 10. Οἱ ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας τῆς πόρνης τῆς μεγάλης πεπωκότες καὶ μεθυσθέντες. *Qi ex vino venenato scortationis meretricis Babylonicæ biberant priùs, eoqe fuerant inebriati* cap. 14. v. 8. & c. 17. v. 2. & c. 18. v. 3. Οἶνον θυμοῦ, *vinum venenatum*, verto, ubi de poculo scorti Babylonici agitur; βδελυγμάτων καὶ ἀκαθάρτου τῆς πορνείας γέμοντα, *abominationibus scortationisqe spurcitiis referto.* c. 17. v. 4. Neqe enim eis accedo, in qibus Beza & Brightmannus noster, qi *vinum excandescentiæ* eo loci vertunt, & interpretantur, *qa vel ipsa, vel ea potati, Dei iram in se accendunt.* Nec minùs istic ineptum, qod Vetus, & Tigurinus, *vinum iræ.* Malim qod Piscator, ἐξ οἴνου θυμοῦ· *Ex vino ferveris, i.e. fervente, fervido.* Ut utrobiqe vocabuli sensus sit idem: sed utriqe huic prætulerim, qod subjungit idem, *ex vino venenato*, seu *virulento.* Atqe ita Ambrosius de calice hoc Babylonio, *l. de Helia & jejunio, c.* 15. *Vas Apostolorum fictile est: sed in eo thesavrus est Christi. Avreum est hoc vas, poculum est: & in eo poculo venenum mortis, venenum libidinis, venenum fornicationis.* Vel etiam qod Josephus Medus noster, *potionato*: qod hic cumprimis qadrat. Sic enim de Cajo Imperatore Suetonius *l. 4. c. 50.* *Creditur potionatus à Casonia uxore, amatorio qidem medicamento, sed qod in furorem verterit.* Ejusmodi planè potio meretricia ista, qæ havrientes effascinet, & ad furorem prorsus adigat. Nos ab ejusdem originis vocabulo dicimus a poison'd cup. Recteqe idem observat, *vinum poculi utriusqe, & divini & meretricii*, οἶνον θυμοῦ dici; sed illud οἶνον θυμοῦ ὀργῆς, cap. 16. v. 19. *qa supplicio afficiendorum potio sit, qalis apud Judæos ad torporem stuporemqe inducendum propinata*; (qanqam ego malim, qalis ad cruciatum & exi-

 tium

tium procurandum præberi qibusdam solebat; de qo infra ulterius: talis enim hujus effectus describitur, cap. 14. v. 10.) *istud οἶνος θυμοῦ πορνείας, qo virus amatorium seu philtrum designetur; unde & φαρμακεία sive veneficium cap. 18. v. 23. nuncupatur; spiritualis nempe scortationis illecebra; ex consuetudine meretricum philtris & pharmacis amorem conciliantium.* Accedit, qod cap. 17. v. 16. insanus amor ille, qo philtro hoc potionati scortum priùs prosecuti fuerant, in odium tandem extremum vertisse narratur; qo modo Amnonis sororem incestus affectus. Reg. l. 2. c. 13. v. 15. De *pharmacis* certè istiusmodi, eorumqe geminis effectis insignia duo habentur Plutarchi testimonia; qæ transcribere non gravabor. Alterum est in *monitis conjugalibus*, his verbis conceptum. Ἡ διὰ φαρμάκων θήρα, ταχὺ μὲν αἱρεῖ καὶ λαμβάνει ῥᾳδίως τὸν ἰχθὺν, ἄβρωτον δὲ ποιεῖ καὶ φαῦλον· οὕτως αἱ φίλτρα τινὰ καὶ γοητείας ἐπιτεχνώμεναι τοῖς ἀνδράσι, καὶ χειρούμεναι δι' ἡδονῆς αὐτούς, ἐμπλήκτοις καὶ ἀνοήτοις καὶ διεφθαρμένοις συμβιοῦσι. *Qemadmodum escis medicatis cito facileqe capiuntur pisces, sed ut insalubres esuiqe inutiles fiant: ita qæ philtris & fascinis viros captant, voluptatisqe illecebrâ in potestatem suam redigunt, stupidos, vecordes ac corruptos plane vita socios deinceps habent.* Alterum est in dissertatione de *poetis avdiendis, c. 3.* Ἡ ἀπὸ τῶν φαρμάκων καὶ γοητείας πρὸς τὸν ἄνδρας ὁμιλία καὶ χάρις, οὐ μόνον ἐφήμερος καὶ αὐψίπορος καὶ ἀβέβαιός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ μεταβάλλουσα εἰς ἔχθραν καὶ ὀργὴν, ὅταν τὸ τῆς ἡδονῆς ἀπομαρανθῇ. *Qæ veneficiis fascinationibusqe comparatur, mulierum cum viris consvetudo gratiaqe, cum diuturna minùs, fastidio obnoxia, & instabilis est, tum in inimicitiam iramqe mutare proclivis, ubi voluptas jam emarcuerit.* Utrumqe in *potione meretricia* istâ promptum est deprehendere. Qod si qæratur, unde fiat, ut θυμὸς pro veneno usurpetur; ratio in proclivi fuerit. Mos est Hellenistarum qos vocant, sive Græcorum Hebraisantium, eas, diversas licet, significationes, vocabulo Græco alicui tribuere, qas admittit huic respondens vocabulum Hebraicum. Qum ergò חמה Hebræis, à יחם qod *fervere, incalescere* significat, tam *excandescentiam*, sive *iracundiam* designet, qi est fervor animi inordinatus & immodicus, qam & *virus*, sive *venenum*, qo viscera incalescere, corpusqe intumescere consvevit; natum inde, ut θυμὸς Hebraisantibus illis etiam pro *veneno* adhibeatur. Sic enim Jobi c. 6. v. 4. ubi conqeritur is, *sagittas omnipotentis infixas esse sibi; qarum* חמה *virus epotet spiritum ipsius,* LXX. ὧν ὁ θυμὸς αὐτῶν ἐκπίνει μου τὸ αἷμα. Devt. 32. vers. 32, 33. ubi Hebraice legitur חמת תנינם יינם וראש פתנים אכזר h. e. *Venenum draconum est vinum eorum, & virus, sive fel, aspidum immane.* LXX. reddunt θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος. Qo modo & posterius hoc Jobi c. 20. v. 16. reddiderunt: qod non assecutus Ambrosius, sive, qem is est secutus interpres, *furorem draconum* reddidit, *& iram aspidum.* Sed & apud Mosen commatio præcedente; qod dictum est; *Vitis eorum est è vite Sodoma, & è vineis Gomorrha, uva eorum,* ענבי ראש *uva veneni*, sive *fellis*, i. *virulenta, fellea, botri eorum amarissimi*; iidem σταφυλὴ χολῆς dixere. Ita חמה qod *virus*, sive *venenum* significat, nunc θυμὸν, nunc & ἰὸν reddunt, ut Hymno 140. v. 3. חמת עכשוב ἰὸς ἀσπίδων. Sed & רוש sive ראש etiam (nam utroqe modo scribitur) qod *fel* propriè significare plerisqe censetur, pariter, nunc θυμὸν, nunc χολὴν, vertunt. Ita Devter. c. 29. v. 18. *Ne sit inter vos radix ulla qæ proferat* ראש ולענה qod Junius & Piscator, *cicutam & absinthium.* Tigurinus, *fel & absinthium.* Pagninus, *venenum & absinthium.* LXX. ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ. Qos secutus Vetus interpres, *fel & amaritudinem*: qo modo & ῥίζαν πικρίας Apostolus dixit, ad Hebr. c. 12. v. 15. & χολὴν πικρίας Lucas, Act. c. 8. v. 23. Hymno 69. v. 26. *Indiderunt cibo meo, sive alimenti loco præbuerunt,* (ut Junius) ראש χολὴν LXX. *fel* Vetus. Meliùs, qam *amarorem* Junius. Nam Matthæus eò respiciens ὄξος μετὰ χολῆς, *acetum felle mixtum*, cap. 27. v. 34. Propinavit nobis Dominus מי ראש ὕδωρ χολῆς. LXX. *aqam fellis* Vetus. *felliam* Tigurinus. *succum fellis* Vatablus. *cicuta* Junius. Qod idem & interminatus inducitur ipse. cap. 9. v. 14. & cap. 23. v. 15. At præter illa superiùs allata, Amos cap. 6. v. 12. mutastis judicium לראש εἰς θυμὸν LXX. *in amaritudinem* Vetus. *in fel* Tigurinus. *in cicutam* Junius. *in venenum* Pagninus, cui favet qod Hosh. c. 10. v. 4. dicitur, *Et progerminat sive efflorescit* כראש *sicut cicuta judicium per porcas agrorum meorum.* Ubi tamen Vetus, *amaritudo*; Tigurinus *absinthium*; Pagninus *venenum, i. e. herba venenata*; Vatablus at LXX. εἰς ἄγρωστιν. Qod Abraham Esdraides, de *judicio ipsorum*, sive ab ipsis administrato intelligit, *qod cum svave sit, ubi rectum est, illi pervertendo, amarum reddiderint*, prout Amos supra conqestus est, c. 5. v. 7. qod idem & Jajrus & Camius habent; sed ita proponunt, ut de *judicio divino*, supplicioqe illis iniqitatis hujusce ratione infligendo, potiùs accipiant: qod Hieronymus qoqe Juniusqe sequntur. Nec aliter Chaldæus: cui tamen ראש hîc est *bestiarum malarum* sive, *serpentium virus.* Ego τὸ ראש censuerim, ubi serpentibus tribuitur (qo modo & alibi nonnunqam) *fel* significare, qod & *virulentum* pariter & *amarulentum* existat. Qanqam Judæi magistri inde dictum velint, qod sit *in serpentis capite* situm; unde Targum Amos c. 6. v. 12. exponit ריש חיון בישין *caput bestiarum malarum*, sive *animantium noxiorum*: & Hymn. 69. v. 21. כרירות רישי חלכין *fel capitum serpentium exitialium.* Hoc enim vox ibi usurpata in genere designat. Ista avtem qo concilientur, qum *fel a capite* sit longiusculè dissitum, vir πολυμαθέστατος Samuel Bochartus *Geograph. sacra, part. 2. l. 2. c. 15. Serpentis venenum ajunt*, inqit, *qoties iratus mordet, è cista fellis per angustos meatus ferri ad dentium radices, in sacculos in eum usum à natura ibi positos.* Id qod etiam viri nobilis avtoritate firmat, qi rei hujusce testis cum ἀξιόπιστος, tum & αὐτόπτης extiterit. De *felle* certè Plinius *Hist. nat. l. 11. c. 37. In felle nigro insania causa hominis, morsqe toto reddito; hinc & in mores crimen bilis nomine. Adeò magnum est in hac parte virus, cum se fundit in animum; qin & toto corpore vagum, colorem qoqe oculis avfert: illud qidem redditum etiam abenis, nigrescuntqe contacta eo; neqis miretur id venenum esse serpentium, qibus est portione maxime copiosum.* Nec ambigi posse credo, qin in venenatis *fel* cum primis virosum, venenosum, pestiferum & exitiale sit: idqe per varias corporis partes dispergi qeat; qod in aliis qoqe animantibus deprehendi, cum Plinius *ibidem*, tum & Aristoteles *Hist. animal. l. 2. c. 15.* observarunt. De meatibus illis ad sacculos ejusmodi a fellis vesicula in eisdem pertingentibus, dissectionum periti expertiqe viderint.

Cæterùm τὸ ראש etiam *stirpem* sive *plantam* aliqam designare, patet ex locis illis, ubi *aqa*, i. e. *succi ex rosh ista expressi*, ut rectè Camius, mentio fit, Jer. c. 8. v. 14. atqe adeò, ubi *progerminare* ea atqe *efflorescere* dicitur, idqe *in agrorum porcis.* Devt. c. 29. v. 18. & Hosh. c. 10. v. 4. ad qem locum tamen Hieronymum havd rite cepit Schindlerus, cum *herbam calamo similem*, &c dixisse illum affirmat. Neqe enim eis, qæ is recitat in *Pentaglosso*, verbis, Hebræorum ראש sed Græcorum ἄγρωστιν descripsit Hieronymus; esse avtem eam plantam herbamve aliqam, qæ non tantum *fellis* instar insigniter amara, sed venenata qoqe insuper sit, Camius etiam astipulatur, qi *herbam* esse monet *letiferam, cujus succo homines occidere* & e medio tollere consvevêrunt. Hunc avtem apud Athenienses constantem τοῦ κωνείου sive *cicuta* usum extitisse, notissimum est. Inde de Athenis Juvenalis *Sat. 7.*

Nil præter gelidas avsa conferre cicutas,

deqe Socrate, qi potionato illo poculo sublatus est, cum Persius *Sat. 4.*

— sorbitio qem tollit dira cicuta.

tum Seneca, Epist. 13. *Cicuta magnum Socratem fecit.* & Epist. 67. *Calix venenatus Socratem transtulit è carcere in cælum.* Proinde ראש Hebræorum cum planta ejusmodi existat, etiamsi stirpis herbæve species peculiaris incerta ignotaqe sit, tamen *cicutam* potiùs, qam avt *fel*, avt *absinthium*, avt *amaritudinem* reddere locis dictis sustinuerim.

Huic avtem ראש cognata, affinis saltem videtur לענה qæ & eidem juncta reperitur Devt. c. 29. v. 18. Jer. c. 9. v.

15.

15. & c.23. *v*.15. & Thren. c. 3. v. 19. seorsum qoqe Amos c. 5. v.7. & Thren. c.3. *v*.15. stirpem herbamve esse aliqam claret satis, at de specie havd minùs qam de alterâ illâ ambigitur; & incertos plane dimittunt nos Judæorum magistri. *Est herba amara*, inqit *ad Jeremiam* Jajrus: patetqe id ex Prov. c.5. *v*.4. Inde *absinthium* esse pleriqe volunt, cujus nota satis & notabilis est amaritudo. Apoc. c.8. v.11. atqe ita pleriqe vertunt interpretes, prout & nostri wormwood. At verò Jajrus idem *ad Mosen*, *Devt. c.*29. *v*. 18. *est herba amara*, inqit, *instar absinthiorum*. Non itaqe *absinthium* ipsum: qin & *absinthium* herba licet amara gustuiqe ingrata, utilis tamen & salubris est. At utrumqe istud & ראש & לענה sunt, ut rectè Camius *in Jerem.* סמי המות i. e. *pharmaca letalia*: qod *absinthium* procul dubio non est. Et לענה certè a לען Arabico nomen traxisse videtur, qod *execrari* significat, Gen. c. 3. v. 17. Marc. c. 11. v.21. & in eâ versione alibi sæpe: ut stirpem herbamve aliqam *execrabilem*, qia exitialis, designet. Proinde ut illam κώνειον sive *cicutam*, ita istam ἀκόνιτον & *aconitum* lubens verterim; idqe eo magis, qia *aconiti* vocabulum, non tantum pro specie una peculiari aliqâ, verum etiam pro veneno qolibet in genere usurpatur. Ovid. *Fabul. l.* 1

Lurida terribiles miscent aconita novercæ.

Juvenal. *Sat.* 6.

— pueris aconita parari.

Et *Sat.* 10.

— sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus.

Nec observatu istic prorsus indignum istud, qod in Jeremiæ vaticinio, c.9. v.15. Deus interminatur, se populum Judæum *aconito* isto *cibaturum*, & *cicutæ succum in potum daturum*. At in ejusdem Threnis c.3. *v*.15. conqueritur populus idem, *a* Deo *se aconito inebriatum*. Ut loco altero ad herbæ stirpisve *folium*, qod esui sit, altero ad *succum*, qi potui destinatur, respectus habeatur; istoqe qo miseriarum calamitatumqe copia uberrima designetur, tanqam vino qodam valentissimo caput obturbare nato, prout & alibi in locis superius allatis, *inebriati* perhibeantur.

Accedit, qod sicut *vino*, sed metaphoricè sumpto, adjungitur vocabulum qod & *fel & venenum* designet; ita de *vino* ipso qoqe hoc utrumqe prædicatur. Sic enim legere qosdam monet Campensis, qod ex Andocydæ medici ad Alexandrum Magnum Epistolâ lavdat Plinius loco supra indicato; *Vinum potaturus, Rex, memento te bibere sangvinem terræ: sicut vinum cicutæ venenum est: sic & vinum cicuta hominum. Pro eo qod vulgo exhibetur; sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum.* Qod medici monito minus qadrat. Isidorus *Origin. l.*20. *c.*3. *Veteres vinum venenum vocabant. Sed postqam inventum est virus letiferi succi; hoc vinum vocatum est, illud venenum.* Verum istud tam ridiculum, qam qod ibidem, *vinum* dictum vult, *qod venas impleat*: qanqam nihilo saniùs, qod Varro *de Ling. Lat. l.*4. *à vi*. Quin, qod & Plutarchus rectè monet *Sympos. l.* 8. *c.* 6. Græcum sit; nomenqe idem ferè liqor iste apud Hebræos, Arabes, Illyricos, Græcos, Latinos, Gallos, Germanos, obtineat, uti Camerarius *Problem. l.*4. q.3. observavit. Siqidem ab Hebræo יין fluxit οἶνος Græcum, ut rectè Stephanus Gvichardus, Joannes Avenarius, & Casparus Cruciger, ab οἶνος, digamma Æolico præfixo, *vinum*, qod ad Varronem & H.Stephanus & Josephus Scaliger indicarunt. At *venenum* primitùs pro *vino* usurpatum, nullo avtore, nullo teste affirmatur. Nam ut præteream, qod ex Mnestheo Varro in *Satyrâ*, cui titulus; si is sincerus est, Ὑδρογνώμων, forsan ὑδροχόος vel ὑδροχοοῦς fuerit, *Vinum nigrum virus efficere*. Eo qod *crassius* cum sit, qod ex Dioscoride supra monitum, sangvinem crassiorem creare natum sit. Aliud est qod κατὰ μεταφορὰν ἤγουν εἰκόνα *vinum venenum* appellatur, qia hoc illi pariles effectus obtineat. Itaqe Hieronymus *ad Evstochium*, (non *ad Furiam*, ut Joannes Savaro *ad Sidonium*, qi & ex Isidoro transcripsit qæ Hieronymi verba non sunt) *de custodiâ virginitatis*; *hoc primum moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno.* Idemqe *ad Nepotianum de vitâ Clericorum*: *qod si absqe vino ardeo adolescentia, & inflammor calore sangvinis, & succulento validoqe sum corpore; libenter carebo poculo, in qo suspicio veneni est.* Ambrosius *de Heliâ & jejunio, cap.* 14. in invitatores importunos & immodicos invehendo; *Qid te delectant damna sine gratiâ? rogas ad jucunditatem; cogis ad mortem. Invitas ad prandium, efferre vis ad sepulcrum; vina prætendis, venena suffundis. Qicqid enim nocet, venenum est: tollit sensus, viscera exurit; somnum infert, caput vexat. Etiam major vis vini qam veneni est. Merito Deus per Mosen non solum veneno, sed etiam draconum veneno vinum comparavit: & pulcrè addidit, insanabile. Multi enim colubrorum serpentum veneno curantur; nemo ebrietate. Certè veneno caro vulneratur, vino mens. Qis tale miscuit furoris poculum? qis tantum infudit mentibus venenum? Periclitatur homo actum esse de corpore; & ipse sibi reus est insaniæ voluntariæ.* Marcellinus *Hist l.* 15. de Gallis; *Vini avidum genus, affectans ad vini similitudinem multiplices potus: & inter eos humiles qidam, obtusis ebrietate continuâ sensibus, qam furoris voluntariam speciem esse Catoniana sententia definivit, rapiuntur discursibus vagis; ut verum illud videatur, qod ait defendens Fontejum Tullius, Gallos posthac dilutiùs esse poturos, qod illi venenum esse arbitrabantur.* Et hæc qidem Ethicè de *vino* dicta; Medicè verò, qod de eodem Coelius Avrelianus *de morbis tardior, l.* 1. *c.* 11. *Vinum omnino negamus, tanqam repugnans, & nihil à veneno differens.* At jocosè Martialis *l.*6. *Ep.* 78. de lusco, cui vino medicus interdixerat;

Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Et *Ep.* 92.

Cælatus tibi cum sit, Anniane,
Serpens in paterâ Myronis arte;
Vaticana bibis, bibis venenum.

Superstitiosè ac fabulosè, qod Manes ejusqe asseclæ, *vinum* dixere *fel* esse *principis tenebrarum*; ideoqe *vinum non bibebant*, cum tamen *uvis vescerentur*; ut Avgustinus *de Hæres. c.* 46. in hoc *Ægyptiis sacerdotibus* havd absimiles, qos ideò *vino abstinuisse* refert Plutarchus, *lib. de Iside & Osiride*, qod illud esse putarent, αἷμα γιγάντων τῶν πολεμησάντων θεοῖς, *sangvinem gigantum, qi adversus Deos bellum gesserant.*

Sed ut ad Mosen redeamus (desultoriam enim, non statariam agimus) Junius verba sic vertit, qasi collatio imparium designetur: *Superat vitem Sedomi, & superat vites Hamoræ vitis eorum*: ut מן istic comparativi loco usurpetur; idemqe dicatur, qod Ezek. c. 16. v. 48. populum Israeliticum Sodomitas ipsos impietate & impuritate antegressos: & est ea qidem formula freqens satis. Sic enim Eccles. c.7. v.1. טוב שם מאמן טוב *bonum est nomen præ ungvento bono*, h. e. melius hoc illud. Hymn. 18. v. 17. אמצו ממני *valuerunt præ me*, i. e. valentiores me fuerunt. Neqe necessarium videtur, ut (qod Drusius & alii pleriqe censent) adverbium יותר subavdiatur: cum מן in his formulis idem planè valeat, qod παρὰ Græcorum, *præ* Latinorum. Ut cum

Κέρδος αἰνῆσαι παρὰ δίκαν.
Ad lucrum laudandum præ justitiâ,

dixit Pindarus *Pyth.* 4. & Plato *Polit.* l. 2. ἐπαινοῦσι παρὰ δικαιοσύνης ἀδικίαν, *lucrum, & injustitiam, præ justitiâ lavdare.* Et cum Cicero *ad Sulpitium* l. 4. *Ep.* 4. *Tu præ nobis beatus*, h. e. nobis es beatior: & *in Lælio*, *Qi in ipsâ senectute præ cæteris floruisset*, h. e. plus cæteris floruisset. Nemo dixerit *magis* avt *plus* desiderari: nec Latinè, opinor loqeretur, qi *magis præ me beatus*, avt *plus præ cæteris floruisset*, diceret. Neqe proinde commode satis componi videntur cum Hebraicis illis, Græcæ ac Latinæ ellipses istæ, Iliad. a. 117.

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.
Volo ego populum salvum esse potius qam perire.

Et,

Καλὸν τὸ νήφειν, ἢ τὸ πολλὰ κραιπαλᾶν.
Bonum est potius sobrium esse qam sæpius esse ebrium.

In *Senariis* Menandro tributis. *Pacem qam bellum probabam.* Tacitus *l.* 1. *Claris majoribus qam vetustis*: Salustius. *Properantes, cito qam considerato cursu.* Ammianus *l.* 16. & *concito qam considerato assulta.* Idem l. 31. in qibus omnibus

bus collationis adverbium *magis* vel *potius* desideratur: qin & Erasmus, ad illud Lucæ c. 11. v. 14. *κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος, ἢ ἐκεῖνος·* qod vulgatus interpres reddidit, *descendit iste justificatus ab illo*; (cum sensus sit, *justificatus plus aut potius* (qod hic potius) *qam ille*: qo modo & Hieronymus adversus Pelagianos citavit: & Augustinus, *Ep.* 86. *magis justificatum* dixit publicanum) etiamsi vertendum potiùs censuerit, *justificatus præ illo*, vel *potiùs qam ille*, *qia hoc est apud probos autores usitatius*: suggerit tamen & Gellium alicubi sic locutum, *Friget ab illo*, pro eo qod est, *comparatus ad illum*: (qod &, ab Erasmo sumptum, puto, Drusius monuit de literis Moshe ve Caleb. *l.* 2. *c.* 1.) Ut *ab* Latinum etiam qandoqe haud secùs qam Hebræorum מן in formulis istiusmodi usurpari videatur. Nec ideò tamen Junii versionem hic probem; *Præ vite Sodoma* (est) *vitis eorum*: qia מן particulam nusqam sic usurpatam deprehendam, nisi ubi adjectivum aliqod, aut verbum, qod in adjectivum resolvi possit, adjectum sit: prout in exemplis supra positis advertere promptum est. Malo ergò, *…te Sodoma est vitis eorum*; *& è vineis Gomorrhæ*. Nam cur *vites Gomorrhæ* constanter reddant, non video cum שרמות *agros, arva, loca sata, & consita* passim designet, Reg. l. 4. c. 23. v. 4. Jerem. c. 31. v. 40. Habb. c. 3. v. 16. (atqe ita Camius illic exponit שרמה שדה תבואה *agrum, è qo fructus sive proventus aliqis percipitur*;) *stirpes vitesve* nusqam. *Vites autem à vite Sodomæ, & è vineis Gomorrhæ*; vitis, qasi inde translata, & ejusdem cum illis generis; par adcò geminæqe illis, acsi illarum propago foret. Sicut *principes Sodomæ*, & *populus Gomorrhæ*, Esajæ c. 1. v. 10. h. e. Sodomitæ & Gomorrhæi: qasi inde oriundi, qod popularium illorum mores imitarentur. Ita Jairus & Camius, *Qorum opera sunt similia Sodomitarum & Gomorrhæorum operibus.* Eodemqe facit, qod Ezek. c. 16. v. 3. populo eidem dicitur; *Progenies Canaanæorum es: pater tibi Amoræus, mater Hitthæa. Non qod ex horum genere procreati essent, sed ob consimilem impietatem*, ut Tertullianus *adversus Jud. c.* 9. sive ob impietatis & impuritatis consangvinitatem: qomodo *doctrinæ consangvinitatem* dixit idem *de præscript. c.* 32. *Istis enim eos non necessitudo, sed morum similitudo jungebat.* Origenes *in Rom. l.* 4. Siqidem *eorum filii dicimur, qorum mores imitamur.* Idem *in Ezek. Orat.* 4. *Et ordo rerum est, ut prosapiam mores enuncient.* Ennodius *Declam.* 4. *Suam qidem habebant illi gentem à gente Judæorum alienam. Verum Judæi impietates illorum imitando, invenerunt sibi parentes, non de qibus nascerentur, sed qorum mores sectando pariter damnarentur.* Avgustinus *in Joan. Tract.* 42. De qo amplius videri possunt & Origenes idem *in Ezek. Orat.* 6. *&* 8. & Gregorius *in Job. l.* 20. *c.* 11. *&* 17.

At Chaldæus (qod & Camius probat, nec spretum vult Drusius) de *supplicio* qoqe intelligit. *Supplicium illorum tale futurum est, qale fuit populi Sodomæ: & pro operum amaritudine amara futura est retributio: sicut vinum eorum est venenum serpentum; ita poculum, qod veneno tali miscebitur, bibent.* Et reverâ oraculi vicem habet, qod proverbio Græco dicitur, *Κακοὶ πίνουσι τῆς πονηρίας τὴν ὀμίχλην*, uti à Svidâ refertur; vel, ad metri leges concinnius, prout Erasmus restituit,

> *Πίνουσ' ὀμίχλην τῆς πονηρίας κακοί.*
> *Faces sua ipsius malitia bibunt mali.*

Scitumqe Attali Stoici illud, *Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit.* Refert Seneca *Epist.* 81. qi & ipse, *Minimum ex neqitiâ levissimumqe ad alios redundat; qod pessimum ex illâ est, &, ut ita dicam, spississimum, domi remanet, & premit habentem: illud venenum, qod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile: hoc habentibus pessimum est.* Sed & in eandem mentem Hierax Pythagoricus *lib. de Justitiâ.* unde ista excerpsit Stobæus qæ *tom.* 2. *tit.* 10. exhibuit; *Βλαπτικὴ ἡ κακία, ἐλάττον μὲν τὸν ἀδικηθησόμενον μέλλοντα, πλεῖστον δὲ τὸν ἀδικοῦντα διαφθείρουσα· ὅτι καὶ αὐτὴ αὐτοῦ τὸν πόνον λαμβάνει καὶ τὴν ἐκπέρσιν. ἐγγινομένη πρώτως, τὸν τεκόντα πρῶτον ἀναιρεῖ· καὶ πρὶν τινὰ ἐς τὸν ἄλλον φθάσαι, καὶ αὐτὸν λυμαίνεται· καὶ τῷ αὐτὸν αὐτοῖς ἐν χρῷ ἀδικοῦσιν τῇ βαφῇ· ὅτι γὰρ τῷ πυρὶ τὴν ποιοῦσαν ὕλην διαλαβοῦσα δύναμιν τὴν (οἷς τὴν, forsan) τῶν ἄλλων λύμην, πρὶν παντελῶς αὐτὴν ἀναλῶσαι —— οὕτω πᾶς ἄδικος, αὐτὸς τῆς κακίας πρῶτος γεύεται, πρὶν τις ἄλλος ὠφελῆσαι.* *Minùs lædit malitia eum, cui injuria infertur; eum plurimum, qi inferre molitur: ab autore enim motum atqe incrementum accepit. Excitata ergò autorem parentemqe suum primùm succendit; eumqe, priusqam pepererit, parturitionis doloribus inflammat, & dum emittitur, corrumpit; suoqe veneno tanqam tincturâ altiùs infixâ imbuit. Neqe enim ignis, materiâ, in qâ primum conceptus est, prætermissâ, ad aliorum noxam transire potest, donec eam ipsam priùs absumpserit prorsùs. —— Ita malitiam & improbitatem suam primo loco gustat injustus & improbus qisqe, anteqam in alios eam emittat.* Mali itaqe, qi *iniqitatem, velut aqam, imbibunt*, ut Eliphaz loqitur Jobi, c. 15. v. 16. h. e. aviditate eâ iniqa perpetrant, qâ sitientes aqam hauriunt; & dum hoc faciunt, venenum præsentaneum sumunt, qo animas suas & inficiunt & interficiunt etiam: (qod de Evâ Bernardus, *de gradib. humilit. lib.* 4. *Sect.* 1. *Havsit virus peritura, & perituros paritura*) & olim vindictæ divinæ calicem ad fæces usqe ingratiis insuper epotabunt. Ita futurum est, qod Salomon Parœm. c. 1. v. 31. *Ut comedant de fructu viarum suarum, & consiliis suis pravis exaturentur.* Cæterum non hoc est qod Moses voluit, apud qem verba illa, non sunt comminantis, sed increpantis; atqe (qod nec Camium latuit) rationem reddentis Dei, qare de profligandis ipsis & internecioni dandis, consilia intra se coqeret, in effectum qoqe daturus, nisi qod insolescendi ansam nollet hostibus datam; qia ingenio indoleqe adeò essent depravato, ut Sodomitæ ac Gomorrhæi potius, qam Israelitæ avt Judæi viderentur; nec qicqam ab ipsis proficisceretur, nisi qod noxium, pestiferum, letiferum existeret.

CAPUT VI.

Calix consolationis, *Jer.* 16. 7. *qis.* *Camii filii & Calvini expositio rejecta. Camii patris & Jairi admissa. Ellipsis observata. Lugentium consolandi ritus. Aliud condolere, aliud consolari. Explicatur Lemuelis monitum, v.* 6, 7. *Οἶνος πνευματικός. Vinum morti addictis porrectum. De eo qid Judæi. De aceto Christo in cruce porrecto qid nostri. A Raimundo Galatinum sua pleraqe sumpsisse. Raimundus is qis fuerit. De eo Scaliger lapsus. Acetum unde militibus ad crucem. Acetum milites & tenuiores qosqe potasse.* Acetum vini filius, *Proverbium Hebraicum.* Vinum culpatum. Acetum à vappa *dispescitur. ὄξος, & ὄξινος distingvuntur.* Vinum damnatorum, *Am.* 2. 8. *qid sit.* Panis violentiarum, *qid Prov.* 4. 17. *de illo notatus Galatinus; de isto Drusius.* Panis violentiarum; *ut* Panis falsitatis, *sive* fraudis, *Parœm.* 20. 17. Panis lapidosus, *qis & ubi habeatur. De eo Lipsius notatus. Pindari de male qæsitorum eventu.*

CApite præcedente cum ea absolverimus qæ de *calice primo*, qem *tribulationis* diximus; in eoqe idcirco diutiùs detenti simus, qia עמקה ורחבה ומרבה להכיל *profunda & patula est admodum patera ista, & immensa capacitatis.* Ezek. c. 23. v. 32. de reliqis duobus strictiùs exeqemur.

Alter est itaqe, qem huic subjungimus, & cui caput istud destinavimus, *calix consolationis.* Ita Jeremiæ nuncupatur, cap. 16. v. 7. כוס תנחומין qo loco gravissimas populo Judaico impendentes calamitates per vatem hunc prænuncians Dominus, neminem dicit futurum, *qi avt mortuos sepeliat, avt superstites soletur. Non divident*, inqit, *eis in luctu, ad consolandum ullum eorum ob mortuum: neqe poculum consolationis* (i. e. consolatorium) *propinabunt eis, ob patrem matremve ullius eorum defunctum.* David Camius, qem Vatablus & Calvinus seqentur, incisum prius interpretatur, *non expandet avt complodet, manus*, scilicet ea expansione & complosione, qam lugentes adhibere

hibere solent: ut sit פרס hic idem qod פרש Thren. c. 1. v. 17. *expandit Sion manus suas.* At Joseph Camius pater, & Salomon Jarus, qos sequntur Hieronymus, Junius, & Piscator (eodemqe concedunt interpretes Græci) *non divident*, sive *frangent eis*, *panem* nempe; qo modo Esajæ c. 58. v. 7. פרס לחמך *dividere*, *frangere*, *panem tuum egenis.* Nec est necessarium, ut לחם apud Jeremiam pro לחם legerint, (qod suspicatur Calvinus) qi sic sumunt: cum ellipsis esse queat; qalis illa, *sumite pro famulis vestris*, panem, scilicet Gen. c. 42. v. 33. *& exitura sunt ad hauriendum*, aqam, utiqe Gen. c. 24. v. 43. Tractam formulam ait Jairus à ritu popularium suorum, apud qos observabatur, ut *paterfamilias pane cum benedictione solenni fracto, convivium avspicaretur.* Qo trahit & de Samuele illud Reg. Histor. l. 1. c. 9. v. 13. ubi pro eo qod dicitur, *populus non vescetur, donec ipse venerit, qia ipse sacrificio est benedicturus: qod ubi fecerit, qi sunt invitati vescentur*; Chaldæus habet פרס כנא *ipse dividit*, sive *frangit, cibum.* Et hoc magis convenit cum scopo sermonis prophetici. *Consolatio* enim intendi significatur. At unà lugere ac *planctum edere*, non est *consolantium*, sed *condolentium*, condolentis saltem partes agentium. Nec planctum ciendo ac lamentando *præficæ* luctum levare, sed ciere, avgere, & ostentui habere nitebantur. Itaqe Plutarchus, *de exilio.* Τὸ συνεπιθρηνεῖν καὶ συνδακρύειν, ait esse, οὐ παρηγορίαν, ἀλλὰ συνηγορίαν τοῦ λυποῦντος. *Eos qi una lamentantur & lugent, lugentium dolori non suppetias ferre, sed fomenta subministrare.* Cæterum moris erat, ut calamitate aliqâ afflictos, puta, propinqi avt amici alicujus decessu, alloqendi consolandiqe cavsâ, convenirent necessarii, cibumqe secum aliqem ac vinum deferrent, qo convescendo ac compotando luctum eis aliqâ ex parte levarent ac lenirent. Tale ferè convivium describitur Jobi c. 42. v. 11. ubi dicuntur cognati, necessarii, familiares ejus cum convenisse, ac in domo ejus convivati, de malis qæ perpessus erat, condoluisse, h. e. affectum qem habuerant testatum fecisse, *ipsumqe de eisdem consolati*: qi ergò lugenti ab amicis in luctu adeuntibus porrigebatur, *consolationis calix* dici consveverat. Nec ab hoc longe abscedit, qod Lemuelis mater in commonitorio suo ad filium vers. 6, 7. *Date siceram pereunti, vinumqe amaris animo: qo bibendo miseriæ suæ obliviscantur, & molestiæ suæ memoriam diluant.* Inde πανσίλυπος ἄμπελος *mæstitiæ sedatrix vitis* dicitur, Evripidi in *Bacchis*,

— ὅτι βότρυος
Ὑγρὸν πῶμα, παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
Λύπης, ὅταν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς·
Ὕπνον τε λήθην τῶν καθ' ἡμέραν κακῶν
Δίδωσιν· οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων.

Qia nimirum

—— *uva latex mortalium*
E corde luctus atqe mæstitiam fugat,
Ubi vitis humor viscerum irrorat sinus:
Sed & diurnis dulce sedamen malis
Adfert soporem, remedium curæ unicum.

Hujusmodi poculum est, qod morti addictis, ad patibulum prodeuntibus, apud nostros etiam propinari consveverat, & S. *Ægidii Scyphus* dicebatur, qia secus templum ejus transeuntibus porrigi solebat: Qalem & apud Judæos ritum obtinuisse, ex Talmudico opere tit. *Sanhedrin* c. 6. discimus: qo loco ex avtoritate R. Chasdæ, dicitur. *Ei qi ad mortem ducitur potandum dari granum thuris in vini cyatho, qo mentis impos efficiatur: atqe hoc esse qod dicitur, Date siceram pereunti, & vinum amaris animo.* Fvisse avtem Hierosolymis mulieres honestas, qæ hæc sponte præstarent. Qo trahit & Petrus Galatinus (qem *Raimundi Sebonis Pugionem Fidei compilasse* avtor est Josephus Scaliger *ad Isaacum Casavbonum Epist.* 7. Vel alterius potius Raimundi, Sebone antiqioris; a qo & sua pleraqe Porchetus: uti Joannes Morinus *Exercit. Biblic. part.* 1. *lib.* 1. *exer.* 1. *c.* 2. de qo videri poterit & Christophorus Cartvrightus noster in *præfat. ad Annot. in Genes.*) *de arcanis Catholicæ veritatis* l. 8. *c.* 19. illud apud Amosum. c. 2. v. 8. *Bibunt vinum damnatorum, sive mulctatorum, in domo Dei sui: qod ipse legit, Vinum damnatorum bibet domus Israel, & qod majoris erit fa-*

A *cinoris, Vinum etiam Dei eorum. Impletum avtem contendit in passione Christi, qando bonum vinum Domino Jesu Christo aliisqe cum eo crucifigendis ad hoc missum Judæi biberunt ipsi, ejusqe loco acetum felle mixtum illi propinaverunt.* Verum hoc, est paginam sacram ad libitum torqere. Verbum plurale est, non singulare: futuri qidem formam habet; sed præsentis significatu ea crebérrimè usurpatur. Nec aliter hic sumi patitur dictionis series, tam in hoc inciso, qam in prægresso: facinora utiqe & flagitia præsentia recensentur; judicia propter hæc futura denunciantur. Tum *domus* ni-
B hil adjecto, pro *domo Israelis* insolens est. Deniqe præpositionis ellipsi בית pro בבית nihil est usitatius. De *aceto*, qod Domino nostro ad patibulum porrigebatur, ut disceptationem longiorem præcidam, ego in viri doctissimi J. Dartis sententiam pedibus eo; qi in *animadversionibus in Baronii Annales ad ann.* 34. acetum milites, qod bibebant ipsi, ait, Christo porrexisse. Siqidem *milites ordinarios & manipulares, qales illi, potatos aceto aqâ diluto*, ostendit ille Pescennii Nigri apud Spartianum *edicto*: *Jussit*, inqit, *vinum in expeditione neminem bibere; sed aceto*
C *universos esse contentos.* Cui adjici potest ex Vulcatio Avidii Cassii geminum illud, *Præter lardum & buccellatum atqe acetum, militem in expeditione portare prohibuit.* Qo & populo tenuiore ac plebejo *acetum* vini loco habebatur. Hinc in *Juris Civilis* lib 33. tit. 6. leg. 1. Ulpianus: *Vino legato, acetum qoqe continetur, qod paterfamilias vini loco habuit.* Idemqe leg. 3. *Si cui vinum sit legatum centum amphorarum, cum nullum vinum reliqisset, vinum hæredem empturum, & præstiturum, non acetum, qod vini numero fuerit.* De qo amplius *ibidem* idem qoqe leg. 9. sed & *acetum vinum culpa-*
D *tum* dicit Macrobius *Saturn. l.* 7. *c.* 6. qod Plutarchus Sympos. 3. 5. dixerat, τὸ ὄξος, οἴνου πώς ἐστι φύσις, *acetum, vini qædam natura est.* Et nos Vineger/ qasi *vinum acre* dicimus: unde & de prole degenere diverbium Hebræis (חומץ בן יין) *acetum vini filius*: qanqam Archestratus apud Athenæum l. 7. οἴνου ὄξος dixit Δεκελεικοῦ· qia & ex aliis liqoribus *acetum* parabatur: qale est qod è cervisiâ confectum nos Alegar/ qasi *cervisiam acrem*, vocamus. Nec tamen *vinum culpatum*, sive qod culpam contraxit, *acetum* omne videtur. Siqidem inter ὄξος, & ὀξίνην, qod
E etiam *vinum est culpatum*, distingvitur: notanturqe a Plutarcho, si qi hoc nihil illo discrepare dixerint, *Sympos.* l. 8. *c.* 9. Idem qoqe tria ista οἶνος, ὀξίνην, ὄξος, qæ *vinum, vappam, acetum* verteris, res diversas designare docet, *de Stoic. Contradict.* c. 27. qo loco ex veterum qorundam sententia de Zenone dictum refert, συμβαίνειν αὐτῷ, ὃ τῷ τὴν ὀξίνην ἔχοντι συνέβαινε, μήτε ὡς ὄξος ἀποδόσθαι δυναμένῳ, μήτε ὡς οἶνον· h. e. *idem illi contigisse, qod cuidam vappam habenti, qam nec ut vinum, nec ut acetum, divendere poterat.* Verum *aceti* nomine latiuscule abusi sunt, ut & *vappam*
F comprehenderet. Itaqe qod de cavpone Chio Plutarchus *lib. de tranqil.* cum οἶνον πωλοῦντι καλὸν καὶ χρηστόν, *vini boni plurimum aliis venderet*, ὀξίνην ἄριστον, *vappam optimam sibi seligere solitum*, unde famulus, *herus qid ageret*, percontanti respondérit. Ἀγαθοῦ παρόντος, κακὸν ζητεῖ. *Bonum cum præsto sit, malum disqirit*: idem Evpolis dixit in *Civitatibus*, à Polluce *l.* 6. *c.* 10. *Sect.* 2. lavdatus,

Οἴνου παρόντος, ὄξος ἠράσθη πιεῖν,
Acetum bibere amat, cum vinum suppetat.

Ex hinc patet *acetum* in potu apud Græcos qoqe fuisse. Ve-
G rum, ut ad Amosum ex diverticulo isto, regrediamur יין ענושים i. e. *Vinum damnatorum*, sive *mulctatorum*, ut Junius vertit, nihil est aliud, Jairo etiam & Camio sic explicantibus, qam *vinum pecuniis eis redemptum, qas illi à tenuioris sortis hominibus, qos actionibus injuriis vexabant, sub juris prætextu extorqebant, & qibus in idolorum svorum templis epulas instruebant*: qod sicut Amoso *vinum damnatorum*, sive *mulctatorum*, dicitur, intuitu habito ad homines ipsos hac ratione expoliatos; ita יין חמסים *vinum violentiarum*, ratione modi, qo id per vim ad se rapiebant, appellat Salomon, Prov. c. 4. v. 17. verbis illis: *Nam comedunt panem improbitatis & vinum violentiarum bibunt.* Sicut *panem improbitatis* vocat, partum improbitate; ita *vinum violentiarum*; violentiis adhibitis acqisitum: neqe audiendus hic

Drusius, qi *Proverb. Class. 2. lib. 2. parœm.* 15. melius fore opinatur, sic legi, *Qare comedent panem, &c.* ut sensus sit, *Dabunt pœnas scelerum suorum* imo לחם רשע *panis improbitatis*; ut לחם שקר *panis falsitatis*, sive *mendacii*, pro pane falso, furto, fravde, mendaciis, malis artibus acqisito, cap. 20. v. 17. verbis illis: *Svavis viro videtur panis falsitatis sive mendacii*; sed *posteà impletur os ejus scrupis.* Opes sic partas confert *pani lapidoso*; qalem Canusinum fuisse docet Flaccus *Serm. l.* 1. *c.* 5. ubi de Eqotutio opidulo,

—— venit vilissima rerum
Hic aqa: sed panis longè pulcerrimus; ultra
Callidus ut soleat humeris portare viator.
Nam Canusi lapidosus, aqa non ditior urna.

Qalemve Joannes Baptista Porta *Magia Natural.l.*20.*c.*7. ad furem deprehendendum præcipit confieri *ex lapide atite trito & farina immisto*, qod mandi qidem possit, sed qum per ariditatem nimiam, metu insuper accedente, *in manducantis* gutture hæreat, vix avt ne vix deglutiatur. Imagine havd absimili usus est Fabius Verrucosus, referente Senecâ *de beneficiis l.* 2. *c.* 7. is beneficium ab homine duro asperè datum, *panem lapidosum* vocabat, *qem esurienti accipere necessar ium sit, esse acerbum.* Ubi miror cur Lipsius, *lapidosum*, interpretetur, *qi in lapidem duratus est.* Cum Salomone sentit Pindarus *Isthm. Od.* 7.

—— Τὸ δὲ πὰρ δίκαν
Γλυκὺ, πικροτάτα μένει τελευτά.
—— qod videtur, prater jus conqisitum
Dulce, exitus manet amarissimus.

C A P U T VII.

Calix tribulationis, *sive mortis*; gratulationis, *qi & vita.* Calix salutis, *sive* salutum, *Hymn.* 116. 13. *qis.* Salutes, *qid, ex Davidis Evcharistico,* 2 *Reg.* 22. *& Hymn.* 18. 51. *Varia ibidem lectio.* Calix benedictionis 1 *Cor.* 10. 16. *qis sit, & qâ ratione sic dictus. Varia interpretum opiniones parum solida; vera alterum & genuina statuitur. Veterum formula, ubi de mensa mysteriis apud plebem promiscuam loquntur. Verbum* benedicendi *Latinum sit necne; deqe syntaxi ejusdem, subtilitates omissa.* Benedicere *triplex, qo creator creatura, qo creatura creatori, qo creatura creatura, idqe in bonum, vel proprium, vel alienum.* Dei benedicere, benefacere, *bonum exhibere: inter* benedicere *& sanctificare, discrimen, Gen.* 2. 3. *Exod.* 20. 11. *Sabbati observatio, ut & decimarum solutio, dicat.* Deo benedicere *nostrum est* bonum dicere, *laudes divinas celebrare. Benedicere creatura nostrum, est bonum eidem apprecari. Id in ipsius commodum, ubi sit sincerum benedictionem beneficentia conseqi solet: inde* benedictio pro beneficentiâ; *& pro munere honorario. Piscator hic αὐτοπρόσωπος. De ratione dicti ab eo dati ambigitur. Benedictio creatura ad hominis usum cujusmodi sit; qot modis fiat. Poculo Evcharistico Christus qo modo benedixerit, qâ homo, qa Deus. Christi oratio ad mensam sacram, qâ ratione εὐχαριστία, qâ εὐλογία fuerit. Matth.* 14. 19. *cum Joan.*6.11. *collatus.* Poculum benedictionis, *qâ ratione sic nuncupatum. Christum non eis verbis benedixisse, qibus volunt Papicola. Christus qâ ratione* orare, adorare, *dicatur. Benedictionis a Christo vim usqe ad seculum consummatum perdurare.* Panem qotidianum, *cum adsit, cur poscamus. In elementis ad Cœnam mysticam adhibitis Christianorum unitatem secum invicem indicari. Verba Apostoli* 1 *Cor.* 10. 17. *in hunc finem discussiuntur. Beza data syntaxis reliqis pralata, & adversus Piscatorem defensa. Haimonis portentosa expositio. Haimo sub Remigii nomine Doctoribus Papicolis lavdatus. Tanqam orthodoxum in hoc pradicatur, qod tanqam hareticum in Ruperto damnatur. Vulgatam versionem Transubstantiationis fundamentum istic concutere.* Ἐν ἄρτος, *qid velit.* Ἐν *nostrum unde.* Liburm *propriè qid sit. Linguam nostram in nonnullis Graca etiam locupletiorem. Ecclesia corpus Christi mysticum, an ritè dicatur.*

A Tribulationis calice, qem & *mortis* dicere licebit (de hoc enim verè potest enunciari, prout illi, Reg. l. 4. c. 4. v. 40. *Mors in ollâ*; ita, *mors in calice*) & ad hujus levamen adhiberi solito, *consolationis poculo*, transeamus tandem ad gratulationis *calicem*; qem & *vita*, sive *salutis* nuncupare poterimus. Sic enim Ambrosius *in Psal.* 37. *Duos calices lego: unum mortis; alterum vita. Mortis calicem suo Christus exinanivit in sanguine: & novum calicem salutaris in Evcharistiâ instituit.*

Restat ergo dicendus *calix*, qem *gratulationis* diximus. Is est qo epulo *εὐχαριστηρίῳ* libabant, cum *χαριστήρια* exeqerentur. *Calicem salutis* appellat Lyrodus Hymno 116. v. 13. *Calicem salutis*, (vel, *salutum*, etiam, ישועות) *accipiam, & nomen Jova invocabo*, vel *celebrabo. Vota mea rependam, &c. calicem salutum*, i. e. *salutis omnimoda*, ut Junius; vel *multiplicis*, ut Piscator; vel *amplissima* etiam. Nam *amplitudinem, copiam, eminentiam, abundantiam*, pluralia istiusmodi designare solent: qod alibi demonstravimus. *Calix salutum*; ut *turris salutum*, Reg. Hist l. 2. c. 22. v. 51. ubi מגדול ישועות exhibetur, pro eo qod Hymno 18. v. 51. legitur מגדיל ישועות *magnificans salutes*, i. e. *magnificam prastans salutem omnimodam*, Junius; *magnificans salutem multiplicem*, Piscator.

In hoc censu ponendus *calix* mysterii Evangelici *Evcharisticus*, qem *ποτήριον εὐλογίας*. i. e. *benedictionis poculum* indigitat Apostolus ad Corinthios Ep. 1. c. 10. v. 16. verbis illis, Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματός τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; *Poculum benedictionis, cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi est?* Cur avtem *poculum benedictionis* dicat, ita explicat Joannes Chrysostomus *in hanc Epist. Orat.* 24. Ἐπιλέγοντες γὰρ τὸ ποτήριον τὰς ἀφάτους εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅσων ἀπολελαύκαμεν, οὕτως αὐτὸ προσάγομεν καὶ κοινωνοῦμεν, εὐχαριστοῦντες ὑπὲρ τούτων. *Qia ad poculum istud commemorantes ineffabilia Dei beneficia, qot qantisqe per ipsius benignitatem bonis fruimur, ita illud admovemus, & communicamus sive participamus invicem, gratias de istis eidem agentes.* Atqe ita Theophylactus; Τῆς εὐλογίας, τουτέστι τῆς εὐχαριστίας. Ἐπὶ χεῖρας γὰρ αὐτὸ ἔχοντες, εὐλογοῦμεν, καὶ εὐχαριστοῦμεν τῷ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχέαντι, καὶ ἀρρήτων ἀγαθῶν ἀξιώσαντι. *Poculum benedictionis, i. e. gratulationis. Siqidem hoc manibus tenentes, benedicimus gratiasqe agimus ei, qi sanguinem pro nobis suum fudit, & ineffabilibus nos conferre bonis dignatus est.* Eodem plane modo, eisdemqe ferè verbis Avtor catenæ in epistolas, qem, licet *Oecumenii* nomen præferat, negat tamen Fronto Ducæus, avt *Oecumenium* ipsum, avt tam antiqum alqem fuisse. Nec aliter Ambrosius, (nisi Beza nos fallit) *in Epist. hanc Homil.* 17 (nam mihi homilias illas videre non contigit) *Calicem benedictionis Apostolus appellavit, qoniam cum pra manibus eum habemus, cum admiratione doni admirabilis illum lavdamus benedicentes, qod sanguinem pro nobis effudit: neqe tantum effudit, sed nos omnes ejus participes effecit.* Verum ex eis qæ & posteà sub Ambrosii nomine vir Clarissimus idem havd semel exhibet, apparet avtorem hunc eundem esse cum illo, qi *Ambrosii* nomine qi feruntur, *commentarios composuit in Epistolam ad Hebraos*, ex Chrysostomi in eandem orationibus excerptos. Erasmus; ὃ εὐλογοῦμεν, *cui benedicimus, i. e. qem cum gratiarum actione sumimus: sic enim interpretantur Chrysostomus & Theophylactus. Nonnihil recentiores interpretantur de benedictione consecrantis.* Ex nonnihil recentioribus istis est Oecumenius: sic enim is in catenâ dictâ nominatim lavdatus: Ὁ εὐλογοῦντες κατασκευάζομεν. οἶδας ὃ λέγω. *Poculum, qod benedicentes praparamus. Nosti qid dicam.* Ubi notanda veterum formula, cum de sacris mysteriis ad qæ fidelibus solis aditus patebat, verba faciunt. Sic Avgustinus apud Gratianum *de consecr. dist,* 2, c. 58. *Norunt fideles qomodo manducent corpus Christi.* Concedunt huc (Matthia Illyrico etiam proferente ac probante) Joannes Calvinus, & Theodorus Beza. Sic ille: *Calicem benedictionis vocat qi destinatus est ad mysticam eulogiam. Neqe enim iis assentior, qi per benedictionem gratiarum actionem intelligunt; & benedicere exponunt gratias agere. Fateor qidem interdum hoc sensu poni: sed nunqam in eâ constructione, qâ hic usus est Pavlus. Nam qod Erasmus pra-*

positionem

positionem subavdit (qasi scilicet esset ἐφ' ᾧ, vel ἐφ' ᾗ, atqe hoc exigit reverâ Castellionis versio, qi reddidit, *Poculum lavdatorium, in qo lavdes dicimus*) *nimis est coactum. Sensus avtem, qem seqor facilis est, nec qicqam habet implicitum: benedicere ergo calicem significat, in hunc usum consecrare, ut nobis sit symbolum sangvinis dominici.* Iste verò, etiamsi Chrysostomi verbis expositionem primo loco proponat, amandat tamen lectorem explicationem pleniorem ac clariorem habiturum, ad *annotata in Matth. cap. 5. v. 44. & c.26. v.26. & Luc. c. 9. v. 16.* ubi eadem constructione ac significatione sumatur verbum hoc, qamvis in diversum finem. *Puto enim*, inqit, εὐλογεῖν *idem hic declarare, atqe infinitis locis Veteris Testamenti* קדש *i. e.* ἁγιάζειν καὶ καθαίρειν, *sanctificare, seu consecrare; qia nimirum recitatâ & expositâ Dei ordinatione, panis & vinum huic usui sacro destinantur, ut sint corporis & sangvinis Christi sacramenta. i. symbola ac tessera. Qia verò cum Dei lavde, & solenni gratiarum actione conjuncta est tota hac actio, idcirco Pavlum existimo verbo* εὐλογεῖν *rem totam hanc significasse.*

Eisdem vestigiis insistens Joannes Piscator; *primò Syrum* monet, *nomen* εὐλογίας *exponere per nomen* εὐχαριστίας, תודותא *cum in sacra cœna institutione duo ista verba* εὐλογεῖν *&* εὐχαριστεῖν *uno eodemqe sensu accipi. Tertiò, Apostolum ipsum, cum* ποτήριον εὐλογίας *dixisset, ἐξηγητικῶς adjecisse,* ὃ εὐλογοῦμεν. Itaqe vertit, *Poculum benedictionis, id est, qod benedicimus*; qasi voluerit Apostolus declarare qo sensu ita appellet, *qoniam ministri Deo gratiis agendis benedicunt illud.* (Cui favere videtur, qod Justino *Apolog. 2.* ἄρτος εὐχαριστηθεὶς dicitur.) Qartò monet, *non rectè verti, cui benedicimus: qia benedicere alicui dicitur homo, qum ei benè precatur, sev benedictionem beneficentiamve Dei exoptat. Qod huc non qadrat: rem avtem aliqam dicitur Deus benedicere phrasi Hebraâ, qum eam sancto usui destinat. Ita dictum Genes. c. 2. v. 3. diem septimum Deum benedixisse & sanctificasse, ubi planum sit verbum benedicendi per verbum sanctificandi explicari. Sanctificare avtem esse ad usum sanctum ordinare*, (Et sic Faber; *Calix, qem benedicimus.*) Suggerit deniqe, *Si* ᾧ εὐλογοῦμεν *legatur, qo benedicimus, subavdiendum esse* τῷ Θεῷ. *Sensumqe futurum qo benedicimus Deo, i. e. gratias agimus Deo pro benedictionibus, sive beneficiis ipsius, ipsumqe lavdamus.* Sic & Haymo: *Calix benedictionis dicitur, qi benedicitur à sacerdotibus in altari.* Latius extendit Hervæus; (qi Anselmi nomen vulgo præfert) *Calix benedictionis, i. e. calix, cui Christus in cœna benedixit; & cui nos sacerdotes in sacramentorum confectione benedicimus: vel, Calix benedictionis. i. e. cujus havstu benedictio credentibus infunditur.* Et Thomas; *Calix benedictionis, i. e. potus calicis, per qem participantes benedicuntur: cui benedicimus, qem nos fideles exaltamus credendo & gratias agendo; vel qem nos sacerdotes consecramus.* Et Thomas alter de Vio. *Calix benedictionis, h. e. gratiarum actionis, qa offertur pro gratiarum actione, Deo: cui benedicimus, tum nos sacerdotes consecrando, tum omnes lavdando.*

Verum ista qo explicatiùs pavlò extricemus, de variâ *benedictionis* ratione pavcis disseremus. Præit avtem hic nobis viam aliqam saltem ex parte Thomas ab Aqino *in Epist. 2. ad Corinth. c,1. v.3. Sciendum, qod nos benedicimus Deum, & Deus benedicit nobis: sed aliter & aliter. Nam dicere Dei est facere.* Psalm. 148. v. 5. *Dixit & facta sunt. Unde benedicere Dei est bonum facere, & bonum infundere & sic habet rationem cavsalitatis*, Genes. c. 12. v. 2. & c. 22. v. 17. *benedicens benedicam tibi. Benedicere avtem nostrum non est tale, sed recognoscitivum, sev expressivum. Unde benedicere nostrum idem est, qod bonum recognoscere. Cum ergò gratias agimus Deo, benedicimus sibi, i. e. recognoscimus eum bonum & datorem omnium bonorum. Benedicite Deo omnia opera ejus.* Psalm. 103. v. 22. Hæc ille. Missâ ergo disceptatione, an Latinum sit *benedicendi* vocabulum qod negat Valla *elegant. l. 1. c. 12.* Et tricis illis grammaticis insuper habitis, an tam qartum, qam & tertium casum admittat, & pro casus diversitate sensum immutet; receptis loqendi formulis contenti, & libertate, qam dat usus, in istis abusi, *benedictionum genera* dispescendo sic digeremus. *Benedicit*, vel *creator creatura*; vel *creatura creatori*; vel

A *creatura creatura. Benedicere creatura creator* dicitur; cum *bono* aliqo eam *donat*, *beneficiove* aliqo eam *afficit*. Siqidem *Dei benedictio beneficentiam* insinuat: *Deusqe cum benedicit, facit qod dicit*, ut scitè admodum Avgustinus. *Benedicere* avtem *creatura* hoc modo dicitur *Deus*, *bonum donumve* aliqod *conferendo*, qod vel *ipsi* conducat, in qem confertur, vel *aliis* qibusvis, qorum cavssâ confertur. Priore modo in primâ rerum constitutione, *piscibus ac hominibus benedixisse* Deus narratur à Mose, generis sui propagandi facultatem eis largiendo. Genes. c. 1. v. 22, 28. *Benedixisse* etiam
B *Potipharis* Ægyptii *familia*, felicem prosperumqe in rebus qibusve successum tribuendo. Genes. c. 39. v. 5, 3. qod etiamsi in Josephi gratiam factum esset, in Potipharis tamen ipsius qoqe commodum cedebat. Posteriori modo, dicitur Deus, *diei septimo benedixisse.* Genes. c. 2. v.3. Et Exod. c. 20. v. 11. Non qod diei ipsi boni aliqid inde accresceret, sed qo *homini*, *cujus cavssâ institutum Sabbatum* dicitur. Marci. c. 2. v. 27. Neqe ego hac in re Piscatori assentior, aliisqe nonnullis, qi *diem* hunc *sanctificare* sive *consecrare*, *eiqe benedicere*, pro eodem plane sumunt. Il-
C lud enim Deum ipsum, hoc hominem spectare mihi videtur: *consecravit* scilicet, *usui sancto*, cultui nempe divino, deputando. *Benedixit*, hac ratione *constituendo*, *ut inhominibus beneficium* cumprimis *concederet* ejusdem observatio. Itaqe in *Bresith Rabba*, *observantem sui benedictum facere dicitur.* Qo ineptè tamen trahunt qod Parœm. c. 10. v. 22. dicitur; *Benedictio Domini*, (i. e. ut ipsi exponunt. *Sabbati observatio*) *divitem facit.* Qanqam & à religiosâ istius observatione *benedictio* havd frustra sperari possit uberrima: qum juxta proverbium, Ῥέζοντι συλλαμβάνει Θεός. *Deus*
D *adjuvat facientem*, i. e. *sacris ritè operantem.* Et qod de *decimâ*, ex Malac. c. 3. v. 10. Doctores. מעשרות סיג לעשר (R. Aqiba in dictis Patrum c. 3. sect. 13.) *Decima sepes est divitiarum.* Unde & eorundem monitum, עשר בשביל שתתעשר *Decimato ut ditescas.* Idem de *Sabbato* dici possit, *Sabbatum sepes est divitiarum.* Nec à Deo qicqam sperare possunt, qi qod suum est Deo denegant.

Atqe hæc fuit *Creatoris benedictio*: seqitur *creatura*. Ea est qâ *creatura*, vel *creatori*, vel *creatura*, *benedicit*. *Creatori benedicere creatura* dicitur, qum *beneficia* ipsius, & ob
E eadem ipsum, *celebrat*. Hinc formulæ illæ in Hymnis passim obviæ. *Benedic Domino anima mea.* Hymn. 103. v. 1, 2, 22. & 104. v. 1. 35. & *Benedicite Domino, Angeli ejus, famuli ejus, opera ejus.* Hymn. 103. v. 20, 21, 22. & 134. v. 1, 2. Ita *benedictio divina humanam* semper anticipat. *Benedictus Deus, qi benedixit nobis*, Ephes. c. 1. v. 3. *Creatura* deniqe *creatura benedicere* dicitur, qum *bona ei optat*, *benèqe precatur*: idqe vel *in sui* ipsius vel *in alterius commodum. In sui* ipsius, atqe hoc modo *homines* sibi invicem *benedicunt*; ut Isaac Jacobo Genes. c. 28. v. 1. Jacobus Pharaoni
F ibid. c. 47. v. 7. & filiis suis c. 49. v. 28. qin & qia ubi sincera, nec fucata, est *benedictio* istiusmodi, sed à *benevolentiâ* profecta in *beneficentiam*, prout ansa datur & facultas adest, prorumpere consvevit; factum hinc ut *benedicere* etiam pro *benefacere* usurpetur. Genes. c. 12. v. 3. *Benedicam benedicentibus tibi*, h. e. eis benè faciam, qi beneficentiâ te prosecuti fuerint: eisqe malè faciam, qi te malo affecerint. Et *benedictio* pro *beneficio*, sive *munere*, ponitur. Ita Abigail Davidi Reg. l. 1. c. 25. v. 27. *Benedictio est, qam adduxit ancilla tua Domino meo.* Et David ipse
G senioribus Judææ, c. 30. v. 26. *Ecce vobis benedictio de prædâ hostium Dei*: &, *Anima benedictionis*; *pro homine benefico*, Salomoni. Parœm. c. 11. v. 25. & Apostolus εὐλογίαν, i.e. *benedictionem* pro *beneficentiâ*, sive *eleemosynâ*, usurpavit; ad Corinth. Ep. 2. c. 9. v. 5, 6. qo magis miror, cur Piscator *ad Paræn. c. 11. v. 11.* ajat, *nullo alio præter eum loco reperire se potuisse*, *benedictionem*, *qum de homine sermo est*, *pro beneficentiâ* sive *beneficio dici*: qum tamen eodem ipso in capite vers. 25. *benedictionem* disertè *beneficentiam* ipse interpretetur. Et ad Genes. c. 33. v. 11. *benedictionem meam*, *i. e. donum meum*, *rem à benedictione*, *i. e. beneficentiâ Dei ad me profectam.* Qæ tamen an dictionis illius sic usurpatæ genuina sit ratio, ambigo. Neqe enim ejusmodi, opinor, qicqam in animo habuit Naaman Syrus

 ille,

ille, cum Elisæum verbis illis alloqeretur, *Acceptam habeas benedictionem à servo tuo* Reg. l. 4. c. 5. v. 8. & Assyrii Regis Legatus impius ille multo minùs, cum populum Hierosolymitanum invitat, ut *benedictionem faciant*, vel *benedictione agant*, sive *transigant*, *cum Domino suo*: nihil minùs, credo, qàm rem aliqam ex *benevolentiâ beneficentiâve* divinâ in vocabuli istius usu respexit alteruter, alter iste præsertim; sed pro gentis etiam suæ lingvæqe patriæ ritu vulgari, *munus honorarium*, in animi grati obseqüive indicium alicui exhibitum: qia accipienti conducat, affectumqe in eundem benevolum profiteatur, sic uterqe nuncupavit. Atqe hoc qidem modo *creatura creatura in sui ipsius*, cui benedicitur, *commodum* solet *benedicere*. Sed & *in alterius* qoqe qam illius cui benedicitur *commodum*, *creatura creatura* creberrimè *benedicit*, qoties utiqe *creatura rationalis benedictionem divinam exposcit*, qâ *creatura* alia aliqa *ad sui*, vel *aliorum* etiam, *bonum* avt naturale, avt spirituale, efficax reddatur. Hoc modo dicitur Samuel *benedicere* הזבח *hostia*, vetus; *sacrificio*, Tigurinus; *mactationi*, Piscator; *convivio*, Junius; *super sacrificio precari*, Castellio. Reg. l. 1. c. 9. v. 13. nec aliter nos *mensæ benedicere* dicimur, ubi ante cibum gustatum, Deum precamur, cum ad usus nostros, corporis nempe vires reficiendas & refocillandas, naturæqe necessitates supplendas, efficacem velit reddere. Proponitur avtem benedictio hæc utraqe verbis, nunc *poscentis*, ubi oratio ad Deum dirigitur, ut Devt. c. 33. v. 11. nunc *optantis*, ubi ad creaturam, ut Num. c. 6. v. 24. nunc *promittentis*: qod in vaticiniis est solenne, ut Genes. c. 49. v. 8. 16. nunc *imperantis* etiam, ex potestate à Deo tributâ, ut Genes. c. 27. v. 29.

His præmissis de *calice* sive *poculo mystico*, qod & *benedictionis* Apostolus, indigitavit, videbimus. τὸ ποτήριον itaqe τῆς εὐλογίας, sive *poculum benedictionis*, est τὸ ποτήριον τὸ εὐλογημένον, *poculum benedictum*. h. e. *qod benedicitur*, vel *cui benedicitur*: eodem enim redibit, utrumvis dixeris. *Poculo* isti primitùs *Christus* ipse *benedicebat*: *benedicunt* hodiè *ministri Christi*: *eis benedicentibus*, *benedicit* in hodiernum diem & *Christus*: *ipso benedicente benedictum fit poculum*, qia *benedictionis medium*, ex fide sumentibus. *Christus*, inqam, primitus *poculo* huic *benedicebat*, neqe enim qia, ad *panem* in manus sumptum, εὐλογήσας, *benedixisse*; ad *poculum* acceptum, εὐχαριστήσας, *gratias egisse*, Christus Dominus, Matthæo & Marco perhibetur; illi cap. 26. v. 26, 27. isti cap. 14. v. 22, 23. ideo seqitur, avt ad *poculum* acceptum, *benedictionem* nullam habitam, avt nullas ad *panem* sumptum actas *gratias*. Non magis, qam ad nevtrum, *benedictionem* conceptam, qia Lucas c. 22. v. 19. *gratiarum actionis* solius meminerit. Sed nec necessario hinc concluditur, qô plerique tamen concedunt, unum idemqe prorsus vocabulis istis duobus designari: habent enim, & rationem, & respectum diversum; & *creatorem* alterum pro objecto habet, alterum *creaturas*. Cum enim solennis illa in Cœnâ sacrâ à Christo concepta oratio, (*orationem* dico, qia ex more Hebraico תפלה *oratio* etiam תהלה *gratulationem* comprehendit. Reg. l. 1. c. 2. v. 1. sicut & προσευχὴ εὐχαριστίαν, Luc. c. 18. v. 11.) qia, inqam, *oratio* illa, partim *gratiarum actione* constabat, qâ Christus Deo patri de opere redemptionis ad salutem humanam jam peracto ferè & accepto grates agebat; partim *supplicatione*, qâ super creaturas appositas, jamqe suis porrigendas, *benedictionem* à patre *postularet*, cujus virtute eæ, per se alioqi ad id inhabiles, ad sumentium usum beneficiumqe spirituale efficaces redderentur: factum hinc est, ut *oratio* alterius respectu εὐχαριστία, i. *gratiarum actio*, alterius intuitu εὐλογία, i. *benedictio* diceretur. Hoc idem & de *panibus* observare licet, qibus per miraculum inter distribuendum avctis tot millia hominum Dominus Christus ad satietatem usqe pascebat, Joannes c. 6. v. 11. εὐχαριστήσας, *cum gratias egisset*, Matthæus c. 14. v. 19. εὐλόγησε, *benedixit*. Ne avtem ambigeretur, qodnam *benedictionis* istius objectum fuerit, & Deone patri, an panibus ipsis benedixerit, diserte Lucas c. 9. v. 16. εὐλόγησεν αὐτοὺς, *ipsis benedixit*; *panibus* nempe *piscibusqe*. Scilicet

A & Deo patri *gratias agebat*, & super escas illas *benedictionem* insuetatam, ac invisitatam hactenùs, petebat, qâ tot famelicis ventribus saturandis sufficere valerent. Hoc ergò modò *creaturis* hisce in primâ mysterii hujus institutione *Christus benedixit*. Eodem modo *benedicunt* & *Christi ministri* in mysteriorum istorum administratione. Sic enim Apostolus, ὃ εὐλογοῦμεν, *poculum*, *cui nos benedicimus*. *Benedicunt* ergo & isti; *benedicunt*, &, qo modo? non, qod Papicolæ somniant, verba illa, *Hoc est corpus meum*, proferendo: qæ nec *petitoria* sunt, nec *optatoria*, nec *pro-*
B *missoria*, nec *imperatoria*, qalia ea esse solent, qibus *benedici* consvevit; sed sunt merè *enunciativa*. Nec sunt, inqam, *poscentis*, *optantis*, avt *imperantis*, ut fiat aliqid; qin nec futurum qid *promittentis*; sed qid id ipsum, de qo loqitur, existat jam, indicantis & narrantis. Porro & *fractionem* antecessisse *benedictio* dicitur: ante enim *benedixisse* qam *fregisse* perhibetur: qum verba ista, post *panem*, non *fractum* tantum, sed *traditum* etiam, prolata referantur. Sed nec mystæ proinde in mysterii hujusce celebratione *verbis institutionis dominicæ recitatis avt expositis*, sed *prece* solen-
C ni, qalis Christi illa, *creaturis*, *pani poculoqe*, in eo adhibendo *benedicunt*.

Cæterùm ulteriùs hic aliqid de *benedictione* à Christo profectâ videndum, dicendum. Duplici enim ratione *pani poculoqe* in Cœnâ novissimâ Christus θεάνθρωπος *benedixit*: *benedictionem* utiqe *poscendo*, qâ *homo*; *exhibendo*, qâ *Deus*. Qemadmodum enim Cyrillus *in Evang. Joan. l. 2. c. 92. ad illud, cap. 4. v. 22. Nos adoramus, qod scimus*; observat, *Christum adorare*, *qâ homo est*; *adorari*, *qâ Deus est*: προσκυνεῖ μὲν ὡς ἄνθρωπος, προσκυνεῖται δὲ, ἐπεὶ καὶ
D Θεός. & Avgustinus, *orare*, *qâ homo est*; *orari qâ Deus est*. Sic enim ille *de Sanctis Serm. 4. Orans in homine, qi exavdivit cum patre. Nam & modo orat pro nobis, orat in nobis, oratur à nobis: ut sacerdos noster, orat pro nobis: ut caput nostrum, orat in nobis; ut Deus noster, oratur à nobis*. Pari modo, elementis hisce *benedicebat*, qâ *Deus*, *benedictionem* eam *conferendo*, qam qâ *homo*, prece supplice *poscebat*; qa *Deus*, ritum sacrum *instituendo* (*mysteria* enim qæ *fœderis sigilla* sunt, Rom. c. 4. v. 11. ejus solius est designare & instituere, qi fœderis est avtor,) *qa homo*, *celebran-*
E *do*, & *administrando*. *Benedictio* proinde à Christo adhibita, & exhibita, non *vocalis* duntaxat, sed & *realis* extitit, qâ elementis illis ad usus effectusqe sacros efficacia & tunc impertiebatur, & nunc dierum etiam impertitur. Optime ac disertissimè in hanc mentem Joannes ὁ χρυσόστομος *orat. de proditione Judæ*, qæ est *ed. Savil. to. 5. 79.* & eadem ferè *ibi*. Πάρεστι καὶ νῦν ὁ Χριστὸς τὴν τράπεζαν κοσμῶν. ἐκεῖνος ὁ τὴν τράπεζαν διακοσμήσας ἐκείνην, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν. οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. *Adest*
F *etiam nunc Christus*, *mensam hanc instruens*, *idem ipse qi mensam illam instruebat*, *&* *istam nunc instruit*. *Neqe enim homo qisqam facit corpus & sangvinem Christi fieri proposita elementa*, *sed ipse qi pro nobis cruci affixus est*, *Christus*. Et mox; Καθάπερ ἡ φωνὴ ἐκείνη ἡ λέγουσα Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, ἐῤῥέθη μὲν ἅπαξ, διὰ παντὸς δὲ τοῦ χρόνου γίνεται ἔργῳ ἐνδυναμοῦσα τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιΐαν· οὕτω καὶ ἡ φωνὴ αὕτη ἅπαξ λεχθεῖσα καθ᾽ ἑκάστην τράπεζαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐξ ἐκείνου μέχρι σήμερον, καὶ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας, τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται. *Sicut Dei*
G *vox illa, qâ dixit, crescite, & multiplicamini, terramqe implete, Genes. c. 1. v. 28. semel tantùm prolata, naturæ nostræ ad sobolem procreandam per ævum omne vires suppeditat: ita vox Christi in Cœnâ illâ semel emissa, per mensam unamqamqe in cœtibus qibusqe ab eo tempore ad hodiernum usqe diem, &, deinceps usqe ad adventum illius, sacrificium istud conficit*. Verè ergò *poculum benedictionis*, cui Christus cum verbo, tum & reipsâ *benedixit*, & *benedicit* etiam nunc, ad ministri suo nomine *benedicentis votum*, in fidelium participantium usum, efficaciam tribuendo, qâ & ipsis in *benedictionem* cedat, & *beneficio* collato *benedictos* efficiat. Itaqe rectè Lyranus (qem immeritò suggillat Paræus; nam de Dionysio Carthusiano nihil dico) *Calix benedictionis*, *tum qia per Dei benedictionem consecratur*, *tum qia percipiens*

cum

eum devotè benedictionem Dei per argumentum gratiæ conseqitur. Facitqe hoc apprime qod Avtor *operis imperfecti in Matthæum*, qod inter Chrysostomiana habetur, quum verò Latini alicujus existat. Is *Homil.* 14. Orationem Dominicam enucleans: *Qi in crastinum*, inqit, *panem paratum habet, qo modo dicere potest, panem qotidianum da mihi hodiè? illud enim petitur, qod interim non habetur. Qod avtem possidetur, ut qid adhuc reqiritur?* Huic objecto sic respondet. *Intelligendum est, qod non solum ideò oramus, Panem nostrum da nobis, ut habeamus qod manducemus; sed ut qod manducamus, de manu Dei accipiamus; atqe ut dum à Deo datur, sanctificatus accipiatur. Da*, inqit, *nostrum, qem habemus jam præparatum apud nos, illum da nobis, ut dum à te datur, sanctificetur.* Optimè... *Sanctificatur* enim nobis cibus noster, *Verbo & Oratione.* Timoth. Ep. 1. c. 4. v. 4. ex Dei parte, *verbo* usum concedentis, Genes. c. 1. v. 29. & c. 9. v. 3. & efficaciam tribuentis, Devt. c. 8. v. 3. & Matth. c. 4. v. 4. ex parte utentis, *oratione* piâ, liberè utendi, cum efficaciâ, facultatem poscentis. Illustrat simili a *mystico pane* sumpto. *Utputa si Laicus offerat sacerdoti panem, ut sacerdos accipiens sanctificet, & porrigat ei. Qod enim panis est, offerentis est: qod avtem sanctificatus est, beneficium est sacerdotis.* Verum & istic inter *sanctificationem*, & *benedictionem* peculiariter sic dictam, distingvere licet; qamvis illud ad istud medium sit. Siqidem *panis* ad usum sacrum ex *Christi instituto* sepositus ac consecratus, omnino sit sanctus: nec sanctitati hujus detrahere qicqam potest sumentis impuritas avt improbitas. Itaqe rectè Avgustinus *de Bapt. l. 5. c. 8. Corpus Domini nihilominùs est etiam indignè sumentibus.* At *benedictus* idem nisi dignè sumenti non existit: impedimentum enim objicit *manducantis indignitas*, qo minùs ad *benedictionem*, h. e. ad *beneficium* conferendum, ei efficax evadat, ad Cor. Ep. 1. c. 11. v. 29.

Atqe hæc de *pane poculoqe benedicto* ex occasione *calicum*, qos scriptura præcipuos commemorat, sed eorum naturæ usûsqe non unius; de subjunctâ his apud Apostolum eodem loci, vers. 17. clavsulâ, pavca ubi adjecerimus, caput istud clavdemus. Sic ergò Apostolus, Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. Vetus interpres: *Qoniam unus panis, & unum corpus multi sumus omnes, qi de uno pane participamus.* Sed meliùs redderetur, qod & Cajetanus monuit, *Qoniam unus panis, unum corpus multi sumus: omnes enim de uno pane participamus.* His avtem verbis, inqit Avgustinus, *Epist. 57. Corporis Christi, cujus is caput est, unitas commendatur.* Qâ ratione velit, explicat ipse *in Joan. Evang. tract.* 26. verbis istis, qæ & Beda *in commentarios* suos transcripsit: *O sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum charitatis! Christus corpus & sangvinem suum, in eis rebus commendavit, qæ ad unum aliqid redigantur ex multis. Namqe aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis acinis confluit.* Idemqe *de civit. Dei l. 21. c. 25.* adductis his Apostoli verbis; *Qi ergò est in ejus corporis unitate, i. e. in Christianorum compage membrorum, cujus corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consveverunt, ipse verè dicendus est manducare corpus Christi, & bibere sangvinem Christi.* Vult panem *Evcharisticum* symbolum esse *corporis*, sive cœtus, fidelium. Joannes Chrysostomus *in Corinth. Ep. 1. Orat.* 24. hæc ipsa verba explicans: Τί γὰρ λέγω κοινωνίαν; φησίν. Αὐτὸ ἐσμὲν ἐκεῖνο τὸ σῶμα. τί γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος; σῶμα Χριστοῦ. τί δὲ γίνονται οἱ μεταλαμβάνοντες; σῶμα Χριστοῦ. οὐχὶ σώματα πολλά, ἀλλὰ σῶμα ἕν. καθάπερ γὰρ ὁ ἄρτος ἐκ πολλῶν συγκείμενος κόκκων ἥνωται, ὡς οὐδαμοῦ φαίνεσθαι τοὺς κόκκους, ἀλλ' εἶναι μὲν αὐτούς, ἄδηλον δὲ αὐτῶν εἶναι τὴν διαφορὰν τῇ συναφείᾳ· οὕτω καὶ ἀλλήλοις καὶ τῷ Χριστῷ συνεχόμεθα· οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρου μὲν σώματος σύ, ἐξ ἑτέρου δὲ ἐκεῖνος τρέφεται, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ πάντες. διὸ καὶ ἐπήγαγεν. Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ τὸ αὐτὸ γινόμεθα πάντες. *Qid*, inqit, *communionem corporis Christi dico? illud ipsum sumus. Qid est enim panis? corpus Christi. Qid avtem participantes fiunt? corpus Christi. Non corpora multa, sed corpus unum. Sicut enim panis ex multis granis consistens ita unitur, ut grana neu-*

A *tiqam appareant, sed qamvis existant, commixtionis tamen ratione fiat, ut diversitas eorum jam non compareat: ita nos & nobis invicem, & Christo conjungimur. Neqe enim alio tu, alio ille corpore alitur, sed eodem universi; ideò subjungit. Omnes enim de uno pane participamus. Si enim de eodem, & idem omnes efficimur.* Eadem habent Theophylactus & Oecumenius qi fertur. Aqinas *in hoc cap. lect. 4. Ostendit qod omnes sumus unum in corpore Christi mystico. Et tangit duplicem unitatem. Primam incorporationis; qa in Christum transformamur, cum dicit, Unus panis, &c. aliam* B *vita & sensus, qam à Christo capite accipimus, cum addit, & unum corpus*, &c. qasi dicat, *per hoc patet, qod unum sumus cum Christo, qoniam unus panis, unione fidei, spei, & charitatis; & unum corpus, per subministrationem operum charitatis sumus multi, scilicet omnes, qi de uno pane, i. e. corpore Christi; & uno calice, i. e. sangvine, participamus; dignâ participatione, scilicet spirituali, non tantum sacramentali. Unus panis & unum corpus Ecclesia Christi dicitur, pro eo qod, sicut unus panis ex multis membris componitur; sic Ecclesia Christi ex multis fidelibus capiti copulatis continetur.* C Hæc ille, havd dilucidè satis. Clariùs commodiusqe Cajetanus: *Redditur ratio non conjunctionis corporis Christi ad sumentem, sed communitatis corporis Christi ad sumentes: qia de tali communitate fuit directò & propriè sermo. Qod itaqe corpus Christi verum communicetur multitudini sumentium, ratio affertur ex unitate mystici corporis Christi, dicendo, Qoniam multi sumus unus panis, unum corpus. Significatur avtem unitas fidelium unitate panis ac unitate corporis, metaphoricè, ad similitudinem multorum granorum, ex qibus conficitur unus panis, & multorum membrorum, ex qibus conficitur* D *corpus unum.* Haymo deniqe; *Qoniam unus panis, subavdis, Christi; & unum corpus Christi multi sumus, qi comedimus illum panem. Caro, qam verbum Dei Patris assumpsit in utero virginali in unitate suæ personæ, & panis qi consecratur in Ecclesiâ, unum corpus Christi sunt. Sicut enim illa caro corpus Christi est; ita iste panis transit in corpus Christi; nec sunt duo corpora, sed unum corpus. Divinitatis enim plenitudo, qæ fuit in illo, replet & istum panem: Et ipsa divinitas verbi, qæ implet cælum & terram, & omnia qæ in eis sunt, ipsa replet corpus Christi, qod à multis sacerdotibus per univer-* E *sum orbem sanctificatur, & facit unum corpus Christi esse: & sicut ille panis & sangvis in Christi corpus transeunt; ita omnes qi in Ecclesiâ dignè comedunt illud, unum corpus Christi sunt; sicut ipse dixit. Joan. c. 6. v. 56. tamen illa caro qam assumpsit & iste panis, omnisqe Ecclesia non faciunt tria corpora Christi, sed unum corpus. Et sicut qi corpori & sangvini Domini communicant, unum corpus cum eo efficiuntur; sic & qi communicant scienter de idolothytis, unum cum Diabolo corpus existunt.* Hæc Haymo. In qibus dogmati portentoso illi favere videtur, qod in Ruperto Tuitiensi, qem avtorem illius pri-* F *mum fuisse vult, damnat Bellarminus *de Evchar. l. 3. c. 11. Panem, scilicet Evcharisticum eodem prorsus modo assumi à Verbo qo humana natura ab eodem est assumpta. Et hæc duo corpora unum dici, qia unum est suppositum utriusqe:* deniqe *impios in sacramento istud tantum, pios utrumqe accipere.* Qæ eadem ferè hîc Haymo. Eo avtem lubentius avtoris hujus verba adduxi, qo pateant magis Pontificiorum fravdes solennes. Horum enim verborum partem benè magnam sub *sancti Remigii Rhemensis*, qi ad initium anni Domini 500. floruerit, citat Cardinalis havd semel; partim ad *veritatem corporis Christi in* G *Sacramento* probandam, *de Evchar. l. 2. c. 31.* partim ad *Transubstantiationis dogma* statuminandum, *de eadem l. 3. c. 20.* cum *Commentarios in Pavli Epistolas* illos, ex qibus ista proferuntur, & *Haymonis Halberstatensis*, qi anno 830 floruit, esse, clarè doceat Trithemius, & sub hujus nomine à Pontificiis ipsis in publicum editi sint sæpiùs, *Coloniæ anno* 1530 & *Parisiis anno* 1556. Et istum itaqe Remigium Robertus Coqus noster in suum *Patrum nothorum laterculum* inscribere merito poterat: interim Haymo in Remigium transibit, si qid qod cavssam ipsorum juvet, protulisse sit visus; idqe tanqam orthodoxum in eodem probabitur, qod in Ruperto tanqam hæreticum damnatur. Cæterùm ut ad verba Pavlina redeam, in hoc omnes hi, prisci, nuperi Pontificii etiam conveniunt, etiamsi

alioqi discrepantia loqantur, *de participantibus* ipsis *panem enunciari*. Unde telum adversus Papicolas havd imbelle arripiunt nostri. Tam enim necessariò conseqi, *populum Christianum in panem transformari*, qia de his dicit Apostolus, *Nos sumus panis*, qam *panem Eucharisticum transubstantiari in corpus Christi*, qia Christus de *pane* dixit, *Hoc est corpus meum*. Tam enim *panis* istic de *populo*, qam *corpus* ibi de *pane* prædicatur. Nec eam tralationem respuere poterunt, cui hactenùs & prisci Patres uno ore, qotqot locum illum explicant, & ipsorum etiam scriptores unanimiter suffragantur; qamqe omninò repræsentat, cui jam avtographis ipsis prælatæ, primas dedere, *Versio Vulgata*. Verum ego cum Maldonato sentire nolim, qi Joan. c. 6. v. 62. interpretationem qandam, in qâ *neminem, qod novit, consentientem sibi* habere agnoscit. *Avgustiniana, qam cæterarum omnium alioqi probabilissimam* censet, ideò *præfert* magisqe probat, *qia cum Calvinistarum sensu pugnat magis*. En, qid possint partium affectus: ut non qid nobis se probet, sed qid partes, qibus obnixè adhærere animum induximus, poscere videantur, qidqe parti aversæ adversetur, adversus qam enixius obniti mentis aciem obstinavimus, cogitemus; atqe hoc, ubi se obtulerit contra nostri ipsorum judicii dictamen, rationis acie obnuptâ, ulnis obviis amplectamur. Ego verò, licet interpretatio ista, qæ plerisqe probatur, adversus Papicolas, qi & eandem admittunt, militet planissimè; malim Theodorum Bezam hic seqi, qia genuina magis hujus mihi versio videtur. Is suppleto duntaxat verbo substantivo, (qod creberrime, sæpiusqe ferè qam exprimitur, solet supprimi) sic reddidit: *Qoniam unus est panis, unum corpus nos illi multi sumus: nos enim ex uno illo pane participamus.* Atqe ita planè Syrus,
איכנא הכיל דחד הו לחמא הו הכנש כלן חדחנן פגר
i. e. vertente, Boderiano: *Qemadmodum igitur unus est panis ille; ita nos omnes unum sumus corpus*: Provocabulum הו pro verbo *substantivo* tam Syris, qam & Hebræis, adeò usu planè tritum est, ut monitu nihil opus sit. Nec secus Arabs reddidisse perhibetur. Sed Bezam ipsum avdiamus: *Mihi qidem supplendum videtur verbum* ὑπαρκτικόν; *qod etiam faciunt Syrus & Arabs interpretes; ut vis argumenti ab ejusdem & unius sacramenti perceptione sumpta intelligatur. Nec enim, ut arbitror, dicuntur pii esse unus panis & unum corpus: sed unum esse corpus, Christi videlicet mysticum, qod fiant membra illius mysticè inter se conjuncta, qoniam ex eodem illo sacro pane comederint, qi est illorum inter se cum Christo coalitionis pignus.* Hæc ille. Cui suffragatur & Petrus Pichevellus *de Missâ differt. c. 3. Pavlus*, inqit, *ut ostendat cum Christo unionem fidelibus omnibus sic esse communem, ut ejus inter se sint omnia membra, qa corpus illud unum constituant, ut ad charitatem mutuam, consensum & unitatem illam colendam incitet; Cœnam sumentes, licet multos, unum docet esse corpus; sicut unus in Cœna panis, qo omnes participant.* Qando *inqit*, Unus [est] panis, unum corpus multi sumus: omnes enim uno illo pane participamus: *i. e. qando avtem unus est in Cœna panis (nam omnes in eâ uno pane participamus) ob id omnes qi eo uno illo pane participamus, unum corpus cum Christô inter nos sumus, & esse debemus, sicut unum illius panis corpus. Non dicit avtem Pavlus, fideles unum esse panem, sed ab uno pane ducit similitudinem.* Atqe ita intellexit *Cyprianus de Cœna Domini*: & qibus, *inqit*, unus est panis, unum est corpus, & omnium unum cor, & anima una. *Cyrillus l. 11. in Joan. c. 26.* Si omnes unum panem manducamus, unum omnes corpus efficimur. *Et Gregorius in registro*; Qum panem manducamus, vivum corpus efficimur Domini & Salvatoris. *Qod nisi* τὸ omnes uno pane participamus, *ætiologia sit* τοῦ qum unus est panis, *certè erit repetitio, qæ dictum prius exponat, qandò, ut dixi, omnes uno pane participamus: talis avtem ætiologia longiusculè posita legitur, Marci ult. v. 24.* Hæc & iste vir eximius: qi insuper ex hoc Apostoli dicto confirmat, in Cœnæ sumptione panem manere. Et certè phrasis illa altera duriuscula videtur, nec qæ alibi usqam usurpata deprehenditur, ut *panis unus* dicatur esse populus Christianus. Qorsum enim? avt qemnam qi pascat? *panis Christus* passim, qo pascatur ille. Qod & toties inculcatur, Joannis cap. 6. at *panis* nomine nusqam venit *populus* Christianus. Nec *panis* symbolo in Cœnâ, *mysticus* (qi dici solet) *populus* iste, sed *Christus* ipse designatur. Verum *unum corpus* conficere & constituere Christianorum cœtum universum, tanqam *symbolo* aptissimo ac convenientissimo, demonstratur, cum *uno* eodemqe *pane vescuntur*, eodemqe planè alimento, prout corporis unius ejusdemqe membra, nutriuntur. Ita nec difficultatis, avt insolentis etiam, qicqam habet hæc interpretatio; & ad mentem Apostolicam est appositissima: cujus hic est scopus, ut argumento à *Cœna mystica mensaqe commum* petito, ostendat fideles, non tam Christo, qod & Cajetanus animadvertit, qam sibi invicem conjunctos esse; idqe eosdem *hoc ritu profiteri*, qod & Mortonus noster monuit. Nec me morantur hîc qicqam, qæ adversus hanc interpretationem adducit Joannes Piscator, qum nullius planè sint momenti.

Primo, *Verborum collocatio*, inqit, *Syntaxim illam innuit*. At certè dictionis series nihilo magis illam qam istam exigit. nihilo magis istam qam illam respuit. Imò huic magis favet, qia freqentior est *ellipsis verbi substantivi*, qam ista, qàm *conjunctionis copulativæ*, qam illa exigit, & Vetus interpres, qod & Cajetanus monuit, de suo sine justâ cavsâ interserit. Neqe enim in connexo bimembri ἀσύνδετα Apostolo sunt familiaria.

Sed *interpretatio hac*, inqit *articulum postulat, ut ὁ ἄρτος dicatur, prout postea ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου* dixit. At hoc nihil est necesse, cum vis dictionis non tam in ἄρτος qam in εἷς consistat. *Qod sit unus panis*, ut mox ἓν σῶμα, *corpus unum*. Nec εἷς istic prædicatum, sed adjectum videtur: qod cum subjecto suo verbo substantivo, qod subintelligitur, impersonaliter, ut loquntur, sive absolute, sumpto, subjungatur. Qin & fieri potest ut Apostolus ἑνὸς ἄρτου nomine, non tam *escam communem* eandem, ut vers. 3. τὸ αὐτὸ βρῶμα, qam *massam panis unam* eandemqe intellexerit. Nostri dicerent, In that there is but one loaf: ditior enim hac in parte videtur lingva nostra, qàm avt Græca, avt Latina: qi *panis* particulam etiam qamlibet dicimus, bread; massam integram, a loaf, itaqe qod Luc. c. 11. v. 5. Græcè τρεῖς ἄρτους, Latinè *tres panes*, dicitur. nostri aptius, three loaves. Et Mortonus noster *panem libum* exponit, unde forsan & loaf nostrum tractum fuerit. *Sensus*, inqit, *est, ut ex multis tritici granis contritis unum libum, & ex multis membris unum naturale corpus fit, ita ex multis credentibus fit una Ecclesia.* Sed *libi* vocabulum angustius est, & operis dulciarii speciem certam designat: uti ex Catone *de re rustic. c. 75.* & Nasone *Fast. l. 1.* patet. Nec satis commode noster iste *panem* hic in *sensu tropico* sumit. Qum nihil adsit, qod obstet, qo minùs in sensu genuino istic sumatur: prout in versu antegresso ipse agnoscit adhiberi. Eam de *una panis massa* suspicionem nostram juvat, qod antiqitùs, avtore Durando, in *rational. divin. l. 4. c. 53. Offerebant magnum panem & omnibus sufficientem. Qod adhuc*, inqit, *Græci servare dicuntur.* Horsum vergere videtur, qod Ignatius *Epist. ad Ephes.* ἕνα ἄρτον κλῶντες. *Panem unum frangentes*, & *Epist. ad Philadelph.* Εἷς ἄρτος τοῖς πᾶσιν ἐθρύφθη, καὶ ἓν ποτήριον τοῖς ὅλοις διενεμήθη. *Panis unus omnibus confringitur, & poculum unum universis distribuitur.* Qod Justinus *Apolog. 2.* Ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος. *Offertur ei qi fratribus præest, panis & poculum aqæ ac vini.* Qod Clemens Alexandrinus *Stromat. l. 1.* Τὴν Εὐχαριστίαν τινὲς διανείμαντες, ὡς ἔθος, αὐτὸν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσιν. *Evcharistiam* (i. e. panem Eucharisticum) *ubi qidam, prout moris est, diviserint, è populo unumqe partem sumere permittunt.* Qod Avgustinus apud Gratian. *de consecr. dist. 2. c. 58. Non qando (Christum) manducamus, partes de illo facimus, qia in Sacramento sic fit. Et norunt fideles, qomodo manducent carnem Christi. Unusqisqe accipit partem suam: Unde ipsa gratia (i. e. Evcharistia sive panis Evcharisticus, in partes comminutus) partes vocantur. Per partes manducatur, manet integer totus in corde tuo?* Idemqe Epist. 50. *Unus panis sacramentum est unitatis.* qod Dionysius, qicunqe is, antiqus certè Hierarch. Eccles. c. 6. part. 3. sect. 8. Ἐγκεκαλυμμένος μὲν ὁ θεῖος ἄρτος προ-

ἐθε-

τίθεται, καὶ τὸ τῆς εὐλογίας ποτήριον. *Opertus qidem proponitur panis divinus, & benedictionis calix*, & post sect. 12. A Τὸν ἐγκεκαλυμμένον δὲ καὶ ἀδιαίρετον ἀνακαλύψας καὶ εἰς πολλὰ διελών, καὶ τὸ ἑνιαῖον τοῦ ποτηρίου πᾶσι καταμερίσας, συμβολικῶς τὴν ἑνότητα πληθύνει. *Opertum & individuum, sive necdum divisum, panem ubi detexerit, & in partes multas diviserit, & poculum singulare omnibus impertitus fuerit, symbolice unitatem consummat.* Accedit denique Honorius Augustodunensis de *Gemmâ animæ c. 29. Fertur qod olim Sacerdotes è singulis domibus & familiis farinam accipiebant, qod Græci adhuc servant, & inde Dominicum panem faciebant, & hunc* B *consecratum populo distribuebant. Postqam autem Ecclesia numero qidem augebatur, sed sanctitate minuebatur, qia populo non communicante, non erat necesse panem tam magnum fieri, statutum est, eum in modum denarii formari vel fieri, & ita populus pro oblatione farinæ denarios offerret, pro qibus traditum Dominum cognosceret.* Nec abnuerim, qod apud nos hodiè fit, cum cœtus numerosiores haberentur, panes plures adhibitos. Unde illud Origenis *adversus Celsum l. 8.* Ἡμεῖς δὲ τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ εὐχαριστοῦντες, καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι, καὶ ἁγιάζον τοὺς μετὰ ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. C *Nos qi universi conditori placere studemus, cum gratulatione & precatione de beneficiis exhibitis, panes manducamus, corpus precationis virtute sanctum qoddam effectos, & qod cum sano proposito sumentes sanctificet.* Christum verò in Cœnâ novissimâ, cum non plures duodecim participes haberet, *pane uno*, cujus *fragmenta*, ut Cyrillus loqitur *in Joan.* l. 4. c. 14. eis porrexit, contentum fuisse ratio suadet, & communicantium paucitas. Optimè Paræus: *Est ratio ejus, qod dixerat, panis* D *qem frangimus, à mysterio fractionis ducta. Cur, inqit, panem frangimus? h. e. panem unum dividimus in multas partes, qas singuli accipimus & manducamus? ad significandum, qod sicut particulæ multæ sunt unus panis, de qo omnes participamus; sic multi nos simus unum corpus, h. e. virtute hujus sacramenti coalescamus in unum corpus invicem & cum Christo. Unus enim panis erat mole & massâ in veteri Ecclesiâ, qando ex oblato farre unus panis Eucharistiæ frangebatur in unitatis symbolum.* Hoc autem modo si cepefimus Apostolum, articulus omoinò supervacaneus fuerit. Qem & E in *Cœna Dominicæ* narratione plures omittunt. Nam qod Matthæus c. 26. v. 26. λαβὼν τὸν ἄρτον. qod nos vertere possumus, taking the loaf, Marcus c. 14. v. 24. & Lucas c. 22. v. 19. habent, λαβὼν ἄρτον, qod nos diceremus, taking a loaf. Nam qod in proximo inciso articulum adjecit Apostolus, ideò factum est, qod ad panem jam dictum respectus habebatur, q. d. *ex pane illo uno*, qem diximus.

Denique qod ait *Pauli ratiocinationem illud postulare. Qia* F *scilicet ratiocinetur Apostolus à pane sacramentali ad panem mysticum, seu corpus mysticum.* Primo de *pane mystico*, prout ipse intelligit, qod dicit, præsumit τὸ ζητούμενον. Hoc est enim qod qæritur. Ratiocinatur planè à *pane sacramentali* sive *mystico* (utrumvis enim dixeris, parum intererit) *ad corpus Christi*, qod fidelium cœtu constat, *mysticum* autem qî dicatur (ecqid enim designat *mysticè* aut cujusnam rei est *mysterium*?) non satis asseqor. Hujus *unitatem*, licet è *multis* consistat, à *panis* sive *pabuli*, qo vescitur aliturqe *unitate* confirmat. Et cum ratiocinatione istâ convenit pulcerrimè qam Vir Clarissimus dedit, interpretatio, uti supra demonstravimus. *Panis* autem *mysticus*, si ita nuncupare libuerit, eo qo is sensu sumit, qi *pane* illo *sacramentali* repræsentetur, nullus in sacris literis, præter *Christum* ipsum, deprehenditur.

C A P U T VIII.

Ex scriptis sacris perperam sumptis portentosa deliria. Ex Hymn. 50. 10. bovem qalem fingant Rabbinuli. בהמות *Elephas. Ex Hymn. 104. 26. belluam marinam qalem; qacum Deum qotidie ludere fabulantur. Ex Hymn. 50. 11. & Job. 32. 29. alitem qalem.* זיז *qid. Joannis Buxtorfii elogium. Hujus Synagoga Judaica. Ex Hymn. 22. 21. Sphinx depicta. Canis, flammæ, orci manus, qid. Manus leonis, ursi, simiæ, araneæ, elephanti.* שממית *qid. Aguri dicta Salomoni tributa. Elephantis proboscis colli, aut palmæ nomine minus accurate designata. Anguimani, unde dicti. Ex Hymn. 103. 5. de aqila commenta. Hieronymo falso inscripta insulsa qadam. Aqilæ senectus; proverbium, Erasmo secius acceptum. Herodotus ab Aristotele notatus;* ἄποτα τὰ γαμψώνυχα. *Plumas alites, pellem renovant angues. Hymn. 103. 5. & Esaj. 40. 31. explicantur. Ex Job. 39. 3. & Hymn. 147. 9. de corvis figmenta. Volucres ferasqe pascit Deus. Propter nos & nostra curas. Viventi cuiqe de pabulo prospicit. Calvini elogium: hujus codices mendo liberati. Alites rapaces pullos a se suos abigunt. Ex Hymn. 58. 5. de aspide fabella. Hieronymus in Psalmos frustra laudatus. De phocâ, conchâ, fibro figmenta. Castor, unde dicatur. Fibro testiculi qomodo siti. Plinius a Turnebo solicitatus. Recanere, qid. Angues carminibus affici, frustra negatur. Id qa ratione fiat. Joannis Reginaldi encomium. Hujus dictio ab editoribus depravata. Obsurdescere, surdumve agere, qid velit. Orationis blandæ, sanæ, sacræ efficacia. Æschylus emendatus. Euripides restitutus.* ἀείδων φάρμακον, *qid. Stobæi qædam sedibus suis mota, restituta: Philemonis, constituta. Carmine sacro nihil potentius, e feris, saxis homines producere & procudere potens. Archa Noachicæ qi præstet Ecclesia. Clemens emendatus. Ælianus explicatus. Euripidis dictum haud rite acceptum.* Νόμοι *cantiones, carmina. Eis promulgabantur leges. Ælianus emaculatus. Aspis incantatione superior. Pharmaco qovis, sycophanta, amor, mulier mala. Euripides ex Cyrillo restitutus, ab Anaxandrida* κωμῳδηθείς. *Hujus in populum Atheniensem dicterium. Euripides a Gillio, Anaxandrides a Gyraldo & Grutero, perperam redditi. Aristotelis codices a Lambino frustra solicitati. Cyrillus emendatus. Indolis humanæ pravitas. Psaltæ de aspide mens genuina, in Stephani interfectoribus deprehensa & delineata.*

LEpidas sibi fabellas, imò portentosa etiam deliria confingunt sæpenumero ac comminiscuntur homines E male feriati, ex Scripturarum sacrarum dictis perperam acceptis. Hoc in genere qam licenter Rabbinuli Judaici se gesserint, si qis fusius paulo propalare velit, næ volumen is ingens levi operâ confecerit. Hymno 50. v. 10. qum legunt בהמות בהררי אלף Behemoth. i. *bestias in mille montibus*; magnitudinis portentosæ belluam qandam *Behemoth* dictam hinc exculpunt, montium mille herbaria diebus singulis depasci solitam: qæ qo belluæ tantæ pabuli satis suppetat jugiter, noctibus singulis succrescant denuò. Ita F R. Salomon Jairus, & Cabhavenaci in locum. Qod & co fidentiùs affirmant, qod *Behemoth* apud Jobum cap. 40. v. 10. pro *Elephante* sumptum reperiatur. Hymno 104. v. 26. cum legunt לויתן זה יצרת לשחק בו *Leviathanum, qem formasti ad ludendum in eo*, scilicet sive Oceano, ut rectè D. Camius) piscem hinc isti non minus immanem ingentemqe extrudunt, qo cum Deus benedictus rer qotidiè ludendo se oblectet, qiqe coram Messiâ suo, ubi tandem is venerit, cum bove illo commissus, ludos festivos facturus sit. Ita R. Moses citante Salomone Jairo; qi & ex Dei illis ad Jobum c. 41. v. 5. *Num tanqam aviculâ, ludos eo tibi facies?* hoc ipsum statuminatum it: Et ne bovi ac pisci, sive bestiæ agresti belluæqe marinæ, è cœli volantibus compar prorsus desit, ex Hymni prioris illius verbis illis vers. 11. *Novi omnem volucrem montium*, וזיז שדי עמדי & *ziz agri mecum est*; etiamsi זיז illud *animal* qodvis *agreste* sive *ferum* designat, uti rectè David Camius; dictum qia liberè huc illuc divagetur, uti Salomon Jairus; nec hominis dominio subjectum degat, ut Abraham Esdræ filius, qibus astipulatur & Hymni 80. versus 14. hinc tamen alitem procudunt illi non minus portentosum, qi alas qoties expandit, solem ipsum obumbrat, & terrarum orbi universo tenebras inducit: prout Camius idem ex R. Judâ in *magnis ad Leviticum commentariis* ex Simonis sententiâ ibidem refert: & ex Jobi libro

libro pariter confirmare nituntur, ubi dicitur cap. 39. v.29. *Num ex intelligentiâ tuâ subvolat accipiter, versus avstrum expandit alas suas?* Verum de istis plura qi voluerit, Virum clarissimum ac diligentissimum D. Joannem Buxtorfium, cui literæ Hebraicæ plurimum debent, adeat in *Synagoga Judaica*, c. 36. fabellas hasce, cum Scripturæ locis ad eas suffulciendas turpissimè simul ac flagitiosissimè detortis, fusissime narrantem.

Qin nec nostri vitio hoc immunes prorsus. Mitto, qæ de Phœnice ex Hymno 92. v. 12. fabulatos qosdam alibi monui. Mitto qod de sphinge qendam, non sine stomacho, puer etiamnum, commentantem avdivi, cum *canis* scilicet *manum* legisset Hymno 22. v. 21. qasi canis aliqa manibus instructa humanis, qalem *sphingem* aliqando pictam oculis usurpaverat, verbis illis necessariò designaretur: cum nihil sit in sacrâ paginâ tritius, qam ut *manus* pro potestate usurpetur. Unde *manus laqei*, Parœm. c. 6. v. 5. &, *manus flammæ*, Esaj. c. 47. v. 14. &, *manus orci* Hymn. 49. v. 16. & 89. v. 48. Hosh. c. 13. v. 14. *à manu canis* itaqe, *à canis potestate*; ut Heresbachius; vel etiam, *ab insultu canis*, ut Piscator. Nam brutis qoqe animantibus manus tribuuntur, ut *leoni* & *urso*, Histor. Reg. l. 1. c. 17. v. 37. tamqe *e manu leonis*, ac *è manu ursi* ereptum, qam *è Palæstini manu*, David cum Goliâ congressurus, eripiendum se prædicat. Sed nec exteris etiam scriptoribus insvetum istud. De *leone* enim pariter, Oppianus, Κυνηγετ. *l.* 2. *v.* 55. χεῖρα δεξιτερὴν; & Lucianus in *Philopsevde* χεῖρα δεξιὰν dixit: idemqe poeta, *ursi pedes primores*, χεῖρας vocat *l.* 3. *v.* 174.

Καὶ βόσιος χατέουσα πόδας χεῖράς τε λιχμαίνει.
Et cibo carens pedes manusqe lingit.

qod idem & Artemidorus *oneirocrit. l.* 5. *c.* 49. Ἐνίδαν φωλεύῃ ἡ ἄρκτος, τῷ στόματι ἐμβαλοῦσα, τὴν χεῖρα, ὥσπερ ἐσθίουσα, ἀπομυζᾷ. *Quum intra speluncam latitat ursa, ori manum inserit, & velut adedens exsugit.* Et Ælianus *l.* 6. *c.* 3. Ἀπόχρη δὲ τὴν αὐτῆς δεξιὰν περιλιχμᾶσθαι. *Sufficit ejus dexteram lingere.* Plutarchus etiam in *Qæst. natur.* 29. ubi qæsierat de *urso*, cur non, perinde ac lupus & vulpes retia corrodat; ἢ μᾶλλον, inqit, ἰσχύουσα ταῖς χερσὶ ῥήγνυσι καὶ διασπᾷ τὸ βρόχον. ἢ καὶ ταῖς χερσὶν ἅμα χρῆται καὶ τῷ στόματι, ταῖς μὲν διασπῶσα τὰ λίνα, τῷ δὲ ἀμυνομένη τοὺς διώκοντας. h. e. *Num retia manibus dirumpit disjicitqe, qia est plus valet? an ore manibusqe simul utitur, istis ad retia dilaceranda, illo adversus venatores?* Idemqe *Qæst.* 22. Διὰ τί τὴν ἄρκτου φασὶ τὴν χεῖρα γλυκυτάτην ἔχειν σάρκα, φαγεῖν τε ἡδίστην; ita enim omnino legendum avtumo, *Qare ursi manum ajunt carnem svavissimam esuqe gratissimam habere?* Hujus avtem rei rationem assignat, qod pedes primores, utpote qi & pedum ac manuum qoqe vicem exhibeant, ursus maxime exerceat. Καὶ γὰρ ὡς ποσὶ τοῖς ἐμπροσθίοις βαδίζουσα χρῆται καὶ τρέχουσα, καὶ ὡς χερσὶν ἀντιλαμβανομένη. *Siqidem primoribus, tum in incessu cursuqe, pedum instar, tum ad prehendendum, manuum instar, utitur.* Qæ verba novissima Aguris dictum in memoriam revocant, qi Parœm. c. 30. v. 28. שממית בידים תתפש i. *semamith* χερσὶν ἀντιλαμβάνεται. *manibus prehendit.* *Semamith* avtem alii cum Esdraide *simiam* intelligunt. Et χεὶρ πιθηκεία Galeno dicta est, *de usu part. l.* 1. LXX. Καλαβώτην vertunt, sive ἀσκαλαβώτης, *stellionem*, avt *lacertam*: qi & idem κωλώτης Hesychio. Κωλώτης, ἀσκαλαβώτης. ἔλεγον δὲ αὐτὸν καὶ γαλεώτην. δοκεῖ δὲ αὐτὸς διώκειν ἄλλα τὰ περὶ τοὺς μύας. Κωλώτης, ἀσκαλαβώτης. *Dicunt vero & illum γαλεώτην. Videtur avtem ille scite salire prope mustelas.* Sed & in Græcorum Glossis, referente Salmasio, idem σαμαάμιθος, sive σαμαμίζη dicitur: qod est ipsum Hebraicum שממית ita de isto hoc diceretur, qod ad muscas captandas pedibus tanqam manibus abuteretur. At alii cum Gersonide *araneam* esse volunt, qæ pedibus, tanqam manibus usa telam conficit. De eâ Thomas Muffetus noster in *Insectorum Theatro*, *l.* 2. *c.* 13. *Textrina manibus pedibusqe incumbens sapientissimum animal sapientissimi Regis dominabatur in avlâ.* Salomonis nimirum existimabat esse, qod Aguris erat. De *elephante* deniqe Aristoteles *Histor. Animal. l.* 1. *c.* 11. Τοῖς δὲ ἐλέφασι μυκτὴρ μακρὸς καὶ ἰσχυρὸς, καὶ χρῆται αὐτῷ ὥσπερ χειρί· προσάγεταί τε γὰρ καὶ λαμ-

A βάνει τούτῳ, καὶ εἰς τὸ στόμα προσφέρεται τὴν τροφὴν. &c. *Elephantis prolixus validusqe nasus avgetur: ejusqe usus idem qi manus, ea namqe colligunt, capiunt, & in os admovent cibum, &c.* Et *l.* 2. *c.* 1. ὥστε ἀντὶ χειρῶν ἔχειν αὐτόν. *Ita ut illum loco manuum habeat.* Et rursus, *de partib. l.* 2. *c.* 16. Τούτῳ τὴν τροφὴν προσάγεται, καθάπερ χειρὶ χρώμενος. *Illo cibum colligit, perinde ac manu utens.* Sed & Plinius *Hist. Nat. l.* 8. *c.* 10. *Spirant & bibunt, odoranturqe havd impropriè appellatâ manu.* Et disertius etiam Cicero *de natur. Deor. l.* 2. *Manus etiam data Elephantis, qia propter magnitudinem*
B *corporis difficiles aditus habebant ad pastum.* Minùs enim aptè Basilius *in Hexaem. Orat.* 9. τράχηλον, i. *colli*, vicem mavult habere. Avdaciùs verò pavlo Oppianus, non *manum*, sed *palmam*, dixit, Κυνηγετ. *l.* 2. *v.* 524.

Κεῖνο θηρὸς ἔφυ παλάμη. ——
Illa feræ palma est. ——

Inde *angvimanos elephantes* dixit Lucretius *l.* 2. & *l.* 5. qia *angvis similitudinem habet*, ut Isidorus *Origin.* 12. *c.* 2. *proboscis illa, cum flecti in omnes partes & torqeri pro animalis libitu proclivis sit.* Ælianus etiam manui præferens l. 4. c. 31.
C Μυκτῆρα δὲ κέκτηται χειρὸς εὐχρηστότερον. *Atqe ita promuscide tanqam manu vel etiam commodius utitur.* qanqam Junius Psaltæ illud πλεονασμῶς dictum vult: *à manu canis*, i. *à cane*: qemadmodum Genes. cap. 9. v. 5. *à manu omnis bestiæ*, i. *à bestia omni, sangvinem vestrum reposcam.*

Hymno 103. v. 5. *Renovas te, tanqam aqila, juventute tua.* Et Esajæ c. 40. v. 31. *renovabant vires, ut aqila.* Ex his locis de *aqila* commenta procudunt R. Saadis Gaon, referente Davide Camio; *Aqilam decennio qolibet nubes transcendentem ad ignis elementaris regionem subvolare, cujus præ*
D *æstu nimio in mare se præcipitem demittat: hac ratione à decennio ad decennium renovari, donec anno centesimo è mari emergere havd amplius jam potis intereat.* Hieronymi nomine fabulosus & febriculosus qidam (nec calculum mihi Erasmus hic suum negaturus est) ad finem *Tractatus de Cereo Paschali*, *Aqila, ubi senuerit, pennas oculosqe gravari, itaqe fontem qærere, pennas erigere, calorem in se colligere, in fontem ter se mergere: ita oculis sanatis ad juventutem redire.* Qæ in *Regulam Hieronymi* nomine a se concinnatam c. 18. transtulit frater Lupus de Oliveto, qo dignas haberet, qas
E esset, fraternitas ea, labris suis lactucas. At Avgustinus in Psal. 102. *Aqilam senio gravatam rostri immodice crescentis unco non posse os aperire, cibumve capere: langvescentem ergò rostrum collidere ad petram, cujus attritu excusso qod redundabat; ad cibum redire, & reparari ut juvenescat omnino.* Atqe hunc sequntur Cassiodorus, Hugo Cardinalis, Evstathius, Bonaventura, & seqioris secoli tota fere cohors. Cæterum qi Epiphanii ementito nomine *Physiologum* nobis edidit, qo nihil de tam bellâ fabella deperiret, utrumqe conjunxit, *Aqilam ἀετὸν, διὰ παλαιότητα*, scilicet sic dictam,
F *ad annos centum vitam producere. Senescentis vero ita oculos caligare, rostrum incurvari, ut nec cernere, nec cibum capere possit; igitur in altum ubi subvolarit, in præruptam se projicere rupem, ad qam rostrum elidat, tum postqam in stagnum frigidum se merserit, radiis solaribus demum exponere sese: ita & sqamas ab oculis decidere, & vigorem juvenilem denuò reverti*, atqe hoc esse qod sacra insinuat pagina. Non adjiciam qæ hoc substrato fundamento de *homine vetere deponendo*, *spiritu renovando*, de *Christo petra*, de *Baptismatis fonte*, de *pœnitentiæ lachrymis*, de *Spiritus Sancti ardore*, alle-
G gorias superstruunt. Verum gerræ germanæ istæ, καὶ λῆροι λῆροι. Simplex omnino Spiritus Sancti utrobiqe sensus: apud Psaltem, facis ut juventute qasi reductâ renovatus, instar aqilæ firmus, vividus, vegetus, valensqe sim: apud Vatem, in te fiduciam habentes, cum jam deficere videbuntur, ita vires reparatas habituri sunt, ut aqilarum instar subvolare, & angustias omnes superare valeant. Aqilæ certè ea vivacitas est, is vigor; ut *Aqilæ senectus* etiam (qod & Hieronymus ad Mich. c. 1.) in proverbium jam abierit. Nec in bibacitatis (qod Erasmus frustra suspicatus est, siqidem, ἄποτα πάμπαν ἐστὶ τὰ γαμψώνυχα, *sine ullo potu & adunca est*, ut Aristoteles *Hist. Animal. l.* 8. c. 18. qi & eo nomine Herodotum notat, qod in Nini obsidione aqilam bibentem faciat.) Sed in strenui-

tatis

tatis & vivacitatis significationem à comico, in *se ulciscente* *Act.* 3. *sc.* 2. *v.* 9. usurpata sit, verba illis,

Visa vero est, qod dici solet,
Aqila senectus.

Siqidem, ut Plinius l. 10. c. 3. *Aqila maximus honor, maxima & vis ex eis, qas novimus, avibus*: in eandem mentem Græcorum, illud, Ἀετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης. *Aqila senectus, alaudæ juventus.* ὑπὸ ... inqiunt parœmiographi, *qod aqilæ senectus qoqe alaudæ juventute potior sit.* Imò, ... *aliis etiam cujusvis*, uti Svidæ placet Plinium propius accedenti. Qin nec eorum placet explicatio, qi ad aqilam renovationis vocabulum in dictis hisce referunt. Nihil enim hac in parte peculiare aqila obtinet, qum & reliqis omnibus tum alitibus, tum & aviculis usu veniat, ut statis tempestatibus plumas amittant, unde etiam langvidiores fiant, donec novis succrescentibus denuò convalescunt; nec non angvibus istud est ac serpentibus reliqis cum avibus qadantenus commune: sicut enim pennis illæ, ita pelle isti, tanqam *veste*, inqit Lucretius, in spinis vepribusqe exutâ renascuntur qodammodò & reviviscunt. Unde ille apud Aristophanem in Pace,

Ἥδομαι καὶ γέγηθα — καὶ γελῶ,
Μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδὺς, ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα.
Amplius nunc gaudeo, lætor atqe rideo,
Qam senectam exutus angvis, postqam clypeum effugerim.

Qin & nos de provectiore aliqo, qi rejuvenescere videatur, *Angvem eum comedisse*, dicere solemus. Verum, *renovas te, tanqam aqila*; id est, ita vires tibi reparantur, ut aqilæ instar, viridus, vegetusqe sis: *vires immutabunt*, sive *iterabunt*, & *duplicabunt*, sive novas etiam acqirent denuò, *tanqam aqila*, i. e. ut instar aqilæ firmi consistant, persistant, progrediantur citra lassitudinem, sive virium vel diminutionem, avt defectum ullum. Itaqe subjungitur apud Hymnographum, [tanqam in] *juventute tua*, ita renovantur tibi vires, ut sis qalis aqila esse solet, & qalis in juventute ipse fueras: ita enim ex Jobi c. 33. v. 25. David Camius & Salomon Jairus.

Percontatur Jobum Dominus ipse c. 39. v. 3. *Ecqis corvis paras escam suam, qum pulli ipsorum Deum inclamant, sine cibo oberrantes?* cui responsum suggerit Hymnographus verbis illis, Hymno 147. v. 9. *Dat jumentis cibum suum, & pullis corvorum vociferantibus.* Atqe hinc novas denuo strophas comminiscuntur de *corvis*: qos ajunt, pullos suos ad tempus aliqod deserere & negligere, eo qod plumâ nigricante nondum vestitos, nec pro suis habeant; ipsos interim, vel de rore, cicadarum in morem vivere, vel vermiculis, divinâ qadam id procurante providentiâ in nido natis nutriri. Hoc Jairus, Camius, Esdræ filius, reliqi. Idem admittunt è nostris Isidorus Pelusiota l. 4. *Ep.* 43. Gregor. *Moral.* c. 21. c. 15. Isidorus Hispalensis *Orig.* l. 12. c. 7. Pseudo-Hieronymus in *Psalm.* Cassiodorus, Evthymius, Hugo Cardinalis, Nicolavs Lyranus, &c. e melioris notæ etiam Joannes Mercerus, Henricus Mollerus, Wolfgangus Musculus, Joannes Piscator & Martinus Bucerus in Psal. 147. & Matth. c. 6. Verum sunt ista reverâ μῦθοι γραώδεις, *aniles fabulæ*, qas repudiatas vult Apostolus ad Tim. Ep. 1. c. 4. v. 7. nec plus sanè veritatis habent, qam qod Aristotele *de gener. Animal.* l. 3. c. 6. & Plinio l. 10. c. 12. referentibus, *ore corvos parere avt coire* & concipere saltem *vulgus* hominum *arbitratur*: mirumqe viros graves tam pronis animis amplexum ivisse, qod nec probati physici alicujus testimonio subnitatur, & experientiâ ipsâ qotidianâ, qotanni saltem, dictante, falsi convincitur. Qin & ille ipse in Evangelio Matthæi locus interpretationis hujusce vanitatem redarguere suffecerat, qum qod de *corvis* à Deo pastis apud Lucam c. 12. v. 24. sit dictum, idem ipsum de *volucribus* citra exemptionem avt exceptionem ullam in universum dicatur, Matth. c. 6. v. 26. ut nihil hac in parte corvorum qod sit peculiare compareat. Imò eo in ipso, non hymno tantùm, sed hymni commatio, qod Hymnographus de *corvis* in membro altero, de *jumentis* itidem in altero idem ipse pronunciat; nec de his solis, sed

A de *omni carne*, i. animalibus universis, cibum eis nimirum à Deo subministrari, Hymno 136. v. 25. deniqe nec *leonum* minus catuli, qàm *corvorum pulli*, tam rugiendo illi, qam crocitando isti, à Deo cibum suum poscere perhibentur, Hymn. 104. v. 21. Optime Calvinus, qo in sacris explicandis nemo religiosiùs est versatus, nemo figmentis istiusmodi magis vel abstinuit vel abhorruit etiam, nemo conjecturis incertis & inanibus indulsit minùs; *Ideò corvos nominat, contemptissimum avium genus* (qo modo Christus *passerculos*, genus vilissimum, Matth. c. 10. v. 29.) *ut doceat*
B *Dei liberalitatem penetrare ad omnes mundi partes.* Sed & *qod nullum hominis famulatum avt ministerium exhibet*: qod Joannes Chrysostomus monuit; ne in hominis gratiam eos curare censeatur Dominus Deus, ὁ δι' ἡμᾶς καὶ τῶν ἡμετέρων ἐπιμελούμενος, *qi propter nos & nostra curat*, ut rectè Theodoretus *in Genes. Qæst.* 52. Sed pergit vir doctissimus. *Nam qod fabulantur Judæi* (utinam non & nostri) *deseri à pullis suos corvos* (legendum *deseri à corvis pullos suos*) *simul exclusi sunt, & vermes nasci in corticibus arborum ad eos pascendos, hoc suo more faciunt; qia nulla illis religio vel pudor*
C *est, qidvis sine colore comminisci qoties aliqid ambiguum occurrit: nobis hoc sufficiat, totum naturæ ordinem sic temperari à Deo, ut ne pullis qidem corvorum desit cibus, qi crocitando fatentur se esse famelicos, nec sibi esse inopiæ remedium, nisi Deus succurrat.* Hæc ille; qibus illud tantum adjectum velim; *corvos*, sed non solos (rapacium enim raptoqe viventium alitum plerisqe id cum corvis est commune) pullos suos non implumes deserere, sed pennatos, simul ac volare jam valuerint, à se depellere. De *aqilis* Aristoteles *Hist. Animal.* *l.* 9. *c.* 32. Τρέφουσι δὲ τοὺς νεοττοὺς ἕως ἂν δυνάμενοι γένωνται πέτεσθαι.
D τότε δ' ἐκ τῆς νεοττιᾶς αὐτοὺς ἐκβάλλουσι, καὶ ἐκ τοῦ τόπου τοῦ περὶ αὐτὸν παντὸς ἀπελαύνουσιν. *Alunt pullos, donec potestas volandi fiat: tum nido eos expellunt: post regione, qam ipsi genitores incolunt, tota exterminant.* Et rationem subjungit; Ἐπέχει γὰρ τὸ ζεῦγος ἀετῶν πολὺν τόπον, διόπερ οὐκ ἐᾷ πλησίον αὐτῶν ἄλλους αὐλισθῆναι. *Tenent enim singula aqilarum paria longum tractum: unde fit, ne ullo pacto vicinos habere patiantur.* Et Plinius *l.* 10. *c.* 3. *Melanaetos Græcis dicta eademqe valeria, sola aqilarum fœtus suos alit: cætera fugant.* Et mox. *Adultos persequitur parens, & longè fugat, æmulos scilicet rapinæ.*
E De *corvis* itidem Aristoteles *ibid. c.* 31. Οἱ κόρακες, ἐν τοῖς μικροῖς χωρίοις, καὶ ὅπου μὴ ἱκανὴ τροφὴ πλείοσι, δύο μόνοι γίνονται καὶ τοὺς ἑαυτῶν νεοττοὺς, ὅταν οἷοί τ' ὦσιν ἤδη πέτεσθαι, τὸ μὲν πρῶτον ἐκβάλλουσιν, ὕστερον δὲ καὶ ἐκ τοῦ τόπου ἐκδιώκουσι. *Corvi locis arctioribus, & ubi non satis cibi pluribus sit, duo tantum incolunt: & suos pullos, cum jam potestas volandi est, primum nido ejiciunt, deinde regione tota expellunt.* Sed & Plinius de *corvis* speciatim *c.* 12. *Cornix sola etiam volantes pullos aliqandiu pascit: cætera omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos, sicut & corvi: qi & robustos qoqe fœtus suos fu-*
F *gant longiùs.* Hac itaqe de cavssa fieri potest, ut de *corvorum pullis* potius qam de aliis locutus sit Hymnographus: & qod apud Jobum *sine cibo oberrare* dicantur, à parentibus scilicet & nido excussi, & locis vicinis depulsi: nec probare possum Junii versionem, qi istis mavult qam illis vagam ac famelicam conditionem eam tribuere; *parentibus* utiqe ipsis, non *pullis*.

Hymno 58. v. 5. *Venenum est illis simile veneno serpentis; ceu ti aspidis surdæ, qæ avrem obturat svam: qæ voci incantantium non avscultat, nec incantationum peritissimi.* Nec istic
G commentis fide nevtiqam dignis abstinetur. Jairum mitto, qi interpretatur, *Surdam avre alterâ per senectutem factam, avrem alteram pulvere obturantem, ut ne carmen avdiat, cujus avditi pollentiâ cohibeatur qo minùs lædat.* Ampliùs nostri, Avgustinus: *Data est similitudo de Marso, qi incantat, ut de cavernâ aspidem educat; at illa recusans voces avdire, qibus cogi se sensit, allidit unam avrem terræ, & de cavdâ obturat alteram, voces illas, qantum potest, avdire evitans, ne ad incantantem exeat.* Hunc totidem pene syllabis transcripsit qi Ruffini *in Psalmos* titulum, sed ementitum, puto, præfert. Sequuntur & Cassiodorus, Bernardus *in Psal.* 91. *Serm.* 13. Arnobius Junior, Hugo Cardinalis, Lyranus, Remigius. Etiam D. Junius tam insulsum commentum in *annotationes* suas mittere sustinuit. Et Villetus noster in

 exegesin

exegesin suam ad *Genes. c.* 3. *v.* 1. *q.* 2. Nec abscedere videntur e Græcis Theodoretus & Evthymius. *Hieronymum* enim qod advocat Junius, *Hieronymi nomine commentariorum in Psalmos avtorem* D. Joannes Reginaldius, uterqe codice inconsulto memoriâ lapsus. Ejusmodi avtem planè figmentum est istud, qale illud de *Phocâ* apud Theophrastum fragmento *de animantibus invidis*, *ὡς ὅταν μέλλῃ ἁλίσκεσθαι, ἐξεμεῖ τὴν πυτίαν*, qod *captu proximo coagulum evomat*, qod ad epilepticos curandos conducat. De margaritarum fœtis *conchis* apud Plinium *Hist. Nat. l.* 9. *c.* 35. *Concha ipsa, cum manum videt, comprimit sese, operitqe opes suas, gnara propter illas se peti.* Avt qale tantopere decantatum illud de *castore*, *qi se*

Evnuchum ipse facit, cupiens evadere damno

Testiculorum; adeo medicatum intelligit ingven.

Juvenalis *Sat.* 12. atqe ita qidem Plinius *Hist. Nat. l.* 8. *c.* 30. *Easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo urgente ob hoc se peti gnari.* Et Solinus *Polyhist. c.* 13. *Testiculi ejus adpetuntur in usum medelarum: idcirco cum urgeri se intelligit, ne captus prosit, geminos suos devorat.* Qod & *Milesiis* suis fabulis admiscuit Apulejus *Metamorph. l.* 1. *Ea, inqit, bestia captivari metuens, ab insequentibus repræcisione genitalium liberatur.* Hinc Nasonis nomine nescio qis in poemate *de Nuce*;

Sic ubi detracta est à te tibi cavssa pericli,

Qod superest tutum, Pontice castor, habes.

Cicero item *Orat. pro Æmilio Scavro*, *Redimunt se eâ parte corporis, propter qam maxime expetuntur.* Lavdant Servius ad *Georg. l.* 1. & Gyraldus noster in *itiner. Cambr. l.* 2. *c.* 3. qi Bernardi cujusdam versus hos adjicit;

Prodit item castor, proprio de corpore velox

Reddere, qas seqitur hostis avarus, opes.

Vides interim narrantibus inter se nevtiqam convenire, qum alii ne capiatur, alii ne captus prosit, id fieri ferunt. Utcunqe habeat, inde *castorem* dici volunt, *à castrando sese*, Grammatici. Servius *ad Georg. l.* 1. & Isidor. *Orig. l.* 12. *c.* 2. & *l.* 19. *c.* 27. qo etiam allusit Tertullianus *adversus Marcion. l.* 1. *c.* 1. verbis illis; *Qis tam castrator carnis castor, qam qi nuptias abstulit?* qanqam David Povellus noster ad *Cambrensem* suum *κάστορα*, fibrum qasi *γάστορα*; qod *ventriosus* sit, dictum mavult. Verum ista sunt omnia, ut cum Apulejo loqar, *farfari folia* (sic enim legendum *Metamorph.* lib. 1.) & nugæ meræ; sive, ut Lucilius,

Pergula pictoris, veri nihil, omnia ficta.

Siqidem *fibrum* qod attinet, ut ne in eo insistam, qod Dioscorides habet *de medic. mater. l.* 2. *c.* 23. *Μάταιος ἱστορεῖται ὅτι διωκόμενον τὸ ζῶον ἀποκόπτει τοὺς διδύμους καὶ ῥίπτει· οὐδὲ γὰρ ὑποψαῦσαι δυνατὸν αὐτῶν, συνεσφιγμένοι εἰσὶν, ὥσπερ ὑός. Frustra refertur animal istud, ubi urgetur, testiculos sibi avulsos abjicere: neqe enim fieri potest, ut attingat eos qum* (non ut arieti, foris prominentes pendeant, sed) *ut apro, adhæreant & applicita sint corpori*, ita enim *τὸ συνεσφίγχθαι* exponit V. C. Clavdius Salmasius ex Plinio l. 35. c. 12. restituto, in illo eruditionis omne genus thesauro *Exercitationum Plinianarum ad C. Solini polyhistora.* Itaqe *amputari hos ab ipsis, cum capiuntur, negat Sextius diligentissimus medicinæ mystes: qum parvi substrictiqe sint, nec adimi sine vitâ animalis possint.* Plinius l. 32. c. 3. Hoc, inqam, ut præteream: qanam arte, qæso, vel ecqâ tandem ratione, avt *phoca* ob *coagulum*, avt *fiber* ob *castoreum*, se peti intelligat? avt deniqe (qod nunc ex professo satagimus) *aspis angvisve* ulla, carmine lædi se posse. Marsumqe ejusmodi qicqam adversus se moliri, præsentiat; qo adversus ista aure obturatâ se muniat? mitto enim qærere, *aspis surda* si fuerit, avre oppilatâ qid sit opus; qare carmen, si illa non perceperit, minùs idcirco efficax exstat. Siqidem qod Plinius l. 28. c. 2. *non pavci etiam serpentes ipsos* [credunt] *incantari, contrahiqe Marsorum carmine, etiam in nocturnâ qiete*: carmen etiam adversus somno sopitos efficax credi innuit. Qanqam Hadrianus Turnebus *Advers. l.* 22. *c.* 11. ex veteri codice *recanere* legendum contendit. Et *recanere* vult esse, *incantationem retorqere & dissolvere*: *Ut enim cantu rumpi angves prisci censebant: Sic angves ipsos existimabant, si id præsentirent, recanere, sive recantare, i. e. incantationem referre ac diluere.* Huic avtem sententiæ astipulari videtur, qod seqitur, *& hunc unum illis esse intellectum.* ut ad hoc unum, incantationem nempe præsagiendam, intellectu qodam prædití esse videantur. Cæterum Plinius ipse *ibidem*: *Maxima inqit, qæstionis & semper incerto est, valeantne aliqid verba & incantamenta carminum. Virorum sapientissimi cujusqe respuit fides: in universum verò omnibus horis credit vita, nec sentit.* Qibus verbis vanâ potius superstitione ista hominum animis insedisse, qam ratione certâ avt judicio probè fundato obtinuisse insinuat. Ab istis verò uti suam de medus remediisqe magicis dissertationem orditur, ita illis havd minùs incertis clavdit; *Qapropter de his, ut libitum cuiqe fuerit, opinetur.* Rectèqe Franciscus Valesius *philosophiæ sacro c.* 3. concludit *falsum esse, aspides obturare sibi avres ne avdiant. Unde enim angvi in mentem venire, ut incantaturo avres præcludat? unde mentis humanæ sensus & cogitationes percipere?* ut rectè itidem Reginaldius Scotus noster in *magia detectione l.* 12. *c.* 15. Perperam tamen, qod carminibus angves affici negat prorsus uterqe: alterqe Hymnographum vult apologum aliqem duntaxat narrare, avt alludere saltem: qalis apud Æsopum de *Castore*, qem supra retulimus: alter ex hoc ipso Hymnographi dicto, hoc ipsum, qod illi statuunt, etiam contendit. Certè enim cum ex hoc ipso loco, tum & ex Jeremiæ illo c. 8. v. 17. ubi comminatur Deus, serpentes immissurum se, adversus qos nulla profutura sit mussitatio; & Salomonis illis, Eccles. c. 10. v. 11. *Si nondum adhibitâ incantatione momorderit serpens, nihil incantatori proderit ea*: ex his inqam, ipsis testimoniis, qæ ad adversam sententiam statuminandam adducunt illi, rectè colligitur, & incantatione angves qandoqe mitigari, & noxam ab eis medio isto averruncari: non qidem ex rei ipsius naturâ. Ecqid enim virtutis hujusmodi verbis avt vocabulis ullis qeat inesse? itaqe vere Sophocles Ajace;

— *οὐ γὰρ ἰατροῦ σοφοῦ*

Θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

— *havd medicus sapit,*

Ad vulnus carmen qi adhibet, ubi ferro est opus.

Et malè Vindicanus *de expert. remed.*

— *Nam rei est certa salus*

Carmen, ab occultis tribuens miracula verbis.

Sed & spirituum malignorum conditione & cooperatione, qicqid pollent possuntqe obtinent. qæ, qoties summo universi hujus rectori cohibere libuerit, efficacia omni prorsus destituta deinceps planè concidit. Verum peris istius vanitatem redargvit luculentissimè ille verè *βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ μουσεῖον περιπατοῦν.* (qod de Longino olim Evnapius) *Bibliotheca spirans vivumqe Musæum.* D. Joannes Reginaldius in *Apocryphorum censurâ prolect.* 105—200. qi & optimè Hymnographi verba explicans, nec *aspidem surdam* dici docet, qúia *a naturâ* talis sit, cum avditu cumprimis valeat uti in *Theriacis* Nicander, & Plinius *l.* 8. *c.* 32. nec *obturare avrem*, qasi *ostio* aliqo istiusmodi utatur; sed *surdam* esse, *avremqe occludere* figuratè dici, qando *mordet*, *etiamsi incantetur*, qumqe *nulla adversus ipsum efficax est incantatio.* Qæ cum viri celebratissimi omniqe lavde superioris sint ipsissima verba, *prælect.* 197. *col.* 1050. extremâ, pessimè sanè editores (editio enim fuit posthuma) contrariam planè viro clarissimo sententiam affinxerunt verbis illis *prælect.* 195. *col.* 1015. *Obturare dicitur avrem suam aspis, qando non mordet, atqe ea non facit, qa alioqi faceret naturâ, propter vim carminum & incantationum.* Qod & veritati & viri illustrissimi sensui, imo toti dissertationis prolixissimæ scopo primario, ex diametro adversatur: scilicet *obsurdescere* vel *surdum agere* qis dicitur, *avremqe ne avdiat obturare*, qando dictis cujuspiam non magis afficitur, nec qæ avdit, avscultat magis, qam si nec avribus qidem qicqam perciperet, vel eas etiam cum Ulyssis Homerici comitibus cerâ avt simili materiâ obturatas habeat. Vide Hymn. 38. v. 13. 14. & Hymn. 83. v. 1. & Zachar. c. 7. v. 11. Ita Estiades, *Obturans avrem suam idem est cum eo qod mox dicitur, qa non avdit.* Et Camius, *Qod dicitur de serpente surdo, avres suas obturante, sic intelligendum est, qod cum serpentes ad carmen pronunciatum molè se habere, ac nocendi vim omittere soleant, adversus serum angvem istum non magis prodest incantatio, qam si surdus esset avresve suas obturasset.*

qo

qo minùs avdiret, qa incantator super eum pronunciat. Serpentibus avtem istiusmodi carmine mitigari ac cohiberi nesciis, & incantatione omni superioribus, homines pravi ingenii indolisqe perversissimæ confert Lyrodus sacer, utpote qi nullis consilii sani monitis corrigi, nullis svasionis etiam efficacissimæ momentis, avt ab errore abduci, avt ad officium impelli velint. Ista enim sunt carmina, qibus mens humana, suapte naturâ aspera satis, noxia nimis, mitigatur & corrigitur. Ita Thrax qidam apud Platonem *Charmide, pag. 464. E.* Θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν ἐπῳδαῖς τισι· τὰς δ' ἐπῳδὰς ταύτας, τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλούς. *Animæ medelas esse incantationes qasdam. Eas præclaris rationibus contineri.* qo forsan respexerit Clemens in hortatorio, *pag. 46. A.* ubi ait, Ἐπῳδὰς τὰς ὑγιεῖς παρὰ Θρᾳκῶν λαμβάνεις. *Rectas & sanas incantationes accipis à Thracibus.* Æschylus Prometh. vinct.

> Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι,
> Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
> Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.
> *Animo medetur ægrotanti oratio.*
> *Si tempore apto savcium cor mulceas,*
> *Non si tumentem premere vis animum pares.*

Ita enim & Plutarchus exhibet in *consolatoriâ ad Apollonium* scriptâ: atqe ita legendum, non ὀργῆς, ut vulgo, clarè docet H. Stephanus, qi & *orationem* pro *rationem* jure substituit in versibus eisdem a Cicerone versis. Nec abscedit illud ex *certamine Menandri & Philistionis* an *Philemonis* à Jano Rutgersio edito, sed qod posterioris esse alicujus ævique seqioris res ipsa clamat, licet multa forsan ex utroqe decerpserit;

> Λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος·
> Ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει ἰάματα.
> Λέγουσι δ' αὐτὸν οἱ πάλαι σοφώτατοι
> Ἀστεῖον εἶναι φάρμακον.
> *Mœroris hominis medicus est oratio.*
> *Animi medelas sola namqe hæc obtinet.*
> *Ob hancce cavssam veteribus dictum est Sophis,*
> *Scitum esse medicamentum —*

Ita malo, qam avt cum Grotio, *Blandum est venenum,* avt cum Rutgersio etiam, *Urbanum eam esse pharmacum.* Videtur enim avtor ad illa respexisse carmina, qibus dolores externi mitigari ac sopiri creduntur. Et in animo forsan habuit Evripidis illud, qod Plutarchus tum *ad Apollon.* tum & in tractatu *de amico ab adulatore dignoscendo* adducit,

> Ἀλλ' ἄλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ·
> Λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων·
> Ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα.
> *Medicina præsens aliis est alia malis:*
> *Mæstis amica benevolentum oratio;*
> *At verba stultè agenti castigantia.*

Ἀλλ' pro ἄλλα prius, in senario primo, tanqam περίσσον, expunxisse videntur; cujus loco Grotius Καὶ substituit concursus geminus τῶ λ in illo ex ejusdem *Oeneo,* apud Clementem *Strom.* l. 6.

> Ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.
> *Sed alius aliis moribus capitur magis.*

Et qod ex Archilocho *ibidem,*

> Ἀλλ' ἄλλος ἄλλῳ καρδίην ἰαίνεται.
> *At alius aliâ re juvatur ampliùs.*

Posteriores duos sub incerto avtore exhibuit Stobæus *tom.* 2. *tit.* 114. sed pro φίλων habet φίλου· vel potuit ejusdem illud respexisse.

> Λόγῳ με πεῖθε, φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.

i. vertente Septimio, qi *de pallio, c.* 6. lavdat;

> *Sermone me svasisti medicamine sapientissimo.*

sive, ut Junius legi mavult, qo constet metri ratio,

> *Sermone me svasisti medicamento sapientissimo.*

ἀστεῖον posuit pro eo, qod ille σοφώτατον. ἀστεῖος enim σοφὸς, φρόνιμος, εὐσύνετος, uti Grammatici explicant, *sapiens, prudens, callidus, astutus.* Eandem habent mentem Philemonis illa, qæ Stobæus exhibuit *edit. Gesner. tom.* 2. *c.* 81. *tit. de literis,* sed pertinere ad *tom.* 1. *l.* 2. *c.* 4. docet Photii syllabus *cod.* 167.

A

> Ἀεὶ ἔστιν ὁ λόγος τοῖς νοσοῦσι χρήσιμος.
> Ὡς σπλήνιον, πρὸς ἕλκος οἰκεῖον τεθὲν,
> Τὴν φλεγμονὴν ἔπαυσεν, οὕτω καὶ λόγος.

Qibus Grotius in *Florilegio* duos alios post primum senarium aliunde hos interserit.

> Εὔκαιρος εἰς τὰ σπλάγχνα κολληθεὶς φίλων
> Εὐψυχίαν παρέσχε τῷ λυπουμένῳ.

Ego verò, novissimo subjunctos malim, ut collationis apodosis eis continuatim sic procedat, οὕτω καὶ λόγος εὔκαιρος, &c.

B

> *Apprime prodest ægrè habenti oratio:*
> *Ut splenium, namqe illitum rite igneos*
> *Sedat tumores, itidem amica oratio,*
> *Attemperata leniter præcordiis,*
> *Restituit animam afflictam mæstitudine.*

Eodem spectare sentio & senarios illos, qi & Menandro partim, partim Philemoni tribuuntur.

> Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.
> Ψυχῆς νόσος γὰρ ἀπὸ λόγου κουφίζεται.
> Ἰατρὸς ὁ λόγος ἐστὶ τῆς ψυχῆς πάθους.

C

> Λύπην γὰρ ἔννους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.
> Λόγος γάρ ἐστι φάρμακον λύπης μόνον.
> *Medicina mentis ægrota est oratio.*
> *Nam sedat animi Oratio ægrimoniam.*
> *Morbos ad animi medica valet oratio.*
> *Benevola sanat namqe luctum oratio.*
> *Mœroris unum remedium est oratio.*

Theophylactus Simocatus *Epist.* 25. Φρονήσει τὸ πάθος θεράπευσον· ἔχεις λόγον, τὸ φάρμακον

> Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

D *Prudentia subveni affectui. Rationem habes, istud est medicamen.*

> *Nepenthesqe & mite, malorum oblivio rerum.*

Ex Homeri *Odyss.* δ. *v.* 221.

Respexit eò dubio procul Flaccus *Epistol. ad Mecœnatem.*

> *Fervet avaritiâ, miseroqe Cupidine pectus?*
> *Sunt verba & voces, qibus hunc lenire dolorem*
> *Possis, & magnam morbi deponere partem,*
> *Lavdis amore tumes? sunt certa piacula, qæ te*
> *Ter purè lecto poterunt recreare libello.*

E

> *Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,*
> *Si modo culturæ patientem commodet avrem.*

hoc est, qod Hymnodus, in surdum agere, avrem qi contra occludere & obstruere velit: qomodo avtem in altero membro ad carmina sacra, qæ & lustratoria, ita in altero ad magica, qæ & mitigatoria, allusit. Sumptum est enim ex eis, qibus nutrix anus Phædram alumnam libidinis æstu incestæ savciam sic affatur in Evripidis *Hippolyto:*

> Νοσοῦσα δ' εὖ πως τὴν νόσον καταστρέφου.

F

> Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι.
> Φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου.
> *Bonam ægra morbo alicunde des catastrophen.*
> *Sunt carmina & sunt verba mitigantia.*
> *Hujus medela dabitur ægrimoniæ.*

Verum illa, aspidis ad instar propheticæ, ad omnia istiusmodi molimina obsurduerat. Contra qam Thrasymachus apud Platonem *de repub.* l. 2. de qo Socrates ibidem: Θρασύμαχος γάρ μοι φαίνεται πρῳαίτερον τοῦ δέοντος ὑπὸ σοῦ, ὥσπερ ὄφις, κηληθῆναι· *Videtur mihi Thrasymachus oratione*

G *tuâ citiùs qam oportuerat, tanqam serpens carmine, delinitus.*

Itaqe anus;

> Γυναῖκες, ἄλλως τοὺς δὲ μοχθοῦμεν πόνους,
> Ἴσον δ' ἄπεσμεν τοῦ πρίν. οὔτε γὰρ τότε
> Λόγοις ἐθέλγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται.
> *Frustra laborer, mulieres, hos sumimus:*
> *Æqe exinn procul atqe prius hic absumus.*
> *Nec mitigata hæc tunc, nec nunc obtemperat.*

Qin & è nostris Ambrosius *adversus Avxentium. Hymnorum meorum carminibus deceptum populum ferunt. Planè; nec hoc abnuo. Grande carmen istud, qo nihil potentius est.* Et sanè vis potentiam carminis hujus? Avdi Lactantium *Instit. l.* 3. *c.* 86. *Da mihi virum, qi sit iracundus, maledicus, effrænatus; pavcissimis Dei verbis, tam placidum*

qam ovem, reddam. Da cupidum, avarum, tenacem; jam tibi enim liberalem dabo, & pecuniam suam propriis plerisqe manibus largientem: da timidum doloris ac mortis; jam cruces & ignes & Phalaridis taurum contemnet: da libidinosum, adulterum, ganeonem; jam sobrium, castum, continentem videbis: da crudelem, sangvinis appetentem; jam in veram clementiam furor ille mutabitur: da injustum, insipientem, peccatorem, continuò & aquus & prudens, & innocens erit: tanta divina sapientiæ vis est, ut in hominis pectus infusa, matrem delictorum stultitiam uno simul impetu expellat. Avdi Clementem cumprimis Alexandrinum *hortatorio ad Græcos, pag. 2. D.*

> Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων.

γλυκύ τι καὶ ἀληθινὸν φάρμακον πειθοῦς, ἐγκέκραται τῷ ᾄσματι.

> *Absqe dolore & ira, malorum oblivionem inducens omnium.*

In qo carmine jucundum qoddam, & ad persuadendum penitus factum medicamentum temperatum est. Mox de D. Jesu Christo carminis istius magistro, qem Arioni, Orpheo, Amphioni præfert, qos (ut obiter Clementi medelam faciamus, non ἄνδρας τινας, οὐκ ἄνδρας, uti vulgò legitur, qod interpretem, qi, *homines, non homines*, reddidit, in errorem induxit, sed) οὐκ ἀϊδρείας, *non inscitos, non imperitos*, sed *callidos, gnaros, astutos*, i. ἀπατηλοὺς, uti continuò seqitur, appellat, utpote qi artificii musici lenocinio, tanqam carmine qodam magico, delinitos, in fravdem ac perniciem, morumqe labem, & simulacrorum cultum, dæmonumqe malignorum servitium, mortales miseros illexerint. Ἀλλ' οὐ τοιός γε, inqit, ὁ ᾠδὸς ὁ ἐμὸς· μόνος γοῦν τῶν πώποτε, τὰ χαλεπώτατα θηρία, τοὺς ἀνθρώπους, ἐτιθάσευσε· πτηνὰ μὲν τοὺς κούφους αὐτῶν· ἑρπετὰ δὲ, τοὺς ἀπατεῶνας· καὶ λέοντας μὲν τοὺς θυμικούς· σῦς δὲ, τοὺς ἡδονικούς. λύκους δὲ, τοὺς ἁρπακτικούς· λίθοι δὲ καὶ ξύλα, οἱ ἄφρονες· περαιτέρω δὲ καὶ λίθων ἀναισθητότερος ἄνθρωπος ἀγνοίᾳ βεβαπτισμένος· αὐτίκα δὲ ἐχίδνας καὶ παλιμβόλους ὑποκριτάς. — πάντα ἄρα ταῦτα τὰ ἀγριώτατα θηρία, καὶ τοὺς τοιούτους λίθους, ἡ οὐράνιος ᾠδὴ αὐτὴ μετεμόρφωσεν εἰς ἀνθρώπους ἡμέρους. *Sed non talis est meus cantor. Solus qidem certe ex iis, qi unqam fuerunt, difficillimas feras, homines mansvefecit. Volucres qidem eos, qi ex ipsis sunt leves: serpentes vero eos, qi deceptores: & leones eos, qi sunt animosi, & ad iram concitati: sues avtem eos, qi sunt voluptati dediti: lupos avtem eos qi rapaces: lapides avtem & ligna sunt insipientes. Præterea avtem lapidibus qoqe est insensilior homo, qi est tinctus ignorantia. Rursus qosdam virulentos, impostoresqe, ac simulatores. — Has ergo omnes immanissimas feras, & tales lapides ipse cœlestis cantus in mansuetos homines transformavit.* Qod confirmat ex Esajæ c. 11. v. 6. — 9. Matth. c. 3. v. 7. — 9. Tit. c. 3. v. 3. — 5. & c. 2. v. 11. 12. concludens tandem; Ὅρα, inqit, τὸ ᾆσμα τὸ καινὸν, ὅσον ἴσχυσεν· ἀνθρώπους ἐκ λίθων, καὶ ἀνθρώπους ἐκ θηρίων πεποίηκεν· οἱ δὲ τέως νεκροὶ, οἱ τῆς ὄντως οὔσης ἀμέτοχοι ζωῆς, ἀκροαταὶ μόνον γενόμενοι τοῦ ᾄσματος, ἀνεβίωσαν: *Vide qantum potuerit novum canticum: homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris. Hi avtem, qi erant alioqi ut mortui, qi ejus, qa vere est vita, non erant participes, postqam cantici solum fuerunt auditores, revixerunt.* Sed vise sis omnino qæ seqvuntur: totam enim dissertationem transcribere, nec otium est, & tædium forsan faceret. Scitè igitur etiam Joannes ille ὁ χρυσόστομος Ecclesiam, in qâ incantatio istiusmodi exercetur, arcæ Noachicæ hac ratione præstare contendit, *de pœnitentiâ Orat. 4.* qæ est *editionis Savilianæ tom. 6. octogesima.* Διὰ τοῦτο, inqit, οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τὴν κιβωτοῦ τὴν ἐκκλησίαν μείζονα προσειπών· ἡ γὰρ κιβωτὸς παρέλαβε τὰ ζῶα, καὶ οὐ μετέβαλλεν· ἡ δὲ ἐκκλησία παραλαμβάνει τὰ ζῶα, καὶ μεταβάλλει. οἷόν τι λέγω· εἰσῆλθεν ἐκεῖ ἱέραξ, καὶ ἐξῆλθεν ἱέραξ· εἰσῆλθε λύκος, καὶ ἐξῆλθε λύκος· εἰσῆλθέ τις ἱέραξ ἐνταῦθα, καὶ ἐξέρχεται περιστερά· εἰσέρχεται λύκος, καὶ ἐξέρχεται πρόβατον· εἰσέρχεται ὄφις, καὶ ἐξέρχεται ἀρνίον, οὐ τῆς φύσεως μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τῆς κακίας ἐλαυνομένης. *Ea de re, inqit, non erraverit qi arca Ecclesiam præstare dixerit. Animalia, enim, excepit, nec mutavit arca; accepta mutat Ecclesia. Lupum illa admisit, & emisit lupum; & accipitrem pariter; & serpentem: hæc verò lupum qem admisit, ovem emittit, accipitrem admissum, columbam factum emittit: serpentem admittit, & emittit agnum: natura non mutata, sed malitia expulsa.* Carmen verè stupendum, qod lupos in oves; accipitres in columbas; serpentes in agnos transformet. Imò qod contra qam os Medusæ, non homines in lapides, sed lapides in homines, qod de Deucalione ac Pyrrhâ fabulantur. Qam Circæa cantio, homines in bestias, sed animantia bruta in homines, verè homines, transmutet.

Priusqam dissertationem hanc de carminibus hujusmodi clavdam, libet Euripidis dicto cuidam, qo de *aspide* verba fecisse censetur, lucem aliqam dare. Æliani verba sunt *Histor. Animal. l. 4. c. 54.* Ὅμηρος μὲν ἰδίως ἔσωσε φωνήν· ἀσπὶς δὲ ἡ φύσις, ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει, φησὶν Εὐριπίδης: qibus in verbis explicandis dupliciter errarunt viri magni. Primus est error, qod Euripidis senarium integrum adduci ab Æliano sunt opinati, qem in *excerpta* sua sic transtulit V. C. Hugo Grotius;

> Ἀσπὶς δὲ φύσις, ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει.

Vertitqe

> *Ut jura non moretur, ingenium est aspidi.*

cum extrema tantum illa Euripidis, sint ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει, priora illa, ἀσπὶς δὲ φύσις, Æliani: qi ubi miram de aspide qadam historiam narraverat, qæ puerum amasium suum, cum periculo proximus somno detineretur, excitando & discriminis admonuerat, & exitio subduxerat: Homerus, inqit, poetico more fabulando, eqo sermonem tribuit; at natura ipsa aspidi avt sermonem, avt qod ejusdem cum sermone efficaciæ fuerit: perinde enim fuit ac si voce vivâ, sive oratione ipsâ, periculi qod instabat, gnarum fecisset.

Alter error est, qod de aspide dictum accipiunt illud, ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει, *cui legum cura nulla.* Qid enim aspidi cum legibus commune avt fuit unqam, avt esse qeat? avt jura qis moratur serpens? ut aspis hoc nomine peculiariter notetur, qasi aliqid hac in parte a reliqis diversum obtineat. Aspidi certè si attribueretur istud, νόμων appellatione non leges istic, avt jura, sed cantiones & carmina designanda potius statuerem à qibus *leges* etiam sic dictas qi velint non desunt, Ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα, ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται. *Qod ante literas repertas, leges memoriæ juvandæ gratiâ cantionibus qibusdam comprehensas canere jugiter solebant*, uti Aristoteles, an Alexander Trallianus *problemat. l. 19. Qæst. 28.* qô facit qod Athenæus habet *l. 11.* Charondæ leges inter epulas decantari solitas: moremqe istiusmodi alludens Cicero *de legib. l. 2. Discebamus enim pueri XII* [tabulas] *ut carmen necessarium.* Sed & qod Apollinem, ex avtore innominato Svidas refert, una cum lyrâ leges hominibus tono Musico modulatas tradidisse, Παραδοῦναι ἅμα τῷ μέλει τὰ κατ' ἀρχὰς ἐν αὐτοῖς θεσμοὺς, ἵνα περιέχοντος τοῦ ῥυθμοῦ ἡδύτητι πραΰνῃ τὸ συγγενές. *Qo simul & insitum priscis illis feritatem melodiâ deliniret, & rythmi svavitate, qæ præcipiebantur, acceptiora faceret.* Vocabuli avtem istius ambiguo lusit Stratonicus, qum de Philotâ & Timotheo Musicis sententiam reqisitus, dixit, τὸ μὲν ψηφίσματα ποιεῖν, τὸ δὲ νόμους. *Philotam plebiscita condere, Timotheum vero canendi leges.* Avtor Athenæus *dipnosoph. l. 8. p. 352. B.* Huic avtem τῶν νόμων significatui, dato de aspide id protulisse Ælianum, favere possent avtoris ejusdem verba hæc operis ejusdem *l. 5. c. 54.* Καὶ ἔχεων δήγματα, καὶ ἑρπετῶν φασὶν ἀκεστήρια μὴ λανθάνειν φάρμακα, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἀκέσματα πόματα εἶναι, τὰ δὲ χρίσματα· καὶ ἐπῳδαὶ ἐπαγόμεναι λύουσιν ἐγχρισθέντα ἰόν· (ubi pro ἐγχρισθέντα malim ἐγχριμφθέντα legere, sic enim ἐγχρίμπτεται, φάρμακον ἐγχεῖται,) ἀσπίδων δὲ ἀκεῖν μόνον δῆγμα ἄπιστον εἶναι καὶ ἐπιεικείας κρεῖττον. *Adversus cum viperarum tum & aliorum serpentum morsus remedia ajunt non deesse, qorum qadam potionibus, qadam inunctionibus constare accepi: qin & incantationes venenum impactum mitigarum, aspidis solius morsum avdivi incurabilem esse, & medicamento omni superiorem.* Ita hoc esse videri posset, qod ex Euripide attulerat, νόμων, i. μελῶν ἢ ἐπῳδῶν τινων οὐ μέλειν sive, *voce incantantis eam nullam affici*, prout utro-

qe

A qe prior Cantor divinus dixerat; qi & propterea forſan פתן i. aſpidem nominaverat, qod hujus malum immedicabile cenſebatur: intereſt qod iſtic de malo præcavendo, iſtic de curando ageretur.

Qod avtem de aſpide Ælianus, idem de ſycophantâ, qod & in diverbium abiit, Ariſtophanes *Plut. act.* 4. *ſc.* 3.

> Ἀλλ' οὐκ ἔνεςι συκοφάντου δήγματος.
>
> *At nullum morſus ſycophantæ eſt remedium.*

Sic enim ſcholia. ὅτι οὐκ ἔστιν ἴαμα οὐδὲ φάρμακον πρὸς δῆγμα συκοφάντου. Ut aſpidi etiam hac in parte ſimilis B ſycophanta ſit, tamqe de iſto qam de illâ dici poſſit, ὅτι τῷ συκοφάντῃ τῶν νόμων οὐδὲν μέλει. Nec diſpar qod de amore Philetas apud Longum *Paſtoral. l.* 2. Ἔρωτος γὰρ οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, οὐκ ἐσθιόμενον, οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον. *Etenim amoris remedium nullum eſt, non qod potu havriatur, non qod eſu ſumatur, non qod carmine concipiatur.* Qodqe de muliere malâ Evripides in *Andromacha*;

> — δεινὸν δ' ἑρπετῶν μὲν ἀγρίων
>
> Ἄκη βροτοῖσι θεῶν καταστῆσαί τινα·
>
> Ἃ δ' ἔστ' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω,
>
> C Οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξηύρηκέ πω κακῆς.
>
> *— Eheu qod belluarum qis morſibus*
>
> *Et angvium aliqis remedia invenit Deus:*
>
> *Contra mulierem, viperâ pejus malum*
>
> *Flammâqe, nulla inventa medicina eſt malam.*

iſta qidem omnia en hypotheſi, ſed ſanâ minùs eâ, dicta ſint, de *aſpide* nempe ex Evripidis mente, Æliano dictum, νόμων ταύτῃ οὐ μέλει.

D Cæterum accuratius pavlò Æliani contextum penſitantis patebit id qidem clavſulam illam, ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει, qod ſolum Evripidi dictum, non ad *aſpidem*, prout viri illi eximii ceperunt, ſed ad *naturam* ipſam referri: *aſpidi*, inqit Ælianus, *vocem qodammodò largita eſt natura, qa, Evripide avtore legem nihil morata*, qâ lubet, ſponte fertur: ut hoc voluerit Ælianus, aſpidem favtori ſuo conſuluiſſe, qomodo & parentibus ætate confectis ciconiæ, (hoc ſi faciunt ſaltem) inſtinctu qodam naturæ, qæ lege nec ſpe E ctatâ, nec expectatâ, conſvevit, qod ſuum eſt exeqi. Siqidem ut Origenes *adv. Celſum. l.* 4. *pag.* 228. Τοῦτο οὐκ ἀπὸ θεωρήματος τοῦ περὶ τοῦ καθήκοντος ποιοῦσιν αἱ πελαργοί, οὐδ' ἀπὸ λογισμοῦ, ἀλλ' ἀπὸ φύσεως. *Hoc non ex reputatione officii ciconia faciunt, avt ratione aliqa, ſed inſtinctu naturæ.* Itaqe omninò ſcripſiſſe Evripidem avtumo, qod & ex Cyrillo mox dabitur.

> Ἡ φύσις ἐβούλεθ', ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει.
>
> *Natura voluit, leges qæ non reſpicit.*

F Qod in benigniorem qidem ſenſum traduxit Ælianus (apud qem itaqe malè Gillius vertit, *qam nulla morantur leges*, cum potius dicere debuiſſet, *qæ nulla leges moratur*) qum in ſeqiorem extuliſſe Tragicus videatur, nec ſecus uſurparunt ſcriptores alii, ſiqidem à multis celebratur. Sic enim Ariſtænetus, ſive qiſqis *Epiſtolarum* mollium illarum eſt avtor, *l.* 2. *Ep.* 5. ubi peſſimè perdita & peſſum jam proqerens virguncula; Ἐῤῥέτω αἰδώς· ἐῤῥέτω σωφροσύνη. — ὑπακουστέον τῆς φύσεως βουλομένης, ᾗ νόμων, ὡς ἔοικεν οὐδὲν μέλει. *Valeat pudor: valeat honeſtas. — Naturam ſentio ſic volentem, cui legum, uti videtur, ratio nulla habetur.* Sic Sextus Empiric. *adv. Mathemat. l.* 10. *c.* 5. Οὐκ οὖν φοβερὰ ἡ τῶν Σκεπτικῶν ταραχή· εἰ μὲν ἀλλὰ καὶ μεγίστη τις ᾖ, οὐχ G ἡμᾶς αἰτιᾶσθαι δεῖ, ἀκουσίως καὶ κατ' ἀνάγκην πάσχοντας, ἀλλὰ τὴν φύσιν, ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει· καὶ τὸν δογματικῶς ἐκ τῆς κρίσεως ἐπισπώμενον ἑαυτῷ τὸ κακόν. *Non eſt adeò formidabilis Scepticorum perturbatio: qæ etiamſi qam graviſſima extiterit, tamen non culpandi ſumus, qi inviti eam neceſſariò patimur, qam natura, cui legum nulla eſt cura; & is, qi opinione & judicio malum ipſe accerſit ſibi.* Cyrillus *de Trinitate*, *lib.* 2. Ariani dogmatis patronis qærentibus, *pater filium volens an nolens genuerit*, reſpondens, inter, alia, hæc habet. Τῶν μὲν πρακτέων ἡ μὴ, θέλησίς τε καὶ ἀβουλησία κρατεῖ· γενέσεως δὲ, οὐκ ἔτι· τοῖς δὲ τὸ αἴτιον (legendum αἴτιον,) λέγουσιν, ἐν γε τούτοις εὖ φρονεῖν ἀπεννοῦν τὸ παρὰ τισιν ὑμνούμενον,

A Ἡ φύσις ἐβούλετο, ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει.

προσθείην δ' ἂν, ὅτι βουλῆς καὶ ἀβουλησίας (legendum ἀβουλίας, vel ἀβουλησίας, eâdem analogiâ qa ἀνεθελησία ſupra) οὐδ' ὅπωσοῦν ἐπιμίξεται. *In agendis qidem vel omittendis, voluntarium & involuntarium obtinet: in generatione verò non item: cavſam qærentibus, in iſtis illud ſapientiſſimè ſubjeceris, qod à qibuſdam decantatur,*

> *Natura voluit, leges qæ non reſpicit.*

Adjecerim ego, qa nec conſulti vel inconſulti rationem ullam B *habet.* Qod ille qidem de eis generatim atqe in univerſum dictum voluit, ὅσα ὑπὸ φύσεως μόνης διοικεῖται, ut Marcus *Imperat. l* 10. *c.* 2. & 33. qæ *mero naturæ* ſolius *ductu*, non rationis dictamine, avt electionis liberæ ac ſpontaneæ arbitrio fiunt. Cum ſuperius adducti illi ad ea transferant, qæ affectus impetu abreptis citra rectæ rationis normam perpetrantur.

Evripideum avtem iſtud Anaxandrides comicus παρῳδήσας in populum Athenienſem intorſit. Sic enim Ariſtoteles *Ethic. Nicom. l.* 7. *c.* 10. & rurſus *Evdem. l.* 6. *c.* 10. ubi incontinentem hominem deſcribendo, & ab intemperan C te diſterminando, hunc ait ſimilem eſſe civitati, χρωμένῃ μὲν τοῖς νόμοις, πονηροῖς δὲ χρωμένῃ, *legibus utenti, ſed utenti malis*: illum verò, ἣ ψηφίζεται μὲν ἅπαντα τὰ δέοντα, καὶ νόμους ἔχει σπουδαίους, χρῆται δ' οὐδέν. *Civitati, qæ ea ſciſcit qæ oportet omnia, & leges qidem bonas habet, ſed harum nulla utitur*; juxta illud Anaxandridæ, qo Athenienſes perſtrinxit.

> Ἡ πόλις ἐβούλεθ', ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει.
>
> *Urbs hoc volebat, legum cui penſi nihil.*

D Qod illi dicterium fatale fuiſſe perhibet in *Commentariis ad Ariſtotelem Evſtratius.*

Qanqam ſecius pavlo & iſtud à pleriſqe habetur, dum ita ſumitur tanqam ſi ἐβούλευσε dictum eſſet. Sic enim, alios ut mittam, Lilius Gyraldus, qi in *ſyntagmate de poetis*, comici dictum ſic extulit,

> *Urbs conſulit leges pias, qa negligit.*

Sic Gruterus, qi Gyraldum acceſſit proximè;

> *Leges pias urbs conſulit, ſed negligit.*

ubi fruſtra item eſt Dionyſius Lambinus, qi lectionem, qam dedimus, & codices exhibent, apud Ariſtotelem E ſolicitat, & ἐβούλευσε pro ἐβούλετο ſubſtitutum it. Rectius ad mentem avtoris Grotius.

> *Legum contemptrix ſic volebat civitas.*

Sed ut ad tragicum redeamus, qi de naturâ humanâ, vitio innato infectâ altius & efferata planè extuliſſe videtur: Lyrodumqe factum, qi eandem prorſus verbis ſupra poſitis inſectatur: ea eſt reverâ indolis iſtiuſmodi pravitas, & obſtinata nimis perverſitas, ut non tantum adverſus leges humanas (qod ille dixit) obſurdeſcat, ſed adverſus monita divina qoqe (qod ille monet) avrem creberrimè oc F cludat. Atqe hoc ipſum eſt qod ille pro Chriſti nomine martyrii coronâ primo loco redimitus B. Stephanus, apud Lucam Act. Apoſt. c. 7. v. 51. adverſariis ſuis vitio vertit, verbis illis; Σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε. *O vos cervicem duri, corda verò avreſqe præputiati, Spiritui ſancto ſemper obnitimini.* Qodqe ille eis objecerat, ipſi facto mox comprobarunt; avribus enim, ad aſpidis Davidicæ inſtar, obturatis & clamore ſublato, qi eas qo minus vatis θεοφορητοῦ carmen attenderent, præoccupatas penitus G oppleret, in virum Spiritus ſancti prægnatem impetum fecerunt, & extra urbem ejectum lapidibus obruerunt verſ. 57. 58. unde ſcitè Avguſtinus *in Pſal.* 58. *Ecce aſpides ſurdæ, duriores lapidibus, qibus incantatorem ſuum lapidabant qia nolebant niſi ſævire, noluerunt avdire, qod ſi avdirent, forte deſævirent.*

CAPUT IX.

Dicta aliena cum ſcriptorum a qibus lavdentur, commiſſa. Clementis verba pro tragici, ab Heinſio habita. Tragici fruſtra ab eodem deformata ex Plutarcho conſtituta reſtitutaqe:

ἠλίθιοι qinam, & unde sic dicti, λίκνα, sive vanni, in sacris. Demosthenes emendatus. Ἐργάνη, non Ἐργάτις, Minerva. Hujus & Πολιάδος discrimen. Apollo Ἀγυιεύς. Sophoclis versus videri, ex ejusdem affinibus. Opificis solertis; sed infantis dictum. Oratio, prout & sermo sacer, malleo, cælo, dolabra compar. Clementis verba Agathoni adscripta. Aristonis philosophica videri. Aristonis nomine Theophilo citata, Aristophonti tribus. Menandriana cum Plutarchianis a Grotio commista. Bona nimia, noxia. Stoica dogmata secum pugnantia. Pollucis verba cum avtorum qos advocat ab interprete misere confusa. ἐπενδύτης Joan. 21. 7. qid. Sophoclis Πλύνεται, suspectum. Sophoclis, Thespidis, Nichocharis fragmenta emaculata. νομίζειν, ἀντηρεὺς, βουβῶν χρεία ἄυτη, Act. 6. 3. Pro Pindaricis a Stephano adhibita, qa ex Paræmiarum versione Græca Clementis sunt. Nec Pindarum rectè cepit Stephanus, nec Salomonem expressit Junius. Furtiva juvant. Prohibita irritant. Clementiana cum Aristophaneis, a Grotio conferruminata. Ejusdem sunt comici, qa tanqam ex incerto dantur. Aristophanes emendatus, ὡς οἱ κωμικοὶ λέγουσι, formula de uno aliqo usurpata. Affine huic, in prophetis Joan. 6. 45. Aristophanis dictum celebre, a re navtica, Evpolidis a re militari, Nazianzeno usurpatum utrumqe. Regi prius, qam regere. Apud Nazianzenum reperiri, qod Menandro tribuitur. Aliena in ore habere, gravissimum. Platoni comico tributa, qa Philosophi sunt. Hic erroris insimulatus, qod lapidem Heracleum cum magnete confuderit. Demosthenis verba pro comici alicujus habita. Ex qa oratione petita: diæta ratio, qa nec vires addat, nec mori permittat. Suidas, tentatus. Juscula, *Ἰσχνασία, an Ἰσχυρτία γρῦτα, πανάδα.* Grusum *ὄλυνθος,* num ficus medicatus, *avt pharmaca sensim necantia Suida intelligantur. Pro Sophocleis exhibita, qa Athenæi sunt. Macrobio adscripta qa is nullus habet.*

ALiorum dicta scriptores tum sacri tum profani ita suis sæpenumerò intertexta exhibent, ut qid aliunde mutuatum, qid de suo adjectum, havd proclive sit internosse: qod summos etiam viros sæpenumerò fefellit. Ex Æliano capite superiore hujusce rei specimen insigne satis dedimus, qod viris havd è classe postremâ infimâve nonnullis, erroris crassiusculi etiam, ansam præbuit. In hoc negotio plurimus est Clemens Alexandrinus, qi cum στρωματεῖς suos, tum & reliqos apparatus, floridos admodum universos, ex omne genus avtoribus excerptis emblematibus, tanqam opus tessellatum, ad varietatis stuporem, exqisitissimè atqe elegantissimè contexuit. Is in hortatorio ad Græcos, pag. 61. D. statuarum & simulacrorum cultores dum deridendos propinat, ex tragico, sed avtoris nomine celato citata suis qædam immiscuit. Verba Clementis sic habent;

> Βάτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρώναξ λεὼς,
> Οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάτιν θεὸν
> Στατοῖσι λίκνοις προστρέπεσθε, ἠλίθιοι
> Τῶν λίθων δημιουργοί τε καὶ προσκυνηταί.
>
> *Ite in viam omnis, qi illiberalem manuum artem exercet populus*
> *Qi Minervam Jovis filiam Gorgopin & Ergatin,*
> *Statutis ventilabris colitis, stulti*
> *Lapidum opifices, iidemqe adoratores.*

Eum locum qasi minùs sincerum solicitat V. C. Daniel Heinsius, & legendum postulat, Βάτ' ἐξ ὁδῶν, & προστρέπεσθ' ἠλίθιοι, ut ἠλίθιοι, illud sit poetæ, non Clementis; qod secùs est. Cum enim tragici alicujus, Sophoclis forsan, sint versus, ad Minervæ pompam artifices, qibus ea præsidet, evocantis, & in viam publicumqe prodeant monentis; nevtiqam videtur argumento consentaneum, ut tragicus hos ipse stolidorum appellatione deturparet; sed neqe sacrorum qibus adornandis horum incessus adhibetur, ratio ac respectus ejusmodi aliqid pateretur. Illa itaqe, ἠλίθιοι τῶν λίθων δημιουργοί τε καὶ προσκυνηταί, non poetæ, sed Clementis sunt, qi eosdem λίθων ἀναισθητοτέρους, *lapidibus stupidiores* dixeræ. ἠλιθιάζειν avtem est ἀναισθητεῖν· inqit Scholiastes *ad Aristophanis equites.* ἀναίσθητοι γὰρ οἱ λίθοι. Qasi ab hoc illud tractum sit; itaqe rectè Sylburgius monuerat, tollendam post ἠλίθιοι distinctionem. qo paranomasiæ venustas magis appareat; qalis & illa ejusdem *Pædagogi, l. 2. c. 12.* Τοιοῦτοι τῶν ἠλιθίαις οἱ λίθοι γυναιξὶ προσδούμενοι. *Tales gemmæ sunt stultis mulieribus alligatæ.* Qod diximus, Plutarchus avtoritate firmabit suâ, qi in dissertatione *de Fortunâ pag. 99. A.* eadem verbis eisdem adduxit, nisi qod pro Ἐργάτιν Ἐργάνην, pro προστρέπεσθε, προσρίπτεσθε habeat, & Θεὸν omittat. Sic enim tragici verba exhibet iste;

> Βάτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρῶναξ λεώς,
> Οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάνην στατοῖς
> Λίκνοισι προσρίπτεσθε ——
>
> *Turba in viam procedite manuaria,*
> *Torvo ore qoiqot Erganam satam Jove*
> *Vannos ferentes mysticas veremini.*

Λίκνα sive *vannos* sacris solennibus adhiberi solitas docet Harpocration in Λικνοφόρος (ex qo Demosthenem *pro coronâ* emaculat Mavssacus) Τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτήδειόν ἐστι· ὁ ἄρα τοῦτον φέρων λικνοφόρος. *Vannus in omnibus initiationum ritibus & sacrificiis usum habet. Qi vannum fert vannifer dicitur.* Ἐργάνη, non Ἐργάτις, Minervæ nomen, docet Plutarchus idem *Sympos. l. 3. c. 6.* ὁ δὲ πρὸς τὴν Ἐργάνην Ἀθηνᾶν καὶ τὸν ἀγοραῖον Ἑρμῆν ἐπεγείρει. *Hæc nos ad Opificem Minervam, & forensem Mercurium excitat.* Astipulatur & Ælianus, qi *Hist. Var. l. 1. c. 2.* Ἐργάνης δαίμονος δῶρα *Deæ Erganes dona* dicit τὴν ὑφαντικὴν καὶ ταλασίαν, *textrinam & lanificia.* Sed imprimis Pavsanias; qi in *Atticis*, Atheniensibus nominis, sive ἐπωνυμίας potius istius originem tribuit. Ἀθηναῖοι, inqit, πρῶτοι Ἀθηνᾶν ἐπωνόμασαν Ἐργάνην. *Athenienses primi Minervam Erganen cognomento appellaverunt.* Ejusdem templum haberi tradit in arce Spartana: simulacrum verò apud Thespienses, cui Plutus assidens fingitur? qod divitias atqe opes artificibus opificibusqe sedulis præstò adesse significetur. Sed qod ad tragicum illustrandum maximè facit, Phidiæ posteros Deæ huic sacra facere solennia refert idem in *Eliacis.* Nec subticuerim interim qod in *Arcadicis* dictus avtor ubi Deos qosdam formâ qadratâ repræsentatos dixerat, subjungit, Ἐργάται δὲ ἐστιν αὐτοῖς ἐπίκλησις, Ἀθηνᾶ τε Ἐργάνη, Ἀπόλλων Ἀγυιεύς. *Ergata cognomento: Minerva inter eos Ergane & Agyieus Apollo.* Qo tamen loco tam *Minervam Erganen*, qam *Apollinem Agyieum*, (de qo videndus Macrobius *Saturn. l. 1. c. 9.*) ab *Ergatis* illis, qos effigiatione ejusmodi prostare retulerat, disertè distingvit. Cæterum qare ad vannos ferendas in Minervæ sacris artifices manuarii evocentur; verbis proximis Plutarchus ipse rationem assignat. Τὴν γὰρ Ἐργάνην καὶ τὴν Ἀθηνᾶν αἱ τέχναι πάρεδρον, οὐ τὴν τύχην ἔχουσιν· *Qia artibus præsidet & adjutrix assidet Ergana Minerva, non Fortuna.* Ubi fortasse καὶ τὴν illa inducenda fuerint, ut loci alterius illius instar oratio profluat, nec à *Minervâ*, *Ergana* alia statuatur. Etiamsi avtem tragici, cujus ista sint, nomen, nec apud Clementem, nec apud Plutarchum eo loci compareat, Sophoclis tamen esse non immeritò suspiceris ex istis hujusce in *præceptis politicis pag. 802. B.* Qi ubi historiolam narraverat de architectis duobus, qorum alter, cum operæ publicæ essent elocandæ, oratione præmeditatâ populum exceperat; at alter in medium progressus, cum opificio magis qam eloqio valeret, Ἄνδρες, inqit, Ἀθηναῖοι, ὡς οὗτος εἴρηκεν, ἐγὼ ποιήσω. *Viri Athenienses, prout iste dixit, ipse faciam;* subjungit, Τὴν γὰρ Ἐργάνην οὗτοι (artifex ejusmodi loqitur) μόνον θεραπεύουσιν, ὥς φησι Σοφοκλῆς, οἳ παρ' ἄκμονι τυπάδι βαρείᾳ καὶ πληγαῖς ὑπακούουσαν ὕλην ἄψυχον δημιουργοῦντες· *Nam Erganam, id est opificem, hi tantum colunt Minervam, ut ait Sophocles, qi ad incudem gravi malleo & ictibus obedientem materiam inanimam fabricantur.* qæ prioribus illis sic fortasse cohæscerant,

> Λίκνοισι προστρέπεσθε καὶ παρ' ἄκμονι
> Τυπάδι βαρείᾳ τὴν ὕλην ὑπείκουσαν
> Πληγαῖς τε [πολλαῖς] δημιουργεῖτ' ἄψυχον.

Seqitur apud Plutarchum, Ὁ δὲ τὸν πολιάδος Ἀθηνᾶς καὶ τῆς βουλαίας Θέμιδος.

> Ἥτ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἠμὲν λύει ἠδὲ καθίζει.

Προ-

Προφήτης, ὡς χειρόμαχ@ ὀργάνῳ τῷ λόγῳ, τὰ μὲν πλάττων, καὶ συναρμόττων, τὰ δὲ ἀνακόπτων περὶ τὸ ἔργον, ὥσπερ ὄζους τινὰς ἐν ξύλῳ καὶ ἀποκοπὰς ἐν σιδήρῳ, μαλάσσων καὶ καταλεαίνων, ἀγορμοῖ τὴν πόλιν. *At Minerva, qu qod urbibus præsit Polias dicitur, & consiliariu Themidis, cui u jure nomen, & qa*

Conventus hominum cogitqe eademqe resolvit,

Interpres, unico atem orationis instrumento, atqe alia fingens & concinnans, alia qa operi impedimento sunt, vel ut nodos qosdam in ligno, avt abscessus in ferro molliens atqe lævigans urbem exornat. Qibus verbis, ut illud mittam, qod malleo sive cœlo, & dolabræ qoqe orationem, qomodo & illi Dei verbum confert sermo propheticus, Jeremiæ, c. 23. v. 29. & isti Hosheæ c. 6. v. 5. Minervam nobis duplicem exhibet, & duplici nomine insignitam, Ἐργάνην alteram, qam artifices & opifices, Πολιάδα alteram, qam oratores & jundici colebant. Πολιάδ@ avtem istius meminit & *lib.* 5. Herodotus & in *Atticis* ac *Corinthiacis* Pavsanias: qi & Ἐργάνης, cum in eisdem, tum & in *Bœoticis*, unde nonnulla sunt superius adducta, meminit. De utraqe Aristides *Orat. in Minerv. Tom.* 1. *pag.* 22. Ἐν μὲν δὴ τοῦτο λέγω κοινὸν εὐεργέτημα τῆς Θεοῦ πρὸς τὴν καθημερινὴν δίαιταν, πολιτείαν καὶ νόμους ἀνῆκον δὲ, τοὺς ἐμπύρους τε καὶ ἀπύρους τέχνας. *Unum igitur hoc est commune divæ beneficium, ad vitam qotidianam, rempublicam & leges pertinens: alterum vero qod artes omnes, tum qa igne utuntur, tum qa eo carent.* inde Πολιὰς, hinc Ἐργάνη dicta. Itaqe apud Clementem, qem ex Plutarcho desingendum censeo, Ἐργάνην qam Ἐργάτιν malim.

Clemens idem *Stromat.* l. 2. Ὅθεν, ὡς ἔλεγεν Ἀρίστων, πρὸς ὅλον τὸ τετράχορδον, ἡδονὴν, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, πολλῆς δεῖ τῆς ἀσκήσεως καὶ μάχης·

Οὗτοι γὰρ, οὗτοι, καὶ δι' ἡμᾶς σπλάγχνων ἔσω
Χωροῦσι, καὶ κυκλοῦσιν ἀνθρώπων κέαρ.

Qæ omnia Agathoni in *Excerptis ex Tragicis p.* 439. adscribit V. C. Hugo Grotius; qod Aristonem inter Tragicos nullum inveniat. Itaqe ad metri leges sic reducere conatur.

—— πρὸς τὸ τετράχορδον δ' ὅλον
Τὴν ἡδονὴν, ἐπιθυμίαν, λύπην, φόβον,
Ἀσκήσεώς γε καὶ μάχης πολλῆς δεῖ &c.

Vertitqe

—— hos in qadrijuges,
Metum, dolorem, cupiditatem, gavdia,
Meditatione maximâ & pugnâ est opus.
Hi namqe sunt, hi, nostra qi sub viscera
Intrant, & imo corde qi fluctus cient.

Havd est difficile multa sermone soluto scripta ad jambi etiam puri leges traducere, qod & alibi virum Cl. fecisse deprehendimus. Cæterùm mihi priora illa Aristonis Philosophi omninò videntur; novissima tantum disticho comprehensa esse poetæ, & tragici forsan, sed incerti. Qalia multa lavdat Clemens, tacitò etiam avtoris nomine: & Agathonis qidem tragici nomine citat Joannes Pricæus noster *Annot. ad Jac. c.* 4. *v.* 1. Qanqam & Aristonis nomine qædam adducit jambica Theophilus *ad Avtolyc.* l. 3. sed qæ Aristophontis comici esse suspicatur Grotius. Verum istud inter conjectanea locum habeat. Qod seqitur, certiùs confirmatum dabitur.

Inter Menandri *ex Incertâ fabulâ*, ista Grotius exhibet *pag.* 757.

Ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν,
Τά γ' ἀγαθὰ λίαν δυσκολαίνοντα.

Integer foret senarius alter, si adjecisset, πάλι. Vertit avtem;

Malorum hominibus hoc initium maximum est,
Bona qa sunt nimia qod non rectè concoqunt.

Verum illud δυσκολαίνειν a Plutarcho est, non à Menandro; qi Menandri illa *de communibus notionibus adversus Stoicos cap.* 30. disserens, sic lavdat.

Ἀλλὰ Μενάνδρου μὲν εἰπόντος θεατρικῶς,
Ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν,
Τὰ λίαν ἀγαθὰ, δυσκολαίνουσι·

Τοῦτο φλόγινον πρὸς τὴν ἔννοιαν. αὐτοὶ δὲ τῶν κακῶν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα τὸν Θεὸν ποιοῦσι.

A *At verò Menandrum non ferunt theatricè dicentem,*
Malorum hominibus initium dant maximum
Qæ nimia sunt bona:

Cum ipsi interim Deum, qi summè bonus est, malorum avtorem faciant. Verbum itaqe est hic δυσκολαίνειν, non participium; & à disceptationis avtore, non à comico. Nihil certius: nec qod adjicimus minùs.

Pollux Ὀνομαστ. l. 7. c. 12. de vocabulo ἐπενδύτης agens; qo usus est Evangelista Joannes c. 21. v. 7. testimonia è veteribus nonnulla adducit, qibus comprobetur usus ejus.

B Horum primum est, ἐκ τῶν Σοφοκλέους Πλυντριῶν· i. e. *ex Sophoclis Lotricibus,* si sincerus is est titulus. Qod non immerito qis suspectum habeat. Cum nusqam alibi fabulam Sophocleam eo nomine nuncupatam deprehenderint, qi hujus dramata recensent, viri diligentissimi. Et fortean Συνεγῶ fuerit: Qod præstare tamen nolim. Senarius inde decerptus, sed vitiatus, hic datur.

Πέπλους τεύχειν, λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας

qod interpres vertit,

C *Peplos tendere, & amicula linea.*

Ubi pro τεύχειν, qæ vox nihili est Casavbonus ὑφαίνειν, Mevrsius κλώθειν, rescribit: utrumvis sumas, parum intererit. Ego pro λινοπλυνεῖς, malim νεοπλύτους. λινοπλύνας qidem πλυνεὺς Hesychio, qasi *lini lotor.* Verum is istic locum non habet. Ita tragici mens fuerit,

Peplos depectere, recens lotaqe amicula.

Alterum est ex Thespidis *Pentheo* desumptum. Sed qod nec mendo immune sit.

Ἔργῳ νόμιζε νεβρίδας ἔχειν ἐπενδύτην

D interpres,

Putavit nervos habere amiculum.

Ego, qo & metro & menti consulatur, legerim,

Ἔργῳ νόμιζε νεβρίδ' ἔχειν ἐπενδύτην.
Hinnuleâ facto pelle sancit indui.

νεβρὶς Bacchantum gestamen. Sed & Bacchi ipsius qi νεβριδόπεπλ@ inde dictus. Itaqe facto, dum sic indutus prodit, orgia celebrantibus habitum eum νομίζει qasi lege latâ præscribit. Novissimum verbis hisce proponitur. Ἄντικρυς δὲ δοκεῖ τῷ ἐν τῷ Νικοχάρους Ἡρακλεῖ χορηγῷ,

Φέρε νῦν ταχέως χιτῶνά τ' ἐπενδύτην

E τῷ νῦν χρείᾳ βοηθεῖν. Interpres, *Contrarium avtem videtur huic, qod est in Nicocharis chorago Hercule,*

Fer nunc tunicam illicò & amiculum

ad subveniendum huic rei. At primò ἄντικρυς hic non est *contrarium,* sed *apertè.* Tum pro τῷ priore, legendum τὸ, in senario avtem, qo versus ratio constet, χιτῶνά τ' ἐπενδύτην.

Tunicam feras mihi illico, atqe amiculum.

Seqentia Grammatici sunt, non comici; cum præmissis sic concinnanda. *Apertè negotio præsenti* (sicut Act. c. 6.

F v. 3. Ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης, *huic negotio*) sive vocabuli ἐπενδύτης usui, de qo impræsentiarum agitur, *suffragari videtur, qod est in Nicocharis Hercule chorago.* Hoc enim supra dixerat; Ἔστι δὲ ὁ ἐπενδύτης ἐσθὴν ἐν τῷ πολλῷ χρείᾳ, ὅτε βούλοιτο ἄν τις τέχνῃ τῷ ὀνόματι βοηθεῖν φαύλῳ ὄντι, λαμβανέτω αὐτὸ ἐκ τῶν Σοφοκλέους Πλυντριῶν: *Voce ἐπενδύτης cum utantur multi, si qis ei, cum vocabulum minùs probatum sit, suppetias ferre voluerit, sumat licet ex Sophoclis Lotricibus,* &c. Nihil clarius.

G Sed ad Clementem revertamur. Hujus ex *Pædagogi lib.* 3. *c.* 11. tanqam Pindarica, Henricus Stephanus exhibet ista: Γλυκύ τι κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδ@· ὁ δὲ οὐκ οἶδεν ἄθλι@, ὅτι γηγενεῖς παρ' αὐτῇ ὀλλῦνται, καὶ ἐπὶ πέταυρον ᾅδου συναντᾷ. qæ sic ille Latinè reddidit. *Dulce est dum surripitur studium Veneris: at miser non novit, qod terrâ nati apud ipsam pereunt, & ad laqeum Orci vadit.* Estqe reverâ commation primum Pindari. Reliqa sunt Salomonis ex Prov. c. 9. v. 18. juxta Græcam, qæ LXX. interpretibus tribuitur, versionem. Nisi qod ὄλλυνται istic pro ὀλλῦνται legitur. Id, præcedentia si advertisset, vir eruditissimus facilè deprehendisset. Ea hæc sunt eodem loci, capitis ejusdem commatio proximè antegresso, ex mulieris adulteræ persona prolata; Ἄρτων κρυφίων ἡδέως ἅψασθε, καὶ ὕδατ@

ὕδατ©- κλοπῆς γλυκεροῦ. *Absconsos panes jucunde tangite, & dulcem furti aqam.* Qæ Clemens explicans, τὴν ἐπικλοπον, inqit, ταύτην Ἀφροδίτην λέγει. *Furtivam Venerem hanc dicit.* Ἐντεῦθεν ὠφελημέν©- ὁ Βοιώτι©- Πίνδαρ©-, Γλυκύ τι. φησὶν, &c. *Hinc adjutus Bœotius Pindarus, Dulcis est,* inqit, &c. Vult Pindarum noema istud à Salomone sumpsisse mutuum. Tum ad Regis Parœmiastæ verba denuò regreditur. Qanqam avtem à Salomone sumpsisse Pindarum nihil est necesse, gemina tamen sunt plane utriusqe enunciata: qod & amplius patebit, si Parœmiastæ verba pavlo faciliùs exprimantur. Ea sic habent αὐτολεξεὶ; *Aqa furtiva dulcis est; panisqe latebrarum* (h.e. qi clam, in latebris, comeditur) *svavis est.* Cui finitimum & illud,

> Γλυκεῖ ὀπώρα φύλακ©- ἐκλελοιπότ©-.
> *Surreptum, dulce pomum est, dum custos abest.*

Scilicet qod Philostratus Epist. 55. Πᾶν τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον· καὶ τῷ κινδύνῳ ἐφηδονώτερον, τῇ χάριτι μεῖζον. *Furtivum qodqe oblectat magis: gratiusqe est qod majore cum discrimine sumitur.*

> *Qod licet, ingratum est: qod non licet, acrius urit.*

Naso Amor. l. 2. Eleg. 19. Et qod Avgustinus *in ad Rom. c. 7. v. 13. Desiderii prohibiti gratior est fructus.* Cæterum nec Lyrici mentem cepit vir doctissimus, qum opinatus est hoc cum dicere, *Venerem, dum surripitur, rem gratam esse, sed qa exitu gravis ac perniciosa existat;* qia seqentia ejusdem esse existimabat: & Parœmiastæ sententiam corrupit planè Franciscus Junius, qum vertit, *Aqa furtiva svaves qidem sunt,* &c. tanqam si mœcha scilicet de rerum istarum, qamvis jucundæ forent, exitu infavsto, præmoneret suos, qos hac potius ratione ad se eumprimis allectos volebat. Idem uterqe voluit. Veneris munera, non dum surripiuntur, sed qia surripiuntur, eo ipso nomine gratiora & acceptiora haberi. Sed ad alia transeamus.

Clemens idem scripti ejusdem l. 2. c. 10. luxum perstringens muliebrem, Τί γὰρ, inqit, φρόνιμον γυναῖκες ἐργάσαιντο, ἢ λαμπρὸν αἳ καθήμεθα, φησὶν ἡ κωμῳδία, ἐξηνθισμέναι, κροκωτοφοροῦσαι, κεκαλλωπισμέναι, *Qid enim prudenter ac præclarè fecerint mulieres, qa, ut ait comœdia, floribus tinctæ, cinctæ crocotis atqe fucatæ sedent* & rursus lib. 3. cap. 2. Διὸ ἔτι μοι ἡ κωμικὴ ἐπιλογιστικὴ γυνὴ λέγει.

> Τί δ᾽ ἂν γυναῖκες φρόνιμον ἐργασαίμεθα,
> Ἢ λαμπρὸν, αἳ καθήμεθ᾽ ἐξηνθισμέναι,

Τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν λυμαινόμεναι τὸν χαρακτῆρα, οἴκων ἀνατροπὰς, καὶ γάμων ἐκτροπὰς, καὶ παίδων διαβολὰς ἐπεσπασμέναι; *Et ideo apud comicum circumspecta ait mulier:*

> *Qid providi fecerimus nos fœmina,*
> *Vel splendidi, qa tot-colorum floribus sparsa sedemus,*

liberarum in nobis fœminarum characterem obliterantes, domorum eversiones, & nuptiarum perniciem, & liberorum in se accusationes concitantes. Istа avtem ὁ πάνυ sub *incerti comici* nomine in *excerpta* sua, misit; conferruminata illa qidem & ad metri leges sic deformata.

> Τί δ᾽ ἂν γυναῖκες φρόνιμον ἐργασαίμεθα,
> Ἢ λαμπρὸν, αἳ καθήμεθ᾽ ἐξηνθισμέναι,
> Κροκωτοφοροῦσαι καὶ κεκαλλωπισμέναι,
> Λυμαινόμεναι χαρακτῆρα τῶν ἐλευθέρων,
> Οἴκων ἀνατροπὰς, καὶ γάμων ἐκτροπὰς,
> Καὶ παίδων διαβολὰς ἐπεσπασμέναι·

at verò, posteriora illa, τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν, &c. Clementis sunt, non comici. Priora enim ex Aristophanis sunt *Lysistrata*, ubi sic concepta leguntur;

> Τί δ᾽ ἂν γυναῖκες φρόνιμον ἐργασαίατο,
> Ἢ λαμπρὸν, αἳ καθήμεθ᾽ ἐξηνθισμέναι,
> Κροκωτοφοροῦσαι, καὶ κεκαλλωπισμέναι,
> Καὶ Κιμβερίκ᾽ ὀρθοστάδια, καὶ περιβαρίδας,
> Χ᾽ ἔγχουσαι, καὶ τὰ διαφανῆ χιτώνια:

Qæ Florens Christianus sic reddidit;

> *Qod facinus arsint fœmina illustre avt catum,*
> *Cultu nitentes qæ sedemus florido,*
> *Comptis capillis, & crocota lutea,*
> *Tunicam gerentes rectam, & altos mulleos,*
> *Et purpurissam, transqe lucentes sinus.*

Seqentium apud Aristophanem nihil.

A Qin & alia nonnulla, qæ tanqam ex incerto comico idem vir clarissimus exhibet, apud comicum eundem reperiuntur: è qâ classe illud, qod de Cleone, qi exclusis amicis adulatores admiserat, Plutarchus habet in *præceptis politicis.* Ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο περὶ αὐτὸν, ὡς οἱ κωμικοὶ λέγουσι. *Centum avtem in orbem capita violentorum adulatorum lambebant, ut ajunt comici.*

Unde Grotius, puto, sumpsit, & ad metri formam sic concinnavit;

B
> Ἑκατὸν δὲ κύκλῳ
> Κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων
> Ἅμα λιχμῶνται περὶ αὐτόν·

Verum est Aristophanis in Vespis, ubi sic legitur,

> Ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶν
> Περὶ τὴν κεφαλήν.

Qo tamen loco pro ἐλιχμῶν, ἐλιχμῶντο legendum, exigente etiam metri ratione, ex Plutarcho, Scholiaste, & Svidâ in Κύννα. Notanda obiter phrasis illa, ὡς οἱ κωμικοὶ λέγουσι; *ut comici dicunt,* pro eo qod est, ὥς τις τῶν κωμικῶν φησί, vel τῶν κωμικῶν τις λέγει, *ut comicorum qidam, sive è comicis qidam, dixerat.* Sic enim in sacris etiam voluminibus, Joan. c. 6. v. 45. *Scriptum est in prophetis,* i. in uno aliqo prophetarum, Esajâ nimirum, ex qo testimonium ibi desumptum est: ut rectè Joannes Drusius Qæst. l. 1. c. 22. qi & de eadem formulâ ibid. c. 5. qanqam qod Hebraismum esse vult, nihil est necesse; qum nulli ferè non lingvæ familiares sint locutiones istiusmodi.

Ejusdem comici in *Eqitibus* est & de eodem usurpatum,
D illud, qod ex Plutarchi opere eodem inter *incerti* planè fragmenta reliqa datur.

> Ἅρπαξ. κεκραξιτὴς, κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων.
> *Clamosus, instar circulatoris, rapax.*

Sed & illud celebre magis, qod *incerti comici* nomine exhibetur,

> Ἐρέτην δεῖ πρῶτα γενέσθαι,
> Πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν.

Ex ejusdem est *Eqitibus*: ubi plenius sic habetur,

> Ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν·
E
> Κᾆτ᾽ ἐντεῦθεν πρῳρατεῦσαι καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι·
> Κᾆτα κυβερνᾶν αὐτὸν ἑαυτῷ.
> *Remigem oportere ante esse aliqem, qam clavum in puppi tenere:*
> *At postea demum proretam agere, atqe observare Aqilones:*
> *Ac deinde gubernare ipsum seipso.*

Ab Aristophane mutuatus videtur Gregorius Nazianzenus *Orat. in Basil. pag. 335. B.* prout & Muretus censuit, Ἐπαινῶ δὲ κἀκεῖνον τὸν νόμον· ὃς τὸν κώπην πρότερον ἐγχειρίσας τῷ τοῦ
F κυβερνήτῃ, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν πρῷραν ἀγαγὼν, καὶ πιστεύσας τὰ ἱμαντώδη· οὕτως ἐπὶ τοὺς οἴακας καθίζει, μετὰ πολλὴν τῷ θαλάσσαν διελάσαι καὶ τῶν ἀνέμων διάσκεψιν. *Verum navticam legem lavdo, qæ gubernatori futuro primum remos tradit, deinde ad proram eum collocat: sicqe prioribus muneribus ipsi commissis, tandem eum post diuturnam remigationem ac ventorum observationem ad gubernacula constituit.* Idem in Apologetic. pag. 3. B. Ἀλλ᾽ οὐδὲ ξένον ἐστὶ καὶ δεινὸν πάνυ τοῖς πολλοῖς τὰ θεῖα φιλοσοφοῦσιν, ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἀναβαίνειν ἀπὸ τοῦ ἄρχεσθαι,
G οὐδὲ ἔξω τῶν νενομισμένων τῆς φιλοσοφίας ὅρων καὶ φέρον εἰς ὄνειδος, ὥσπερ οὐδὲ ναύτῃ τὸν δεδοκιμασμένον, τὸ πρῳρατεῦσαι, καὶ πρῳρεῖ καλῶς τοὺς ἀνέμους τηρήσαντι, τὸ πιστευθῆναι τοὺς οἴακας· οἱ δὲ βούλει, στρατιώτῃ γενναίῳ τὸ ταξιαρχεῖν, καὶ ταξιάρχῃ καλῷ, τὸ στρατηγῆσαί τε καὶ πολέμου παντὸς ἡγεμονίαν ἐγχειρισθῆναι. *Nec vero alienum est ac præposterum, multos ex iis, qi divinarum rerum studio dediti sunt, è subditorum classe atqe ordine ad imperium evehi, nec ab usitatis philosophiæ legibus remotum, ac cum probro & dedecore conjunctum: qemadmodum nec probro navtæ proretam esse, nec, proretæ, qi ventos rectè cum lavde observarit, clavum regendum suscipere: aut, si lubet, forti ac strenuo militi cohorti præesse, & ei qi cohorti rectè præfuerit, exercitum ducere, totiusqe belli principatum suscipere.* Vides eandem planè eisdem gradibus insistentem à

re

re navticâ translatam imaginem : qæ avtem à militiâ desumpra seqitur, havd ab eo multum abludit, qod ex Evpolidis *Amicis* Svidas exhibet;

Οὐκ ἐσωφρόνησας, ὦ πρεσβῦτα, τὴν κατάστασιν
Τὴν δὲ λαμβάνων ἄφνω, πρὶν καὶ μαθεῖν τὴν ἱππικήν.
Pol senex, parum sapuisti, qi tam cito stipendium
Hoc eqestre sumpsisti, priusqam rectè eqitare didiceras.

Qin & qod Menandri nomine Vir doctissimus emisit,

Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδὺ ἀνθρώποις ἔφυ
Ἢ τὸ λαλεῖν τἀλλότρια.
Nihil est hominibus svavius qam res loqi alienas.

An comici illius sit ambigo. Gregorii nostri esse certus scio, qi in *Apologetico*, statim ab initio, nec tanqam alius cujusqam dictum, nec ut metri legibus astrictum, sic extulit. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδὺ τοῖς ἀνθρώποις, ὡς τὸ λαλεῖν τὰ ἀλλότρια· καὶ μάλιστα, ἐὰν τύχωσιν ὑπ᾽ εὐνοίας τινὸς ἢ μίσους ἑλκόμενοι, ὑφ᾽ ὧν καὶ φιλεῖ κλέπτεσθαι ὡς τὰ πολλὰ ἡ ἀλήθεια. *Nihil hominibus est jucundius, qam aliena in ore habere : idqe tum maximè, qum amore odiove ducuntur, qibus veritas plerunqe surripi solet.*

Qod apud eundem tanqam *Platonis comici ex incertâ* novissimum exhibetur.

Ἁ δ᾽ ἡδονὴ πάντων ἀλαζονίστατον,
Voluptate eqidem nihil est insolentius.

est ex Platonis Philosophi, non comici, *Philebo* extremo ferè; qod & Athenæus monuit, *l. 12.* & Cyrillus *adversus Julian. l. 6.* ubi Protarchus; ἡδονὴ μὲν γὰρ ἁπάντων ἀλαζονίστατον. Imposuit forsan τῷ πάνυ, qod apud Evstathium ad Odyss. β. qò loci illud Platonis nomine lavdat, sed ἀλαζονίστατον legi postulat, præcesserat ex comici cognominis *Cleophonte* illud,

Ἵν᾽ ἀπαλλαγῶμεν ἀνδρὸς ἁρπαγιστάτου.
Uti liberemur ab homine rapacissimo.

Cui geminum errorem erravit vir incomparabilis in luculentissimis ac locupletissimis illis Exercitationibus Plinianis, qum *Platonem comicum* ab Hesychio reprehensum existimavit, qod in comœdiâ *Jone* dictâ *Heracleum lapidem* cum *magnete* confuderit. Platonis enim philosophi, qæ is respexit in *Jone pag. 363. E.* verba sunt ista. Θεία δὲ δύναμις ἥ σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡρακλείαν. *Divina vis te movet, sicut in lapide, qem magnetem Euripides nominavit, nonnulli Heraclium vocant.*

Deniqe qod idem pro comici alicujus dicto habet.

Μήτε γὰρ ἰσχὺν ἐντίθησι μήτ᾽ ἀποθνήσκειν ἐᾷ.
Neqe enim vires avget, neqe mori patitur.

Nec comici, nec poetæ etiam cujuspiam est, sed ὁ Παιανιεὺς ῥήτωρ, uti Athenæus, qi l. 6. usurpat, i. Demosthenis, à patriâ sic dicti, cujus verba hæc, non ex *oratione qâ Philippi Epistola respondet*, uti memoriâ lapsus Cl. Casaubonus, sed ex *Olynthiacâ*, uti Gesnerus ad Stobæum, qi adducit itidem *Collectan. tom. 2. c. 99.* harum in tertiâ *pag. 39. D.* Orator ille, Ἴσως ἄν, ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθόν, τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγέντες, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε· καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ᾽ ἰσχὺν ἐντίθησιν, οὔτ᾽ ἀποθνήσκειν ἐᾷ· καὶ ταῦτα, ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς, οὔτε τοσαῦτά ἐστιν, ὥστε ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ, οὔτ᾽ ἀπογνόντας ἄλλο τι πράττειν ἐᾷ. *Fortassis, Athenienses, fortassis perfectum aliqod & magnum bonum conseqemini, talibus lucellis repudiatis, qæ cum cibis, qos dant ægrotis medici, conferri possunt. Etenim ut illi neqe vires avgent, neqe emori patiuntur : sic & ista qæ vos nunc percipitis, neqe tanta sunt, ut justam utilitatem aliqam afferant, neqe vos iis despectis ad alia converti patiantur.* Ad bellum adminicula malignè præbita alimentis confert à medicorum filiis decumbentibus exhiberi solitis, qæ animam tantùm contineant, vires avtem exigvas admodùm, avt etiam nullas, subministrent. Nec his absimilis prorsus diæta, qam Romano nobili, qem in custodiâ detentum tardius defungi volebat, exhiberi curabat Tiberius, τοιαύτην καὶ τοσαύτην, ὥστε μήτε τινὰ ἡδονὴν καὶ ῥώμην παρέχειν μήτ᾽ ἀποθνήσκειν αὐτὸν ἐᾶν, *talem tantulamqe ut nec gustum sapidum viresve præberet, nec mori tamen hominem sineret.* Narrat Dio *Hist. l. 58.* Etiam illud Svidæ horsum respicere claret, Ἰγγρουσία παρὰ Ῥωμαίοις, τὸ τοῖς ἀσθενέσι διδόμενον σιτίον ὃ οὔτε

A ζῆν, οὔτε ἀποθνήσκειν ποιεῖ. *Ἰγγρουσία apud Romanos vocatur cibus, qi datur infirmis, qi neqe vitam, neqe mortem confert.* Verum Ἰγγρουσία qid sit ariolari vix possum : forsan Ἰσικιάλα fuerat : occurrunt enim apod avtorem illum fœdissimè depravata non pavca; & Latina qoqe vocabula non infreqentia. Jusculis avtem tenuioribus refici ut plurimùm, qibus vires imbecilliores, ægrotos, norunt etiam laborantibus assidere solitæ mulierculæ. Addam alteram conjecturam. Qid si Ἰγγρουλία fuerit? non Latinum qidem illud, sed Græco-barbarum. Sic enim *Glossa Græco-barbara.*
B Ἀναγρεῖς, μάζα, σεμιδάλιν, γροῦτα, πανάδα. An non agnoscis statim Gallum Gru/ unde Anglis nobis Gruel / & Water-gruel; Italum *Panada*; qorum utroqe vocabulo sorbitiunculæ genus qoddam designatur, qæ infirmis præberi consvevit : à γροῦτα ergo *in* præfixo, Ἰνγροῦτα, & vel vocabuli deflexione, vel, descriptoris vitio, Ἰγγρουσία. Atqe hæ qidem suspiciones meæ fuerint : à qibus havd invitus discesserim, si qis certius aliqid avt verisimilius suggesserit. Interim nullâ ratione probare possum, qod V. C. Joannes Mevrsius in *Glossario Græcobarbaro*, à *gruso*,
C qod *ficum* (vel *grossum* potius Ὄλυνθος, *Grusum* Glossæ) significet, deducit. Qem tamen (sed tacito, qod rarius solet, Mevrsii nomine) V. Cl. Joannes Vossius seqitur *de Vit. Serm. l. 3. c. 12. Ficus*, inqit, *inqinabant veneno ita temperato, ut qibus illas edendas porrigerent, & vivere & mori neqeuntes, longâ tabe conficerentur. Ejusmodi ficus, & sumptâ inde metaphorâ, omnis cibus venenatus, Ingrusia dicebatur.* Certè tam ficubus, qam & malis, boletis, ostreis, &c. veneno infectis, ab hominibus maleficis aliorum vitæ structas freqenter insidias, nemo est qi nesciat:
D unde & *ficum Italam* alicui *datam* nos dicere consvevimus. De Commodo Lampridius, *Motilenum præfectum prætorio per ficos veneno interemit.* Verum *Ingrusiam* medicatum ejusmodi qicqam designare, cum absqe exemplo dicitur, tum avtores ipsi, è qibus istud producitur (siqidem cum Svidâ conspirare prorsus perhibentur *Basilicorum Glossæ*) aliud omninò diserte exhibent : qod & ex Demosthenis verbis, qæ respexisse hos ambigi non potest, luculentissimè demonstratur. certe aliud est longè, qod Medici infirmis præcipiunt qorum saluti consultum eunt, aliud qod venefici eis
E porrigunt, qos tabe tardâ, sed letali, confectos & sublatos volunt. Illud, non istud, loquntur Lexicographi, & a qo explicationem suam mutuati ei sunt, orator. Qod non animadvertisse videtur Vir doctissimus cum illa scribebat.

Cæterum illud V. C. Isaaci Casauboni in *Animadverſ.* ad Athenæum l. 7. c. 4. qo ista, tanqam Sophoclis è *Tyro* à Macrobio *Saturn. l. 5. c. 21.* lavdata; exhibet.

Πρὸς τὴν τράπεζαν φοίνικας
Προσεληλυθέναι σὺν δορκάσι,
F *Καὶ γενέσθαι περὶ τὰ σιτία καὶ τὰ καρχήσια.*

est omnino σφάλμα μνημονικόν, qod viri occupatissimi aliud agentis calamo furtim excidit. Neqe enim avt apud Macrobium extant ista, avt etiam sunt tragici illius. Athenæi sunt verba, qi lib. 11. *pag. 475. B.* postqam illud è Sophoclis Tyro adduxerat (qod & solum Macrobius habet)

—— στῆναι μέσην
Τράπεζαν ἀμφὶ σιτία καὶ καρχήσια.
—— mediam assistere
G *Mensam circa atqe edulia & carchesia,*

subjunxit è suo ἐξηγήσεως χάριν, (qod & φάσκων illud monere poterat) qæ pro Sophocleis Vir Cl. repræsentavit.

CAPUT X.

Hugonis Grotii elogium. *Hujus* Excerpta ex tragœdiis & comœdiis Græcis *opus insigne.* *In eodem animadversa qadam avctario aliqo supplenda.* *Ex Æschyli* Jaculatricibus ἱππογνώμων *qid : in eo definiendo lapsi viri magni.* *Salmasius qod res est vidit.* στρεβλογνώμων *qis.* *Vocabulum Lexicis addendum.* γνώμονες *in eqis.* *Virginum vultus qa-*

lis.

lis. Democriti in eis dignoscendis peritia. Æschyli de Alcibiade dictum. Leoni, si qis aluerit obseqendum. Valerius memoriâ lapsus. Epicharmi an Aristotelis qædam, ambigitur. Difficile ex male habentibus probè dicere. Evripides in Philoctete *& alibi, senario uno & altero avctior: in* Myrmidonibus *clavsulâ: morbus vix ferendus, tempore mitigatur. Rinttia navtarum spes tenuissima. Vivus præ mortuo deflendus. Cassandra in scenâ dicta decurtata. Insani vates, donec prædicta implentur, habiti. Ex Sexto suppleta ἀδίκως qædam. Paribus parium voces gratissimæ. Antiphanis restituta qædam. Opes excæcant, Xenonis de Oropiis versiculi. Publicani qales. Avtoribus alienis adscripta. Sophocli, qæ Plutarchi sunt. Deus solus immortalis. Evripidi, qæ Sophoclis. Evbulo, qæ Evpolidis; Diphilo, qæ Antiphanis; Ibyco, qæ Jonis; Amarilæ, qæ Anaxippi.* Africa semper novi aliqid; *Proverbium; de Musicâ usurpatum, Menandro tributa, qæ Evripidis sunt. Pavper diti donans. De Deo invisibili cuncta vidente, qod alii Evripidi, Philemoni alii. De amoris vi, qod eidem nonnulli, alii Sophocli. Alterius, qam ferantur, qæ sunt fabulæ. De dictione tempestivâ ex Sophoclis* Prometheo Ignifero *exhibetur, qod in* Inferiis *reperitur. Veritas sibi semper constat.* Aleadæ & Alevadæ, *an una sint fabula.* Philoroides *an Sophoclis ulla; de eâ voce conjectura. Ejusdem Philoctetes non una.* Ἀδεσπότως, *qæ habentur, avtores dati: De morte, medico optimo, ex Æschylo & aliis; ex qibus emendatur. Lex talionis æqissima, ex Æschylo, aliisqe. Numinis severitas, ex Sophocle. De musica voluptati deditis, ex Euripide, cujus dicta à Platone lavdata, aliter qam aliis visum reconcinnata. Consilium manibus multis viribusqe magnis plus valet, ex Evripide restitutio. Variis id documentis firmatum.* πόλεως, ἀγορᾶς ἀγάλματα *mera. Turba incondita & imperita, impedimentum non auxilium. Virtutis vivacitas, ex Evripide aliisqe. De somniorum vanitate: fratrum dissidiis ex Evripide. Malorum præteritorum memoria ex eodem: cur svavis, ex Aristotele: ex terrâ maris prospectus: emendati codices Grotiani, & Stobæani. Amicitia vera constantia; Forma ignava inanitas; Magnorum etiam servitus, ex Evripide. Spe pasci vanâ, ex Sophocle. Mulier infida; Fortuna incerta; vita cæca & misera, ex Menandro. Opera mutua, ex Epicharmo.* Manus manum fricat, lavat: *Proverbialia.* δὸς καὶ λαβέ. *Varro restitutus. Diligentia vis, ex Antiphane.* Etiam in vimine navigare, *à qo, de qo, in qem dictum. De avtore suspiciones; in citantibus emendationes. Fabula, ubi incerta habetur, definita. Dei* κιλλικίζοντες, *ex Pherecratis* Rhetoricâ. Ἐπιμελείου, *ex Evpolidis* Avtolyco. πιστὸν πεπίγραμμα, *ex Sophoclis* Navplio πυρκαεῖ. *Pestis pessima, amicus infidus, ejusdem ex* Antigonâ. *De fratris spe nullâ reliqâ, indidem. Clementis codices emendati. Imperatoris partes ex Sophoclis* Captivis. *De Minotavro, ex Evripidis* Theseo. *Varia ibidem lectio. In materiâ bonâ facilis dictio, ex ejusdem* Bacchis. *Res humanæ à numine pendentes, ex Evripidis* Supplicibus, *Archilocho, Homero. Lectionis in eis varietas. Amicus nec defunctus deserendus, ex Evripidis* Protesilao, Hecubâ, *alibi. Dionis Prusæi versio reprehensa. Medici partes, ex Evripide, & Hippocrate: Imperatoris, ex illius* Temino: *de Clementis loco conjectura. Fastidium humanum, ex Evripidis* Antiopâ. *Athenæus emendatus. Vita svaviter transigenda, indidem. Varia hic lectio: Evripidis* Scyriæ thesy. *Aetius emendatus. Voces magnanimæ ex Evripidis Syleo. Cum amore expostulatio ex Andromeda. Varia utrobiqe lectiones.* Παρῳδίαι *complures. Theseus apud inferos devinctus in Evripidis* Pirithoo. *Plutarchus ex conjecturâ constitutus. Proles sine parente utroqe nulla. Clemens à Sylburgio & Morello frustra tentatus. Turpia an opinione solâ constant. Evripides hac in parte à qo correctus. Leopardi πυρίεσμα. De divitiarum usu qid Evripides, abusu Antisthenes. Varia in illo lectio. Evripides in* Cyclope *variè παρῳδηθείς. Schotti error. Visa an mors, mors vita, Evripides incertus, ab aliis ridetur, ab aliis probatur. Variis modis suppletus. Mors somnus. Somnus & mors germani.* Ad parietem fæliciorem inclinare *Proverbium.* αἰχίση νόσος. *Lucelli causâ servitium, conjugium dispar. Affectus admonitu acriores.* — nemo impune lacesset. Turpe silere. *Bosii in Cicerone lapsus. Laconum indoles. Evripides parum fæliciter tentatus, ex Plutarcho restitutus. Potestati desipientis non obnitendum. Varia ad id ex Sophocle imagines: harum una παρῳδηθεῖσα. arbores aqam potantes* ἐκπιδακ αἱ πίδακες, *&* ὁ πλησίον. *ex suo ingenio alios censere. Juramenta muliebria, Venerea. Photius mendo liberatus. Musicam amor, artem necessitas docet. Stephani suspicio. Pantini lapsus. Svidas tentatus. Non solus Ulysses eloqens, nec Atridæ uxorum amantes. Mulierum malarum congressus noxii. Medicorum, ac imperatorum multitudo damnosa. Mente superiores affectus, egestas. Varia apud Evripidem lectio. Mevrsii syllabus. Tragœdiarum discussus. Helladius Æschyli nulla. Mavssaci conjectura. Ab eis diversa. Alius Æschyli drama satyricum. Æschyli fragmenta utrobiqe restituta.* Satyri, *nulla. Pavsanias minus rite intellectus. Pratinæ in satyris repræsentandis dexteritas.* Satyriscus, *nulla. Hesychius emendatus.* Dionysiaca, *qæ. Æschyli Ajax duplex. Achilles & Ajax qâ parte invulnerabiles. Palamedis inventa. Æschylea an hoc nomine fabula. Sophoclis* Themistocles, *nulla. Versus adducti, de natali fletu, lætitiâ funebri, Evripidis esse è* Cresphonte. *De erroris fundo suspicio.* Onomacles, *nulla. De nomine vero conjectura. Sophoclis* Philoctetes *duplex,* in Troja, *altera; altera,* in Lemno. *Hanc qæ extat, non illam, esse. De morte, medico, ex utrâ.* Philocteten *tragici tres dedisse. Evripidea, an Æschylea paraphrasin esse, qam Dio edidit. De Sophoclis* Salamine *ambigitur, de* Salaminiis *constat.* Salmoneus, *Sophoclis satyrica.* Πίμφιξ *qam varia denotet. In Galeno, sublatis mendis variis; multa restituta. Hujus lapsus memorialis.* Ætnææ *Æschyli.* Phthiotides, *an* Philoctetes *apud Gellium* Philetidum, *an* Philotidum *loco. Evripidis* Evrysthenes, *pro* Evrysteo; Erechthides *pro* Erechtheo, Caporneus, *nulla.* Ex Supplicibus *sunt qæ inde citantur.* E Bacchis, *qæ è* Pentheo. *A personis eminentioribus duplex fabulæ inscriptio.* Polynices, *qæ &* Phœnissæ. Clymene, *qæ &* Phaeton. *Clemens emendatus.* Κτήμενος *nulla; ex* Hippolyto obtecto *alibi citantur, qæ sub hoc titulo prostant.* Τήμενος, Τημενίδαι, *&* Τημένιδες: Μελανίππη *&* Μνημοσύνη *tituli spurii. Evripidis* Καρκίνος, Κλειδης, Τραχῖς, *nulla. Lapsus in prima, & in ultimâ occasio; de mediâ, conjectura: à qâ Clemens restitutus. Evripidis* Gemini. *Necessitatis onus.* Syleus, *cum* Scyreo (*qæ nulla est*) *&* Scyriis *Mevrsio eadem habita.* Syleus, Sciron, Scyriæ, *tres fabulæ diversæ, & subjecti invicem disparati. Ad* Syleum *videri pertinere, qod ad* Scyrias *refert Grotius.*

CUm in capite antegresso è Viri Clarissimi omniqe prædicatione meâ superioris D. Hugonis Grotii dramaticorum Græcorum excerptis, summâ cum diligentiâ industriâqe conqisitis, tum & locis innumeris fælicitate havd minore restitutis, & elegantiâ pari Latio donatis, nonnulla attigerimus; alia qædam istic subjicere visum est, de qibus liberè, sed candidè nostram feremus sententiam; non qo avt viro pene incomparabili, avt tantæ tam eruditionis, qam industriâ, operi, qicqam detractum eamus; sed ut (qod diverbio dicitur) Cræsi thesavris teruncíolum unum & alterum addamus, & loco alieno sita nonnulla ad suos, vel avtores, vel classes, revocemus. Enimverò meritò optarim ego, & alius forsan qis idem velit, scriptorum nomina locaqe adjecisset vir doctissimus, è qibus avtorum, qi maximâ jam ex parte interciderunt, reliqias istas, tanqam à navfragio tabulas ereptas, collegerat. Ipse ad codicis mei oram, qæ occurrebant, adnotavi. Nec supersunt multa, qæ sedulitatem hac in parte nostram effugerint. Qod moneo, ut siqando scriptum, non tam gratiarum tantum & leporis, qam & utilitatis refertum, prelo denuo subjectum fuerit, ad hoc ipsum, si his visum, qibus id curæ futurum est, operam meam, lubentissimè præstaturus, pollicear. Qin & qæ istic subnotavi, eo fine in publicum edo, ut si sub incudem revocare sua viro clarissimo animus fuerit, de eis saltem cogitationem aliqam instituendo occasionem subministrem.

Qæ

Qæ inter legendum animadvertimus, sub his classibus digeremus: qæ suppleri posse censemus; qæ nomen alienum præferre; qæ tabulæ etsi non avtoris alterius esse; qæ pro incertis habentur, cum natales suos possint proferre, qæ pro incertis fabulis cum certæ satis; qæ pro genuinis, cum παρῳδίαι meræ videantur.

Ab his ordiemur, in qibus aliqid suppleri posse videatur.

Ex Æschyli *Jaculatricibus* exhibentur ista; qæ à Plutarcho bis lavdata reperio, in *amatorio*, & in libro *de profectus indicus*:

> Νέας γυναικὸς οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
> Ὀφθαλμός, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη.
> Ἔχω δὲ τούτων θυμὸν ἱππογνώμονα.

qæ Vir Cl. sic reddidit:

> *Non me puellæ lumina ardescentia*
> *Fallant, solent qa prodere expertum virum:*
> *Animus mihi introspector est libidinum.*

At poterat avctario havd contemnendo, disticho utiqe integro, consummatiora hæc dedisse, ex Antigoni *narrationibus mirandis*, *cap.* 127. qo loco senarii duo proximè antegressi, sed restituente *ad Solinum* V. Cl. Salmasio, sic referuntur:

> Ἄδην γὰρ ἁγναὶ παρθένοι γαμηλίων
> Λέκτρων ἀτρέπτῳ βλεμμάτων ῥίπτει βολῇ,
> *Pura tororum namqe nuptialium*
> *Acies immota virginis defigitur.*

Qibus ut seqentia cohæreant aptius, lego. Νέας γυναικὸς τ' οὔ με — vertoqe. *Nec me puella, &c.* Id virginis integræ facit indicium, qod in Hypsipyle Jasonem excipiente describit Apollonius *Argonavt.* l. 1. v. 790.

> — Ἡ δ' ἐγκλιδὸν ὄσσε βαλοῦσα
> Παρθενικὰς ἐρύθηνε παρειάς. —
> — *qa & inclinatiore oculorum obtutu*
> *Virginitatem professa & genis diffuse purpuratis.*

vel potius qod in pube Spartanâ prædicat Xenophon *de Lacedam. respubl. pag.* 679. *B.* qam virginibus, qoqe sedulò asservatis, modestiæ & verecundiæ nomine præfert: Σιγῇ μὲν πορεύεσθαι, περιβλέπειν δὲ μηδαμοῖ, ἀλλ' αὐτὰ τὰ πρὸ τῶν ποδῶν ὁρᾶν. *Taciti incederent, nusqam circumspicerent, ea tantum intuerentur, qa ante pedes essent.* Et mox, ubi ab oculo immoto lavdaverat; ἐκείνων γοῦν ἧττον ἂν ὄμματα μεταστρέψαις ἢ τῶν χαλκῶν, *sane oculos eorum minus flexeris, qam si essent ahenei*, concludit deinde: Αἰδημονεστέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων. *Verecundiores esse duxeris, qam sint ea, qa in thalamis degunt virgines.* Sed de Xenophontis periochâ istâ videndi locus alibi dabitur. Ad Æschylum revertamur.

De versu novissimo lapsi videntur viri magni, qod ex parte etiam Cl. Salmasius advertit. Siqidem avtor ipse, qi nobis ista repræsentavit, ab eqarum ἱππομανίᾳ, unde mulieribus libidinosis eqarum nomen adhæserit, θυμὸν ἱππογνώμονα, utpote qi istas dignoscat, dixisse Æschylum arbitratur. Qod idem & Grotius in versione respexisse videtur. Cæterum istud havdqaqam verum est: qum θυμὸς ille ἱππογνωμονικός, de virginibus etiam castis & intactis judicet, qo modo internoscendæ sint à puellis virginitatis imminutæ. Sed longius adhuc aberraverunt, vir eruditissimus Henricus Stephanus, atqe hunc secutus Franciscus Vigerus in *Idiotismis*, *c.* 3. *sect.* 4. *reg.* 1. qi θυμὸν ἱππογνώμονα, tanqam ab ἵππος epitatico, interpretantur μεγαλογνώμονα, *qi grandia statuit, & magnificè de se sentit.* Cui σμικρογνώμων forsitan opponi posset, homo *pecuina*, sive parvæ atqe pusillæ *indolis*. Licet Æschylus pro *simplici* minimeqe vafro usurpaverit in *Agamemnone*: cujus vocabula havd pavca, è qibus & istud, Henricus Stephanus, aliiqe Lexicographi omiserunt. Verum istorum ἱππογνώμων iste (qalem Platonem, ὡς τετυφωμένον, *fastu turgidum*, arguebat, Laertio referente, *lib.* 6. *cap.* 8. Antisthenes, ἵππον λαμπτευτὴν καὶ φρυακτήν τινα ἰσόμενος, *fore qendam equum præclarum & frementem*) nullo modo locum hic potest tueri. Accessit veritati propius Hesychius, qi ἱππογνώμονα vult dici, τὸν ἵππους διαγινώσκοντα κυνέας, ἢ μή. *Eum qi eqas internoscit, fœta sint, necne*: atqe hoc,

A opinor, non prius illud, secutus est Gvilielmus Xylander, qum vertit,

> *Hac arte gnarus ipse eqas dijudico.*

Qanqam nec iste rem ipsam assecutus videtur. Neqe enim de fœturâ sive imprægnatione qicqam hic dicitur. Rectissimè, puto, Salmasius, artem illam alludi avtumat, qâ ex dentibus ætas eqorum dignoscitur: γνώμονες enim Xenophonti *de re eqestre*, sunt *dentes eqini* ἡλικίας γνωριστικοί, *ætatis indices*, ut Pollux *l.* 1. *c.* 11. *sect.* 1. unde ἀγνώμονες & λειπογνώμονες eqi, qorum ætas ex dentibus amplius cogno-
B sci non potest, postqam γνώμονας illos amiserunt. Sicut ergò γνώμονες hi in eqis ætatem eorum produnt; sic etiam signa sunt, qibus virgines & nuptæ discernantur; eaqe in oculis plurimum sita. Horum avtem peritiam singularem sibi arrogat is, qisqis est, qi apud tragicum ista profatur. Itaqe malim sic reddere,

> *Mens mî perita dignoscendi hujusmodi.*

Ut ad dictarum classem utranqe referatur. Peritiam avtem istiusmodi in puellâ Hippocratis comite specimen edidisse Democritum, ex Athenodori περιπάτων *l.* 8. refert *l.* 9.
C Laertius, de qo & alibi diximus. Nunc ad alia pergimus.

Illud tragici ejusdem, ex Plutarchi *Alcibiade*, de qo a Poeta prolatum est, sumptum,

> Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
> *In urbe alendus parvus est nunqam leo.*

sive,

> *Catulus leonis havd in urbe alendus est.*

Potest ex Aristophanis *Ranis* senario gemino avctius dari.

> Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν·
> D Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.
> *Alere qidem leonem in urbe havd convenit:*
> *Sin fuerit alitus, obseqendum est moribus.*

Lapsum avtem memoriâ Val. Maximum, qi *memorab. l.* 7. *c.* 2. sub Periclis ab inferis redivivi personâ à comico enunciata refert ista, monuit jamdudum Pavllus Leopardus *Emendat. l.* 8. *c.* 12.

Epicharmi illud, si Epicharmi saltem fuerit,

> Ἄρτι γὰρ λέγεται, καὶ εὐθὺς φαίνεται οὐ καλῶς ἔχον.
> *Vix prolatum est, neqe se habere rectè, apparet illicò.*

E Versum alterum desiderat; qem apud Aristotelem reperias τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ (nam *metaphysica* qid velint, havd asseqor) *l.* 12. *c.* 9. Eo loci Philosophus; Χαλεπὸν δ' ἐκ μὴ καλῶς ἐχόντων λέγειν καλῶς κατ' Ἐπίχαρμον· ἄρτι τε γὰρ λέγεται καὶ εὐθέως φαίνεται οὐ καλῶς ἔχον. Ubi priora illa duntaxat comici esse videntur, sic forsan ab illo posita,

> Χαλεπὸν ἐκ τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων ἢ λέγειν καλῶς.
> *Havd facile ex rectè havd habentibus rectè qid dicere.*

Reliqa, *cum primum aliqid dicitur, confestim apparet non bene dictum.* ipsius sunt, puto, Philosophi, ratione ad-
F jectâ dictum comici firmantis; avt si comico deputantur, priora illa præfigenda deposcunt. Sed ad alia pergamus.

Inter Menandri *incerta* illud,

> —— ἐργὸν ἐστι Φανία,
> Μακρὰν συνήθειαν βραχεῖ λῦσαι χρόνῳ.
> —— *difficilis est res, Phania,*
> *Destruere subitò longam consvetudinem.*

Senario uno avctius exhibet Antonius Abbas, *Melissæ l.* 2. *c.* 80. ubi pro ἐργὸν ἐστι Φανία, ἀμήχανον tantum legitur: &
G subjungitur;

> Τὸ γὰρ συνηθὲς οὐδαμοῦ παροπτέον.

qod Stobæus *tom.* 2. *c.* 44. ex Menandri *Androgyno* citat. cum priora illa *cap.* 43. ex Menandro simpliciter, fabulæ nomine nullo adjecto lavdaverat, ubi Πανία pro Φανία, perperam editum. Verum suspicari qis inde possit, ex Menandri *Citharista*, sive *Fidicine* esse ea; qia in ex eâ lavdatis Phaniæ nomen sæpiuscule occurrit. Sed forsan ex diversis fabulis sententiolæ illæ fuerint; etiamsi Antonius simul exhibuerit, qia eodem utraqe faciat. Sin apud comicum in eadem fabulâ serie continuâ posita fuerint, malim legere,

> Τοίγαρ συνηθὲς οὐδαμοῦ παροπτέον.
> *Nusqam itaqe qod assuetum est debet negligi.*

 Evsi-

Evripidis senarium illum ex *Philoctete*, qem Dio Prus. *Orat.* 59. exhibet:

Νόσος κατ' ἀρχὰς οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ὤν,

aliter distinxisset idem V. Cl. & tragici reliqis, si illius esse præcedentia advertisset, adjectis, sic efformasset;

Καί τοι πολλ' ἤδη τῷ χρόνῳ λελώφησέ μοι
Νόσος καὶ ἀρχὰς δ' οὐδαμῶς ἀνεκτὸς ὤν.
Atq; remisit plurimum jam tempore
Morbus, per initia qi erat intolerabilis.

Eodemqe pertinet senarius ab Aristotele *poetic. c.* 22. lavdatus,

Φαγέδαινα, ἥ μου σάρκα θοινᾶται ποδός.
Phagedæna, qa epulatur mihi carnem pedis.

Pro eo, qod Æschylus in fabulâ cognomine,

Φαγέδαιναν, ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός.
Phagedæna, qa mihi exedit carnes pedis.

Sed & illa tragici ejusdem apud rhetorem eundem *Orat.* 64. de navigantium præsidentiâ poterant inde cum senarii avctario sic exhiberi,

Πόντον περῶντες ἀμφὶ κύμαθ' ἡμέραι,
Σμικραῖς ἐπεστήκαντο αὐτοὺς ἐλπίσι.
Undas secantes tempore havd aqo aqoris,
Tenuissima se temere concredunt spei.

ut particulam δὲ interserere nihil opus fuerit. Senarius alter in eis, ejusdem *Myrmidonibus*, qæ Scholiastes ad Aristophanis *Concionatrices* adducit,

Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τεθνηκότος
Τὸν ζῶντα μᾶλλον. —
Antiloche, qid fles mortuum? vivens magis
Lugendus ego sum. —

Suppleri forsan ex comico potuit. Sic enim tragici versus *παρῳδήσας* allusit iste,

Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τριωβόλου
Τὸν ζῶντα μᾶλλον· τὸ μὲν γὰρ διοίχεται.
—— qod pessum iverint mea.

Cassandræ verò verba, ex incerto tragico, apud Plutarchum in *monitis politicis* reperta, cur decurtata dederit vir doctissimus, non intelligo; præsertim cum in clavsulâ leporis gratiæqe plurimum insit.

Ἄχρηστον οὖν μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεός·
Καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
Σοφὴ κέκλημαι· adde: *πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι·*
Dat mihi Deus, prædicere, qa prosunt nihil:
Ab hisqe, in ipsa qi inciderunt jam mala,
Sapiens perhibeor: passus nondum, insanio.

Idem in literis sacris apud ipsum Dei populum deprehendere promptum est: malorum prænuncii, cum ea prædicerent, pro deliris & amentibus sunt habiti; ubi jam evenerant, vates esse veridici comperiebantur. Jer. c.29. v.26. & c.30. v.24. Ezek. c. 6. v. 10.

Inter *incerti* planè avtoris, habetur illud ex Plutarchi *de adulat. ab amico dignosc.*

Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει.

Cui attexi possunt ex Sexti Empirici *adversus Grammat. l.*1.*c.*13. ista,

Παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ πρέπει γυνή·
Νοσῶν ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
Ληφθεὶς, ἐπῳδός ἐστι τῷ πεπραγμένῳ.
Seni senilis lingva jucundissima est;
Puero puerilis; mulierique muliebris.
Vir æger ægro; & qi malis est obsitus,
Mali havd inexperto exhibet solatium.

Antiphanis illa ex Clementis *Strom. l.*4. dantur,

— ὁ πλοῦτος πλέον
Θατέρων βλέποντας ἀφελαβὼν τυφλοὺς ποιεῖ.
— qos pecunia accepit
Oculatiores cæteris, cæcos facit.

Verum apud Clementem, non *θατέρων*, (qod an in usu existat, ambigo) sed *θατέρου* legitur: nec sincerum etiam, opinor, istud. Saniora plenioraqe apud Stobæum *tom.* 2. *tit.*73. qo loco comici nomen reponendum, sic exhibentur;

Ὁ δὲ πλοῦτος ἡμᾶς, καθάπερ ἰατρὸς κακὸς,
Τυφλοὺς, βλέποντας παραλαβὼν, πάντας ποιεῖ.

A *At nos divitiæ, mos ut est medicis malis,*
Cæcos efficiunt, cum oculatos acceperint.

Illa πλέον & θατέρου, ex πάντας & καθάπερ ἰατρὸς, depravata existimo. Et fortasse apud Stobæum transposita sunt nonnulla, fueritqe,

Πάντας βλέποντας παραλαβὼν τυφλοὺς ποιεῖ.

Ex Xenone comico affertur senarius iste,

Πάντες τελῶναι πάντες εἰσὶν ἅρπαγες.

qod Grotius sic reddidit,

Qot publicani sunt, tot raptores puta.

B Et reverâ pavci in illo ordine reperiuntur, qi non sint affines crimini isti: unde toties in sacrâ paginâ juncti simul, *τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοί.* Matth. c.9. v.11. & c.11. v.19. Marc. c.2. v.15.16. Luc. c.5. v.30. & c.15. v.1. Cæterum aliud voluisse comicum, aliterqe distingvenda ista, nec tam *publicanos*, qam *Oropi incolas* eo carmine notatos, liqidò patebit, si ex Dicæarchi *fragmentis geographicis*, ab H. Stephano editis, senarium alterum adjecerimus.

Πάντες, τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες.
Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.
C *Sunt publicani, sunt raptores qilibet:*
Morte universi pereant pessima Oropi.

Lusisse interim, *τῷ ἀμφιβόλῳ* videtur comicus, cum *κακὸν τέλος* dixit, cum *τέλος* tam *vectigal*, unde *τελῶναι* dicti, qam & *finem* significet.

Ad ea transeo, qæ avtoris alieni nomen adscriptum gerere videntur.

Præter ea, qæ capite superiori retulimus, illud qod tanqam Sophoclis refertur, sed ex incerto dramate,

Θνήσκει δὲ καὶ τὰ τῶν θεῶν, θεοὶ δ' οὔ,

D est ex Plutarchi, *de orac. defect.* verbis illis concinnatum; *πολλὰ καλὰ τοῦ θεοῦ διδόντος ἀνθρώποις, ἄφθαρτον δὲ μηδέν·*

Ὡς θνήσκειν καὶ τὰ θεῶν, θεοὺς δ' οὔ,

κατὰ τὸν Σοφοκλέα. Multa, inqit, etiam divinitùs donata intereunt, non ex Dei repetentis vel destruentis consilio, sed ex rei ipsius exhibita corruptioni obnoxia natura: qum bona qidem multa hominibus numen concedat, immortale tamen nihil.

Ut res etiam deorum intereant, Dei avtem ipsi neqaqam,

juxta Sophoclem. At vero, qæ is respexit, Sophoclea, ea E esse potius avtumo, qæ ex hoc tragico Philostratus habet in vitâ Apollonii l. 8. c. 3.

—— μόνοισιν οὐ γίγνεται
Θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ μὴν θανεῖν ποτε·
Τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος.
Diis nec senecta solis, nec mors obvenit,
Reliqa omnium ætas domitrix conficit omnia.

Hoc est, qod Apostolus ad Tim. Ep. 1. c. 6. v. 16. *Ὁ μόνος ἀθανασίαν ἔχων. qi solus immortalitatem obtinet.*

Illa qæ sub Evripidis nomine ex *Bellerophonte*, exhibenF tur,

Οἴμοι· τὸ μὲν τοιοῦτο θυμοῦσθαι, κακόν.
Τὸ δ' αὖ ὁρᾶν φρονοῦντα τίς ποτ' ἂν φέροι;
Hev, fateor; huic qi ægrotat, irasci malum est.
Sed ita animatum aspicere qis tandem ferat?

sunt Sophoclis ex Trachiniis. Fefellit virum præstantissimum, qod apud Svidam ea illâ alterius fabulâ nonnullis, ista proximè subjuncta repererat.

Sub Evbuli comici nomine exhibentur de Musicâ ista p. 661. ex Athenæi l. 14.

G *—— πρᾶγμα δ' ἐστὶ μουσική,*
Καὶ βαθύ τι καὶ καμπύλον ἐξευρετικόν τε
Ἀεί τι καινὸν τοῖς ἐπινοεῖν δυναμένοις.
—— Ars musica
Est qid profundum & flexibile; ac semper novi
Commonstrat aliqid intelligere valentibus.

Verum Evpolidis, non Evbuli ea sunt: fefellit virum Cl. Dalechampius, qi *Evbulum* pro *Evpolide* in versione suâ posuit.

Qo modo & Casavbonus ὁ πάνυ in *Comment. ad Athen. l.*6. c.17. pro Diphileis exhibuit qæ sunt *Antiphanis*: Et l. 10. c.1. Ibyco adscripsit, qæ Jonis sunt in *Omphale*. Et lib. ejusdem c. 4. Anaxilæ tribuit, qæ sunt Anaxippi. Cæterum eadem hæc, sed alter, minusqe opinor, dextrè con-

concinnata, sub Eupolidis qoqe nomine Grotius eodem in opere evulgavit. Est avtem Evpolidis illi affine, qod ex Anaxilæ *Hyacintho* Athenæus eodem in loco subjungit,

Ἡ μουσικὴ δ', ὥσπερ Λιβύη, πρὸς τῶν θεῶν,
Ἀεὶ 'ν καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν τίκτει θηρίον.

Ubi cum senario metrum superfluat, malim vocibus tantum transpositis legere,

Ἀεί τι καινὸν καὶ ἐνιαυτὸν θηρίον.
Τίκτει.

Ut novus inde senarius inchoetur, qam comici verbis demendo, avt

Καινὸν 'ν τίκτει κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον,

cum Scaligero; avt

Καινὸν κατ' ἐνιαυτόν τι τίκτει θηρίον,

cum Grotio,

Musica (ita Deis sim gratus) instar Africa
Novum qotannis aliqod portentum parit.

Allusit scilicet vulgatum illud de Africa diverbium: de qo videri poterunt Aristoteles *de Gener. Animal* l.2. c. 7. & Plinius *Hist. Nat.* l.8. c. 16.

Illud qod ex Menandri cum Philemone certamine adducitur, p. 759.

Αἰσχύνομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι φίλῳ.
Μή μ' ἄφρονα κρίνῃ, ἢ διδοὺς αἰτῶν δοκῶ·
Amicum munerare me ditem piget,
Ne videar avt desipere, avt dando poscere.

cui ex adverso respondeat Philemonis illud, p. 779.

Μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον·
Ἔλεγχός ἐστι τῆς ἀχορτάστου τύχης.
Odi inopem, qi muneribus bostit divitem,
Namqe id inexpleta fortuna exprobratio est.

cujus distichi posterioris senarius prior etiam ex Gnomologo vetere, inter incerti avtoris gnomica collocatur.

A Plutarcho, initio libelli *de EI Delphico*, ex Dicæarchi avtoritate, Evripidi tribuitur; qi Archelaum sic allocutus sit.

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
Μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ·
Donare pavper diviti minimè volo;
Ne mentis expers credar, avt dans poscere.

Itaqe & inter Evripidea Grotius idem retulit; altero saltem loco expungendum: illo, opinor.

Pari modo, qod apud Apostolium *Prov.* 104. & Stobæum *tom.* 2. *c.* 3. & in Grotii florilegio, Menandri nomen præfert, inter Evripidea, in excerptis ab eodem, meritò recensetur; qum Plutarchus, qi bis retulit, in *de poetis legendis*, & *de oraculis defitis* eidem utrobiqe ascribat.

Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
Σφάλλουσιν ἡμᾶς κρείσσονες πεφυκότες·
Præstigiarum mille nos fallunt modis
Superi, ut qibus mens visqe sit præstantior.

Illud, inter Evripidea, sed incertæ fabulæ,

Τὸν πάνθ' ὁρῶντα, κ' αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.

Evripidi qidem tribuit Clemens Alexandrinus in *Hortatorio* sed Philemoni comico, Justini nomen qi præfert, *in de Dei monarchia* apud qem etiam senario avctius extat.

Θεὸν δὲ ποῖον, εἰπέ μοι, νοητέον,
Τὸν πάνθ' ὁρῶντα, κ' αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.
Dic, qaso, qalem, fas putas credi Deum?
Qi cuncta spectat, ipse non spectabilis.

Illud in eadem classe positum,

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται,
Οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
Ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται·
Non fœminarum, non virûm præcordia
Cupido domitat sola, sed superûm qoqe
Perurit animos, penetrat & ponti vada.

Evripidi qidem à Clemente tribuitur, *Strom.* l. 6. at Sophocli è *Phædrâ*, à Stobæo c. 63. qi & disticho avctius repræsentat, & pro ταράσσει, χαράσσει habet. Eum cui id cordi est, consulat: nos ad alia properamus.

Ad ea proximo loco accedimus, qorum cum Avtor a-

A gnoscatur, de fabulâ tamen, ex qâ sumpta feruntur, havd perinde constat.

Ex Æschyli *Prometheo Ignifero*, Gellio etiam l. 13. c. 18. attestante, exhibetur illud,

Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν τὰ καίρια.
In tempore ut tacere, sic etiam loqi.

Hoc avtem in Χοηφόροις, sive *Inferiis* ejusdem verbis totidem reperitur: à qo nec abit longe (qod & Gellius vidit) Evripidis ex *Inon.* illud,

Σιγᾷν θ' ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.
B *Cum res jubet, tacere; cum tutum est loqi.*

Meminere Plutarchus *de garrulit.* & *de exil.* & Stobæus, c. 89. Nec aliter, multò effertur in Juliano in *Cæsaribus.*

Λέγειν δ' ὅπου χρή, καὶ σιγᾷν ὅπου καλόν.
Loqi ubi decorum est, & tacere ubi decet.

& à Gnomologo veteri ex qo Grotius in ἀδεσπότων classem transtulit,

Οὐ δεῖ σιωπᾷν, καὶ λαλεῖν ὅπου χρεών.
Pulchrum, ubi decet silere, & ubi oportet loqi.

Illud Sophoclis, qod ad *Aleadas* hujus refertur,

C *Ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν.*
Qodcunqe rectum est, semper id constat sibi.

à Clemente, è qo sumptum est, ex *Aleuadis* lavdatur. Fabulas avtem ejusdem diversas, *Aleadas* & *Aleuadas*, statuit Joannes Mevrsius.

Ejusdem ad *Philetidas*, sive *Tribules* nescio qas rejicitur illud,

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ.
Senex & ipse te senem ut puerum regam.

At in Gellii, (qi & in Evripidis Bactris reperiri idem
D ipsum monet) codicibus (inde avtem est desumptum) qibusdam *Philotides* (qæ vox, cum nec navci sit, doctos tamen torsit viros) in aliis *Philoctetes*, qæ jam exstat, senarius ille non comparet: *Philoctetem* enim non unam edidisse Sophoclem notius est, qam ut moneri sit opus.

Seqvntur qæ incerti habentur avtoris, cum parentem tamen suum proferre possint.

Inter ea, qæ tanqam ex incertis tragicis congesta sunt; illud,

Ἄλγος γὰρ οὕτως οὐδὲν ἅπτεται νεκροῦ·
E *Nullus profecto mortuos tangit dolor.*

qod Plutarchus in *consolatoriâ ad Apollonium* exhibet, ab Æschyli hoc parum inflexum videtur, qod apud Stobæum *tom.* 2. *c.* 121. sed vitiatum, reperitur,

Ὦ θάνατε παιὰν μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν.
Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν
Ἰατρός· ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκροῦ.

Siqidem illa γὰρ ὄντως Plutarchi ipsius videntur, qi tragici dictum hoc, qasi comprobando, cum tamen non tanqam alienum lavdaret, dissertationis suæ contextui inseruit. In
F tragici verò verbis παιὰν illud vitii manifestum est: emendat Grotius, πάλι μοι μὴ σὺ· at Theodorus Canterus immutatione leviori παιάν· idqe ex Maximo Tyrio, qi *Orat. ultimâ* Philoctetem ex tragico aliqo, Æschylo an Evripide incertum, (uterqe enim *Philoctetem* scripsit) sed illum mavult Grotius, cujus & fragmentis accensuit, mortem invocantem verbis hisce inducit, Ὦ θάνατε παιάν· Verto itaqe

Ne dedignere, mors Pæan, me accedere,
Qa sola desperata medicaris mala:
G *Nam morte functos nullus attingit dolor.*

qod & avt Æschylus idem, avt alius nescio qis si alius is ab Æschylo, certe Æschylum imitatus; uti & Plutarchus ibidem;

Ὦ θάνατε παιάν, ἰατρὸς μολοῦ·
Λιμὴν γὰρ ὄντως ἀΐδας αἰν' αἰαν·
O mors Pæan, medicus adsis
Portus enim in terris vere Orcus est.

Ejusdem avtem est mentis, tum qod Plutarchus itidem ex eodem tragico,

Ὡς οὐ δικαίως θάνατον ἐχθαίρουσι βροτοί,
Ὅσπερ μέγιστον ἴαμα τῶν πολλῶν κακῶν;
Mortale nullo jure mortem odit genus,
Medicina cunctis una qa restat malis.

tum qod Sophocles in Oedipo Colon.

Θανόντων οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται;
Vitâ carentes nullus asseqitur dolor.

Idemqe *Philoctete*; sed in *Troja*, non in *Lemno*,

Ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοίσθιος ἰατρὸς νόσων·
Mors ultima est medicina morborum omnium·

Qod latius Diphilus apud Clementem *Strom. l.* 6.

Οὐκ ἔστι βίος, ὃς οὐχὶ κέκτηται κακά,
Λύπας, μερίμνας, ἁρπαγὰς, στρέβλας, νόσους·
Τούτων ὁ θάνατος, καθάπερ ἰατρὸς, φανεὶς
Ἀνέπαυσε τοὺς ἔχοντας ἐν παύλῃ ὕπνου.
Nulla usqam vita est, plena qæ non sit malis,
Morbis, dolore, raptu, tormentis, metu,
Tantis malis, at medicus, mors intervenit,
Reqiemqe fert hominibus in somnum datis.

Mortem avtem advocantem qo modo Æschylus Philoctetem, ita eundem Sophocles inducit verbis illis,

Ὦ θάνατε, θάνατε, πῶς ἀεὶ καλούμενος
Οὕτω κατ' ἦμαρ, οὐ δύνῃ μολεῖν ποτε;
Qi qæso, fit, mors, invocata jugiter
Qod supplicanti non vales succurrere?

Sed & Ajace istis,

Ὦ θάνατε, θάνατε, νῦν μ' ἐπίσκεψαι μολών.
Nunc, ô mors, adsis, qæso, meqe respice.

Illud in eadem apud Grotium classe.

Τῷ γάρ τι δρῶντι καὶ παθεῖν ὀφείλεται·

Æschyli esse docent, Theophilus *ad Avtolicum. l.* 2. & Stobæus *Collectan. tom.* 1. *l.* 1. *c.* 7. nisi qod uterqe legit,

Δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.
Nam qi patravit aliqid, huic superest pati.

In qam sententiam tragicus idem *Inferius*.

—— δράσαντι παθεῖν,
Τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.
Æqum ferri cuiqe qod egit,
Sententia prisca profatur.

Ex qo fortasse superiora illa efficta sunt. Et Sophocles, nam hujus esse Theophilus docet, qod *αὐθέντως* Stobæus exhibet,

Εἰ δεῖν' ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ.
Qisqis patrasti dira, dira æqum est pati.

Siqidem, ut Evripides *Oreste*.

Οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους.
Havd dira, dirum est, dira qi fecit, pati.

Pindarus *Nemeon* 4.

Ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.
Æqum est patrantem & pati.

Seneca tragicus *Hercul. Fur.*

Qod qisqe fecit, patitur: avtorem scelus
Repetit, suoqe premitur exemplo nocens.

Neqe est injuria, pati qod feceris. Seneca Philosophus *de irâ l.* 2. *c.* 30. Catullus *nupt. Pelei & Thetidis v.* 247.

— ferox Theseus, qalem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.

Sed nec talionis, qam subierat, æqitatem inficiari poterat immanis ille tyrannus Bezeci dominus, qi septuaginta regulos, pollicibus allicibusqe resectis, ad canum instar, sub mensâ suâ in vinculis habuerat, in eundem planè modum deartuatus & ipse. Judic. c. 1. v. 6, 7. ad legis præscriptum Exod. c. 21. v. 23, 25. & Devt. c. 19. v. 21.

Illud ex Clementis *Stromat. l.* 2. de justitiæ divinæ severitate,

Πρὸς οἷον ἥξας δαίμον'; ὡς ἀρηρότως;
Ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς, οὔτε τὴν χάριν
Οἶδεν, μόνην δ' ἔστερξε τὴν ἁπλῶς δίκην;
Heu qam severi pectoris visis Deum,
Qi gratia largitur avt æqo nihil,
Sed jure summo semper & ubiqe utitur?

Est Sophoclis uti docet Plutarchus in Ἱερατικῷ. Et inter Sophoclea prius relatum fuerat, pag. 147.

Atqe hæc qidem Sophoclea fuere. Ad Evripidea transeamus.

Illud inter incerti tragici,

Ἀργὸς γὰρ οἴκοις καὶ πόλει γενήσεται,
Φίλοισι δ' οὐδείς, ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται,

A *Ὅταν γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων τις ᾖ.*
Tam civitati, qam domo sit inutilis,
Pariterqe amicis & sibi obscurus perit,
Ut dulce subiit qis voluptatis jugum.

Evripidis esse docet Stobæus, qi & avctiora sic exhibet; *tom.* 2. *c.* 30.

Ἀνὴρ γὰρ, ὅστις εὖ βίον κεκτημένος,
Τὰ μὲν κατ' οἴκους ἀμελίᾳ παρεὶς ἐᾷ,
Μολπαῖσι δ' ἡσθεὶς τοῦτ' ἀεὶ θηρεύεται,
Ἀργὸς μὲν οἴκοις καὶ πόλει γενήσεται,
B *Φίλοισι δ' οὐδείς. ἡ φύσις γὰρ οἴχεται,*
Ὅταν γλυκείας ἡδονῆς ἥσσων τις ᾖ.
Qicunqe magnâ copiâ florens opum,
Domus regenda deserit custodiam,
Soloqe cantu gavdet & fidium sono;
Non civitati, non domo prodest suæ,
Non ille amicis. Ipsa natura excidit,
Ubi qis subactus dat voluptati manus.

Grotius.

Vides variam in senario penultimo lectionem, ab illâ stat
C Sext. Empiricus, qi & demptis duobus primis integrum exhibet, *adv. Music. c.* 1.

Ἔπειτ', inqit, *ὁ μουσικῶς ἐσκημένος*
Μολπαῖσιν ἡσθεὶς, τοῦτ' ἀεὶ θηρεύεται. &c.

Evripidis esse satis, opinor, constat. Et ex *Antiopâ*, suspicor. Inde enim adversus Musicam, à cujus studio Amphionem abducere conatus inducitur Zethus, varia ab avtoribus adducuntur. Qin & ista ipsa respexisse videtur Callicles in Platonis *Gorgiâ*, qo loco eisdem qâ verbis, qâ argumentis, à Philosophiæ studio proseqendo, qibus à
D Musice Zethus fratrem apud tragicum, dehortando, inter alia fore monet, ut institutum sectatus, nec sibi, nec amicis, usui sit futurus, nec suppetias, ubi opus fuerit ferre potis. In eandem ferè mentem alia ibidem, sed *παρῳδηθέντα καὶ παραφραζόμενα*, ex eadem fabulâ habentur, qæ partim ex Platone, partim ex Olympiodoro ejusdem enarratore, aliis, sic posse concinnari, aliter pavlò pleniusqe qam in *Excerptis* Grotius, existimo.

Οὔτ' ἐν δίκης βουλαῖσιν ὀρθὸν ἄν ποτε
Λόγον προθεῖ' ἂν πιθανὸν οὔτ' ἐν ἀσπίδος
E *Κύτει ὁμιλήσειας ἂν ὀρθώσεις στρατόν·*
Οὐ τεῖχος ἂν λάβοις δή, οὔτ' ἄλλων ὕπερ
Νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιό τι.
Nec qicqam idonei avt recti in forensibus
Proferre poteris: nec habilis scutum manu
Tractans labantem rem juves exercitus:
Nec alta capias mœnia: avt pro innoxii
Salute calida capere consilia avdeas.

Mox.

—— ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ,
F *Παῦσαι δ' ἀοιδῶν, πραγμάτων δ' εὐμουσίαν*
Ἄσκει· τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν,
Σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίοις ἐπιστατῶν·
Ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα,
Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις.
—— at tu, si me avdies,
Leves omittes cantus, resqe serias
Modulabere: ista, sapere ut credaris, canas:
Fodias, aresqe, pecora sac pascas tua.
Oblectet alios iste nugarum labor,
G *Per qas inani tibi sit habitandum domo.*

Παῦσαι δ' ἀοιδῶν, Grotius, qod Plato *μελῳδιῶν*, *ἐλέγχων·* *πραγμάτων δ' εὐμουσίαν*, malui; qam *πόλεμον*, qod Olympiodorus, avt Ἀγρὸν, qod Grotius. Seqentia, ab Ἄσκει, cum antegressis, commisi, contra qam Grotius; Stobæum secutus, qi tom. 2. cap. 56. senarium tertium, pede tantum uno, qem τὸ Ἄσκει suppleat? defectum, seqentes duos integros, exhibet: [illegible] ex Platone prætulissem, nisi Stob. & Olymp. *σοφίσματα* suggererent: ultimum, qem insuper habuit Stobæus, Plato exhibet cum antegressis, & Dio Prusæus *Orat.* 73. qæ est *de Fide*: in qo *δόμοις* cur Grotius maluerit, nescio. Spectant eodem & qæ ex eadem scenâ Stobæus c. 54.

Γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς, εὖ μὲν οἰκεῖται πόλις·

Εὖ

Εὖ δ' οἶκος· εἴς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα.
Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλεῖον κακόν.
Sapiente cura civitas feliciter
Domusqe regitur: eadem & ad bellum valet.
Sententia una vincit innumeras manus:
Multi imperiti at plena res discriminis.

Grotius.

Distichon prius allusere, Clemens ὁ κατηχητὴς. *Strom. l. 2.*
Βουλαῖς γὰρ ἀνδρῶν ὁσίων, εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις·
Εὖ δ' οἶκος ——

& Menedemus Cynicus, apud Laertium *l. 6.*
Γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
Εὖ δ' οἶκος, οὐ ψαλμοῖσι καὶ τερετίσμασιν.

Qod malè vertit Ambrosius Camaldun: dum pavsulas non attendit:
Magna reguntur urbes nam prudentiâ &
At una cantu non regi qeat domus.

Verto:
Sagacitate civitas regitur probè,
Domusqe; non avt fidibus, avt cantu levi.

Qæ subjecit Cynicus, si non sunt tragici verba ipsa mentem certè atqe argumentum prorsus attingunt. Γνώμαις & ἀνδρὸς habet Avtor tractatus περὶ τοῦ βίου, καὶ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, *de vita & poesi Homeri*, sive is est Plutarchus, cujus nomen præfert, sive Favorinus, qem περὶ τῆς Ὁμηρικῆς φιλοσοφίας, *de philosophia Homerica*, sive Apollonius Alexandrinus, qem περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν, *de figuris Homericis*, scripsisse, Svidas tradit. Is, qisqis est, cum περιοχὴν hanc integram exhibet, tum ab Homeri illis desumptum vult, *Iliad. ν. v. 730.*
Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε Θεὸς πολεμήϊα ἔργα.
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεὺς
Ἐσθλόν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι,
Καί τε πολέας ἐσάωσε, μάλιστα δὲ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.
Jupiter huic homini dat bellica munera obire:
Mentem illi gnaram Deus indidit atqe sagacem:
Multis prodest iste; salutemqe urbibus affert
Totis: nec latet hunc, qicqid conducit ubiqe.

Idem planè qod hic tragicus, idem ipse, idem modò sic, dixit & versibus illis in Electra, qæ Stobæus qoqe suis inseruit, *cap. 86.*
Οὐ μὴ φρονήσεθ' οἱ κενῶν δοξασμάτων
Πληρεῖς πλανᾶσθε· τῇ δ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς
Κρινεῖτε, καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς;
Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ,
Καὶ δώμαθ'· αἱ σάρκες δ' αἱ κεναὶ φρενῶν
Ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσίν. οὔτε γὰρ δόρυ
Μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς ἀσθενοῦς μένει
Ἐν τῇ φύσει δὲ τοῦτο καὶ εὐψυχίᾳ.
Opinioni credulum vana genus
Nunqamne posito errore discretis viros
Vita æstimare, nobilesqe ex moribus?
Hi civitates, hi domos rectè regunt.
At mente vacua vasta moles carnium,
Mera sunt fori simulacra: nec securius
Robusta teneris brachia hastam exceperint:
Sed omne in animo hoc atqe in ingenio est situm.

φρενῶν reposui ubi βροτῶν legebatur, nec à Grotio fuerat mutatum: ἀγορᾶς avtem ἀγάλματα dixit istos imaginibus splendidos, sed stupidos & mentis expertes, qo modo *athletas* πόλεως ἀγάλματα in *Avtolyco priore*, apud Athenæum, *l. 10.*

Distichon posterius est à multis celebratum. In qo pro βούλευμα, qod apud Stobæum legebatur, atqe hunc secutos Antonium Abbatem *Meliss. l. 1. c. 10. & l. 2. c. 58.* Maximum Monachum *Collectan. c. 37.* & Michaelem Apostolium *Adag. 538.* Qæ vox est navei, rectè substituit Grotius, ἓν βούλευμα suffragantibus, qi commemorarunt, scriptorum aliorum havd parcorum codicibus: (παρῳδίαν enim existimo, qod habet Henricus Mollerus comment. in Psalm. 124.
Ἓν κοινὸν ἐγχείρημα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ.

A *Multas novè unum superat inventum manus.)*
Plutarchus de sene politico;
Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ· καὶ μία γνώμη λόγον ἔχουσα καὶ
πειθὼ τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα διαπράττεται τῶν κοινῶν.
Consultum enim bene unum plurimas manus
Vincit: unaqe ratione ac svadela imbuta
sententia ad præclarissima maximaqe conficienda in publicis plurimum valet. Lavdatum Xanthippi Laconis exemplo firmat Polybius *l. 1. c. 35.* Εἷς γὰρ, inqit, ἄνθρωπος, καὶ μία
B γνώμη τὰ μὲν ἀήττητα πλήθη καὶ πραγματικὰ, δοκοῦντα εἶναι καθεῖλε. *Etenim homo unus, unaqe sententia, ingentes hominum copias, qæ sollertia militarisqe peritia ratione invicta ducebantur, delevit.*

Archimedis item, de qo *l. 8. c. 8.* Οὕτως εἷς ἀνὴρ καὶ μία τέχνη δεόντως ἡρμοσμένη πρός ἔνια τῶν πραγμάτων, μέγα τι χρῆμα φαίνεται γίνεσθαι καὶ θαυμάσιον· ἐκεῖνοι γοῦν τηλικαύτας δυνάμεις ἔχοντες καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, εἰ μὲν ἀφέλοι τις πρεσβύτην ἕνα Συρακουσίων, παραχρῆμα τῆς πόλεως κυριεύσειν ἤλπιζον· τούτου δὲ συμπαρόντος, οὐκ ἐθάρρουν οὐδ' ἐπιβαλέσθαι κατά γε τοῦτον
C τὸν τρόπον, καθ' ὃν ἀμύνασθαι δυνατὸς ἦν Ἀρχιμήδης. *Adeò vir unus & techna una ad inceptum aliqod probè accommodata, magnum qiddam & mirandum planè esse deprehenditur. Romani enim tot pedestribus maritimisqe instructi copiis, si qis senem unum Syracusanis ademeret, urbe statim potituros sese sperabant, isto verò qamdiu adjutor assisteret, nec tentare qidem oppugnationem sustinebant modis eis, qibus eam propugnare poterat Archimedes.* Et eodem forsan libro, Svidâ referente, & de obsidione toleranda avtore Anonymo, cujus fragmentum dedit Cavsabonus, Μία ψυχὴ τῆς ἀπείρου πολυχειρίας ἐν
D ἐνίοις καιροῖς ἀνυστικωτέρα. *Mens una manuum multarum vi omni qandoqe plus pollet.* Addit Svidas de suo, ὡς Ἀρχιμήδης ἐν Συρακούσαις πολλῶν Ῥωμαίων. Qia de Archimedis solertiâ eo loci Polybius: nec erat qod Sylburgius pro Romanis *Syracusios* substitutum iret. Confirmat & Themistoclis exemplo Galenus in *Hortatorio ad artes.* Et Aristides *Orat. in Marcum Imperatorem.* Ἤδη γὰρ, inqit iste, εἶμαι, καὶ τὰς πολλὰς μυριάδας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἀγαγόντα, καὶ ὃν οὔτε γῆ οὔτε θάλαττα ἐχώρει, ἑνὸς ἀνδρὸς γνώμης ἡττηθέντα. *Notat, opinor eum, qi tot myriadas hominum adversus Græciam duxerat,*
E *ut nec terra nec mare capere posse videretur, unius viri sententia fuisse superatum.* De Lysandro Plutarchus; Ἔργον ἐλάχιστῳ πόνῳ μέγιστον ἐξειργασμένος. καὶ συνηρηκὼς ὥρᾳ μιᾷ, χρόνῳ μήκιστον καὶ ποικιλώτατον, πάθεσί τε καὶ τύχαις ἀπιστότατον τῶν πρὸ αὐτοῦ πόλεμον· ὃς μυρίας μορφαῖς ἀγώνων καὶ πραγμάτων μεταβολαῖς ἀμείψας, καὶ στρατηγοὺς, ὅσους οὐδὲ οἱ σύμπαντες οἱ πρὸ αὐτοῦ, τῆς Ἑλλάδος ἀναλώσας, ἑνὸς ἀνδρὸς εὐβουλίᾳ καὶ δεινότητι συνῄρητο. *Opus minimo labore maximum confecit: horaqe una, bello qod prius gestorum omnium, tempore maximè diuturnum, eventibus varium, affectibusqe ac casibus stu-*
F *pendum extiterat, exitum dedit: cui, cum infinitas decertationum formas, rerumqe mutationes alias ex aliis dedisset, pluresqe qam priora bella omnia simul conjuncta, exercituum ductores, per Græciam totam sustulisset, unius viri consilio prudenti sagacitateqe finis tandem impositus est.* De Constantio Libanius *Orat. 3.* Νῦν δὲ καὶ πλεῖον ἄγαμαι τῆς γνώμης τὸν ποιητὴν, ἣ πολλῶν χειρῶν ἰσχυρότερον αὐτοῦ φησι βούλευμα σοφίας μετέχον. legendum βούλευμ' ἓν. *Nunc magis qam antehac poetam suspicio ob sententiam, qâ dixit consultum probè unum manibus multis plus valere.* De Childibio Procopius *Bell. Gothic.*
G *l. 3.* Τὰ Ῥωμαίων πράγματα καὶ σύμπασά τε ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ, ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετῇ ἀνταξίωτος γενέσθαι ἐν τῷ ἔργῳ τῷ δὲ οὐδαμῇ ἴσχυσεν. *Res Romana totumqe etiam imperium Romanum, unius viri virtuti in barbaris debellandis depellendisqe, nullo modo poterat æqiparari.* Denique de Joanne Comneno Nicetas c. 4. Οὕτως ἥλω πρὸς Ῥωμαίων Σωζόπολις ἑνὶ βουλεύματι τοῦ βασιλέως σοφῷ. *Ita sapienter consulto Regis uno capta est Sozopolis.* Clavdam illa Xenophontis illo in Œconomico, qo & ipse de negotio pari dissertationem suam obsignat: Μέγας τῷ ὄντι οὗτος ἀνὴρ, ὃς ἂν μεγάλα δύνηται γνώμῃ διαπράξασθαι μᾶλλον ἢ ῥώμῃ. *Vere magnus is est, qi consilio magis qam robore magna exeqi valet.*

In inciso novissimo, pro πλεῖον, πλεῖστον legit Henricus Stephanus ingeniosè, post Avtorem *de poesi Homericâ*, & Sex-

Sextum Empiricum, qi lavdat *adv. Mathemat. l. 1.* ὡς χῦρον Galeni editiones Veneta & Basiliensis χεῖρον ἢ, Parisina σὺν ὅπλοις etiam editio utraqe illa; qod in Parisina Jarnotius mutavit. Sententiam ipsam qod attinet; Bellisarius apud Procopium *Vandal. l. 2.* Οὐ τῷ πλήθει τῶν μαχομένων, ἀλλὰ τάξει καὶ ἀνδρείᾳ φιλεῖ διαμετρεῖσθαι τὸ τοῦ πολέμου κράτος. *Non militum turbâ, sed disciplinâ & strenuitate metienda est belli vis.* Vegetius *de re milit. l. 1. c. 8.* *In omni conflictu non tam prodest multitudo, qam virtus.* Et *c. 1.* *In omni prælio non tam multitudo & virtus indocta, qam ars & exercitium solet præstare victoriam. — Etenim in certamine bellorum exercitata pavcitas ad victoriam promptior est: rudis & indocta multitudo exposita semper ad cædem.* Cui adde sis ex Livio *l. 9.* *Impedimentum magis qam avxilium.* Proinde de exercitu, qi Dario militabat, Aristides in Panathen. Ἀλλά ποτε ὡς ἀληθῶς ὄχλος ὄντες ᾐσθάνοντο, καὶ μέγιστον ἐναντίωμα αὐτοῖς. *Esse se reverà tandem senserant, turbam meram, qa sibi ipsa maxime impedimento existeret.* Et Vegetius, *l. 3. c. 1.* *Xerxis, Darii, Mithridatis, cæterorum Regum, innumerabiles populos, copiososqe nimium exercitus ait, magis propriâ multitudine, qam hostium virtute, depressos.* Cordateqe Demaratus Regi barbaro copiarum immensitate glorianti, *Ipsam illam, qa sibi placeret, multitudinem indigestam & gravem metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere: immodica unqam Regi posse: nec diu durare, qicqid regi non potest.* Seneca *de benefic. l. 6. c. 31.* qi & ipse subjungit: *Stratum per totam passim Græciam Xerxem intellexisse, qantum ab exercitu turba distaret.* Sed ad excerpta Grotiana redeamus denuò.

Illud itidem inter ἀδήλων alicujus tragica,

> Ἀρετὴ δὲ κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται.
> *Virtus, ubi qis interit, non interit.*

Cui finitimum Plavtinum illud in *Captivis, Act. 3. Scen. 5.*

> *Qi per virtutem peritat, havd pol interit.*

Est ex Evripidis Temeno, uti discimus ex Stobæo, *tom. 2. c. 1,* ubi tamen ἀποθάνῃ perperam, metro redundante; pro qo apud Sextum Empiricum *adv. Grammaticos c. 13.* θάνῃ rectè legitur.

In eandem verò sententiam Sophocles *Philoctete*,

> —— ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς·
> Κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται.

συνθνήσκειν, hoc est, *ad summum diem durare,* dici potest pietas, qo modo virtus Isocrati ad Demonicum συγγηράσκειν, h. e. *ad senectutem usqe integra perdurare.* Alioqi pro ἡ, ego οὐ lubens legerim.

> *Ultra supremum durat & pietas diem:*
> *Vivente, moriente homine non intercidit.*

Illud itidem,

> Ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ' οὐδὲν ἦτ' ἄρα.
> *Valete, vana, nil eratis, somnia.*

Qod usurparunt Plutarchus *de profectus indiciis,* & Clemens Alexandrinus in *hortatorio*; est ex Evripidis *Iphigeniâ Tauricâ.*

Illud itidem in eadem classe,

> Χαλεποὶ πόλεμοι γὰρ ἀδελφῶν,
> *Fratrum contentiones & iræ sunt acerbissimæ.*

Aristoteli *Polit. l. 7. c. 7.* lavdatum, Evripidis esse docet Plutarchus lib. *de affect. frat.* & inter ejusdem, *ex incerta,* etiam refertur; loco altero inducendum.

Inter *incerta tragici an comici, an alius etiam cujusqam,* legitur illud,

> Ἀλλ' ἡδὺ τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.
> *Meminisse dura dulce postqam evaseris.*

Et rursus,

> Ὡς ἡδὺ τοῖς σωθεῖσι μεμνῆσθαι πόνων.
> *Meminisse dulce est, qa fuit durum pati.*

Pro qo Gnomologus, à qo sumptum videtur,

> Ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων.
> *Grata sapientibus laborum est memoria.*

Qod vel prioris est παρῳδία, vel à librarii manu malâ. Ceterum Evripidis esse illud docet Tullius *de finib. l. 2.* Ubi adversus Epicurea disserens: *Jam illud, inqit, qale tandem est? Bona præterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportere. Primum in nostrane potestate est, qid meminerimus?*

A *Themistocles qidem cum ei Simonides, avt qis alius, artem memoriæ polliceretur, oblivionis, inqit, mallem, nam memini etiam qa nolo; oblivisci non possum, qa volo: magno hic ingenio. Sed res se tamen sic habet; ut nimis imperiosi philosophi sit, vetare meminisse. Vide ne Manliana sint ista vestra, avt majora etiam, si imperas qod facere non possim. Qid si etiam jucunda memoria est præteritorum malorum? ut proverbia nonnulla veriora sint, qam vestra dogmata, Vulgò enim dicitur, jucundi acti labores, nec male* Evripides,

> *Svavis est malorum præteritorum memoria.*

B Eidem tribuit & Plutarchus, & Plutarchi compilator Macrobius. Ille *Sympofiac. l. 2. c. 1.* καὶ μὴν ὅγε Ὀδυσσεὺς τῷ Ἀλκινόῳ (*Odyss. 1. v. 12.*)

> Σοὶ δ' ἐμὰ κήδεα θυμὸς ἐπετράπετο στονόεντα
> Εἴρεσθ', ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω.

καὶ πρὸς τὸν χορὸν ὁ Οἰδίπους, (in Sophocl. *Oedip. Colon.*)

> Δεινὸν μὲν τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κακὸν,
> Ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν.
> —— ὁ δ' Εὐριπίδης τοὐναντίον,
> Ὡς ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

C ἀλλὰ οὐ τοῖς ἔτι πλανωμένοις καὶ κακὰ φέρουσι. *At vero Ulysses hac ad Alcinoum:*

> *Induxti mentem nostros avdire dolores*
> *Narrantis, gemitusqe graves avgere loqentis.*

Et ad chorum Oedipus:

> *Grave est reconditum, hospes mi, pridem malum*
> *Revocare in memoriam,*

sed Evripides contra:

> *Suavis est laborum præteritorum memoria,*

sed non adhuc oberrantibus mala adferunt. Iste *Saturnal. l. 7.*

D *c. 2.* *Pericula qoqe præterita, vel ærumnas penitus absolutas qi evasit, ut referat qis, gratissimè provocatur. Nam qi adhuc in ipsis vel pavlulum detinetur, horret admonitionem, & formidat relatum. id adeò Evripides expressit,*

> Ὡς ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Adjecit enim σωθέντα, ut ostenderet post finem malorum gratiam relationis incipere. Et poeta vester adjiciendo olim, qid nisi post emensa infortunia, futuro tempore juvare dicit memoriam sedati laboris?

> —— *forsan & hæc olim meminisse juvabit.*

E Maro *Æneid. l. 1.* Cui adjici poterit & Senecæ illud in Herc. Fur. Act. 3. sc. 2.

> *Meminisse dulce est, qod fuit durum pati.*

Ex Epicteti sententiis citat Antonius *Meliss. lib. 1. cap. 54.* ista,

> Ὡς ἡδὺ τὴν θάλασσαν ἀπὸ γῆς ὁρᾷν·
> Οὕτως ἡδὺ τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι τῶν πόνων.

senarium in utroqe membro facilè dignoscas. Prius illud, sub Callimachi, aliàs Archippi, nomine Stobæus habet, *c. 59.*

F
> Ὡς ἡδὺ τὴν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾷν,
> Ὦ μῆτέρ ἐστι, μὴ πλέοντα μηδαμοῦ.
> *Qam dulce, mater, abstinentem navibus,*
> *Fluctus marinos intueri à litore.*

qo metrum suppleat, Grotius γαίας legit; ego τῆς γῆς, malim, qo & nihil mutetur, & articulus idem utrobiqe extet. Epicteto avtem cur ista tribuat Antonius, nescio; qanqam is in *Enchiridio, cap. 53.* vetat in congressibus familiaribus, de gestis periculisve propriis multa disserere; οὐ γὰρ, inqit, Ὡς σοὶ ἡδύ ἐστι τὸ τῶν κινδύνων μεμνῆσθαι· οὕτω καὶ τοῖς

G ἄλλοις ἡδύ ἐστι τὸ τῶν σοὶ συμβεβηκότων ἀκούειν. *Neqe enim, ut tibi jucundum est tuorum discriminum meminisse; ita & aliis perinde gratum est, casus tuos avdire.* Cur avtem ista jam exacta meminisse volupe sit, docet Aristoteles *Rhetor. l. 1. c. 11.* Τὰ μὲν ἐν μνημονευτοῖς, ἡδέα ἐστὶν, οὐ μόνον ὅσα ἐν τῷ παρόντι, ὅτε παρῆν, ἡδέα ἦν, ἀλλ' ἔνια καὶ οὐχ ἡδέα, ἂν ᾖ ὕστερον καλὸν καὶ ἀγαθὸν τὸ μετὰ τοῦτο. ὅθεν καὶ τοῦτ' εἴρηται,

> Ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων·

καὶ,

> —— μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ
> Μνήμενος, ὅστις πολλὰ πάθῃ καὶ πολλὰ ἔοργῃ.

τούτου δ' αἴτιον, ὅτι ἡδὺ τὸ μὴ ἔχειν κακόν. *Jucunda sunt, & ex iis qa in memoriâ asservantur, qa tunc tantum, cum adessent, jucunda erant, sed & nonnulla, qa tunc nevtiqam erant, jucunda,*

cunda, si posteà exitum bonum honestumqe habuerint. Unde & illud dictum est,

Meminisse volupe est dura, postqam evaseris.

Et, (Eumæi subulci illud, *Odyss. O.*)

—— dulce est meminisse dolorum,
Multa ubi qis passus fueritqe & multa patravit.

Hujus autem rei causa est, qia jucundum est malis immunem esse. De Avtore itaqe constat satis. De fabula, unde sumptum, adhuc ambigitur. Ex *Andromeda* esse docet Stobæus; (qam *Andromache* in Grotii *florilegio* perperam editur) qi inde *cap.* 29. ista exhibet:

Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς·
Ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.
Nil qod necesse est ferre, mortali probro est:
Dulcem relinqit memoriam exactus labor.

Grotius.

Mens eadem planè, qæ Sophocleo illi ex *Laocoonte*;

Πόνῳ μετ᾽ ἄλλα χθιζός ἐστιν οἱ πόνοι γλυκεῖς.
Juvant labores, transiit postqam labor.

Grotius.

Illud in eadem classe ex Aristotelis *Rhetor. l. 2. c. 22.* & *Ethic. Evdem. l. 7. c. 7.*

Οὐδεὶς ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ.
Nemo est amator, non amat qi perpetim.

Est ex Evripidis *Troadibus*. Unde etiam alibi exhibetur;

Οὐκ ἔστ᾽ ἐραστὴς, ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ.
Amator omnis, qod amat, id constans amat.

Qod rex sapientissimus, Parœm. c. 17. v. 17. *Amicus omni tempore diligit.*

Nec fuit amicus unqam, qi esse desiit.
Amicitia enim, qæ desinere esse potuit, nunqam vera fuit.

Hieronymus apud Cassiodorum *de Amicitiâ*.

Illud ibidem, ex Gnomologo vetere,

Δύσμορφος εἶναι μᾶλλον, ἢ καλὸς κακός.
Deformis esse malim, qam pulcher malus.

Est ex Evripidis *Chrysippo*: ex qo Stobæus *cap.* 66.

Illa ibidem, ex Aristot. *Rhet. l. 2. c. 22.*

Οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν ὅστις ἔστ᾽ ἐλεύθερος·
Ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἢ τύχης.
Nullus profectò liber est mortalium:
Namqe avt miseriæ, avt opibus est obnoxius.

Vel,

Plerosqe nam fors, avt opes servos trahunt.

Sunt ex Evripidis *Hecuba*, nisi qod ibi θνητῶν legitur.

Illud ex Gnomologo veteri,

Αἱ δ᾽ ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτῶν.
Ut qisqe vanus, hoc magis spe pascitur.

Sumptum videtur ab illo Sophoclis apud Stobæum *c.* 111.

Ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν.
Plerosqe enim spes sola mortales alit.

sive,

Spe namqe pasci vulgus humanum assolet.

A qo non abscedit, qod idem in *Ajace lorario*,

Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν,
Ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.
Me judice ille nullius pretii est homo,
Cui spes inanis credulam mentem fovet.

Qo tamen loco καλαῖσι scriptum reperisse prodit Stephanus.

Illud, ex eodem,

Τυφλὸς δὲ καὶ δύστηνος ἀνθρώποις βίος.
Humana vita, cæcum & infelix iter.

sive,

Vita hominis cæca est, plenaqe infortunis.

Menandri esse monent Stobæi codices *cap.* 98. nisi qod ibi γὰρ legitur. Cujus ejusdem & illud ibidem indidem positum, esse idem docet, qi & exhibet, *cap.* 73.

Ὡς ἔστ᾽ ἄπιστον ἡ γυναικεία φύσις.
Infida res est omne fæmineum genus.

Illud verò,

Βέλτιστε, μὴ τὸ κέρδος ἐν πᾶσιν σκόπει.
Amice, ubiqe lucra sectari cave.

pro Menandriano agnovit Grotius ipse; qibus supra inseruerat. Sed & illud,

A Δυσπαρακολούθητόν τι πρᾶγμ᾽ ἐστὶν τύχη.
Fortuna res est maximè inscrutabilis.

Esse ex ejusdem *Supposititio*, habemus ex Stob. *tom.* 1. *l.* 1. *c.* 2. sub qo titulo etiam Grotius ipse exhibuit.

Illud, ex eodem,

Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.

sumptum videtur, ab Epicharmeo illo, qod Æschines in *Axiocho*, fuisse Prodico in ore jugiter, refert, & Stobæus in *collectanea* retulit, *cap.* 10. curtim iste;

Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει.

B h. e. *manus manum lavat* —

ut Seneca in *Apocolocynthosi*: sive, ut alii, κνίζει. Qod proverbiale cum esset, addidisse qempiam avtumat H. Stephanus, δάκτυλός τε δάκτυλον· qemadmodum Epicharmum longe ante, δός τι καὶ λάβοις τι. Ita certè Æschines,

Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι καὶ λάβε τι.

Inde Varro restituendus in *Sexagesi*. apud Nonium in *Fervit*; *Qod leges jubent, non faciunt; doscelave servit omnino.* Ubi Hadrianus Junius, ad oram, *dos cellave*: nihilo sanius. Scribe, δὸς καὶ λάβε. Judicium ootat δωροδοκίαν·

C qibus illud iòdem, qemadmodum Sophistæ olim, in ore freqens. Metro qo consuleret, in *Florilegio* Grotius sic legit.

Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός τι καὶ λάμβανε.
A manu manus fricatur, vel lavatur: da qid, & qid accipe.

At Diogenianus parœm. 177. & Svidas pariter, Ἅμα δίδου καὶ λάμβανε. Ita utrunqe trochaici incisum in proverbium videtur transisse.

Adhæsisse huic vult, & qod antecesserat, Stephanus;

D Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν·
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.
Servat virum vir, civitatem civitas.
Digitum lavabit digitus, & manum manus.

Qibus adjici potest, qod Philostratus apud Plutarchum in *Antonio*,

Σοφοὶ σοφοὺς σώζουσιν, ἂν ὦσιν σοφοί.
Sapiens sapienti erit saluti, si sapit.

Illud ibidem ex ejusdem collectaneis,

Τῆς ἐπιμελείας πάντα δοῦλα γίγνεται.
E *Labori assiduo nihil est, qod non serviat.*

Esse Antiphanis docet Stobæus *cap.* 29. ubi melius puto, δοῦλα πάντα.

In eadem classe & illud è Gnomologo, qod παροιμιῶδες qoqe factum est, Grotio recensetur,

Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.
Deo volente, naviges vel vimine.

Qod Pindaro, sed dubitanter Plutarchus *de Pythiæ oraculis*. Εἴγε Πίνδαρός ἐστιν ὁ ποιήσας. At Theophilus *ad Avtolycum l.* 2. Thestio nescio cui tribuit: apud qem legimus; Καὶ Θέστιος,

F Θεοῦ θέλοντος σώζῃ, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέῃς. Latinus interpres, κἂν ἐν Εὐρίπῳ, legisse videtur, qum vertit, *Deo volente salvabitur, etiamsi in Evripo navigarit.* Qod in editione Parisiensi Græco-Latinâ, absurdius qoqe, *etiamsi in Evripide navigarit.* Sed prius illud probum est: qod & Scholiastes posuit ad Aristophanis *Pacem*, qo is loco in Simonidem lusit verbis illis,

Κέρδους ἕκατι, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.
Causâ lucelli, naviget & in vimine.

Lucri spes si fulserit, nihil non ardui avt periculosi moliG entur. Proverbii vice usurpatum de conatibus istiusmodi, Ἐπὶ ῥιπὸς τὸ Αἰγαῖον, ἢ Ἰόνιον διαπλεῦσαι θέλειν· *mare Ægæum avt Jonium virgulto velle trajicere*, docet Lucianus in *sectis*. Monet Svidas etiam sic conceptum,

Σὺν τῷ θεῷ πλέοις, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

h. e. Erasmo vertente,

Qisqis secundo navigarit numine,
Is vel saligno navigarit vimine.

Cæterum Thestius iste qis esse possit, havd satis liqet. Nihil enim hic nobis cum Thestiis qos in Bacchi prosapiâ eodem in opere Theophilus ex Satyro recenset. Thespis forsan fuerit. Tragicus is, ex qo Plutarchus & Clemens nonnulla: alii viderint: aliò nos transimus.

His adjecta sint, qibus avtoris nomen est præfixum, sed fabu-

fabula, è qâ sumpta sint, incerta censetur.

Pherecratis, ex incertâ, illud,

Ἀεὶ μόθ' ἡμῖν ἐπικιλικίζουσ' οἱ θεοί.

Imponunt nobis semper cilicatim Dei.

reperitur apud Svidam: reperitur & apud Etymologum; ex qo forsan & fabulæ nomen expiscemur: siqidem post recitata ista, subjicit, *ῥυπαρκή*. Id nominis fabulam tulisse existimem, & scripsisse Lexicographum, *Ῥυπαρκῇ*. Fidem facit, qod pavlò post habetur. *Φερεκράτης, Ἐγχαρμόσιον, τιτθίον, παιπαλόσκελος. ῥυπαρκή.* Ἐγερτήριον, *hoc est, dormitationem reprimens. Rhetorica.* Et ad hæc denuò: sed tacito comici nomine, *Ἔγχουσα ἴσθι. — καὶ ῥυπαρκή· Κοσμεῖσθαί τι τῇ ἐμῇ στολῇ, καὶ ψιμμυθοῦσθαι; καὶ ἐγχουσίζεσθαι τὸ πρόσωπον. Ornari stolâ meâ, cerussa illini & fucare faciem.* Ubi forsan pari modo qoqe utrobiqe rescribendum. Verum ista conjecturæ fuerint: qæ seqꝫuntur, clara certaqe magis.

Evpolidis illud, qod citra fabulæ nomen, sic datur,

Ἐμβαίνειν ὦ δεῖται, πρὶν ἐμβῆναι, ὅτι δεῖ.

Cave nisi navem scandens dare portorium.

Ex *Evtolyco* (cujus fabulæ & alibi mentio) esse docet (à qo sumpsit Grotius) Pollux *l.* 9. *c.* 5. apud qem tamen legitur,

Ἐμβαίνειν, ὃ δεῖται, πρὶν ἐμβῆναι, ὅτι δεῖ.

ubi Seberus τὸ ὅ, Grotius in ὦ diffingit: nevtrum necesse est. *Portorium*, inqit, (vectori forsan, q'd flagitet, roganti navclerus) *qod dare te oportet priusqam navem ingrediaris*, alioqi non admittendus. Si qid tamen movendum videbitur, eliminatum potius, qam in particulam negantem mutatum malim.

Inter Sophoclea, sed tanqam ex incerto dramate, illud qod Pollux *l.* 9. *c.* 7. & Evstath. ad *Il. κ.* exhibent,

Καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα, καὶ κύβων βολαί.

—— calculi per lineas

Qi qinqe promoventur, jactusqe alea.

ex Navplio πυρκαεῖ docet esse Hesychius in Πεσσοί.

Illud ibidem, Clementi lavdatum *Strom. l.* 6.

—— ἐκ γὰρ

Γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον, ἢ φίλος κακός;

—— nam qa potest

Malo esse amico pestis exitialior?

est ex ejusdem *Antigone*.

Indidem & qod seqitur, ex Clemente pariter sumptum,

Μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου, καὶ πατρὸς κεκευθότοιν,

Οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς, ὅστις ἀναβλάστοι ποτέ.

Sed ex Sophocle corrigendi Clementis codices, legendumqe io priore versu, κεκευθότοιν· in posteriore; ἂν βλάστοι· præcesserat apud tragicum,

Πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν

Καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον.

Mihi maritus mortuo isto, alius foret:

Et hoc pereunte, filius ab alio viro.

Matrem at patremqe Stygia cum tegat domus,

Nil restat, unde frater oriatur mihi.

Illud, ex Harpocratione sumptum,

Δεινότατος ἀποπομπαῖος μεγάλων συμφορῶν.

Vir fortis & qi immensa depellat mala.

sive,

Malaqe amovere qaqe gnarus maxima.

Videtur esse ex *Captivis* Sophoclis. Ex qâ fabulâ, & qod eodem loci apud Lexicographum præcesserat,

Στρατοῦ καθαρτὴς, κἀπομαγμάτων ἴδρις.

Lustrandi & expiandi copias sciens.

Illa inter Evripidea, sed dramatis incerti;

Σύμμικτον εἶδος, κἀποφώλιον τέρας.

Natura mixta, monstrum abominabile.

Et,

Ταύρου μέμικται καὶ βροτοῦ διπλῇ φύσει.

Species biformis, mixta de tavro & viro.

Qorum illud Plutarchus in *de curiositate*, istud in *Thesei vita* exhibet; conjungenda videntur; cum Minotavri descriptionem contineant; suntqe ex Evripidis (qod & avtor idem in *Theseo* indicat) fabulâ Heroïs illius cognomi-

A ne: interest tantùm qod βρέφος, (& hoc tragici genuinum est) in *Theseo* legitur, pro qo loco illo altero, τὸ τέρας substituitur.

Illud ibidem,

—— τὸν λαβόντα τῶν λόγων

Καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν.

Qod Alexandrum usurpasse refert Plutarchus in ejusdem historiâ, nisi qod pro εὖ λέγειν, εὐλογεῖν habent codices hujus, est *ex Bacchis*, à Grotio ipso inter fabulæ illius gnomica sic exhibitum, p. 305.

B *Ὅταν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς*

Καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν.

Ubicunqe sese egregia sapienti viro

Materia prabet, benè loqi nullus labor.

Illud ejusdem,

Τί δῆτα τοὺς σοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς

Φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,

Δρῶμέν τε τοιαῦθ' ἃ σύ γε τυγχάνεις θέλων.

ex Laertio in *Pyrrhone l.* 9. *c.* 71. sumptum est: est avtem ex Evripidis *Supplicibus*, nisi qod τοὺς σοὺς illud πορέλκει. Sic

C enim ibi habet,

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς

Φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,

Δρῶμέν τε τοιαῦθ', ἂν σὺ τυγχάνῃς θέλων.

Ita repræsentat Grotius ipse, p. 263. eamqe lectionem tuetur Theodorus Canterus *vari. lect. l.* 1. *c.* 6. At Plutarchus *de Stoic. contradict. c.* 47.

Δρῶμέν τε τοιάδ', ἃ σὺ τυγχάνεις φρονῶν.

Svidas,

Τοιαῦθ' ἃ δὴ σὺ τυγχάνεις θέλων.

D Casavbonus qod maximè probem, ἃ ἂν σὺ τ. θ. nam φρονῶν illud in Plutarchi codicibus mendosum existimo: Grotius sic reddidit,

Miseros qid homines, O Deûm rex & pater,

Sapere arbitramur? pendet è nutu tuo

Res nostra, facimùsqe illa, qa visum tibi.

Cui dicto geminum est, cum Archilochi illud à Laertio ibidem lavdatum;

Τοῖος ἀνθρώποισι νοῦς, Γλαῦκε Λεπτίνεω παῖ,

Γίνεται θνητοῖς, ὁποίην Ζεὺς ἐπ' ἡμέρην ἄγῃ.

E *Ea mens est hominibus Glauce Leptina fili,*

Qalem mortalibus in dies Jupiter mittit.

Ubi tamen in Theonis *progymnasmatibus* pro νοῦς, θυμὸς legitur, & ἀνθρώποισι γὰρ & θνητοῖς ὁποῖον, unde senarius novissimus inchoatur. Itaqe juxta hanc lectionem ita defingere licuerit;

—— Τοῖος ἀνθρώποισι γὰρ

Θυμός γε, Γλαῦκε Λεπτίνεω παῖ, γίγνεται

Θνητοῖς, ὁποῖον Ζεὺς ἐπ' ἡμέρην ἄγει.

His avtem verbis Sophista vult Archilochum μεταφράζειν

F Homeri illud ex *Odyss. σ. v.* 135.

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,

Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Talis enim mens est terrestrium hominum,

Qalem qotidie ducit pater virorumqe deorumqe.

Cui & calculum dat Avtor libelli *de Poesi Homericâ*.

Illud, οὐκ ἂν προδοίην καὶ περ ἄψυχον φίλον, videtur esse ex *Protesilao*. esse enim Laodamiæ verba docet nos Dio ὁ Χρυσοῦς τὴν γλῶτταν, *lingva qi est avrea*, uti Synesius ap-

G pellat *Orat.* 37. qam Corinthi habuit. Locum, qia mendum subest, qo emaculem, describam integrum. Ἐγὼ δὲ καὶ τὴν Εὐριπίδου Λαοδάμειαν, οὐκ ἂν προδοίην καὶ περ ἄψυχον φίλον. Qod Naogeorgus sensu planè nullo reddidit: *Ego verò & Evripidis Laodamiam havd possim prodere, qanqam maximum amicum.* Nec hîc qicqam ait Morellus; avt Casavbonus etiam, qi tamen eadem paginâ in orationis hujus clavsulâ extremâ κατὰ pro καὶ editum observavit, & reverà contractiore istorum scribendi formulâ, descriptoribus parum cavtis sæpius invicem ea permutantur. Legendum ergò, ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Λαοδάμειαν,

Οὐκ ἂν προδοίην καὶ περ ἄψυχον φίλον.

Ego verò juxta Evripidis Laodamiam,

Nec mortuum dum spiro amicum deseram.

Vox est, qalis Ulyssis illa in ejusdem *Hecubâ*,

Οὐκουν

Οὔκουν τὸ δ᾽ αἰσχρὸν, ὦ βλέποντι μὲν φίλῳ
Χρώμεσθ᾽, ἐπεὶ δ᾽ ὄλωλε, μὴ χρώμεσθ᾽ ἔτι;
At nonne amicum turpe sit jam mortuum,
Vivente qo sis usus, havd agnoscere?

(Malim enim οὐκοῦν, ἐρωτηματικῶς, *interrogative*, enunciatum, qo sit ἐμφατικώτερον, *significantius*, qam qo modo editur, οὔκουν) qalis & Pyladæ in *Iphigeniâ Tauricâ*.

Οὐκ ἂν προδοίην, ὦ τάλας· ἐπεὶ σ᾽ ἐγὼ
Θανόντα μᾶλλον ἢ βλέποντ᾽ ἕξω φίλον.
Non proditurus, O miser, sum: namqe te,
Qam vivum, amicum havd minus habebo mortuum.

Nec discrepat senum Thebanorum Chorus in *Herc. Fur.*

Κἀμοί γε πέρισσα πάλ᾽ ἐγὼ, φίλους ἐμοὺς
Θανόντας εὖ δρῶν, ἢ φίλων μάλιστα δεῖ.
Meus est amicis morte defunctis labor
Prodesse, qa res maxime poscit fidem.

Hoc est, qod Boazo perhibetur, elogium, *non cessare ipsum à benefaciendo tam defunctis qam & superstitibus.* Ruth. c.2. v.20, nec Christo amicus minus mortuus jam, qam superstes fuerat, Lazarus. Joan. c.11. v.11.

Illud,

— Ὅστις θέλει ἰατρεύειν καλῶς,
Πρὸς τὰς διαίτας τῶν ἐνοικούντων πόλιν,
Καὶ γῆν ἰδόντας, τὰς νόσους σκοπεῖν χρεών.

(Ita enim fælicius supplet Grotius, qam Sylburgius, qi *— ἔστι δ᾽ ἰατρεύειν θέλουσιν κ.*)

— Qotqot rite medicari volunt,
Spectare debent ipsa terrarum sola,
Populiqe victum: ferre sic morbis opem.

Qod mutuatum vult tragicum Clemens *Strom. l.6.* ex Hippocratico præcepto; Ἐμβλέπειν οὖν δεῖ καὶ ὥρην καὶ χώρην, καὶ ἡλικίην καὶ νόσους, *Considerandum igitur & tempestatem & regionem, & ætatem, & affectus.* Mevrsius in tragœdiarum recensione, avtumat esse ex Evripidis *Tereo*, cujus mentio Stobæo facta sit, *tom.2. cap.13.* Siqidem apud Clementem legitur, Εὐριπίδης ἐν ἑξαμέτρῳ τηρεῖ, pro qo τηρεῖ ille substitutum it. Atqi primò, incertum est an eo nomine fabulam ullam tragicus iste ediderit. nec Stobæus qicqam eò loci, qod huc faciat. adscriptum legitur ad senariolum unum; Evrip. aliàs, Sophoclis in *Tereo*: itaqe Grotius in *Florilegio* sub *incerti* titulo exhibuit. Nec est necesse ut fabula nominis illius aliqa utriqe à Stobæo tribuatur. De Sophocle, *Tereum* scripsisse constat satis: de Evripide havd item. Putaveram olim Τημενίδαις, an Τημενίοις, (utroqe enim modo scriptum legitur) avt Τημένῳ: unde Stobæus, *cap.* 54. ista,

Τὸ δὲ στρατηγεῖν ἔστ᾽ ἐγὼ κρίνω καλῶς
Γνῶναι τὸν ἐχθρὸν, ἢ μάλισθ᾽ ἁλώσιμος.
Ars imperantis prima nosse hostem suum,
Et scire, qâ sit parte concessus capi.

Ut à medicâ praxi ad militarem, sive imperatoriam, argumentum tragico traductum fuerit. Jam aliter sentio; & pro ἐν ἑξαμέτρῳ (in qo aqa hæret Mevrsio) τηρεῖ φησὶ, legendum puto, ἐν Βελλεροφόντῃ ῥητῶς φησιν. Certè ab istis havd abscedunt longè, qæ ex eâ fabulâ Stobæus habet, *cap.* 100.

Πρὸς τὴν νόσον τοι καὶ τὸν ἰατρὸν χρεὼν
Ἰδόντ᾽ ἀκεῖσθαι, μὴ ᾽πιτυχτὰ φάρμακα
Διδόντ᾽, ἐὰν μὴ ταῦτα τῇ νόσῳ πρέπῃ.
Mali necesse est noscat ingenium, malo
Qi vult mederi: more nec medicamina
Adhibenda, sed qæ tempus & res exigunt.

Illud ibidem, ex Athenæi l. 10.

Φαύλῃ διαίτῃ προσβαλεῖν ἥδιον στόμα·

Est ex Evripidis *Antiopâ* qod à Stobæo discimus, ex qo rescribendum ἤδη pro ἥδιον. Sic enim ille sententiam (est avtem ea insignis de fastidio humano) integram retulit, *tom.2. c.63.*

Κόρος δὲ πάντων· καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων
Λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους·
Δαιτὸς δὲ πληρωθείς τις, ἄσμενος πάλιν
Φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἤδη στόμα.
Rerum satietas omnium est. turpes toros
Vidi seqentem, pulcra cui conjunx domi:
Et plenus epulis aliqis, è vili cibo,
Novitate commendante, cepit gavdia.

A Grotius.
sive *delectatus est.* Sed & illud ibidem, qod Clemens citavit *Strom. l. 6.*

Τί δῆτ᾽ ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες,
Οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα, μὴ λυπούμενοι;
Considerantes fluxa qam sint res opes,
Qin agimus ævum dulce sine mœroribus?

Ex eâdem esse fabulâ docet Stob. *c.* 105. qi & antegressa descripsit, & pro τί δῆτ᾽, τί δῆτ᾽ ἂν legit.

Illa ibidem,

B *Ἡ παῖς νοσεῖ τε κἀπικινδύνως ἔχει*, &c.
Versatur in magno nata discrimine, &c.

à Sexto Empirico *adversus Grammat. l.1. c.13.* adducta, esse videntur ex Evripidis *Scyriis*, qum de Deidamia Lycomedis Scyriorum Regis filiâ sermo fiat. Eam avtem fabulam, pro qâ Κύρεσι apud Hesychium vitiose legitur, frustra cum Syleo confundere vult Mevrsius: diversa enim sunt dramata, & argumenti disparati: alterius est, Deidamia ab Achille, dum inter Scyrias delitescit, compressa: alterius, Hercules Silei Avlide regnanti in servitium venditus.

C Magnanima verba illa ibidem repræsentata,

Πίμπρη, κάταιθε σάρκας, &c.

Qæ & Evsebius lavdat *Præparat. Evang. l. 6. c. 6.* sunt Herculis ex Evripidis *Syleo*: qod Philone facem allucente deprehendimus, in tractatu *de probi hominis libertate.* ex qo etiam (cum alibi non semel exhibuerit, utpote in *allegor.* & lib. *de Josepho*) avctiora sic damus;

Πρὸς ταῦτ᾽ ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανον·
Πίμπρη, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
Πίνων κελαινὸν αἷμα· πρόσθε γὰρ κάτω
D *Τῆς ἄστρ᾽ ἄπεισι, γῆ δ᾽ ἄνεισ᾽ εἰς αἰθέρα,*
Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ᾽ ἀπαντῆσαι λόγον·
Adhac vel ensem mî, vel ignes admove:
Ure hac cremáqe membra, & impletor meî
Potans rubentem sangvinem: in terram prius
Descendet æther, terra se in cœlum feret,
Qam blanda de me veniat ad te oratio.

Apud Evsebium legitur, Ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανον τίμων· Verum illud τίμων ab alienâ, puto, est manu: Sin recipiendum videatur, loco τοῦ πίμπρη, τίμων ponendum
E fuerit. nam qod apud Philonem aliqoties legitur ἄνω εἰς οὐρανὸν, mendo nevtiqam vacare censuerim. Primus avtem versiculus etiam in *Phœnissis*, sed levicolè immutatus, reperitur: nam pro μὲν, μοι ibi legitur, (qod & istic fortasse genuinum fuerit) & φάσγανα in plurali numero: qod est ἐμφατικώτερον.

Illud ex Athenæi *l. 13. pag.* 561. B.

Σὺ δ᾽ ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως,
Ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά,
Ἢ τοῖς ἐρῶσιν, ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ,
F *Μοχθοῦσι μόχθους δυστυχῶς συνεκπόνει*, &c.
Tu vero ô Deorum hominumqe rex amor
Avt qa mala sunt ne doceto
Avt amantibus qorum es architectus & opifex,
Labore vexatis adjutor & propitius ades, prospere fungantur labore ut suo.

esse ex *Andromedâ* indicat Lucianus tractatu *de historiis conscribendis.* senarius secundus apud Athenæum parte alterâ mutilatus offenditur, Ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακά. Sed qi nullo negotio expleri sic posse Casavbono videtur.

G *Ἢ μὴ δίδασκε τὰ κακὰ σὺν βροτοῖς*

Verum is, dum ad alia properat, non advertit, ne sic qidem senarium integrum dari fælicius. Grotius eo, qo exhibuimus, modo supplevit. Cui supplemento suffragatur, qod apud Stobæum *cap.* 62. ex eodem tragico in eandem planè mentem reperitur:

Σὺ δ᾽ ὦ κάκιστε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως
Ἢ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλά,
Ἢ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίσσω.

Ad ea properamus, qæ παρῳδήματα videntur.

Illud inter classis ejusdem Evripidea ex Plutarcho *de verecund.*

Αἰδοῦς ἀχλὺς ὄμμασιν ἵζεται νέοις.

qod Grotius reddidit,

Non ære vinctus, sed pudoris vinculo.

est παρῳδία qâ sæpe avtor idem abusus est, *de amore frat.* & *in amatorio.* Sumpta avtem videtur ex Evripidis *Pirithoo*, in qâ de Theseo apud inferos vincto (monente eodem ἐν τῷ περὶ πολυφιλίας) dictum est,

Πέδαις ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πόδας.

ubi Henricus Stephanus tamen legi postulat, ἀχαλκεύτοις συνέζευκται, ut cum Pirithoo Theseus unâ vinctus dicatur: tale enim qiddam Plutarchus eo loci subindicat. & fabulæ argumento consentaneum videtur. malim tamen ob parodiam verbis eisdem toties repetitam apud Plutarchum σὺν τῷ Πειρίθῳ, vel ἅμα τ. Π. legere, qam in verbis tragici qicqam immutare.

Illud ibidem,

A. Ἄνευ δὲ μητρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν

B. Ἄνευ δὲ πατρὸς οὐδὲ συλλαβεῖν τέκνα.

apud Clementem *Strom. lib.* 2. aliter exhibetur: neqe enim personæ loqentis mutatio ulla comparet; & patri tribuitur qod primo loco positum est. qod altero, matri.

Ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν.
Ἄνευ δὲ μητρὸς οὐδὲ συλλαβεῖν τέκνα·
Absqe genitore non potest proles dari.
Absqe genitrice non potest vel concipi.

Versus prior est Evripidis in *Oreste*, cui ex adverso repositus ab alio qopiam, vel tragico vel comico etiam, Evripidis æmulo, posterior videri potest. siqidem cum Evripides multis probare contenderet plus patri qam matri à filio deberi inter alia argumentum id tangentia hæc posuit:

Πατὴρ μὲν ἐφύτευσέ με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς,
Τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα.
Ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν.
Ἐλογισάμην οὖν τῷ γένους ἀρχηγέτῃ
Μᾶλλόν μ' ἀμῦναι τῆς ὑποσχούσης τροφάς.
Genuit pater me, nata me peperit tua,
Ut fœta tellus, non suo de semine.
Absqe genitore nulla unqam proles fuit.
Hac æqitate ductus, huic qa præbuit
Alimenta, vita prætuli avtorem mea.

hunc ergò versum cum protulisset tragicus,

Ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν,

Succlamatum à sexus seqioris, opinor, aliqâ, (neqe enim clarè satis retulit scholiastes)

Ἄνευ δὲ μητρὸς, ὦ κάθαρμ' Εὐριπίδη.
Absqe genetrice; scelus hominis Evripides.

aliusqe forsan, qi matri primas, qo Evripidi saltem adversaretur, delatas volebat, cum ex eodem priorem illum recitâsset, posteriorem subjunxit, qo ad conceptum etiam, non partum solum, avt nutricationem, mulieris operam prorsus necessariam innueret. itaqe in versibus illis, prout apud Clementem leguntur, nihil mutem. nam qod ἐν τοῖς Στρωματεῦσι, subjungitur, πατέρα δὲ γάμος ποιεῖ, ὡς μητέρα ἀνήρ *patrem facit conjugium, ut maritus matrem*, etiamsi Clementis editores avtori eidem, cui priora tribuunt, & in senarii formam transire sint proclivia, hoc pacto,

Πατέρα δὲ γάμος, μητέρ' ὡς ἀνὴρ ποιεῖ.

tamen Clementis potius esse videntur: nec assentiri possum Frederico Sylburgio sic refingenti,

Πατέρα δὲ ποιεῖ τέκνα, μητέρ' ὡς ἀνήρ·

abscedit enim, non à verbis tantum, sed à scopo avtoris, qi ad conjugium comprobandum adduxerat ista, hoc fundamento, εἰ τὸ τέκνα ποιεῖν, ἀγαθὸν εἶναι δὲ τοῦτο, καὶ ὁ γάμος· *liberos habere, bonum est: bonum itaqe est conjugium.* conseqentiam avtem inde probat, qia citra conjugium liberi haberi, legitimè saltem, non possunt.

Et Frederico Morello, Critico sanè parum fælici, multo minus, cui senarium (qem clavdicare censet) libet sic fulcire,

Πατέρα δὲ γάμος ἐμποιεῖ, ὡς μητέρα, ἀνήρ.

ut sit apostrophe comica ad alium nescio qem *nisi qid docti*, inqit, *contra*. Atqi nec sic fultus senarius talo adhuc recto incedit; nec probi satis commatis est phrasis, πατέρα ἢ μητέρα ἐμποιεῖν, pro eo qod est simpliciter ποιεῖν nec de nu-

A piis qicqam, avt tragicus avt qisqis tragico illudebat: neqe fulturam itaqe istam docto cuiqam probatam in avtumo.

Evripidis avtem versus à tragici æmulis, inter qos & Aristophanes primas tenuit, nunc παρῳδίαις deformatos, nunc παραδιορθώσει (cum Plutarcho loqor) in sensum contrarium circumductos, exemplis innumeris demonstrare facile fuerit. è multis pavca dabimus, qod in *Æolo* Evripides dixerat, (inde enim docet esse Aristophanis Scholiastes)

B *Τί δ' αἰσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ;*
Qid turpe, turpe nisi si qi patrat, putet?

Et Laidem avtori regessisse, cum αἰσχροποιὸν eam vocasset, ex Machone refert Athenæus *l.* 13. id παρῳδήσας, Aristophanes in *Ranis* sic extulit,

Τί δ' αἰσχρὸν, ἂν μὴ τοῖς θεωμένοις δοκῇ;
Qid turpe, turpe nisi si qi spectat, putet?

at παραδιορθώσας Antisthenes, si Plutarcho credimus, *de Poet. leg. c.* 15. avt Plato, ut ex Serini avtoritate Stobæus *tom.* 2. *c.* 5. (nam qod Diogenem ex Stobæo Pavlus Leo-

C pardus *Emend. lib.* 1. *cap.* 7. deceptus est, dum ad margini adjecta non attendit satis)

Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ·
Qod turpe, turpe est, putet id, an non qis putet.

Qod idem tragicus in *Electra* de divitiarum usu,

Σκοποῦ τὰ χρήμαθ' ὡς ἔχει μέγα σθένος,
Φίλοις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
Δαπάναισι σῶσαι· ——

(nam δαπάναις ἰᾶσθαι apud Plutarchum malè legitur.)

Vis qanta sit, sic cogite, pecuniæ;

D *Ut des amicis; corpus ut morbis grave*
Sumptu refocias. ——

(Sic enim Plutarchus & Stobæus *c.* 91. ubi Evripidis codices pro φίλοις, ξένοις exhibent.)

Id μεταγράψας Cleanthes (avtor idem Plutarchus) ad eorundem abusum sic transtulit,

Πόρναις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
Δαπάναις ἐπιτρίψαι ——
Ut scorta dites, ut corpus morbis grave
Sumptu corrumpas.

E In Evripidis *Andromedâ* (qod monet Casavbonus *ad Athen. l.* 3. *c.* 23.) clamat misella ceto all gata;

Οἵῳ μ' ὁ δαίμων θηρίῳ συνώκισεν;
Qali me numen collocavit bestiæ?

Id non uno modo παρῳδήσαντες imitati sunt comici. Philoxenus apud qem in *Cyclope* (non in *Galatea*, uti Schottus) Ulysses (referentibus Zenobio *paræm.* 445. & Diogeniano *adag.* 619.) exclamat,

Οἵῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν;
Cum qali me conclusit prodigio Deus?

F Lysippus, apud qem (Athenæo *lib.* 3. laudante) clamat à Philosopho vexatus qidam,

Οἵῳ μ' ὁ δαίμων φιλοσόφῳ συνῴκισεν;
Sors qali infausta conjunxit me philosopho?

Aristophanes *Pluto*, ubi sycophanta qeribundus;

Οὕτω μιαρῷ συγκεκρᾶσθαι δαίμονι.
Mali tam fœto sum commistus dæmoni.

Imitatus videtur & Xenophon, apud qem Araspæ, cui Pantheam, formæ insignis mulierem, bello captam, custodiendam tradiderat, captivæ amore capto, Cyrus; Καὶ

G σοὶ δὲ τούτου τοῦ πράγματος ἐγὼ αἴτιός εἰμι· ἐγὼ γάρ σε καθεῖρξα τούτῳ τῷ ἀμάχῳ πράγματι. *Ego verò tibi rei hujusce avtor fui; qi cum re istiusmodi debellari nesciâ te concluserim.*

Celebratissimum est Evripidis illud ex *Hippolyto*, uti Aristophanis scholiastes, sed *obtecto*, non *coronato*; (nam ex *Phryxo*, qô Svidas refert, aliter pavlò conceptum Stobæus edidit; uti mox videbitur.)

Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;
Qis novit, istud vivere an mori siet,
Moriqe vivere?

qam sententiam ut ineptam, *hanc esse mortem qam nos vitam putamus, illam vitam, qam nos pro morte timeamus*, notat exagitatqe multis Lactantius *instit. l.* 3. *c.* 18. at pro-

bant

bant non Pyrrho tantum Scepticus apud Laertium *l.* 9. & Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypothes. l.* 3. *c.* 24. sed è nostris qoqe Clemens *Strom. l.* 3. & Origenes *adversus Cels. l.* 7. Lavdat etiam & miratur Plato in *Gorgia*. Versum avtem posteriorem variis modis supplent. Laertius,

Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται βροτοῖς.

qod secutus videtur Lactantius. At Sextus,

Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται.

& Scholiastes comici, ab utroqe longè recedens;

Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν, ὑπνεῖν δὲ τὸ κατθανεῖν.

ut de somno qoqe adjecerit, *mortem somnum esse, somnum mortem.* Athenagoras *de resur. mort.* Ἀδελφὸν δὲ θανάτου τὸν ὕπνον ὀνομάζουσιν οὐχ ὡς ἐκ τῶν αὐτῶν πατέρων φύντας γενεαλογοῦντες, ἀλλ' ὡς τῶν ὁμοίων παθῶν τοῖς τε θανοῦσι καὶ τοῖς ὑπνοῦσιν ἐγγινομένων, ἕνεκά γε τῆς ἠρεμίας καὶ τοῦ μηδενὸς ἐπαισθάνεσθαι τῶν παρόντων ἢ γινομένων, μᾶλλον δὲ μηδὲ τοῦ εἶναι, καὶ τῆς ἰδίας ζωῆς. *Mortis fratrem somnum appellant:* (ita Homerus *Il.* π. v. 672. & 682.

Ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν.

Morti somnoqe geminis germanis fratribus)

non tanqam ab eodem parente ortum genusqe ducant, (qod tamen Hesiodus in *Theogonia* tradit) *sed qod pariter affecti videantur defuncti dormientesqe, qvietem qod attinet, sensumqe rerum præsentium, & vitæ etiam ipsius.* Et Joannes Chrysostomus *de statuis Orat.* 5. Τί ποτέ ἐστι θάνατος; ὕπνος μακρότερος καὶ συνήθης. ἆρα οὐ δέδοικας θάνατον, φοβοῦ καὶ ὕπνον. *Mors qid est? somnus solito productior: itaqe mortem si formidas, somnum qoqe formides.* Certè ejusmodi aliqid subtuisse, suspicari facit Aristophanis in *Ranis* παρῳδία illa παρατραγικὴ,

Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν, καὶ τὸ καθεύδειν κῴδιον.
Qis novit, istud vivere an mori fiet;
Spirare, cœnare; & dormire, vellera?

Eandem sententiam tragicus idem verbis pene iisdem in *Phryxo* etiam (teste Stobæo *c.* 121.) sic protulit:

Τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
Τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί;

Nec abscessit longè Gregorius Nazianzenus *Epitaphio in Patrem.* Ζωὴ καὶ θάνατος, (ταῦθ' ἅπερ λέγεται), πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρειν δοκοῦντα, εἰς ἄλληλα περιχωρεῖ πως καὶ ἀντικαθίσταται· ἡ μὲν γὰρ ἐκ φθορᾶς ἀρχομένη τῆς μητρὸς ἡμῶν, καὶ διὰ φθορᾶς ὁδεύουσα τῆς ἀεὶ τοῦ παρόντος ὑπεξαιρέσεως, εἰς φθορὰν καταστρέφει τὴν τοῦ βίου τούτου κατάλυσιν· ὁ δὲ τῶν ἐνταῦθα κακῶν ἀπαλλαγὴν ἔχων, καὶ πρὸς τὴν ἄνω πολλάκις μετάγων ζωὴν, οὐκ οἶδ' εἰ κυρίως προσαγορεύοιτο θάνατος, ὃν ὀνόματι μᾶλλον ἢ πράγματι τὸ φοβερὸν ἔχων. *Vita morsqe, qæ sic appellantur, cum plurimum à se invicem discrepare videantur, in se invicem concedunt & componuntur tamen. Illa enim à corruptione, qæ est mater nostri, prodiens, perqe corruptionem, dum statum præsens mutat jugiter, progressa, in corruptionem, vitæ nempe istius solutionem, tandem desinit. Ista verò, cum à malis, qæ nos istic premunt, liberat, & ad vitam, qæ in supernis habetur, sæpe transferat, nescio an propriè mors dicatur, nomine magis qam reipsa formidolosa existens.*

In *Alcumena* dixerat Evripides,

Οὐ γάρ ποτ' εἶμι Σθενέλῳ σῆς τῆς εὐτυχοῦς
Χωροῦντι τοίχου, τὴν δίκην ἀποστερῶν.
Fœliciori applicitum Stheneluis parieti
Nunqam ego sivissem admere jus tuum tibi.

At contra Aristophanes (qod & Scholiastes observat) in *Ranis*;

Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστι
Νοῦν ἔχοντος καὶ φρένας, καὶ
Πολλὰ περιπεπλευκότος,
Μετακυλινδεῖν αὑτὸν ἀεὶ
Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον.
Hoc viri sagacioris,
Et cati, atqe versipellis,
Multum aqæ cui transitum,
Ut sese applicet subinde
Parietem ad fælicivrem.

allusit uterqe ad adagium vetus, πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον de eis usurpatum, qi partibus fæliciter agentibus jugiter ad-

A jungunt sese. Cui contrarium, *In parietem caducum inclinare.* Usurpavit Hadrianus Imperator, qi *Cejonium Commodum, qem adoptaverat, cum minùs sanum videret, In caducum parietem inclinasse se, sæpissimè dictavit.* Ælius Spartianus in *Hadriano.*

Platonis comici illud, qod in Plutarchi *sene politico* occurrit, in hominem pæminosum dictum,

Βόσκει δυσώδη κεφαλὴν, αἴσχιστον νόσον.
Padidum alit hic caput, morbum teterrimum.

Est ex Evripidis illis, de Tantalo in *Oreste*, traductum;

B *Ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.*
Lingvam habuit effrænem, morbum teterrimum,

Antigoni illud, qod Demetrio filio in avrem insusurrasse dicitur, qo ad nuptias cum Phile ætatis pavlo provectioris contrahenda adolescentem impelleret,

Ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν γαμητέον,
Præter naturam ducito, propter lucrum.

Ex Evripidis illo,

Ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον.
Præter naturam serviat, propter lucrum;

C deformatum esse docet Plutarchus in *Demetrio.*

Aristophanis illud in *Vespis* de sene τοῦ δικάζειν ἐρῶντι, qi noctes diesqe totus nil nisi qæstiones actionesqe animo agitabat;

Τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' ἀεὶ
Μᾶλλον δικάζει —
Nugatur ista perpetim: & monitus magis
Judicia agitat.

monet Scholiastes ex Evripidis *Sthenobæa* sumptum, ubi is dixerat,

D *Τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' ἔρως.*

qod Grotius in *excerpta* sua transtulit, eumqe senarium clavdicare animadverteret, particulâ interjectâ sic erexit;

Τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος γ' ἔρως·

verum fefellit virum doctissimum, pariter alioqin ac diligentissimum, partim vitiosa interpunctio, partim mutilata tragici, qam integriorem exhibet nobis ex Chrysippo περὶ παθῶν Cl. Galenus *de dogmat. Hippocr. & Plat. lib.* 4. *cap.* 7.

Τοιαῦτ' ἀλύει· νουθετούμενος δ' ἔρως
E *Μᾶλλον πιέζει. —*
Nugatur ista perpetim: admonitusqe amor
Constringit amplius.

Confirmat Plutarchus, qi in tractatu *de discrimine adulatoris & amici,* Οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ νουθετούμενος ἔρως μᾶλλον πιέζει, κατ' Εὐριπίδην· ἀλλ' ἐὰν νουθετῇς ἐν πολλοῖς καὶ μὴ φειδόμενος, πᾶν νόσημα καὶ πᾶν πάθος εἰς τὸ ἀναίσχυντον καθίστησιν. *Neqe enim amor tantum increpitus constringit magis: qod Evripides monuit: sed affectus morbusqe qivis, si coram multis qis, nec modo observato, corripuerit, impudentiam solet con-*
F *trahere.* Concinit huic pulcrè Nasonis illud de Pentheo *Fabul. l.* 3.

Acrior admonitu est; irritaturqe retenta
Et crescit rabies, moderaminaqe ipsa nocebant.
Sic ego torrentem, qa nil obstabat eunti,
Leniter, & modico strepitu decurrere vidi,
At qacunqe trabes, obstructaqe saxa jacebant,
Spumeus, & fervens, & ab objice sævior ibat.

qod verò εἰς τὸ ἀναίσχυντον καθίστησι dixit, expressit optimè Seneca *de sapientis Constantia c.* 17. qum de Vatinio ait,
G *qi assiduis convitiis depudere didicerat.* Qin & ex ejusdem tragici *Dictye* in eandem sententiam, cum Galenus ex Chrysippo *ibidem*, tum & Stobæus *tom.* 2. *c.* 64. ista lavdat.

Κύπρις γὰρ οὐδὲ νουθετουμένη χαλᾷ·
Ἂν τ' αὖ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ.
Nihil remittit, multa si moneas, Venus:
Qod si pares vim, tendit hæc contra magis.

Medeæ, apud eundem, illa,

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω, &c.
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.
Non per Hecaten heram, ipsa qam summè colo,
Gaudebit, horum cor meum qi afflixerit.

A Imitatus est Evpolis; cujus apud Longinum *de Orat. subl. sect.* 16. §. 5. leguntur ista,

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.
Nec enim ille per meum ad Marathona prælium
Lætabitur, qi me dolore affecerit.

hoc est, qod ille,

—— nemo me impune lacesset.

Illud ejusdem in *Philoctete* (inde esse Cicero docet *de Orat. l.* 3.)

B *Αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν·*
Turpe est silere, & barbaros fames pati.

allusit Aristoteles, cum dixit, si Laertio *l.* 5. fides,

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτην ἐᾶν λέγειν·
Turpe est silere & Xenocratem santem pati.

Sin Ciceroni, loco dicto, & *Tuscul. l.* 1.

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν·
Turpe est silere, Isocratem santem pati.

alterutrum respexit Plutarchus *adv. Coloten* Epicureum cum dixit, *Οὐ μόνον αἰσχρὸν σιωπᾶν, ἀλλ' οὐδὲ ὅσιον·* re-
C spexit & Cicero *ad Attic. l.* 6. *Ep.* 8. verbis illis; *Ego, nisi Bibulus, qi dum unus hostis in Syria fuit, pedem portâ non plus extulit qam domo sua, adniteretur de triumpho, aqo animo essem. nunc verò αἰσχρὸν σιωπᾶν.* amat enim Cicero, in illis ad Atticum præsertim, prima duntaxat dicti alicujus, è Græcis maximè, verba delibare. Sic *lib.* 1. *Ep.* 9. Sed nescio an *ταὐτόματον ἡμῶν*, cum senarius integer sit,

Ταὐτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται·
Meliora qam nos casus ipse consulit.

unde Gnomologus vetus, qem & Grotius secutus est,
D emendari poterit: apud hunc enim *ἡμῖν* pro *ἡμῶν* reperitur. Et *lib.* 2. *Ep.* 25. *Mirabiliter enim moratus est, sicut nosti. Ἑλικτὰ κοὐδέν. sed nos tenemus præceptum illud; τὰς τῶν κρατούντων.* Evripidis esse utrumqe constat. neqe tamen Simeoni Bosio assentior, qi tragicum illum, *benè moratum scriptorem* à Cicerone istic nuncupari censet, *utpote qi scriptis suis hominum mores effingat præstantissimè.* Ego verò secus sentio; Varronem nempe de qo ad Atticum scripserit, *mirabiliter moratum* prædicare Ciceronem; utpote qi amici speciosam præ se ferat imaginem, cum aliter animatus atqe
E affectus sit, verùm cum in dignitate sit positus, & personam sibi illam induerit, nolle se hominis fucum detegere ac detergere, sed ita rem gerere, ut Attici operâ, ad qem de eodem scripserat, Ciceroni satisfacere se existimaret. ita lectionis receptæ nihil mutari opus fuerit. prius hemistichium est ex Evripidis *Andromache*, ubi Spartanos illa insectando sic fatur,

Ἑλικτὰ, κοὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πάντα πέριξ
φρονοῦντες·

sic enim vulgati codices exhibent, sed vitio manifesto:
F itaqe Gvilielmus Canterus & Hugo Grotius *πάντ' ἀπερὶξ* volunt. & hic vertit,

Versatiles, sine fruge, verborum aucupes.

at Isaacus Casavbonus ad Athen. *l.* 1. *c.* 4. cui accedo potiùs *ἀλλὰ πᾶν πέριξ.* ut consilia obliqa & curva, non recta significentur: itaqe verterim;

Intorta, sani nil, sapientes omnia,
Fallaciosisqe involuta ambagibus.

Viri summi conjecturam firmant Plutarchi codices, in
G qibus ter minimum repetitus habetur senarius integer, *adversus Herodotum, de malignitate ipsius, adversus Epicureos de vita jucunda,* & *adversus Stoicos de notionibus communibus;*

Ἑλικτὰ, κοὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ.

ut in proverbii usum transiisse videatur.

Alterum etiam ejusdem est, qod celebre magis evasit ex malo Æmilii Scavri fato, qi sub Tiberio cum tragœdiam *Atrei* nomine inscriptam composuisset, in qâ tyrannus is è subditis suis qendam adhibito senario Evripideo moneret, *ἴσα γὰρ τὰς τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίας φέρειν, ferenda principis facta etiam minus consulta.* Imperator immitis tangi se suspicatus. *At ego*, inqit, *qi Atreum me fecit, Ajacem ipsum facturus sum*: nec dicto fides deerat. Nam ad *αὐθεν-*

A *τίαν* hominem adegit. Avtor Dio Cassius *l.* 58. Senarius integer ex *Phœnissis* est iste.

Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών·
Stultitiam oportet ferre principantium.

Malè enim Gothofredus *ἁμαρτίας*; metro etiam violato. Hoc avtem ut æqum & necessarium Evripides, ita tutissimum Sophocles, eleganti imagine, non unâ, ostendit in Antigone.

Ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
Δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται,
B *Τὰ δ' ἀντιτείνοντ', αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.*
Vides ut arbor amnis adversum impetum
Cedendo vincat & suum servet decus:
At interit de stirpe, si qa obnititur.

Hæc una imago; in qam lusit *παραδόξως* Antiphanes apud Athenæum *l.* 1. ut probet *τὸ πίνειν*, *bibere*, esse *vivere*:

Ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
Δένδρων ἀεὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν
Βρέχεται, μέγεθος καὶ κάλλος οἷα γίνεται;
C *Τὰ δ' ἀντιτείνονθ' οἱονεὶ δίψαν τινὰ*
Ἢ ξηρασίαν σχόντ', αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.
Vides fluenta propter hiberna arbores,
Qa noctu humescunt pariter atqe interdiu,
Qa mole excrescant, atqe pulcritudine?
At qa obnituntur, sqallore atqe ariditudine,
Qasi sitientes, intereunt radicitus.

Versiculum novissimum usurpasse etiam helluonem qendam, cum piscis partem, qam avellere tentabat, reliqa seqeretur, ex Hegesandro refert avtor idem *l.* 8. De ar-
D boribus avtem qod dixit aqæ qasi potu jugi rigatis, affine est, Ezekielis illud, apud qem cap.31. v. 14, 16. *Οἱ ὕδωρ πίνοντες*, & *τὰ ὕδωρ πίνοντα*, arbores amplæ, altæ, speciosæ nuncupantur. Qo facit, & qod in Xenophontis *Symposio*, & Jupiter plantas *ὑετίζων*, & ipsæ *πίνειν* perhibentur. Verba ipsa alibi exhibemus.

Seqitur imago altera,

Οὕτως δὲ, ναὸς ὅστις ἐγκρατὴς, πόδα
Τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
Στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν, ναυτίλλεται.
E *Sic & pedem laxare præfractè abnuens*
Puppis magister, mox profundo in gurgite
Supina transtra captat eversa ratis.

Vin' tertiam? habes ibidem; ex eodem saltem dramate;

Ἀλλ' ἴσθι τοι, τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα
Πίπτειν μάλιστα. καὶ τὸν ἐγκρατέστατον
Σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ,
Θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰσίδοις.
Præfracti at animi plurimùm, scias velim,
Cadere assolent: & ipsa vis ferri igneis
F *Exacta flammis rigida & intractabilis*
Discedit icta citiùs, in partesqe abit.

Qarta adjiciatur indidem:

Σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους
Ἵππους καταρτυθέντας. ——
Itidem furentes, parva res, frenum tenax
Cohibet jugales. ——

concludit itaqe;

—— Οὐ γὰρ ἐκπέλει
Φρονεῖν μέγ', ὅστις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας.
G *—— Spiritus ponas feros,*
Qicunqe leges debet alienas pati.

Et rursus,

Ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.
Qem civitas constituit, avdiri hunc decet,
Sint parva & aqa jussa, sint contraria.

Qod Seneca in *Medea*,

Æqum atqe iniqum Regis imperium feras.

Obiter hic notatu digna illa, *ἐκπέλει*, & *τῶν πέλας.* Hesych. *ἐκπέλει, ἔξεστι.* Sophocleum omninò respexit istud. Nec vocabulum hoc temerè alibi uspiam reperias: Tum *οἱ πέλας* istic, non sunt propinqi, sed alii qvis. Qo modo & Aristoteli *Rhetor. l.*2. *c.*12. ubi de junioribus; *Καὶ ἐλεητικοὶ,*

διὰ

ἀλλὰ πάντας χρηστοὺς καὶ βελτίους ὑπολαμβάνουσι· τῇ γὰρ αὑτῶν ἀκακίᾳ τοὺς πέλας μετροῦσι. *Et misericordes sunt, qia omnes bonos & meliores existimant. Ex ingenio suo malitiæ expertis alios metiuntur.* Sicut contra, qod & idem *Ethic. Evdem. l.7. c.2.* Ἄπιστος ὁ φαῦλος καὶ κακοήθης πρὸς πάντας· αὑτῷ γὰρ μετρεῖ. *Improbus ac malignus nemini fidem habet, etenim ex suo ingenio metitur omnes.* Qod avtem τοὺς πέλας, & πάντας Philosophus, τοὺς ἄλλους in eadem sententiâ dixit Isidorus Pelusiota *l.3. Ep.162.* Ἐκ τῶν καθ' ἑαυτοὺς καὶ τὰ περὶ τῶν ἄλλων φέρουσι ψῆφον. *Ex iis, qa in se agnoscunt, ad idem de aliis pronuntiandum adducuntur.* Et *Ep.307.* Ἕκαστοι ἐκ τῶν καθ' ἑαυτοὺς καὶ τὰς περὶ τῶν ἄλλων φέρουσι ψήφους. *Ex moribus suis de alienis qiqe judicant.* Ita qod Livius de Appio Clavdio Hist. l. 3. *Metiens aliorum in se odium suo in alios odio;* reddi poterit, Τὸ τῶν πέλας εἰς αὐτὸν μῖσος μετρῶν τῷ ἑαυτοῦ εἰς τοὺς πέλας μίσει. Et qod Thais in Terent. *Evn. 1.2.*

— Forsitan hic mihi parvam habeat fidem,
Atqe ex aliarum ingeniis nunc me judicet.

ἐκ δὲ τῶν πέλας ἤθους. Qod avtem illi, τοὺς πέλας dicere, lex divina τὸν πλησίον, præcepto illo, Ἀγαπήσεις σὺ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. *Proximum tuum perinde ac teipsum diliges.* Lev. c.19. v.18. Matth. c.5. v.43. & c.19. v.19. & c.22. v.39. Rom. c. 13. v.9. & qod alteri illi τοὺς ἄλλους, id τὸν ἕτερον Apostolus, verbis illis, Ὁ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε. *Qi alterum diligit, legem implevit.* Rom. c. 13. v.8. Sed ad tragicos revertamur.

In proverbium jam olim abiit, qod ad Sophoclem avtorem refert Helladius in *Chrestomathia,* (qanqam codices aliqi Philoclem habent.)

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω.
Aqa inscribillo, qicqid jurant fœminæ.

Catullus *Epigr.* 66.

— Mulier cupido qod dicit amanti,
In vento & rapidâ scribere oportet aqa.

Id avtem ludibundi sic deflexerunt comici; Philonides, uti ex Helladio Photius cod. 279.

Ὅρκους δὲ μοιχοῦ εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω.
Cineri inscribillo, qod mœchus juraverit.

Xenarchus avtem *Qinqertione,* referente Athenæo *l.* 10.

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.
Vino inscribillo, qicqid jurant fœminæ.

unde emendandus opinor, Photius, apud qem legitur, εἰς οἶνον γράφω. Juramenta utiqe amatoria non obligare censebant. Plato in *Philebo;* lavdante etiam *l.* 10. Athenæo; Ὡς δὲ λόγος, ἐν ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδοναῖς καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν. Naso artis, *l.* 1.

Jupiter ex alto perjuria ridet amantum,
Et jubet Æolios irrita ferre notos.

Tibullus *l.* 1. *Eleg.* 4.

—— Veneris perjuria venti
Irrita per terras & freta summa ferunt.

Et *l.* 3. *Eleg.* 6.

—— perjuria ridet amantes
Jupiter, & ventos irrita ferre jubet.

Illud Evripidis in *Sthenobæa,* toties inculcatum, à Platone in *Sympos.* à Plutarcho *Sympos. l.* 1. *s.* 5. & in *Erotico,* & *de Pythia oraculis,* ab Aristide in *Romam,* & in *Bacchum,*

—— μουσικὴν δ' ἄρα
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.
—— artem Musicam
Amor docebit Musica ignaros prius.

Imitatus est Aristophanes in *Vespis,*

Ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Sed &, qod in proverbium abiit, & Henricus Stephanus comici alterius alicujus esse avtumat, indidem expressum,

Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις ᾖ, σοφόν.
Hebetes disertos efficit necessitas.

Evripidis esse monet Apostolius, qi & ψιλοῖς recenset, *Adag.* 1992. sed depravatum, ab avtore, an exscriptore, incertum. Sic enim codices exhibent,

Χρεία διδάσκει, κἂν βραδύς τις, ἢ σοφός.
Erudiet, tardus an solers, necessitas.

qod Pantinus vertit,

Qis tardus avt cordatus, usus edocet.

Cum verba prout exhibentur, istud potius sonare videantur.

Illius ex *Telepho* esse Stobæus indicat *c.*29. qi & hunc qoqe eidem adscribit senarium,

Οὐ γάρ τοι Ὀδυσσεύς ἐστιν αἱμύλος μόνος.
Solius havd Ulyssis eloqentia est.

qod proverbii vice rudem usurpari poterit, non minus qam illud, ex *Iliad.* ι.

Οὐ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι.
Uxorum affectu havd soli tanguntur Atridæ.

De qo videatur Scipio Gentilis *Parerg. l.* 2. *c.*12. forsan tamen ex comico vel etiam historico aliqo, ni vitiosus sit locus, sumpsit Svidas, qod cum adjectione aliqâ citat;

Χρεία διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφὸν
Καρχηδόνιον,
Necessitas docet, qamvis literarum imperitus sit, sapientem esse
Carthaginensem.

Cui interpretamenti loco subjicitur; ἐνδεχομένην ἐκ τοῦ καιροῦ πεποιημένοι (forsan, πεποιημένον, ut ad Καρχηδονίων referatur) τὴν ἐπίνοιαν· *Cum à tempore concessam cogitationem iniissent.* qasi de Carthaginensibus ab avtore, è qo lavdavit Lexicographus, enunciatum id fuerit, qi è re nata, urgente necessitate, solertius qippiam qam pro Punico ingenio barbarave indole commenti sint.

Illud denique qod è Gnomologo veteri tanqam comici incerti dictum, in *excerpta* misit vir doctissimus,

Πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν.
Medicorum turba me infalicem perdidit.

παρῳδηθὲν videtur ex *Andromacha* Evripideo illo, qod & Stobæus collectaneis suis inseruit, *tom.* 2. *tit.* 74.

Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν.
Malarum me mulierum ingressus perdidit.

Qanqam illud eodem spectans Hadriani Imperatoris prout Dio Cassius refert,

Πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν.

(neqe enim Sylburgium seqor, qi βασιλέας legi postulat)

Medicorum turba regem perdidit;

sive,

Medicorum turbâ rex periit.

Potest illud παροιμιῶδες allusisse videri,

Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.
Multi duces pessundedere Cariam.

Id qod Phocion olim qestus est, πολλοὺς μὲν στρατηγούς, στρατιώτας δὲ ὀλίγους· *Plures esse imperatores qam milites.* Plutarchus in *Apoph.* & in *Phoc.* sed & de suis temporibus Gregorius Nazianzenus in *Apologet.* Ἄρχοντες σχεδόν τι πλείους, ἢ ὅσων ἄρχουσι· *Plures fere, qi imperant, esse, qam, qibus imperatur.* Qo vitio utinam non laborarent & secula nostra; qum ruinam rerum minitentur.

Avrem vellebat mihi familiare illud, *Manum de tabulâ,* ubi chartis ista illeveram. Calamumqe jam ponebam: cum prehensâ qasi manicâ (hyems siqidem fuerat) retraxit, animo se ingerens, *Medea* Evripideæ illud à lavdatione creberrimâ celebre factum; citantibus utiqe Plutarcho *de verecund.* Arriano in *Epicteti dissertat. l.* 1. *c.* 28. Simplicio *ad Epictet. enchir. c.*4,10,11. Galeno *de dogmat. Hippocr. & Plat. l.*3. *c.*3. & *l.*4. *c.*5, & 11. Clemente *Stromat, l.* 2. Synesio *de regn,* qod codices Evripidei sic exhibent;

Καὶ μανθάνω μὲν, οἷα τολμήσω κακά·
Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Grotius in *Excerpta* sua qi transtulit, sic reddidit;

Et ipsa video, moliar qantum mali;
Sed mihi subegit ira vim prudentiæ.

Verum priorem senarium aliter planè concipiunt, idqe consensu unanimi, avtores omnes illi superius recensiti, licet sensu havd valde dispari,

Καὶ μανθάνω μὲν, οἷα δρᾶν μέλλω κακά
Intelligoqe, qid mali factura sim.

Qod mihi certè cum ἐμφατικώτερον, *significantius,* tum & *gra-*

γήϊνον, *genuinum*, videtur, & ad avtoris mentem magis. Neqe enim ut aggrederetur duntaxat, animum induxisse, sed effectum dandi, qod apud se statuerat fiduciam, verbis illis significare, malefica illa pariter ac venefica volebat. Posteriorem παρῳδήσας sic extulit Lucianus in apologiâ *pro literatis*, ut in ditiorum degant ædibus, *mercede conductis*,

> *Πενία δ' ἐκρίνεσεν τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.*
> *Sed mihi consilia egestas superat omnia.*

Mente gemina sunt illis qibuscum & contendit Clemens *Strom. l.* 2. illa, inter *incertis tragicis* Grotiana, ex Æschyli forsan *Lajo*; (Laji enim verba esse nos docet *Stromateon* concinnator)

> Λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ', ὧν σὺ νουθετεῖς·
> Γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

sive, ut Henricus Stephanus legi vult, Λέληθε μὲν οὐδὲν, &c.

> *Ego esse vera & recta, qa memoras, scio:*
> *Sed improbata cogit ingenium seqi.*

Grotius.

qod ex Medææ personâ, Naso *Fabul. l.* 7.

> —— *aliud malè sana cupido,*
> *Mens aliud svadet: video meliora proboqe,*
> *Deteriora seqor.* ——

Atqe hæc qidem hactenus.

Cæterum capiti prægresso mantissæ loco adjicietur, aliqid de tragœdorum trium principum fabulis; qarum syllabum dedit vir doctissimus simul ac diligentissimus Joannes Mevrsius. Cujus tamen sedulitatem lavde dignissimam (ecqis enim unus qisqam omnia viderit, omnia animadverterit?) qædam fugerunt, qædam fefellerunt.

Ut ab Æschyleis ordiamur; inter has occurrit Ἑλλάδιος, avtore Harpocratione, qi scripserit; Αἰσχύλος Ἑλλαδίῳ,

> — Κνημῖπι μαλακίων ποδί,

Æschylus Helladio,

> — *Et non defesso mollicellus pede.*

ubi in poetæ verbis κἀκμῆτι mavult (cui assentior) Mavssacus; μαλακίζων ipse qam μαλακίων, qod probi κόμματος esse lexicographus vix persvaserit. At fabulæ titulum non immerito vir doctissimus explodit; Ἑλλάδι legat, (qo nomine Plato comicus fabulam dedit) an Ἑλλαδίῳ tanqam verbum fragmenti ὑπάδεις admittat, ambiguus. Mihi nevtrum arridet; Ἡλιάσι potius lubens legam. Nota est satis eo nomine tragici hujus Ἡλιάδες.

In eisdem Αἴτναι habetur, avtore Stephano περὶ πόλεων, verbis illis; Καὶ Αἰσχύλος ἐν Αἴτνῃ,

> —— σμινεμὸν ὁδοιπορῶν δήλημα χωρίτης δράκων.

locus dubio procul vitiatus. qid est enim σμινεμὸν δήλημα; avt qid δήλημα ὁδοιπορῶν; omninò legendum, ἐν Αἴτνῃ σατυρικῷ, tum in senario ipso ὁδοιπόρων. ita mens fuerit,

> *Loci incola, viatorum pernicies, draco.*

Σάτυροι fabula in eodem albo ponitur, ex Pavsaniæ illis, qibus Aristiæ ejusdemqe patri Pratinæ (ita enim apud Mevrsium Περτίνᾳ pro Πρατίνᾳ rescribendum) σάτυροι πεποιημένοι πλὴν τῶν Αἰσχύλου δοκιμώτατοι, h. e. *satyros effictos, sive poesi repræsentatos, omnium, Æschyli exceptis, præstantissimè, sive probatissimè,* qibus tamen verbis Pausanias, *Satyrorum* nomine, non certam aliqam fabulam eo titulo insignitam, sed satyrici generis, vel etiam in qibus Satyrorum persona agitur, dramata volebat designata. qo modo & σατυρικὸν, qod proximè præcesserat, vel σατυρικὸν potius δρᾶμα scilicet ejusdem ὀνόματος fabulam denotat. Nec dispar à me judicium de Sophoclis *Satyrisco*, qod ex Hesychio producit Vir doctissimus. σατυρικὸν enim fuisse avtumo; titulumqe fabulæ peculiarem (qod in eo avtore sæpius accidit) intercidisse. nec non de tragici ejusdem *Dionysiaco*. qo nomine & drama aliqod designatum existimem, qod in Dionysiacis vel celebritatibus, vel certaminibus editum fuerat.

Cæterum Æschylearum laterculo indendus *Ajax* alter. alter enim à *Locro*, idemqe prorsus cum Sophoclis *flagellifero* is est, de qo ex Æschyli *Ajace*, Sophoclis ad nominis ejusdem fabulam, qæ adhuc extat, Scholiastes: Φησὶ δὲ

A περὶ αὐτοῦ Αἰσχύλος, ὅτι καὶ τὸ ξίφος ἐκάμπετο, οὐδαμῇ ἐνδιδόντος τοῦ χρωτὸς τῇ σφαγῇ, τόξον ὥς τις ἐντείνων, πρὶν δή τις, φησὶ, παροῦσα δαίμων ἔδειξεν αὐτῷ κατὰ ποῖον μέρος δεῖ χρήσασθαι τῇ σφαγῇ. Corpus scilicet Ajacis, qemadmodum & Achillis, prætergam parte certâ qadam, ferro nevtiqam pervium fuisse fabulantur. hujus, qâ tenebatur, cum corpus reliquum aqis Stygiis intingebatur; illius, qâ pharetrâ prohibente intectus manserat, qando Herculis exuvias leoninas induebat. itaqe *ensem corpori admotum ubi necem suam moliebatur, cute reniteme, arcus instar intensi adductiqe, incurvatum, nec præstare qicqam potuisse, donec*
B *diva nescio qa astans consilii inopi indicasset, qâ parte vulnus adigi posset.* Gemina itaqe *Ajax*, tam Æschylo qam & Sophocli: qarum alterius subjectum Ajax Telamonis, alterius Ajax Oilei, sive Locrensis.

Videatur, an non & *Palamedes* in Æschyleis æqè ac in Sophocleis. Certè, qæ apud Sophoclem in *Palamede* de Palamede prædicans Navplius inducitur, referente Achille Statio *ad Arati phænomena*: unde & sub *Navplii* titulo eam Sophoclis fabulam lavdat vir Cl. Salmasius in *de Usuris c.* 15.
C eadem ferè, eis saltem finitima, de semetipso in scenâ prædicantem Palamedem produxisse Æschylum, avtor est Athenæus *lib.* 1. *pag.* 11. *D.* versibus hisce,

> Καὶ ταξιάρχας, καὶ στρατάρχας, καὶ ἑκατοντάρχας ἔταξα· σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα,

(pro qo Casavbonus σῖτον αὖ)

> Ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα.
> *Tribunos, imperatores, centuriones*
> *Præfecti, & qando cibum capiant præfinivi:*
> *Jentaculum, cœnam, prandium, sumant ut tertium.*

D Proinde Plato *de leg. l.* 7. ait Palamedem ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἑκάστοτε sibi adscribere numerandi, exercitusqe rite disponendi rationem. in tragœdiis qod dicit, non unam, sed plures hoc argumento extitisse innuere videtur. qanqam posset & de tragœdiarum unâ aliqâ dictum intelligi, qâ de formulâ alibi diximus, nisi ἑκάστοτε illud in alteram partem potius devergere videretur. avt qod Evstathio magis placet, *ad Il. β.* τέλ. Certè qin avt Παλαμήδης, avt Ναύπλιος Æschyleis accensenda sit, vix est ut ambigam. nec contenderim tamen contra, si qis ex *Philoctete* ista esse
E censuerit.

Ad Sophoclem transeamus, Hujus inter fabulas posuit vir doctissimus *Themistoclem*, à Stobæo scilicet *Serm.* 119. lavdatum. At codices Stobæani; *Sophoclis, al. Evripidis, Themistocle.* ut huic potiùs qam illi fabulam ita nuncupatam (qæ re verâ tamen nec hujus nec illius ulla est) tribuant. itaqe inter Evripideas vir doctissimus, avtore ex eodem sermone adducto, sed sub cavtione, nisi mendum, qod suspicatur, subsit, denuò recenset. Versus, à multis decantati, hi sunt:

> F Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς, σύλλογον ποιουμένους,
> Τὸν ζῶντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά·
> Τὸν δ' αὖ θανόντα, καὶ πόνων πεπαυμένον,
> Χαίροντας, εὐφημοῦντας, ἐκπέμπειν δόμων.

Lavdant Æschines *Axiocho*, Cicero *Tuscal. l.* 1. Strabo *l.* 11. Plutarchus *de Poet. leg. c.* 17. Sextus Empiricus *Pyrrhon. hypotyp. l.* 3. *c.* 24. Dio Prusæus *Orat.* 23. Aristides *defens. Themist.* Clemens *Strom. l.* 3. Theodoretus *Therapevt. l.* 5. Stobæus *tom.* 2. *tit.* 119. an 121. Senarium novissimum Seneca qoqe in *Apocolocyntbosi.* discrepant, qod
G pro Ἐχρῆν μὲν, Ἐχρῆν γὰρ, Sextus; Ἔδει γὰρ, Clemens & Aristides legunt: pro ζῶντα, φύντα, (qod est γενόμενον) præter Stobæum reliqi omnes. Cicero sic vertit,

> *Nam nos decebat, cœtus celebrantes, domum*
> *Lugere, ubi esset aliqis in lucem editus,*
> *Humanæ vitæ varia reputantes mala:*
> *At, qi labores morte finisset graves,*
> *Hunc omnes amicos lavde & lætitia exeqi.*

Grotius sic refinxit:

> *Nam nos decebat, celebre cum cœtu, modò*
> *Lugere genitum, tanta qi intraret mala:*
> *At, qi labores morte finisset gravos,*
> *Hunc lavde amicos atqe lætitiâ exeqi.*

Sunt avtem reverâ Evripidis; qod plerige illi attestantur i hujus

hujus avtem ex *Cresphonte* dictâ; qod Cicero docet. *Themistoclis* in marginem Stobæanum unde irrepserit, conjicere neqeo: nisi si qod qis forte ad oram libri sui ab Aristide in *Themistocle* lavdatum adnotaverat.

Ὀνομακλῆς fabula eidem tribuitur, ex *Etymologico*, ubi ista leguntur; Βυθόη, πόλις τῆς Ἰλλυρίδος. Σοφοκλῆς Ὀνομακλεῖ. *Buthoe, urbs Illyridis. Sophocles Onomacleo.* At Casavbonus, Mevrsio ipso referente, mendosum censet hoc, & rescribendum Ἡρακλεῖ qo nomine fabulam dedit Sophocles. Fortasse tamen Οἰνομάῳ. Ea Sophoclis crebrò lavdata occurrit: qanqam de avtoris ipsius nomine oboriri meritò qeat suspicio, sincerum nec ne siet. Carmen enim, qod adducitur, est epicum, scenæ minus usitatum.

Βυθόη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐναίεθη.
Sedem Buthoa Drilonis ad ostia habebat.

de Drilone avtem amne Illyrico Strabo *l.* 7. Plinius l. 3. c. 22. Ptolomæus *l.* 2. *c.* 5.

Φιλοκτήτην hujus unicam duntaxat, qæ extat, tam Casavbonus in suo ad Athenæum laterculo, qam & Mevrsius in syllabo isto, agnoscunt. Et iste, ne de geminâ suspicio surrepat, *Monendum*, ait, *plenum ei titulum fuisse*, Φιλοκτήτης ὁ ἐν Τροίᾳ. Atqi alia est, Φιλοκτήτης ὁ ἐν Τροίᾳ, ab ea qæ extat, & Φιλοκτήτης ὁ ἐν Λήμνῳ dicebatur: fabulæ hypothesis ipsa hoc indicat. Ἡ δὲ σκηνὴ ἐν Λήμνῳ. Ex illâ, qod Hesychius porrigit, Ζηλῶ, pro μακαρίζω, in istâ non comparet. Sed nec, qod ex eadem Stobæus suppeditat. *tit.* 120.

Ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοίσθιος ἰατρὸς νόσων.
Medicina morborum omnium mors ultima est,

sive,

Medicus mors morborum omnium est novissimus.

Nec, qod ex Prisciani, *lib.* 18. indidem adducit vir doctissimus,

Ὀσμῆς μόνον ὡς βαρυνθήσεσθέ μου.

Ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῆς ὀσμῆς. Qanqam huic affine aliqid, sed syntaxi diversâ, etiam in istâ occurrat, qod & ab eodem Grammatico ex hujus *Philoctete* eodem loci citatur,

Τούτους ἴασον, μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ
Ὀσμῇ, πρὸ τοῦ δέοντος. —
Hos mitte, tetro ne graventur ulceris
Odore, antoqam opus est. ——

Qin nec in meo, qi est Basileensis, Prisciani codice, fabulæ titulus ullus est [illegible] illi præfixus; nec è tragico amplius istis profert ὅπως μὴ βαρυνθήσεσθέ μου. Philoctetæ avtem titulo fabulas ediderunt Triumviri illustres illi, qos secum invicem, hac ex parte, committit Dio Prusæus *Oratione* 52.

Evripideæ verò idem paraphrasin qandam exhibet, *Orat.* 59. neqe erat qod ambigeret Casavbonus Æschyleæ ea esset, an Evripideæ: qum ex *Orationis* 52. collatione, qin istius sit, dubitandi locus nullus relinqatur.

Adjicienda videri poterat dictarum utriusqe fabularum Sophoclearum indiculo, Σαλαμῖνι Σατυρικόν; nisi incertum foret, an non fallerent nos codices Galenici. Locus (qem alioqi vitii non unius manifestum, qo emendationem aliqam moliamur saltem, exhibemus) extat in *Commentatiis ad Hippocratis* περὶ τῶν ἐπιδημιῶν *lib.* 6. *Comment.* 1. *Sect.* 29. Ibi de vocabuli πέμφιξ significatu multiplici disserens avtor, Δοκεῖ μὲν, inqit, αὕτη (legendum αὐτὴν) ἐπὶ τῆς πνοῆς Σοφοκλῆς ἐν Κόλχοις λέγειν,

Ἄπωξε [δὴ] πέμφιξιν οὐ πέλας φέρων.

καὶ αὖθις ἐν Σαλαμῖνι Σατύροις.

—— καὶ τάχ' ἂν Κεραύνια
Πέμφιξι βρονταῖς δυσοσμίαις λάβοι.

Videtur enim Sophocles ipsum in Colchis pro flatu accipere, ita dicens;

Abduxit pemphix, non prope venti secundi.

Et idem in Salamine Satyris.

—— Et fore utiqe Ceraunia
Pemphigibus tonitrua & tetri odoris occupaverint.

Cæterum vereor ne scriptum fuerit, Σαλμωνεῖ Σατυρικῷ. Conveniunt certè verba cum fabulæ hypothesi: erat ea de Salmoneo,

Demens qi nimbos & non imitabile fulmen,

A *Ære & cornipedum cursu simulabat eqorum.*

ut Maro *Æn. l.* 5. & Satyricum fuisse drama, potest ex eis conjici, qæ infra cothurni alioqi gravitatem ac severitatem subsidentia inde accersit *l.* 11. Athenæus. Seqitur apud medicorum principem; Αἰσχύλος δὲ ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ,

Εὐθεῖαν ἕρπειν δὲ καὶ πρῶτα μὲν
Βορεάδας, ἥξεις πρὸς πνοαῖσιν· εὐλαβοῦ
Βρόμον καταιγίζοντα μή
Σ' ἀναρπάσῃ δυσχειμέρῳ πέμφιγι τρέψας ἄνω.

B Ista in *Prometheo vincto* jam nulla comparent. An ex *Prometheo* ejusdem alterâ fuerint, qæri potest: confusa, luxata, lacera, secius interpuncta, certo certius. Sic forsan restitui poterunt; Αἰσχύλος δὲ ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ,

Εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε· καὶ πρῶτα μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοαῖσιν, εὐλαβοῦ
Βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ,
Δυσχειμέρῳ πέμφιγ' ἀνατρέψας ἄφνω.
Hac perge rectâ: & sedulus primo loco
Flatus ubi boreales usqe accesseris,
C *Rapidum fragorem, ne procelloso impetu*
Subitò irruens abreptum prosternat, cave.

Pergit avtor: Ἐπὶ δὲ τῆς αἰγίδος αὐτῶν δοκεῖ χρῆσθαι τῷ τῆς πέμφιγος ὀνόματι Σοφοκλῆς ἐν Κόλχοις κατὰ τόδε τὸ ἔπος,

—— πρὶν ἐθαύμασα
Τῇδε σκοπῶν, πέμφιγα χρυσέαν ἰδών.

οὕτω δὲ καὶ Αἰσχύλος·

Ἐξ ἀντίας οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται, οὔτ' ἀστερωπὸν
Στόμα Λητῴας κόρης·

Et pro radiis ipsis uti videtur hac voce pemphix Sophocles in Col-
D *chis hisce carminibus:*

—— Et utiqe admiratus sum hoc
Contemplans, pemphiga auream imitatus.

Ita & Æschylus:

Ex adverso neqe pemphix solis adspicitur, neqe sydereum
Os Latonia puella.

qæ novissima non minus, qam priora illa laborant. Lego, οὕτω δὲ καὶ Αἰσχύλος ἐν Αἰτναίαις, (Αἰτναῖαι Æschyli fabula, Hesychio aliqoties lavdata)

Ἵν' οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται,
E *Οὔτ' ἀστερωπὸν ὄμμα, οὔτε Λητῴας κόρης.*

Qibus gemina fere ejusdem in *Prometheo vincto* illa,

— ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται
Ἀκτῖσιν, οὔθ' ἡ νυκτέρος μήνη ποτέ.
— qas neqe unqam sol adspicit
Radiis, neqe nocturna luna.

Videntur avtem priora illa ex *Prometheo*, non *vincto*, sed *vinculis exoluto*, qæ est fabulæ ejusdem tragici alterius inscriptio; prout & qæ mox seqventur, qibus alium vocis ejusdem usum ostendit. Ἐπὶ δὲ τοῦ ῥανίδος, ὁ αὐτὸς φησὶν
F ἐν Προμηθεῖ.

Ἐξευλαβοῦ δὲ, μή σε προσβάλῃ στόμα
Πέμφιξ· πικρὰ γὰρ, κοὐ δὶς ζωῆς ἀτμοί.

Verum legendum ἐπὶ τῆς ψιάδος, *de guttâ, sive stillulâ*,

Caveto, in ora gutta neqe se ingerat;
Amara namqe est, nec salubris huic vapor.

ψιάδα rectè legi, qod seqitur, probat. Καὶ αὖθις ἐν Πενθεῖ,

Μηδ' αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδον βάλῃς.

G *Et idem in Pentheo.*

Ne sangvinis profundo vel guttam solo.

Galenum verò memoriâ lapsum Προμηθεῖ δεσμώτῃ Προμηθέως λυομένου loco posuisse, cum Henrico Stephano ultrò avtumo. Sed & rursus hanc qam diximus fabulam eodem loci idem lavdat. Ἐπὶ δὲ νέφους δοκεῖ τετάχθαι καὶ τόδε τὸ ἔπος ἐν Σαλαμῖνι Σατύροις παρὰ Σοφοκλεῖ,

Πέμφιγα πᾶσαν ὀψιαγέλων πυρός.

Pro nebula etiam posita esse videtur hoc in carmine apud Sophoclem in Salamine Satyris:

Pemphige omnem tarde videns ignis.

qæ licet perperam habita sint, ad idem tamen cum supra datis pertinere, rudera ipsa clarè satis indicare videntur. eandem certè utrobiqe designari fabulam, ambigi non potest,

rest. qam Σαλαμωνία potiùs qam Σαλαμινίαν dictam, ego qidem existimem. qanqam Σαλαμινίαι fabulæ ex Æschyleis cuidam titulum extitisse, ex Hesychio (apud qem tamen sed perperam, puto, Σαλαμίνι legitur qandoqe) discimus. sed illô, qô dixi, mens inclinat magis.

Deniqe, qod ex Gellio *lib.13.cap.17.* Φυλοπίδες Mevrsio, Φυλοτίδες Casavbono, sed ut Φθιωτίδες scriptum suspicetur fuisse, inter Sophocleas exhibetur; *Noctium* editiones nonnullæ non agnoscunt. è qibus Francofurtensis, qæ emendationem accuratiorem profitetur, tituli hujus non immeritò suspecti loco *Philoctetem* nobis substituit, an restituit? sed utram eam non ait.

Verùm misso Sophocle ad Evripidem properamus.

Huic qæ tribuitur *Evrystheus* titulo ex Polluce, eandem esse cum *Evrystheo Satyrico*, statuunt Casavbonus in *Animadv. ad Athen. lib.11.c.14.* & Seberus in *annot. ad Pollucis lib.10.cap.24.* De *Erechthidis*, qo nomine fabulam Evripideam lavdat Apostolius in *Collectan. prov.* 1898. pariter censeo; eandem esse cum *Erechtheo*, sub qo titulo eadem ipsa, qæ habet Apostolius, recenset Stobæus *tom.2. tit.3.*

De *Themistocle* supra vidimus in Sophocleis.

Capaneus Evripidis nulla est, nec id ajunt, avt Laertius, avt Plutarchus. Οἱ ἐπὶ ἢ Καπανέως Εὐριπίδου στίχοι, non sunt *Evripidis ex Capaneo* dictâ fabulâ, sed *de Capaneo* prolati in tragœdiâ, qæ Ἱκετίδες, sive *supplices*, est inscripta, versiculi.

Pentheus qidem Stobæo bis prædicatur; sed qæ sub hoc titulo profert ex *Bacchis* sunt. *Polynices* itidem; cujus ea qidem qæ repræsentat verba sunt, sed ex Evripidis *Phœnissis*. Videntur scriptores ex dramatis personâ aliqâ nobiliore, nunc hunc, nunc alium fabulis titulum adscribere. Hinc qæ Φαέθων plerunqe nuncupatur, etiam Κλυμένην, à Phaetontis matre Clymene dictam, avtumat Grotius; unde qod apud Clementem *Strom. lib. 6.* legitur Εὐριπίδης ἐν Κρησσαις, rescribi postulat, ἐν Κλυμένῃ. qanqam senarius idem à Stobæo *tit.* 29. ex Evripidis *Hippolyto*, sed *obtecto*, non *coronato*, adducitur. Κτήμενος sanè nulla videtur. Τήμενος esse potuit, vel Τημενίδαι, (utraqe enim hæc sæpius occurrit) vel Τημενίδες etiam. sub qo titulo Grotius ex M.S. edidit, apud Stobæum *tit.4.* & 13. qæ sub Μετανοίας & Μνημοσύνης nominibus, non suspectis, sed rejectis jure merito vir doctissimus propalavit.

Qin nec Καρκῖνος, sive *Cancer*, Evripidis ulla videtur; qum Carcini dictum sit, qod sub hoc titulo exhibent, *tit.* 29. non 39. (uti Mevrsius refert) codices Stobæani. Qod tum ex M.S. Grotius monet, tum & Antonius *Melissa lib. 2. cap.45.* adfirmat. Nec Κλεῖδες qam ex Erotiano vir doctissimus erutum it. apud qem Ἡρακλείδαις, an Ἡρακλεῖ scriptum forsan fuerit. Nec Τηρεὺς etiam. neqe hoc affirmant Stobæi codices: apud qem sub *tit.* 13. ad oram libri legitur, *Evripidis, aliâs Sophoclis Tereo.* hoc enim tantum monetur, incerti esse avtoris qem adducit, senarium; alios enim Evripidi, alios Sophocli in *Terea*, adscribere. Qod avtem ex Clementis *Strom. lib.6.* profertur, Εὐριπίδης ἐν ἐξαμέτρῳ τετρ..., vitiosum esse vir doctissimus agnoscit, fueritqe forsan in Βελλεροφόντῃ ῥητῶς φησι.

Atqe hactenus qidem Evripidearum à viro doctissimo datarum numerum deminutum ivimus. nunc accessionem aliqam saltem, viri clarissimi Grotii operâ accersitâ, dabimus.

Evripidis Δίδυμοι, sive *Gemini*, ex codicibus, qibus is usus est, manu exaratis, in Stobæi *tom. 1. l. 1. c. 8.* extremo, restituuntur. inde excerptum testantur illi senarium hunc,

Τὸ τῆς ἀνάγκης, οὐ λέγειν, ὅσον ζυγόν.

Necessitatis onus inenarrabile.

Συλέα verò vir doctissimus sciens omisit, & insciūs tamen. qum titulum corruptum esse censeret, & cum Scyreo Syleum, cum Scyriis utramqe illam (qarum una tamen nulla existit, avt extitit unqam) confunderet. *Sylea* citat disertè Stobæus *tom.2.tit.44.* an 46. nec est qod mendi suspectus locus sit; etiamsi nonnulla exemplaria pro *Syleo Oileo* præferant. Ex Evripidis siqidem Syleo τεμάχη satis luculenta exhibet nobis Philo, in ea dissertatione, qâ probis

A qibusqe libertatem veram vindicat. Alia est Evripidis *Sciron*, non *Scyreus*, alia *Scyria*, alia ab utraqe illâ Syleus. nec nomine conveniunt, nec argumento: qod alibi fusius demonstramus. Porrò, pro eo qod apud eundem Stobæum titulo, non 93. (prout Mevrsius habet) sed 103, vel 105. vulgò legitur, *Evripides Scyreo*, ego *Syleo* potius, qam cum Grotio *Scyriis* reponendum censuerim: qia illius fabulæ, qam istius, hypothesi dicti mens congruit magis.

Atqe hæc fuere, qæ ad Viri doctissimi catalogum inter

B legendum animadvertimus.

CAPUT XL.

Rerum humanarum mutabilitas. Dies hominibus, familiis, urbibus, imperiis diruendis tollendisqe sufficit. Diem qi dixerat, moræ longioris data nomine à Senecâ notatus. Evripidesis, à Phalareo itidem insimulatus, qod fœlicitatem

C *humanam* diurnam *dixerit. Ejus in hanc mentem dicta à Plutarcho adducta*, ex Hecubâ, *& ex* Inone. *Ex ista apud Plutarchum mutilata, apud Stobæum depravata. Manus medica à Grotio & Cantero dextrè satis adhibita. Medela aliqa amplius data, qam ab illis fuerat. Cui sundus ex Philostrato; & huic forteau ex Evripide. Hujus & à* Phœnissis *gemina de Oedipo: ex Halicarnassensi de Tarqinio. Sophoclis itidem in* Ajace, *& in* Oedipo Rege. *qibus adjectis Sosiphanes, Philo, Jedaias.* De horâ, momento, puncto temporis, *monuit Demetrius Phal. de*

D *illa itidem Gregorius Naz. Cicero, Seneca, Joannes Apoc.* 18. 17, 19. *de isto Seneca tragœdus; Psaltes Hymn.* 73. 19. *Deplorationes & expostulationes de tardis rerum incrementis, ruinis subitaneis.* Eodem die, *pro* subito, confestim, *tempore angusto, usurpatur. Locus Paræm.*12.14. *aliter qam Junio explicatus. Jonæ umbella.*

B*Eatus qivis, versâ fortunæ rotâ, ante vesperam potest esse miserrimus.* Ammianus *Histor. lib.* 16 Beatus certè Job, mane qi ditissimus cubitu surrexerat, vesperi

E pavperrimus cubitum concessit, Jobi c.1. v. 21. Hecuba pariter Evripides.

Τὸν πάντων δ᾽ ὄλβον ἦμαρ ἓν μ᾽ ἀφείλετο.

Opes superbas una mî demsit dies.

Seneca itaqe *Thyeste*:

Qem dies vidit veniens superbum,

Hunc dies vidit fugiens jacentem.

Nec de hominibus solis singulisve verum istud. De Are & Kire urbibus Moabiticis, Esajas c. 16. v. 1. *Ar & Kir nocte unâ direpta sunt.* Et *de Lugduno Gallorum* Seneca Epist.91.

F *Una nox fuit inter urbem maximam & nullam.* Qi & ibidem; *Qicqid longa series multis laboribus, multâ Deorum indulgentiâ struxit, id unus dies spargit ac dissipat.* Mox, qasi dictum idem corrigens: *Longam moram dedit malis properantibus, qi diem dixit; hora momentumqe temporis, evertendis imperiis sufficere.* At qisnam is, qi *diem* dixit? docet Plutarchus in *Consolat.ad Apollon.* qi Demetrium Phalereum refert Evripidem hoc nomine reprehendisse, qod *fœlicitatem humanam diurnam* dixerat, diemqe unum eidem evertendæ sufficere. βέλτιον δ᾽ ἂν εἶχεν εἰ, εἰ μὴ μίαν ἡμέραν,

G ἀλλὰ στιγμὴν εἶπε χρόνου. *melius enim habiturum, si punctum temporis potius qam diem dixisset.* Evripidis dicta, qæ respexit, duo commemorat Plutarchus. alterum ex *Supplicibus*,

Ὁ δ᾽ ὄλβος, οὐ βέβαιος, ἀλλ᾽ ἐφήμερος.

Diurna, nec firma, omnis est fœlicitas.

alterum ex *Inone*, qod mutilatum Plutarchi codices; integrum, nec integrum, qia vitiatum, Stobæus exhibet *tom. 2. c.* 105.

Ὁρᾷς τυράννους διὰ μακρῶν ηὐξημένους

Ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα, καὶ μί᾽ ἡμέρα

Τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ᾽ ἦρ᾽ ἄνω.

rectè τὸν μὲν, pro eo qod apud Plutarchum τὰ μὲν legitur. rectè itidem ex Plutarcho pro ὑψηλόν τι δύο, ὑψόθεν, τὸν δ᾽ ἦρ᾽, in *excerptis* Hugo Grotius, & in *var. lect. l. 1. c. 21.*

Theo-

Theodorus Canterus reposuere. qod & ex Philone *de Insomniis pag.* 588. B. firmatum dabimus; ubi ista leguntur, Τὰ ἀνθρώπων πράγματα κλίμακι πέφυκεν ἐξωμοιῶσθαι, διὰ τὰς ἀνωμάλους αὐτῶν φοράς· ἡ μία γὰρ, ὥς ἔφη τις, ἡμέρα, τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δὲ ἦρεν ἄνω, μηδενὸς ἐν ὁμοίῳ πεφυκότος μένειν τῶν παρ' ἡμῖν. *Res humana habent qodammodo scala naturalem imaginem, propter cursum inaqalem inconstantiamqe: una enim, ut ille ait, dies alium de fastigio detrahit, alium tollit in altum, qum nihil in eodem statu apud nos perpetuo maneat.* At de illo ἠρημένους, qod illic locum non habet, mirum viris tantis, tamqe nasutis, nihil suboluisse. ego ηὐξημένους legendum nullus ambigo. itaqe verto;

Vides tyrannos, longa atas qos auxerat,
Ut exigua deturbent; atqe unus dies
Subvertit alterum, alterumqe sustulit.

emendationis assertorem Philostratum do in *Apollonii Historiâ* lib. 7. cap. 4. Ὁ ὑποκριτὴς, inqit, ἤδη ἐπέραινε τὰ ἰαμβεῖα ἐπὶ τῷ Ἰνοῖ τῷ δράματι, ἐν οἷς ὁ Εὐριπίδης διὰ μακρῶν αὐξηθέντας τοὺς τυράννους ἀλίσκεσθαί φησιν ὑπὸ μικρῶν. *Quum histrio Evripidis in Inone fabula jambica perageret, in qibus poeta dixit longo tempore auctos tyrannos a parvis qandoqo viris & brevi tempore superari.* ἀλίσκεσθαι dixit qod σφάλλεσθαι tragicus, & hoc forsan etiam apud Philostratum fuerit reponendum: ἀυξηθέντας, qod ηὐξημένους poeta, metro flagitante. Cæterum in eandem planè sententiam apud eundem in *Phœnissis* Oedipus,

Ὄλβιον ἓν ἦμαρ μ' ὤλβισεν, ἓν δ' ἀπώλεσεν.
— perii: Dios beavit me una, & una me perdidit.

de Tarqinio exule pariter Dionysius Halicarnasseus lib. 5. Ἐκ μεγάλης ἐκπεσὼν εὐδαιμονίας ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. *Cum è magnâ fælicitate uno die excidisset.*

Sophocles item Ajace:

Ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
Ἅπαντα τἀνθρώπεια —
Ut tollit omnes res premitqe denuò
Mortalium dies?

Idemqe Oedipo Rege:

Ὁ πρὶν παλαιὸς ὄλβος ἦν πάροιθε μὲν
Ὄλβος δικαίως· νῦν δὲ τῇδε θἠμέρᾳ
Στεναγμὸς, ἄτη, θάνατος, αἰσχύνη, κακῶν
Ὅσ' ἐστὶ πάντων ὀνόματ', οὐδέν ἐστ' ἀπόν.
Poteras videri justa qa fælicitas,
Antiqa pridem; nunc unâ facta est die
Mæror, calamitas, dedecus, mors: omnium
Qicqid malorum nomines, nil non adest.

Pulchrum itaqe Sosiphanis monitum:

Ὦ δυστυχεῖς μὲν πολλὰ, παῦρα δ' ὄλβιοι
Βροτοὶ, τί σεμνύνεσθε ταῖς ἐξουσίαις,
Ἃς ἓν τ' ἔδωκεν φέγγος, ἓν δ' ἀφείλετο;
O pavca fælix, multa miserandum genus,
Homines, qid illa imperia vos sic efferunt,
Qa sæpe donat una, sæpe avfert dies?

Evripidis certè illa ob oculos habuit Philo, ubi in *Mosis vitâ* dixit; Τύχης γὰρ ἀσταθμητότερον οὐδὲν, ἄνω καὶ κάτω τὰ ἀνθρώπεια πεττευούσης. ἡ μία πολλάκις ἡμέρα τὸν μὲν ὑψηλὸν καθεῖλε, τὸν δὲ ταπεινὸν μετέωρον ἐξῆρεν. *Nihil siqidem est fortunâ instabilius, qa res humanas, calculorum instar, sursum deorsum versat, una sæpenumero dies, hunc sublimem deprimit, depressum illum in sublime attollit.* Qod & idem R. Jedaias in *Examine Mundi*, sive *Vanitate* seculi c. 10. יום יעלה בבעלות איש בליעל ויום משמים ירד איש האלהים *Dies unus hominem nihili in altum erigit; diesqe unus virum divinum de supernis dejicit.* Diei ergo qem Evripides, aliiqe qos diximus dixere, horam avt momentum etiam Demetrius substituit. Sed & istam Gregorius Nazianzenus *Orat. pro pavperibus.* Κύκλος τις τῶν ἡμετέρων τρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλοις ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὥρας φέρων μεταβολάς. *Circulus qidem rerum nostrarum rapide circumvolvitur, mutationes vicissitudinarias, eodem non die solum, sed hora etiam qandoqe, secum ferens.* Qod prior Cicero Philipp. 3. *Dies affert, & hora magnas sæpe clades.* Et de Babylone mysticâ Joannes Apoc. c. 18. v. 17, 19. Μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ἡ πόλις ἡ μεγάλη. *Hora una vastata est*

A *civitas magna.* Et, Μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος. *Una hora vastata sunt opes tam ampla.* Disertissime Seneca *de Tranqil. c.* 11. *Qod regnum est, cui non parata sit ruina, & proculcatio, & Dominus, & carnifex? nec magnis ista intervallis divisa; sed hora momentum interest inter solium & aliena genua.* Istud etiam adjecit, momentum inqam, Agamemnon apud Senecam tragœdum;

Vincendo didici magna momento obrui.

qod Asaph ὑμνῳδὸς sacer, כרגע dixit, Hymn. 73. v. 19. Hinc Clavdiani qerimonia illa *in Ruffin. l.* 2.

B *Eheu qam brevibus pereunt ingentia cavsis!*
Imperium tanto qasitum sanguine, tanto
Servatum, qod mille ducum peperere labores,
Qod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor unus iners angusto tempore vertit.

Et sanè, ut Seneca loco ex *Epistolis* superius memorato, *esset aliqod imbecillitatis nostra solatium, si tam tardè perirent cuncta qam fiunt: nunc incrementa lentè exeunt; festinatur in damnum.* Idemqe Natur. *Qast. l.* 3. *c.* 27. *Ad originem rerum parce utitur natura viribus suis, dispensatqe se incrementis* **C** *fallacibus: subito ad ruinam toto impetu venit: qam longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducatur infans? qantis laboribus tener educatur? qam diligenti nutrimento obnoxium novissimè corpus adolescit? at qam nullo negotio solvitur?* Imò, qod Varro *mysteriis*, referente Nonio; *Morimur spissius qam nascimur. Vix duo homines decem mensibus edolatum unum reddunt puerum. Contra, una pestis, una hostica acies, puncto temporis immanes acervos facit.* Sed pergit Seneca; *Urbes constituit atas; hora dissolvit. Momento fit cinis, diu sylva: magnâ tutelâ stant & vigent omnia; citò* **D** *ac repente dissiliunt.* Pulcherrime deniqe Josephus Scaliger *in jambis*;

Morbi ingruentis est medela segnior
Qam morbus: ævo crescit occulto nemus;
Puncto seqacis ignis afflatu perit.
Vigore lento nostra crescunt corpora;
Statim labascunt. Tarda virtutum avgmina
Cito opprimuntur, non revivisc unt citò.

Nec eleganter minus è superioribus illis nonnulla sic expressit, dulcissimus ac disertissimus ille ævi nostri Lyricus, **E** nec Flacco ipsi qem æmulatus videtur, postponendus Matth. Casimirus *Lyric. l.* 2. *Od.* 7.

Esset humanis aliqod levamen
Cladibus, si res caderent eadem,
Qâ morâ surgunt: sed humana repentes
Alta ruina.
Nil diu fælix stetit: inqieta
Urbium currunt hominumqe fata:
Totqe vix horis jacuere, surgunt
Regna qot annis.
F *Casibus longum dedit ille tempus,*
Qi diem regnis satis eruendis
Dixit: elato populos labent momenta sub ictu.

Cæterum *die uno*, qi ingentia subverti posse dixere, brevi admodum tempore posse id confici voluere. Siqidem *die uno*, sive *eodem*, pro *statim*, *confestim* usurpari consvevit. Salomon Parœm. c. 12. v. 14. *Stolidi iracundia die ipso, sive die eodem, dignoscitur*: (dum in verba contumeliosa rixasqe, prorumpendo, eam prodit;) *callidus verò opprobrium suum*, **G** (non qo sese afficeret, commorionis indicia proferendo, ut Junius; sed qo ab aliis afficitur) *tegit*. Dum ad tempus utiqe prudenter dissimulat. Sophocles *Oedip. Rege*: à qo mutuatus Julianus *Ep.* 21. & ex qo lavdat Stobæus *l.* 1. *c.* 11.

Χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος·
Κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μιᾷ.
Vir qis bonus sit, tempus indicium unicum est:
Malum vel uno facile deprendas die.

Inde ἐφήμερα dicuntur, ἀντὶ τοῦ ὀλιγοχρόνια, qæ ævi sunt brevicul. Nec aliter sumendum, qod de Ionæ stirpe, qæcunqe ea fuerit, dicitur, *noctis filiam* extitisse, Jon. c. 4. v. 16. sive nocte unâ produisse & in altum excrevisse. De qo alibi dicemus.

CAPUT XII.

Magna molientium mors acerba. Thomæ Gulstoni in opere præclaro vix inchoato mors immatura. Proverbialis dictio à Galeno usurpata: ab interprete, ex codicum vitio, perperam reddita. Lectio recta restituta. Fabula de aqilâ pennis suis confixam se qerulâ. Gabriæ, Babriæ, *an* Ignatii, fabulæ. *Fabula* Λιβυστικὴ *hæc Æschylo dicta. Tragici fabula, in qâ ea refertur, non* Prometheus vinculis exolutus, *ut viri magni, sed* Myrmidones. *Erroris ansa indicata.* πτεροῖ *in diverbio pennæ potius, qam alæ: Penna tamen sagittis alarum instar. Erasmi versio notata. Avtores varii, qibus dictum id usurpatum. Theodoreti verba ab interprete havd rite expressa. Philo restitutus. Svidas ex conjecturâ emendatus. Proverbia huic affinia,* Retibus suis irretiri; laqeo suo intercipi; in foveam a se excavatam decidere. *Hymnorum, Parœmiarum, & Ecclesiastæ, loca varia illustrata. Versio Græca notata. Junii argutia rejecta. In machinantis caput redit scelus. In eandem mentem Adagia Hebraica duo. Hoc alterum ab Avsonio qi expressum. Hesiodi dictum eodem faciens: Sed perperam vulgò acceptum: Mens genuina ab Heinsio primùm animadversa; à Grotio rite reddita. In Hamanis capite ac familiâ exemplum ad hoc datum. Diverbia duo incerta originis. De prioris avtore, qo provocatio admittur, vindicatio asseritur, sententia varia. Pluribus id usurpatum. Isocrates & Procopius emendati. Diverbii alterius lectio diversa, adversa.* Menandri Sicyonia. *In formosos, sed ignavos, inertes, improbos, dicteria. Recepta diverbii lectio constare qi possit. Diogenianus restitutus. Stratonici scomma in cantorem malum, citharaqe tangendæ imperitum; Antonii in Megarensium forum; Aristophanis in Nicarchum.* Τῶν περὶ τὰ προσωδικὰ *festivitas.*

Mihi videtur acerba semper & immatura mors eorum, qi immortale aliqid parant, inqit Plinius, *l.* 5. *Ep.* 5. Eo mihi, cum privatis rationibus acerbus, tum cavsâ publicâ acerbior multo visus est obitus clarissimi viri, mihiqe multis nominibus charissimi D. Theodori Gulstoni Doctoris medici, qi in operis pulcherrimi, immortalisqe dubio procul futuri, si ad exitum perducere vita productior sivisset, apparatu vix dum inchoato, sed cujus tamen specimen dederat, unde tanqam ex fimbriâ, qod ajunt, pannus censeri poterat, morte immaturâ abreptus est. Siqidem is Galeni scripta, qæ extant, universa recensere, codicibus variis invicem collatis repurgare, versione accuratâ, analysi artificiosâ, criticisqe annotationibus, à capite ad calcem usqe illustrare instituerat. Qid avtem in hac parte præstiturus fuisset, si vita longior, viresqe pariter suppetissent, ut de eis nihil dicam, qæ perfecta pavca, affecta plura reliqerat, qia lucem publicam hactenus nulla conspexerint ex eis perito narisqe emunctæ cuivis proclivis fuerit conjectura, qæ in Aristotelis qædam ante obitum in publicum emiserat. Hujus rogatu, cui nihil negare debueram, dum Galeni qædam evolvo, in loca scriptoris illustrissimi illius inqinatissima incidi havd pavca; qorum è numero istud cumprimis merito censeatur, in *libro* 4. *de dogmat. Hippocr. & Platon. c.* 9. Καὶ τάχ' οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. Qæ Fœlicius interpres infœliciter satis sic vertit, *Et fortasse non ab aliis, sed à nostrâ ipsorum acerbitate convincimur.* Verum vitii manifestus locus est, & pro αὐτῶν πικροῖς, αὐτῶν πτεροῖς, legendum. Nam τάχ' illud forsan ab ipso est Galeno, sicut ab Aristide infra: avt si vitiosum fuerit, malim ex dicti avtore τάδ', qam ex Athenæo cum Casavbono, ταῦτα legere; cum istud a scripturâ editâ longius recedat. Hoc nempe vult, Chrysippi dogmata suis ipsius rationibus evinci & everti. Est avtem dictum παροιμιῶδες à veteri sumptum apologo, qem jambis conceptum Gabrias, an Babrias, an Ignatius Diaconus, (huic enim Pavlinus Utinensis assertum it,)

> Βληθεὶς τὸ στῆθος αἰετὸς τεθεὶς μίλαξ
> Ἀλγῶν δὲ λοιπὸν, ἦν πολλὰ δακρύων.
> Βλέπων δ' οἰστὸν, οἶον, ἐκπεπτερωμένον,
> Βαβαὶ, πτερόν με τῆς πτερώσεως εἷλε.

> *Olim icta pectus aqila, inspecto vulnere,*
> *Multum illa lachrymans præ dolore constitit:*
> *Pennatum ut avtem spiculum vidit; Papa,*
> *Inqit, pennatum penna me exitio dedit.*

Æschylus à qo formula adagialis desumpta, μῦθον Λιβυστικὸν nuncupat, eumqe narrat, non in *Prometheo vinculis exsoluto*, uti Joannes Mevrsius in *commentariis ad Lycophronem*, & Andreas Dunæus noster in *notis ad Chrysostomum*, sunt ariolati; qia nempe in fabulâ eâ aqila qæ Prometheo astans jecur ejusdem depascebat ab Hercule sagittâ confixa fingitur: qasi ab eâ ista sint ibi prolata; sed in *Myrmidonibus*, ut Aristophanis Scholiastes docet, ubi non ab aqilâ ullâ proferuntur, sed ex *apologo Libystico*, sive Λιβυστικῇ παροιμίᾳ, ut Svidas, ab alio nescio qo tanqam ab aqilâ aliqando prolata referuntur,

> Ὧδ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν λόγος·
> Πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν
> Εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος·
> Τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς
> Ἁλισκόμεσθα. ——

> *Ut sermo perhibet fabula Libystica,*
> *Aqilam sagitta vulneratam cuspide*
> *Dixisse, pennas conspicatam missilis,*
> *Aliena non sunt ista; nostris alites*
> *En capimur pennis.*

Ita enim malui, qam cum Erasmo Grotioqe, *alis*: qanqam Maro *Æn. l.* 9.

> —— *alis allapsa sagitta.*

i. e. *pinnis.* Servius. Verum hoc est ideo dictum qia pennæ illæ, qibus instructa est sagitta, alarum instar sunt telis illis, qibus *ferrum volatile* fit, uti Poeta idem loqitur operis ejusdem, *lib.* 8. Scite, idem, Plinius *l.* 34. *c.* 14. *Ut ocyus mors perveniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennasqe ferro dedimus.* Sed & φόνου, sive θανάτου πτερὸν, h. e. *cædis*, sive *mortis penna*, vel *ala* etiam, proverbio celebratur, de sagittâ, ut Apostolius *Parœm.* 1928. proin nec commodè satis Erasmus; *Cum inspexisset jaculum ad imaginem pennarum effictum imitatumqe:* ἐκπεπτερωμένον diait, non πτερόεν, *pennatum, pennis instructum missile.* Dictum usurparunt crebri; avtores etiam celebratissimi; sed recisâ plvrimùm voce novissimâ; primâ itidem qandoqe, uti Svidas refert; qod in sententiolis istiusmodi est familiare. Aristophanes Avibus:

> Ταυτὶ μὲν ᾐκάσμεσθα, κατὰ τὸν Αἰσχύλον,
> Τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς.
> *Ipsi sumus commenti hæc, atqe, ut Æschylus,*
> *Hæc non ab aliis, sed pennis à propriis.*

Vult illos commentis suis se sibi invicem ridendos propinasse, dum qo aves repræsentarent, pennas semet induerant. Aristides adversus Platonem *pro Rhetoricâ Orat.* 1. qod & Guilielmus Canterus observavit *Novar. lect. l.* 6. *c.* 15. cum enim Platonem ex suis ipsius dictis redarguisse visus esset; ὥσθ' εἰ μὲν βούλει, inqit, τὸ τοῦ Εὐριπίδου καὶ τῶν αὐτοῦ συμβαίνει, —— οὐ τάδ' οὐκ ἐμοῦ κλύεις (ex Hippolyto) εἰ δ' αὖ βούλει, τὸ τοῦ Αἰσχύλου,

> Τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτοῦ πτεροῖς,

ἃ θρυλεῖς ἐν ὀνείρασι τοῖς λόγοις, ἁλίσκῃ. *Qocirca, si volueris, Evripidis illud, eorumqe qorum is meminit, continget, a te ista, non à me avdis: vel, si volueris rursus, Æschyli illud.*

> *Havd hîc alienis, sed pennis planè tuis,*

eis nempe captus es, qæ in sermonibus illis refers. Eodemqe denuò ibidem allusit, ubi dixit; Καὶ μοι τὸ παράδειγμα ὥσπερ ἀνεμνήσθης τῶν ἡνιόχων. τάχ' ἂν γὰρ ἁλοίης τοῖς ἅρμασι τοῖς σαυτοῦ, καὶ οὐ τοῖς πτεροῖς. *Atqe hic mihi in memoriam reducas velim avrigarum exemplum illud. Ita facile, vel forte, tuis ipsius non pennis, sed curribus captus sis.* Usurpavit & Ptolomæus Philopater (referente *l.* 11. Athenæo) ad Sosibium sophistam, qem argutiolis propriis ceperat irretitum; Καὶ ταῦτα οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς σαυτοῦ πτεροῖς, κατὰ τὸν θαυμάσιον Αἰσχύλον, ἁλίσκῃ, ἀπροσδοκήτους λύσεις πραγματευόμενος. *Ita tu istis, non alienis, sed tuis pennis, juxta Æschylum admirabilem, captus es dum solutiones ad rem ipsam nihil pertinentes, moliris.* Usurpavit Julianus, cum exterorum

rum scriptis Christianis interdiceret. Τοῖς οἰκείοις γὰρ, φησι, πτεροῖς κατὰ τὴν παροιμίαν βαλλόμεθα· ἐκ γὰρ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων καθοπλιζόμενοι, τὸν καθ' ἡμῶν ἀναδέχονται πόλεμον. *Propriis enim, inqit, pennis, qod proverbio dicitur, impetimur: è nostris namqe scriptis instructi, bellum adversus nos gerunt.* Theodoret. *Hist. Eccles. l. 3. c. 8.* qi & ipse adversus fidei Christianæ hostes, ex ipsorum scriptis dimicans, *Therapeutic. l. 1.* Πάλιν δ' ἂν ὑμᾶς τοῖς ὑμετέροις βάλοιμι, κατὰ τὴν παροιμίαν, πτίλοις. Qod perperam vertit Acciaolus, *Vestris jaculis ac sagittis vosmetipsos confodiam.* Potius, *Vestris pennis impetemini, configemini.* Et Eusebius *præpar. Evangel. l. 5. c. 5.* ex eorundem dictis scriptisqe acturum sese profitetur, ὡς ἂν ἐκ τῶν οἰκείων βελῶν καὶ τοξευμάτων καταισχύνοιντο. *Ut suis ipsorum telis sagittisqe confundantur.* Usurpavit & adversus Stoicos Philo Judæus libro *de mundi immortalitate*, nihil qicqam immutatum; nisi qod vitiosè codices pro ἁλισκόμεθα, ἀλισκόμεθα exhibent. Allusit eô Joannes ὁ Χρυσόστομος in *ad Corinth. Epist. 1. Orat. 38.* Εἶδες, ὡς πάντων οὐδὲν ἀσθενέστερον; καὶ πῶς τοῖς οἰκείοις ἁλίσκεται πτεροῖς, καὶ οὐ δεῖται τῆς ἔξωθεν μάχης, ἀλλ' ἑαυτῇ περιπείρεται; *Vides ne, qam nihil errore sit imbecillius? atqe propriis capiatur pennis, nec oppugnatione aliena opus habeat, sed à semetipso transfigatur.* Allusit eodem & Libanius *Orat. 3. panegyrica Constantio & Constanti dicta. pag. 106. A.* Καὶ περιέστηκέ τι τῆς παροιμίας, αὐτὸν τοῖς οἰκείοις βουλεύμασιν ἁλισκόμενον. *Ut constiterit adagii effectus, cum auctor suis consiliis caperetur.* Avtor deniqe innominatus à Svidâ lavdatus in verbo Πάγαις. Καὶ ἦν δή πως τὸ τοῦ Αἰσχύλου, τοῖς ἑαυτοῦ πτεροῖς περιπεσὼν, καὶ ἐνσχεθεὶς ταῖς πάγαις, ἃς ἄλλοις ὑφῆκε, τὴν ἐκ τοῦ νόμου δικαίως ἔτισε δίκην,

Τὰ δ' χων ὡς ἑτέρῳ τις, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.

Atqe hoc profectò est ut illud Æschyli dictum: in suas pennas incidit, & comprehensus laqeis, qos aliis clam posuerat, legitimas pœnas jure dedit.

Qi malum alteri parat, suo hepati parat.

pro ὑφῆκε, qod Porta vertit, *clam posuit*, malim ὕφηνε, contexuit. Sic enim Theodoretus dialog. c. 24. Ἑάλως, οἷς ὕφηνας, ἀρκυσι. *Captus es eis, qos ipse contexueras, retibus.* Qod Hieronymus *adv. Pelagian. Dum nescis, proprio laqeo captus es.* At Psaltes Hymno 35. v. 8. Ἡ θήρα ἣν ἔκρυψε, συλλαβέτω αὐτόν. *Prehendat eum rete, qod clam posuit.* Et Jason Siracides c. 27. v. 26. Ὁ ὀρύσσων βόθρον, εἰς αὐτὸν ἐμπεσεῖται· καὶ ὁ ἱστῶν παγίδα, ἐν αὐτῇ ἁλώσεται. *Qi fodit foveam, in eandem incidet: qiqe laqeum statuit, eodem prehendetur.* Qod Psaltes Hymn. 9. 15. *Demersæ sunt gentes in foveam, qam fecerant:* (cujus dicti gratiam corrupere Græci dum שחת pro *fovea* διαφθορὰν i. *corruptionem* verterunt) ἐν παγίδι ταύτῃ, ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πὸυς αὐτῶν. *In laqeo, qem absconderant, pes ipsorum captus est.* Et mox explicans, qod est prius ænigmaticè dictum; *Manuum suarum opere illaqeatus est improbus*, uti Hymn. 141. v. 10. ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῶν, *in retejaculum suum ipsi cadant, dum ego cum meis evado.* Et Hymn. 10. v. 2. *Capiantur in machinamentis, qæ comminiscuntur ipsi.* Qum tamen Hymno 57. v. 7. *Rete aptarunt pedibus meis: foveam foderunt, in qam ipsi ceciderunt.* Rectiùs, βόθρον reddiderint. Accipio pariter, qod Hymno 7. v. 15. Græcus sic expressit, Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτόν· καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. Qanqam malim, cum Latino vetere, tempore præterito conceptam clavsulam novissimam. *Lacum aperuit & effodit eum; & incidit in foveam qam ipse fecit.* Nam qæ V. C. Junius hic arguatur, de insidiatore se in foveam, ubi delitescat, demittente, nevtiqam placent: præter Grammaticam ipsam, qam is frustra obtendit, seqentia firmant; *Redibit molestia ejus in caput ipsius, & in verticem ipsius descensura iniqitas ejus.* Qod illic *Hercul. Fur. 3. 2.*

—— *Repetit avtorem scelus.*

Sic Parœmiarum c. 26. v. 27. Ὁ ὀρύσσων βόθρον, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν· ὁ δὲ κυλίων λίθον, ἐφ' ἑαυτὸν κυλίει. *Qi foveam fodit, in eandem incidet, qiqe lapidem volvit, in eundem revertetur.* Qæ & eadem cum aliis ejusdem mentis habes denuò repetita, Eccles. c. 10. v. 8. hæc avtem omnia exitium damnumve aliis machinanti, paria planè minitantur. Qod idem aliter designant Hebræi doctores in *Gemara*, di-

A verbio illo; נגרא בסיגאו יתיב מדיל ידיה משתלים *Faber in cippo sedet qem suâ manu fecit.* Refert Drusius *decur. 1. adag. 4.* Cui finitimum illud Avsonii,

— *Sic vetus verbum jubet,*

Compedes qas ipse fecit, ipsus ut gestet faber.

Sed & illud Talmudicum, qod ex Masichta *Pesach*, & *Jalcut*, Buxtorfius junior in *Florilegio* exhibet, גיראה בגרה פקטיל מדיל ידיה פטולים *Sagittarius eâ ipsâ sagittâ interficitur, qa manu ipsius confecta est.* Nec secus accipiendum Hesiodi illud.

B Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Qod malè vertunt,

Malum consilium consultori pessimum.

(Nam ex Hesiodi Græco expretium hoc vult Gellius *Noct. Attic. l. 4. c. 5.*) qum Ἡ κακὴ βουλὴ sit ἡ ἐπιβουλὴ; ὁ βουλεύσας, ὁ ἐπιβουλεύσας. Itaqe vertendum potius fuerit,

Insidiæ sunt insidiatori pessimæ;

vel,

Malum consilium, ei qi concepit pessimum.

Qod primus advertit Vir illustrissimus, narisqe exqisitissimæ D. Daniel Heinsius: firmat qod proximè præcesserat,
C & ab isto perperam divellitur,

Ὁ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ τεύχων,

Sibi ipsi mala molitur vir, alteri illa moliens.

Ὁ βουλεύσας est ὁ κακὰ τεύχων, *qi malum molitur, machinatur.* Itaqe havd ab avtoris mente discessit Grotius, qum apud Plutarchum *de Poet. avdiend.* sic reddidit,

Res mala, qæ struitur, structori pessima res est.

Tragicus incertus apud Ciceronem *Tuscul. l. 2.*

— *qi alteri exitium parat,*

D *Eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem.*

M. Seneca *controvers. l. 10. præfat. Dii magna exempla in caput inventorum vergerunt; ut justissima patiendi vice, qod qisqe alieno excogitavit malo, sæpe excipiat suo.* Sic Perillus, an Perilaus, tavrum æneum, qem ad aliorum cruciatum excogitaverat, tyranni, cui obtulerat, jussu 1 primus expertus est. Vide Luciani *Phalaridem* 1. Hamanqe in patibulo suspensus, qod ad Mardocheum tollendum erexerat ipse. Ester, c. 7. v. 10. qæqe in gentis Judaicæ perni-
E ciem agitarat consilia, in domus propriæ exitium redundaverunt. Meritò,

— *Neqe enim lex justior ulla est,*

Qam necis artifices arte perire suâ.

Naso Artis. *l. 1.*

Cæterum de dicti sive diverbii illius avtore, cujus occasione ista disservimus, constare satis arbitror. Proverbialia duo adjiciemus, qorum natales in abscondito magis delitescunt, cum avtorum usu celebritatem aliqam acqisiverint. Horum prius illud fuerit,

F Ὡς οὐκ ἀπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

Ut qi non prior incipiam, sed me vindicem.

Zenobius enim *Collectan. cent. 6. adag. 51.* ex Menandri *Olynthia* sumptum refert. At Svidas vult esse ex Chæremonis *Thersite. Achille Θερσιτοκτόνῳ*, Grotius in *Excerptis*, in qibus alibi tamen ad Menandri *Olynthiam*, alibi & ad Aristarchum tragicum refert. Et novissimo huic certè Athenæus *l. 13.* tribuit. Sic enim ibi Myrtilus, post Cynicam sectam aceto multo perfusam, Ἐγὼ δὲ κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον τὸν τραγικὸν ποιητὴν,

G Τάδ' οὐκ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

Usurpavit & Demosthenes, an qis alius, *Orat. adv. Neæram*; apud qem & senarius alter, indidem, opinor, sumptus, adjicitur;

Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος,

Ἀγωνίζομαι τὸν ἀγῶνα τουτονί.

Clavdicat qidem versiculus posterior; sed particulâ unicâ intersitâ erigi poterit, si τὸν γ' vel τόνδ' etiam, legatur;

Non altero ceptans itaqe sed me me vindicans,

Certamen istud certaturus ipse sum.

Isocrates *de Pace*: Οὐκ ἂν δικαίως ἐγκαλοῖμεν, ὅτι χαλεπῶς πρὸς ὑμᾶς (ἡμᾶς f.) διατίθενται· οὐ γὰρ ὑπάρχοντες, ἀλλ' ἀμυνόμενοι, καὶ πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντες, ταύτην γνώμην ἔχουσι περὶ ἡμᾶς. *Neqe jure illos accusare possumus, qod ad-*

 versus

versus nos durius affecti fuerint: neqe enim priores nos injuriâ A *afficientes, sed à nobis illatam vindicantes, cum mala multa graviaqe perpessi essent, ita erga nos animati esse ceperant.* Et apud Procopium *Vandalic. l.* 2. Belisarius. Ἔχομεν δὲ καὶ παραψυχὴν τῆνδε, ὅτι γε (ὥστε γε, al. sed legendum ὥς γε) οὐ τῆς μάχης ἄρχοντος αὐτοί, ἀλλ' ἀμυνόμενοι ἐς τὸν κίνδυνον καθεστήκαμεν. *Hujusce verò mali solatium istud habemus, qod non in pugnam ceptantes, sed nos vindicantes in discrimine isthoc sumus constituti.* Verum, cum παροιμιῶδες istud usuqe tritum fuerit, qin apud varios scriptores deprehendatur, ecqid obstat? Ejusdem sunt certè commatis & Terentiana B in Prolog. Phorm. v. 19. illa,

Hic respondere voluit, non lacessere.

& Prol. Eun. 6.

Responsum, non dictum, illi qia lesit prior,

Alterum qod volumus diverbium illud est,

Καλὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαῖαι φρένες.

(ita Grotius in *Excerptis* exhibet) siqidem Svidas ait esse ex Menandri *Sicyonio*, (Sicyoniâ mavult Grotius) apud qem, qod & literarum series confirmat, legitur.

C Κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαῖαι φρένες.

qo modo & Diogenianus *adag.* 589.

Κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλίᾳ φρένες.

qod postremum in vitio cubare, ex Svidæ codicibus emendandum, nihil ambigo. At Stobæus *tom.* 2. *tit.* 1. ex Philemonis *Enchiridio* citat: nec scripturam qod attinet, à Svidâ discedit. qo modo nec in *Florilegio* Grotius, ubi vertit,

Vultus minatur, pavida mens intus sedet.

cum alibi reddat,

D *Egregia facies, intus mens miserabilis.*

Proverbialiter usurpatum monent parœmiographi: sed in qam partem nihil dicunt, itaqe de lectione incertos se dimittunt. Si καλὴ legatur, in eos torqeri poterit, qi sunt *pelle nitidi, introrsum turpes*, ut Flaccus *serm. l.*2. *Sat.* 1. sive ut idem *l.*1. *Ep.*17.

Introrsum turpes, speciosi pelle decorâ.

qibus potest aptari & Sopatris illud *Oreste*, apud Athenæum *l.* 6.

Σαπρὸν σίλουρον ἀργυροῦς πίναξ ἔχει.

E *Putrem exhibet discus silurum argenteus.*

& qod à Diogene dictum in spurci sermonis formosum adolescentem

Ἐν ἐλεφαντίνῳ κολεῷ μολιβδίνη μάχαιρα.

In vagina eburnea, sica plumbea:

qæ nullis nempe usui. qi & idem, Maximo teste *Collect.* 44. Τοὺς εὐειδεῖς καὶ ἀπαιδεύτους, ὁμοίους εἶναι ἀλαβάστροις ὄξος ἔχουσιν, *specie liberali, sed ingenio inscito homines, similes ajebat alabastris, qæ* (unguenti scilicet loco) *vappam habeant, avt acetum.* nec abit procul, qod Menandro tribuitur, ab Antonio *Melissa* l.1. c.60. & in *certamine Men. &* F *Philem.*

Ἂν καλὸν ἔχῃ τις σῶμα καὶ ψυχὴν κακήν,
Καλὴν ἔχει ναῦν, καὶ κυβερνήτην κακόν.
Si cui decoro in corpore mens habitat mala,
Navis bona est huic, sed gubernator malus.

Tales avtem non pavcos esse, λαμπροὺς μὲν ἰδεῖν, μεμπτοὺς δὲ φρενῶν, (ut Evstathius in *Iliad.* γ.) monet Seleniæ comici illud, apud Stobæum *tom.*2. *c.*2. Anton. *l.* 2. *c.* 79. & Maxim. *c.*63.

G Πολλοῖσι θνητῶν ἡ μὲν ὄψις εὐγενής,
Ὁ νοῦς δ' ἐν αὐτῇ δυσγενὴς εὑρίσκεται.
Multos videre est oris ingenui & probi;
Sed qeis in animo liberale sit nihil.

In qos, inqit Commentator ille, adhiberi potest Homericum illud, qo Antinoum Ulysses sic affatur *Odyss.* ρ. v. 455.

Ὢ πόποι, οὐκ ἄρα σοί γ' ἐπὶ εἴδεϊ καὶ φρένες ἦσαν.
Prob dii, havd tibi pro facie mens suppetit.

qodqe idem de Evryalo, *Odyss.* θ. v.176.

Σοὶ εἶδος μὲν ἀριπρεπές, —
— νόον δ' ἀποφώλιος ἐσσί.
Species tibi qidem decora, —
— *mente vero imperitus es,*

A & de Venere maritus, *ibid.* v. 320.

Εἶδος μὲν καλή, — ἀτὰρ οὐκ ἐχέθυμος.
Mente vacas, formâ insignis ——

qomodo Theocritus *Idyll.* 23.

Τὰν μορφὰν ἀγαθός, τὸ δὲ τρόπον οὐκ ἔτ' ὅμοιος.

sive ut Heinsius legi postulat, οὐκ ἐν ὁμοίῳ.

Pulchra qidem facies, sed mores havd similes huic.

Inde concludit, Ὄνειδος εἶναι εἶδος καλὸν ψυχῇ μὴ ὁμοιούμενον· *dedecori existere speciem decoram, cui mens pariter non respondeat.* Proinde Evripides *Chrysippo*,

B Δύσμορφος εἴην μᾶλλον, ἢ καλὸς κακός·
Turpem esse præstat ore, qam pulchrum & malum.

Siqidem ut idem *Oedipo*, (utrumqe Stobæus exhibet *tom.* 2. *tit.*66.)

—— οὐδὲν τι τῆς εὐμορφίας
Ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ.
—— *nil decus forma juvat,*
Si pulcher absit animus & recta indoles.

Arridet ergo satis viri Cl. emendatio, ut καλὴ legatur; & Nirei similes tangantur, qi

C — κάλλιστος μὲν ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν·
Ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἔην, — *Il.* β. v.673.
— *qi pulcherrimus vir ad Ilium venit,*
Sed imbellis erat.

Et Paridi, cui Il. γ. v. 45.

Εἶδος καλὸν ἔ[illegible], ἀλλ' οὐκ ἔστι βίη, οὐδέ τις ἀλκή.
Cui venusta species inest: sed non est vis, neqe ullum robur.

qi scilicet venusti plurimum, strenui nihil habent.

Hæreo tamen: qia tanto consensu codices, & aviorum D etiam variorum, κακὴ repræsentant. Fieri itaqe potest, ut qod comicorum illorum alter de formoso, sed ignavo dixerat, per jocum alter παρῳδήσας, de deformi aliqo extulerit: qo modo Stratonicus illud, ex Homeri *Iliad.* π. v.250. arreptum, in musicum imperitum intorsit,

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε·
κακῶς μὲν κιθαρίζειν ἔδωκεν, ᾄδειν δὲ καλῶς ἀνένευσεν.
Huic pater alterum dedit, alterum abnuit:
malè qidem citharam pulsare dedit, bene avtem cantare abnuit.

E Refert *dipnosoph. lib.*8. Athenæus. Tale qiddam & Antonii scomma, qi de foro suo qid videretur sciscitantibus Megarensibus, respondit, Μικρὸν μέν, σαπρὸν δέ. *Exiguum qidem, verum putidum est.* Plutarchus *Anton.* & de Nicarcho apud Aristophanem *Acharnens.* Dicæopolis,

Μικρός γε μῆκος οὗτος, ἀλλ' ἅπαν κακόν.
Staturâ parvus iste; sed totus malus.

Ita fuerit,

Κακὴ μὲν ὄψις· ἐν δὲ δειλαῖαι φρένες.
Facie qidem deformis; sed corde pavido.

F Cujusmodi dicteria eo sunt festiviora, qia contra id qod expectabatur, exiguntur. Cum enim Antonius forum Megaricum havd magnum qidem esse dixisset, expectabatur aliqid, qod aliâ tamen ratione commendaret, puta, nitidum esse avt illustre, at ille putidum esse adjecit. & de Nicarcho cum alter staturâ qidem brevem dixisset, expectari poterat, ut alter, probum tamen strenuumve prædicaret, at ille pessimum esse subjunxit. Perinde comicus, cum ὄψιν μὲν κακήν, hominem, qem deridendum propinare in animo habuit, facie qidem minus decorâ dixisset; G spem dedit subjuncturum aliqid, qod animi magnitudinem generositatemqe prædicaret, qale Xenophontis illud, de Chrysanthe, ἀνὴρ οὔτε μέγας, οὔτε ἰσχυρὸς ἰδεῖν, φρονήσει δὲ διαφέρων, *vir nec magnus, nec visu validus, sed prudentiâ singulari;* avt qale Homeri de Tydeo illud,

— μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής,
Corporis qidem mole exiguus erat, sed bellator tamen strenuus.

at ille præter expectationem adjecit, qod hominem altius deprimeret acriusqe admorderet, animum corpori, faciei geminam esse mentem, nec manu promptum & corde meticulosum existere. Adjiciam, qod dum ista mecum agito, mens interea suggerit. Posse utiqe fieri, ut apud comicum, qisqis is fuerit, ὄψις κακή, faciem Medusæam

tetram

terram trucemque designat; qæ promittat atrocem animum, qæqe aspectu solo fortibus etiam atqe animosis formidinem incutiat, cum ingenio tamen pavido & meticuloso existat. in sumendo reddere licuerit, ut & ambiguo ludatur,

Formidolosa facies, meticulosa mens.

vel fusius licentiusqe paulo,

Formidolosa facies exterius se oggerit, dum meticulosa mens interius consider.

à qo non abscedit Grotii istud, qod supra posuimus. Verum de istis statuat qisqe, prout ipsi libitum fuerit. Πάνυ γὰρ ἀκριβῶς ὅτι μέγιστα τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα. *neqe enim in his posita sunt fortunæ Græciæ*; uti ex oratore summo *de corona*, Latinorum summus in *oratore consummato*.

CAPUT XIII.

Amor amorem exigit. Humanum divinus provocat. Qi diligit, negligi ægrè sustinet, Menandri in hanc mentem gnome vitiata, & à Grotio perperam reddita. Medea, *Euripidis an sit ambigitur. Apud fabulæ illius Scholiastem accentu mutato sedeqe moto, depravatum Euripidis dictum. Grotio id imposuit. Qi nec verba prout exhibentur expressit. Alios qosvis semetipsis amplius vereri plerosqe qerela communis. Pelagii Epistola in Hieronymi operibus. Ipsum se vereri maximè præceptum saluberrimum. Euripidis dictum ad ista nihil. De affectu agere, qo se qisqe præ aliis qibusvis prosequitur. Punctiuncula, aut literula, mutata, locove mota, viros magnos in fraudem illexit. Grotii in comici dicto de Hyperbolo lapsus.* Ostracismi *origo ac ratio qænam. qâ occasione sublatus.* Τὸ πραγεχθῆναι, ἀντὶ τοῦ πεπονθέναι. εὖ πράττειν, bene agere; *&*, κακῶς πράττειν, malè agere, *qid velint. Animus in malis demittendus. Malè agentibus non insultandum.* Τὸ παθεῖν, ἀντὶ τοῦ πράττειν, τί πάθω; *&*, τί πάθοις; *Miseris fælices, ægris sanos consulere, proclive. Præcipere, qam exeqi proclivius. Variorum in hanc mentem dicta. Philippi, an Philippidæ comici qædam, à Grotio parum rite reddita videri. è conjecturâ restituta & interstincta.* ἔργον *&* ἰδεῖν ἔργον, *qid. Euripidis dictum autori suo redditum. In prolem degenerem dicteria proverbialia.* ἄπεν κακόν, *&* ἄπεν ῥύπ⊕. *Eupolis aliter qam Grotio & Casaubono restitutus. Prolem se præstantiorem & pessimi volunt.* κρᾶσι *qid Atticis. Hippocratis filii. Eupolis à Grotio frustra solicitatus.* βληχητὰ pecudes. *vocabulum Stephani Thesauro adjiciendum. Scarus piscium solus ruminat.* βληχώδης pecuini. *Aristophanes mendo liberatus. Et in Aristophane, & in Galeno lapsus Junius. Stoicorum de anima ratione sententia. Galenus expletus & explicatus.*

NOs *Deum diligimus*, inqit Joannes Apostolus Ep. 1. c. 4. v. 19. *qia prior ipse dilexit nos. Nimisqe durus est animus*, inqit Augustinus, *de rudib. catechis. c. 4. qi dilectionem si nolebat impendere, nolit & rependere.* Exprobrat itaqe populo Judaico Deus Opt. Max. qod suo adversus eos affectui mutuum illi non reponerent. *Diligo vos*, inqit Malach. c. 1. v. 2. simul tacitè insinuans, non se pariter ab eis diligi. Et de Corinthiis conqeritur Paulus Apostolus, se *qo magis eos diligeret, eo minus ab ipsis diligi.* Ep. 2. c. 12. v. 15.

Qerelarum atqe exprobrationum istiusmodi rationem nobis suppeditat Menandri illud, qod à Plutarcho bis laudatum extat, in libello *de amicorum multitudine*, & in eo *de fraterno affectu.*

Οὐδεὶς γὰρ ἀγαπῶν αὐτὸν ἀμελεῖσθ' ἥδεται.

Nemo lubenter, ipse amans, fert negligi.

sive,

Nemo lubens negligitur, ipse diligens.

cui sententiolæ suffragatur Catonis illud minoris ad Munatium offensum, qod neglectim haberi videretur; Ὅτι κινδυνεύει τὸ λίαν φιλεῖν, ὡς φησι Θεόφραστ⊕, αἴτιον δὲ μισεῖν γίνεσθαι πολλάκις· ἐπεὶ καὶ σὺ τῷ μάλιστα φιλεῖν, ἧττον οἰόμεν⊕ ἢ προσήκει τιμᾶσθαι, χαλεπαίνεις. *Usu venit sæpe-*

A *numero, qod Theophrastus monuit, ut ex amore vehementiore odii occasio enascatur. qandoqidem & tu, qoniam impensè me diligis, minus qam par est à me haberi te opinatus, succenses*: narrat Plutarchus in Catone. Cæterum comici dicti gratiam, sed & modulum, corrupit V. C. D. Grotius, qum in *excerptis* suis, inter Menandriana exhibitum, sic immutavit,

Οὐδεὶς ἀγαπῶν ἑαυτὸν ἀμελεῖσθ' ἥδεται.

vertitqe,

Nemo sui amans, æqo animo fert se despici.

B Et rursus, supra posuisse oblitus, inter ἄδηλα καὶ ἀδέσποτα, ad metri moduliqe rationem propius, ad sensum mentemqe nihilo magis,

Ἀγαπῶν ἑαυτὸν οὐδεὶς ἀμελεῖσθ' ἥδεται.

Qi sese amat, non facile se fert negligi.

At Plutarchi utrobiqe adjuncta dissertatio sensum illum, qem dedimus, necessario exigit, istum neutiqam admittit.

Cæterum aliud è tragœdiâ *de amore sui* dictum, accentus sede immutatâ in codicibus depravatum, idem in

C *Excerpta* misit sua. Ea Euripidis *Bellerophonte* adducit ista Scholiastes ad ejusdem saltem, (nam vir eruditissimus Samuel Petitus in adversum contendit *Miscel. l. 3. c. 29.*) *Medeam.*

Ἐκεῖνο γὰρ πέπονθ', ὅπερ πάντες βροτοί·

Φιλῶν μάλιστ' ἐμαυτὸν οὐκ αἰσχύνομαι.

qod Grotius reddidit,

Mihi hoc qod aliis evenit mortalibus:

Minimum, inter omnes qos amo, noceo mihi.

at primò sententiam hanc verba qi ferant, non video: pro-

D ut exhibentur, vertendum potius videatur,

Minimum, inter omnes, qos amo, me revereor.

Et hoc in plerisqe vitium notat, Imperatorum decus ille, M. Antoninus in *Commentariis suis*, *l. 12. Sect. 4.* Πολλάκις ἐθαύμασα, πῶς ἑαυτὸν μὲν ἕκαστ⊕ μᾶλλον πάντων φιλεῖ, τὴν δὲ ἑαυτοῦ περὶ αὑτοῦ ὑπόληψιν ἐν ἐλάττονι λόγῳ τίθεται, ἢ τὴν τῶν ἄλλων. *Animum sæpenumero mihi subit mirari, qî fiat, ut cum unusqisqe omnium maximè sese diligat, aliorum tamen de se existimationem pluris faciat qam suam.* Istud autem familiari qidem, sed efficaci admodum argumento confirmat.

E Si qis, inqit, à nobis Deus vel magister qispiam exegerit, nihil ut apud nos cogitemus animoqe versemus, qod non in publicum statim efferemus, ne ad diem qidem, nedum vitæ totius spatium, istud sustineremus. οὕτω τοὺς πέλας μᾶλλον αἰδούμεθα, ἢ ἑαυτούς. *Ita alios magis qam nos ipsi veremur.* Plinius minor *Epist. 20. l. 3.* *Nam qoto cuiqe eadem honestatis cura secreto, qæ palam? multi famam, pauci conscientiam verentur.* Qô & illa, in *Epistolâ ad Demetriadem virginem* inscriptâ, Pelagii (hujus enim esse docent, qæ inter Hieronymi opera habetur, Augustinus *de grat. Chri-*

F *sti. l. 2. c. 37.* & Orosius in *Apologetico*) qerela: *Non cogitemus qid ipsi simus, sed qid alteris esse videamur. unde eo perducta res est, neglectâ veritate meriti, de solâ opinione curemus, qi testimonium vitæ nostræ, non à conscientia nostra, sed à fama petimus.* Nec dispar Bernardi qerimonia illa *de gradib. humil. & superb. part. 2. grad. 6.* *Qi de omni aliâ re plus sibi credit qam aliis, de se solo plus aliis credit qam sibi.* Huic verò adversatur ex diametro Catonis monitum illud apud Stobæum *tom. 2. tit. 31.* Μάλιστα δὲ νόμιζε δεῖν ἕκαστον αἰδεῖσθαι ἑαυτόν. *Hoc apud te statuas, unumcujusqe esse, sese maximè*

G *vereri.* qod à Democrito forsan accepit ille, cujus istud ibidem. Μάθε δὲ πολὺ μᾶλλον τῶν ἄλλων σεαυτὸν αἰσχύνεσθαι. *Disce te multo magis vereri qam alium qenqam.* Ex *tit. 46.* Μηδέν τι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους αἰδεῖσθαι ἑαυτοῦ. *Nulla in re alios magis qam se vereri.* Theophrastus item, Αἰδοῦ σεαυτὸν, καὶ ἄλλον οὐκ αἰσχυνθήσῃ. *Temet verere, nec alium qenqam vereberis.* Eumqe secutus Musonius; Αἰδοῖο πάντων ἄξι⊕ ἔσῃ, ἐὰν πρῶτον ἄρξῃς σεαυτὸν αἰδεῖσθαι. *Reverentiam apud qosvis obtinebis, si ipse te primo loco reveritus fueris.* At contra Diphilus, si Stobæo, Philistio, si Maximo c. 40. referenti, fidea:

Ὅστις γὰρ αὐτὸς αὑτὸν οὐκ αἰσχύνεται

Συνειδόθ' αὑτῷ φαῦλα διαπεπραγμένῳ,

Πῶς τόν γε μηδὲν εἰδότ' αἰσχυνθήσεται;

Qi

Qi non veretur ipse semet, conscius
Sibi mali facinoris qod commiserit,
Hic qomodo alios nescios verebitur?

Verum hoc ille, ubi nil palam fuerit, nil in publicum prodierit.

Atqe hæc sententia fuerit dicti Evripidei, si lectio recepta admittatur, sed qam ego nullo modo probem. neqe enim inter eos qos amet, hoc sensu si ceperimus, se poneret, sed ab amicis disterminaret potius; nec ab his solum, sed ab aliis qibusvis; qisqis id dixerat. Ita accentu tantum sollicitato, sensu proclivi, sic legendum, nullus ambigo,

Φιλῶν μάλιϛ' ἐμαυτόν, οὐκ αἰσχύνομαι.
Amare memet maximè, non me pudet.

lectionem hanc non confirmant tantum, sed exigunt ipsa tragici verba, ad qæ illustranda ista adducta sunt.

Τί δ' οὐχὶ θνητῶν ἄρτι γιγνώσκεις τόδε,
Ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ;

qod Grotius vertit,

Adeone morem seculi ignoras, sibi
Ut qisqe cupiat esse melius, qam alteri.

malim,

Mortalium ecqis omnino hoc est nescius,
Qod nemo qenqam diligit semet magis.

notus est senarius,

Φιλεῖ δ' ἑαυτὸν πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.

Accentus, uti vidimus, loco motus; literula qoqe non animadversa, viros etiam magnos in errorem qandoqe perpulit. ei rei documentum ex *Excerptis* eisdem dabimus. Plato comicus de Hyperbolo per ostracismum ejecto, hæc habet à Plutarcho in *Niciâ pag.* 530. *E.* & in *Alcibiade pag.* 197. *B.* exhibita.

Καί τοι πέπραχε, τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
Αὑτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια.
Οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστραχ' εὑρέθη.

ubi vir doctissimus, cum pro καί τοι, καὶ τί legendum censeret, sic vertit,

Qid ille fecit dignum rectis moribus,
Qid verò indignum sese & punctorum notis?
In tales homines non reperta est testula.

cum vertendum potius esset,

At ille dignum est moribus passus suis,
Nec se notisqe punctorum dignum tamen.

hoc vult comicus, dignum qidem moribus suis supplicium tulisse Hyperbolum, hominem facinorosum, qod Alcibiadis Niciæqe conspiratione, qo uterqe malum illud à proprio devolveret capite, civitate ejectus fuerit; indignum tamen, qod tam vilis & infimæ sortis homuncio, tam nobilem splendidamqe censuram subierit, qæ honori magis illi qam dedecori futura esset; cum ostracismus ille adversus eos institutus fuisset, qi in civitate nimium pollere & præcellere viderentur. Firmat Plutarchus, qi indignatum postea populum narrat, ὡς καθυβρισμένον τὸ πρᾶγμα ἦν, πρὸς ἄνδρα ἀνάξιον γεγονέναι νομίζοντας, *qod eam rem per hominem indignum arbitrarentur fœdatam.* qum enim viris eximiis, adversus qos repertus est, pœna qædam fuerit Hyperbolo τιμὴ potius καὶ προσποίησις ἀλαζονείας, *honorem & arrogantiæ occasionem* futurum. itaqe de cætero prorsus abrogavit. Refert & in Aristide *pag.* 322. *D.* avtor idem. Ne cui verò insolens videatur τὸ πεπραχέναι ἀντὶ τοῦ πεπονθέναι positum; nihil istud est novi. Observat enim V. Cl. Heinsius, ad illud Flacci *carm. lib.* 1. *Ode.* 3.

— Audax omnia perpeti
Mens humana ruit per vetitum nefas.

qo loco *omnia perpeti*, idem est planè, qod *qidlibet perpetrare*: *Græcos consvetudine loqendi usitatâ passionem cum actione confundere.* & notionis utriusqe vocabula promiscuè usurpare. Sic εὖ πράττειν dicunt *bene agere*, pro bene ac fæliciter affectum esse, prosperâ uti fortunâ; & inde εὐπραγία pro *fælicitate*. & κακῶς πράττειν, *malè agere*, pro *malè se habere*, *malo affici*. Ita in senario illo, à Plutarcho in *de Poetis legendis* lavdato,

Μικρὸν φρονεῖν δεῖ κακῶς πεπραγότα.
Demittere animum debet is, qem sors premit.

A Inqe Democratis illis apud Plutarchum in *monitis politicis*: Οὐκ ἂν βουλοίμην κακῶς οὕτω πεπραχέναι τὴν πόλιν, ὥστε καὶ ἐμοῦ συμβούλου δεῖσθαι ὑμᾶς αἰτεῖν. *Nolim ego civitatem tam malè agere*, sive eò angustiarum redigi, *ut me consulentem avdire velitis.* & in Evripideis illis, non ex *Andromachâ*, ut codices Stobæani exhibent, *tom.* 2. *tit.* 113. ubi frustra qæras; sed ex *Andromedâ*, uti docet Ammonius, *de vocabul. different.*

Ταῖς συμφοραῖς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων (— χρῶνται Am.)
B Οὐ πώποθ' ὕβρισ', αὐτὸς ὀρρωδῶν παθεῖν.
Malè nunqam agentis insultabam miseriis;
Ne paria paterer ipse, formidans, mala.

Illis item ex Æschyli *Prometheo vincto*;

Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς
Πράσσοντας, —
Perfacile est, si qis ipse ab ærumnis vacet;
Salubria dare ac fortia malè agentibus
Præcepta monitaqe.

C Qod Pedo *in obitum Drusi*,

— qam facile est,
Alterius luctu fortia verba loqi.

In qibus κακῶς πράττειν, idem est, qod ἀθλίως πράττειν Evripidi in *Herc. Fur.*

Ἄναξ, διώκεις μ' ἀθλίως πεπραγότα;
Qid miserè agentem me male ita persegere, rex?

Et πέπραχε pariter comico Philosopho cognomini, non *fecit*, sed *perpessus est*. Pari avtem ratione & τὸ παθεῖν vicissim ἀντὶ τοῦ πράττειν usurpatum deprehendere licet. Ut
D mittam tritum illud, Τί γὰρ πάθω, &, τί γὰρ πάθῃ τις; *Qid enim faciam?* &, *Qid fecerit qis?* Unde Marcus Imperator, qod *Comment. l.* 10. *Sect.* 30. τί γὰρ ποιεῖ; idem *l.* 12. *Sect.* 12. τί γὰρ πάθῃ; dixit. Demosthenes Heinsio lavdatus, παθεῖν ἀβέλτερόν τι dixit, pro, *stultum qid agere*. De Isocrate Longinus *de sublimit. c.* 33. παιδὸς πρᾶγμα ἔπαθεν· *Rem puerilem egit*, admisit. Ita ceperim in illis Philippi, (prout Gesnerus habet & Grotius in *Excerptis*) an Philippidæ, (prout Grotius idem in *Florilegio*) ex *Olynthiâ*, qæ Stobæus habet *ibidem tit.* 114. Æschyleis illis mente ge-
E minis;

Οὐ χαλεπόν ἐστι τῷ κακῶς διακειμένῳ
Εἰπεῖν τι' εὐθενοῦντα, Μὴ κακῶς ἔχε·
Πύκτῃ τ' ἐπιτιμᾷν, οὐδὲν ἔργον μαχομένῳ·
Αὐτὸν δὲ μάχεσθαι, οὐκ ἔτ' ἐστὶ ῥᾴδιον.
Ἕτερόν τι δὲ λέγειν ἐστὶ τὸ παθεῖν.
Sanè havd difficile est ægrotanti dicere
Vegetum valentem, ne tam te habeas molliter:
Et castigare pugilem, cum à pugna vaces.
At ipsum depugnare non aqè est facil.
F *Aliud differere est; aliud rem sentiscere.*

Grotius.

Ego pro εὐθενοῦντα, qod hic concoqere non possum, malim εὖ ἔχοντα, *bene habentem*, sive, *bene sese habentem*; & in senarii novissimi versione, *aliud rem ipsam exeqi*: qin & illud in senario tertio, οὐδὲν ἔργον μαχομένῳ, nolim vertere, *cum à pugnâ vaces*; acsi ad reprehensorem ea pertineant, cum ad pugilem spectent. Sic itaqe interstingvo,

Πύκτῃ τ' ἐπιτιμᾷν, οὐδὲν ἔργον, μαχομένῳ,

Vertoqe,

G *Nec increpare pugilem pugnantem arduum est.*

ἔργον ἐστὶ, *arduum est*, Aristot. *Rhet. l.* 3. *c.* 5. Et, οὐδὲν ἔργον, *nihil ardui est*. Idem voluit comicus, qod Philemon in *subsessore*, sub titulo proximo, ad qem & illa pertinent, adductus;

Χαλεπὸν τὸ ποιεῖν· τὸ δὲ κελεῦσαι ῥᾴδιον.
Jubere facile est; facile non est exeqi.

Et qod ibidem, tanqam *incerti avtoris*, prostat; qum sit ex Evripidis *Alceſtide*,

Ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν.
Præcipere multo est facilius, qam perpeti.

Evripidis istud respexit Cicero, in Dionis Cassii *Hist. l.* 38. verbis illis; Πάνυ καλῶς εἴρηται, ὅτι ῥᾷον παραινεῖν ἑτέροις ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερεῖν. Philippi, an Philippi-

lippidæ, de ægrotantibus illud sic expressit Terentius *Andr. 2. 1.*

Facile omnes, quum valemus, recta consilia ægrotis damus.

qod apud Menandrum forsan senario illo, qi huic tribuitur, conceptum repererat,

Ὑγιὴς νοσοῦντι ῥᾷστα πᾶς τις νουθετεῖ.

Facile ægrotantem castigat qvis valens.

De pugilibus affine est Hieronymi in *apologiâ* pro libris adversus Jovinianum scriptis: *Delicatâ doctrina est, pugnanti ictus dictare de muro: & cum ipse ungventis delibutus sis, cruentum militem accusare formidinis.* Hoc est, qod *Orat. in Basilium* Gregorius Stasimorum Episcopus, ἡνιόχων καταφρονεῖν confidentes avrigari. Et qod Æmylius apud Livium *Hist. l. 44.* è terra gubernare, sive navem regere, h. e. in spectaculo confidentem avrigæ, in terrâ consistentem ad clavum assidenti gubernatori dictare ac præcipere, qi cuttum ille, qi navem iste regat. Sed ad alia nos Adagialia transimus, postqam in ea delapsi fumus.

Παροιμιώδη in Græcorum scriptis sunt illa de eis qi à majorum suorum moribus degenerant, & *genus ingenio improbant*, ut Plautus, *Mercat. 5. 4.*

Ἡρώων παῖδες, πῆματ' ἄλλγχεα.

Virorum heroum filii, mala probra.

Et ex Lycophronis *Satyris*, referente Athenæo *l. 9.*

Πατρὸς κακίστου παῖδες ἐξωλέστατοι.

Proles parentis perditissima prastantissimi.

Sed & ex Gregorii Nazianzeni *carminibus*;

Αἴμαλ☉ ἐξ ἀγαθοῦ τις ἄπαν κακόν.

Pravus totus qis generoso sangvine cretus.

ἄπαν κακὸν, Aristophanem in *Acharn.* imitatus, eleganter dixit; qomodo ἅπαν ῥύπ☉, *nihil nisi sordes*, Theocritus *Idyll. 15. vers. 20.*

Patrem qendam cui liberi istiusmodi contigerant, de ptole suâ conqerentem induxit Evpolis in *Tribubus*. Verum versus cum viriati sint, in sensum alienum detorserunt interpretes. Apud Athenæum *l. 9.* sic exhibentur.

Οὐ δεινὸν ἦν κρείως μ' ἐκγενέσθαι τέκνα.

Ὄρνεις δ' ἐμοίως σφῷ τεοτέῳ τῷ πατρί.

Labem animadverterunt viri magni; sed medelam minus efficacem dederunt. Grotius, qo & metri ratio constet, & sensus etiam juvetur, in priori legit, μὴ μοὶ χεῖρον' in posteriore, δ' ὁμοίως. De neutro litigare animus est: qanqam in altero malim ἐμ' ἐκγονᾶν, ut à receptâ lectione minus recedatur, de altero liqere satis censeo. Vertit itaqe,

Nonne grave est partus qod me plus mei valent,
Gallina similes pullos cum pariat patri?

Et Grotio prior Dalechampius,

Estne molestum, præstantiores qam ego sim, me filios procreare,
Gallinas verò patri similes pullos?

Estne, pro *nonne est*, posuisse videtur. Atqi, ut de voce ipsâ nihil dicam, qà κρείως, ἀντὶ τῆ κρείσσους ἢ κρείττους, tanqam *præstantiores* significari nullo exemplô præsumunt qum κρείους, non κρείττας unde κρείως contractum sit, sed κρείοντας pariat; unde ὕπατε κρειόντων, *summe Regum*, Homero dictum Iliad. θ. v. 31. Qis unqam patrem etiam perditissimum, ac profligatissimum, avdivit conqerentem, filios suos sese meliores & præstantiores evasisse! Notum satis est tritum illud,

Etiam meretrix pudicam filiam volet.

qanto magis,

— pia mater
Plus qam se sapere, & virtutibus esse priorem
Vult prolem? —

Flaccus *l. 1. Epist. 18.*

Apud Salustium in *bello Jugurth.* Marius; *Si jam ex patribus Albini avt Bestiæ qari posset, mene, an illos ex se gigni maluerint; qid responsuros creditis, nisi, sese liberos qam optimos voluisse?* Qis non idem cum Hectore de filio votum conceperit? *Iliad. ζ. v. 479.*

Καί ποτέ τις εἴπῃσι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων.

Et olim qis dicat, & patre hic multo strenuior.

Rectè *ad Sidonium* Joannes Savarus; *Paterna pietas à filiis in honore vinci, victoriam ducit.* Sidonius ipse *l. 7. Ep. 9.* *Filiis comparatus pater, inde felicior incepit esse, qa vincitur.* Itaqe Symmachus *l. 4. Ep. 20.*

O te beatum, amice, si vinceris.

Clavdianus de *4. Coss. Honorii*;

Aspice, completur votum; jam natus adæqat
Te meritis, & qod magis est optabile, vincit.

Alcimus Avitus, *de lavde castitat. ad Fuscin. v. 103.*

Has generosa tamen si meme imitabere matres,
Gavdebunt vinci dum proficis. —

Hunc ergo sensum cum absonum & absurdum planè censet merito V. C. Casavbonus, nec qâ se expediret, ratio potior occurreret, novum qiddam commentus est. *Athenienses*, inqit, κρείως *vocabant conchas asperas: ita avtem videtur Evpolis adolescentem qendam appellâsse, à morum asperitate & insuavitate, ejus pater est, qi illa pronunciat.* Nolo tanti viri judicio detractum ire. Qod mihi magis probetur tamen, paucis indicabo, levi itaqe immutatione ego pro κρείως χεῖρω legendum censuerim; qomodo Archidamus apud Thucydidem, *l. 2. c. 52.* Δίκαιον ἦν ἡμᾶς μήτε τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, &c. *Æqum est igitur nos neqe patribus deteriores videri, &c.* vel etiam, si cui magis placuerit, ut tam voce qam sensu congrua fiat oratio, χεῖρον ἐμ' ἐκγονᾶν. Qanqam nihil obstat, qo minus χεῖρον cum τέκνα copuletur, Sic enim passim poetarum princeps, τέκνον φίλε; qod & Plutarchus in lib. *de Homer.* monuit. Iliad. χ. v. 84.

Τῶν μνῆσαι, φίλε τέκνον —
Horum reminiscere, chare fili.

Odyss. β. v. 363.

Τίπτε δέ τοι, φίλε τέκνον, ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα;
Cur vero tibi, chare fili, in mente hæc sententia.

Ibid. γ. v. 184.

Ὣς ἦλθον, φίλε τέκνον, ἀπευθής.
Sic veni, dilecte fili, inscius.

Et ο. v. 125.

Δῶρόν τοι καὶ ἐγώ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι.
Donum tibi & ego, fili dilecte, hoc do.

Et v. 508.

Πῇ γὰρ ἐγώ, φίλε τέκνον, ἴω; —
Qo enim ego, dilecte fili, ibo?

Sed & Anacreon, *Ode de Cupidine*:

— καὶ βέλ☉ μὲν
Ἐσορῶ φέροντα τόξον.
— *tunc puellum qidem*
Conspicor ferentem arcum.

qibus geminum & illud Marci c. 9. v. 20. Ἰδὼν αὐτὸν τὸ πνεῦμα. *Quum vidisset eum spiritus*, qasi esset ὁ δαίμων' sensu, non voce, congrua locutio. qod & Grotius adnotavit.

Sic ergo versus illos concipiendos avtumo.

Οὐ δεινὸν ἦν χεῖρον ἐμ' ἐκγονᾶν τέκνα,
Ὄρνεις δ' ὁμοίως σφῷ νεοσσοὺς τῷ πατρί.

emendationem firmant qos ex eâdem fabulâ adducunt Scholiastes ad Aristophanis *Nubes*, & Svidas in Τίθου. hisqe subjunctos fuisse nihil ambigo.

Ἱπποκράτους τε παῖδες ἐμβόλιμοί τινες,
Βληχητὰ τέκνα, κ' οὐδαμῶς τοῦ ☉ τρόπου.

Verto itaqe,

Non hoc grave est prolem pejorem me edere,
Gallina similes pullos cum partiat patri?
Hippocratisqe subditivi filii,
Pecuina proles sunt, nullisqe moribus.

In versu novissimo pro βληχητὰ, qod κύμμαλ☉ πονηροῦ suspicatus est esse, βληχρὰ substituit nobis Grotius: sed nihil id opus fuerat. βληχητὰ vox proba, & qæ Stephani Thesauro adjici possit, usurpat Ælianus *Histor. Animal. l. 1. c. 54.* qem & Svidas transcripsit in Σκάρ☉. Τὸν βληχητὸν μόνον ἀναμηρυκᾶν ἐκ τοῦ ἐσθίειν, ὥσπερ τὰ βληχητά. *E marinis scarum solum accepi cibum ad os revocare & ruminare, pecudum instar.* τὰ βληχητά, pecudes, oves, ἀπὸ τοῦ βληχᾶσθαι, à balando sic dicta, pro hominibus pecuinis, sive stupidis, stolidis, heb-

betibus abusus est comicus; qi & *σεσβατύδες* & *βλιτομαμμάδες* & *βληχώδεις* etiam eâdem ratione proverbialiter dicuntur. *βληχώδης, μωρὸς, σεσβᾶς ἢ τῶν ὁμοίων.* *Βληχώδης, stultus, ovibus mente similis.* Svidas. Erant avtem isti Hippocratis filii, qorum & nomina nobis Svidas exhibuit, *υἱεῖς τινὲς καὶ ἀπαίδευτοι, filii qidam, stolidi, stupidi, inertes*; eoqe nomine à comicis traducebantur; qod præter Svidam, & Scholiasten, etiam Galenus ipse testatur. De eis in *Nubibus* Aristophanes:

Τοὺς Ἱπποκράτους υἱεῖς εἴξεις, καί σε καλοῦσι βλιτομάμμαν.

B lego, *καὶ καλέσουσί σε*, licet Scholiastes aliter censeat. citat Hadrianus Junius *cent. 5. adag. 24.* sed malè vertit, *Hippocratis prolibus locum dabis*; sive, *Hippocratis liberis cedes.* qum sit potiùs, *Hippocratis filiis similis fies.* qin nec Galenum, qem horum etiam meminisse dictum, dextrè avt citavit avt cepit vir Cl. *Ἱπποκράτους υἱεῖς*, inqit Galenus, *ἐπὶ μωρίᾳ σκώπτουσιν οἱ κωμικοὶ διὰ τὴν ἄμετρον θερμήν.* qod ille reddidit: *Hippocratis filios stultitia nomine rident comici ob immoderatum calorem.* Verum fefellit hominem, licet perspicacem admodum, & qi aliorum errata deprehendit, C & redarguit havd pavca, partim locus parum integer, partim contextus series minus animadversa. Locus extat in libello, qo medicorum princeps ille demonstrare conatur, *Animi mores corporis temperamentum seqi. cap. 4.* Eô loci Stoicorum dogma proponit de animæ naturâ. *Ὡς ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία, ἐκ ποιᾶς κράσεως ἀέρος τε καὶ πυρὸς γίνεται· καὶ συνετὸς μὲν ὁ Χρύσιππος διὰ τὴν τούτων εὔκρατον μίξιν· οἱ δὲ Ἱπποκράτους υἱεῖς, οὓς ἐπὶ μωρίᾳ σκώπτουσιν οἱ κωμικοί, διὰ τὴν ἄμετρον θερμήν.* Supplendum, *ἀσύνετοι*, scilicet *ἐγένοντο.* *Qod anima natura temperaturâ qadam aeris ignisqe consistat: qodqe ob temperatam bene utriusqe hujus commixtionem Chrysippus intelligens extiterit, Hippocratis verò filii, qos stultitia nomine perstringunt comici, ob immodicum calorem stupidi evaserint.* Non hoc ergò vult Galenus, ob calorem immodicum perstrictos fuisse Hippocratis filios; verum à temperamento inæqali, ex Stoicorum sententiâ stolidos stupidosqe evasisse; stuporis porrò stoliditatisqe nomine à scenicis illis divexatos. Ita ex Galeno emendato caput hoc exorsi, in eundem denuò expletum explicatumqe concludimus.

CAPUT XIV.

Anima sicca sapientissima; *Heracliti dictum. Variùs id usurpatum, variè prolatum, variè depravatum. Scriptura mensqe genuina, Stobæo exhibita. Eustathius qi usus sit. Diogenis in athletas dicterium, apud hunc mutilum. Athleta ἀναίσθητοι, qare. Λίθινοι καὶ ἠλίθιοι, idem. Aristoteli ab Erasmo, qod Aristonis est, tributum. Ventre crasso, mens havd subtilis. Plutarchi in* Romulo *dissertatio præclara, illustrata, expleta, emaculata. Idem indidem in* consolat. ad Apollon. *emendatus. Anima exhalatio, eaqe à sangvine, qibus habita. Humidam ægrè sursum ferri. Plutarchi locus alter tentatus; aliter qam Mercuriali visum constitutus. Restitutus ejusdem locus tertius, miserè depravatus. Galenus tentatus. Ὗς Βοιωτία.* Hyantes, *Βοιωτικόν, ὑωμισία. Cratinus ex conjecturâ, iterum emendatus. Πίζα, & πυζοφόροι, qid. Χρύπυζα, & χειμίζαι sculponea. Hesychius emaculatus: χειμιζοφόροι Βοιωτοί.* Vervecum *&* vervium patria, *Bœotia.* Boum avres *Bœotiis.* *ξηροὶ*, sicci; *pro sobrius. Scaliger in Pindaro lapsus. Αὐγὴ ξηρὴ, mendosum. Galenus aliter restitutus, qam Junio, avt Xylandro. Bootii supplementum. Αὔη, qid. Erotianus, an Erotionus,* Lexicon Hippocraticum. *Sedera intelligentiâ prædita, Stoicis, Judæorum magistris. Galenus denuò emendatus. Clementi medela facta. Musonius aliter Gelenio, qam Gesnero restitutus. Synesius Junio frustra tentatus. Regionis affectus sagacitatem ab Heraclito tribui, Philoni visum. Λεπτόγεως Attica. πόλις, pro regione.* Crassus aer *Bœotis. αὔη genuinum: αὐγὴ, & αὖ γῆ, spuria. ξηρὴ, exegeticum, avt superfluum: ὑγρὴ, ambiguum.*

A CUi non dictus Hylas? cui non in ore, avt in scripto Heracliti illud, *Αὔη ψυχὴ σοφωτάτη· Anima sicca sapientissima.* Qod dictum cum celebratissimum fuerit, à variis variè tum enunciatum, tum & depravatum offenditur. Eo, qo exhibuimus, modo ab avtore primo conceptum, eoqe qem dedimus, sensu prolatum, clarè docent, qæ apud eundem ipsum præcesserant, referente Stobæo *Collectan. tom. 2. tit. 5.* *Ἀνὴρ ὁκόταν μεθυσθῇ, ἄγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνήβου, σφαλλόμενος, οὐκ ἐπαΐων ὅκη βαίνει, ὑγρὴν τὴν ψυχὴν ἔχων. αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη.* *Vir B ubi inebriatus fuerit, à puero impube ducitur, lapsabundus, qo, vel qâ, eat nesciens, qum madidam habeat animam. Sicca anima sapientissima est & præstantissima.* Vides *τῇ ὑγρῇ τὴν αὔην*, *animam madidam sive humidam siccam* opponi. Itaqe qod Heraclitus *αὔην*, Evstathius, vocabulo magis familiari, *ξηρὴν* dixit, ad *Iliad. ψ.* qo loco de athletis: *Οἱ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀθληταὶ, οἷς καὶ κρέασιν οἰκοδομοῦνται, σαρκοῦνται, διὸ καὶ εἰς ὑπομονὴν ἀπὸ τοιούτων γυμνάζονται, καὶ σωματικῶς παχεῖς καὶ αὐτοὺς λέγονται, οἷα μὴ λεπτοὺς, μηδὲ εἰς σοφίαν τοῦ εἰπόντος, ὅτι ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη.* *Apud antiqos athletæ per-C stringuntur, ut qi carnibus extructi sint, eò qod carnis moli avgendæ operam dabant; unde & subsannabantur, tanqam pingves ac crassi, non avtem tenues, nec qi illi probarentur, qi dixerat, animam siccam sapientissimam esse.* Qod de athletis dixit, respexit, partim Diogenis illud, apud Laertium *l. 6.* qi qærenti cuidam, *Διὰ τί οἱ ἀθληταὶ ἀναίσθητοί εἰσι· qî fiat, ut athletæ nihil sentiant, vel sensu destituantur:* respondit, vocabuli ambiguo ludens, qod & *sensus expertem*, & *stupidum* etiam qandoqe significat, qasi de isto potius qæsitum esset, *Ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοείοις ἀνῳκοδό-D μηνται· Qia carnibus suillis ac bubulis extructi sunt.* Deperit dicti gratia, omissis vocibus duabus. Non enim ideo illos *sensu carere*, prout Flaccus loqitur, voluit, qia simpliciter *carnibus*, sed qod *suillis & bubulis carnibus extructi.* Partim ad Aristonis dicterium, (qod Aristoteli tamen vel per memoriæ lapsum, vel per incogitantiam frustra tribuit Erasmus *Apophth. l. 7.*) qi, avtore Plutarcho *de valetud. conserv.* eosdem *τοῖς ἐν γυμνασίῳ κίοσιν ἔφησεν ὁμοίους λιπαροὺς καὶ λιθίνους, columnis in gymnasio sitis similes esse* dixit; *pariter enim & nitidos & saxeos esse.* Et hic ambiguo lusum est; cum *λιπα-E ρὸς* & *nitidum*, & *pingvem ac obesum* significet: nec abludant *τὸ λίθινον καὶ τὸ ἠλίθιον*: qod ex Clemente Alexandrino supra monuimus. Qin & illud *μὴ λεπτοὺς*, qo aspexerit, havd difficile est dictu. Habuit in mente avtor ille sententiarum varietate apprimè fœtus, senarium vulgò adagii vice jactatum,

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Qod Hieronymus *ad Nepotianum* reddidit,

Pingvis venter non gignit sensum tenuem.

Isidorus Hispal. *Sentent. l. 2. c. 42.*

F *Ex crasso ventre sensus subtilis non gignitur.*

Erasmus in *Adag. 3618.*

Subtile pectus venter obesus non parit.

Idem in Athletas torsit Galenus in libello *ad Thrasybulum.* Verba novissima Heraclitum designant, cui dictum istud tribui solet; qod & eodem planè modo extulit Plutarchus in *Romulo pag. 35. E.* de animâ corporis compage contagieqe liberatâ interpretatus. Verba sensibus humanis altiora transcribere, & transcripta revolvere, operæ pretium certè fuerit. *Ἀπογνῶναι μὲν οὖν παντάπασι τὴν θειότητα τῆς ἀρετῆς, G ἀνόσιον καὶ ἀγεννές· οὐρανῷ δὲ μιγνύειν γῆν, ἀβέλτερον· ὅσια οὖν ἐχομένους τῆς ἀσφαλείας, κατὰ Πίνδαρον,*

Ὡς σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ περισθενεῖ,
Ζωὸν δ᾽ ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον.

τὸ γάρ ἐστι μόνον ἐκ θεῶν. ἦλθε γὰρ ἐκεῖθεν, κἀκεῖ δ᾽ ἄνεισιν· οὐ μετὰ σώματος, ἀλλ᾽ ἐὰν ὅτι μάλιστα σώματος ἀπαλλαγῇ, καὶ διακριθῇ, γένηται καθαρὸν παντάπασι, καὶ ἄσαρκον, καὶ ἁγνόν. αὔη γὰρ ψυχὴ ξηρὴ ἀρίστη, καθ᾽ Ἡράκλειτον, ὥσπερ ἀστραπὴ νέφους, διαπταμένη τοῦ σώματος. ἡ δὲ σώματι πεφυρμένη, καὶ περίπλεως σώματος, (αἵματος, melim) οἷον ἀναθυμίασις ἐμβριθὴς καὶ ὁμιχλώδης δυσέξαπτός ἐστι καὶ δυσανακόμιστος. *Proinde virtutis divinitatis spem omnem adimere, impium & ignavum est: contra terram cælo miscere stolidum. Istis igitur* (fabulosis nempe, de corporibus, qæ disparuerint) *missis,*

tenea-

teneamus id, qod pro certo compertum habemus, nimirum juxta Pindarum,

> *Omnium corpus, mortis vim præpotentem seqi;*
> *Animam verò, æternitatis imaginem cum obtineat, in vitâ perennare.*

Hac enim sola divinitùs accedit: inde enim devenit, eodemqe revertitur: non corpus eò secum trahens, sed ubi qam maximè à corpore expedita & sejuncta fuerit, evaseritqe jam undiqaqe pura, & carnis expers, & munda. Hac est enim Heracliti illa anima sicca, qam is optimam esse dixit, fulguris instar è nube prorumpentis, è corpore exiliens. At qa corpori immista manet, sanguinisqe referta, velut vapor gravis nebulosusqe difficulter accenditur, & ad superiora ægrè fertur. In verbis illis, ἰατέον νῦν ἐχομένης τῆς πιφυλακίας, & supplendum aliqid, & emendandum videtur: supplendum πάντως vel πάντη; mutandum ἐχομένης in ἐχομένοις vel ἐχομένως, ut sensus, qem dedimus, eliciatur. Ex hoc interim loco restitui potest, qod vitiose legitur, in ejusdem avtoris *consolatoriâ ad Apollonium pag. 120. D.* Ζώει δὲ λείπεται αἰῶνος εἴδωλον· τὸ γὰρ μόνον ἐστὶν ἐκ Θεῶν. Ubi etiam Pindarica plenius exhibentur: in illis, ἡ δὲ σώματι πεφυρμένη, καὶ περιεπληθοῦσα σώματος, pro σώματος, lego αἵματος; anima enim *corpore* oppleta dici commodè vix potest; eo magis, qia animam reliqam (mente sepositâ) vel vitam saltem inde profluentem, ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασίν τινα, *vaporem,* sive *exhalationem qandam à sanguine* ebullientem dixere Stoici, uti est videre apud M. Antoninum Imper. l.6. *sect.*14. qin & Heraclitum ipsum τὴν ψυχὴν ἀναθυμίασιν εἶναι dixisse, avtor est Aristoteles *de animâ* l.1. c.2. ea ergò, qo siccior, eo sursum ferri promptior; qo humidior; eò ad terram propendere pronior. Itaqe illud qod seqitur δυσανακόμιστον sumo pro eo *qod ægrè* difficulter *sursum fertur:* ἄνω γὰρ, uti Hippocrates *de flatibus,* Οὐκ εὔπορος ἡ πορεία, προσιόντι τὸ ὕδωρ, ὑγρῷ πήγματι, καὶ ἑτέρῳ παντὶ βάρος ἔχοντι. *Motus enim sursum, cum acclivis sit, non est expeditus avt facilis rei humida, avt alii cuivis gravitate prædita.* Sed & alibi idem in dissertatione *de Oraculis jam desitis. pag. 432. F.* Ἅμα δ' ἄν τις οὐκ ἀλόγως καὶ ξηρότητα φαίη μετὰ τῆς θερμότητος ἐγγενομένην, λεπτύνειν τὸ πνεῦμα, καὶ ποιεῖν αἰθερῶδες καὶ καθαρόν. αὕτη γὰρ ξηρὰ ψυχὴ, καθ' Ἡράκλειτον· ὑγρότης δ' οὐ μόνον ὄψιν ἀμβλύνει καὶ ἀκοὴν, ἀλλὰ καὶ κατόπτρων θίγουσα καὶ μίχος καὶ πρὸς ἀέρας ἀφαιρεῖ τῆς λαμπρότητος καὶ τὸ φέγγος. *Ad hac non abs re posse dici videtur, siccitatem una cum calore animo ingeneratam, spiritum reddere tenuem, athereumqe eum & purum redigere. Hac est enim illa Heracliti anima sicca optima. Humiditas non solum visum & avditum hebetat, sed & speculis incidens splendorem aeri & lucem adimit.* Vitiata hæc, nemo non viderit. Vitium tollere, havd adeò proclive: illa καὶ μίχος καὶ πρὸς ἀέρας, meræ sunt qisqiliæ. Donec melius certiusve aliqid occurrat, lego, καὶ μιχθεῖσα πρὸς ἀέρος, sive, πρὸς ἀέρα. Illa avtem, αὕτη γὰρ ξηρὰ ψυχὴ, Mercurialis *Var. Lect.* l.4. c.2. ex Galeno legendum censet, αὐγὴ γὰρ ξηρὰ ψυχὴ σοφωτάτη. Cui favere videatur, qod Porphyrius lib. περὶ τῶν εἰς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν, à Stobæo *tom.* 1. *l.* 1. c. 40. lavdatus. Ἡ ψυχὴ ὑγρὸν ἐφέλκεται, ὅταν συνεχῶς μελετήσῃ ὁμιλεῖν τῇ φύσει· ὅταν δὲ μελετήσῃ ἀφίστασθαι φύσεως, αὐγὴ ξηρὰ γίγνεται, ἄσκιος καὶ ἀνέφελος. ὑγρότης γὰρ ἐν ἀέρι νέφος συνίστησι (συνίστησι f.)· ξηρότης δὲ ἀπὸ τῆς ἀτμίδος αὐγὴν ξηρὰν ὑφίστησιν. *Anima humidum attrahit, ubi natura associare sese jugiter molitur: at ubi ab eadem se abstrahere molitur. qasi jubar fit siccum, sine umbrâ, sine nebulâ. Humiditas enim in aere nubes cogit: siccitas verò ex vapore jubar, sive splendorem, siccum constituit.* Verum & Galeni locus ille mendi non immeritò suspectus est: de qo mox videbitur. Interim hac in parte nihil immutans, sic verto. *Porro etiam non irrationabiliter qis dixerit, caloris junctam siccitatem, spiritum attenuare, & athereum purumqe reddere. Ista enim est anima sicca, juxta Heraclitum: humiditas avtem non visum tantum avditumqe hebetat, sed & specula attactu, & aerem misturâ, nitore suo atqe splendore destituit.* Idem rursus, ejusdem nomine, *de esu carnium l.1. pag.995. E.* ubi non athletas solos, qod ex Evstathio supra habuimus, sed & Bœotos voracitatis & stu-

A piditatis inde enatæ nomine, παχεῖς, καὶ ἀναισθήτους, καὶ ἠλιθίους, καὶ σῦς, *crassos, insensiles, stolidos, sues* nuncupatos dixerat; subjungit, Καὶ ὁ Πίνδαρος, Γνῶναί τ' ἔπειτα, αὐγῇ ξηρῇ ψυχὴ σοφωτάτη, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον, ἔοικεν· γνῶναι τ' ἔπειτα. *Et Pindarus. Notum vero est secundum Heraclitum, animam siccam esse optimam atqe sapientissimam. Id qoqe constat.* miserè disturbata & mutilata ista. Pindari verba (amanuensium diligentiâ nimiâ, qo in reliqis omissis negligentiam resarcirent, puto, bis posita) sunt ex *Olymp. Ode* 6. ubi sic integra leguntur.

B
> Γνῶναί τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
> θέσι λόγοις εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν
> Ὗν.
>
> *Considerentqe deinde, antiqum cavillum ve-*
> *Ris rationibus an tandem effugerimus, Bœotiam*
> *Suem.*

Qibus verbis Galenus in *hortatorio ad artes ediscendas* Lyricum ait, αἰσχρὸν ὄντα σχεδὸν ἴδιον τὸ ἐπ' ἀμαθίᾳ ψόγον ἀποκλύσασθαι (ἀποκλύσασθαι f.) διὰ τῆς ἑαυτοῦ μουσικῆς, *musicâ suâ sublatum,* sive *elutum, velle antiqum gentis sua de inscitiâ ac stu-*
C *piditate opprobrium.* Qi & ex ejusdem *dithyrambis,* prout Scholiastes monuit, illud adducit,

> Ἦν ὅτε σύας Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον·
> *Erat qando gentem Bœoticam sues nuncupabant.*

Et Themistius *Orat.* 19. Καί ὗν τινα οἶμαι, Βοιωτίαν ἐκάλουν, εἰς ἀπαιδευσίαν τὸ φῦλον ἐπισκώπτοντες. *Et suem qandam opinor, Bœoticam, an Bœotiam, appellabant, in gentis imperitiam scommate illo ludentes.* Qod aliò tamen trahit Strabo *Geogr.* l.7. & ad Hyantum nomen refert, de qibus & Pavsanias in *Bœoticis.* Veruntamen hinc emendandum
D existimo Cratini illud à Scholiaste eodem adductum,

> Οὕτω δ' εἰσὶν ὑοβοιωτικοὶ πεζοφόρον γένος ἀνδρῶν.

Ut legatur, ὕες δ' εἰσὶν ὕες Βοιώτιοι, sive Βοιωτικοί, nisi si comicus ille ὑοβοιωτικοί novam per ludibrium fingendo vocabulum, dixit, qo modo ὑομουσίαν Aristophanes, qasi *musicam suillam;* qam Cleoni in *Nubibus* attribuit; qem & in *Vespis* ait φωνὴν ἔχειν ἐμπεπρησμένης ὑός, *vocem habere suis ustulatæ,* ita enim malim, qam cum Scholiaste, ἐμπεφυσημένης, παχείας, avt cum Florente obesæ. Qod avtem seqitur, πεζοφόρον γένος ἀνδρῶν, (&
E hoc enim dispiciemus, postqam in ista delapsi sumus) poterat πεζοφόρον illud, à vestium vel prolixarum, vel fimbriatarum etiam usu tractum videri. Siqidem, qod ex Hesychio ac Polluce l.7. c.14. discimus, χιτῶνες πεζοφόροι, οἱ ποδήρεις ἢ οἱ πέζας ἔχοντες. πεζοφόροι dicuntur *tunicæ, vel talares, vel fimbrias habentes.* Hoc enim sunt πέζαι & πεζίδες, unde ζώματα πεζοφόρα. i. *cinctus fimbriati,* Æschylo in *Sagittariis* dicta, uti iidem illi testantur. Cæterum πεζοφόρον illud, mihi mendi suspectum habetur. Eo magis, qia πεζοφόροι, non tam ἄνδρες, *homines,* qam χι-
F τῶνες καὶ ζώματα, *tunicæ cinctusqe* dicebantur. Nec amictus, puto, illiusmodi locum hic habet, ubi gens Bœotia tanqam rude qoddam rupicum genus, perstringitur: Κρουπεζοφόρον itaqe substituendum avtumo. Sunt avtem κρουπέζαι, sive κρούπεζα & κρούπετα, qæ Latini *sculponeas,* calceamenta lignea, qibus rustici, & Bœoti cumprimis, plurimum utebantur. Hesych. Τὰ ξύλινα σανδάλια κρουπέζια λέγεται, καὶ ὑποδήματα ξύλινα μεθ' ὧν τὰς ἐλαίας πατοῦσι. *Lignea sandalia* κρουπέζια *dicuntur, & calceamenta lignea, qibus olivas calcant.* Et mox, Κρούπετα, (κρούπεζα, for-
G san) ὑψηλὰ, ἢ ξύλινα ὑποδήματα. Κρούπετα *alta, vel lignea calceamenta.* Idemqe, Κρούπαλα, (κρουπάλας, puto: qia κρουπέλλας seqitur) ξύλινα ὑποδήματα, καὶ κλοιὸς καὶ κρουπέζιον, καὶ κρουπεζοφόρος ὁμοίως. Κρούπαλα .... *lignea calceamenta. & uncus, & sculponea, & qi sculponeis indutus est similiter.* Ita enim interstingvendum existimo. Pollux item, l.7. c.22. Τὰ δὲ κρουπέζια, ξύλινα ὑποδήματα, πεποιημένα εἰς ἐνδόσιμον χοροῦ. Κρουπέζια, *calceamenta lignea, facta ad chori avspicationem.* Χορῷ legendum unde & *l.* 10. *c.* 33. dicuntur Κρουπέζια, τὰ τῶν αὐλητῶν ὑποδήματα. Κρουπέζια, *tibicinum calceamenta.* Duplex ergò fuit κρούπεζον. sive κρουπέζιον, alterum civicum, qo solum pulsantes inchoandi signum choro Musici dabant; rusticum alterum, qo, præter usum qotidianum, in olivis calcandis uti solebant. Ab isto,

isto, cum Bœotis familiare existeret, κρυπτζοφόρους eosdem dictos antiqitùs, docet Pollux loco prius designato; cum subjicit κρυπτζοφόρους δι' ὄνας τὸν Βοιωτῶν. hoc est, ut cum Varrone loqamur, *sculponeatos*: (qod Pausanias ab Eustathio ad *Il.* λ. laudatus testatur verbis illis, Κρυπτίζαι, Βοιωτικὰ ὑποδήματα ξύλινα) omnind itaqe apud comicum legendum statuo, κρυπτζοφόρων γένος ἀνδρῶν.

Bœotos verò, eorumqe ingenium qod attinet, adjici potest, qod & Scholiastes idem monet, ἐκτήνας Lycophroni Thebanos dictos, ἀντὶ τοῦ ἐκ κτηνῶν. διὰ τὸ κτηνῶδες καὶ ἀμαθὲς, *qasi jumentis sive pecoribus prognatos, ob pecuinam indolem inscitiamqe.* Cujus intuitu, cum ἀμαθίας χωρίον Bœotiam olim dictam testatur Themistius: tum *vervecum patriam* dixit Juvenalis *Sat.* 10. Nec abscedit, qod Isidorus Pelusiota refert *l.* 3. *Epist.* 236. Bœotos hoc nomine perstringentem dixisse nescio qem, Ὦ Βοιωτοί, ὡς (σφόδρα ἐστὲ Βοιωτοί; *O Bœoti, qam verè, vel valdè, Bœoti estis?* Qod vel pari modo dictum est, qo Nasoni illud sub Hypsipyles personâ,

Medea Medea forem. ——

Et Martiali *l.* 6. *Ep.* 93.

Thaida Thais olet.

Et Plauto *Pœnulo.* 5. 2.

—— *nullus me est hodiè Pœnus Pœnior.*

Qasi nihil illâ immitius aut immanius; nihil hac insuavius, nihil istis versutius, nihil illis inscitius, aut esse, aut nominari posset. Vel ad *Bœoti* vocabulum allusione factâ, notationeqe ejusdem effictâ, sed qasi vera, gente digna saltem, foret, enunciatum est. Sic enim Maximus in *Collectaneis cap.* 15. narrat, Antagoram poetam, cum *Thebaida* à se scriptam apud Bœotos recitanti nemo qisqam acclamaret aut applauderet, codice complicato, illud tantum protulisse, Δικαίως καλεῖσθε Βοιωτοί· βοῶν γὰρ ὦτα ἔχετε. *Merito Bœoti nuncupamini: boum siqidem habetis aures.* Qod vel respexisse alter ille, alter si fuerat; vel hic ille, hunc si voluit Isidorus, videtur.

Cæterum loci illius cujus occasione in ista digressi sumus, depravatio fœdissima, & fragminis Pindarici cum Heracliti verbis ineptissima commissio, virum celeberrimum Josephum Scaligerum in fraudem induxit, ut qod Heracliti erat, id Pindaro ascriberet. Siqidem in *conjectaneis ad Varronem*, explicans illud Afranii ex *Repudiatâ*,

Vigilans, ac solers, sicca, sana, sobria.

Observat *siccam* posse pro *sobria* dici. *Sicut*, inqit, *apud Plautum, in Asinariâ, & Ciceronem in Academicis, homines sicci pro sobriis qi & ξηροὶ Græcis. Pindarus apud Plutarchum* περὶ σαρκοφαγίας.

Γνῶναί τ' ἔπειτα αὐγῇ ξηρᾷ ψυχαὶ σοφωτάτα.

At istud nec Pindari, sed Heracliti; nec Doricè, sed Ionicè ab autore prolatum, qod novo modo istic conceptum habemus,

Αὐγῇ ξηρῇ ψυχὴ σοφωτάτη ἐοικεν·

Qam scripturam si seqimur, vertendum fuerit,

Splendori sive lumini sicco similis est anima sapientissima.

Qô proximè accessit Vir subtilissimus D. Franciscus Baconius noster Vicecomes Verolamiensis, qi in *Progymnasmatum* fasciculo, *dissertatiunculâ* 17. reddidit, Dry light is ever the best. h. e. *Præstantissimum semper est lumen siccissimum.* Sed vix, opinor, aut illa, qæ neminem hactenus est astipulatorem nacta, aut ista, qæ ψυχῆς vocem, qam omissam ratio nulla patitur, insuper habet, rem probe perpendenti cuiqam probabitur.

A Plutarcho ad Galenum excutiendum transeo, ex qo post Turnebum Mercurialis Plutarcho medicinam vult dari; cum huic potius qam illi ea necessaria videatur. Is igitur in tractatu, qo probare contendit, *anima mores corporis temperaturam seqi*, *cap.* 5. hæc habet. Δυνήσονται γὰρ λέγειν οἱ τὴν ψυχὴν εἶδος εἶναι τοῦ σώματος ἡγούμενοι, τὴν συμμετρίαν τῆς κράσεως, οὐ τὴν ξηρότητα, συνετωτέραν αὐτὴν ἐργάζεσθαι. καὶ ταύτῃ διαφωνήσουσι τοῖς ἡγουμένοις, ὅσῳ περ ἂν ἡ κρᾶσις γίνηται ξηροτέρα, τοσούτῳ καὶ τὴν ψυχὴν ἀποτελεῖσθαι συνετωτέραν· ἀλλ' οἱ καὶ ξηρότητα μὴ ξυγχωρῶσιν ἐναντίαν εἶναι συνέσεως, ὥσγε μὴν ὑφ' Ἡρακλείτου καὶ γὰρ οὗτος οὐχ οὕτως εἶπεν, αὐγὴ ξηρή, ψυχὴ σοφωτάτη· τὴν ξηρότητα πάλιν ἀξιῶν εἶναι συνέσεως αἰτίαν. Τὸ γὰρ τῆς αὐγῆς ὄνομα τοῦτ' ἐνδείκνυται· καὶ βελτίονά γε δόξαν ταύτην εἶναι νομιστέον, ἐννοήσαντας καὶ τοὺς ἀστέρας αὐγο-

A δεῖς τε ἅμα καὶ ξηροὺς ὄντας, ἄκραν σύνεσιν ἔχειν. *Nam poterunt dicere ii, qi animam corporis esse formam arbitrantur, commoderationem temperamenti, non siccitatem reddere eam prudentiorem; & hactenus dissentient ab aliis, qibus persuasum est, qo temperies evadit siccior, hoc animam qoqe effici intelligentiorem. Qamvis etiam Heracliti sectatores siccitatem prudentia non contrariam esse permittant. Hunc enim in modum præceptor illorum scriptitavit:* splendor siccus, anima prudentissima est. *Qo jam dicto prudentiæ caussam siccitatem existimavit. Hoc enim splendoris vocabulum innuit. Atqe hæc opi-*
B *nionum putanda est optima, considerantibus etiam stellas, qum sint pellucida simul & sicca, summa præditas esse prudentia.* Qibus verbis, duas proponit sententias de perspicacitatis, intelligentiæ, prudentiæ caussâ; altera eorum est, qi siccitati totum hac in parte tribuunt, ideoqe qo siccior est corporis temperatura, eo animam statuunt esse perspicaciorem: qo Platonem in Timæo propendere censet, *cap.* 4. altera est eorum, qi qalitatum qatuor primariarum temperamento justo eandem adscribunt. Sed & istos etiam hoc saltem concessuros existimat, non esse prudentiæ ac perspicacitati
C adversam atqe inimicam siccitatem. Itaqe legerim, ἀλλ' οἱ καὶ τοῦ ξηρότητα συγχωρήσουσι μὴ ἐναντίαν εἶναι συνέσεως. Etsi in hoc ab illis dissentiant, qod anima eo semper perspicacior existat, qo siccior est corporis temperatura; *at non, qin concessuri sint, siccitatem perspicacitati non adversari.* Negativa particula, per librariorum oscitantiam, pari modo loco mota, cum in Galeni, tum & in aliorum scriptis freqenter occurrit. Exemplum unum & alterum dabimus: in ipso *Hortatorii* exordio. Εἰ μὲν μηδ' ὅλως λόγου μέτεστι τοῖς ἀλόγοις ὀνομαζομένοις ζώοις, ἄδηλόν ἐστιν· ἴσως γάρ, εἰ καὶ τοῦ
D μὴ κατὰ τὴν φωνὴν ὃν καὶ προφορικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τοῦ γε κατὰ τὴν ψυχὴν, ὃν ἐνδιάθετον καλοῦσι, μετέχει πάντα, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον· *Nihilne prorsus rationis insit animantibus qæ bruta nominantur, eqidem abditum est; fortassis enim etsi non eam, qa voce effertur, qamqe exteriorem nuncupant, at eam certe qa animo concipitur, qamqe interiorem vocant, omnia, qædam tamen magis, qædam vero minus participant.* legendum, εἰ καὶ μὴ τοῦ κατὰ τὴν φωνήν· hoc enim vult, bruta animantia, etiamsi non sint orationis, rationis tamen esse participes. In Marci Imperatoris *Commentariis l.* 11. *Sect.* 18.
E Τὸ μὴ ἀξιοῦν ἁμαρτάνειν τοὺς φαύλους, μανικόν, legendum τὸ ἀξιοῦν μὴ ἁμαρτάνειν, *insanum est exigere ut non peccent improbi*: cum scilicet ut Stoicis placet, aliter neqeant. Sed ad Galenum redeo; confirmat, qod dictum est de siccitate ad prudentiam ac perspicacitatem conducente, Heracliti testimonio, Ἔστι γε μὴν ὑφ' Ἡρακλείτου manca ista, liqet. Suppleo, εἴρηταί γε μὴν, *ab Heraclito utiqe dictum hoc*: vel (qod eruditissimo viro D. Arnoldo Bootio magis placet) οὐ γε μὴν πείθονται ὑφ' Ἡρακλείτου, *siqidem Heraclito fidem habere voluerint. An non enim ipse dixit*, Αὐγὴ ξηρὴ, ψυχὴ
F σοφωτάτη. Qæ verba Hadrianus Junius *Centur.* 3. *adag.* 1. huc illuc, sed frustra versat, ut sensum commodum exprimat, & modo vertit, *Aridus fulgor, mens sapientissima*; mox; *Anima sicca jubar est sapientissimum.* Qorum neutrum aut satisfacit, aut ad Heracliti sensum accedit, Αὔη scripsisse Galenum ex explicatione, qam adjunxit ipse satis patet. Nec, qod Xylandro placuit, αὕτη ex Plutarcho hîc substituendum. Addit enim vocem eam, qâ tum Heraclitus, tum & ab Heraclito ipse ἐξηγούμενος hic usus est, siccitatis significatum habere: qod non αὐγὴ, sed αὔη
G verâ habet. Erotianus, an Erotion (illud enim H. Stephanus exhibet, hoc mavult H. Grotius) in *Lexico Hippocratico*, Αὖον λέγεται τὸ ξηρόν. ὡς Ὅμηρος,

—— ξύλον αὖον ὅσον τ' ὀργυιά. *Iliad.* ψ.

Αὖον *siccum dicitur, qemadmodum Homerus*,

—— *lignum siccum qantum ulna.*

Nec movere debet, qod de astris subjungit αὐγοειδεῖς τε ἅμα καὶ ξηροὺς ὄντας, *astra*, qorum exemplo probare nititur qod ex Heracliti mente dixerat, & *fulgida ea scilicet & sicca esse, cum insigni sint prudentiâ & perspicacitate prædita.* Neqe enim necesse est ut fulgoris prius mentionem fecerit, qa astra tam sicca qam & fulgida esse hic affirmat. Nisi si forte δοκεῖ τὸ αὖη τῆς αὐγῆς, qod suspicari qis possit, deductam existimaverit. Firmat hanc tum emendationem, tum

&

& expositionem, qod superius *cap.* 4. dixerat. Ἀλλ' ὥσπερ ὑγρότης μὲν ἄνοιαν ἐργάζεται, ξηρότης δὲ σύνεσιν, ἡ μὲν ἄκρως ξηρότης ἄκραν ἐργάζεται σύνεσιν. ἡ δ' ἐπίμικτος ὑγρότης, τοσοῦτον ἀφαιρεῖ τῆς τελείας συνέσεως, ὅσον ἐκκαινόμενον ὑγρότητος· τίνος ἂν ἡ τοῦ ζώου τοιοῦτον εἶναι σῶμα τινὸς (τινὲς, vel μᾶλλον forsan potius) ἄμοιρον ὑγρότητος, ὥσπερ τὰ τῶν ἄστρων, οὐδενός, οὐδ' ἐγγύς· ὥστε οὐδὲ συνέσεως ἄκρας ἐγγύς ἐστι σῶμα θνητοῦ ζώου· πάντα δὲ ὥσπερ ὑγρότητος, οὕτω καὶ ἀνοίας μετέχει. *Atqi si* (qod Plato avtumat) *humiditas desipientiam efficit, intelligentiam verò siccitas, summa siccitas summam intelligentiam efficiet, humiditas avtem immista tantum à perfectâ demet intelligentiâ, qantum humidi admiserit. Cujusnam ergo animalis corpus est ejusmodi, ut omnis prorsus humiditatis expers existat, qomodo astrorum corpora? nullius planè, vel prope qidem attingit. Proinde nec animalis mortalis cujuspiam corpus ad intelligentiam summam vel accedat prope: verum omnia, sicut humiditatem, ita & insipientiam aliqâ ex parte saltem participant.* Apertè astra dicit, ex Platonis mente ideo summæ esse intelligentiæ, qia humiditatis omnis expertia sunt. Astra avtem qod intelligentiâ prædita censuit, id cum Judæorum magistris philosophiam professis commune habet, qi corpora cœlestia animata esse volunt ex Hymno 19. perperam intellecto. De qo nugamento videri poterit Joannes Drusius *Qæstion. l.* 2. *c.* 39. Galeno Pergameno comes adhærebit Clemens Alexandrinus. Is Plutarcho, qem supra exhibuimus, σύμψηφος, *Pædagogi l.* 2. *c.* 2. ubi de victu sobrio atqe abstemio disseruerat, Οὕτω δ' ἂν, inqit, αἱ ψυχαὶ ἡμῶν ὑπάρξαι καθαραί, καὶ ξηραί, καὶ φωτοειδεῖς. Αὐγὴ δὲ, ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη· ταύτῃ δὲ καὶ ἐποπτική· οὐδὲ ἐστι (f. ἔσται) κάθυγρος τῆς ἐκ τοῦ οἴνου ἀναθυμιάσεως, νεφέλης δίκην, σωματοποιουμένη. Qo loco Gentilis Hervetus interpres, pro αὐγὴ, αὕτη legit, qum vertit, *ipsa avtem sicca anima*, &c. qomodo apud Plutarchum αὕτη legebatur. *Hoc modo*, inqit Clemens, *anima nobis futura est pura, sicca, lucida: (sicca avtem anima sapientissima est ac præstantissima:) & per consequens etiam contemplativa: nec madida fiet vaporibus à vino exhalantibus, & nubis instar, in molem corpoream coacta.* Clementi σύμψηφος καὶ σύμφωνος succenturiabitur Musonius; qi ad eundem in hoc argumento tam prope accedit, ut alter ab altero mutuatus videatur. Hujus etiamsi scripta integra nobis ætas antegressa inviderit, at reliqias saltem aliqas & fragmenta Joannes Stobæus exterminio subduxit: Apud qem *tom.* 2. *tit.* 17. ex libro *de alimentis* ista leguntur. Εἰς τροφὴν τὴν κουφοτάτην καὶ καθαρωτάτην περιφερόμεθα, οὕτω δ' ἂν καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ὑπάρχειν καθαρὰν καὶ ξηράν· οἵα οὖσα ἀρίστη καὶ σοφωτάτη, εἰς νῦν, καθάπερ Ἡρακλείτῳ δοκεῖ λέγοντι οὕτως, αὖ γῆ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Nec mendo ista, nec uno, vacant; pro εἰς νῦν. Conradus Gesnerus vult ἅπαν. Ego malim, ἔλεγεν. pro αὖ γῆ idem vult αὐγὴ ξηρή. Vertitqe. *Ut lux sicca, sic anima sapientissima optimaqe.* Verum Sigismundus Gelenius in Reginæ M. S. αὔη ψυχὴ correctum reperisse se refert. Avtor pro alimento animam affectam iri; illud *si purum ac leve fuerit, animam perinde puram ac siccam futuram, qa Heraclito avtore, sapientissima ac præstantissima extat.* Cæterum integram adjicere versionem nihil est opus, cum Clementi planè concinat: apud qem etiam totidem verbis occurrunt alia nonnulla, qæ Musonii nomine Stobæus refert *ibid.* sub *tit.* 18. Musonium excipiet Synesius. Hic in libro *de insomniis.* Ὀλκοῦς ἐν φυσικοῖς ἡ μετέωρος αἴρεται διὰ θερμότητα καὶ ξηρότητα· καὶ τοῦτο ἄρα ἡ ψυχῆς πτέρωσις. Τό τε αὖ ξηρὴ ψυχὴ σοφή, παρ' οὐδὲν ἄλλο τῷ Ἡρακλείτῳ τοῦτο εἰρημένον· ἡ παχὺ καὶ ὑγρὸν γενόμενον τοῖς χηραμοῖς τῆς γῆς ἐνδύεται, ῥοπῇ φυσικῇ, φωλεύει, καὶ ὠθούμενον εἰς τὴν καταγείους χώρας. Qo loco Hadrianus Junius pro αὖ vult αὐγὴ reponi; nihil temerè mutarim, avt si mutari qid visum, αὔη malim. *Momentis naturalibus actus spiritus hominis animalis, vel siccitatis & caloris ope in sublime attollitur: atqe hac est utiqe pennarum productio: nec aliò spectare etiam Heraclitum existimo, qum animam siccam sapientem pronunciavit: avt contra crassus madidusqe factus, pondere suo terræ cavernis sese insinuans, in eisdem delitescit, & in regiones subterraneas detruditur:* ψυχῆς πτέρωσιν illam prout pleraqe sua, à Platone havsit Synesius, qi de eadem videri poterit, in *Phædro*.

Agmen hoc clavdet nobis Philo Judæus. Is in libro *de providentiâ*, cujus magnam partem transcripsisse videtur Evsebius *præparationis Evangelicæ l.* 8. *c.* 14. aliò planè ab eis omnibus, qos superius adduximus, abscedit. Nec tam ad animæ corporisve temperaturam, qam ad regionis cœliqe, in qo degitur, temperiem affectionemqe, siccitatem istam refert. Sic enim ille; Λεπτότητι δὲ ἀέρος ἡ διάνοια πέφυκεν ἀκονᾶσθαι· διὸ καὶ Ἡράκλειτος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ φησίν, Οὗ γῆ ξηρή, ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. *Aeris tenuitate acuitur mens ipsa: qapropter non abs re locutus est Heraclitus, qod dixit, Ubi tellus sicca, ibi anima sapientissima & præstantissima.* Et certè Attica, qæ eruditionis nomine tantopere celebratur, λεπτόγεως passim indigitatur: Thucydidi *l.* 1. Galeno in *Hortatorio.* Vitæ Pythagoræ descriptori apud Photium, aliis. Hoc est, Hesychio interprete, γῆ λεπτὴ καὶ μὴ λιπαρά. *Tenuis terra, nec pingve solum.* Qin & de regione totâ Dicæarchus: Ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, οὐκ εὔυδρος. *Regio* (ita πόλιν capio: πόλιν, χώραν, Hesychius sed & Strabo *l.* 8. poetas πόλιν ἀντὶ τῆς χώρας; & rhetores, etiam Suidas, πόλεις τὰς νήσους, dixisse.) *arida tota est, nec aqis irrigata.* Sicut Bœotiæ contra *vervecum patria*, ut Juvenalis *Sat.* 10. vel *verrium* etiam, uti aliis supra dictum, crassus aer, ac pro aere regionis illius alumni crassi pariter stupidiqe & ipsi; ut

Bœotum crasso jurares aere natum.

Flaccus *l.* 2. *Epist.* 1.

Verum ut pensum hoc absolvamus tandem: dicti Heraclitici lectionem genuinam eam esse, qam primo loco ex Stobæo repræsentavi, nullus ambigo. Τὸ αὐγὴ (nam αὕτη forsan apud Plutarchum aliter habet) exscriptorum vitio ἀντὶ τοῦ αὔη irrepsisse, fœliciter (opinor) ariolati sunt H. Stephanus *ad Græcorum fragmenta*, & Isaacus Casavbonus *ad Theocrit. c.* 15. nam ξηρὴ illud, vel est additamentum supervacaneum, qod ex margine fortassis in textum admissum est, ubi τῷ αὔη ipsi subjungitur, vel interpretamentum arbitrarium, ubi τοῦ αὔη loco substituitur. Qanqam Plato *de Legib. l.* 6. *pag.* 861. *F.* αὖον καὶ ξηρὸν utrumqe, sed copulâ interveniente, conjunxit. Ἤλων παρατιθέντες αὔων καὶ ξηρῶν ἀφθόνως. *Lignis aridis & siccis copiose appositis.* qod nos Angli diceremus, Dry and seare wood. Qodqe Homerus *Odyss.* ε. v. 307.

— ξύλα κάγκανα θῆκαν,
Αὖα πάλαι, περίκηλα. —
— ligna arida posuerunt
Sicca diu, valde dura.

Qæ epitheta ταυτὶ ἐκ παραλλήλου δηλοῦν, monet Evstathius *ad Odyss.* ε. Porro ex αὐγὴ, per novam insuper corruptelam, enatum suspicor; cum illud αὖ γῆ, qod omnino nullum, tum istud οὗ γῆ, qod diversum plane sensum exhibet. Atqe hinc ulterius etiam, τὸ Οἴκοι γῆ, qod alicubi legisse se refert H. Stephanus *ad Heracliti fragmenta*; & τὸ ἰσθμῷ γῆ. prout idem extulit, in *annotationibus ad Justini Epistolam ad Diognetum.* Vitiosam avtem scripturam hanc antiqam admodum esse, ex Philone patet, qem ex subjectâ dissertationis, cui intexuit, materiâ, hoc modo legisse, liqidò patet.

Qanqam de novissimo isto ambigi non immeritò potest: remqe penitiùs dispicienti eò animus inclinat magis, ut existimem, utrumque illud tam αὔη ψυχὴ, qam & οὗ γῆ ξηρή, ab ipso fuisse Heraclito. Sed ut hoc argumenti loco adjectum sit, qo prius illud firmaretur; & qemadmodum Galenus à stellarum conditione, qas siccitate pariter ac sapientiâ præstare opinatur, suam hac de re sententiam stabilire conatur; ita dicti istius avtor primus, à cœli soliqe siccioris in mortalium incolentium animis effectu jugiter observato, scitum suum illud statuminatum iverit. Hoc est enim, qod eo loci Philo fusiùs proseqitur. Illud ubi adjecero, caput hoc clavdam: Virum utiqe Clarissimum Vilhelmum Schickardum dictum istud Socrati tribuere. Sic enim is *de jure Regis Hebr. cap.* 2. *Theor.* 6. extremo; *Animam sibi* (Rex) *servet siccam, qam Socrates sapientiorem arbitratus est.* Sed hoc ille forsan memoriâ lapsus: nisi si ad Socratis illud in Xenophontis *Sympos.* de plantarum irrigatione ad vini usum moderatiorem commendandum adhibi-

hibi-

hibitâ, respexerit, de qo alibi disseruimus. Sed illud potius existimem.

CAPUT XV.

Vinum moderatè sumptum mentem atqe ingenium acuit. In eam mentem Camii dictum. Eqi instar, vinum poetæ. Ex aqa potu poesis eximia nulla, nedum dithyrambica. In eam mentem versiculi avtoribus variis tributi, varieqe concepti. Idem immodicè sumptum, mentem mergit. In eam sententiam Menandri dictum ex Stobæo apud Clementem expletum. Evbuli, ac Phileta senarii à Casavbono constituti: Pratina scazontes à Petito restavrati. Οἶνος ἐγερσίνοος, ἀμερσίνοος, *Imago ad hoc depingendum in Xenophontis* convivio *elegantissima; ex Stobæo emaculata. A vino immodico incommoda gravia & numerosa, è Clemente, Lucretio, Seneca, Nonno. Inter alia oculorum caligo, capitis vertigo. Clementis lapsus memorialis. Lucerna ebrius multiplex.* οἴνη, vitis. *pro vino, Nicandro usurpatum.* χαλικραίη, *vocabulum Stephani Thesavro adjiciendum. Locus Paræm. 23.29. discutitur.* זרות peregrinæ, *mulieres, meretrices* huc aspicere *proclivem vinum facere, dum libidinem accendit.* Peregrina, *pro meretrice.* זרות *aliis* peregrina, insolita, stupenda, absurda. *fœminina pro neutris apud Hebræos.* τὸ ξένον & τὸ ξενίζεσθαι, *qid.* 1 Pet. 4.12. Esa. 28.21. *& alibi. Visa ebriorum qalia.* Parœm. 23.30. *explicatur. Imaginosi ebrii. Ad hoc ex Timæo historia.*

HEraclitus ubi *animam siccam sapientissimam* pronunciavit, eâdem operâ τῇ ὑγρᾷ. i. *humida sive madida*, qam ebriis tribuit, insipientiæ ac stoliditatis notam inussit. Vini avtem usus immodicus qantum menti officiat, plenis ab utraqe parte paginis scriptorum genus omne passim depingit. Etsi enim moderatè sumptum ingenii vires suscitare, animoqe vivacitatem ac vigorem qendam indere natum sit. Qod & David Camius observat ad Hymni 104. v. 15. ubi *vinum cor hominis lætificare* dicitur. האדם אם שתו במדה ייטיב שכלו כי עם שמחת הלב ייטיב השכל *Intra mensuram sumptum intellectum juvat: cordis enim lætitia juvatur intellectus.* Hinc illud,

> Οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ·
> Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.
> *Festivo vinum instar eqi solet esse poetæ:*
> *At commodi nil pepereris potans aqam.*

Qod Demetrio Halicarnasseo comico asserunt Athenæus *l.* 2. & Zenobius in *Proverb. collectaneis*,

> Ὕδωρ δὲ πίνων καλὸν οὐ τέκοις ἔπος.

sive,

> *Carmen venustum non paries potans aqam.*

Ut *Anthologiæ* compilator exhibet, qi Nicerato; & Svidas, qi Asclepiadæ vel Theæteto ascribit. Idem ex Cratini mente, qi Epigrammate illo tangebatur, Flaccus *lib.* 1. *Epist.* 19.

> *Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt,*
> *Qæ scribuntur aqæ potoribus.* —

Et Epicharmus *Philoctete*, referente *l.* 14. Athenæo:

> Οὐκ ἔστι διθύραμβος, αἴχ' ὕδωρ πίῃς.
> *Non fiet dithyrambus, si potes aqam.*

Qod eo magis de dithyrambo dictum, qia altiores spiritus carminis id genus exigeret. Itaqe Amphis apud eundem *l.* 2,

> Ἔνεστ' ἄρ', ὡς ἔοικε, κἀν οἴνῳ λόγος·
> Ἔνιοι δ' ὕδωρ πίνοντες εἰσ' ἀβέλτεροι.
> *Nimirum & in vino aliqa vis sapientiæ est:*
> *Hebescit animus multis, cum potant aqam.*

Idem tamen immodicè habitum, rationem mergit, mentem offuscat, vires animi infringit, sensus obturbat, facultates denique tum animæ tum & corporis universas prosternit & corrumpit. Hinc illud comici apud Clementem *Pædag. l.* 2. *c.* 2.

> Ὁ πολὺς ἄκρατος, ὀλίγ' ἀναγκάζει φρονεῖν.

A ita enim supplendum, qod in Clementis codicibus deest, πολὺς, ex Stobæo *tom.* 2. *tit.* 18. qi & Menandri esse docet,

> *Inopiam mentis fert temeti copia.*

Cui affine Hipponactæ illud apud Tzetzem ad Lycophronem,

> Ὀλίγα φρονοῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες.
> *Merum qi biberint, sapere ei parum solent.*

Illud item Evbuli, qod idem & Phileas in *Jambis*, Athenæo referente *lib.* 2. numeris suis à Casavbono reddi-
B tum;

> Ὁ μὲν οἶνος ἡμῖν τὸ φρονεῖν ἐπισκοτεῖ·
> Ὕδωρ δὲ τοῦτο πίνοντας δεξιοὺς ποιεῖ.
> *Vinum qidem animi nobis mentem obnubilat:*
> *At aqa, bibentes ipsam, solertes facit.*

Et Parmenonis Byzantini apud eundem *lib.* 5. *pag.* 221. A. à V. Cl. Samuele Petito *Miscellan. lib.* 5. *c.* 10. nitori suo restituta illa,

> Ἀνὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος,
> Σκυθιστὶ φωνεῖ, οὐδὲ κόππα γιγνώσκων·
C
> Κεῖται δ' ἄναυδος, ἐν πίθῳ κολυμβήσας,
> Καθυπνος, ὡς μήκωνα φάρμακον πίνων.
> *Aqam velut equs, havriens homo vinum,*
> *Scythicè balbutit, & nec literam novit:*
> *Utrisqe ad instar in dolio, jacet mersus,*
> *Somno sepultus, ut papaveris potor.*

Scitè itaqe cavtèqe pariter Nonnus *Dionysiacis. l.* 47. duplici epitheto τὸν οἶνον insignivit, qum moderatè admissum ἐγερσίνοον, qasi *qi mentem excitet*; immoderatè ingestum, ἀμερσίνοον, tanqam eandem qi *lædat*, denominavit. Qod
D idem & ex Zenonis dicto, Homerique poesi demonstrat Galenus in tract. *qod animæ mores corporis temperamentum seqantur, cap.* 3. Imagine verò elegantissimâ ob oculos convivis suis posuit apud Xenophontem Socrates verbis hisce, ab Athenæo qoqe *lib.* 11. lavdatis, apud qem emendatiora, qam in Xenophontis codicibus, exhibentur; qæ describere non pigebit. Τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει· τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. Δοκεῖ μέντοι μοι τὰ τῶν ἀνδρῶν σώματα τὰ αὐτὰ πάσχειν, ἅπερ καὶ
E τὰ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων· καὶ γὰρ ἐκεῖνα, ὅταν μὲν ὁ Θεὸς αὐτὰ ἄγαν ἀθρόως ποτίζῃ, οὐ δύναται ὀρθοῦσθαι, οὐδὲ ταῖς αὔραις διαπνεῖσθαι. Ὅταν δ' ὅσῳ ἥδεται, τοσοῦτο πίνῃ, καὶ μάλα ὀρθά τε αὔξεται, καὶ θάλλοντα ἀφικνεῖται εἰς τὴν καρπογονίαν· οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς, ἢν μὲν ἀθρόον τὸ ποτὸν ἐγχεώμεθα, ταχὺ ἡμῖν, καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ γνῶμαι σφαλοῦνται, καὶ οὐδὲ ἀναπνεῖν, μὴ ὅτι λέγειν, δυνησόμεθα. Ἢν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν, οὕτω οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν, ἀλλ' ἀναπειθόμενοι πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα. Rectè σώματα τὰ αὐτὰ, pro eo qod Xenophontis codices συμπόσια ταῦτα
F habent, perperam planè; nisi si τοῖς ἐν τῇ γῇ φυομένοις plantis stirpibusqe etiam convivia tribuere velimus. *Vinum*, inqit, *reverà rigans mentes, tristitiam, prout homines mandragoras, sopit: hilaritatem verò, prout flammam oleum, suscitat. Itaqe videntur mihi hominum corpora perinde affecta esse, atqe eorum, qæ è terrâ prodeunt. Nam & illa, si Deus ubertim nimis irrigaverit, nec surrigi, nec avris perflari possunt; ubi verò, qantum juvat, tantundem havserint, & rectà sursum attolluntur, & efflorescentia ad feracitatem pertingunt. Pari modo & nos, si vini copiam confertim*
G *ingurgitaverimus, citò nobis & corpora & ingenia labascent, ut ne respirare qidem, nedum loqui qicqam, valeamus: at si pueri nos istis poculis minutis freqentes irroraverint, nec ad ebrietatem per vim vinum nos adiget, & ad lusum ac hilaritatem attracti blandè perveniemus.*

Inter alia avtem à vini potu immodico provenientia incommoda, non est illud, avt novissimum, avt levissimum, qod oculorum aciem præstringere, visumqe mirum in modum perturbare consvevit. De hoc Clemens *pædagogi l.* 2. *c.* 2. Οὗτος δ' ἀμείβων, ἡ μὲν γλῶττα συμποδίζεται· παρεῖται δὲ τὰ χείλη· ὀφθαλμοὶ δὲ παρατρέπονται, οἷον κολυμβῶσης τῆς ὄψεως ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς ὑγρότητος. καὶ ψεύδεσθαι βεβιασμένοι, κύκλῳ μὲν ἡγοῦνται περιφέρεσθαι τὰ πάντα· ἀριθμεῖν δ' οὐ δύνανται τὰ πόῤῥω, ὡς ἔστι μόνα.

Kai

Καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ,

μεθύων ὁ Θηβαῖος ἔλεγε γέρων· *Vino autem immodico lingua præpeditur: labia resolvuntur: oculi distorqentur, humoris à copiâ nimiâ tanqam merso visu; & mentem coacti, in orbem ferri censent universa: nec numerare valent, qæ procul dissita sunt, prout existunt verè singula.*

Atqi videre soles mi videor duos,

inqit Thebanus ille, jam ebrius, senex. Verum ipse memoriâ lapsus est hic senex optimus. neqe enim illa Tiresias, sed Pentheus, non ebrius, sed amens, fatur in *Bacchis* Euripideis, Maro *Æneid.* l. 4.

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.

Sic *lippientibus* qoqe, etiam *singularis lucerna numerosa est.* Tertullianus *adversus Marcion.* l. 1. c. 2. & ebriis ipsis nihilo minus. Juvenalis *Sat.* 6.

Cum bibitur conchâ, cum jam vertigine tectum
Ambulat, & geminis consurgit mensa lucernis.

Nec aliter afficiuntur qi aconitum gustârunt, qos ebriis itaqe in *Alexipharm.* assimilat Nicander.

—— τὰ δὲ διπλόα δέρκεται ὄσσοις,
Οἷα χαλικραίῃ νύχιος δεδαμασμένος οἴνῃ.
Duplicia apparent oculis qoqe, qalia noctu
Temeti qos perdomuit vis, qæqe videntur.

χαλικραίῃν dixisse videtur (voce Stephano omissa) qod alii χαλίκρητον sive χαλίκρατον· de qo alibi diximus. οἴνην autem, i. *vitem*, pro vino vitis sobole posuit. οἴνας γὰρ τὰς ἀμπέλους dixere veteres, ut Hecatæus apud Athen. l. 2. Sed pergit Clemens rationem reddere qare ebriis oculi mendacia & absurda renuncient. Κινουμένη μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς ἐν οἴνῳ θερμότητος ἡ ὄψις πυκνότερον, πολλαπλασίονα δὲ ἰδοῦσα φαντάζεται τὴν οὐσίαν· διαφέρει δ' οὐδὲν ἧττον ὄψιν κινεῖν, ἢ τὸ ὁρώμενον. ταυτὸν γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ἡ ὄψις πάσχει, τὸ δὲ ὑποκείμενον κατάληψιν διὰ τὸν σάλον ἀκριβῶς ἐφικέσθαι μὴ δυναμένη. *Visus enim à vini calore motu trebriore jugiter agitatus, rerum substantiam, cum una sit, multiplicem imaginatur. nihil autem qicqam interest, visus ipse moveatur, an res visa. pariter enim ab utroqe visus afficitur, cum per fluctuationem rei subjectæ comprehensionem attingere neqeat. hoc autem, est ab Aristotele mutuatum, ex qo etiam emendandum, sic enim ille de Cælo.* l. 2. c. 8. Οὐθὲν γὰρ διαφέρει κινεῖν τὴν ὄψιν ἢ τὸ ὁρώμενον. itaqe apud Clementem pro ἧττον legendum ἢ τήν. cæterum cur ebriis πολλαπλασίονα θεωρεῖται τὰ ὑποκείμενα, καὶ πολλὰ φαίνεται τὰ ἓν ὁρῶσιν, cavssas varias videre est assignatas in *problematibus* Aristotelis nomen præferentibus, *Sect.* 3. *Qæst.* 11. & 31. & in eis qæ Alexandro Aphrodisiensi tribuuntur, sed Tralliano potius ascribi vult Hieronymus Mercurialis *l.* 1. *Qæst.* 133. & apud Cassium, *Qæst.* 28. Seqitur apud Clementem, καὶ αἱ βάσεις, καθάπερ ῥεύματι, ὑποφέρονται· λυγμοί τε, καὶ ἔμετοι, καὶ παραφροσύναι περιεστηκότες· *gressus item, tanqam fluctu impellente, subsidunt: singultus verò, vomitusqe, & desipientia crebra, confertim se tanqam comessando, ingerunt.* In eandem mentem Lucretius *de rerum natur. lib.* 3.

Deniqe cur hominem, cum vini vis penetravit
Acris, & in venas descendit didita ardor,
Consequitur gravitas membrorum, præpediuntur
Crura vacillanti: tardescit lingva; madet mens:
Nant oculi: clamor, singultus, jurgia crescunt?
Cur ea sunt, nisi qod vehemens violentia vini
Conturbare animam consvevit corpore in ipso?

Seneca item *Epistol.* 83. *Omne vitium ebrietas incendit, & detegit. ubi possedit animum nimia vis vini, qicqid mali latebat, emergit: omne vitium detegitur & prodit. adjice illam ignorantiam sui, dubia & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, velut aliqo turbine circumagente totam domum: stomachi tormenta, cum effervescit merum, & viscera ipsa distendit.* Apud Nonnum agrestibus hominibus vino domitis,

Ὄμματά τ' ἐσφαλάζοντο καὶ ἐρφύρεον παρειαί,
Στήθεα θερμαίνοντο, κάρη δὲ βαρύνετο κόρσαι.
Καὶ φλέβες οἰδαίνοντος ἐκυμαίνοντο κυπέλλου·
Τοῖσι δὲ δερκομένοισιν ἐσείετο κόλπος ἀρούρης,
Καὶ δρύες ὠρχήσαντο, καὶ οὐρήσαντο ἰερῶπα·
Καὶ σφαλεροῖς λαβάδεσσιν ἀήθεος ἔμπλεος οἴνου
Ὕπτιος, ἀντιπόδεσσιν ἐπὶ χθονὶ κάππεσεν αἰνῶς.

Errabant oculiqe vagi, malaqe rubebant:
Pectoraqe incaluere, caputqe gravescere porro
Cœperat, & venis turgentibus æstuat usqe
At terræ spatia intuentibus jam visa moveri,
Saltare in numerum qercus, juga subqe silire;
Insvetis latices potu fallace refertus
Dum præceps cadit in terram, & jacet ipse supinus.

Cyclops ebrius apud Euripidem.

Ὁ δ' οὐρανός μοι συμμεμιγμένος δοκεῖ
Τῇ γῇ φέρεσθαι, τοῦ Διός τε τὸν θρόνον
Λεύσσω, τὸ πᾶν τε δαιμόνων ἁγνὸν σέβας.
At cælum video terra commistum rapi,
Jovisqe solium cerno, ac cætum dæmonum.

Sed qorsum tandem ista, inqis, omnia? ut viam muniant ad loci cujusdam in Parœmiis sacris explicationem, qem interpretes pleriqe aliô trahunt. Parœmiarum cap. 23. v. 29. recensens Salomon incommoda ab ebrietate dimanantia; *Cui,* inqit, *va? cui eheu? cui lites? cui jurgia? cui vulnera sine cavssâ? cui rubor oculorum? apud vinum immorantibus, meriqe sectatoribus.* Seqitur de eisdem *vers.* 33. עיניך יראו זרות qod Vetus Latinus vertit, *Oculi tui videbunt extraneas.* Tremellius & Junius; qos & Piscator seqitur, *Oculi tui aspicient alienas; mulieres* scilicet *vel uxores;* Piscator: *meretrices;* Leo Judæ: qi & Græcos secutus interpretes, a superioribus divellit ista, & ad argumentum novum refert. sensum dant; *impudicus & impurus futurus es, si vino te dedas;* Junius, *incendet te libidine & desiderio meretricum;* Salomon Jarius, & Abraham Esdræ F. ut *meretrices videre* sive *spectare* Davidi, Hymn. 66. v. 18. ubi Ruffini nomen qi præfert; *Qæsi aspicitur in corde iniqitas, qando ea mentis oculis placet, qando delectat, qando eam ipsa ratio approbat & amat; ea enim qæ diligimus, libenter aspicere solemus.* זרה *extranea, peregrina* pro meretrice passim in Proverbiis, cap. 2. v. 16. & c. 5. v. 3, 20. & capitis hujusce versu 27. ubi זונה & נכריה qod est ἰσοδύναμον τῷ זרה *meretrix* & *extranea* pro eodem usurpantur. Etiam Latinis *peregrina pro meretrice, qia meretrices plurimum peregrinæ erant,* uti Donatus observat ad Terentii *Andriam act.* 1. *sc.* 1. & *act.* 3. *sc.* 1. ad illud

Adeon' est demens ex peregrinâ?

Videatur Drusius *Qæst.* l. 2. c. 37. Cæterum hoc in loco aliter sumendum τὸ זרות monet R. Levi Gersonides: *videbunt oculi tui res extraneas.* i. apparebunt oculis tuis res secus qam revera sunt, præ multitudine vaporum in cerebrum ascendentium. ita Franciscus Vatablus & Sanctius Pagninus, *Videbunt extraneas, visiones,* scilicet nec abscedit Sebastianus Castellio: *Oculi tui absurde videbunt.* melius facturus, si cum Joanne Mercero *absurda* dixisset. Hebræi enim fœmininis nevtrorum loco utuntur. Itaqe etiam *visiones* adjecto nihil opus erat. Optimè Edovardus Livelæus in *prælectionibus* publicis: *Oculi tui extranea,* sive *peregrina, i. monstrosa, admirabilia videbunt;* qod ebriis usu venire solet. sic Esajæ c. 28. v. 21. *Exurget Jeva ad faciendum* זר *extraneum factum suum, ad faciendum opus suum,* נכריה *peregrinum opus suum, i. insolens & summe admirabile,* Junius post Davidem Camium; qi & monet זר & נכריה illic idem prorsus valere. Qin & Græci ξένα i. *extranea, peregrina,* pro insitatis, miris, stupendis dixere. De Crœso Lucianus in *speculantibus.* Ξένον αὐτῷ δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, ὅτι μὴ ἄνθρωπος οὐχ ὑποπτήξας, τὸ δὲ παριστάμενον ἐλευθέρως λέγων. *Res illi peregrina, i. mira & insolens, videtur, homo pavper citra formidinem, qod præsto se offert, liberè proferens.* Marcus Imper. *Commentar.* l. 4. sect. 46. Οἷς καθ' ἡμέραν ἐγκυροῦσι, ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνεται. *Et peregrina eis videntur, qibus qotidie occurrunt.* qod l. 12. c. 1. dixit, θαυμάζειν, ὡς ἀπεξενωμένα, τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα· *pro insolentibus & inusitatis stupent & mirantur ea qæ qotidie obveniunt.* & l. 8. sect. 12. Οὐδὲν θαυμαστόν, ἢ ξένον μοι δόξει. *nihil mirum aut peregrinum videbitur mihi.* Inde ξενίζεσθαι, *tanqam peregrinum & extraneum, aliqid admirari.* Petrus Epist. 1. c. 4. v. 12. Μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος.

νόσος. *Ad probationem igneam ne obstupescatis avt perculsi sitis, tanqam peregrina res aliqa vobis obvenisset.* Marcus item l.8. *sect.* 13. Ὥσπερ αἰσχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ ἡ συκῆ σῦκα φέρει. οὕτως, εἰ ὁ κόσμος τάδε τινὰ φέρει, ὧν ἐστι φορός. *Sicut turpe est pro peregrinâ re habere, sive mirari, qod ficum ficus ferat; ita, qod mundus has & illas res, qarum ferax est, proferat.*

Sed ut ad Salomonem explicandum redeamus; trahit eodem Mercerus, qod versu proximo seqitur, & ad cerebri agitationem R. Levi refert, *Erisqe tanqam dormiens in mari medio, in coronâ carchesii.* i. videberis tibi per medium mare, in summo navis malo cubare, & in discrimine summo versari. Qod illustrari poterit historiâ illâ, qam *dipnosophistarum lib.* 2. ex Timæo Tavromenitano narrat Athæneus, de adolescentibus qibusdam, qi vino, qod copiosè nimis havserant, ita mente fuerant alienati, ut in triremi navigantes opinarentur se cum procellâ vehementissimâ & periculosissimâ conflictari: qâ se ereptum euntes, qo levaretur navis, supellectilis qicqid in ædibus erat, per fenestras in publicum projiciebant; nec ab errore isto ratione avt oratione ullâ liberari poterant, donec crapulam vino contractam edormivissent. Unde & ædibus illis *Triremis* nomen deinceps adhæserit. Rei gestæ penes avtorem fides esto: Cæterum ebrios imaginosos esse, nemo, puto, diffitebitur.

CAPUT XVI.

Heracliti scriptis obscuritas unde accesserit. Interpunctio recta commentarii instar. Vitiosa negotium exhibet, dictionem pervertit. Thomæ Volphsei Cardinalis dictum festivum. Archimandritæ programma monasterio fatale. Præsulis Herefordensis scriptum, ambiguè conceptum, Regi exitiale. Tertulliani locus à Scaligero, conatu parum felici, tentatus interpunctione sola restitutus. γόμφωσις *an è plumbo. in restitutione Rigaltio prior Junius. In Marco Imperatore interpretando, punctione pravâ deceptus, Gulielmus Xylander sæpenumero lapsus, Antonius Bonfinius in Philostrato, creberrimè.* Pygmæi spolia colosso adaptare. *Proverbium,* Amalthææ cornu, *itidem,* τὸ ὃ λόγου. qod dici solet. *Et civitas hominem celebrem facit; & homo civitatem.* ζεῦγος, bigæ. Laodicea, & Laodiceni. Δηλίκια, deliciæ: *Sophronius emendatus. In Stobæo, interpunctione non animadversâ, lapsus haud semel Gesnerus. Epicteti dictio restituta: & ab interpunctione laborans Evripidea. In Alexide lapsi Campensis & Grotius. Mediocria juvant. Buxtorfii in Sophoclis loco lapsus. Ribera & Amama in Platone. Amor non cogitus: amoris vis. Flaccus à Pontano, & Duzâ sublatâ interpunctione vitiosâ restitutus. Idem ab Heinsio frustra solicitatus: frustra & Plutonis domus exilis ab exilio dici existimata. In Hippocratis dicto lapsus Fæsius.* ἀνδρεῦσθαι, & ἀνδρειοῦσθαι qid.

TΑ' Ἡρακλείτου διαστίξαι, ἔργον. *Heracliti scripta interstingvere, arduum est,* inqit Aristoteles, *Rhetor. l.* 3. *c.* 5. Inde factum, ut in eis qæ posteritati ille commendavit, multa ambiguè concepta, multa perversè ac præter mentem avtoris accepta fuerint. Meminiqe V. Cl. D. Joannem Boscium, cui agnosco plurimum debere me, illud subinde in ore habuisse, *Codicem benè interpunctum commentarii boni vicem habere.* Certè non literula tantum, avt apiculus accentus index, (qod alibi ostendimus) sed & punctiuncula, sive pavsula loco mota, dempta, immutata, magnas qandoqe tenebras scriptis offudit, virisqe etiam magnis negotium facessivit; imò in sensum avtoris menti adversum prorsus dicta nonnunqam est ubi perverterit. Nec inscitum itaqe avt insipiens fuit illud Præsulis summi popularis nostri. Is læsæ majestatis cum insimularetur; &, postqam de capitibus qibusdam eo spectantibus interrogatus fuerat, responsionibus qas dederat, scripto commissis, qo suas esse agnosceret, subscribere detrectaret, cavssam, qare id abnueret, reqisitus, qasi ludendo, sed seriam revera rem agens, ne suis ipsius confessis preme-

A retur & opprimeretur, respondit, *Nescire se, qomodo scriptum illud, qod recitassent sibi, ipsi posteà interpungerent.* Adjecitqe non illepidam de Archimandritâ qodam fabellam an historiolam, qi cum cœnobii cui præfuerat, foribus, vir hospitalitatis amans, programmatis loco præfigi procurasset, animi hospitalis indicem, versiculum istum,

Porta patens esto; nulli clavdaris honesto:

accedens nebulo qidam malevolus, pavsulâ loco suo motâ, & alieno intersitâ, præfecti boni mentem corrupit, cum jam sic legeretur,

B *Porta patens esto nulli, clavdaris honesto.*

Qod cum Rex aliqando in itinere fortè fuisset conspicatus, cœnobium, tanqam Euxini maris per antiphrasin sic dicti sinum aliqem, locum inhospitalem, idqe palam professum, demoliri confestim in mandatis dedit. Itaqe vereri se ne interpunctio prava, ut Archimandritæ illi, ita sibi qoqe damnosa & exitialis evadat. Hæc ille festivè satis, in re anxiâ, nec discriminis etiam capitalis experte. Cui attexi poterit, qod Thomas de Palude noster refert, Herefordensis Prælati dictatum illud, ambiguè conceptum, &

C citra interpunctionem consultò exaratum Edovardo Rege ejus nominis secundo, à suis tum sub custodiâ arctâ nimis detento, *Edvardum Regem occidere nolite timere bonum est.* Distinctione siqidem vel post *nolite* vel post *timere*, collocatâ, Regis cædem vel prohibere, vel hortari poterat idem: Proceres avtem, Regi cum Prælato pariter infensi, in partem seqiorem proni sumpserint: qod Regi misero capitale evasit.

Cæterum nos exemplum exhibebimus, ubi citra discrimen istiusmodi, de capite tamen reqe capitali agitur, in

D qo pavsulæ index punctiuncula sede sua dimota, & sensum conturbavit, & Criticorum ferè principi viro ita imposuit, ut lectionis peregrinæ prorsus invehendæ occasionem ei præbuerit. Tertullianus itaqe *Apologet. c.* 12. dum pari plane modo, & Dei servos, & Deos suos, ab idolorum cultoribus haberi contendit, inter alia hæc habet; *Crucibus & stipitibus imponitis Christianos: qod simulacrum non priùs argilla deformat, cruci & stipiti superstructa? in patibulo primùm, corpus Dei vestri dedicatur: ungulis deraditis latera Christianorum. At in Deos vestros, per omnia membra, va-*

E *lidiùs incumbunt ascia, & runcina, & scobina. Cervices ponimus ante plumbum & glutinum & gomphos: sine capito sunt Dii vestri.* Qæ novissima mendi manifesta sunt planè, nec est ne sensum sic concepta sustineant. Itaqe vir illustrissimus Josephus Scaliger in *Animadvers. ad Eusebii Chronolog.* ita postulat defingi; *Cervices ponimus ante plumbum: Glutinum & gomphosis capiti sunt Diis vestris.* Ita deformatum (ut cum Septimio loqar) sic explicat, γόμφωσιν *& coagmentationem capitibus simulacrorum ex plumbo fieri ait, qod verum est.* Certè qo modo, avt è verbis Tertulliani, pro-

F ut ipse posuit, hoc eruatur; qum ad membrum præcedens plumbum referatur; & incisi posterioris hæc potiùs mens foret, *caput simulacrorum glutino & gomphosi constare*; qod est falsum; avt γόμφωσις propriè loqendo ex plumbo fiat, qum γόμφοι clavos, qi plumbei esse non solent, designet; ego qidem nullus video. Sed nec tam fælicem in coagmentatione istâ extitisse virum illum ter maximum, ac ipse censet, animum possum inducere ut credam. Qi stomachatur tamen, nec succenset modicè, qod *hunc locum tantâ felicitate restitutum, qidam* ἄμουσοι καὶ κακόζηλοι *avsi sunt re-*

G *prehendere.* Ego verò inter ἀμούσους illos, modo ne κακόζηλος adjiciat, nomen liberè lubenterqe profiteor meum. Sed, *Qi utinam*, inqit, *mihi vulgatam lectionem interpretaremur.* Atqi istud nihil opus est: si ratione aliâ aliqâ expediri res poterit. Qanqam punctiunculâ, non aliunde invectâ, sed sedi propriæ tantummodo restitutâ, citra literulam ullam immutatam, ubi fæliciùs pavlo, opinor, emendaverimus, lectionis vulgatæ interpretationem commodam satis, imò avtoris menti prorsus congruentem, exhibebimus. Sic ergò interpungimus, *Cervices ponimus, ante plumbum & glutinum & gomphos, sine capite sunt Dii vestri.* Cervices, inqit, ponimus, ubi capite plectimur: at Dii vestri, ante plumbum & gluten & clavos, qibus truncis suis simulacrorum vestrorum capita committuntur, capiti-

bus

bus carvere. Hanc avtem lectionem cum ad oram codicis mei à Rhenano editi illevissem, deqe eadem amicum qendam, qi in scriptis suis locum eum, sed viriatum, lavdaverat, per literas diu ante monuissem; inveni tandem in nuperâ illâ, omniumqe qæ præcesserant exactissimâ atqe emendatissimâ viri clarissimi Nicolai Rigaltii editione Septimianâ (sed post emendationem Junianam, qam tunc qoqe consulebam,) sic plane repositam.

Septimiano loco isti poterant ex eodem adjici alia havd pavca. Verum eis præteritis, ex Marci Antonini Imperatoris scripto verè avreo, sed descriptorum qâ incuriâ, qâ inscitiâ, havd pro meritis accepto, loca aliqot, è multis scilicet unum & alterum, attingemus, in qibus vitiosa interpunctio interpretes in fravdem induxit, & ab avtoris mente genuinâ abduxit procul. Operis istius *lib. 6. sect. 50.* inqit Imperatorum decus ille: Ὥσπερ τῆς οὐσίας, ὅσον ἀφώρισταί σοι στέργεις οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ χρόνου πειρῶμεν πείθειν αὐτοὺς Πρᾶττε δὲ καὶ τῶν ἀκόντων, ὅταν τῆς δικαιοσύνης ὁ λόγος οὕτως ἄγῃ. Qæ Gvilielmus Xylander sic reddidit; *Ut corporis tantam, qanta tibi est tributa, portionem probas: ita & de tempore annitendum est, nobis ut persvadeamus. Etiam invitis hominibus id agendum non est, qod justitiæ ratio jubet.* Primò, negativa illa apud Antoninum nulla habetur; Et est forsan à manu malâ, non ab interprete ipso: qasi Marcus id vellet, qod ex Platonis mente Cicero *ad Lentul. l. 1. Ep. 9.* & ex Cicerone Xylander ad Marcum alibi; *Tantum contendere in republicâ qantum probare tuis civibus possis: vim neqe parenti, neqe patriæ afferri oportere*; cum Marcus contra planè censeat, etiam invitis omnibus *agendum*, qod jus fasqe à nobis exegerit. Tum punctiunculæ defectus ansam dedit, ea committendi, qibus commissis sententia in membro altero vitiosa, in altero mutila fieret. Sic ergò distingvendum, vertendumqe; Ὥσπερ τῆς οὐσίας, ὅσον ἀφώρισταί σοι, στέργεις, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ χρόνου. *Qemadmodum eâ corporis mole contentus es, qa est tibi assignata: ita de tempore* affectus esse debes. Ut eo nempe vitæ spatio, qod est tibi assignatum, contentus sis: curtam enim dictionem & concisam affectabant Stoici. Tum novo facto initio: Πειρῶμεν πείθειν αὐτούς· πρᾶττε δὲ καὶ τῶν ἀκόντων, &c. *Annitamur hominibus persvadere:* (id utiqe qod justitiæ est atqe æqitati consentaneum) *facito verò velint nolint illi, qod à te justitiæ ratio exigit.* Idem *ibid. l. 9. sect. 20.* Marci verba sic reddidit; *Alterius peccatum ibi est relinqendum, ut sit actionis defectus, appetitus, opinionis qies, ac qasi mors: nihil mali.* Scilicet interpunctio legitima minus animadversa, versionem insulsam absurdamqe hanc peperit. Verba avtoris ritè interstincta sic habent; Τὸ ἄλλου ἁμάρτημα ἐκεῖ δεῖ καταλιπεῖν· ἐνεργείας ἀπόληξις, ὁρμῆς καὶ ὑπολήψεως παῦλα, οἷον θάνατος· οὐδὲν κακόν. Copulativam duntaxat sedi suæ restitui, cum ante οἷον perperam prius poneretur. *Alterius peccatum ibi, ubi est, relinqendum est.* Apud avtorem suum scilicet, *Operationis desitio, appetitus atqe opinationis cessatio, est qasi mors qedam: nihil mali* utrobiqe. Hoc est, qod passim inculcat, nihilo magis male esse rei alicui, ubi desierit, qam fuerit anteqam existeret eadem. Idem *l. 10. sect. 28.* Marcum sic loqentem facit, *Tantum per alios animo tibi finge eum, qi alicujus rei cavssâ dolet, avt indignatur, similem esse porcello, qi mactatur, & calcitrat atqe grunnit.* Ubi posset non immeritò qæri, qid sibi velit illud, *per alios animo fingere*; avt unde in aliorum animos cuiqam potestas avt potentia istiusmodi, ut per illos aliqid fingat sibi. Cæterum interpunctio neglecta materias confudit, & sententiam è commissis absurdam procudit & produxit. *Sect. 27.* Ὅλα δράματα καὶ σκηνὰς ὁμοειδεῖς, *fabulas totas scenasqe uniformes* per totum vitæ humanæ sive mundi hujus mimum peragi observat: nisi qod ab actoribus variis mimi hujusce partes per ætates singulas aguntur. Hac de re dissertatiunculam ab eis verbis orditur, Συνεχῶς ἐπινοεῖν, πῶς πάντα τοιαῦτα, ὁποῖα νῦν γίνεται, καὶ πρόσθεν ἐγίνετο· —— clavdit istis, —— πάντα γὰρ ἐκεῖνα τοιαῦτα ἦν, μόνον δι᾽ ἑτέρων. *Cogitandum jugiter, qalia nunc fiunt omnia, talia & prius acticata fuisse. — ejusmodi planè fuerant præterita omnia illa* (qalia ea utiqe qæ nunc fiunt) *nisi qod per alios*, agerentur, nempe. At interpres interstinctione non animadversâ, clavsulam illam, μόνον δι᾽ ἑτέρων, à periochâ ad qam pertinebat divulsam, sectionis insequentis, qæ diversi planè est argumenti fronti imprudens adfixit, prioris sententiam mutilavit, alterius corrupit. Verum ejusmodi qamplurima in scripto illo insigni, passim est deprehendere, partim miserè divulsa, partim malè coalita, alia luxata & loco dimota, alia superflua & redundantia, alia manca & mutilata, alia in mentem, vel nullam, vel perversam, vel adversam etiam depravata; qibus emaculandis, everrendis, restituendis, digerendis nos eam, qam potuimus operam, aliorum etiam qorundam ope advocatâ, sedulò impendimus; emendatiùs pavlò saltem, licet omnia præstare neqeamus, si Deus vitam, otium viresqe concesserit, aliqandò edituri.

Infinitus hic essem, si ex uno Philostrati *de vitis Sophistarum* libro recensere velim loca omnia, qibus pavsæ interpunctionesqe minùs animadversæ interpretem Latinum Antonium Bonfinium in fravdem illexerunt, & interpretationes ab avtoris mente prorsus alienas, nec raro absurdas etiam & mentis omnis inanes, pepererunt: pavcula tantum parcâ manu delibabo. In *Nicetâ*, de Heraclide Sophistâ, qi Nicetæ scoptis castigationes qasdam adjecerat, festivè Philostratus, Ἠγνόησε δὲ, ἀκροθίνια Πυγμαίων κολοσσῷ ἐφαρμόζων. h. e. *non advertit, se spolia Pygmæa colosso adaptare.* At interpres interpunctione malâ deceptus, *Sed tum Pygmæa colosso imposuit, frugum primitias ignoravit.* Dictionis venustæ καὶ παρονομασίας leporem gratiamqe corrupit planè. De Dione Prusæo; Δίωνα δὲ τὸν Προυσαῖον, οὐκ οἶδ᾽ ὅ, τι χρὴ προσειπεῖν, διὰ τὴν ἐς πάντα ἀρετήν h. e. *Dionem Prusæum nescio qid nuncupem, qum in omnibus præclarus fuerit:* at interpres; *Dionem Prusæum (qoniam de eo dicere opus est) neqaqam in omni virtutum genere noverim.* Avtoris menti contrarium prorsus sensum dedit: apud qem seqitur; Ἀμαλθείας γὰρ ἦν, τὸ τοῦ λόγου. Sed & istic interpunctionis absentiâ lapsus; vertit, *Amalthea cornucopia erat in dicendo:* pro eo qod debuerat; *Amalthea cornu, qod dicitur, vel solet dici, erat.* De Polemone; Καὶ ἡ αἰτία δὲ, ἣν ἐκ τῶν πολλῶν εἶχεν, ὡς ὁδοιποροῦντι αὐτῷ πολλὰ μὲν σκευοφόρα εἵποιτο, πολλοὶ δὲ ἵπποι, πολλοὶ δὲ οἰκέται, πολλὰ δὲ εἴδη κυνῶν, ἄλλα ἐς ἄλλην θήραν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ ζεύγους ἀργυροχαλίνου, Φρυγίου τινὸς ἢ Κελτικοῦ, προὔειστο, εὔκλειαν τῇ Σμύρνῃ ἐπορίζετο. πόλιν γὰρ δὴ λαμπρύνει μὲν ἀγορὰ καὶ κατασκευὴ μεγαλοπρεπὴς οἰκοδομημάτων· λαμπρύνει δὲ οἰκία εὖ πράττουσα. οὐ γὰρ μόνον δίδωσι πόλις ἀνδρὶ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἄρνυται ἐξ ἀνδρός· ἐπεσκόπει δὲ καὶ τὴν Λαοδίκειαν ὁ Πολέμων, θαμίζων ἐς τὸ αὐτοῦ οἴκοι, καὶ δημοσίᾳ ὠφελῶν, ὅ, τι ἠδύνατο. *Qod avtem plerique in illo culpabant, qod iter facientem impedimenta plurima seqerentur, eqi etiam multi, famuli numerosi, variaqe ad venatum variorum canum genera; ipse avtem curru veheretur, Phrygio Celticove, frænis argenteis exornato, famam decusqe Smyrnæ conciliabat. Siqidem civitati splendorem affert fori ædificiorumqe structura magnifica; affert & familia feliciter agens. Neqe enim civitas tantum homini nomen dat, sed & ab homine ipsa accipit. Polemon avtem & Laodiceæ curam gerebat, ad ædes qas ibi habebat crebrò commeans, & rempublicam, qantum poterat, adjuvabat.* At interpres ista, dum partim male distingvit, partim vitiata seqitur, partim non asseqitur, misere corrumpendo sic reddidit; *Cavssa qa ex pluribus habebat, sicut impedimenta virum iter agentem, ita hæc Polemonem seqebantur: multi enim eqi, multiqe clientes, & multa denique ac varia canum multitudo, diversas feras investigantium: Ipse avtem in Argyrochalini Phrygii Celticive jugum transivit, ac Smyrnæ famam præstitit: Civitatem enim forum & magnifica ædificantium structura, item excellentissimæ ædes illustrant. Neqe solum civitas Viro nomen affert; verum etiam a viro sæpè nomen accepit: inspectâ lavtitiâ suâ domum admiratus est, & qoniam poterat, non parvo reipublicæ fuit jumento.* In primo inciso interstinxit ubi non oportuit; in ultimo ὅτι pro ὅ, τι legit: totamqe ferè dictionis seriem pervertit. Codices forsan depravatos nactus, pro αἰτία, qæ *criminationis* sensum habet, αἰτίαι legit, pro θαμίζων, θαυμάζων. ζεῦγος *jugum* imperitè vertit, cum *currum* avt *bigas* debuisset; Λαοδίκειαν omnium absurdissimè *lavtitiam*, qasi λαοτικείαν

πιανῶν legisset, nam *Lavdicea* olim pro *Laodicea* dicebant, A
ut *Lavmedon* pro *Laomedon*, unde *Lavdicem* per ludibrium dict., referente Plinio *l.* 1. *Ep.* 2. ad urbis nomen allusione habita, qi *lavdes* suas celebratas libenter avdiebant. Sic avtem legendo Latinam esse vocem suspicatus est, qa usus est Philostratus, qo modo ex Græcis alii qidam τὰς δηλικίας pro Latinorum *delicis* dixere. Ita enim Sophronius in *Catalogo scriptorum*, qod Hieronymus in *Hegesippo* dixit, *Hadrianum in delicis Antinoum habuisse*, id Sophronius ἐν μετουσίᾳ τῶν δηλικιῶν reddidit, pro qo corruptè αἰδηλικίων legitur. Cæterum illustris est γνώμη illa de viris egregiis qi B
civitatibus suis nomen decusqe comparavere; de qa fusiùs pavlò Galenus in *Hortatoriâ ad artes*, ad qam in Commentariis, qos in orationem eam olim, instigante Viro eruditissimo mihiqe amicissimo D. Theodoro Gulstono Doctore Medico, jam olim moliebamur, plura congessimus. De Aristocle; Ὃν δὲ ἐφιλοσόφει χρόνον, αὐχμηρὸς δοκῶν, καὶ τραχὺς τὸ εἶδος καὶ δυσπινής, τὴν ἐσθῆτα ἤλεγχε, καὶ τὸν αὐχμὸν ἀπετρίψατο. *Eo qo Philosophiam profitebatur tempore, cum sqalidus ante videretur, & specie horridus ac sordidus, veste usus est nitidiore, sordesqe ac sqalorem deposuit.* Ita C
enim distingvendum, & intelligendum, docent seqentia. Τὸν γὰρ πρὸ τοῦ χρόνον ὅτε κεκολασμένος, ἀπήντα εἰς τὰ θέατρα ἀτάκτως. *Qi tam castigatam, sive severam, vitam ante degerat, ad theatra inordinatè itabat.* At Bonfinius contra planè, dum pavsarum rationem nullam habet; *Eo tempore, qo in Philosophiâ versatus est, sqalida asperaqe facie videbatur: item abstemius vestem unam in deliciis habebat, situm abstergebat.* Verum in Bonfinii fimeto nimis diu hæsimus. Hunc ergò mittamus, qi tantum à Xylandro abest, avt plus multò, qam à Scaligero Xylander. D

Ad alios notæ havd ignobilis transeamus.

Apud Joannem Stobæum *tom.* 2. *tit.* 1. sub Epicteti nomine reperiuntur ista: Βέλτιον ὀλιγάκις πλημμελεῖν, ὁμολογοῦντα σωφρονεῖν πλεονάκις· ἢ ὀλιγάκις ἁμαρτεῖν, λέγοντα πλημμελεῖν πολλάκις. Qæ Gesnerus sic reddidit; *Præstat rarò delinqere, fatentem modestè & sobriè agere sæpius: qam rariùs peccare, dicentem se delinqere sæpiùs.* Ecqis tam obesæ avt mucosæ naris est, qi Epicteto istiusmodi excidere potuisse, animum inducat? Lege, distinctionibus duntaxat immutatis, meo periculo; Βέλτιον ὀλιγάκις πλημμελεῖν ὁμολογοῦντα, σωφρονεῖν πλεονάκις· ἢ ὀλιγάκις ἁμαρτεῖν λέγοντα, πλημμελεῖν πολλάκις. *Satius est, peccare qandoqe fassum, rectè plerumqe te gerere; qam rarò peccare te agnoscentem, sæpiùs delinqere.* Qam ex insigni absurdam sententiam effecerat, pavsula tantum loco mota? Apud eundem, qod censuras tam diversas, tam adversas expertum est, uti alibi indicavimus, dictum illud Evripideum, E

Τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
Τὸ ζῆν δὲ θνῄσκειν ἐστί;

Interpres idem, qum perperam hoc pacto interstinctum repperisset, sic reddidit, F

Qis novit an vivere sit, qod nos vocamus mori,
Mors avtem vita?

Ita & mentem avtoris pervertit, & dictionis membra à se invicem distincta secum invicem confundendo tavtologiam meram induxit. Ea verò sic legenda fuerant.

Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν τοῦθ' ὃ λέγεται, θανεῖν, &c.

Vertendaqe,

Qis novit, an hoc vivere qod dicimus, mori, &c.

ut ὃ λέγεται, ad vitam, non ad mortem referatur, ne cantilena cuculina sit. G

Apud Athenæum *Dipnosoph. l.* 10. leguntur ex Alexidis comici *Syntrophis* ista;

Ὡς ἡδὺ πᾶν τὸ μέτριον, οὔτ' ὑπερπλήρης,
Ἀπέρχομαι νῦν, οὔτε κενὸς, ἀλλ' ἡδέως
Ἔχων ἐμαυτοῦ. ——

Qæ Campensis sic reddidit,

O qam jucundum, qicqid mediocre est, nec plus justo plenum?
Abeo nunc minimè vacuus; sed, ut mihi videor
Lætus. ——

Et Grotius, qi in *Excerpta* sua transtulit,

Qam dulce est, qod mediocre est, nec superat modum.

Hanc avtem versionem, qo firmaret ὃ πᾶν, qum Athenæi scriptura non videretur admittere, eam sollicitavit; &, *malè*, inqit, ὑπερπλήρης *apud Athenæum*: cujus loco itaqe τὸ ὑπερπλῆρες it substitutum frustrâ, nihil enim id opus. Interpunctione restitutâ, tam proclivia futura sunt omnia, qam est imber, cum pluit. Sic ergò legendum, (qod & conjunctio in inciso posteriore præeuntem alteram reqirens, non svadet, sed cogit,)

Ὡς ἡδὺ πᾶν τὸ μέτριον; οὔθ' ὑπερπλήρης
Ἀπέρχομαι νῦν, οὔτε κενὸς, ἀλλ' ἡδέως
Ἔχων ἐμαυτοῦ. ——

Qam svave est, qod mediocre est? nec supra modum
Discedo onustus, nec inanis, sed svaviter
Me habens. sive, *Affectus* ——

Sophoclis qædam ex Electra Vir Cl. Joannes Buxtorfius in *Biblioth. Rabbin.* qo dilationis damnum qam insigne sit, doceat, sic citat. *Cunctatio*, inqit, *non tantum in præsens noxia, sed & in futurum damnosa sæpe evadit; ut vel illud testatur, qod Orestis reditum differenti responsum fuit*,

Μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι τὰς οὔσας τέ μου,
Καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν.

Vertitqe

Cum prorogat semper facere præsentia simul,
Etiam futuras spes omnes perdidit.

Mitto qod pronominis μου rationem nullam habuit vir doctissimus cujus loco ἐμοῦ legisse videtur: dictionis elegantiam interpunctione non observatâ corrupit. Sic enim legendum fuerat,

Μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι, τὰς οὔσας τέ μου
Καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν.

Vertendumqe

Dum rem cunctatur aggredi, cunctas mihi
Spes & præsentes & futuras perdidit.

Electra de Oreste absente loqitur.

Ex Platonis *Symposio* in Commentariis ad *Sophoniam* lavdat hæc Franciscus Ribera, Βία γὰρ ἔρωτος οὐχ ἅπτεται, οὔτε ποιῶν ποιεῖ. ea sic reddidit, *Violentia enim amoris non tangit, neqe faciens facit.* hoc est, inqit ille, *non vehementer stimulat.* Sed & V. Cl. Sixtus Amama in *Select. regul. textual. pag.* 85. eodem fine ex Platone producit istud, ποιῶν ποιεῖ. qod cum Luciani illo in *Dialog. Menel.* & *Protei*, ἰδὼν οἶδεν i. *videns vidi*, componit. frustra uterqe. Sunt enim ista à Platonis mente qam longissimè dissita. Dictionis Platonicæ series sic se habet; Ἔρως οὔτ' ἀδικεῖ, οὔτ' ἀδικεῖται. οὔτε γὰρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, εἴ τι πάσχει· βία γὰρ ἔρωτος οὐχ ἅπτεται· οὔτε ποιῶν, ποιεῖ. *Amor injuriam nec infert cuiqam, nec à qoqam patitur. neqe enim per vim patitur, si qid patitur; vis enim amorem non attingit; neqe faciens, facit.* hoc est, neqe siqid facit, per vim facit. Duplici utiqe axiomate in paradoxo illo nititur Philosophus. Οὐδεὶς ἑκὼν ἀδικεῖται. *Nemo volens injuriam patitur.* Aristot. *Ethic. l.* 5. *c.* 9. subjungit enim, Πᾶς γὰρ ἑκὼν ἔρωτι πᾶν ὑπηρετεῖ. *Amori qisqe in re qaqe sponte sua obseqitur.* Et, Ἔρως οὐ βιάζεται. *Amor non cogitur.* Clavdian. in 4. Coss. Honor.

— *non extorqebis amari.*

Et Tertullianus *de pudicitia*; *Nulla ad libidinem vis est, nisi ipsa: nescit, qod libet, cogi.* Cæterum affectus iste licet omnium reverâ sit liberrimus; nullus est tamen efficacior, majoriqe cum vehementiâ hominem qi totum ferat; non timor ipse, qo nihil magis vim facere videri possit. Siqidem, ut Seneca in *Medea*,

Amor timere neminem (nil etiam) *verus potest.*

Proinde ἐμφατικώτερον Apostolus ad Cor. Ep. 2. c. 5. v. 14. qo affectus hujusce vim exprimeret, ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς. *Etenim amor Christi nos constringit.* h. e. cogit qodammodo, & vim qandam infert. Et Marcus Imperator de eis etiam qi affectu hoc arripiuntur, *Comment. l.* 8. *sect.* 14. Ἀναγκάζεται οὕτως ποιεῖν, *necessario facere illum qa facit.* & *l.* 10. *sect.* 30. Βιάζεται. *cogi hominem.* Sed illa Platonis mens genuina: à qa latissimè abscessere viri docti cum in codices ab interpunctione laborantes incidissent, nec dictionis filum attenderent satis.

Flaccus in ipso statim *carminum* exordio *Ode* 1.

Sunt qos curriculo pulverem Olympicum

Collo-

Collegisse juvat, metaqe fervidis
Evitata rotis, palmaqe nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.
Hunc si mobilium turba Qiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, si proprio condidit horreo, &c.

Ubi distinctio neglecta, & distributionis membra secum invicem confudit, & sententiam ἀνανταπόδοτον, *altero membro defectam*, reddidit. Henricum Stephanum dico & Danielem Heinsium, distinctione rite constitutâ, utriqe vitio medelam qam viri præstantissimi, dum mendum subesse nec suspicati sunt, neglexerant, fecit Johannes Isaacus Pontanus; dum hoc modo legit.

Sunt qos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat, metaqe fervidis
Evitata rotis, palmaqe nobilis.
Terrarum dominos evehit ad Deos
Hunc, si mobilium turba Qiritium, &c.

distinctionis notula loco mota dictionis seriem interturbaverat, ac sensum planè corruperat, ac idem in eisdem *lib.2. Oden.3.* hac clavdit periocha guomicâ, sortis humanæ incertitudinis indice;

Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur urna: serius ocyus
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impositura cymba.

Hujus avtem dicti syntaxin geminam importune inserta punctiuncula pervertit corrupitqe: qam tamen, ut minorum gentium interpretes mittam, nec heroes illi insigniores animadverterunt, advertit primus, & solus, qod sciam, Janus Duza, qi & in schedis suis qibusdam adnotavit. Ecqid est enim, *omnium urna*. ad illud referunt, ac inde explicant, qod *lib.3. Ode* 1. dicitur,

—— Æqâ lege necessitas
Sortitur insignes & imos:
Omne capax movet urna nomen.

Cui parallelum faciunt illud Maronis *Æneid. l. 6.*

Qæsitor Minos urnam movet. —

Cæterum Poeta non *omnium urnam*, qod minùs propriè, sed *omnium sortem*, qod est familiare ac usitatissimum dixisse videtur. Proinde dempto interstitio illo, qod dictionis non proprietatem tantummodò, sed & elegantiam ipsam minuit, unâ serie continuâ, nec interruptâ, incisum medium, sic concipiendum legendumqe censet Vir Clarissimus.

—— Omnium versatur urnâ serius ocyus
Sors exitura ——

ut *urnâ*, non nomen ipsum, sed nominis casus qintus sit, qem ablativum vulgò nuncupant. qam lectionem indicatam qi non alteri illi prætulerit, vix est qin ut fungum existimem. Idqe forsan si advertisset V. Cl. Heinsius, lectionem receptam in voculâ novissimâ demutatum non isset, ut pro *cymba cymbæ* legendum scisceret, qum aptissimè & *sors cymbæ impositura*, Charontis utiqe dicatur; & *in æternum exilium imponi*, qo modo de Josepho, *in Ægyptum divendi*, Act. c.7. v.9. de qâ formulâ alibi diximus. nec inducere potis sum animum ut critico illi celeberrimo licet, hic assentiar, qi ex *exilii* voce istic usurpatâ vult *domum Plutoniam* Lyrico eidem *exilem* dictam, *carm. l.1. Ode* 4. qum syllabæ mediæ (qod virum tantum non advertisse mirum, qantitas disertè adversetur.

Inter Sophoclea ex *Incertâ Fabulâ* in *Excerptis* Grotius hæc habet,

Λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν ὥσπερ εὐπρεπὴς
Χαλκὸς, χρόνῳ δ' ἀργῆσαν ἤμυσεν στέγος.

ita enim interstincta eduntur ista tam in Plutarchi codicibus, apud qem non semel reperiuntur tum accisa, tum & integra, libellis *de sene politico*, & *de vita abdita*, qam & in Viri Cl. qi inde sumpsisse videtur, *Excerptis*. Ea verò interpunctio, vel punctiunculæ potiùs distingventis absentia, fecit, ut tragici mentem Vir Cl. havd sit ritè assecutus, qum sic verteret,

Dum qippe in usu est, splendet, æs ut nobile:
In otio si jaceat, hebetatur vigor.

A Sic Xylander, qi loco altero licentiùs sic reddidit,

Namqe æris instar, qod longo post tempore
Usu refulget attritum: virtus viri
Comperta splendet actionibus probis.

altero tragici mentem propiùs,

Namqe æs velut decorum splendet usibus:
Cum non habitata tempore concidat domus.

de *vigore* corporis an animi locutum tragicum alter opinatus est, de *virtute* ethicâ sive practicâ alter; qi tamen alibi membrum alterum de ædibus rectè cepit. de qibus dictum
B utrunqe cepisset uterqe, nec cum Sophocleis, vel sua, vel Plutarchiana sensu commiscuissent, si avt rite dispuncta invenissent, avt Plutarchi dissertationem accuratiùs pensitassent. Interpunctione restitutâ, qâ prima eodem cum postremis referenda indicetur unâ cum à lavdante adjectis, sic habent.

Λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν ὥσπερ εὐπρεπὴς
Χαλκὸς, χρόνῳ δ' ἀργῆσαν ἤμυσεν, στέγος,

ὥς φησι Σοφοκλῆς· ὡς δ' ἡμεῖς φαμὲν, ἐκεῖνο τῆς ψυχῆς τὸ γνώριμον, ᾧ λογιζόμεθα, καὶ μνημονεύομεν, καὶ φρονοῦμεν.
C Ita ille *de sene rempublicam administrante* differens. in illâ verò *de vitâ occultè agendâ* dissertatione, clariùs adhuc.

Λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν, ὥσπερ εὐγενὴς
Χαλκὸς, χρόνῳ δ' ἀργῆσαν ἤμυσεν οὐ μόνον

στέγος, ὥς φησι Σοφοκλῆς, ἀλλὰ καὶ ἦθος ἀνδρὸς οἷον εὐρῶτα καὶ γῆρας ἐν ἀπραξίᾳ δι' ἀγνοίας ἐφελκόμενον. qam scripturam secutus videtur Vir Cl. qando *æs nobile*, reddidit, cum alteram tamen in senario Sophocleo exhibuerit. ad tragici mentem facit, qod Naso habet *Pont. lib. 1. eleg. 6.*

Canescunt turpi tecta relicta situ.

D Plutarchi illa sic verti poterunt,

In usu namqe ut æs nitens, splendet domus;
In usu verò concidit diutino;

ut Sophocles ait; ut nos verò, animæ aciesilla, qâ ratiocinamur, meminimus, sapimus. Et altera ista:

Dum namqe in usu est, æris instar nobilis,
Nitens, in usu tandem corruit,

non domus duntaxat, ut Sophocles ait, sed & viri virtus, situm seniumqe qodammodo sensim sine sensu contrahens.

Menedemus Cynicus apud Laertium lib. 6. cap. 104.
E Evripidea qædam gnomica alludens.

Γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
Εὖ δ' οἶκος· οὐ ψαλμοῖσι καὶ τερετίσμασιν.

qæ Cynici verba, perperam dispuncto usus codice, Ambrosius Laertij interpres sic reddidit,

Magna reguntur urbes nam prudentiâ:
At una cantu non regi qeat domus.

ab mente tam tragici, qam & Cynici discessit, qæ sic potius reddi debuerat;

Sagacitate civitas regitur probè,
F *Domusqe; neutra fidibus avt cantu levi.*

Hippocrates in librum περὶ παρθενίων, sive *de virginum affectibus*, *Sect. 5. pag. 125.* hæc habet, Αἱ δὲ παρθένοι, ὁκόσῃσιν ὥρη γάμου παρανδρούμεναι, τοῦτο μᾶλλον πάσχουσι. Ea vir insignis Anutius Fœsius, qo de Hippocratis scriptis nemo meliùs ampliusve meretur, cum vitiata suspicaretur, ex M. S. Regio (sed istic saltem mendoso) corrigere conatur, & pro ὥρη ὥρης substituit. Vertit itaqe, *Virgines, qibus propè nuptiarum tempus instat ut viro conjungantur.* Et in *Oeconom. Hippocrat.* h. e. inqit, *qæ ad nubiles annos & vi-*
G *rilitatem propè accedunt; sive qæ propè sunt maturæ viro, & virilitatem avt maturam viro ætatem ingrediuntur.* Adversus qam versionem excipi poterit non immeritò; primò *virilitatem* & *virilem ætatem* de virgine non κυρίως nimium duntaxat, sed καταχρηστικῶς admodum dictum videri, tum ἀνδρῶδες, sive ἀνδρωθεῖσα Græcis ubi de muliere usurpatur, non *viro maturam*, sed *virum expertam esse*, significare. Hesychius, Ἀνδρωθεῖσα, ἀνδρὶ συνουσιάσασα, διακορευθεῖσα. *Virum experta*, ut Flaccus; *devirginata*, ut Petronius. Adhæc, ὥραν γάμου παρανδρούμεναι, ecqid fuerit? avt qem sensum vel commodum vel idoneum hîc ediderit? Deniqe aliud est ἀνδρώδης, aliud παρανδρῶδες. & ab Hippocratis mente aliena prorsus sunt ista. Pavsula utiqe deficiens Virum Doctissimum & in Hippocrate versatissimum ab avto-

ris sensu genuino, dictionisqe notione germanâ transversum egit, ad locum sincerum incrustandum adegit, versionemqe utriqe illi nullâ ratione consentaneam produxit. Interpunctione rectâ restitutâ sic lego, Αἱ δὲ παρθένοι, ὁκόσῃσιν ὥρη γάμου, παρανδρούμεναι, ἢν μᾶλλον πάσχωσι. verto, *Virgines, qibus nubendi tempus adest, ni virum experiantur; seu, si congressus virilis expertes ulteriùs perstiterint, affectui isti magis sunt obnoxia.* παρανδρεῦσθαι eadem ratione qâ παρθενεύεσθαι dictum est; vocabulum Stephani Thesavro adjiciendum. Hanc avtem esse genuinam Hippocratis mentem, ex seqentibus fit perspicuum, qibus sic affectis præcipit, ut qam celerrimè nubant, inde futuram conceptus spem, qod malo isti medeatur; qod nisi virum expertas affectaturum est probabile. Κελεύω, inqit, ἔγωγε τὰς παρθένους, ὁπόταν τὸ τοιοῦτο πάσχωσιν, ὡς τάχιστα ξυνοικῆσαι ἀνδράσιν, ἢν γὰρ κυήσωσιν, ὑγιέες γίνονται· εἰ δὲ μή, αὐτίκα ἅμα τῇ ἥβῃ, ἢ μικρὸν ὕστερον ἁλώσεται, εἴπερ μὴ ἀνδρωθῶσι. *Eqidem virginibus suadeo qibus tale qid accidit, ut ocissimè cum viris conjungantur. Si enim conceperint, sana evadunt. Qod nisi fiat, unà cum pubertate, avt non ita multo post his tentabuntur, nisi viro jungantur.* est itaqe, Hippocrate ipso interprete, τὸ ἀνδρωθῆναι, ἀνδρὶ συνοικῆσαι, sive συγγενέσθαι, ut Hesychius, *Virum experiri, cum viro rem habere.* cui opponitur τὸ παρανδρωθῆναι, *à viro præteriri, viri* (cui matura atqe idonea jam fuerit) *expertem ulteriùs agere.* Explicatio ab avtore ipso clarissima.

CAPUT XVII.

Luca 11. 17. locus per interpunctionem omissam, ab interpretibus perperam habitus: ex aliorum Evangelistarum collatione, restitutus & explicatus. vocabulum provocabuli loco, Gen. 9. 6. & alibi. domus adversus domum. Dominus *i.* Domino, *Gen. 19. 24.* Dominus apud Dominum, *2 Tim. 1. vers. 18. Discordia ruina procreatrix. Civitas homines, non ædificia. Rom. 3. 9. Lectio duplex pro interpunctione diversâ. sensus genuinus, spurio rejecto, unà cum interstinctione rectâ, datus, firmatus, cum antedictis conciliatus. 1 Cor. 7. 32. 34. per interpunctionem vitiosam miserè vexatus, Basilio sine caussâ adscripta lectio à receptâ discrepans. Interpunctione pravâ seductus Interpres Vulgatus contextui vim fecit. qem tamen secuti hard pavci, præter codicum interpretumqe Græcorum veterum fidem; Græcos etiam codices corrumpere conati nonnulli. Hieronymus hic varius, & à se dissidens. ejusdem de Apostolis dictum parum consideratum, hujus tempore lectio genuina Græcis agnita, nec à Latinis penitus rejecta. Ephes. 4. 20. interpunctionem genuinam videri à Beza restitutam.* Christum nosse, & Christum didicisse, *qi verè dicantur.* ἐν Χριστῷ διδαχθῆναι *qid. 1 Cor. 8. 3. cum Piscatore contra Bezam exponitur.* ἐν αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ, παρ' αὐτοῦ, ὑπ' αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ. Χριστὸν ἀκοῦσαι, *qid velit.* ἀκοῦσαι αὐτόν, *&* αὐτοῦ, *qi distent.* fides *qid, Gal. 3. 2. Apoc. 13. 8. Agnus an à mundo condito mactatus, dicatur.* ἐναντιοφανὲς *hujus loci, cum Heb. 9. 26. qo solvatur. qâ ratione factum id interpretes velint. 1. ratione* præordinationis *divinæ. 1 Pet. 1. 19, 20. Grotii scriptum adversus Socinum qale: à Ravenspergero frustra tentatum, à Vossio strenuè propugnatum.* προεγνωσμένος, præscitus. *Beza optimè: hujus codices depravati restituuntur. Eodem concedit & Socinus; à Lubberto hac in parte citra caussam reprehensus.* à mundo condito; *& ab æterno, an sint idem. 2. Ratione* pactionis sponsionisqe. *Esaia 53. 7. de eo loco Lud. Cappelli sententia. 3. Ratione* virtutis *&* efficaciæ. *qâ tam antegressi qam insecuti servati Rom. 3. 25. Heb. 9. 15. 4. Ratione* prædictionis *&* promissionis *Gen. 3. 15. Luc. 1. 70. 5. Ratione* fidei *&* fiduciæ. *Joan. 8. 56, 6. Ratione* præfigurationis, *Heb. 9. 9, 12. 7. Ratione membrorum ejus per singulas ætates cæsorum. Matth. 23. 25. Loci interpunctio ab hac diversa, sed genuina, ab aliis data; firmatur ex cap. 17. 8. rejectis alteris, qa vel ad agnum, vel ad librum novissima illa referunt. Objectionibus in contrarium allatis respondetur. Trajectiones in sacris literis non insolentes. sensus simplicior, avtore ipso præsertim præeunte præferendus. Lectio à recepta recedens à Bedâ proposita; qam seqitur Avter* Annotationum in Apocalypsin *sub Avgustini nomine delitescens. Hæc nec Avgustini esse, nec Tychonii. ex* ἐσφαγμένου, ἐσφαγμένην, *ex hoc* ἐσφραγισμένην *ornatum. Pari modo pro* ἠγωνίζοντο, *qidam* ἠγωνιάζοντο *Joan. cap. 18. vers. 36. qod Cypriano imposuit: Proverbiale dictum,* agnus videri vult cum draco sit. *Hermippo comic. & Joanni Apoc. 13. 11. Locus Apoc. 14. 13. discutiendus proponitur. Interpunctio à Latino interprete turbata. versio ejusdem vitii suspecta.* ἐν Κυρίῳ ἀποθνῄσκειν, *qid.* δέσμιος ἐν Κυρίῳ, *Eph. 4. 1.* Οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ. *1. Thes. 4. 16.* Κατὰ πίστιν ἀποθανεῖν, *Heb. 11. 13.* Ἀπάρτι, *qid velit. Primasius ex conjecturâ emendatus. hujus argutia in Joanne explicando rejecta.* ἀπάρτι, *qidam,* statim *à morte; qidam, à judicio novissimo; Naperus à Jubileo, qi tunc agebatur.* ναὶ *particula usus qis.* ἀπαρτὶ. *Arethas ad* γράψον *refert; alii ad* μακάριοι. ἀπάρτι, ἀπὸ τοῦ νῦν, à nunc, *non à tunc.* ἀπαρτὶ *qi legunt, rejecti. nondum plenè consummata fidelium defunctorum beatitudo Apoc. 6. 11.* ἀπαρτὶ *istius epocha minus probata, Parei altera, altera Medi, ad Millenarium suffulciendum indulta. hujus rationibus responsio data. dies mortis, an mercedis dies. commentitia martyrum peculiaris resurrectio.* messis *ac* vindemiæ *nomine, judicium novissimum non designatur.* ἀπάρτι *qidam ad* ἀποθνῄσκοντες *referunt. Rhemenses, qo Purgatorio Limboqe suo prospiciant, de tempore præterito interpretantur, & ad Christi ascensum referunt: Apulejus ab illis frustra adductus. Ipse ad* μακάριοι οἱ νεκροί, *retulerim; & pronunciati hujusce tempus epocham statuerim. Temporibus luctuosis imminentibus festinata mors felicitatis loco habetur: ad mala majora à morte servari miseria. de animâ submersis extinctâ figmentum. Hammondi de dictionis sensu consensus. de tempore designato dissensus. Ellipsis in seqentibus. caussali nihil hic opus.* ναί, *qid.* ἀκολουθεῖν *qid propriè, & unde dictum.*

AD paginæ sacræ interpretes transeamus. etiam his interpunctio, vel defecta, vel perversa, vel non animadversa, non semel imposuit. Lucæ c. 11. v. 17. Πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα, ἐρημοῦται· καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον, πίπτει. ita enim distingvi debet. nec satis consideratè factum est, qod per editiones plerasqe in inciso utroqe pavsula desideratur. Vetus interpres; *Omne regnum in seipsum divisum, desolatur: & domus super domum cadit.* nec aliter Erasmus, & Castellio, sensumqe qod attinet, etiam Valla. Sed & vetus Anglicana versio, ex qâ in Liturgiâ nostrâ Evangelia desumpta sunt, And one house falleth upon another. Sensu certè à Servatoris, cujus ea verba sunt, mente prorsus alieno. aliud enim voluisse illum patet liqido ex Evangelistarum Matthæi Marciqe collatione. qorum ille cap. 12. v. 25. sic extulit, Καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, οὐ σταθήσεται. *Civitas qævis avt domus adversus sese divisa, non consistet.* iste cap. 3. v. 25. Καὶ ἐὰν οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ οἰκία ἐκείνη. *Et si domus adversus sese divisa fuerit, domus illa consistere non poterit.* Qod illi ἀποφατικῶς, *negative,* οὐ σταθήσεται, non consistet, dixere; id καταφατικῶς, *affirmative,* Lucas dixit, πίπτει, cadit, qod illi *οἰκία καθ' ἑαυτῆς*, & ἐφ' *αὐτὴν*, *domus adversus sese*, id Lucas vocabulum loco provocabuli usurpans, *οἶκος ἐπὶ οἶκον, domus adversus domum.* i. *domus adversus se.* sicut, *Dominus à Domino,* i. e. *Dominus à se.* Genes. cap. 19. vers. 24. *Dominus depluebat super Sodomam & Gomorrham ignem & sulphur,* sive ignem sulphureum, *à Domino è cælis.* qod tamen ad personarum divinarum distinctionem trahunt, tanqam *Dominus à Domino,* intelligatur *filius à patre,* Ignatius *Epist. ad Antioch.* Irenæus *l. 3. c. 6.* Tertullianus *adversus Prax. c. 13.* & 16. Marcus Arethusius apud Socratem *Hist. Eccles.* l. 2. c. 30. Gregorius Nazianzenus *adversus Eunomium Orat.* 3. Evsebius *Præpar. Evang.* l. 7. c. 12, & c. 11. & 13. Joannes Chrysostomus *in ad Tim. Ep. 2. c. 1. Orat.* 4. Avgustinus *in Genes. Qæst.* 59. Novatianus *de Trinit. c.* 26. Sed simplicius illud, *Dominus à Domino,* i. e. *Dominus a se.* Sicut Gen. c. 9. v. 6. *In imagine Dei fecit hominem*

nem in imagine suâ; ut c. 1. v. 26, 27. qod tamen huc qoqe rapiunt dictorum nonnulli. ita Theophylactus ad verba illa Pauli in Ep. 2. ad Timoth. c. 1. v. 18. *Det ei Dominus ut inveniat misericordiam apud Dominum in die illo.* Ἐβεβαίωσε Κύριος παρὰ Κυρίου, τουτέστι, παρ' ἑαυτοῦ. ὅπερ καὶ ἐν Γενέσει. *Dominus*, inqit, *à Domino* i. e. *à seipso. Atqe ita hîc: apud Dominum*, i. e. *apud seipsum*. Nec aliter Oecumenius hîc; qi tamen illam qoqe expositionem commemorat. nam Chrysostomus istic parum liqidus est. & in Genesin multo minùs. Omninò certè apud Evangelistam οἶκος ἐπὶ οἶκον, sive *domus adversus domum*, est *domus adversus seipsam divisa*, *h. e.* secum dissidens, consistere neqit, sed concidat necesse est. Supplendum τὸ διαμερισθεὶς ex priore inciso, qod & Theophylactus vidit, qi sic extulit, καὶ οἶκος μερισθεὶς πίπτει. Et explicando subjungit, Οἶκον δὲ, εἴτε τὴν οἰκοδομὴν νοήσεις, καλῶς. καὶ γὰρ ἡ οἰκοδομὴ, ἕως μὲν φυλάττει τὴν συνοχὴν, ἵσταται· ὅταν δὲ διαστῶσιν ἀπ' ἀλλήλων, οἱ τοῖχοι, πίπτει· εἴτε τοὺς οἰκοῦντας ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ οὕτως, ἕως μὲν εἰρηνεύουσι, συνεστήκασιν· ὅταν δὲ διαστῶσι κατ' ἀλλήλων, πίπτουσι. *Domum autem, sive ædificium intellexeris, rectè. Siqidem & ædificium qamdiu compagem suam conservat, consistit: at ubi parietes à se invicem discesserint, cadit. Sive domum intellexeris eos qi domum inhabitant, hi etiam qamdiu pacificè agunt, consistunt; at ubi à se invicem dissederint, cadunt.* Sed hos dubio procul Servator voluit. *domus*, sive *familia*, pro *domesticis*, ut *civitas* in membro antegresso pro *civibus*, sive hominum civitatem incolentium societate. Siqidem ut Græcus senarius habet,

> Ἄνδρες γάρ εἰσι αἱ πόλεις, οὐκ οἰκίαι.
>
> *Non ædificia, sed viri sunt civitas.*

Sensu gemino sumendum; qod Esajæ c. 16. v. 7. *Moab pro Moabo*, sive, *ad Moabum*, *ejulabit*, i. e. *Moabita*, *alteri pro alteris*, sive, *ad alteros*. Et qod cap. 19. v. 2. *Ægyptum cum Ægypto committam*, i. e. *Ægyptios secum invicem*. Syrus deniqe clarissimè sic reddidit, וביתא דעל קנומה מתפלג נפל & *domus qa adversus semet divisa est, cadit*. Gnomen pulcerrimam usqe firmatissimam, non corruperat tantùm, sed sustulerat prorsus punctiunculæ absentia.

Ad Romanos cap. 3. v. 9. Τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως. προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι. Vetus; *Qid ergò? præcellimus eos? neqaqam: præcausati enim sumus, Judæos & Græcos omnes sub peccato esse.* Ita legunt, ita distingvunt codices pleriqe, veteres pleriqe. Discrepantia videri possit in dictis Apostolicis: siqidem initio capitis *Judæos excellere* dixerat, & περισσὸν πολύ τι ἔχειν. qærit enim, τί οὖν περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου· & respondet, πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. *Multum per omnem modum*, h. e. *omninò multum*, sive, *multum admodum*. Neqe enim *omni modo*, & qavis ratione intelligi patitur, qod istic subdit: Hîc enim idem percontatus, Τί οὖν; προεχόμεθα; *qid ergò? num præcellimus?* nos scilicet Judæi. respondet, οὐ πάντως, *non omnino*. Verum optimè conciliat Theophylactus, Ἀνωτέρω εἰπὼν ὅτι ἐστί τι περισσὸν τοῖς Ἰουδαίοις, διὰ τὸ ἄνωθεν πεπιστεῦσθαι καὶ ἐγχειρισθῆναι τὸν νόμον, νῦν δείκνυσι μηδὲν αὐτοὺς ἔχειν περισσὸν, ὅσον ἐκ τῶν οἰκείων πράξεων. *Cum supra dixisset, aliqid esse Judæis eximium, qod eorum fidei commissa lex fuisset; ostendit nunc nihil eos eximium habere, qantum ad propria ipsorum opera attineret.* Qum nimirum nihilominus tam illi, qam & exteri, peccato obnoxii forent. Verum distinctione insuper habitâ, Origenes, avt saltem Origenis interpres sic legit, Τί οὖν προεχόμεθα; vertitqe, *qid ergò tenemus amplius?* qod & Syrus secutus videtur, qi sic extulit, מנא הכיל אוחדינן יתירא *Qid igitur obtinemus excellentiæ?* Lectionem hanc eandem primo loco proposuit, & qi Oecumenii nomen præfert; & tanqam qod à Judæis Pavlo objectum esse potuerit, in hunc sensum accipit, Τί οὖν προεχόμεθα, ἢ τί ἐκερδάναμεν, προκριθέντες τῶν ἀκροβύστων; *Qid ergò prærogativæ habemus? avt qid lucrati sumus, qod præputiatis anteponimur?* Verum huic alteram mox subjungit, qam genuinam esse non ambigimus; sensu tamen neqaqam genuino adjecto. Vult enim τὸ προέχεσθαι passivè sumi; & qæstionem ex præputiatorum fidelium personâ proponi, hoc modo; Τί οὖν; προεκρίθησαν ἐκεῖνοι,

A προέλαβον; ἡμεῖς προκατελήφθημεν, προεχόμεθα; ποῦ ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη; *Qid igitur? illi prælati sunt, & prævenerunt? nos præoccupati sumus, & superati? & ubi est justitia Dei?* Sed nec lectionem illam admittit responsionis Apostolicæ formula qam omisit itaqe plane Syrus: nec mentem istam, dictionis series continua. Cum Judæis enim adhuc, non cum exteris rem esse, etiam leviter intuenti facilè patebit. Cæterum qod taodem subjicit ex aliorum sententiâ, & est verissimum, & Apostoli menti cumprimis convenit; ex Judæorum personâ proponi istud, B cui Apostolus qod est supra positum reponat: Deniqe τὸ ἐπαμφοτερίζον ita solvit, ut statuat, Πλέον ἔχειν κατὰ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ. *Plus aliqid habere eos per benignitatem divinam qva sua illis oracula concredidit*; αὐτοὶ δὲ καθ' ἑαυτοὺς τὰ πρόσωπα συγκριθέντα, μηδὲν ἑτέρων προέχειν, *personas verò per se consideratas, nihil habere plus aliis*: deniqe ἔχειν μὲν τὸ περισσὸν, διὰ τὸ ἐγχειρισθῆναι τὸν νόμον. μηδὲν δὲ ἔχειν περισσὸν, διὰ τὸ μὴ φυλάξαι: *eximii aliqid habere, qod legem sibi concreditam habuerint, nec habere tamen, qod eandem sibi concreditam observare neglexerint.*

C In priore ad Corinthios cap. 7. 32, 33, 34. Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ· ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος· ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι. ἡ δὲ γαμήσασα, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. Periochen integram citra versuum, sive κομμάτων, intersectionem transcripsi, qo ob oculos positâ contextus serie indivulsâ, dissertationis Apostolicæ ratio magis fiat conspicua. *Qi cælebs est*, inqit, *solicitus est de eis qa Domini sunt, qomodo Domino placiturus sit: qi vero* D *duxit uxorem, solicitus est de eis qa mundi sunt, qomodo uxori placiturus sit. Discreta est, qa uxor, & qa virgo est: qa est innupta, solicita est de eis qa sunt Domini, ut sit sancta & corpore & spiritu: qa nupsit verò, solicita est de eis qa sunt mundi, qomodo viro placitura sit.* In eandem plane sententiam Syrus; qi & disertè commatii 34. initium sic reddidit, פרישא אית בינת אנתתא לבתולתא *Discrimen est inter mulierem sive matronam, ad virginem.* i. e. inter uxorem & virginem. Ita Græci constanter; nisi qod Joannes Chrysostomus interserit copulæ indicem conjuncti- E vam particulam; Ἐπειδὴ γὰρ μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, ἔτι τέθεικε τὸ διάφορον, καὶ ᾧ διεστήκασιν ἀλλήλων. Basilius vero *Orat. de virginitatis integritate pag. 726. C.* eandem præfigit; qod & Beza monet; sed ideò, opinor, qia duo Apostoli enunciata conjungit, non qasi in scripto ea Apostolico habeatur: siqidem ubi illud Domini ex Matthæo c. 6. v. 24. de *duobus dominis* lavdaverat, subjungit; Ἡ δὲ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ. ὥσπερ οὖν ἡ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. καὶ μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. *Qa vero innupta est,* F *ea qa Domini sunt, solicite curat, qomodo placeat Domino: sicuti & nupta curat, qa mundi sunt, qomodo placeat viro, & divisa est & mulier & virgo.* Non fuit itaqe, qod vir doctissimus alteram è Basilii verbis lectionem exstunderet; cum palam sit non fuisse Basilio in animo, ut ad ipsa textus Apostolici verba sese astringeret. Neqe ergo post τῷ Κυρίῳ plena distinctio, sed intermedia, qam κῶλον dicunt, ponenda fuerat: ὥσπερ οὖν interseruit, de suo, qo Apostolici dicti membra duo aptiùs secum invicem committeret. Qo modo & Hieronymus *adversus Jovinian. Qi uxo-* G *rem habet, solicitus est qa sunt mundi, qomodo placeat uxori: sic nupta res mundi cogitat qomodo placeat viro.* Non inqam, particulas ipsas sensuum connexivas qod attinet, ad Apostoli verba adstrinxerat sese: qod & liqidò patet ex seqentibus, ubi aliis etiam verbis idem denuò repræsentat. Ἄλλη γάρ ἐστι; inqit, ἡ τὸν γάμον κρατοῦσα, καὶ ἄλλη τρόπος, φησὶ, ἡ τὴν παρθενίαν τιμῶσα. καὶ μεμέρισται ἡ παρθένος καὶ ἡ γαμοῦσα. Τὴν γαμήσασαν dicit, qam superius γυναῖκα. De mente interim Apostolicâ convenit plane. Oecumenius, Μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος· μεμέρισται, τουτέστιν, οὐ τὴν αὐτὴν ἔχουσι φροντίδα. *Discreta est ea qa est uxor & ea qa est mulier. Discreta est, hoc est, non eadem illis sunt cura.* Et Theophylactus, Τουτέστι, διαφέρουσιν ἀλλήλων. καὶ οὐ τὴν αὐτὴν ἔχουσι φροντίδα, ἀλλὰ μεμερισμέν-

ναι εἰσὶ τῷ σπουδάζειν, ἡ μὲν περὶ ἄλλα σπουδάζει ἡ δὲ περὶ ἄλλα· διαφέρουσι δὲ αἱ φροντίδες αὐτῶν. *Hoc est, differunt inter se, & non eadem illis sunt cura; sed discreta sunt illarum studia, & hac qidem de aliis, illa vero de aliis solicita est. Differunt igitur illarum cura.* Accedit Tertullianus *de Virgin. Veland. c.4. Caterum potuit hic qoqe constituere differentiam inter virginem & mulierem, sicut alibi dicit; divisa est mulier, & virgo. Qare? Qoniam innupta, id est, virgo, cogitat ea qa sunt Domini*, &c. Accedit Hieronymus *adversus Helvidium c. 10. Divisa est mulier & virgo: vide qanta felicitatis sit, qa & nomen sexus amiserit. Virgo jam mulier non vocatur.* Et *ad Evstochium de custodiâ Virginit. c.9. Divisa est mulier, & virgo: qa non est nupta, cogitat qa sunt Domini*, &c. Accedit & Sedulius, *Divisa est mulier & virgo, i. e. dissimiles sunt.* Jacobus Faber, *Legendum est; divisa est & uxor & virgo, h. e. uxor & virgo discrimen habent & differentiam qam postea sigillatim declarat Pavlus:* μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Copulativam agnoscit, qam & Basilius & Chrysostomus exhibent: & omninò admittenda videtur: alioqi hiulca fuerit Apostoli oratio. Thomas Cajetanus; *Postqam dixit de viro, modò incipit loqi similiter de muliere, dicendo, Divisa est uxor & virgo, h. e. diversis viis incedunt uxor & virgo: & de utraqe sigillatim exeqitur.* Optimè idqe ipsum clarissimè ostendit series dictionis Apostolicæ, eandem deniqe lectionem agnoscit Joannes Benedictus.

At Vetus interpres interpunctionem non attendens; Apostoli verba divulsa dedit, & sic reddidit; *Qi sine uxore est, solicitus est qa Domini sunt, qomodo placeat Deo: qi avtem cum uxore est solicitus est qa sunt mundi, qomodo placeat uxori, & divisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat qa Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu: qa avtem nupta est cogitat qa sunt mundi, qomodo placeat viro.* Qum enim distinctionem parum sanam admisisset, & sententiam jam havd commodè satis animadverteret, necesse habuit etiam Apostoli verba invertere, qo sic saltem sensus aliqis eliceretur, qi cum contextus antegressi verbis apte posset cohærere. Atqe hunc seqvntur Ambrosius *de viduis*, Primasius, Psevdo-Hieronymus, Haymo, posterior Pontificiorum turba, qæ ad versionem illam adstrinxit sese. Avdax verò nimis facinus admisere, qi qo Helenæ huic Pontificiæ gratiam facerent, textum Græcum depravare & ad versionem Latinam deformare moliti sunt. Ex his est Simon Colinæus, qi anno 1530. sic edidit, Ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί, καὶ μεμέρισται. καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου. Et Gvido Boderianus, qi in Græcis qæ Syriacæ versioni attexuit, sic concipit; Ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί· μεμέρισται. 34. καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου. Uterqe sententiam corrupit Apostolicam. Iste verò textum in frusta comminuendo sensum omnem prorsus sustulit. Avdax satis & Parisiensium inceptum, qi Theodoreti commentariis & lectionem & versionem nova ratione vitiatam, nec sibi invicem consentientem inseruerunt; textum sic exhibendo, Μεμέρισται καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος καὶ ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, &c. qæ reddunt tamen, *Divisa est & mulier, 34. & virgo innupta cogitat qa Domini sunt*, &c. Ita parum pensi habuerunt, qam laceratum & luxatum sacræ paginæ contextum avt repræsentarent, avt exprimerent, modo seriem dictionis genuinam perverterent, & ad versionem vulgatam suam ex parte saltem propiùs divertere cogerent: nam Theodoretus ipse strictim tantum & summatim παραφράζει: idqe ita ut in paraphrasi illâ lectionis tam depravatæ nec vola ulla nec vestigium compareat. At illi qi Ambrosii nomen præfert, utrumqe admittere visum est; legit ergò, *Solicitus est qa sunt mundi, qomodo placeat uxori, & divisus est: divisa est mulier & virgo. Qa non est nupta, solicita est de eis qa sunt Domini.* Scilicet, etiamsi qod rectum esset, perviderct; à vitiosâ tamen interpretatione jam receptâ abscedere non sustinuit.

Sed Hieronymus, dices, *adversus Jovinianum l. 1. Qæst. 1.* ubi sic citaverat, *Qi avtem cum uxore est, solicitus est qa sunt mundi, qomodo placeat uxori & divisus est.* Subjungit pavlò post, *Nunc illud breviter admoneo, in Latinis codici-*A *bus hunc locum ita legi, Divisa est virgo & mulier. Qod qanqam habeat suum sensum, & à me qoqe pro qalitate loci sic edissertum sit, tamen non est Apostolica veritatis: siqidem Apostolus ita scripsit, ut supra transtulimus. Solicitus est qa sunt mundi, qomodo placeat uxori, & divisus est. Et hac sententiâ definitâ transgreditur ad virgines & continentes, & ait; mulier innupta & virgo cogitat qa sunt Domini, ut sit sancta corpore & spiritu. Non omnis innupta & virgo est: qa avtem virgo, utiqe & innupta est. Qanqam ob elegantiam dictionis potuerit id ipsum altero verbo repetere, mulier innupta* B *& virgo: vel certè definire voluisse qid esset innupta, id est, virgo; ne & meretrices putemus innuptas, nullo certo matrimonio copulatas.*

Qanto molimine satagit vir bonus: sed nimis ζηλωρὸς καὶ ἀνθάδης, ut lectionem vitiosam suffulciat? verendum scilicet fuerat, ne meretrices Apostolus diceret *solicitas esse, ut tam corpore qam & spiritu sancta sint.* Nam de *elegantia* qas dicit, vix cuiqam, credo, facilè persvaserit. Sumimus interim qod dat, in Latinis codicibus suo tempore extitisse, qam nos tuemur, lectionem: ut etiamsi antiqa C satis depravatio illa, non tamen admodum recepta fuerit. *Veruntamen non est*, inqit, *Apostolica veritatis.* Fidenter satis: sed prodit hic Hieronymus ingenium suum ἀλλοπρόσαλλον, cui solenne est, Scripturas sacras *pro qalitate loci*, ut loqitur, *edisserere*; hoc est, pro rei subjectæ argumento, nunc huc, nunc illuc trahere, nunc in hunc, nunc in illum sensum detorqere, prout ei, qam præ manibus habebat, materiæ expedire videbatur. Qod (ut gravius nihil dicam) & temerarium est nimis, & præter reverentiam religiosam eam, qam vocis divinæ majestati debe-D mus. Qid qod in Apologiâ pro scripto hoc suâ, qo abusui isti satis fœdo patrocinium conciliet, Apostolum etiam in partes secum trahere conatur? *Calumniemur ergò*, inqit, *& illum, atqe dicamus illi: Testimonia, qibus contra Judaos vel cateras hareses usus es, aliter in tuis Epistolis sonant. Videmus exempla captiva; serviunt tibi ad victoriam, qa suis in voluminibus non dimicant.* Sed qare *non est Apostolica veritatis*? neqe enim aliqid affers, unde constat non esse.

At erit procul dubio, ni tibi ipsi fidem derogaverimus. E Avdi te *adversus Helvidium* dimicantem: *Tu mirâ impudentiâ hac in Gracis codicibus falsata contendis, qa non solum omnes pene Gracia tractatores in suis voluminibus reliqerunt, sed nonnulli qoqe è Latinis, ita ut in Gracis habentur, assumpserunt. Nec necesse est nunc de exemplarium varietate tractare, cum omne & veteris & nova Scriptura instrumentum in Latinum sermonem exinde translatum sit; & multo purior manare credenda sit fontis unda qam rivi.* An non hoc idem planè dici poterit de loco hoc ipso, qem nunc edisserimus? & rursus in *Epistolâ ad Marcellam* pro Novi Testamenti ver-F sione suâ *apologeticâ. Ne nos superbia, qod facere solent, arguant, ita responsum habeant; non adeò me hebetis fuisse cordis, & tam crassa rusticitatis, ut aliqid de Dominicis verbis, avt corrigendum putaverimus, avt non divinitùs inspiratum; sed Latinorum codicum vitiositatem, qa ex diversitate librorum omnium comprobatur, ad Gracam originem, unde & ipsi translata non denegant, voluisse revocare: Qibus si displicet fontis unda purissimi, cœnosos rivulos bibant.* At cur tu ipse ergò neglectâ fontis undâ purissimâ, qam alibi usurpas, cænosos nobis istic rivulos propinas? Si enim *Apo-*G *stolica veritatis* Græca sunt, ista seqetur Apostolicæ esse veritatis. Græcos enim codices etiam tuis temporibus sic habuisse, manifestè docent, cum Chrysostomus, tibi ferè coævus, & Basilius, pavlò te etiam prior, tum reliqa qæ hos insecuta est Græcorum enarratorum cohors. Ut de Clemente Alexandrino horum utroqe antiqiore multo, nihil dicam, apud qem de loco isto disserentem *Strom. l.3.* deprehenduntur lectionis hujus vestigia non obscura. Ἄμφω γὰρ, inqit, ἅγιαι ἐν Κυρίῳ, ἡ μὲν ὡς γυνὴ, ἡ δὲ ὡς παρθένος. *Amba enim sunt sancta in Domino: hac qidem ut uxor, illa vero ut virgo. Mira* avtem est, ipso te judice, *impudentia, ea in Gracis codicibus falsata contendere, qa non solum omnes* (ut penè tuum expungam) *Gracia tractatores in suis voluminibus reliqerunt, sed nonnulli qoqe è Latinis, ita*

ut

ut in *Græcis habentur*, *assumpserant*. Mira deniqe proinde est, Hieronymo ipso censore, Bellarmini qoqe impudentia, qi ex hoc Hieronymi dicto codices Græcos corruptos probatum it, & ex Latinis scilicet refingendos, *de verbo Dei lib.2. c.7.* Verum istic ex adverso opponit sese Vir Doctissimus Henricus noster Hammondus in *Annot. ad N. T.* Is siqidem Lectionem variam ex Regio M. S. qod LXX. versioni Græcæ V. T. Novi etiam exemplar adjunctum habet; ex qo contextus seriem istiusmodi repræsentat, qam & receptâ veriorem esse probabile admodum videatur. vers. 33. Ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί, καὶ μεμέρισται, v. 34. Καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος, καὶ ἡ παρθένος ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι, &c. Atqi r. illud advertendum, Virum Doctissimum ista hoc modo interstincta non qidem ex Codice Regio, sed ex cerebro suo dare. In M. S. siqidem illo, qi literis qadratis totus exaratur, nec versuum nec dictorum distinctio avt interpunctio ulla comparet. Proinde & Vir Clariss. Daniel Featlejus, qi tamen alias in suis *ad Epistolas Pavlinas Annotationibus* varias ex M. S. illo sub *Teclæ* nomine Lectiones studiosè recenset; ad locum illum nihil qicqam de lectione istâ monere sustinuit. Tum M. S. illius, si qid exhiberet, non est tanti αὐθεντία, qæ tot Græcorum τῶν πάνυ καὶ παντοχαίων etiam refragantium testimoniis disertissimis objiciatur. Certè enim, uti ex V. Cl. D. Featleji, qæ mihi communicaverat excerptis, animadvertere proclive fuerit, habet exemplar illud vitiosa havd pavca, glossemata verò interjecta passim qam plurima.

Qin & istic ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος ἡ ἄγαμος tautologiam & redundantiam supervacaneam plane futilemqe palam exhibent. Nec verò alicujus sunt momninis, qæ Vir Magnus præscribit de usu verbi μερίζεσθαι Matth. c. 12. v. 25. Luc. c.12. v. 13. &c. avt de verbi formâ singulari, cum membra duo ad qæ utraqe referri debeat seqantur: qum & verbum μερίζεσθαι Apostolus hîc notione minùs freqenti usurpare potuerit, qo modo & τὸ διαιρέσεως vocabulum usurpasse cap.12. v.4.5.6. Beza hîc monet: nec συντάξεως istiusmodi exempla sedulò scrutanti defutura ambigo, in qibus formæ singularis recto duplici, qod utrumqe respiciat, junctum reperiatur: etiamsi μεμερισμέναι εἰσὶ aptius convenientiusqe dici viro Clarissimo eidem videatur.

Ad Ephesios c.4. v. 20. gratiam ac venustatem dictionis Apostolicæ diminuisse saltem videtur non observata interpunctio in verbis illis: Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως Χριστὸν ἐμάθετε· uno scilicet spiritus ductu proferunt, redduntqe, *Vos avtem non sic Christum didicistis.* Exponunt avtem, οὐχ οὕτως ἐμάθετε, οὐκ ἐπὶ τούτῳ τῷ ὅρῳ, *non sic didicistis*, *i. non hoc fine*, *ut illis similia faciatis.* Ita Græcus Scholiastes, qæ qidem expositio duriuscula videtur. At V. Cl. Theodorus Beza scitè admodum interstingvit, Ἀλλ' ὑμεῖς οὐχ οὕτως· ἐμάθετε τὸν Χριστόν. *Vos avtem non sic: Christum didicistis.* Ita certè Syrus legisse videtur, qum vertit; אנתון דין לא הוא הכנא ילפתוניהי למשיחא *Vobis avtem non est sic: didicistis Christum.* Sicut Matth.c.20. v.26. & Marc. c.10. v.43. לא דין הכנא נהוא בינתכון *Non avtem sic erit inter vos.* Qod illi plenius, οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· at Lucas ἐλλειπτικῶς c. 22. v. 26. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως. Theophylactus certè eodem propendet planè: Τὰ μὲν ἔθνη οὕτως ἔχει· ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως.— ἐπειδὴ ἐμάθετε τὸν Χριστόν. Τοῦτο γάρ ἐστι μαθεῖν τὸν Χριστόν, τὸ ὀρθῶς βιῶν· ὡς ὅγε πονηρῶς ζῶν, ἀγνοεῖ τὸν Χριστόν. *Gentes qidem sic se habent: vos avtem non sic, qandoqidem Christum didicistis. Siqidem Christum didicisse est rectè vivere: utpote eum Christum nesciat, qi malè vivit.* Sed nec aliter in explicatione Hieronymus Zanchius, etiamsi lectionem receptam seqi ante professus; *Hic*, inqit, *reddit cavssam Apostolus, cur non debeant fideles Ephesii ambulare, sicut reliqæ gentes Christi cognitione destituti. Qænam hæc est cavssa? qia*, inqit, *didicistis Christum. Vos didicistis Christum donati verâ illius cognitione: ergò non est cur ambuletis sicut illi, sed contra potius, sicut & Christus ambulavit. Christi enim verâ cognitione sua homo mutatur, ut vitam Dei vivere possit & velit.* Hæc ille: qæ lectionem, qam probamus exigunt planè. Hoc avtem qod dixit Theophylactus, *Christum ne-*

A *scire, qi malè vivit*, confirmatur planè; vi conseqentiæ; ex illis Pavli, ad Tit. c.1. v. 16. à Theophylacto lavdati; *Deum nosse se profitentur, sed factis negant.* Utrumqe verò, & *benè vivere*, qisqis *Christum norit*, & *nescire*; qicunqe *malè vixerit*, docetur disertè Joannis illis, Ep. 1. c. 2. v.3.4. *Hinc novimus nos nosse eum*, (Christum scilicet) *si mandata ejus observamus, qi dicit nosse se eum, nec mandata illius observat, mendax est.* Christum avtem nec qi non didicit, nosse, nec qi didicit, nescire potest: nec illud subticendum, qod ἐν Χριστῷ διδαχθῆναι, & Χριστὸν μαθεῖν; B pro eodem plane Theophylactus habet. Eodemqe utrobiqe usus est Syrus vocabulo: alterum certè ad alterum necessariò conseqitur. Verum illud ἐν Χριστῷ διδαχθῆναι potest duplici ratione intelligi; Vel ut *de Christo* qis *edoctus* dicatur: atqe ita Beza & Piscator accipiunt; ut ἐν αὐτῷ istic pro περὶ αὐτοῦ ponatur, sicut cap.6. v.20. ἵνα ἐν αὐτῷ παῤῥησιάσωμαι, qod reddunt, *ut de eo liberè loqar*; velut *à Christo* ipso *edoctus* ac institutus; qo modo Beza sumit illud Apostoli, ad Corinth, Ep. 1. c. 8. v. 3. Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. *Si qis Deum dilexe-* C *rit, is ab eo edoctus est.* Qod vulgò reddi solet, *cognitus est ab eo*: ut τὸ ἔγνωσται hic formæ *Hophal* Hebraicæ vim habeat: (de qo tamen loco, Piscatori potius assentior, qi *notitiam* hic in probandi notione vult usurpatam.) Et qomodo Christus ipse Joannis c. 6. v. 45. ex Esajæ c. 54. v. 13. ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ· *erunt omnes edocti à Deo.* Cui subjungit etiam, πᾶς οὖν ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ μαθών, *qicunqe ergò à patre avdit & didicit, accedit ad me.* Ita ἐν αὐτῷ fuerit παρ' αὐτοῦ, sive ὑπ' αὐτοῦ, sicut Coloss. c. 1. v.16. Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, *ab ipso condita sunt uni-* D *versa.* Qanqam & ἐν αὐτῷ utrobiqe per δι' αὐτοῦ exprimi possit, *per illum condita sunt*; &, *per illum edocti estis.* Christus enim tam in orbe condendo, qam & in Ecclesiam suam instituendo, Deo patri ministerium exhibere dicitur; paterqe δι' αὐτοῦ per ipsum utrumqe illud præstitisse & præstare. Hebr. c. 1. v. 2. qo loco ἐν υἱῷ *per filium* populum suum *allocutus* perhibetur; δι' οὗ *per qem & secula condidit.* Priori favet interpretationi, qod dicit, εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε, *siqidem ipsum* (Christum scilicet) *avdieritis*: qod idem sonat, acsi dixisset, *si de ipso avdieritis.* Nos di- E ceremus, If ye have heard of him; non avtem, If you have heard him: formulâ à Græco ritu diversâ; illi enim avdiendi verbo personam, qæ qid dicit, in casu primo, sermonem, sive ea qæ dicuntur, in tertio plerumqe subjiciunt. Sic de Christo ipso; αὐτοῦ ἀκούετε, *ipsum avdite.* Matth. c.17. v. 5. & Marc. c. 9. v.7. & ἦλθον ἀκούειν αὐτοῦ, *accedebant ut avdirent ipsum*, Luc. c. 6. v. 17. at de sermone dictisqe ejusdem, ὅστις ἀκούει, &, ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, *qi avdit à me sermones istos.* Matth. c. 7. v. 24, 26. Et, ὁ τὸν λόγον ἀκούων, *qi sermonem avdit.* Ibid. c. 13. v. F 20, 22, 23. sic in pervulgato illo ex Evripidis Hippolyto;

—— σοῦ τοῦτ', οὐκ ἐμοῦ, κλύεις.

—— *à te ista, non à me avdis.*

Itaqe assentior omnino Piscatori, qi *Christum* istic μετωνυμικῶς dictum intelligit. Sed pro *doctrinâ Christi*, malim priore saltem loco, qam *de Christo*: sicut *fides*, pro *doctrinâ fidei.* Galat. c. 3. v. 2. sic ergò Apostoli verba περιφράζων reddiderim; at vestrum non est ita vos gerere: Christi enim doctrinâ imbuti estis; qi utiqe longè aliter docuit. Si modo Christus vobis innotuerit, sive de Christo G avdieritis, & de eo ritè edocti estis, prout is verè genus humanum instituit.

Restant duo Apocalypseos loci, alter explicatior, involutior alter. Prior est ex cap. 13. commat. 8. Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Vetus interpres, *Et adoraverunt eam* (bestiam, scilicet) *omnes qi inhabitant terram, qorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qi occisus est ab origine mundi.* Atqe ita legunt interpretes pleriqe citra interstinctionem, accipiuntqe tanqam si *agnus* dicatur *ab origine mundi occisus.* Hoc avtem cum Apostoli verbis contradicere videatur, qi ad Hebræos c. 9. v. 26. negat Christum πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἅπαξ δὲ ἐπὶ συν-

πλείᾳ

τελείᾳ τῶν αἰώνων. Sæpius à mundi origine passum, sed semel tantum, idqe seculi consummationem propius: porro absurdum impiumqe foret, qo modo Origines *duplicem* est commentus *Christi suffixionem*, *in Levit. Orat.* 1. alteram *pro Angelorum coborte in cælis*, alteram *pro genere humano in terris*; ita *duplicem* ejusdem *mactationem* contingere, alteram, qæ ad mundi originem præcesserit, alteram, qæ finem propiùs secuta sit: Proinde Christi *mactationem*, qam sic *ab urbe condito* statim factam dici hîc avtumant, ratione non unâ peractam intelligunt.

B Primò ratione *dispositionis* & *designationis* divinæ: qod Lyranus *dispositivè* dixit. Ita Hugo Barchinonens. *Occisus*, i. e. *pravisus & praordinatus ab æterno occidi in tempore.* Et Haymo, *In prædestinatione occisus est; qia ante omnia secula decrevit Deus Pater cum Filio & Spiritu sancto, ut in fine temporum veniret & occideretur.* Nec secus Illyricus, *Qia Deus jam tum ante proposuit suos eligere & justificare ac servare in Christo, avt per Christum*, Thomas item Brightmannus noster; *Qomodo æterno Dei decreto destinatus est agnus electis servandis: sic eodem decreto interfectus est, ab ante mundi originem.* Atqe huc accommodat V. C. Hugo Grotius in scripto illo *adversus Socinum de satisfactione Christi* eruditissimo atqe accuratissimo (cui frustra genuinum infigere connisus est HermannusRavenspergerus;at propugnavit strenuè & nervose Joannes Gerardus Vossius) *cap.* 6. illud Petri ex Epist. 1. c. 1. *v.* 19, 20. qod & Beda noster hîc lavdat; ubi *redemptio* dicitur facta *per sangvinem Christi, agni immaculati & inculpati; præcogniti ante jacta mundi fundamenta; manifesti avtem factis ultimis temporibus.* Qo loco malim προεγνωσμένου reddere cum Bezâ *præsciti*, qam avt cum vetere Interprete *præcogniti*, avt cum Piscatore *præordinati.* Cum Beza, inqam, *præsciti.* Sic enim disertè legitur in versionis hujus editione illâ, qæ Syri versionem Tremellianam adjunctam habet. Nam in eâ, qæ unâ cum Græco contextu & interpretatione veteri annotationibus adjectis prodiit, perperam exhibetur in textu ipso, *Præcogniti*, præter mentem avtoris: in annotatis avtem absurdissimè; *Præcogniti*, προεγνωσμένου *i. e. præordinati: non à verbo* scio, *sed à verbo* scisco; *sicut* plebiscitum *dicitur; ut Rom. c.* 8. *v.* 29. Apparet planè ab alienâ malâqe manu substitutum *præcogniti* illud, pro *præsciti.* E Qâ enim avt ratione avt proportione vel à *scio*, vel à *scisco*, *præcogniti* istud qisqam duxerit? Accedit qod Christi cædem à Deo *προωρισθεῖσαν præfinitam* testatur Petrus idem Act. c. 4. v. 28. Christumqe ipsum *τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον, consilio definito, ac præscito*, sive *præstituto, divino ad mortem traditum.* Ibid. c. 2. v. 23. Concedit huc & Favstus Socinus ipse *de Christo redemptore l.* 2. *c.* 26. *Idcirco potuisse dici Christum occisum fuisse jam inde ab ipso orbis initio; qia ab ipsis mundi jactis fundamentis Deus, ut Christus mactaretur, jam decreverat: qemadmodum Pavlus dicit, datam* F *fuisse nobis gratiam per Christum ante tempora æterna.* 2 Tim. 1. 9. *qia scilicet eam nobis dare Deus decreverat: qod enim Deus facere decrevit, pro jam facto habetur; ut in Prophetarum vaticinationibus passim videre est.* Hæc ille. Nec sunt navei qæ in adversum profert Sibrandus Lubbertus, *Ideò scilicet hanc glossam non esse firmam, qia decretum hoc non factum est ab initio mundi, sed ab æterno.* Si enim *ab æterno*, *ab initio mundi* multo magis. Ac sanè tam adversus Petrum Apostolum, qam adversus Socinum valebit præscriptio ista; G qum de *Christi morte præscita* ipse etiam eisdem planè cum Joanne verbis locutus sit: ut ne adjiciam, qod vir eruditissimus Daniel Chamierus *Panstrat. tom.* 3. l. 25. c. 11. *sect.* 3. phrasi hac ipsâ *æternitatem designari* contendit, ex Matth. c. 13. v. 35. & c. 25. v. 39. (qæ tamen loca forsan id necessariò non evincunt.) Et Franciscus Ribera; *ab origine mundi, pro eo, qod est, ab æterno: sicut cap.* 17. *v.* 8. Neqe hæc eò dico, qo homini hæretico atqe heterodoxo gratificer (qi tamen si nihil seqius deteriusve tenuisset, eam notam, qam nunc meritò inustam gerit, nevtiqam incurrisset,) sed qo veritati, qam nostri etiam tuentur, astipuler.

Secundo, ratione *pactionis*, sive *sponsionis* à Christo susceptæ. Ita Illyricus, *A mundi origine occisus dicitur; qia Christus jam tum sponsor & vas omnium in se credentium, at-* A *qe adeò totius mundi peccata sev debita pœnasqe in sese volens recepit, proqe eis plenissimam persolutionem patri promisit.* Atqe huc facit, qod Esajæ c. 53. v. 7. legitur, נגש והוא נענה *exigebatur, & ipse spopondit.* Prout aptissimè reddit V. Cl. Ludovicus Cappellus, de qo alibi diximus. Unde & ἔγγυος *sponsor pacti potioris*, sive *præstantioris*, Christus factus dicitur, Hebr. c. 7. v. 22.

Tertiò, ratione *virtutis & efficaciæ*, qæ ad eos etiam, qi per secula qæqe antegressa vixere, pertigerat. Siqidem ut Irenæus, l. 4. c. 39. *Non propter eos solos, qi temporibus* B *Tiberii Cæsaris crediderunt ei, venit* (*& mortuus est*; qod ex præcedentibus assumendum) *Christus; nec propter eos solos, qi nunc sunt homines, providentiam fecit Pater; sed propter omnes omninò homines, qi ab initio secundum virtutem suam in suâ veneratione & timuerunt & dilexerunt Deum, & concupierunt videre Christum. Salvos nempe per fidem passionis futuræ; sicut nos per fidem præteritæ*, Avgustinus *Confess. l.* 10. *c.* 44. Ita Hugo de S. Victore, cui astipulatur & Joannes Benedictus, *Occisus est ab origine mundi, h. e. iis qi fuerunt ab initio seculi; ad redemptionem, ad salutem, ad* C *reconciliationem eorum, qi fuerunt ab initio & origine mundi: ut per hoc qod dicitur, ab origine, determinetur tempus, non occisionis, sed salutis.* Chamierus loco supra indicato, *sect.* 6. *Ab initio mundi occisus dicitur, propter mortis efficaciam, qæ fuit nullis temporibus obnoxia.* Lubbertus *adversus Socinum*, *Agnus dicitur ab initio mundi mactatus; qod omnes sancti ab initio orbis, ut Abel, Abraham, & alii, ejus sangvine sunt redempti, & justificati.* Brightmannus noster in hunc locum, *Vis ejus non minus ad liberandos electos valuit, antequam in carne perfecta mors fuit, qam postqam eandem in cruce &* D *sepulcro pertulisset.* Scitèqe admodum Præsul eruditissimus Thomas Mortonus noster, in *Protestantium provocatione l.* 2. *c.* 9. *sect.* 7. *Christus, tanqam Sol in Cælo medio constitutus, gratiæ suæ radios tam retrorsum qam & prorsum diffundit ad utrosqe usqe mundi fines.* Trahit huc Bernardus *Serm. in Festo S. Martini*, Apostoli illud ad Hebræos cap. 13. v. 8. *Jesus Christus heri, & hodiè idem, & in secula. Hesternum qidem*, inqit, *ab initio seculi usqe ad ascensionem Dominicam; hodiernum verò diem, exinde usqe ad seculi consummationem; nulli horum deest Christus, nulli deest Jesus, nulli unctio, nulli* E *salus.* Unde & Avtor qidam innominatus, *Serm. de cœnâ Domini*, qi inter Bernardi scripta prostat; post Hugonis illa recitata, *Prius enim mors ejus profuit, qam fuit.* Faciunt eodem Apostoli illa ad Rom. c. 3. v. 25. & ad Hebr. c. 9. v. 15. qibus Christi sangvis fusus dicitur, *propter peccata ea etiam qæ prius extiterant*; Christusqe mortem oppetivisse *ad redemptionem transgressionum earum, qæ sub fœdere priore fuerant admissa.* Concedunt huc etiam Matthæus Illyricus, Victorinus Strigelius, Matthæus Cotterius, & alii plures.

F Qartò, ratione *prædictionis* & *promissionis* divinæ. Siqidem Christi tam obitus, qam & ortus, ab initiò *prædictus* est & *promissus.* Avtor ille incertus; *Ab initio seculi occisus est; qia prius promissio, ac deinde exhibitio.* Et David Paræus, *Mactatus dicitur, promissione datâ de semine mulieris contrituro caput serpentis. Genes. cap.* 3. *v.* 15. *De Christo avtem exhibendo spem dedisse suis Deum per Vates sanctos*, *τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος, qi à seculo extiterunt*, *avtor est Zacharias Baptistæ pater, apud Lucam c.* 1. *v.* 70.

Qintò, ratione *fidei* atqe *fiduciæ* Patrum, piorumqe G priscorum, qi tam mactatum, qam incarnatum iri crediderant. Siqidem ut Avgustinus *ad Epist. Pelag. l.* 3. *c.* 4. *Antiqi omnes justi, & Moses ipse Testamenti Minister Veteris, hæres novi, ex fide qâ nos vivimus, unâ eademqe vixerunt, incarnationem, passionem, resurrectionemqe Christi credentes futuram, qam nos credimus factam: à Joanne enim & deinceps cœperunt de Christo fieri præterita vel præsentia, qæ ab illis omnibus anterioris temporis justis credebantur, sperabantur, desiderabantur futura. Eadem igitur fides, & in illis qi nondum nomine, sed reipsâ, fuerunt amen Christiani, & in istis, qi non solum sunt, verum etiam vocantur, & in utrisqe eadem gratia per Spiritum sanctum. Unde dicit Apostolus, Habentes avtem eundem Spiritum fidei.* Cor. Ep. 2. c. 4. v. 13. Cui adjici potest, qod & Apostolus ad Hebr. c. 11. v. 13. *Hi omnes*

omnes in fide defuncti sunt. De hoc amplius Augustinus idem, ibid. *l.* 1. *c.* 21. *De peccat. merit. & remiss. l.* 1. *c.*11. *& l.* 2. *c.* 29. *Epist.* 57. *&* 157. *de Trinit. l.* 4. *c.* 1. *de Catechis. rudib. l.* 3. *de Nupt. & concupisc. l.*2. *c.* 12. *in Joan. tract.* 45. Ita Paræus; *Mactatus est fide Patrum, qa fuit ὑπόστασις rerum sperandarum. Heb. cap.* 11. *vers.* 1. *vel speratarum potius.* Fides autem futura qoqe repræsentat: tamqe adesse qæ absunt, qam & esse facit, qæ nondum sunt. *Vidit*, inqit Christus, *Abraham diem meum.* Joan. c. 8. v. 56. Visus autem rei nisi præsentis non est.

Sexto, ratione *præfigurationis*, h. e. *typorum rituumqe*, qibus mors Christi adumbrata præfigurabatur, Heb. c. 9. v. 9, 12. Augustinus *adversus Faustum Manichæum, l.* 20. *c.* 22. *Hujus sacrificii caro & sangvis ante adventum Christi, per victimas similitudinum promittebatur, in passione Christi, per ipsam veritatem reddebatur; post ascensum Christi, per sacramentum memoriæ celebratur.* Et ibidem *c.* 28. *Hebræi in victimis pecorum, qas offerebant Deo, multis & variis modis, prophetiam celebrabant futuræ victimæ, qam Christus obtulit.* Qi & videndus *ejusdem operis, l.* 19. *c.* 16. *Ita*, inqit Bullingerus, *Christus ab origine mundi mactatus dicitur, qia ab exordio mundi mactata sunt sacrificia, qa erant symbola Christi incarnandi & semel offerendi pro expiatione peccatorum.* Idemqe refert etiam Baringvedus noster, qem sub specioso Ambrosii nomine ediderunt, sed ut aliò magis inclinet ipse; uti mox indicabitur; *Agnus*, inqit, *ab origine occisus est; qia mors ejus ab exordio generis humani in sanctis Patribus præfigurata, in Adami sopore, Abelis cade, Isaaci immolatione, venditione Josephi; & in diversis sacrificiorum ritibus: qoties ergò mors Christi à sanctis Patribus, aut præfigurata, aut prædicata est, qasi toties agnus occisus est.* Certè, si, qod Augustinus Epist. 22. *Qamvis semel immolatus sit Christus in seipso, in sacramento tamen, non solum per omnes Paschæ solennitates, sed omni die populis immolari, citra mendacium dici possit: qia sacramenta ex similitudine, qam habent earum rerum, qarum sunt sacramenta, plerumqe etiam ipsarum rerum nomina accipiunt.* Qid ni & in sacrificiis idem olim factum dicatur? præsertim qum Apostolus in verbi ac rituum sacrorum administratione *Christum* apud Galatas *cruci suffixum* affirmet, Gal. c. 3. v. 1.

Deniqe ratione *sanctorum*, sive *membrorum* corporis Christi, qi per omnes ætates ab orbe condito sunt cæsi, Matth. 23. 25. Ita planè sumendum Augustini illud à Lyrano lavdati; *Fuit in Abel occisus, & in Prophetis exhonoratus.* Qod aliò tamen torqet ipse, tanqam si *occisio Abel innocentis* dicatur fuisse *figura occisionis agni* hujus. Qanqam idem affirmat qoqe, sed aliis verbis Augustinus, *de Civit. Dei* l. 15. c. 7. & *c.* 18. ubi Abelum facit Christi hac in parte typum; qem *cap.* 15. rursus Ecclesiæ. Verum utrumqe conjunxit Hugo Barchinon. *Qi ab origine, i. e. statim post originem mundi, occisus est in Abel, & in cæteris membris suis: vel significatus est occidi in morte Abel & aliis; vel in agno qem immolavit Abel.*

Has autem rationes ferè omnes, cum Chytræus, tum & Aretius unà congessere. Paræus verò etiam utroqe plures; ut qæ rem minus confectura singula videbantur, juncta saltem conficerent. Atqe hæc illi.

Verum Arethas Cæsariensis (qi Andreæ Archiepiscopi Cæsariensis commentariorum σύνοψιν σχολικὴν confecisse dicitur, qum Scholia potius, sive collectanea, ex pluribus congesserit, ad qæ ex Andreâ isto pavcissima contulit) aliter ista distingvit & interpretatur. Ἐν ὑπερβάτῳ, inqit, ἀκουστέον τὸ, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου τοῦ ἐσφαγμένου. ἐπεὶ οὐ γέγραπται, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γέγραπται. οὕτω γὰρ δεῖ νοεῖν, οὐχ ὡς ἡ γραφὴ ἔχει, ὅτι μηδὲ ἀπὸ τῆς καταβολῆς κόσμου ἡ τοῦ ἀρνίου σφαγή. *Per hyperbaton accipiendum est illud, qorum nomina non sunt scripta in libro vitæ agni qi occisus est. Siqidem qorum scripta sunt nomina, ab orbe condito scripta sunt. ita enim intelligendum, non qo modo Scriptura se habet, qnum ab origine mundi facta non sit agni occisio.* Accedit ex antiqioribus pavlò Beda noster. *Potest*, inqit, *& per hyperbaton intelligi, qod sanctorum ab initio nomina sint in libro vitæ conscripta.* Et hoc posterior Baringvedus itidem noster; *Qamvis*, inqit, *sim-*

A *pliciter hoc potest intelligi, ut non dicat agnum occisum ab origine mundi, sed nomina sanctorum scripta ab origine mundi in libro agni, qi pro eorum salute occisus est.* Qibus & Rupertum Tuitiensem adjungere licebit. Nam Primasius hic ambiguus est, nec liqet satis utri se parti adjungat, dum a Græcis discedens havd pavlò, sic reddit, *Cujus nomen non est scriptum in libro agni occisi, qi est ab origine mundi.* qod vel de agno potest intelligi, qasi non ab origine occisus, sed ab origine tantum extitisse dicatur; atqe ita Primasium cepit Chamierus; vel de libro etiam, ut ea ab origine di-

B catur fuisse matricula, in qâ fidelium nomina inscripta sint. Verum misso isto qi solus hic, opinor, incedit; ex horum mente sic distingvendum fuerit: Ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου τοῦ ἐσφαγμένου, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Atqe ita distingvit Complutensis editio; eaqo qam Gvido Boderianus Syri interpretis versioni suæ adjunxit. Probant & distinctionem hanc Franciscus Junius, Raphael Eglinus, Alphonsus Conradus, Hugo Grotius in *Annot. posthumis*, Sebastianus Castellio (qi & verba, qo ambiguitatem omnem tolleret, sic transtulit, *Qorum no-*

C *mina ab orbe condito scripta non sunt in vitæ libro agni mactati*) Emmanuel Sa, Franciscus Ribera, & Favstus deniqe Socinus loco supra indicato. Lectioni autem isti Joannes ipse, sui optimus interpres, astipulatur. siqidem cap. 17. v. 8. hoc idem eisdem ferè verbis sic refert; Καὶ θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, βλέποντες τὸ θηρίον. *Et cum admiratione suspicient bestiam incolæ terræ, qorum nomina non sunt scripta in libro vitæ ab orbe condito.* Nam ἐσφαγμένον sive mactatum agnum qod dicit, omnino respicit, qod ante

D dixerat, cap. 5. v. 6. Ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, *agnus stetis tanqam mactatus.* & mox vers. 12. Ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον, *agnus qi mactatus est.* & vers. 9. Ὅτι ἐσφάγης, *qoniam mactatus*, sive *occisus es.* Nec sunt momenti alicujus, qæ vel contra Aretham Thomas Brightmannus noster, vel contra Socinum Grotius avt Lubbertus afferunt. Siqidem qod ille præscribit, *non rectè distingvi, qa conjungit Spiritus. nam si agnus sit ab origine mundi, necesse esse etiam ab origine mundi occisum fuisse. qum Christus nisi ad sacrificium agnus non sit; nec aliter nisi per mortem sacrificium fieri po-*

E *tuerit.* Petit hoc τὸ ζητούμενον, qod est, an Spiritus hoc loco conjunxerit ista, neqe enim qæritur ista an sint suo, qem illi volunt, sensu vera; vel etiam, an secum invicem necessario connexa; sed an hoc loco de istis sermo habeatur. Ad rem ipsam isti propiùs accedunt, sed commotior alter; qi affirmat fidenter, *hoc esse mutilare Scripturam, non explicare.* ubi primò, temere nimis atroci satis crimine *codicis sacri mutilati*, viros orthodoxos primæqe inter nostros notæ, unâ cum Socino involvit. tum qomodo *mutilata Scriptura* dicitur, cui nihil qicqam demitur; distin-

F ctione tantum adhibitâ partes secus pavlò, qam est illi cum aliis plerisqe interpretibus visum, secum invicem componuntur? mitior ac sedatior alter, partim seriem verborum, partim Petri locum similem supra adductum, avtumat locum istum ab hac interpretatione satis vindicare. Sed nec istic, qod id præstet, comparet qicqam. nam verborum seriem qod attinet, nec sunt insolentes trajectiones istiusmodi in scriptis sacris, sed familiares admodum, & qæ sæpiùs occurrant; uti videre est, Marc. c. 12. v. 26. & c. 15. v. 17. Luc. c. 4. v. 5. Joan. c. 15. v. 5, 24. qæ duo

G loca novissima sunt huic planè gemina: & alter præcipuè, in qo etiam minùs necessariò, qam istic, hyperbaton exigatur, cum clavsula illa, πρὸ καταβολῆς κόσμου, tam ad patris erga filium affectum, qam ad gloriam filio cum patre communem, possit commodè referri. Corinth. Ep. 1. c. 15. v. 19. Thes. Ep. 1. c. 2. v. 13. Tim. Ep. 2. c. 2. v. 6. Tit. c. 3. v. 7. Philem. v. 3. cum Colos. c. 1. v. 4. Jacob. c. 2. v. 1. Petr. Ep. 1. c. 3. v. 21. & Ep. 2. c. 3. v. 2. Tum Petri locus, nec eisdem planè, qæ istic habentur, verbis concipitur, ut supra indicatum est; & nihil habet qod non clarum & solens satis existat. at dictio, qam verba, prout ab illis concipiuntur, hic edunt, *occisum* scilicet sive *mactatum Christum ab origine mundi*, est insolens prorsus, phrasisqe durior multo, qam trajectio, qam isti statuunt.

Porrò

Porrò cur Petrus potius Joannem explicet, qam Joannes ſeipſum, qi eiſdem planè verbis idem alibi hoc refert, qod hic dictum iſti avtumant? qotum ego itaqe in ſententiam pedibus eo. ſenſus deniqe iſte nihil habet difficultatis, & eſt multo *ſimplicior*, qod & Baringvedus noſter monuit. Qin & vir Clariſſimus ipſe, qod ſupra monitum eſt, in *Annot. poſthumis*, eandem prorſus cum Socino dictionis Apocalypticæ analyſin præſtat probatqe. Qin & ſimiles vocum trajectiones alibi haberi agnoſcit. ut 2 Cor. c. 11. v. 7. & c. 12. v. 2. Et libri, de qo hic agitur, mentionem illuſtrat clariſſimè, *à libris illis, tum Athenis, tum & in aliis civitatibus, in qibus civium & natorum & ad ætatem virilem provectorum ſcribebantur nomina, & tradebantur οἱ ἄτιμοι. Vide ad Luc. c. 10. v. 20. & ſup. c. 3. v. 5.* Hæc ille.

Nec ſubticendum verò hic ſentio, qod non probo tamen; loci hujus lectionem diverſam à Beda repræſentari. *Alia*, inqit, *editio. agnum ſignatum ab origine mundi, tranſtulit.* Hanc ſecutus eſt Avtor *expoſitionis Apocalypſeos* illius, qæ ſub Avguſtini nomine à Pontificiis venditatur. Verum ipſius eſſe negat non Eraſmus tantum, ſed Bellarminus ipſe, & qidem fidentiſſimè, tam in *Scriptorib. Eccleſiaſt.* qam & in *Controverſ. de cult. ſanct. l. 3. c. 4.* Tychonio Donatiſtæ adſcribunt Franciſcus Ribera *in Zachar. c. 4. ſect. 9.* & in *Prolegomenis ad Apocalypſin, c. 5.* & Petrus Faber *Agoniſt. l. 2. c. 12.* & ſcripſit qidem Tychonius ille in Apocalypſin, qod ex Primaſio & Bedâ in *præfationibus ad commentarios* ſuos id teſtantibus novimus. ſed nec hujus eſſe expoſitio iſta videtur, niſi multum mutilata, expurgata, in epitomen redacta, & in homiliarum formulam, ſed ineptiſſimè, concinnata fuerit; qod & Ribera ſuſpicatur. Cæterum avtor is, qiſqis eſt, verba Joannis ſic verſa exhibet; *ſignati ab origine mundi.* Unde avtem verſio iſta, ſi qis me fuerit percontatus: exiſtimem interpretem ἐσφραγισμένον legiſſe: ſed ex codice aliqo vitiato. Cum enim pro ἐσφαγμένον qidam ἐσφραγισμένον exhiberent; qod in Boderiani editione c. 7. v. 6. & 12. reperitur; facilis fuit oſcitantius exaranti lapſus, literulâ unicâ tantum interjectâ, ab ἐσφαγμένον ad ἐσφραγισμένον. Qod eò pronius forſan amplexum ibat interpres, qod meminiſſet Chriſtum legiſſe à patre ἐσφραγισμένον, Joan. c. 6. v. 27. at expoſitionis hujuſce avtor in aliam ab interprete mentem rapuit, & multitudinis eſſe avtumans, ad fideles retulit, *Signati*, inqit, *ab origine mundi: qia in præſentiâ Dei Eccleſia ante præordinata eſt atqe ſignata.* Atqe hæc ille. Obiter admoneo ſcripturam ejuſmodi vitioſam, ex literulâ unâ inſititiâ, anſam Cypriano dediſſe verba Domini Chriſti ad Pilatum habita, Joan. c. 18. v. 36. ſecius vertendi, non ſine ſenſus diſpendio havd inſuper habendo. *Si regnum meum*, inqit, *eſſet, à mundo iſto*, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, *miniſtri utiqe mei decertarent, ne traderer Judæis.* At Cyprianus *adverſus Judæos l. 2. c. 29.* legit, *diſcipuli mei turbarentur. Mirum, qid ſecutus*, inqit Eraſmus. Sed *qid ſecutus* ita reddiderit, havd eſt difficile conjectu: avt ipſe, avt qos ſecutus eſt, pro ἠγωνίζοντο legerant literulâ amplius unâ ἠγωνιάζοντο.

Unicum adjiciam: qæ ſequuntur apud Apocalypten verba verſ. 11. de beſtiâ alterâ, εἶχε κέρατα δύο ὅμοια ἀρνίῳ, καὶ ἐλάλει ὡς δράκων, h. e. *Cornua duo inſtar agni habebat, ſed draconis more loqebatur*, παροιμιῶδες videri. Sic enim, ſed in mentem pavlo diverſam, Hermippus Comicus, lavdante Etymologo, in *Minerva natalibus*;

Τὴν μὲν διάλεκτον, καὶ τὸ στόματος ἀρνίου
Ἔχειν δοκεῖς. τὰ δ' ἔνδον οὐδὲν διαφέρεις
Δράκοντος —
Os agni habere tu qidem atqe oris ſonum
Videre: at intus nil dracone diſcrepas.

ita proverbiale videtur fuiſſe, de homine qi manſvetudinem præ ſe ferret, cum immanitatem intus foveret, *Agnus eſſe videris, cum Draco ſis*; ſive, *Agni ſpeciem geris, cum Draconis mores habeas.* Verum ad Agnum qem dixerat, Draconem qem deſcripſerat, Joannem liqet reſpexiſſe. qod non obſtat tamen qo minus dicterium illud alluſerit, qod in ſermone familiari freqens habebatur.

Locus alter Apocalypticus qem diſcutiendum ſuſcepimus, habetur cap. 14. v. 13. in hæc verba; Μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι· ναί, λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν. Ita Græci diſtingvunt; at vetus interpres, *Beati mortui qi in Domino moriuntur: à modo jam dicit ſpiritus, ut reqieſcant à laboribus ſuis.* Ubi tamen *jam* forſan (qod Beza & Ribera ſuſpicantur) per exſcriptorum culpam pro *etiam* irrepſit. Verum antiqum certè mendum iſtud (ſi eſt mendum ſaltem γραφικὸν) eſſe liqet, cum in Bedæ codicibus reperiatur. De verborum ſenſu multum ſe torqent enarratores, nec commodum ſatis ſenſum, ubi in omnes ſe partes verterint, eliciunt. Illud ἀπάρτι qid hic velit qorſumve referatur, hoc eſt præcipuè, qod ancipites atqe anxios habet. Sed & de eo ambigitur, & in utramqe partem diſceptatur, qid ſit, ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκειν atqe de iſto, qia levius ſaltem eſt, minuſqe difficultatis habere videtur, primum ordiemur.

Qidam ergò, ἐν Κυρίῳ, *in Domino*, i. e. *propter Dominum*, ſive *Domini cavſſa*, interpretantur, ut ad martyres qod dicimus, reſtringatur, qi veritati Chriſtianæ ſangvine proprio litarunt. Ita Beza reddidit, *qi Domini cavſſâ moriuntur.* Medus noſter, *propter Dominum*: qod & Pontificii pleriqe probant. In eandem mentem Lyranus; *In Domino*, i. e. *in confeſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti per palmam martyrii.* Cotterius, *In Domino*, i. e. *propter verbum Dei, & teſtimonium agni*: ex cap. 6. v. 9. *propter confeſſionem Chriſti*, Piſcator. Eodem concedunt Franciſcus Junius, Thomas Brightmannus, Johannes Benedictus, Flaccus Illyricus, Carolus Gallus. Et fatetur qidem Medus *rariorem eſſe ſignificationem cum hac particulâ*: adducit tantum, ex Epheſ. c. 4. v. 1. Δέσμιος ἐν Κυρίῳ, *vinctus in Domino.* i. e. *propter Dominum*; qod cap. 3. v. 1. Δέσμιος τοῦ Χριστοῦ· additqe eodem ſenſu veteres accepiſſe illud 1 Theſ. 4. 16. *mortui in Chriſto reſurgent primi*; qo ſuo ſcilicet de millenario commento ſuffulciendo tibicinem inde mutuetur. Nam qod ex Tertulliano *de animâ c. 55.* id conjici affirmat: nec ibi qicqam de interpretatione eâ Tertullianus, qi Apoſtoli verba nuda tantùm aliâ occaſione proponit; nec ſi is ita interpretatus fuiſſet, de veterum orthodoxorum ſenſu inde ſtatui poſſet, cum in multis hic ab illis diſcrepantia ſenſerit. Plura profert Paræus, qi tamen aliò hic abit; ex Rom. c. 16. v. 2. *Suſcipite Phœben ſororem noſtram in Domino*, h. e. *propter Dominum.* verſ. 8. *Salutate Ampliam, mihi dilectiſſimum in Domino*, h. e. *propter Dominum.* verſ. 12. *Salutate Perſida dilectam, qæ multum laboravit in Domino*, h. e. *Domini cavſſâ.* Qæ & eadem Grotius exhibet. Verum loca iſta poſſunt juris controverſi non immeritò cenſeri. Clariora videntur, in qibus ἐν *propter* ſignificet, iſta; Matth. c. 6. v. 7. Δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται· *putant propter multiloqium ſuum exaudiendos ſe iri.* Galat. c. 1. v. 24. Ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν· *glorificabant mei cavſſâ Deum.* Et (qod Grotius adfert) ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, *vinctus*, ſive, in vinculis agens, Domini cavſſâ, *propter Dominum.* Epheſ. c. 4. v. 1. Ita omninò cum Piſcatore ceperim, Corinth. Ep. 1. c. 15. v. 19. Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον, &c. *Si propter hanc vitam*, i. e. propter commoda & fœlicitatem hujus vitæ, *tantum ſperamus in Chriſtum, omnium hominum miſerrimi ſimus.* Opponit hanc futuræ vitam, ut ad Tim. Ep. 1. c. 4. v. 8. deniqe qod iſtuc apprimè faceret, Petri Ep. 1. c. 4. v. 14. Εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοι. *Si probris afficimini ob nomen Chriſti, beati eſtis.* His adjici poteſt, qod Ribera obſervat, qi & ipſe tamen latius ſumendum cenſet, etiam ב Hebræorum, qod apud nos *in* valet, interdum ſignificare idem qod *propter* avt *pro*: ut Geneſ. c. 18. v. 28. *Num delebis univerſam urbem* בחמשה *in qinqe*, i. e. *propter qinqe.* Ibid. c. 29. v. 18. *Serviam tibi in Rachele*, i. *propter Rachelem.* Qod & rurſus v. 20. eamqe locutionem retinuiſſe qoqe veterem interpretem Hoſ. c. 12. v. 12. *In uxore ſervivit, & in uxore ſervavit*, i. *propter uxorem.* Et Mich. c. 3. v. 11. *In muneribus judicant*, i. e. *propter munera.* Qorum pleraqe & Grotius adnotavit, qi οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες interpretatus, *qi Chriſti cavſſâ mortis pericula adeunt.* Qomodo ſumitur, inqit,

git, τὸ ἀποθνήσκειν. Cor. Ep. 1. c. 15. v. 31. Verum restricta nimis & diluta expositio ista, qum non de mortis discrimen adeundo, sed de morte ipsâ obeundâ agi vox νεκροὶ disertè doceat. Coactum enim nimis est, qod νεκροὺς vult hîc dici, sicut מות Hebræis dicitur *gravis vexatio*, eos *qi graviter vexantur, qibus vita vitalis non est*, uti Col. 3. 3. (qanqam ibi non νεκροὶ, sed ἀπεθάνετε legitur) in qo neminem credo, avt ducem, avt comitem, avt asseclam sortitus est.

Verum alii havd pavci cum Veteri, *in Domino*, vertunt; & de fidelibus qibusqe piè defungentibus intelligunt. Nec B est qod vulgatum & Erasmum Beza dicat reddidisse obscurè admodum, *in Domino*: qî enim obscurum magis, *in Domino*, istic, qam *in Domino*, *in Jesu*, *in Christo*. Rom. c. 8. v. 39. & c. 16. v. 2, 3, 8, 12, 13. Corinth. Ep. 1. c. 15. v. 18. Thessal. Ep. 1. c. 4. v. 16. qibus locis, prout & aliis plurimis, Beza ipse pari modo reddiderit? qin & idem illud ad Thessal. Ep. 1. c. 4. v. 14. Τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, qod vetus Interpres, *eos qi dormierunt per Jesum*, ipse reddit, *qi obdormierunt in Jesu*. & in annotatis, διὰ τοῦ Ἰησοῦ, *pro ἐν αὐτῷ, sic 1 Cor. 15. 18. & infra vers. 16. ut διὰ* C *pro ἐν ponatur sicut Rom. 4. 11. & ut vertit hoc loco Syrus interpres: dicuntur avtem in Domino mori, qi ad extremum usqe perseverant in fide, qâ sunt Christo insiti.* Ecqid ergò hic, etiam Bezâ ipso judice, obscuri? De his itaqe generatim interpretatur Arethas; sed ut *mortificationem spiritualem* indicari velit, Οὐ πάντας μακαρίζει τοὺς νεκρούς, ἀλλὰ τοὺς ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντας· τοὺς νεκρωθέντας τῷ κόσμῳ, καὶ τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντας. *Beatos pronunciat vox cælitùs missa mortuos non omnes, sed eos qi in Domino mortui sunt: qi nempe mundo mortificati sunt,* (Ga- D lat. c. 6. v. 14.) *qi mortificationem Domini Jesu in corpore suo circumferunt.* Cor. Ep. 2. c. 4. v. 10. Qæ eadem ferè & Andreas habet. Horum vestigia premit Baringvedus, argutiolas ex verbis Apostoli contexens; *Beati mortui, qi in Domino moriuntur: qis,* inqit, *mortuus mori potest? nullus procul dubio mortuus mori potest, nisi prius animam recipiat, ut iterum mori possit. Sed illi sunt beati, & illi in Domino moriuntur, qi priùs moriuntur seculo, postea carne.* Galat. c. 6. v. 14. *qiqe ad finem usqe perseverant.* Matth. c. 24. v. 13. Lyranus etiam qosdam ait hoc exponere *de morte qa* E *qis moritur mundo per religionis ingressum.* Sed hanc expositionem rejicit ipse, *qia,* inqit, *sic morientes mundo non moriuntur in Domino propriè, sed magis incipiunt vivere in ipso.* Verum seqitur illos & ex parte Haymo; sed ut ad explicationem simpliciorem delabatur: *Beati mortui in Domino, qi Domino moriuntur viventes virtutibus, qi scilicet pleni fide & cæteris bonis operibus de hoc mundo migrant.* Et mox, *Hæc vox tam ad ipsum Joannem pertinet, qam ad omnes fideles; & omnibus electis congruit.* Nec aliter Primasius; *Illi in* F *Domino dicuntur mori, qi fide vitâqe probabiles, hinc meruerunt evocari.* Beda itidem. *Gratias tibi ago, Jesu, qi beatificas eos in cælo, qi in te moriuntur in terrâ; qanto magis illos, qi & in tuâ & pro tuâ fide fæliciter ponunt animas?* Optimè, *mori in Domino,* exponit, *mori in fide Domini.* Et Avgustinus (nam perperam hunc cepit Joannes Benedictus) qi *de Civit. Dei l. 20. c. 9. Fideles omnes etiam defunctos, esse Christi membra,* hinc probat. In qam mentem etiam Franciscus Ribera, *Sicut, esse in Domino, & esse in Christo, significat intra ejus corpus contineri, non qomodocunqe, sed ut viva membra,* Rom. c. 16. v. 11. & v. 7. *ubi* G *Theophylactus, qi ante me fuerunt in Christo, i. e. crediderunt in Christum;* Galat. c. 1. v. 21. Joan. c. 15. v. 4, 5. *Ita in Domino moriuntur. qi usqe ad mortem in eo manent, & cum moriuntur, viva Christi membra sunt.* Hugo Barchinon. *In Domino, i. e. in verâ confessione Domini; in confessione fidei Domini filii Dei.* Qo modo & Anselmus; *Qi in confessione Domini verâ dissolvuntur.* Et ne cum Lyrano martyrium velle Hugonem existimemus, subdit statim, sed ad nugas suas delapsus; *Ex his alios esse perfectos, qi statim evolant in cælum sine igne purgatorii, istos avtem mori in terrâ promissionis; alios imperfectos, qi pœnitentiis non peractis discedunt, & in igne purgatorio ad tempus subsistunt; istos avtem in Ægypto mori, sed in terram promissionis transferen-* A *dos: tertios verò malos esse qi à gratiâ Dei deserti moriuntur in peccato mortali; istosqe in solitudine deserti defungi.* De viris istiusmodi perfectis interpretatur etiam Richardus de S. Victore, eandemqe interpretationem Haymo qoqe commemorat. E nostris Aretius, *Beati mortui, qi in Domino moriuntur; h. e. qi in veri confessione constanter perdurant usqe ad finem: nec solum de martyrio hoc est accipiendum, sed in genere de omnibus piis, qi etiam in lecto placidè moriuntur, ac retinent spem ac fidem de Christi beneficiis.* Chytræus; *Omnes, qi in verâ fide & invocatione Domini & redemptoris* B *nostri Jesu Christi, qi est avtor & donator vitæ æternæ, ex hac mortali vitâ discedunt.* Eglinus: *Non nisi beatitudo restat piè demortuis.* h. e. ut Strigelius; *in verâ agnitione Dei, & fide remissionem peccatorum accipiente hinc migrantibus.* Conradus: *Mori in Domino, est ex mundo hoc cum Dei gratiâ migrare.* Fulco deniqe noster etiamsi in prælectionibus *de martyribus* præcipuè intelligendum censeat; at adversus Rhemenses re meliùs perpensâ in hanc partem transit. *Sicut vivere in Domino,* inqit, *sive in Christo Jesu significat piè & in fide Christi vivere,* Timoth. Ep. 2. c. 3. v. 12. *ita in Do-* C *mino mori, est mori in fide Christi.* Thessal. Ep. 1. c. 4. v. 16. *qi itaqe in Domino moriuntur, non sunt ii soli qi Domini cavsâ moriuntur, sed etiam qicunqe in fide Christi defunguntur.* Videatur & V. Cl. Daniel Chamierus *Panstrat. tom. 3. l. 23. c. 5.* sensus certè simplicissimus, & genuinus planè videtur, ut οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες, *in Domino defuncti,* eo omnino modo dicantur, qo οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ, *in Christo sopiti, sive obdormientes,* Cor. Ep. 1. c. 15. v. 18. nam *sopor* sive *somnus* hic nihil aliud qam *mori* est, qod etiamsi Theodoretus ad martyres restringit; at Chrysostomus, τὸ D ἐν Χριστῷ, ἢ τὸ ἐν τῇ πίστει, φησίν, ἢ δι' αὐτὸν ἀποθανόντας, καὶ πολλοὺς ὑπομείναντας κινδύνους, καὶ πολλὰς ταλαιπωρίας, καὶ διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ βαδίσαντας. *In Christo, vel in fide dicit, vel propter illum morientes, & multa subeuntes pericula, & multas miserias, & per angustam viam ingredientes.* qod posterius Oecumenius in *Scholia* sua transtulit & Theophylactus: Οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ, τουτέστιν, οἱ διὰ τὸν Χριστὸν ἀποθανόντες καὶ μαρτυρήσαντες· καὶ πάντες δὲ ἁπλῶς οἱ ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν πίστει καὶ διαγωγῇ τῇ στενῇ καὶ τεθλιμμένῃ κοιμηθέντες. *Obdormientes in Christo, hoc est, propter Christum morientes,* E *& cruciatus sustinentes: & omnes simpliciter in fide in Christum, & vita instituto angusto & afflicto obdormientes.* sive etiam eo modo qo ad Thessal. Ep. 1. c. 4. v. 16. Οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ, *qi sunt mortui in Christo,* ita enim malim, qam cum Bezâ, *qi mortui fuerint in Christo,* οἱ ἀποθανόντες. hos enim vult, qi in mortis statu & conditione tunc deprehendentur, Christiani. Vulgata versio; *mortui qi sunt in Christo,* οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Χριστῷ. huc certè pertinet, qod ex Avgustino supra retulimus, *fideles etiam defunctos ad Christi corpus pertinere.* nec malè Castellio, *mortui in Christo.* i. e. *Christiani.* the F Christians dead; sive, the deceased Christians. Sic enim Oecumenius & Theophylactus; οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ, τουτέστιν, οἱ πιστοί. & Theodoretus; νεκροὺς τοὺς πιστοὺς λέγει οὐ μόνον τοὺς τῷ εὐαγγελίῳ πεπιστευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν νόμῳ, καὶ τοὺς πρὸ νόμου διαλάμψαντας. ἔστι γὰρ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους εἶπε, καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως, &c. *Mortuos fideles dicit; non eos solummodo qi crediderunt Evangelio, sed eos etiam qi sub lege, & qi ante legem claruerunt: nam & hos fidei testimonio comprobatos dicit in Epistolâ ad Hebræos* cap. 11. v. 39. Qod si qæsierit qis, qid sit *in Domino,* G *sive in Christo defungi.* id docebit Apostolus ad Hebr. c. 11. v. 13. Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες. ubi Vulg. *juxta fidem.* Beza, *secundum fidem.* Sed in expositione, *i. e. fide, qam vivi habuerant, eos ad sepulcrum usqe comitante.* Optimè Castellio: *Fide præditi mortui sunt omnes hi.* sive, *In fide defuncti sunt omnes isti.* κατὰ πίστιν, *in fide.* sicut, κατ' ὄναρ, *in somnio,* Matth. c. 1. v. 20. Κατὰ τόπους, *in locis variis,* ibid. c. 24. v. 7. Sic Thucydides l. 2. Κατὰ τὴν νόσον, *in morbo.* & l. 3. Κατὰ πλοῦν, *in navigatione.* qo modo Piscator illud ad Thessal. Ep. 1. c. 4. v. 14. Διὰ τοῦ Ἰησοῦ, *per Jesum.* i. e. *in fide Jesu.* Oecumenio adscripta scholia. ἢ διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει, ὅτι ὁ υἱὸς αἴτιος τῆς ἀναστάσεως, ἢ τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, τουτέστι, τοὺς ἐν πίστει τοῦ Ἰησοῦ. *Vel per Jesum ducet, qia resurrectionis is avtor est: vel obdormientes in Jesu.*

su.

su, i. e. *in fide Jesu*. Idemqe Theophylactus, nisi qod pro αὐτῷ ἐν πίστει, τοὺς πιστοὺς, *fideles* dixit. totum avtem hoc uterqe à Chrysostomo habuit. nec aliter hîc Syrus, בהי מנותא *mortui sunt in fide*. *In Domino*, ergò, *in fide Domini*, qam versu antegresso dixerat. nec alio spectant, qæ de *verâ Dei agnitione*, *verâ Christi confessione*, *& invocatione*, *vitâ probatâ*, *bonisqe operibus* superiores illi, qæ sunt omnia fidei veræ nec fucatæ, vel fructus, vel indicia, vel comites etiam individuæ. Optimè Bullingerus: *Sicut in Christo vivere dicuntur, in qibus vivit Christus per fidem, qiqe in Christo vivunt, & totam vitam ad Christi voluntatem componunt.* (Ephes. c. 3. v. 17. & Galat. c. 2. v. 20.) *ita moriuntur in Domino, qi fide insiti Christo, cui soli innituntur, evocante ipsos Domino, in verâ illâ fide Christianâ moriuntur.* Et Paræus: *Sicut esse in Christo, est Christo verâ fide adhærere.* Rom. c. 8. v. 1. & c. 16. v. 7. *Manere in Christo, est in fide Christi ad finem perseverare.* Joan. c. 15. v. 4. 7. *Sic mori in Christo, est in fide Christi obdormire.* Cor. Ep. 1. c. 15. v. 18. Nec obstat huic interpretationi qicqam, qod Piscator ait, *Collationem versus præcedentis expositionem illam alteram poscere*, tam enim *observant mandata Dei & fidem Christi*, qi in utriusqe observantiâ ad finem usqe perseveravorint, nec vel bestiam vel imaginem ejus adoraverint, vel characterem ejusdem susceperint, etiamsi ad martyrium sangvine perhibendum nevtiqam fuerint evocati; qam qi pro Christi cavsâ mortem cruentam seu violentam oppetiverint. Nec alio spectat qod V. Cl. Daniel Chamierus loco prius indicato *sect.* 10. conferri postulat Joannis verba cum phrasibus illis ad Corinth. Ep. 1. c. 7. v. 22. *Qi in Domino vocatus est.* & vers. 39. *libera est ad nubendum, tantùm in Domino.* & ad Rom. c. 16. v. 11. *eos qi sunt in Domino.* & v. 12. *qi laborant in Domino. ut nempe status denotetur, qo essent ii qi morerentur: nempe hærentes Domino.*

Ad ἀπάρτι illud accedo, qod qonam sit referendum plurimùm disceptatur. Vetus Interpres, ut diximus, à priore inciso, contra qam Græcus contextus habet, divulsum cum posteriore commisit. *A modo jam dicit spiritus, ut reqiescant à laboribus suis.* Atqe ita legunt explicantqe Latini plerique seqioris præsertim ævi. Sed & nuperi nonnulli, ex his enim Castellio eodem modo reddidit; *Is deinceps (affirmat Spiritus) à suis reqiescent laboribus.* De sensu sic Primasius: *Ab hinc etiam dicit Spiritus, jure* (forsan, *uti*) *qiescant à laboribus suis. Sicut è contrario illos impios dixit, die & nocte reqiem non habere: sic nunc fideles reqiem dicit habere. & qoniam bonorum plenitudo in præpositis constat & populis, breviter hic utrumqe complectitur; dicens indefinitè primum, Fælices illi mortui, qi in Domino moriuntur. propter eos avtem, qi in vinea laborant, reqiescant, inqit, à laboribus suis. Sic videlicet universis pollicens fælicitatem, ut in vinea laborantibus specialem reqiem fructum dispendat post laborem.* Argutius hoc pavlò, sed qoqo modo acceperis, sive de omnibus in universum fidelibus, sive de eis qi populo Dei regendo operam impenderint, qæritur, à qo tempore istud *a modo*, sive *ab hinc* ordiatur; à qâ tempestate ad reqiem isti, qicunqe fuerint, concedant. Atqe hic in partes disceditur. Anselmus enim, si Bellarmino fides, *de purgat. l. 1. c. 12.* Vult *a modo* non significare, *à morte uniuscujusqe*, sed ab *extremo judicio*, de qo in toto eo capite sanctus Joannes loqitur. atqe hæc ille, qo purgatorio suo caveat, cujus fundamenta ipsa ex loco illo, prout è suis etiam exponunt nonnulli, non labefactari tantùm, sed subrui prorsus deprehenderat.

Verum de judicio novissimo ac œcumenico nihil qicqam in hoc capite: alioqi, qæ sequuntur *plagæ*, sive *phialæ septem*, post judicium novissimum fuerint effundendæ. Alioqe planè abscedunt alii plerique: mitto Napeirum, qi *a modo*, inqit, i. e. *statim à Jubilæo, qi tunc agebatur.* Qia novo exemplo *annorum* 245. *Jubilæos* instituit; ad qos singulas cum *tubas*, tum & *phialas* reducat, nullâ vel probabili etiam ratione subnixus; & in hoc sensu singularis est. Beda, *A modo jam, i. e. à tempore mortis reqiescere dicit.* Richardus de S. Victore; *A modo, i. e. ab ipsa morte.* Baringvedus; *A modo i. e. à tempore mortis suæ reqiescent sancti à laboribus suis.* Hugo; *A modo, i. e. post mortem, in æternum qiescant.* Ribera ipse; *Ex hoc tempore, i. e. à tempore mortis; ut Ambrosius, & Haymo, & Beda exponunt.* Qin & Græci, licet lectionem rectam seqantur, de reqietis tamen istius exordio consentiunt. Andreas; Ἐκείνοις ὄντως ἡ τοῦ σώματος ἔξοδος, λῆξιν πόνων ἀναπαύσεως. Et Arethas; Ἐκείνοις γὰρ τῷ ὄντι ἡ τοῦ σώματος ἔξοδος καὶ ἀνάπαυσις κόπων ἀπαλλάττουσα. *Illis enim revera è corpore excessus, reqies est à laboribus liberans.* Verum distinctio ista nullo modo est admittenda: qum & Græcis repugnet; nec dictionis textura admittat. Neqe enim particulæ, ναὶ & ἀπάρτι ullâ ratione possunt conjungi: & particula ναὶ sententiam inchoare consvevit, vel ad prius dicti alicujus concessionem, vel ad dicti dicendive confirmationem: ut videre est, Matth. c. 9. v. 28. & c. 15. v. 27. hoc ipso Apocalypseos libro c. 16. v. 7. & c. 22. v. 20.

Ad illos transeo qi ἀπάρτι illud præcedentibus annectunt. Atqe hîc primò nobis sese offert Arethas, qi in *Scholiis suis* vult τὸ ἀπάρτι cum verbo γράψον conjungi. Ἡ σύνταξις, inqit, οὕτως. τὸ πνεῦμα λέγει, Γράψον ἀπάρτι. *Constructio [ita] se habet: Spiritus dicit, scribe ab hoc tempore.* Qod ego qidem qâ ratione constare possit non video. Neqe enim Spiritus, sed vox cælitùs missa, de scribendo præceptum dedisse perhibetur. & repugnat planè tota dictionis compages. qæ avtem post subdit, Οἱονεὶ ὑποθηγῶν τοὺς ἀθλοῦντας τῇ ἐπαγγελίᾳ, τῆς ἐκλείψεως μὲν τῶν ἐπιμόχθων αὐτοῖς, εὐτυχίας δὲ τῶν ἀναπαυστικῶν ἀγαθῶν. ἅμα γὰρ τῷ ἀφανισμῷ τῶν κόπων, ἐπακολουθεῖν καὶ δόξαν τῶν ἔργων ἀντίδοσιν. *Spiritum his verbis certantes vel ut delinitos attrahere pollicitatione, cessationis qidem rerum ærumnosarum, fælicitatis verò bonorum reqiem præstantium. futurum enim ut simul ac labores fuerint jam exacti, conseqatur è vestigio operum retributio.* Hæc, inqam, ad eorum mentem propendere videntur, qi ἀπάρτι illud cum consecutis conglutinant.

Isto itaqe misso, qi neminem hîc, opinor, vel socium, vel asseclam est hactenus consecutus; ad illos accedo, qi vel ad μακάριοι referunt, vel ad ἀποθνήσκοντας. Illorum agmen ducet V. C. Theodorus Beza, qi particulam hanc *cum μακάριοι necessariò connectendam* contendit; qoniam *alioqi*, inqit, *prioribus seculis mortui in hac sententiâ non comprehenderentur.* Seqetur istum Henricus Bullingerus: *Ἀπάρτι a modo*, i. e. *illico obvenit animabus illa fælicitas. nam ἀπάρτι significat ab instanti, ab illa hora, protinus & continuò. Unde constat fidelium animas rectâ à morte corporeâ migrare in vitam æternam.* Eodem concedunt Benedictus Aretius: *q. d. à morte ad vitam mox transeunt.* David Chytræus: *rectà & continuò, postqam à corporis nexu liberati sunt, sunt beati.* Qibus accedunt adversus Anglo-Rhemenses Gvilielmus Fulco, & Thomas Carthwrightus, nostri. In eadem classe, sensum qod attinet, censendi sunt, & qi particulam hanc retulere ad reqiem in seqentibus dictam, cui & à mortis articulo ipso statim initium dedere. Verum qi sic interpretantur, vim particulæ hujus havd satis, vel assecuti, vel perpendisse saltem videntur. Siqidem, qod Julius Scaliger in *commentarus ad Theophrastum* observat, adverbia illa, *Hodie, heri, cras, perendie, ad dicentis ipsius tempus, non ad alienum, orationem semper dirigere.* itaqe ubi particula *tunc* vel usurpatur, vel intelligitur, non dici *heri*, sed *pridie*; nec *cras*, sed *postridie*, &c. idem de particulâ hac ἀπάρτι sive ἀπ' ἄρτι, sentiendum, loqentis tempus, non alienum designat, ἀπὸ τοῦ νῦν, *à nunc*, non *à tunc*, significat, si ita loqi liceret. *deinceps* qidem, sed *ab hoc tempore*, non *ab eo vel illo*; *posthac*, non *postea*. ἄρτι enim *nunc modo*. Matth. c. 3. v. 15. & c. 9. v. 18. Apoc. c. 12. v. 10. & alibi passim. ἀπ' ἄρτι, *ab hoc tempore, posthac.* Matth. c. 23. v. 39. οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι, *non videbitis me posthac.* & c. 26. v. 29. Οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι, *non sum bibiturus posthac, ab hoc tempore, de fructu vitis.* Joan. cap. 1. v. 51. ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, *posthac videbitis cœlum apertum.* nec ἀπ' ἄρτι aliter usurpatur. Joan. cap. 14. v. 7. καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτόν. *etiam nunc cognoscitis eum.* Itaqe non potest μακάριοι ἀπάρτι verti, *ab eo tempore*, qo scilicet hinc migrant, *beati.* esset potiùs, *beati sunt ab hoc tempore*, qo istud ego tibi scribendum in mandatis do. ut ad promulgationis suæ tempus à promulgante re-

referatur. Vidit forsan hoc Beza. ac proinde maluit accentu transposito *ἀπαρτὶ* legere, qod *ἀπηρτισμένως, perfectè significet.* ut *perfectè beati* prædicentur, qi in Domino defunguntur. Et Svidas reverâ, ac Aristophanis scholiastes, alter ab altero mutuatus, *ἀπαρτὶ* exponunt apud comicum in *Pluto Act.* 2. *sc.* 3. *ἀπηρτισμένως, ἀντὶ τοῦ ἀπηρτισμένου καὶ τελείως.* qod tamen apud comicum aliud planè sonare videtur, nec *ἀπαρτὶ*, sed *ἄπαρτι* legendum.

—— τοὺς χρηστοὺς μόνους
Ἔγωγε, καὶ τοὺς δεξιοὺς καὶ σώφρονας
Ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω. ——
Ego bonos tantum
Gravosqe & sobrios
Faciam deinceps divites. ——

Ita enim Plutus ipse, visum adeptus, *Act.* 3. *sc.* 3.

Δείξω τὸ λοιπὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι
Ἄκων ἐμαυτὸν τοῖς πονηροῖς ἐνεδίδουν.
Jam nunc deinceps universis hominibus
Ostendam, qod me invitum tradiderim improbis.

Ad rem magis facit, qod ex Herodoto afferunt, (nam qod ex Pherecratis *Crapatallis* mancum & incertum est) *Ἀπὸ ἔτι εἰσὶ στάδια δύο* (Scholiastes, at Svidas *στάδια ο´*) *ἀπαρτί. Ab hoc loco sunt omnino, vel planè, stadia duo,* vel *stadia septuaginta.* Cui ex eodem *l.* 5. adjicere licet, *Πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν στάδια ἐπ᾽ ἡμέρῃ ἑκάστῃ διεξιοῦσι, ἀναισιμοῦνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα. Conficiendo singulis diebus centena & qinqaginta stadia insumuntur omnino nonaginta dies.* & istic ergò *ἀπαρτὶ* legendum censet Vir doctissimus, ut *planè ac perfectè beati* dicantur, ubi eam qam diu expectaverant, beatitatem assecuti sint, de qâ cap. 6. v. 11. Non objiciam, beatitatem sanctorum non esse omnibus numeris tunc consummatam, qando à laboribus ac ærumnis, qas istic perpessi sunt, reqiescunt. Etiamsi enim spiritus, sive animæ, tunc consummantur, Hebr. c. 12. v. 23. at corpora adhuc sub mortis dominio manent. qo & trahunt qod de *stolis singulis* loco ab ipso lavdato dictum est, cum sint *duplas accepturi*, Primasius, veteresqe nonnulli. Hoc tantùm dico, nihil qicqam hic movere opus esse, qum lectio recepta, & codicum consensu universali firmata, optimè aptissimeqe constare possit, uti post indicabitur.

Alii ergò vim vocabuli perspectam magis habentes, significatu saltem vero ac genuino admisso, etiamsi ad *μακαρίους* referant *τὸ ἀπάρτι*, non tamen de mortis articulo intelligunt, sed de tempore à promulgatione istâ, vel propiùs, vel longiùs etiam insecuturo. Illud Paræus, hoc Medus noster & Cotterius volunt. Paræus; *ἀπάρτι, ab hoc tempore, qo tres Angeli præconiaverant Evangelium æternum contra Babylonem, beati non tantum εἰσὶ* vel *ἔσονται*, *sunt vel erunt, sed tales esse κηρύξονται, publicè prædicabuntur, cum tres illi Angeli non solum fulmina Antichristi vana esse docebunt, & purgatorium nullum esse demonstrabunt, ut pii ab errore & terrore mani liberentur.* Ista verò mihi interpretatio & coacta nimis, nec scopo Apostolico convenire satis videtur. Etiamsi enim Angeli illi Babylonis ruinam futuram prænuncient, qo hujus expectatione piorum animi in mediis ærumnis & perpessionibus durissimis interim erigantur, simul tamen tempora difficillima mox futura insinuant, qum & adversus eos horrenda denuncient iudicia, qi mortis pœnarumve formidine, bestiæ cultui se mancipaverint, & fidem tolerantiamqe sanctorum ad examen jam exqisitum revocandam pronuncient. ut ad tempora lætiora, qæ istic enuncientur, nullâ ratione accommodari qeant.

Trahit vero etiam longiùs adhuc Medus noster, qo hinc qoqe Millennii sui fabricæ destinam alteram acqirat. *Scio*, inqit, *plerosqe pronunciatum hoc cœleste ad superiora referre, tanqam consolandis sanctis jam gravissima qaqe à bestia, præcedente celeusmate irritatâ, passuris. in qa sententia & ipse pridem fui.* Et certè cum illis tunc rectè sentiebas. At nunc cur secus sentias, nihil in cavssâ videtur, nisi qod Millennii Helena tua illa te ita fascinavit, ut nihil non arrideat, qantumvis longè petitum, & ægrè expressum, qod ad eam venditandam qoqo modo conducat. Ad seqentia ergô referri postulat, *tanqam commonefactionem jam instantis resurrectionis & judicii sub tuba septima, cujus utpote apparatus in seqenti visione agi incipiant.* q. d. *Nunc ad illud deventum est, qod unicum restat implendum; ad tempus illud, qo mortui in Domino, i. e. propter Dominum, Martyres nempe, qi vitam pro Christo profuderunt, (talibus enim constat resurrectio prima, cap.* 20. *vers.* 5, 6.) *ad beatam vitam suscitabuntur.* Et ne illud *ἀπαρτὶ* longè nimis protelatum ac protractum videatur, adducit illud Matth. c. 23. v. 39. *Non me videbitis ἀπ᾽ ἄρτι, donec dicatis, Benedictus qi venit in nomine Domini.* i. e. *non à temporis momento, qo hæc locutus erat, sed à tempore Paschatis, qod tunc celebratum ibat, post qod vulgo Judæorum non amplius se conspiciendum præbebat.* Poterat & illud adjicere Joan. c. 1. v. 52. *Ἀπ᾽ ἄρτι, Posthac videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis.* qod non statim tamen eis videntibus peractum est. sed rationes qibus sententiam suam hanc confirmat, avdiamus. Primò, *non meminisse dicit uspiam in sacra Scriptura, diem mortis, diem mercedis indigitari, sed diem solum resurrectionis & judicii.* Atqi verba si spectemus, nec dies ullus hic sic dicitur. sin sensum ipsum, à morte statim & à malis reqies & bonorum adeptio piis obvenire perhibetur, Luc. 16. 25. & c. 23. v. 43. 2 Cor. c. 5. v. 18. Phil. c. 1. v. 23. nisi si *Paradisi incolatus, habitaculum æternum, gloria cœlestis in Dei Christiqe præsentia immediata fruitio,* digna negentur, qæ mercedis præmiive rationem obtineant, nomen ferant. Secundò, *denunciatio de Cœlo, cum mandato scribendi, non nisi ad insigne aliqod rerum momentum indicandum videtur adhibitum.* Verum non seqitur insigne aliqod rerum momentum: ergò hoc ipsum, qod tu vis. tum satis est ut sit aliqid insignis momenti. Estqe reverâ qod hîc proponitur, qomodocunqe acceperimus. Deniqe, *pronunciato huic, si benè attendatur, sensu omninò convenit cum illo ad clangorem tubæ septimæ* c. 11. vers. 18. *qando tempus adfore dicitur, qo mortuorum (nempe, propter Christum) caussa judicabitur, Deusqe redditurus sit mercedem servis suis Prophetis, & Sanctis, & timentibus nomen ejus parvis & magnis, & perditurus eos qi perdunt terram. ita hîc, Beati, inqit ab hoc tempore mortui, qi in Domino mortem occubuere ut reqiescant à laboribus suis.* i. e. *vitam deinceps pristinorum malorum & calamitatum securam degant, qo sanè hostium & tyrannorum exterminium innuitur. unde dies ille perditionis impiorum hominum Petrò dictus.* Ep. 2. cap. 3. vers. 7. *& opera eorum seqentur eos.* i. e. *perpessionum suarum & rectè factorum omnium mercedem conseqentur beatissimam.* At verò nec gemina planè, prout Vir doctissimus vult, sunt loca ista, qum de malorum judicio nihil qicqam istic dicatur; & frustra ad resurrectionem commentitiam martyrum peculiarem, qæ universalem illam, qam corporum solam Scripturæ sacræ commemorant, millennio integro anticipet, illa, vel Joannis, vel Petri, invita, qia sponte non seqguntur, ingratiis trahuntur; qum perspicuum sit utrobiqe de mortuis indefinitè, non his avt illis, sed qibusqe judicandis, nec de martyribus solis, sed de sanctis piisqe qibusqe mercede donandis sermo habeatur. geminum potius fuerit istud cap. 11. vers. 18. illi cap. 20. vers. 12. 13. *Vidi mortuos, parvos & magnos, stantes in conspectu Dei; judicatiqe sunt mortui ex eis qæ scripta erant in libris, secundum opera eorum.* Ulterius ergò protrahit *ἀπάρτι* istud Cotterius & ad judicii universalis diem usqe protendit. *A modo*, inqit, cap. 6. vers. 11. *mortuis in Domino remotus erat dies ille: unde clamabant, Qousqe Domine? nunc dies ille proximus est. Præluditur ergò proxima judicii descriptioni. dies avtem judicii ævo nostro proximus censetur qo Angeli prius dicti munus suum obeunt: qia qæ hodie tela texitur excurret, qamdiu secula. una tantum rerum politicarum & ecclesiasticarum innovatio diem ultimum antevertet, qæ ipsa obicem Evangelicæ veritati ponere connitetur tantùm.* At primò, describi *messis ac vindemiæ* nomine, v. 15. & 19. judicium novissimum, (qod præsumit Cotterius) nec probatur istic, nec probabile videtur. Videantur Brightmannus & Medus nostri. Tum nimis longè protelari videtur expositione istâ fidelium spes & expectatio. anticipantqe diem ultimum qæ sunt istic proposita qies & merces. Deniqe tota tantùm non clamat historiæ propheticæ à Joanne hîc descriptæ series, multas mutationes & innovatio-

A nes inter oraculi cœlestis istius promulgationem & consummationem seculi, fuisse intercessuras.

Hactenus eorum interpretationes discussimus qi particulam *ἀπάρτι* ad *μακάριοι* referendam existimant. jam de eis videndum erit, qi ad *ἀποθνήσκοντες* referri volunt. Atqe ex his Carolus Gallus, qo Bezæ objectioni supra indicatæ occurrat, & præjudicium adversus interpretationem à se allatam tollat, *ineptire planè* pronunciat illos, *qi inde colligi posse fingunt, eos qi prius in Domino mortui fuerant, non esse itidem beatos, si de deinceps morientibus istud dictum sumatur.* B *qia enim, inqit, sub Antichristo pii martyres infalicissimè mori videbantur, qum non ab Ethnicis Imperatoribus, aut Judæis, manifestissimis Christi hostibus, à qibus olim fideles necati sunt, sed à beatissimo ac sanctissimo Papâ, & aliis, qoi mundus veritatis, & fidei Catholicæ justissimos judicaret defensores, interficerentur, nec pro veritatis nominisqe Christi confessione, sed pro defectione a fide atqe Ecclesiâ Catholicâ mortem oppetere ducerentur: idcirco contra scandala, qa hinc oriri poterant, à Spiritu sancto pronunciatur, non minus beatos esse, qi ἀπάρτι jam deinceps sub Antichristo Romano propter purioris do-* C *ctrinæ religionisqe reformatæ confessionem in verâ Christi fide interficiuntur, vel etiam placide in lecto moriuntur, qam qi olim pro Christi nominis confessione ab Ethnicis tyrannis trucidati, & martyrio coronati fuerunt.* Concedit huc & Brightmannus noster. *Nec videtur*, inqit, *particula hæc loco suo movenda, qem Spiritus ei consultò tribuit, conjungens cum ἀποθνήσκοντες. Beati mortui ii, qi in Domino moriuntur, ἀπάρτι, à nunc, ab hoc tempore. Non qin prioribus qoqe seculis mortui beati fuerint, sed qia necessario postulabant hæc tempora singulare hoc solatium.* Piscator itidem; *Videtur hoc adverbium construen-* D *dum cum verbo moriuntur, cui subjectum est: significat enim Deus his verbis, supplicia Christianorum pavlo post inceptura, & deinceps continuatum iri.* At vero nec ad martyres solos pertinere videtur, qod hic pronunciatum est, cum in Christi fide defungentes qosvis includat: nec ratio idonea satis videtur, qam illi afferunt, cur beati isti præ reliqis prædicentur, cum beatitudinis cavssæ, qas spiritus ipse hic assignat, cum cæteris illis communes ac eædem prorsus existant.

Restat, sed vix memoratu dignum, Anglo-Rhemen- E sium commentum putidissimum: qi qo *purgatorii* Pontificii parietes sartos tectos tueantur, & de *Patrum limbo* qoqe simul prospectum sit, non diffitentur, *ἀπάρτι* posse cvm *ἀποθνήσκοντες* commodè cohærere; verum negant adverbium istud *amodo* Latinum, vel Græcum etiam *ἀπάρτι significare propriè à præsenti hoc tempore deinceps*, sed *tempus præteritum unà cum præsenti designare ac conjungere.* Hoc itaqe velle Spiritum sanctum, *Qotqot à Christi ascensione, qâ is cælos primus intrans & aliis reseraverit mortui sunt, non jam amplius, qod ante Christi tempora consueverat, limbum adiisse,* F *sed ad statum beatum rectâ concessisse, nisi si qem obicem interposuerint ipsi.* Ac proinde *collationem institui inter eos qi sub statu gratiæ in Novo Fœdere, & priscos qi sub Veteri sunt defuncti fideles.* Verùm ut de *limbo* commentitio dicam nihil; sed nec de obice qem nescio qem interjiciunt: nec cum Fulcone ac Cartwrighto nostris qæram, qid eis factum fuerit, qi per *dies illos qadraginta, qi inter Christi resurrectionem ejusdemqe ascensionem intercesserant*, è vitâ hac emigrarunt, fideles. Respondeo tantùm; Primò, nihil in contextu comparere, unde collationem istiusmodi hîc institui suspicio G vel levissima oboriatur. Cur enim istis temporibus hoc promulgetur potiùs, qam aliis ullis, de qibus in prophetiâ istâ sermo fit? Tum nihilo magis beatos fore, qibus à purgatorio ardore periculum, qam qi ad limbum fictitium illum, ubi damni solius pœna, ante descenderant. Tertiò, non de præteritis, sed de futuris, historiam propheticam à Joanne descriptam. Cap. 1. v. 1, 3. & c. 4. v. 1. Deniqe qod *ἀπάρτι* dicunt *non propriè significare à præsenti deinceps tempore*, sed *præteritum etiam unà cum præsenti comprehendere*, id verò & Lexico-graphorum omnium, & avtorum usui universali repugnat prorsus. Ut avt novum nobis Lexicon procudere necesse habeant Rhemenses nostri, avt suam ipsorum vel inscitiam insignem, vel impudentiam singularem ingratiis profiteri. Nam de barbaro ipsorum *amodo* minus sumus soliciti: qod tamen apud Apulejum (neqe enim avtor lingvæ Latinæ puræ probatus aliqis, qi usurpaverit, producitur) nihil aliud qam *ἀπάρτι postbac, ab hoc tempore*, designat.

Cum enim ille, *Nemo me*, inqit, *amodo tam mane egredientem solum videbit*, si qis de præterito locutum dixerit, næ ille mentem avtoris corruperit prorsus, aliudqe planè ab eo qod voluit, imò huic omninò contrarium, dicentem faciet.

Vir deniqe Clarissimus Hugo Grotius, cujus & ante meminimus, ita locum hunc pertractat, ut ad qas partes hac in parte adjungat se, *τὸ ἀπάρτι*, ad prægressa, an ad subsecuta referat, ad *μακάριοι*, an *νεκροί*, an *λέγει*, an *ἀναπαύσονται* præcipuè respicere velit, ambigi qeat, cum in incerto reliqisse videatur. Verba vatis sic *ἀπαρτί φησί καὶ ἐξηγεῖται. Jam nunc pro certo polliceor*, (qasi *τὸ λέγει* respiciat) *ait Dei Spiritus, fore ut à laboribus suis qiescant*: (*ἀναπαύσονται*, *ἄρτι nunc Matth. c. 11. v. 12. & cap. 26. v. 53. Joan. c. 13. v. 10. ἀπ' ἄρτι, ab hoc tempore, jam nunc. Joan. c. 13. v. 18.* מעתה *vai est promittentis, cap. 1. v. 7. 2 Cor. c. 1. v. 17, 20. Et ita ἵνα rectè seqetur post vai. Non tantum olim beati erant* (*erunt, f.*) *in vita altera; sed & hoc ipso tempore. Laborant qidem*; (inde *νεκροί* dicti) *sed in laboro habent qietem, i. e. pacem conscientiæ, oppositam impiorum, de qibus supra v. 10, 11. Vide Psal. 116. 6.* Hæc ille. Ita *ἀπ' ἄρτι*, non *deinceps*, sed *jam nunc*, tempus ipsum præsens denotaret, nec ab *ἄρτι* ipso distingveretur; qod omninò secùs habet. Et *ἐκ τῶν κόπων ἀναπαύσεσθαι*, non esset *à laboribus qiescere*; sed *inter laborandum pacem*, sive *qietem aliqam obtinere*; qod dictionis formula omninò respuit.

Mihi sine cujusqam præjudicio, veniâ prius expetitâ, si ab his omnibus discessero, qid de loco hoc à tot viris magnis tantopere vexato videatur, pavcis aperiam. Ego itaqe *ἀπάρτι* istud, nec ad *μακάριοι*, nec ad *ἀποθνήσκοντες*, sed ad *νεκροί* retulerim, vel, si id magis placuerit, ad axioma ipsum integrum *μακάριοι οἱ νεκροί*· qasi dicat, *Deinceps*, sive *ab hoc tempore, pro beatis meritò haberi possunt, qi mortui jam sunt, modo in Domino defungantur.* Pronunciati occasionem sic colligo: Promulgata narrantur in antegressis edicta duo adversaria; severum ac horrendum satis utrumqe. Alterum est *bestiæ*, qo edicitur, ut *universi, magni, parvi, divites, pavperes, liberi, servi, bestiæ characterem in manu dextra avt in fronte ferant; interdictâ unicuiqe liberi commercii omni facultate, qi non characterem bestiæ, avt nomen avt nominis numerum gestaverit; internecione etiam eis omnibus denunciata, qi imaginem bestiæ recusaverint adorare.* cap. 13. v. 15, 16, 17. Alterum huic oppositum est edictum *divinum*, carmine horrendo planè conceptum, qo per Angelum nimirum, voce Stentoreâ ad terrorem ampliùs incutiendum, denunciatur; fore, ut *si qis adoraverit bestiam, vel imaginem ejus, avt acceperit characterem in fronte suâ, potandus sit vino meraco furoris divini, & cruciandus igne & sulphure, citra remissionem intermissionemve ullam, in æternum.* cap. 14. v. 9, 10. Inter has ergò angustias constitutis Dei servis, qum tam dira ac funesta futura sint tempora, pronunciatur. *Beatos jure censendos, qi è vita hac jam excesserint.* Qod tamen ne de omnibus in universum dictum intelligatur, ad eos restringitur, qi cum piè vixerint, *in fide Christi*, cui indivulsè adhæserint, *defunguntur.* Nec sanè citra cavssam justam *beati* isti prædicantur: etiamsi enim in *beatitudinis* parte ponatur *vita productior cum pace Israelis*, h. e. populi Dei, conjuncta, Hymn. 129. v. 6. tamen ubi turbulenta ac luctuosa tempora ingruerint, fælicitatis havd exiguæ res reputatur, vel anteqam ea jam fuerint exorsa emigrare, vel e mediis turbis malisqe abripi mortis beneficio. Videantur qæ de Jeroboami filio dicuntur, Reg. l. 1. c. 14. v. 12, 13. & de Josiâ Rege, ibid. l. 4. c. 22. v. 20. Verum cum primis huc qadrat, qod Esajæ c. 57. v. 1, 2. habetur: ubi *justi ac benigni morte sublati* dicuntur, qo *à malis insecuturis erepti in sepulchris suis tanqam in lectis* sive *cubiculis, placidè qiescant*: qod nec istic tacetur. Qod si qæsierit qis, qare istud de his ab Antichristo temporibus prædicetur potiùs, qam

de

de eis qæ sub Ethnicis tyrannis fidei Christianæ oppugnatoribus antecesserant. Respondeo, nec de eis etiam non verè dici istud potuisse, ubi laniena immanis sub illis vigneræ. Sed de istis hoc loco, non de illis pronunciandi occasionem jam datam ex historiæ serie eisqe qæ supra sunt commemorata. Addo tamen luctuosa magis futura ista, de qibus nunc agitur, tempora, & Christianis animis detestanda magis: Siqidem nihil erat tunc insolens, idolorum cultum ubiqe terrarum pro more prisco obtinentem contueri; nihil novi, horum cultores, Christiani nominis hostes professos, infensos infestosqe experiri. Cæterum sub bestiæ dominio, cultus sacrilegos & idololatricos sub religionis veræ prætexto in Dei templa introduci, veritatis fideiqe sinceræ professores pro sacrilegis, hæreticis, numinis spreti, religionis omnis ejuratæ reis, ab eis immanissimè trucidari, qi pro Christi Vicariis, nominis Christiani columnis, fidei veræ ac religionis propugnatoribus solis sese venditabant, hoc verò non poterat non Dei servis fidelibus, etiamsi ad martyrium ipsi non evocarentur, ista oculis usurpantibus, cordolio esse acerbissimo, & qod *βίον ἀβίωτον*, ut ille ait, *vitam non vitalem*, sed morte ipsâ vel immani qavis, multis partibus acerbiorem & amarulentiorem efficere. Si qis verò qorsum, avt qo fine istud tam solenniter promulgetur, pergat ulterius percontari. Respondeo, qo adversus mortem ab adversariis intentatam animosiores ac confirmatiores redderentur Dei servi: qum vitæ ulterius protrahendæ desiderium qod invitet, nihil qicqam compareat; qum nihil aliud, prout tunc se tempora habitura essent, foret *diu vivere*, qam *diu torqueri; diutinsqe vivendo*, qod ille olim, *multa qæ nollent*, non contueri tantum, sed experiri qoqe cogerentur. Proinde nec adversus mortem avt ægrè avt meticulose se habeant, qum & eos qi jam obierint, non possint non beatos prædicare, & persecutores immanes, beatitatem eorum norint simul accelerare, dum mortem accelerant, qum qo celeriùs obierint, eo celeriùs in eum statum sint concessuri, qo & beatitudinis veræ compotes futuri, & pro ejusmodi ab his habendi sint, qos superstites hic reliqerint. Notum est satis qam familiares ac freqentes sint prædicationes illæ, qibus in malis gravissimis medii adhuc constituti, defunctorum jam sortem celebrare solent. Tale est Æneæ Maroniani illud *l. 1.*

—— o terqe qaterqe beati
Qeis ante ora patrum Troja sub mœnibus altis
Contigit oppetere. ——

ad qem locum nugacia tamen sunt, qæ Servius habet de *animâ, utpote igneâ, in undis extingvendâ eis qi navfragio perierint*, qod Æneam itaqe malè habuerit. de qo delirio videri poterit Synesius *Epist. 4.* nihil enim tale somniasse Poetam probant satis, qæ de Palinuro narrat. Infælicioreṁ multò ducebat sortem suam, ad tot ærumnas exantlandas ac discrimina experienda reservari; qàm si ad Trojam vel oppugnatam, vel interceptam & direptam occubuisset. Ulyssis enim Homerici imitatus est illa, *Odyss. ε. v. 306.*

Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ, χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντες.
Καὶ δὴ ἔγωγ' ὄφελον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν
Ἤματι τῷ, ὅτε μοι πλεῖστοι χαλκήρεα δοῦρα
Τρῶες ἐπέρριψαν, περὶ Πηλείωνι θανόντι.
Ter beati Græci & qater, qi qondam perierunt
Trojæ in latâ Atridis gratificantes,
Utinam & ego debuissem mori, & fatum asseqi
Die illo, qando mihi plurimi ferratas hastas
Troes contorserunt circa Achillem mortuum.

& hi pariter istic beati prædicantur, qi fato jam functi, temporum hic iodicatorum mala, vel expertes adhuc, vel ex parte experti etiam, evaserint, & ad reqiem æternam, vitæ dum in vivis agebant, probè actæ mercedem consecuturi, concesserint.

Atqe hæc mea est de loci hujus sensu genuino sententia; qam ita aliis censendam dimitto, ut paratus sim, sive seciùs habere qis evicerit, promptè deferere, sive

A commodiorem qis protulerit, hanc lubentissimè amplecti.

Ista post scripto diu consignata, annis interim havd pavcis elapsis, dum penes me cellis privis recondita scriniisqe privatis conclusa delitescunt; prodierunt Viri Clarissimi D. Henrici Hammondi *in Novum Testamentum παραφράσεως* refertissimæ *Annotationes*, in qibus de loci istius sensu genuino meis his gemina sentire τὸν αὐτὸν deprehendo. Ita siqidem dictaminis cœlestis hujus verba παραφράζει, *Grandem utiqe instare tentationem gravemqe adeo perbrevi fore*
B *nominis Christiani persecutionem, ut beati meritò haberentur, qi benè fuissent defuncti, nec conflictibus tempestatibusqe illis relinqerentur superstites.* In *Annot.* verò, *Vox*, inqit, *ἀπάρτι, sive ἀπ' ἄρτι, significat, juxta Euthymium, intrà tempus breve, non longe ab hinc, citò Matth. c. 23. v. 39. & c. 26. v. 64. ubi Vulgatus Interpres*, amodo. *Spectant avtem verba hæc qod de sanctorum patientiâ dictum est* vers. 12. *qo persecutionis tempus instare significatur. cujus ratione beatissimos merito habitum iri, qi qam citissimè defungerentur, à malis miseriisqe obventuris abrepti. Esaj. c. 57. v. 2. qo nomine & temporibus ge-*
C *minis mortuos præ viventibus felices prædicat Ecclesiastes c. 4. v. 1, 2.* Hæc ille. In qibus etiamsi notionem havd satis exactè ab Euthymio redditam existimem, & in locis adductis per *deinceps* commodius exprimi sentiam, nec Diocletiani sævitias vaticinii verba hæc respicere, Viro Doctissimo assentiri possim: in sententiâ tamen de dictionis sensu genuino, Virum tantum, σύμψηφον καὶ σύμφωνον nactus, in qâ ante solitarium agere suspicabar me, firmatior nunc incedo, fidentiorqe insulto.

Restat verbulo uno & altero de clavsulâ novissimâ di-
D cendum aliqid. τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. qod vulgata reddidit, *Opera enim illorum seqvuntur illos.* Primasius, *Nam opera illorum &c.* Primò, non placet cavssalis particula hic vel præfixa vel intersita, etiamsi in M. S. Grotius ita habere testatur, & lectioni alteri præferat. nec δὲ pro γὰρ istic sumi, qod Beza & Piscator opinantur, ulla svadet necessitas. cohæret enim satis aptè cum eo qod præcesserat, Ναί, λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων. *Etiam*, (confirmando, qod promulgatum est) *dicit Spiritus, ut reqiescant à laboribus.* sermo imperfectus,
E qod Piscator rectè monuit, & supplendum τὸ γενήσεται. sive γενήσεσθαι, vel ejusmodi aliqid, *fiet*, vel *fore* (ut Grotius, qi τῷ λέγει *promittendi* notionem tribuit) *ut reqiescant à laboribus*, sive *molestiis suis*, κόπων; *& opera ipsorum ipsos unâ comitabuntur.* vel, *opera avtem*; neqe enim est ea particula semper adversativa, sed pro copulativâ usurpatur creberrimè. Cavssativam verò si interserere visum fuerit, inciso priori aptiùs conveniet; *Fiet*, sive Fore, *enim*, vel etiam, *Fiet*, sive Fore, *utiqe, ut à molestiis reqiescant.* Qanqam nec δὲ particula istic vi suâ carere videtur: qem
F enim beatos prædicasset præ superstitibus mortuos, qo modo & Salomon Eccles. c. 4. v. 2. prædicationis avtem hujus, sive τοῦ μακαρισμοῦ ratio justa plenaqe satis videretur, qod temporibus tam infestis, lanienis ac cladibus passim tunc grassantibus exempti jam essent, qibus superstites adhoc obnoxii existerent; hoc tanqam ἐκ τοῦ περιόντος adjecit, qod ad beatitudinis cumulum accederet, qod nempe laborum molestiarumqe istic exantlatorum mercedem amplissimam acceptum è vestigio proficiscerentur. Itaqe non incommodè verti posset, *Sed & opera eorum comitantur eos.*
G Hoc enim tanqam adjectitium qiddam, qod qasi mantissæ loco beneficio prius dicto accederet, sed de qâ Lucilianum illud usurpari meritò possit,

—— mantissa obsonia vincit,

superioribus subjunctum, docet ipsa syntaxeos mutatio.

Verum secundò, illud ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν; qod vertunt, *Seqvuntur eos: tanqam familia Dominum vel Dominam*, inqit Hugo; malim, *comitantur*, sive, *unà comitantur eos.* Ita Primasius, *Opera illorum comitantur eos.* Et Castellio, *Sua eos comitantur opera.* Baringvedus, *Seqi*, *pro comitari posuit.* Aretius itidem, *Fructum verò operum eosdem comitari.* Et est ea certe vocabuli hujus vis nativa. Siqidem ἀκόλουθος ex origine vocis, non tam *assectam* avt *pedissequm*, qam *itineris socium comitemqe* significat: ἀκόλουθος

λυθ@ enim, qod Plato in *Cratylo* docet, dictus est, *qi iter unâ cum aliqo instituit*, perinde ac ἀκοίτης *maritus*. & ἄκοιτις, quæ & ἄλοχος & ἀλέκτωρ, *uxor*, *qi unâ cubant*, *qi eodem utuntur lecto*. Et ἀδελφὸς, sive ἀγάστωρ, *frater*, *uterinus* propriè, *qi ex eodem prodiit utero*. Nec tamen existimo α pro ο positum in vocibus istis, qod Platoni placuit, vel μ etiam elisum, qod Stephanus præsumit, ut ἀκόλουθος, qasi ὁμοκόλουθος, ἀκοίτης qasi ὁμοκοίτης dicatur. Et multo minus cum Etymologo, τὸ α in ἀκόλουθος τὸ ὀπίσω σημαίνει, ut sit ἀκόλουθος, ὁ ὀπίσω τῆ κελεύθου πορευόμενος· *qi retrò*, *sive post aliqem*, *viam incedit*, *seu iter facit*. Siqidem α in hac significatione, ab ἅμα potius qam ὁμοῦ abrasum videtur: cujus & spiritum qandoqe retinet, ut in ἅπας, qandoqe amittit, ut in ἀθρόος, ἀτάλαντος, ἄλοχος, qod vocabulum Homero passim usurpatum, viro πολυμαθεστάτῳ Henrico Stephano excidisse miror, cum tamen ἄλοχος pro sterili, qod minùs est usitatum, non omiserit. κέλευθος ergò *via*, *iter*, vel ἐκ κέλω, ut Etymologus alicubi tradit, vel ab ἐλεύθω, ut idem alibi: & hoc potius; ἐλεύθω, ἔλευθος, κέλευθος, ut ἴω, κίω, αὔλη, *cavla*. Dunæus *ad Lysiam*: inde ἀκόλουθος *qi eandem cum aliqo viam incedit*, *iter idem carpit*. Alioqi ἀκέλευθος, ubi α στερητικὸν, est ἄνοδος; i. e. *invius*. Hesychius inde ἀκολουθεῖ *iter una carpo*, *comes sum itineris*, *comitor*. Ita hoc loco malim, ob syntaxin etiam, qâ dicitur ἀκολουθεῖ, non αὐτοῖς, ut alibi sæpe, (dativum enim, non *accusativum*, qod τῷ αὐτῷ per incogitantiam excidit, sine præpositione ullâ interjectâ regit plerumqe) avt ὀπίσω αὐτῶν, ut Matth. c. 10. v. 38. Ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, sed μετ᾽ αὐτῶν, qomodo & Luc. c. 9. v. 49. *Vidimus qendam dæmonia ejicientem*, *& prohibuimus illum*, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ᾽ ἡμῶν; *qia non comitatur nos*, *non est è comitatu nostro*. Sic Isocrates in Plataico: Τοῖς μὲν σώμασι μετ᾽ ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο. ταῖς δ᾽ εὐνοίαις μεθ᾽ ἡμῶν ἦσαν. *Corpore qidem illos comitari cogebantur*; *animo verò ac voluntate nobiscum erant*. Qin & eodem modo qo minùs vertatur, nihil video, qod supra dictum est, vers. 4. Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ, ὅπου ἂν ὑπάγῃ. *Hi sunt qi agnum*, *qocunqe ierit*, *comitantur*. Convenit omninò cum illis Christi, Joan. c. 17. v. 24. Θέλω, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ᾽ ἐμοῦ. *Velim*, *ubi ego sum*, *& illi mecum sint*.

Deniqe havd probare possum, qod miro tamen consensu receptum video, *operum* nomine *fructum* sive *mercedem operum* designari. Ita ex Glossâ Hugo: *Opera*, *i. e. merces operum*. Et Ribera ex Ansberto & Haymone; *Tropicâ locutione mercedem laboris dicit subseqi sanctos post laborem*. Beza; *Opera vocat præmium*, *qod bona ipsa opera consequitur*: *Hebræorum more*. Piscator; *Opera*, *i. e. merces operum*, *metonymia effecti*. Illyricus; *Opera pro præmio operum*, *cavssa pro effectu*. Aretius; *Docet fructum operum eosdem comitari*: *itaqe opera hîc accipi loco præmiorum*, *qasi dicat*, *præmia laborum illic accipiunt sine morâ*. Non hic qæro, num per Hebraismum an metonymiam *opera* pro *mercede operum* sumatur unqam, sed an hoc in loco sic sumi possit & debeat: hoc avtem mihi nevtiqam videtur. Siqidem, qod hinc discedentes *comitari* dicitur, illud istic haberi necesse est, qo cum migrantibus hinc simul commigret: at *merces* non habetur istic, sed *in cœlis reposita ac reservata* passim dicitur Matth. c. 5. v. 12. & c. 19. v. 21. & Coloss. c. 1. v. 5. *Opera* ergo ipsa sua *comitari* eos dicuntur, qo modo Cornelium *præcessisse* qodammodô opera ipsius prædicuntur. Act. c. 10. v. 4. Atqe innititur reverâ, qod & illi volunt, qi *opera*, hîc pro *operum mercede* sumunt, proficisci istos, rei benè gestæ mercedem è vestigio recepturos. Verum *opera* simpliciter hîc accipienda, qæ exeuntibus tanqam *itineris comites* individui, adhærere prædicantur, qo pro eis testimonium apud numen divinum perhibeant, ac mercedis promissæ præmia ab eodem cisdem conseqantur. Nec abs re prorsus Baringvedus; *Qomodo seqmntur illos opera illorum? nonne Cornelium opera sua præcesserant? sed seqi pro comitari posuit: nam & exercitus qi regem comitatur, eum seqi dicitur, cum alii præcedant, alii seqantur, alii ad dextram, sive sinistram incedant.* Verum ad tropum mox divertens; *Opera igitur sanctorum*, inqit,

A *seqmntur illos*, *qia merces operum illorum comitatur illos in perpetuum*.

Sed nec Grotii sensum privum cuiqam, avtore ipso excepto, probatum iri, qi *facta*, sive, *opera*, per μετωνυμίαν *pro memoria rectè factorum*, *unde pax illa conscientiæ inter laborandum oriatur*, sumendum censet. Et inepta omninò est illa Hugonis arguria; *Sequuntur*, *dicit*, *non præcedunt*: *sicut est in illis*, *qi ante se portant opera sua*, *ut scilicet ab illis lavdentur*. Nec verò solida satis illa Paræi adversus meritum operum ratiocinatio; *Qia seqmntur*, *ideo* B *non sunt merita*: *alioqi præcederent ut cavssæ*. Neqe enim *mercedem* ipsam seqi, sed ad mercedem accipiendam proficiscentes, vel seqi, vel potius comitari dicuntur. Tum etiam merces meritum qandoqe præcedit, & meritum mercedem seqitur, ubi merces, prout sæpiusculè usu venit, *præ manu*, qod dicimus, exhibetur. Ita nummis ante numeratis conducitur equs, vel ædes. Mercede prius datâ conducitur, qi literas sarcinasve ad locum condictum perferat, veredarius. Deniqe tam præcessisse Cornelii cum orationibus *eleemosyna*, & anticipato ipsius obitu, C *ab holocavsti nidore* ductâ metaphorâ, qod & Bezæ observatum, *in cœlum* dicuntur *ascendisse*, beneficium mercedis ex parte loco à Deo consecutæ, qam *istorum*, qos hoc loco loqitur Apostolus, *opera* discedentes hinc vel concomitata, vel secuta. Meritò qidem negatur meritum operum, de qibus optimè Bernardus *de Gratia & libero arbitrio* tractatum suum verbis his clavdit; *Si propriè appellentur ea*, *qæ dicimus nostra merita*, *spei qædam sunt seminaria*, *charitatis incentiva*, *occulta prædestinationis indicia*, *futuræ felicitatis præsagia*; *via regni*, *non cavssa regnandi*. Verum ex D hoc loco, atqe è verbulo isto, minus dextrè oppugnantur. Qod avtem de *operibus* Joannes istic. idem de *virtute ac pietate* operum istorum fonte ac radice, unde profluxerunt ac provenerunt ea, cum exteri, tum & nostri etiam. Marcus Imperator *Commentar. l. 2. sect.* 17. à pompa funebri, qâ ad rogum sepulcrumve corpus inanime deducitur, ductâ metaphorâ, Τί οὖν τὸ παραπέμψαι δυνάμενον; ἓν καὶ μόνον, φιλοσοφία. *Qidnam est*, *qod deducere hominem & transmittere possit? unum duntaxat*, *philosophia*. A triumphantium, & pompâ triumphali urbem, sive Capitolium, E ingredientium ritu, Silius *Bell. Punic. l.* 15. sub *Virtutis* personâ;

Me cinctus lavro perducit ad astra triumphus.

Inde Antisthenis dictum; Τοὺς βουλομένους ἀθανάτους εἶναι, δεῖ ζῆν εὐσεβῶς καὶ δικαίως. *Piè justeqe vivendum eis*, *qi immortalitatem ambiunt*. Clemens Alexandrinus in *Caten. ad Job. c.* 2. Οὐδὲν ὧν ἐσχήκαμεν, ἔχομεν ἴδιον· ἓν δὲ κτῆμα μόνον τῆς εὐσεβείας ἐσμὲν ἰδιοκτήτορες· ταύτην ἡμᾶς θάνατος ἐπελθὼν οὐ συλήσει· τῶν ἄλλων δὲ ἁπάντων ἐκβαλεῖ καὶ μὴ θέλοντας. *Nihil eorum*, *qæ istic habuimus*, *proprium habemus*; *pietate* F *una excepta*, *cujus veri possessores sumus*: *hanc nobis nec mors ingruens eripiet*: *at rebus aliis omnibus*, *velimus nolimus*, *exuet*. Hæc ergò, qasi actibus suis stipata, fidelem animam exeuntem hinc indivulsè comitatur, donec supra sidera deductam ad sedes perennes æternasqe transmiserit.

CAPUT XVIII.

G *Prolationis ratio sæpe sensum immutat.* Ὑπόκρισις *Chrysostomo qid. A defectu notæ interrogationis indicie in Hebraicis ambiguitas freqens. Verba Davidis 2 Reg. 23 5. erotematicè prolata sensum facilem exhibent. Verba Caini ad Deum Gen. 4. 13. obiter perstricta. Varia & prolatio & interpretatio duntaxat adnotata. Verba Dei ad Mosen*, *Exod. 6. 3. post varias de nomine* יהוה *disceptationes*, *& syntaxes coactiores erotematice concepta*, *facillimè explicantur. Nominum El Shaddai &* יהוה *notiones & notationes. Nomen* יהוה *an priscis notum. Sex Exod. 23. 5. variè reddita*, *prolata. exposita*, עזב *eo loci qid significet. Alii relinqere*, *alii auxiliari*, *alii erigere*, *reddunt*: *Nehem. 3. 8. & 4. 2. qid velit.* מעזבה *qid.* עזבה *Jer. 49. 25. qid.* עזב *an pavire sonet.* עזב *idem qod* עז. *an idem* עזר *& an pro isto sup-*

post-

positum. Hymn. 105. 28. obtenebravit, *qô referendum, qi reddi qeat. Seqentia negativè concepta, qa de signorum subjectâ materiâ alii, aliis de administris accipiunt, Græca vetustissima, Latina vulgata, & nostra vetustior editio omissâ negativâ exprimunt. Qod interrogative legendo, & de Ægyptiis sumendo, conciliare Fullerus conatur. Vulgata aliter nunc qam olim habuit: in qâ explicanda incassum sudatur. Græca versio vitiis scatet.* Hymn. 122. 1. *interpretationes variæ.* Montes pro Cœlis; Cœlum, pro Deo. Montes *aliis Angelica subsidia: aliis propugnacula, aliis montes urbem cingentes. Erotematicè locum qi legant en his lectio Piscatoriana reliqis prælata.* Hymn. 11. 1, *versiones variæ. Ellipsis particulæ motus ad locum, motus è loco, & collationis indicis. Imago & metaphora qi distent.* כתיב & קרי *dissidentes.* Esaja 21. 8. *versiones variæ. De Habakkuko commentum Rabbinicum. Apud Latinos ellipses crebræ notæ similitudinis, & participii substantivi.* Hymn. 13. 1. *lectio versioqe qadrifariam exhibita.* Hymn. 89. 46. *bipartita.* Job. 13. 15. *variè lectus & intellectus,* הן si, & ecce. לו & לא Job. 14. 4. *lectiones & expositiones variæ.* Uous, *pro Deo* Hymn. 14. 3. *argutia qæsita ex versione Græcâ, perperam acceptâ, ubi Hebraica veritas secus habet. De eadem in varias partes frustrâ discessum. Aliud Græcos interpretes voluisse.* Ab hoc ad illud & ab isto ad illum; *formula usitata inclusivè usurpata.* Ad unum; *nullo excepto. Pharao an in mari Edomæo perierit. Utrum de genere toto humano* Hymn. 14. *agatur. Sententia adversa, unà cum rationibus & responsionibus discussa.* Hymn. 12. 1. & Jer. 5. 1. *locutiones huic affines. Paulus & Esaja 64. 6, 7. Variorum de eâ periochâ interpretum sententia discussa: sensus genuinus ex loco parallelo* Mic. 7. 2, 4. *firmatus. Pluralia in eminentiæ notione. Abstractum pro concreto. Absolutum pro superlativo. Pontificiorum testimonia de dogmate, qod inde nostri adstruunt. Citationis Apostolicæ rationes ab aliis redditæ. Qænam recta videatur.* Job. 14. 19. *ex prolatione variâ sensus diversi. Herba stirpesqe renascentes.* Jer. 31. 32. *aliter à Græcis & Apostolo redditus, qam Hebraicè verba sonant: hæc ideo nonnullis vitii suspecta. De syntaxi verbi* בעל *observatio Rabbinica malè fulta. Junius vatis verba erotematicè legit, qo cum Græca versione, qam retinuit Apostolus conciliet. Apostolus licet corrupta, qare retinuerit.* Mic. 5. 2. *cum Evangelistâ, qi negativam interserit, qi conciliata; eâ in versione Græcâ antiqâ an olim extiterit. Verba an apud Evangelistam vitiata; & hoc unde provenisse censeatur. Fabri improbabilia: Ambrosii nugamenta. Solutio receptissima. Hyperbola apud Evangelistam nullo fundo conficta; prout & ironia apud Vatem. Vatis verba* ἐρωτηματικῶς *qi legant.* Esaja 49. 6. *variè acceptus. Osiandri sententia; qam & alii amplexi sunt. Huic iniqior Ribera; & per hunc in se. Hebræis an desit, qo parum exprimant.* צעיר *an* parvum ætate *tantum designet: alia apud Esajam, qam apud Micajam formula.* Hagg. 2. 8, 9. *locus à Riberâ havd incommodè expositus. Variorum de eo sententia. Templum ab Herode extructum an magnificentiâ Salomonico par fuerit.* Hosh. 4. 14. *prolationis ratione variè intellectus. Summa ira, ira nulla. Lectio erotematica minus probata. Flagitia flagitiis puniri.* Hosh. 14. 4. & Amos 7. 17. *an loca sint parallela. Judæorum qorundam interpretatio rejecta. Jarri admissa. De ratione subjunctâ sententiæ variantes.* לבשת *qid velit. Mæchia soror idololatriæ. Junii versio examini subjecta. Manis itidem Judas.* פרד *an* mutum agere. *Verba à nominibus derivata.* Esaj. 46. 8. התאשש *qid sit.* מאשרים *qid* Esaj. 3. 12. רשן *qid* Hymn. 20. 4. שלש שלש השליש *qid.* עקב & עקף *qid.* ספר Job. 38. 37. *qid.* תלל Hymn. 137. 3. *qid. Provocabuli reciproci ellipsis.* Malac. 1. 8. *à prolatione variâ, varia versio. Deus in sacramentis violatis ipse violatur.* Malac. 1. 10. *pari ratione diversimodè acceptus. Lectio erotematica incisi alterius rejecta.* לא *pro* num *an usqiam sumpta legatur.* כי *optandi formula, & prout Canius a Nolo havd rite redditus.* Mal. 2. 15. *expositiones, prout & enuntiationes, variæ. De Abrahâ sumunt alii; alii de populo; alii de Deo; alii de Adâ. Figmentum Rabbinicum Platonico compar de Androgyno protoplasto.* Mal. 2. 16. *sensus genuinus, in qo turpiter lapsi interpretes priores pleriqe ex Esdrasida mente, à Junio qasi postliminio revocatus & restitutus.*

Πάρὰ στιγμὴν μίαν, καὶ παρὰ ὑπόκρισιν μίαν ἀντιγνώσεως πολλαὶ πολλάκις ἄτοπα ἐτέχθη νοήματα. *Ex puncto solo, dictionisve mera prolatione, multi sapè sensus oriuntur absurdi:* inqit Joannes Chrysostomus *in Epist. 1. ad Corinth. Orat. 34.* ubi ὑπόκρισιν eo sensu dixit, qo Demosthenes, qum interrogatus qid primum, qid secundum, qid tertium esset in arte Oratoriâ, constanter respondit, ὑπόκρισιν. Avtor Plutarchus in *Demosth.* qod Cicero tamen, *actionem* reddidit, lib. *de Clar. Orat. & de perfect. Orat. Pronunciationem,* Avgustinus *Epist. 56.* Enimverò enunciandi modum sæpenumerò immutare sensum, notius est, qam ut monitu opus sit. Verum hinc apud Hebræos eo freqentior ambiguitas, qo, præterqam qod interrogandi particulam sæpenumerò omittunt, interrogationis indicem peculiarem notam nullam habent. id qod Masoreticæ avtoribus non immeritò vitio vertit V. Cl. Ludovicus Cappellus *de punct. Heb. l. 1. c. 17. sect. 13.* qod, *cum in aliis tricis apinisqe minùs necessariis ad superstitionem etiam inutiliter ac inaniter accuratissimi fuerint, in hac parte,* qod *facilè poterant, nihil fecerint.* Et isto prior conqestus est Hieronymus ab Oleastro, *ad* Exod. c. 23. v. 5. de qo deinceps videbitur, verbis his, *Etiam non nihil difficultatis loco attulit, qod Hebræi carent apicibus & virgulis indicantibus interrogationes: qod non solum hic, sed in multis aliis* locis *negotium nobis fecit.* Huic rei indicandæ loca aliqot recensebimus, qæ varias hac de cavssâ interpretationes admittunt, admittere saltem pro variis interpretum judiciis censentur. Mittam istic Caini ad Deum verba Gen. c. 4. v. 13. גדול עוני מנשא ubi si עון pro *iniqitate,* sive *peccato,* sumatur, & מנשא pro מהנשב sensus erit, *Major est iniqitas mea, qam condonetur,* sive, condonari qeat: ita de veniâ conseqendâ desperantis vox fuerit. atqe post Vulgatum Interpretem Avgustinus aliiqe havd pavci ita ceperunt. qod tamen si ἐρωτηματικῶς, ut monuit Sixtus Amama in *Vulgata Censura, An major est iniqitas mea, qam ut condonari possit.* non desperantis erant, sed cum Deo de pœnæ gravitate expostulantis. Cæterum cum עון ibi, prout alibi sæpe pro iniqitatis pœnâ sumi potius videatur; in qem sensum interpretes pleriqe solidiores, qos apud Amamam Antibarb. Bibl. l. 2. est videre, consentiant; locum istic hoc loco prætereundum censeo. Mittam insuper verba Davidis Reg. l. 2. c. 23. v. 5. qæ Interpretes plerosqe tam Judæos qam Christianos miserè torserunt, cum versio nostra antiqissima, (à qâ receptiores tamen qæ recesserunt) difficultatem omnem sustuleris planè, erotematicôs legendo, *An non utiqe talis domus mea?* qia de periochâ illâ fusius in antegressis aliâ occasione disseruerim.

Et hoc proinde misso ne repetiòs eisdem detento diutius lectori molestiam facessam, à difficillimo illo, sed insigni admodum loco ordiar, Exod. c. 6. v. 2, 3. qo Mosen Deus sic alloqitur; אני יהוה וארא אל אברהם אל יצחק ואל יעקב באל שדי ושמי יהוה לא נודעתי להם. In qibus Targum, sive Paraphrasis, qæ Jonathæ tribuitur, à lectione Hebraicâ havdqaqam recedit, qum clavsulam novissimam reddat, לא אודיעית להון h. e. *nomine meo* יהוה *non innotui illis.*

At Græci aliter, ab Hebraicis longius abeuntes, tam in prægressis, qam & in clavsulâ eadem illâ, Ἐγὼ Κύριος. καὶ ὤφθην πρὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ Θεὸς ὢν αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομά μου Κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς. Pro qo tamen Philo περὶ τῶν μετονομαζομένων, ὄνομά μου τὸ κύριον οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς. Refert Drusius in *additam. ad Tetragram.* qo loco & de interpretatione illâ τῶν ἑβδομήκοντα, qæ dicitur, hanc suam dat censuram, *Qa interpretatio apertè falsa est, nisi per κύριος intelligas nomen κύριον* יהוה qanqam ne sic qidem falsi notâ liberabitur. Hos tamen secutus Latinus vetus interpres, editionis vulgatæ (qisqis is fuerit: neqe enim de hoc constat) avtor; *Ego Dominus qi apparui Abrahamo, Isaaco, & Jacobo, in Deo omnipotente; & nomen meum Adonai non indicavi eis.* Vitiosam avtem esse utranqe versionem hanc tam Græcam qam Latinam, (ut alia prætercam)

hac in parte planissimè constat, qod illi ἐδήλωσα, iste *indicavi*, reddidere. Etiamsi enim Targumim duo alia, Onkelosianum & Hierosolymitanum eodem concedunt, dum reddunt, אל אודעית לחון qin & R. Manes, id qo firmet, τὸ נודעתי ἀντὶ τοῦ הודעתי positum voluerit. & mutationis istiusmodi exemplum nullum producitur. ac proinde tam à Salomone Jairo, qam & Abrahâ Esdraide horum sententia non immeritò rejicitur, qam nihilominus amplexus & secutus est Vir Clarissimus Ludovicus Cappellus, cum in *Oratione de Tetragram.* tum & in ejusdem denuò *Defensione*, nunc, *Nomen meum* יהוה *non manifestavi*, nunc, *non notificavi illis*, reddendo. Syntaxin qod attinet, cum verbum נודעתי sit formæ notionisqe passivæ, qod & Esdraides monuit, non potest τῷ שמי ad activorum modum inniti. Supplendum itaqe hic aliqid, qô sensus integer emergat; & qidem, uti sæpenumero usu venit, ut membrum alterum alteri suppetias ferat invicem mutuas & mutuatitias dum in priore שם ex posteriore, in posteriore ב particala ex priore suppletur. qod & Esdræ nepos hic subindicavit, & adducto loco huic gemino ex cap. 49. v. 25. firmavit. Sic ergò contextus supplementis necessariis intersitis concinnabitur, אני יהוה וארא ב (שם) אל שדי ו ׀ ב ׀ שמי יהוה נודעתי להם qæ αὐτολεξεὶ sic vertas, *Ego Jehovah: & apparui Abrahamo, Isaaco, & Jacobo in* [*nomine*, sive notione] *El Shaddai* (hoc est, *Dei omnipotentis*, an *omnisufficientis*. παντοκράτορος, an αὐταρκοῦς) *& nomine Jehovah non innotui illis.*

Novissima avtem ista qomodo sint accipienda, inter eos etiam, qi syntaxin genuinam admittunt & agnoscunt, variè admodum disceptatur.

Nam R. Judas, referente Esdraide, negat nomen hoc יהוה fuisse priscis patribus cognitum, nec Deum se hoc nomine nuncupasse, sed nomen El Shaddai duntaxat usurpasse cum illos compellaret: Mosen verò historiam suam conscribendo nomen id illius vice substituisse, qod tùnc temporis cum scriberet, in usu erat. Huic sententiæ suffragantur, (ut Pontificios mittam, qi versioni Vulgatæ Helenæ suæ obstinatiùs adhærent, & veritati Hebraicæ, ubi ab eâ etiam recedit, præferunt) è Lutheranis, qos appellant, Andreas Osiander, è Calvinistis Ludovicus Cappellus, qi in scriptis supra indicatis, nomen novum à Deo Mosi revelatum contendit, qo deinceps nuncupari & compellari voluerit. Verum sententiam hanc Abraham ipse, nec id sine ratione justâ explodit: ostenditqe Deum, nunc יהוה Gen. cap. 15. vers. 7. & cap. 28. vers. 13. nunc El Shaddai Gen. c. 17. v. 1. nuncupare se, ubi priscos illos alloqitur; & hos itidem Deum compellando, nunc יהוה Gen. c. 16. v. 2. & c. 27. v. 27. nunc El Shaddai, Gen. c. 28. v. 3. ipsum indigitare. additqe Judæus Magister ille, nihil inter שדי & יהוה interesse, nisi qod illud semper sit שם תאר h. e. nomen adjectivum sive appellativum, nunqam שם עצם substantivum sive proprium, cum יהוה utrunqe sit. Cui adjici potest, qod Eva à יהוה *virum acqisivisse* se refert, Gen. c. 4. v. 1. & Abram, יהוה *excelsum adjurasse* se, Gen. c. 14. v. 22. qod tam crebrò *nomen* יהוה *invocasse*, & *nomini* יהוה *aras erexisse*, prisci illi perhibentur, Gen. c. 12. v. 8. & c. 13. v. 18. & c. 21. v. 33. & c. 26. v. 25. In nominibus deniqe locorum designandis diserta ac signata varietas illa, *Jehovah jireh*, Gen. c. 22. v. 14. & *El Bethel*, Gen. c. 35. v. 7. & *El Elohe Jisrael.* Gen. c. 33. v. 20. qæ clarissimè ostendit, nomen יהוה non cognitum duntaxat, sed & in usu familiari, apud priscos illos extitisse.

Alio proinde pleriqe abeunt. Et R. qidem Marinus qidam, vult *Vav* istic habere juramenti notionem, qo modo in Arabicâ obtinere qandoqe is affirmat. Qod tamen nusqam reperisse se perhibet, qi hoc refert Esdraides. Ita mens foret. *per nomen meum* יהוה (juro scilicet) *non innotui eis*: h. e. uti ipse se explicat, qo modo tibi. Qo facit rem ipsam qod attinet, ab Esdraide etiam monitum, qod ante dixerat, וארא *& visus sum patribus Abrahamo, Isaaco & Jacobo* i. e. per visiones nocturnas apparui illis; tibi verò ratione magis familiari. Num c. 12. 6—8. qem loci sensum dat & Moses Nachmanides, sed ut loci syntaxin receptam ac familiarem retineat. Qo accedit & qod ex R. Samuele qoqe refert Esdraides, qem Pavlus Burgensis ac Rupertus secuti videntur, ea Deum per Mosen edidisse prodigia, qæ per nullum anteà ediderat. Devt. c. 34. v. 10—12. Sed & R. Joelis illud (ex Manassis Israelidæ *Conciliatore ad Gen. Qæst.* 39.) qi להם vult significare, non *illis*, sed per *illos*, ut sensus sit, Deum non ita mundo per priscos illos innotuisse, qo modo futurum esse, ut per Mosen innotesceret. Verum coactior est syntaxis illa, & à particulæ usu communi citra necessitatem justam recedit. Gregorius Romanus *in Ezek. l. 2. Hom.* 16. qem *Glossæ Interlin.* avtor transcripsit, qo & Calvinus ipse concedit, uberiorem clarioremqe nominis numinisqe divini manifestationem ac notitiam, eo seculo atqe inseqentibus etiam habitam iri, qam antiqis illis retro fuisset exhibita. Concedit eodem & Joannes Buxtorfius minor, *Dissert. de Dei nominibus Sect.* 17. qo loco & *subtiliorem* (ita ipse nuncupat) explicandi rationem subjicit, verba Mosis sic reddendo, *Apparui Abrahamo, Isaaco & Jacobo in nomine El Shaddai & nomine meo* יהוה, *neqe tamen notus factus sum eis*, h. e. *non tam claram & illustrem Dei cognitionem sunt assecuti.* Verum cum pavsis, qas tanti ipse facit, qi convenire possit subtilitati isti, ipse viderit. Hieronymus Oleastrius in nominum notationibus argutatur. Illud *Shaddai* nunc à שד *mamilla*, nunc à שדד *vastare*, *spoliare*, *Jehovah* verò ab הוה qod *perdendi* sive, *conterendi*, notionem habeat. Ita sensum vult esse Deum Patribus potentiam suam manifestasse, bona illis ubertim suppeditando, spoliaqe ab aliis exugendo, qæ suis adjiciat, uti Gen. c. 31. v. 9—16. nunc verò eandem demonstraturum in hostibus populi sui perdendis & conterendis qo trahit illa Exod. c. 15. v. 1—6. qam τοῦ יהוה notationem Drusius nunc *impietatis*, nunc *blasphemiæ* etiam arguit: Oleastrium, solum avt avtorem avt fautorem etiam habere existimo. Probabilior videtur Salomonis Jairi interpretatio, qam Tremellius & Junius, nostriqe confertim pleriqe amplectuntur. Deum notum se priscis illis fecisse nomine *El Shaddai*, qia promissiones suas omnipotentiæ suæ consideratione firmatas & suffultas illis ediderit, qas & eadem fieri illi amplexi sint; sed nomine יהוה qo veracitas ipsius in promissionibus præstandis præcipuè designatur, *h. e.* promissionum earundem complemento nondum illis innotuisse. cæterum jam brevi fore ut hac qoqe notione eis innotesceret. qo faciunt, qæ proximè subjiciuntur, v. 4—8. qanqam reverà *essentia* potiùs, qam in se & ex se immutabilem prorsus solus habet, qam veracitatis notionem voa יהוה prout & יה in se continet. Oraculi mentem proximè accessisse videtur R. Saadias. qi vocem לבדו *solummodo* vult subintelligi, ut sensus sit, *& non nomine* יהוה [tantummodo] *innotueram eis.* h. e. non in hoc solo nomine, sed & in illo *El Shaddai.* Huic avtem calculum dat suum Abraham, qi commemorat, Esdraides; firmatqe insuper loco parili Gen. c. 32. v. 28. ubi Jacobo is qocum colluctatus fuerat, *Non amplius vocaberis Jacob* [tantummodo nempe] *sed Israël* [qoqe] *erit nomen tuum.* Nec ab Abrahâ Esdraide discedit Isaak Abarbenel si Conciliatori fides; nam in *Mosen* non habeo. Ita sensus esse poterit, non in solâ *essentiæ* meæ, qam ab æterno solus obtineo, cujusqe ratione rebus omnibus, qibus esse suum qalecunqe est dilargitus sum, gradibus immensis supereminco, notione patribus priscis me patefeci; sed & in *omnipotentiæ* meæ atqe *omnisufficientiæ* notione, qâ utraque conspicuum me illis exhibui, cum ab adversariis universis indemnes immunesqe præstando, tum & necessaria omne genus qævis copiosissimè jugiter eisdem subministrando.

Cæterum, qod nec supplementum istiusmodi, minùs forsitan necessarium exigit, & syntaxin familiarem satis, nec usitatam minùs admittit, est qod suggerit nobis Vir Clarissimus Joannes Georgius Dorsheus in *Dissertatione de nomine Jehova Sect.* 7. hisqe verbis modestissimè proponit. *Si dandum est aliqid conjecturis, post plures & magnos viros, circa hujus loci interpretationem occupatos, dico, unicâ literalâ facillimam fieri hujus loci sententiam; scilicet si dicamus* לא

po-

positum esse pro הלא non pro nonne? *ut sensus sit, Apparui Patriarchis in nomine* DEI *fortis & immensa Majestate ad omnia sibi & aliis sufficientis; & in nomine meo* יהוה *non sum cognitus eis?* *Nihil est in linguâ sanctâ novi,* לא *pro* הלא Exod. c. 8. v. 26. ולא *& non* (Targum ה־א *nonne*) *lapidabunt nos?* Job. c. 3. v. 21. לא *nonne salux eram?* ולא *& nonne qietus eram?* Thren. c. 1. v. 12. לא *annon ad vos omnes transeuntes viam?* Tum, Res, inqit, *ipsa certissima est; in nomine El Shaddai, & in nomine* יהוה *Deum cognitum fuisse Patriarchis, & ex cœlesti illuminatione promissionum ex illis nominibus dependentium vim maximam satis intellexerunt: fortassis respectus habetur inter cætera, ad revelationem factam Abrahamo, cui se Deus sistit primum ut* יהוה *Gen. c. 15. v. 7. deinde ut* אל שדי *Gen. c. 17. v. 1. Notandum etiam qod si de eventu sermo sit; aqè reipsâ & experimentis nondum cognoverint Israelitarum majores recessus potentia & sufficientia divina, qa nominibus Dei* אל שדי *continentur & Patriarchis repræsentata sunt, atqe nominis Jehova abdita atqe intima ἐνεργήματα illa enim promissiones, qa Genes. c. 15. v. 7.* &c. *allegationi nominis* יהוה *allegata fuerunt, de hæreditate terra Canaan, de multiplicando populo in multas myriadas,* &c. *alligantur pariter, Gen. c. 17. v. 1. &c. allegatione nominis* אל אלי *est igitur unum idemqe sub eodem nomine divinorum complexu complementum. Accedit, qod de veritate & constantia in servandis promissionibus dicitur, qa nomine Jehova indicata sit, tum illam non tam vi immediata significationis illius significari; tum nominibus* אל שדי *satis sufficienterqe etiam indicari, ut exigua hic differentia supersit. Esset vero nervosissima ἔμφασις ἐπεξηγητική, si interrogative caperemus* לא *qasi diceret Deus, Ego ad contestationem infallibilitatis mea Patriarchis allegavi nomina mea excellentissima* אל שדי, *cum ad ipsos de hæreditate Canaan & amplissimis bonis cæteris sermocinarer: qid? ut nihil deesset ad plenam tantarum rerum fidem, nomen meum proprium & incommunicabile nonne etiam ipsorum animis impressi? ut intelligerent, tam futurum me falsum in rebus promissis, qam mutare nomen meum incommunicabile neqeo. Adhac consilium & institutum Dei fuisse videtur in isto ad Mosen alloqio, enumerare, non qid non præstiterit Patribus Israelitarum, sed qid præstiterit in revelationibus promissionum suarum, v. 3, 4. pergitqe explicare, qid ipsis Israelitis facerit, v. 5. qod porrò præstiturus sit, v. 6, 7, 8. id qod Patriarcha in visionibus intellexerant, firmaqe fide apprehenderant. Non igitur videtur ratio esse, cur negativè potiùs qam interrogativè exponamus illud de nominis* יהוה *cognitione. Praterea cumulativè, non oppositivè, v. 4. cum 3. cohæret. Qod particula* וגם & etiam, *innuit. Denique ea qa v. 4. repetuntur è promissionibus divinis Patriarchis factis, illa cum ipsa manifestatione nominis* יהוה *in ipsa primaria revelatione Gen. c. 15. v. 7. conjuncta sunt.* Hæc ille. Ipse verò interpretationi huic tam proclivi, tam familiari, ut nemini priùs animadversum, mirum admodum videatur, sed & rationibus tam variis, tam validis suffultæ subnixæqe non possum non pronissime ac lubentissimè & accedere & acqiescere.

Proximus huic locus dabitur ex Lege Mosaicâ interdicto illi, qod Exodi c. 23. v. 5. verbis hisce concipitur, *Si odio te habentis asinum oneri succumbentem*, sive, *sub onere jacentem videris:* וחדלת מעזב לו עזב תעזב עמו ubi posteriora illa qibus præceptionis summa comprehenditur, ab interpretibus variè & redduntur & explicantur: difficultas maxima ex verbi עזב significatione ambiguâ oritur. Id plurimum in *relinqendi sive deserendi* notione usurpatur: nec desunt, qi istic ita sumi velint. Ex his autem pars altera verba in utroqe inciso, sub ratione tamen diversâ, enunciativè legi. Sic primò nonnulli, ut dicatur, *cessato*; sive, *abstineto, à relinqendo illum*, (asinum scilicet sub onere cubantem) aut, *à relinqendo illi*: (i. e. jumenti Domino osori tuo, ut ipse, si possit, erigat) *potius relinqito* (Heb. *relinqendo relinqito*) qod est *cum eo*. *Litem utiqe qam cum illo habes*, sive *inimicitiam qam adversus illum in corde tuo geris.* Ita post paraphrasten Chaldæum Ludovicus de Dieu in *Annotat posthumis*. Qi tamen & aliam versionem pari passu incedentem subjungit; hanc scilicet, *desine relinqere id ipsi: relinqendo relinqe cum ipso*, vel *apud ipsum*,

A h. e. inqit ille, *cave id illi hoc modo relinqas; operam da ut sublevetur: sed ubi sublevatus fuerit, ne onus illud tibi auferas, qia inimici tui est, sed relinqas apud asinum.* Secius pavlò Abraham Esdraides, *Cave ne relinqas negotium illi soli; solvito potius ligamina, onusqe relinqito, ut partim ab hoc latere, partim ab illo cadat, & sic asinus resurgat.* Qibus adjici potest, qod Henricus Ainsvorthus noster exhibet, sed ut non usqe odeò comprobet tamen; *Cessabis à relinqendo illum: relinqendo relinqes.* (negotium utiqe tuum) ut *cum illo sis*; sive, adjutor illi existas. At ex eis qi eundem verbi עזב B significatum admittunt, pars altera, legislatoris verba erotematicè vel in totum, vel ex parte saltem sumit. Ex toto, in utroqe membro, erotematicè reddit, Leonis Judæ versio Tigurina; *Num cessabis & derelinqes eum? num desertum deseres?* Sed & Hieronymus Oleastrius. *Desines* (scilicet auxilio ei esse) *relinqendo illi?* (scilicet proximo onus sublevandi curam) *relinqendo relinqes* (scilicet eum solum) *cum eo?* scilicet asino. At Joannes Piscator membrum alterum tantum per interrogationem effert; an *desineres relinqere* negotium tuum *propter ipsum? omninò relin-* C *qito* illud, & *cum eo* asinum erigito. Atqe hi verbum עזב in notione qidem usitatissimâ accipiunt; verum contextui omnes infercire videntur, qæ per se ipse nevtiqam exhibet, nec volens etiam admittit.

Ad eos itaqe transeundum, qi in sensu minùs freqenti avt familiari sumunt. Atqe hic Græca versio antiqa havd pariter in membro utroqe, sed in priore aliter qam in posteriore, reddidit: Ἐὰν ἴδῃς τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ σου πεπτωκὸς ὑπὸ τὸν γόμον αὐτοῦ, οὐ παρελεύσῃ αὐτό, ἀλλὰ συναρεῖς, (vel, ut alii codices, συνεγερεῖς) αὐτὸ μετ' αὐτοῦ. Hujus- D qe vestigiis insistens ferè Latina vulgata. *Si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo.* Qod idem secuti sunt & nostrates in versione publicitùs olim usurpatâ. Alii utrobiqe pariter sumunt. In his est Franciscus Junius, qi sic reddidit, *Si videris asinum osoris tui succumbentem oneri suo dum abstines à deponendo* onere *illius*, (Heb. *illi*, i. e. dum cessas & aliud agis) *omninò deponito cum eo* onus. Heb. *relinqendo relinqito cum eo.* Nempe, ut levatum onere jumentum surrigatur. Ita videtur jumenti lapsum casumqe ad astantis neglectum referre: E (qod est omninò præter legislatoris mentem; & in qo, opinor, singularis incedet:) verbumqe עזב nullo interim exemplo dato, in *deponendi* sensu usurpatum vult. Qod etiamsi forsan admitti qeat; ubi qis officium munusve sibi deputatum relinqit deseritve, ut id *deposuisse* dicatur; tamen an de onere, qo laborans qis ab alio sublevatur, sive qod cuipiam ab alio detrahitur, commodè satis dici possit, vehementer ambigo, & in partem alteram mens propendet magis: Onus certè qi sub eo decumbenti relinqit, à deponendo prorsus abstinere videtur. Cæterum R. Salo- F mon Jairus, τὸ עזב ἀντὶ τοῦ עזר in *auxilii* notione accipiendum censet: sed ut membrum prius interrogativè efferatur: *num cessabis ab auxiliando illi? omninò auxiliaberis unà cum illo.* Qod Pagninus ferè αὐτολεξεὶ expressit; & Vatablus etiam, interfito tantùm explicationis ulterioris causâ, *auxiliaberis* (subavdi, asino illi) *cum eo.* Nec longe abit versio Genevensis nostra; nisi qod in priore membro reddit, to help / in posteriore to help up. Qo modo Ainsvorthus utrobiqe expressit. De qâ verbi notione post amplius videbitur. Joannes Calvinus interim G membrum utrunqe in sensum eundem enunciativè extulit. *Si videris & cessaveris auxiliari*, (dum scilicet odio impulsus juvare gravaris) *auxiliare tamen.* In qam mentem & Jairus expositores Judæos refert disceptationes qasdam recensere, qæ possint intervenientem animi dubium facere, jumento succumbenti suppetias ferre debeat necne, v. g. senior, sive ætate provectior sum, nec est pro ætatis locive dignitate, ut officium istiusmodi obeam, vel jumentum est ethnici, licet sarcina Israelitis; & similia cogitata, qæ ob ope ferendâ remorari qeant. Calvinum secuta est versio nostra novissima, dum sic reddit; If thou see the Ass of him that hateth thee lying under his burthen / and wouldest forbear to help him / thou shalt surely help with him. Qæ mihi qidem duriusculè sonare videntur. Alii itaqe demum ad

ad verbi עוב usum rariorem reverâ, sed cujus exempla tamen avtumant extare, inclinant; qo utiqe *erigendi* notionem in se habeat. Inde Græci *αἴρειν* & *ἐγείρειν* reddunt; *sublevare*, Latini nonnulli; nostri qidam to help up. Firmari avtem ea interpretatio videtur ex Devter. c. 22. v. 4. qo loco lex eadem denuò repetita his verbis proponitur; *Non videbis asinum bovemve fratris tui in viâ succumbentem, & abscondes te*, sive, *subduces te, ab illo*; *erigendo eriges*, sive, *omninò erigito*, una *cum ille*. Siqidem inde colligi posse videtur, primò incisum in Exodo penultimum illud erotematicè concipiendum, qo convenientius inciso eidem, qod enunciativè concipitur istic, respondeat: qum interrogatio negans vehementiùs enunciet. Tum verbum עוב in *erigendi* notione ibi usurpari; nec avt ad inimicitiam deponendam, avt ad negotium proprium deserendum, avt ad onus detrahendum, avt ad sarcinas relinqendas, sed ad jumentum erigendum sive sublevandum referri. Qin & Doctores Hebræi in suis ad Exodum commentariis, qo vis vocabuli istius eo loci usurpati clarius elucescat, ad locum alium nos amandant, ubi in hac notione adhibitum repetitur. Habetur is Nehemiæ cap. 3. vers. 8. ויעזבו *& erexerunt*, sive, *extruxerunt Jerusalem usqe ad murum latum*: ad qem locum Esdræ filius monet suos ex illo, Mosis, qo de agimus, istum, in eâ qam dedimus notione exponere. Perperam enim planè, nec sensu ullo commodo satis, Græci, *κατέλιπον*, (qanqam editio Complutensis *ἔθηκαν* exhibet) Latinus, *dimiserunt*; *reliqerunt*, alii pleriqe, *usqe ad murum latum*. Qod sic explicat Oleastrius, *Et reliqerunt avt perfecerunt Jerusalem, instavrantes usqe ad illum locum, muri scilicet lati, qo opus intermiserunt.* Qasi avt *relinqere* idem sit qod *perficere*, avt usqe *ad locum istum vel illum relinqere*, sit *eousqe instavrare*. Nec melius qicqam Junius, *reliqerunt Jerushalaima qaqa versum murus latus erat.* Qam versionem scripta verba respuunt. Huic ex Camii radicibus adjici poterit locus alter ab isto havd longè dissitus, qi & hunc ipsum respicere videatur. Siqidem capitis hujc proximi commatio 2. refertur Sanballatus Judæorum hostis acerrimus, accepto murum illos Hierosolymitanum extruere. per derisum; indignabundus dixisse, *Ecqid facturi sunt Judæi languidi isti?* היעזבו להם *num sibi extructuri sunt?* Ubi frustra videntur esse cum Salomone Jairo interpretes pleriqe, qi contextus ipsius serie renitente, & tantum non clarissimè reclamante, editionem Complutensem Græcam, *Μὴ καταλείψομεν αὐτοὺς*; Latinamqe vulgatam secuti, reddunt, *Num sinemus*, avt, *Num sinent eos*, i. e. permittent, sive patientur gentes eos ædificare? Meliùs rectiusqe Esdræ filius, qi ad sensum loco priori datum remittit, & ad vocabuli מעזבה ab hac radice deducti ac Talmudistis usurpati, mentem refert. Est avtem מעזבה uti Camius in *radicibus* explicat, *suprema in ædificiis contignationis pars*; qæ ubi accesserit, structura jam pro consummatâ habetur. In qam mentem & Græci, reddunt, *οἰκοδομοῦσι τὴν πόλιν.* etiamsi Complutensis editio, uti dictum est, *μὴ καταλείψομεν αὐτοὺς*, qod verba nevtiqam admittunt, exhibeat. Qanqam latiùs etiam in Sanballati dictione sumi poterit verbum istud, in *muniendi*, scilicet sive *firmandi* notione; ut עזב idem velit, qod עזז *munire, roborare*; unde מעז *munitio, arx*, locus sive naturâ sive arte munitus. Ut sensus sit, *num munient sibi?* urbem scilicet qia muro extructo, sive mœnibus erectis, urbs opidumve munitur? Atqe huc accersunt etiam è Judæis Magistris (inter qos & Jairus, licet aliò hic abeat) Jeremiæ illud cap. 49. v. 25. איך לא עזבה *Qi factum est, ut non munita*, sive, *firmata, fuerit urbs celeberrima?* Nam qod V. Cl. Ludovicus de Diev, cum Nehemiæ locum utrumqe: tum & Jeremiæ istum, non de *muro erigendo firmandove*, sed de *pavimento* vult intelligi; ut Nehemiæ loco altero *pavimento strata* Jerusalem dicatur, altero an *pavimentum sternere* cogitent Judæi, interrogetur; apud Jeremiam verò de Damasco qerimonia instituatur, qod *pavimento careat*; (propterea qod apud Davidem de Pomis מעזבה *pavimentum* exponatur; Jairus avtem in Commentariis ויעזבו exponit *impleverunt eam terrâ*, sive, *pulvere, usqe ad murum latum ad eum corroborandum*;) mihi nevtiqam ullâ ex parte probabile videtur.

A Neqe enim de pavimento constituendo, sed de mœnibus reficiendis narratio instituitur; & ad plateas sternendas silice potius & saxo, qam terrâ avt pulvere opus fuerat; nec de pavimento sed de aggere erigendo, qo murus confirmaretur amplius, Jairi verba capienda videntur; nec in solo sternendo, sed in muro erigendo, urbeqe muniendâ collocatam Judæorum operam à Sanballato derisui habitam, Tobiæ subjectus sarcasmus indicat; deniqe mœnibus potius nudari; qam pavimento carere Damascum, conqestos cives suos
B popularesqe Syros, est omninò verisimile. Qanqam in vatis dictione malim verbum in sensu usitatissimo sumere, ut conqerantur Syri, urbem tam celebrem *non relictam* & servatam ab hoste fuisse (qod de opidis in terrâ Cananæâ munitis plerisqe ab Israelitis factitatum refertur Josh. c. 11. v. 12, 13.) sed dirutam & devastatam. Nec secus ego qidem illud ceperim Lucæ saltem c. 17. v. 34, 35. de *in agro*, & *ad molam* agentibus, alteris *captis*, ab hoste utiqe, alteris *relictis*, sive dimissis, h. e. ereptis, evadentibus, servatis; etiamsi norim interpretes plerosqe ibi aliorsum abire.
C Sed ad Mosen redeamus; incisum prius per interrogationem omninò proferendum existimo, eamqe (qod Jairo placuisse video) non sine admiratione aliqâ admistâ expressam, ac si Legislator dixisset, *num erigere*, sive *opem ferre cessares*, h. e. an tam durus & inhumanus existeres, ut inimicitiæ ratione, qæ cum jumenti domino intercedit, jumentum sublevare, sive opitulari detrectares? fieri enim potest; (qæ & Jairum, forsan suspicio habuit) ut scriba properans, dum ad vocem proximè adsitam oculum intentum habebat, עזב pro עזר lapsu proclivi scripserit. No-
D vissimum verò per indictionem sive interdictionem adjectum. *Omninò eriges* (jumentum scilicet) *cum illo*; jumenti scilicet Domino, licet hoste tuo, i. e. missâ tergiversatione ac disceptatione apud te omni in jumento erigendo adjutor illi esto. Atqe hoc sic expedito, ad alia pergemus.

Hymno 105. v. 28. *Misit tenebras, & obtenebravit eam.* (ita enim malim de *Deo* id agente cum Camio accipere, ut Amos cap. 5. v. 8. & cap. 8. v. 9. qam cum Junio de ipsis *tenebris*, qi ideò vertit, *obtenebrarunt.* qanqam verbo in-
E definitè sumpto, per formam passivam commodissimè reddi poterit, *& obtenebratum est.*) ולא מרו *neqe rebellarunt adversus verbum ejus.* Qo loco clavsulam novissimam Esdræ filius & Camius (qod idem Vatablus qoqe & Heresbacchius) dupliciter exponi posse monent; nempe, vel de *signis* ipsis, sive creaturis, per qas, vel in qibus, ea edebantur: ut Deo famem, locustas, tenebras, &c. advocante ad manum eæ præsto fuerint; (qod de *morbis* rectè centurio ille Matth. c. 8. v. 8, 9.) vel de *Mose* & *Aarone*, qorum ministerio ad ista denuncianda Dominus utebatur.
F illos nimirum munus istud sibi cœlitùs injunctum non detrectasse; sed cum capitis etiam discrimine apud Pharaonem fideliter obivisse. Priorem sensum sequntur R. Eleazar, Jairus, & è nostris Junius. Posteriorem Calvinus, Piscator, Musculus, Mollerus. Aqila & Symmachus Hebraicæ veritati consentaneè reddiderunt, *καὶ οὐ προσηρίσαντο*, ille, i. e. *non contenderunt adversus*; *οὐκ ἠπείθησαν*, iste, *non inobedientes fuerunt.* nec secus Theodotio & qinta editio, *καὶ οὐ παρεπίκραναν.* *& non exacerbarunt*, sive *ad amarulentiam provocarunt.* At LXX. qos dicimus, & edi-
G tio sexta contra planè, *ὅτι παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ*, *eo qod sermones ipsius exacerbaverant*, sive, *adversus sermones ejus cum amarulentia se gesserant.* Ac si de Ægyptiis dictum intellexissent. qos secuti sunt Apollinarius in *Metaphrasi*,

Οἱ δ' ἐπέων βεβλῆαι ἐναντία πικρὰ Θεοῖο.
Iste Dei verbis adversa & amara coqebant:

Vetus interpres Latinus; *Et exacerbarunt sermones ejus.* ita enim in plerisqe reperisse se codicibus testatur Avgustinus; vix in duobus cum negativâ particulâ qanqam in Vulgatâ, qæ nunc habetur, versione legitur, *& non exacerbavit sermones suos*; numero insuper immutato; cujus sensum extundat, cui in eâ re operam ludere est animus. Nescio enim an placere cordato cuiqam possit, qod Hugo

Car-

Cardinalis habet; *Non exacerbavit. i. e. complevit. Ille dicitur sermones suos exacerbare, qi promittit & non solvit; sicut ille dicitur dulces facere sermones, qi promittit & solvit.* dicere debuerat, dulces facere sermones suos, qi comminatur, & pœnas qas est comminatus infligit. Lyranus itaqe; *Non exacerbavit sermones suos: qia cum Pharao promittebat pœnitentiam, Deus removebat plagam, & sic dulcorabat sermonem suum.* qod nec cum tenebris, de qibus hic agitur, nec cum Hymnographi scopo convenit satis. sed laterem lavamus. Cæterum cum Hebraicâ veritate Græcam Septuaginta versionem conciliare contendit Nicolaus Fullerus noster *Miscell. l. 3. c. 10.* clavsulam hanc interrogativè enunciando, *atqe*, vel *atqi, nonne rebellarunt?* acsi diceretur, *planè rebellarunt.* qod Græci παρεπίκραναν. Rationes qas hanc in partem affert, apud ipsum videri possunt. Neqe enim mihi eo confugere opus qicqam videtur; nec tam est mihi seniorum illorum sacrosancta avtoritas & existimatio, ut tanto molimine defendi necessarium existimem; qum in multis fœdissimè lapsos constet. Verum hanc ille conciliationem idcirco molitus est, qo veterem versionem nostratem, in liturgiam Ecclesiasticam admissam, sartam tectam tueretur; a qâ tamen post Genevenses, tralatores nostri novissimi hac in parte recesserunt.

Hymno 121. v. 1. אשא עיני אל ההרים *Attolle*, vel, *attollam ad montes oculos meos, unde veniat avxilium mihi.* Camius; *Speculatoris instar habere se profitetur, qi molto sublimi conscenso oculos attollit identidem circumspiciendo, nunc-ubi avxilium aliqod præsto sit.* vulgo אל istic pro על sumi; qomodo Ezech. c. 18. v. 6. אל ההרים לא אכל *super montes non comedit.* & Reg. l. 1. c. 17. v. 49. *& percussit Palæstinum* (Goliah nempe) אל מצחו *super frontem suam.* Subjecit avtem; *etiamsi super montes constitutus avxiliares expectarem, illi nevtiqam mihi prodessent, à solo enim Deo avxilium est mihi.* Esdraides; *Mos est hominum in angustiis constitutorum oculos attollere, nuncubi avxiliatores sese offerant, qi hostes sibi depellant.* Camio accedunt Folengus & Vatablus. *Circumferebam oculos velut in monte consistens, sicundè forsan viderem ferri mihi suppetias; sed deprehendi, nullum nobis sperandum esse avxilium nisi à solo Deo.* qæ posteriora verba vel בדרך נביאה vel על דרך מקוה vel *per modum prophetiæ*, vel *per modum expectationis*, prolata monet Esdraides; & hoc potius, uti liqet, probant illi.

Mitto Evthymium, & hunc secutum Musculum, qi *montes, cælos*, & per conseqens *Deum ipsum* interpretantur: in qam partem concedere & Chrysostomus videtur, & Castellio, qi ex Paralip. l. 2. c. 20. v. 12. explicandum adnotat. Οὐρανὸν, i. e. *Cælum* pro *Deo* usurpari patet ex Matth. c. 21. v. 25. & Luc. c. 15. v. 18, 21. Volunt itaqe hoc illi geminum Hymn. 123. v. 1. *Ad te attollimus oculos nostros, O qi habitas in cælis.* Sed nihil est necesse metalepsi hoc loco insolente satis uti. Mitto, qi allegoricè interpretantur, vel *angelica subsidia*, & *ministeria, qibus in sublimia nobis pateret ascensus*: qorum expositionem, coactam nimis, Hilarius recitatam tantùm transmittit: vel *Prophetarum & Apostolorum qi magnorum montium instar* habeant, *scripta*; qod Avgustinus non semel proponit & proseqitur, *in Hymn. hunc: in Joan. tract. 1. Et de Pastorib. c. 4.* (qæ ad *sanctorum invocationem* contra Doctoris venerandi mentem incassum trahit Bellarm. *de cult. Sanct. l. 1. c. 17.*) Hilarius itidem, Prosper, Hieronymus ὑποβολιμαῖος, Lombardus, aliiqe horum vestigiis insistentes. Melius Calvinus per *montes qicqid in mundo sublime est vel præclarum* intelligit. Qi & subjungit, *Vatem vel in sua persona, morbum, qo laborat totum hominum genus, proponere; qi ubi solicitant discrimina, Deo præterito ad externa proclives ferantur subsidia: vel conditionaliter locutum, etiamsi ad montes oculos sustulerit, & aliunde avxilia expectare voluerit, frustra planè fore, cum nihil certæ sit opis nisi in Deo solo.* Ut conjungendi sint primores duos versiculi. At Cajetanus disjungit, dialogismum esse avtumans: *Introducitur*, inqit, *populus manifestans animum suum recurrendi ad principes, qi sicut montes sunt, pro avxilio contra hostes; & ad similitudinem hominis in campo expectantis suppetias hominum transmontanorum, dicens, Levabo oculos ad montes &c. è regione occurrit propheta populo recurrenti ad potentatus humanos prompto, profitens, avxilium meum à Domino, &c.* Nec abscedit multum à sensu isto Mollerus, qi alludi vult, non: ut qidam, *ad Moriam montem*, aut *Sionem*, *sed ad montes qi urbem Hierosolymitanam cingebant.* Hymn. 125. v. 2. *vel ad terram Cananæam, qæ montosa erat.* Qod & Junio placuit, ex Exod. c. 15. v. 17. Ipse difficultates memoratas omnes fæliciter satis sustulit, ἐρωτηματικῶς proferendo: *Attollerem oculos meos ad istos montes? unde veniret avxilium meum? Avxilium fit a Jehova*, &c. Musculus itidem illa, *unde veniet avxilium mihi?* Sed à prioribus, enunciativè prolatis, & secius acceptis, sejuncta, per interrogationem legi postulat. Verum commodiùs utrovis Piscator junctim profert; *Attollerem oculos meos ad montes istos, unde veniret avxilium mihi? Imò avxilium meum venit à Jehova, &c.* Nec accedo tamen Piscatori *montes, montium incolas* interpretanti: imò montes ipsos prospectare moris est, à qibus *avxilium*, i. avxiliares, expectantur. Geminum planè videtur esse expostulationi illi Hymn. 11. v. 1. *In Jovâ confido, qomodo igitur dicitis animæ meæ; ad montem vestrum migres, aviculæ instar?* הרכם *montem vestrum*, tacitâ præpositione, qâ motus ad locum designari consvevit. qalis habetur ellipsis Reg. l. 2. c. 15. v. 31. ודויד הגיד *& Davidi nunciavit aliqis.* Et lib. 3. cap. 3. vers. 15. ויבוא ירושלאים *& venit Hierosolymam.* Eam verò Chaldæus expressit, לטורא sed & Græcus, nominis tamen numero mutato, ἐπὶ τὰ ὄρη. Nec secus Latinus Vetus, *Transmigra in montem.* Ita exponunt etiam Jairus, Calvinus, Mollerus, Genevenses Nostri. At Camius, *à monte vestro*, (cum tamen postea אל הר *ad montem* posuerit) ut præpositio motus à loco index desideretur; qomodo Reg. l. 2. c. 3. v. 24. *Elchanan filius Dodonis* בית לחם pro מבית לחם (prout integrè habetur Paral. l. 1. c. 11. v. 26.) *è Bethleemo*, i. *Bethleemita.* Et Josh. c. 10. v. 13. *donec ulcisceretur se gens* איביו *de inimicis suis*; pro באיביו ut Reg. lib. 1. cap. 14. vers. 24. Et in hanc partem concedunt Junius, Piscator, Tigurinus, Musculus, Pagninus, qi vertit, *ut transmigret à monte vestro*, qod & Musculo placet.

De verbo נוד qod *migrare, vagari* significat, undè נע ונד de Caino, Genes. c. 4. v. 12. 14. lectura à scripturâ discrepat: scribitur, נודו *migrate, fugite*; legitur נודי *migra, fuge*: ut cum *animâ*, qam prius nominaverat, congruat. Scripturam Calvinus, & Piscator præferunt; nec de *Davide* solo, sed & *asseclis* ipsius dictum intelligunt. Nam qod Camius ideò formam pluralem adhibitam censet, cum *anima*, tum & *corpus* significetur, utrumqe discrimini & exterminio proximum; argutum nimis mihi, prout & Calvino videtur: qomodo & qod Jairus, ideò in plurali scriptum, qia de *Israelitis* intelligitur, qibus gentes eadem dicere solent. Ego tamen cum plerisqe tum Hebræis, tum & nostris singularem malim, qia tanqam *Davidi* tantum dictum proponitur. Etiamsi *montem vestrum* dicant, qo ipse cum suis scilicet semet conferre, ibiqe continere se, ubi discrimen aliqod ingrueret videbatur, assveverant. Nam solum hic incedere Musculum credo, qi *verbum infinitum cum officio* coalitum esse existimat sive נודי sive נודו legatur, *ut fugiam*, vel, *ut fugiat à montibus vestris*; Pagnini versione supra positâ in hanc sententiam inductus, qam ego tamen nullus probem. Qod avtem dicitur נודי צפור tractum est ab aviculis, qæ migrando de loco in locum, i. e. לנוד ut Salomon Parœm. c. 26. v. 2. & ad montes arbustis obsitos maximè se conferendo, qod & Camius monet, à perseqentibus; vel avcupibus, vel accipitribus, alisqe alitibus rapacibus, prospicere sibi assolent: τὸ צפור qidam per appositionem dictum volunt. Ita Jairus; qem Castellio & Junius seqantur. *O tu avicula*, sive, *volucris*: ut non tam imago sit, qam metaphora, de qibus videri poterit Aristoteles, *Rhetor. l. 3. c. 4.* Omnis enim homo, qi huc illuc depellitur, sedemqe mutare subinde cogitur, *aviculæ similis* est, נודדת *qæ à nido suo pulsa oberrat.* Parœm. cap. 27. v. 8. *ô avicula*, h. e. *ô qæ aviculæ es similis.* Uti Flaccus *Carm. l. 1. Od. 14.*

O navis, ——

i. e. ô, *qæ navicula fluctibus qassatæ similis es*, Respublica,

—— referent in mare te novi
Fluctus; ô qid agis? fortiter occupa
Portum. ——

At Camius & Esdræ filius, rectiùs opinor, similitudinis adverbium desiderari, supplendumqe censent: qanqam confidentiùs pavlò hic se habent, qi in contextum ipsum ex affixo כם conflatum כמו inferciunt. Sed defectum agnoscunt interpretes; è nostris etiam pleriqe: qalem etiam observat Camius in illis, *Judas leonis catulus*. Genes. c. 49. v. 9. &, *Issachar asinus robustus*: ibid. v. 14. Esdræ filius in illo Esajæ c. 21. v. 8. *Et clamavit leo, In specula, Domine, ego consisto jugiter. i. e. clamavit ut leo.* Qomodo & Vetus Latinus reddidit; & pleriqe sumunt interpretes, i. e. *voce contentissimâ & qasi Stentoreâ*. At Castellio, *Clamat leo, i. speculator leonis more speculans.* Nugatur enim Jairus, qi leonis nomine per geometriam, qæ *arithmetica* potius dici debuerat, illis solennem, Habakkukum Vatem vult designari, qia vocabuli utriusqe אריה & חבקוק literæ numerales summam unam eandemqe conficiunt. Camius avtem, qem Calvinus Vatablusqe sequntur, tanqam rem visam narrantis esse volunt. *Leo in specula, h. e. Darius Medorum Rex paratus oppugnare Babylonem, & tanqam in specula constitutus, huc illuc circumspiciens, unde occurrat qod deprædetur.* Et Hieronymus ab Oleastro; *Leo super speculam venit: ne diligentiam suam cum constantia ac confidentia conjunctam commendet speculator, qi nihilominus in speculationis munere obeundo perstet interritus.* Verum illis magis favet pavsarum situs & commatii interstinctio, & verborum etiam, qo modo superiùs sunt posita, series ipsa, qam turbant plane, qi aliô abeunt. Cæterum locis illis de nota collationis indice defectâ prius allatis adjici poterit illud Vatis ejusdem cap. 22. v. 18. *Convolvendo, convolvet te convolutione*; כדור pro ככדור *ut pilam projiciet te in terram amplam spatiis.* Flacciana item illa; in *arte poeticâ*.

Nec verbum verbo curabis reddere, fidus
Interpres. ——

i. e. tanqam fidus interpres: qanqam istic verbi substantivi participium suppleri commode poterit, ut sit, Fidus existens interpres, sive, fidum agens interpretem. Sicut in illo ejusdem, *Epodon*, *Ode* 2.

Neqe excitatur classice miles truci.

h. e. miles existens, sive, militiam exercens. De qo & alibi diximus. Sed omninò sic idem Flaccus, *lib.* 1. *Ep.* 2.

— qi recte vivendi prorogat horam,
Rusticus expectans; dum defluat amnis. —

i. e. sicut rusticus. Et Juvenal. Sat. 5.

— soleâ puer objurgabere rubrâ.

i. e. ut puer, pueri instar.

Cæterum, ut ad Psalten redeamus; qod loco altero dixit. *Qorsum ad montes oculos attollerem, qasi suppetias mihi ab eis expectem; qum avxilium meum à Domino existat?* idem altero sic extulit, *Qare mihi consulitis, ut avicula instar, ad montes meos & loca munitiora me conferam, qasi vix sim uslibi tutus futurus, qum in Domino, qi me protegit, & ubiqe protecturus est, fiduciam collocaverim?* Verbis duobus expressit נודי צפור qod unico Gedeon. Judic. cap. 7. vers. 3. יצפור *Avicula instar avolet ultra montem Gilead, qisqis meticulosus est.* De qo alibi vidimus.

Qod avtem versum illum qi erotematicôs proferunt, alii divisim, alii junctim sumunt, uti supra indicavimus, idem & Hymni 13. v. 1. contigit, qem varie varii concipiendum existimant. Hebraica sic habent, עד־אנה יהוה תשכחני נצח עד־אנה תסתיר את־פניך ממני Nonnulli priorem versiculi partem citra intercisionem pavsamve ullam efferunt, *Qousqe Domine, oblivisceris me in finem*, sive, *in æternum*? Ita Græci LXX. Latinus Vetus, Calvinus, Musculus, Piscator, Genevenses nostri: nec distinctionibus accuratè satis observatis, & sensu parum commodo. Nisi qod pro *in æternum*, Piscator, *ita continenter*; Musculus, *penitùs*, reddidit. Qod cum lectione istiusmodi magis commodè qadrat. Nam Castellio planè insuper habuit, qui vertit, *Qousqe tandem, Jova, immemor eris mei?* Alii intercidunt qidem; sed loco minùs commodo, *Usqe qo Domine, oblivisceris mei? in æternum?* Cui finitimum illud Hymn. 74. v. 10. *Qousqe Deus, probra afficiet hostis? irritabit inimicus nomen tuum in æternum?* Ita, sed pavsis repugnantibus, Remigius, Hugo Cardinalis, Vatablus, Tigurinus. Alii pavsis rectè constitutis, *Qousqe Domine?* (subavdi, *non intueberis?*) *oblivisceris mei in æternum?* ut sit aposiopesis, qalis freqenter in his hymnis reperitur. Hymn. 6. v. 3. *Tu avtem, Domine, qousqe?* & Hymn. 90. v. 13. *Revertere, Domine,* (qousqe?) *& pœniteat te de servis tuis.* Ita Junius. Suntqe locutiones abscissæ istiusmodi affectibus vehementioribus exprimendis cumprimis idoneæ. Mihiqe, licet reclamante Piscatore, præ primâ placet tertia versio ista. Addo tamen & qartam, ut *qousqe* illud per reduplicationem sit positum, voculis duabus παρενθετικῶς interjectis: qod etiam animi angore nimio constricti affectum fæliciter admodùm exprimere videtur. Sic ergò conceptum velim: *Qousqe Domine? (num in æternum mei oblivisceris?) qousqe* (inqam) *abscondes à me vultum tuum?* Gemina planè anadiplosis, Hymn. 94. v. 3. *Qousqe improbi, ô Domine? qousqe* (inqam) *improbi exultabunt?* Et in materiâ disparatâ, Hymn. 113. v. 1. *Lavdate, ô servi Domini; lavdate* (inqam) *nomen Domini.* Utrovis modo, vel isto, vel superiore, sumi possent illa; Hymn. 79. v. 5. *Qousqe Domine? in æternum succensebis? ignis instar ardebit excandescentia tua?* Et Hymn. 89. v. 46. *Qousqe Domine? abscondes in æternum vultum tuum? ignis instar ardebit excandescentia tua?* Etiamsi enim *Qousqe* istic non reiteretur, possunt tamen ista ita sumi, ut vel ἀποσιωπητικῶς, vel παρενθετικῶς sint enunciata; vel ut clavsula prima sit abrupta prorsus, prout in præfatis factum est; ac tum sensus erit, *Qousqe Domine? (non intueberis, vel non desistes ab irâ tuâ?) in æternum abscondes vultum tuum? in æternum succensebis? ignis instar ardebit excandescentia tua?* vel interrupta tantum; ac tum sic concipiendum fuerit, *Qousqe Domine, (in æternum vultum tuum abscondes? in æternum succensebis?) ignis instar ardebit excandescentia tua?* Utrovis modo sumpseris, parum intererit: utrumqe tamen suggerere visum est. Versionis qadripartitæ havd absimilis prorsus instantia altera dabitur in seqentibus ex Joan. c. 14. v. 1.

Jobi c. 13. v. 15. הן־יקטלני לא־איחל scribitur לא legi jubent לו. Scriptum seqitur Levi Gersomides, & de vitâ ac valetudine recuperandâ desperantis verba vult esse. En, *absqe dubio occidet me; non sperabo liberatum iri me à morbo isto.* Vergit eodem Vatablus; *Si* (*Deus*) *interficiat me, non sperabo*: scilicet *posthac ullum bonum*. Et Tigurinus, sed ambiguè magis, *Si me occisurus esset, non expectarem.* Qod potest esse etiam sperantis id non facturum. Abraham Peritsolides scriptum itidem admittit; sed per interrogationem proferendo, mentem dat planè contrariam, *Etiamsi me occideret, non sperarem? num idcircò spem meam abjicerem?* Ut sit הן pro אם *si, etsi*. Et sic Junius, *Si enecaret me, non sperarem?* In qem sensum & Gersomides, lectionem admittendo, & indicativè proferendo, exponi posse subjungit, *Etiamsi me interficeret, ecce ego nihilominus, in eum sperarem, qod servaturus esset animam meam.* Ubi obiter monendum (ne contradicere qis sibi heroas duos suspicetur) illam Mercerum, istam Oecolampadium, sub Levii nostri nomine, tanqam ipsius, expositionem proponere: utrumqe avtem in ejusdem commentariis reperiri; nec constare satis, utri accedat ipse. Verum concedit huc omninò Moses, Oecolampadio referente; *Etiamsi me occiderit, in seculo Spirituum retributurus sit mihi secundum justitiam meam.* Sed & Vetus Interpres, qem seqitur etiam Oecolampadius; *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* Et Piscator, *Etsi occidat me*, (tamen) *in eum sperabo.* Nec secus Castellio, *Me licet interficiat, tamen eum suspiciam.* Jairus utrumqe conjunxit & קרי & כתיב & per interrogationem sic ἀνθυποφορίζει. *An non, si occideret me, in eum sperarem, nec ab eo abscederem?* Et Calvinus utrumqe proposuit. Chaldæus; *Ecce, etiamsi occideret me, orarem coram eo.* Mihi dictio ἐναργεστάτη simul ἐνεργεστάτη fu-

futura videtur, si scripturâ retentâ, sic conceperimus; *En, occidat*, vel, *enecet me*, (ad necem usqe persequatur) *nonne sperarem?* הן *en, ecce*, ut & Chald. הא qomodo & Genevensis hîc sumit. Ita singulæ voces vim suam habituræ sunt: siqidem & præfixa particula attennionis postulatoria, non temerè sed consideratè & consulto, qod dicturus est, proferentis, & animi ad id qod profitetur obfirmatè tenendum sese solenniter obstringentis est. Et verbum *enecandi* hoc modo prolatum, mortem insuper habentis, vitæqe ac necis arbitrium Deo pariter permittentis, animositatem simul atqe æqanimitatem clarius efficaciusqe depingit: & negativa denique interrogativè usurpata, fiduciæ professioni vehementiam adjicit non contemnendam: qasi nullo modo sustinere animumvè inducere possit ut de spe abjiciendâ cogitationem vel levissimam admittat, avt patienter etiam ferre, ut ei qos alloqitur, de se suspicionem ejusmodi in mentibus suis foveant vel tenuissimam. Lectio diversa in לו & לא parilis deprehenditur Exod. c. 21. v. 8. (qo loco utrumqe à Mose esse ridiculè Ainsvorthus) Hymn. 100. v. 3. & Esajæ c. 63. v. 9.

Jobi c. 14. v. 4. מי יתן טהור מטמא לא אחד LXX. Τίς γὰρ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ ῥύπου; ἀλλ' οὐδείς· ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. *Qis à sorde mundus erit? nullus: etiamsi una dies fuerit vita ejus super terram.* sive ut Hieronymus reddidit, *adversus Jovinian.* l. 2. q. 2. *Nemo mundus à peccatis; ne si unius qidem diei fuerit.* qæ novissima ex versu proximo, sed malè accepto, sunt sumpta. Pagninus: *Qis dabit mundum ex immundo? ne unus qidem dabitur.* Tigurinus: *Qis proferet mundum ex immunda* [massâ] *ne unus qidem.* Oecolampadius: *Qis dabit mundum ex immundo? ne unus est.* Junius: *Qis edat* (*det*, Piscator) *mundum ex immundo? ne unus qidem.* In hoc conveniunt, ut qæstionem esse velint cum responsione subjunctâ. qo & Mercerus concedit. qod idem Jairus; *nullus est ex eis* (*semine scilicet immundo prognatis*) *qi purus est à peccatu.* Nec abscedit Esdraides, qi idem hoc loco Jobum agnoscit profiteri, qod & David Hymno 51. ver. 5. At Chaldæus; *Qis dabit mundum è viro qi peccatis polluitur, nisi Deus qi unus, sive solus, est, qi remittat ei?* & Vetus Interpres Latinus. *Qis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qi solus es?* Unde Gregorius *Moral. lib.* 11. *cap.* 28, *Is, qi per se solus est mundus, mundare pravalet immunda. Reconciliationem in Christo futuram prædixit*; inqit Philippus Presbyter. Et rursus: *De immundo conceptum semine, nullus facere mundum potest, nisi is qi mundus per semetipsum solus est. Solum avtem vidit Job in hoc mundo hominem redemptorem de immundo non esse conceptum semine, qi sic in mundum venit de Virgine, ut nihil haberet de immunda conceptione.* Bernardus etiam *Concion. solem.* 48. & 55. *Qis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi qi solus est mundus, & in qem peccatum non cadit, Deus?* Ribera denique, *ad Malach.* *Unus pro Deo ponitur, sicut Malach. c.* 2. *v.* 15. *Nonne unus fecit?* i. e. *Nonne Deus fecit marem & feminam?* De qo loco seorsum alias videbitur. Interim posterior hæc interpretatio longius petita, prior simplicior multò videtur.

Cæterum parem argutiam, non tam offendunt, qam comminiscuntur ipsi, in Psaltæ verbis Hymno 14. v. 3. prout Græci extulerunt, qos & Latinus expressit. οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. *Non est qi bonum faciat, non est usqe ad unum. Unum* aliqem, vel aliqid, exceptum volunt. Sunt enim qi nevtrum volunt esse illud *unum*, sunt qi masculum. Qi nevtrum esse avtumant: alii genus aliqod hominum designari volunt. atqe ita Bernardus (si is saltem est) in *parvis sermonibus*, *serm.* 37. *Qatuor genera sunt hominum; qorum nullum omnino est, qod faciat bonum, nisi unum. qidam enim sunt, qi Deum nec intelligunt: & hi mortui sunt. Alii intelligunt qidem, sed non reqirunt: & hi impii sunt. Alii reqirunt, non avtem intelligunt: & hi fatui sunt. Alii verò intelligunt, & reqirunt: & hi sancti sunt. de qibus solis dici potest, qia ipsi sunt qi faciunt bonum.* Verum ut nihil aliud dicam; frustra distingvuntur istic, qos eosdem Vates voluit. Alii non *genus unum* aliqod designatum volunt, sed certum aliqid qod attingendum sit, ut bonum

A fiat. Atqe ita Hugò Barchinonens. ex Hieronymi (ut ipse refert) sententiâ: *Neminem facere boni qicqam, qod sit* (ut ipse loqitur) *meritorium, donec ad Ecclesia unitatem accesserit: ubi sunt omnes unum.* Joan. cap. 17. vers. 21: *vel, usqe ad illud unum, qod deesse adolescenti Dominus dixit.* Matth. c. 19. v. 21. Verum ista planè coacta esse nemo non viderit: & recitasse tantummodo est refutasse. & nevtrales istos pavci sequntur. nam Remigius proponit tantùm, non & probat. Qi masculè sumunt, in partes demuò discedunt. Alii *populum unum* intelligi censent. Ita Lyranus
B in Psal. 13, & 52. *Non est usqe ad unum, dupliciter exponitur: uno modo inclusivè, ut sit sensus, qod nec unicus talis reperitur: scilicet in hominibus Antiochi. vel exclusivè sive exceptivè, ut sit sensus, in omnibus populis non est nisi unus populus Judaicus, qi de Deo habeat legem veram & cultum.* Verum istud Apostolicæ planè adversatur sententiæ, qi de Judæis cumprimis dictum confirmat. Rom. cap. 3. vers. 19. Alii *hominem unum* generatim, sed collectivè dici volunt, & raritatem denotari. Ita Salvianus *de Provident. & gubern. divin.* l. 5, c. *Ideò, usqe ad unum: qia tanta est raritas*
C *bonorum, ut pene unus esse videatur.* Et amplius pavlò Remigius in Psal. *Tot sunt mala operantes, ut bene facientes nec unus dici possit.* Alii *unum*, vel *Deum*, vel *Christum* etiam *hominem*. qi vel faciat ipse solus bonum, vel sine qo non fiat. Ita Ambrosius *in Lucam l.* 8. *c.* 18. *Non est qi faciat bonum, non est usqe ad unum. utiqe de hominibus, non de Deo dixit. Deus enim unus est, non unus è numero. Ita & Dei filius, qasi unicus, exceptus est, non qasi unus ex multis: qi & unigenitus est, non unus ex genitis.* Avgustinus in Ps. 13. *Usqe ad unum, vel cum ipso uno potest intelligi ut nullus homi-*
D *num intelligatur. vel, præter unum, ut excipiatur Dominus Christus. & iste melior intellectus. ut nemo intelligatur fecisse bonitatem usqe ad Christum. qia non potest qisqam hominum facere bonitatem, nisi ille monstraverit.* Ruffinus in Psal. 52. *Nullus qi faciat bonum donec convertatur ad unum; scilicet ad Deum.* Hieronymi nomen qi præfert in Psal. 13. *Non est qi faciat bonum, non est usqe ad unum, qia nisi qi cognoverit Christum qi est unicus patris, bonus esse non poterit. Vel, Non est usqe ad unum* i. e. *præter unum hominem, qi est Christus.* Primasius in Rom. cap. 3. *Usqe ad unum, qidam dicunt usqe ad*
E *Christum.* Bernard. de grat. & lib. arbitr. *Non est qi faciat bonum, non est usqe ad unum: illum videlicet unum, de qu item dicitur. Nemo bonus nisi solus Deus, Matth. c.* 19. *v.* 17. ejusdemqe nomine de gradib. confess. *usqe ad unum: qia peccatum non fecit, nisi unus.* leg. *qia peccatum qi non fecit, non est nisi unus.* Cassiodorus in Psal. 13. *Non est usqe ad unum: revera solus est Christus, sine qo bonum aliqid incipere, vel implere, imbecillitas humana non potest. Qapropter negatum est ullum facere bonum, nisi usqe ad ipsum fuerit perventum.* Lombardus, in Rom. 3. ex Avgustino: *Non est us-*
F *qe ad unum.* i. e. *nec etiam unus. vel usqe ad unum.* i. e. *præter unum.* h. e. *Christum; sine qo nemo facit bonum.* Ex Alcuino: *Usqe ad unum.* i. e. *præter unum. qia nullus facit bonum sine uno scilicet Christo.* Bonaventura in Psal. 13. *Non est usqe ad unum. nota. solum positum cum nomine totius, non excludit partem. Christus est totum, qia ipse est caput, nos partes,* i. e. *membra. Vel, solum positum cum nomine agentis non excludit instrumentum. Sicut, tantum homo lædit istum; & tamen lapis. Cum facimus, nos sumus instrumenta. Deus avtor.* Remigius Antisiodorensis. *Usqe est inclusivum &*
G *exclusivum: usqe ad unum,* i. e. *nec unus: hic est inclusivum; vel, usqe ad unum,* i. *usqe dum perveniant ad unitatem corporis Christi, ubi una fides, unum Baptisma;* Ephes. c. 4. v. 5, Hugo Barchinonens. in Psal. 13. & 52. *Qod dicitur, usqe ad unum, potest legi; vel exclusivè sic: non est usqe ad unum,* i. e. *nec unus qidem est qi faciat bonum inter illos, Judaos scilicet: vel, inclusive; non est usqe ad unum,* i. e. *præter unum, scilicet Christum. Qi in duabus naturis unus est; sive, non nisi unus Christus, qi torcular calcavit solus.* Esai. c. 63. v. 3. *qicqid enim boni facimus, ipse facit.* Verum ex Remigio & Lyrano emendandus Hugo, & priore loco *inclusivè*, posteriore *exclusivè* legendum: qod & ratio ipsa dictat. Et sic Thomas in Rom. c. 3. *Qod subdit, usqe ad unum vel potest intelligi exclusivè, q. d. præter unum, qi scilicet solus fecit*

bonum

bonum redimendo genus humanum, Virum de mille unum. Ec- A
clef. c. 7. *Vel inclusivè, q. d. nec etiam unus est purus homo, qi faciat bonum, scilicet perfectum.* Jer. c. 5. v. 1. Sedulius; *Usqe ad unum, vel cum ipso uno potest intelligi, ut nullus hominum excipiatur; vel præter unum, ut accipiatur* (excipiatur, f.) *Dominum Christus.* Haymo; *Usqe ad unum, i. e. præter Christum: vel usqe ad Christum, i. e. qousqe ad illum veniat credendo.* Ferus; *Non est usqe ad unum: dupliciter exponitur; primò sic, ne unus qidem: alter, nemo facit bonum nisi unus, Christus scilicet qi & in electis suis operatur.*
Hervæus deniqe, sub Anselmi nomine in publicum emis- B
sus; *Non est usqe ad unum, i. e. nec unus ex eis, vel Judæis vel gentibus, qi faciat bonum: qia si qis per singulos eorum numerando & inqirendo usqe ad unum transeat, non inveniet qi operatur bonum: vel, non est in omnibus, qi faciat bonum, usqe ad unum, i. e. donec veniatur ad eum, qi unus & singularis est, i. e. ad Christum, cui nemo comparari potest. Christus enim tantummodo facit bonum, & in se, & in suis.*

Verum istæ omnes de versionibus contexuntur argutio-
læ. Nam Hebraica dictio clarè se habet אין עשה טוב C
אין גם אחד Junius. *Non est qi faciat bonum, non est vel unus;* sive ut Drusius, Latinius, ut ipse avtumat, *Observ. l. 2. c. 11. non etiam unus, i. e. ne unus qidem.* Nec aliud voluere interpretes Græci, qod & ipsis advertere proclive satis fuerat, qi Græca saltem intellexerant; qum qod commatio altero, *ἕως ἑνός, usqe ad unum.* id commatio altero iidem, *οὐδὲ εἷς, dixere.* Nec secus Apostolus eosdem secutus ad Rom. c. 3. v. 10, 12. & Latinus ibidem. Estqe familiaris admodum loqendi formula, ubi universale aliqid,
non sine emphasi & vehementiâ aliqâ exprimere satagimus, D
ut omnes ad unum. h. e. *in universum omnes,* qasi *ne uno qidem excepto,* dicamus: & *unum* illud, vel particulas etiam illas, *usqe ad,* inclusivè sumamus: qomodo Moses, Gen. c. 19. v. 4. מנער ועד זקן *à juvene usqe ad senem,* i. e. *tam juvenes qam & senes.* Deus ipse, Jonæ cap. 3. v. 5. מגדולם ועד קטנם *à magno eorum, usqe ad parvum eorum,* i. e. *tam magni qam & parvi.* Et Genes. c. 31. v. 24. כטוב עד רע & vice versâ Reg. lib. 2. cap. 13. vers. 22. למרע ועד טוב *à bono usqe ad malum: &, à malo usqe ad*
bonum, i. e. *vel boni vel mali qicqam.* Christus Dominus E
Matth. c. 20. v. 8. *ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἕως τῶν πρώτων, à novissimis usqe ad primos;* i. e. *tam novissimos, qam & primos.* Et Lucas Act. c. 8. v. 10. *Πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. omnes à minimo ad maximum usqe,* i. e. *tam maximi, qam & minimi qiqe.* Livius itidem l. 1. *Ab extremo orsi ad primos excivere Albanos.* Qin & hæc ipsa planè formula havd est infreqens, tam in profanis qam in sacris qoqe scriptis. Sic enim exteri usurpant. Cicero *de Natur. Deor. l. 1. Ad unum omnium firma consensio.* Idem in *Lælio,* sive, *de amicitiâ.*
Omnes ad unum idem sentiunt. Lentulus *ad eundem lib. 12.* F
Ep. 14. Oneraria omnes ad unam à nobis sunt excepta. Maro *Æneid. l. 5. u. 687.*

— Si nondum exosus ad unum
Trojanos. —

Ubi Servius; *ad unum, i. e. nullo excepto.* Sic Moses; Exod. c. 9. v. 7. לא מת עד אחד *è pecore Israelitarum non moriebatur usqe ad unum.* Pro eo qod v. 6. dixerat לא מת אחד *nec unum moriebatur.* Græci, *Οὐκ ἐτελεύτησεν οὐδέν.* Latinus, *nihil omnino periit:* Judic. c. 4. v. 16. לא נשאר
עד אחד Græci. *Οὐ κατελείφθη ἕως ἑνός. non est relictum usqe* G
ad unum. i. e. *ne unus qidem superfuit.* Latinus, *usqe ad internecionem caderet.* non malè. Ineptiunt itaqe Doctorculi Judaici, qi Mosis verba contra Mosis mentem torqent, qo Pharaonem probent cladi illi ad mare Edomæum acceptæ superfuisse. Dixit Moses Exod. 14. 28. de copiis Ægyptiacis, לא נשאר בהם עד אחד *non est relictus ex eis usqe ad unum.* qod Græci rectè; *οὐκ ἀπελείφθη ἐξ αὐτῶν οὐδὲ εἷς.* & Latinus, *ne unus qidem superfuit ex eis.* qin & Esdræ filius לא נמלט אחד *ne unus qidem evasit.* qomodo Exod. cap. 9. ver. 6, 7. probatqe ex Hymno 106. v. 11. אחד מהם לא נותר *operuerant aqa adversarios eorum; ut ne unus qidem superfuerit.* Verum argutuli illi, ita dictum volunt, ut *unum* saltem evasisse significetur, *Pharaonem* utiqe ipsum, qi præ

A omnibus & ante omnes perire debuerat. Ita Avtor libri fabulosissimi & nugacissimi *de vitâ Mosis* ולא נותר מהם איש זולתי פרעה *Non superfuit ex eis qisqam præter Pharaonem.* hunc avtem fabulatur, cum culpam fassus numini gloriam tribuisset, Angelorum ope ex mandato divino cladi illi subductum, ac Niniven delatum, ubi deinceps per annos qadringentos regnum tenuerit. at hoc verò, ut reliqa mittamus deliria, est paginæ sacræ adversum planè; qæ prætergam qod hostes populi Israelitici universos, ne uno qidem excepto, submersos affirmat; nisi si Pharao forsan ex
B hostibus illis non erat; etiam Pharaonis nominatim excidium disertè commemorat Hymno 136. v. 15. Nec favet illis qicqam, qod de Sisaræ exercitu idem sit dictum, cum ipse tamen è pugna evaserit. Siqidem ibi verbis proximè antegressis narratum est, Sisaram ex acie se prius proripuisse, qam internecio illa facta sit.

Cæterum Hymnographi verba, qibus *neminem* esse pronunciat, *qi bonum faciat, ne unum qidem,* clara sunt satis, nec aliter avt capere poterat Apostolus, qod interpretes formulâ istâ conceperant, avt cepisse, certum est. In eis
C itaqe lues qædam & labes œcumenica designari videtur, qæ genus humanum totum corripuerit atqe corruperit. eoqe hoc periochen hanc adduxisse Apostolus ad Rom. c. 3. v. 10—12. qo ostenderet non exteros tantùm, sed Judæos qoqe ipsos, pestem eam pervasisse. Calvinus *ad Rom. c. 3. Tantam fuisse in hominibus perversitatem dicit, ut Deus ne unum qidem reperire potuerit justum, omnes ordine contemplatus. Seqitur ergò hanc pestem pervagatam in universum genus humanum, qando Dei intuitum nihil latet.* & in Psal. 14. Sed ad Judæos præcipuè accommodans: *Hæc est universa-*
D *lis defectio, qa omnem pietatem extingvit. porrò non partem aliqam duntaxat perstringit, sed omnes pariter in eundem conjicit reatum. hoc verò detestabile fuit, omnes Abrahæ filios, qi in sacrum Dei peculium electi erant, à primo ad ultimum, sic esse corruptos, ut ne unus qidem integer superesset.*

Verum obstare videtur sententiæ huic, (qod nec Calvinus tacuit, Hymnum 14. explicans) & pronunciati hujus universalitati obrogare; qod *Vates* ipse, qi hoc qeritur, *populus Dei,* qi ab istis exedi dicitur, ver. 4. *Gens justa, cui Deus adesse,* ver. 5. *Pavper, qi in Deo fiduciam habere,* v. 6.
E *Sion,* qæ *liberanda* prædicatur, v. 7. ab hac notâ saltem eximendi & excipiendi videantur.

Hunc nodum ut solvant, alii restrictiùs accipiunt. Ex his Psevdo-Hieronymus *in Psal.* 52. ad eos restringit, qos superiùs dixerat. *Non de omnibus,* inqit, *sed de his omnibus tantùm, qi Deum negant, propheta dicit. qia aliqoties bona loquuntur, nunqam tamen faciunt.* Accedit Ruffinus *in Psal.* 13. *Non est,* inqit, *intelligendum, ita omnes declinasse, ut in humano genere non esset vel unus qi bonum ageret:*
F *sed eorum videlicet, qi sunt imitatores carnalium, qorum corrupta est vita & continentia,* (forsan *conscientia*) *non est aliqis qi faciat bonum. qamdiu enim homo malus est, bonum facere non potest.*

Verum istud frigidum nimis foret, si diceretur, atheorum, impiorum, flagitiosorum hominum neminem qenqam bene agere. tum labis universitas qædam depingitur: cum hoc verè de ejusmodi, non tam hominibus, qam portentis hominum, dici posset, plures numero an pauciores existerent. Atqe hîc ad cœtum aliqem peculiarem qi restringunt, havd desunt. Theodoretus & Evthymius *ad*
G *Sennacheribi servitium & satellitium:* Hugo Barchinonensis *ad Antiochi copias militares:* Psevdo-Hieronymus omnium ineptissimè, *ad Judæos qi Christum repudiabant; & Apostolos qoqe, qi passionis tempore deserebant eum,* Petro etiam abnegante: Bucerus deniqe majori cum probabilitate, ad eos *qi sub Savle rerum potiebantur, qiqe cum his faciebant: qibus,* inqit, *totus tum populus censebatur.*

Alii latiùs extendunt, ad *totum* usqe *genus humanum,* sed ratione non unâ. Qidam enim de *boni operis perfectione* dictum accipiunt, neminem esse qi bonum faciat numeris omnibus absolutum. Origenes in *ad Rom. lib. 3 cap. 3. Hoc modo,* inqit, *intelligendum est, qod negat qenqam fecisse bonitatem, à nullo scilicet eam ad perfectum & ad integrum esse consummatam.* Illustrat simili à *domo,* qam fecisse

eisse non dicitur, qi fundamenta jecerit, avt parietem extruxerit, *nisi si ædificium totum absolverit.* Verum ista à Vatis mente qam longissimè recedunt, qi disertè conqeritur *neminem* qenqam, vel *boni aliqid faciendo*, vel *Deum reqirendo* etiam, saltem *studere* avt *operam dare*, sed in flagitia & facinora qosqe prorumpere, tum à *gente justâ*, *Deiqe populo*, (qi nec ipsi consummatè sunt boni) hosce illorum *oppressores*, *derisores*, *absorptores* dispescit. Alii ergo ad indolem cujusqe insitam atqe ingenitam referunt. Atqe hîc argutiam captat Avgustinus *in Psal.* 52. ex verbis illis, *Despexit Dominus super filios hominum. Si non est*, inqit, *qi bonum faciat, non est usqe ad unum, nemo restat qi gemat inter malos.* tum respondentem inducit Deum. *Donavi hominibus benefacere, sed ex me, non ex se. Ex se enim mali sunt. filii hominum sunt, qando malè faciunt: qando bene, filii mei. ergo tolle, qod homines filii Dei sunt; remanet, qod filii hominum sunt; non est qi faciat bonum, non usqe ad unum.* In qam mentem propemodum & Ruffinus *in Psal.* 13. *Per filios hominum possumus imitatores carnalium intelligere: sicut è contrario imitatores Dei filii Dei nuncupantur.* Verum formula illa *filii hominum*, pro hominibus indiscretè sumptis, in sacris literis occurrit passim, nec aliter hic sumi, qod svadeat, qicqam comparet. sententiam tamen ipsam hanc ulnis obviis amplectuntur pleriqe. Ferus in Rom. c. 3. *Non sunt avdiendi Judæi vel Judaisantes, qi Psalten exponunt, tanqam loqatur duntaxat de sui seculi hominibus: avt qi omnes pro multis accipi volunt. vult omnes nos esse peccatores, & ex omni parte malos.* Petrus Martyr in Rom. 3. *Mihi videtur, Spiritum Sanctum loqi, de hominum ingenio, qale sit per seipsum. nam qi comprehendebantur in Christo, fuerunt hoc numero exempti. qod tamen eis concessum non est ex suis viribus, avt qâ homines erant, sed qod essent regenerati, & instavrati per Christum.* Calvinus in Psal. 14. *Ostendit qales sint, qi suapte naturâ feruntur & aguntur. unde seqitur nos omnes, qum nascimur, amentiam hanc qæ describitur à Davide, & totius vitæ fœtorem afferre ex utero, talesqe manere, donec arcanâ suâ gratiâ nos Deus in novas creaturas refingat.* Et, in Rom. cap. 3. *His elogiis hominum naturam depingi nihil dubium est, ut inde spectemus, qalis sit homo sibi relictus. sanctorum qoqe nihilo melior foret conditio, nisi emendata esset in illis pravitas.* Hoc ut firmet, Davidem affirmat cum istic, tum & alibi, *in se & suis typum qendam regni Christi adumbrare. itaqe sub adversariis ejus repræsentari nobis omnes, qi alieni à Christo, ejus Spiritu non aguntur.* Hunc paribus passibus seqitur Piscator ad Rom. 3. cum in Psal. 14. aliorsum abire videatur. Eandem amplectuntur sententiam, Mollerus, Musculus, Gvalterus, Olevianus, Strigelius, Bullingerus, Illyricus, Brentius, Vigaodus, Hemingius, &c. Junius deniqe in Psal. 14. *Propositio est, non secus à naturâ universum genus humanum vivere, qam si nullus Deus esset: prout hæc sunt constitutio omnibus temporibus; ut interpretatur Apostolus* Rom. 3. Idemqe in Parallelis l. 2. par. 4. multis contendit, in Psalmo isto, *generali propositione, hominem à naturâ in defectionem ruentem depingi, impietate, inhumanitate, & improbitate circumfluentem, ab omni bono & benefaciendi studio alienum: & generalem istam conditionis labem deplorare Ecclesiam.*

Verum ista mihi, (ut qod res est, liberè proloqar) minùs probari possunt, nec cum Hymnographi mente scopoqe satis consistere videntur. Siqidem, primò, non qales ab ortu fuerint hice, qos loqitur, dicit; sed qomodo tunc temporis, cum ista conqereretur, se gererent. itaqe *non de vitio originali, sed de peccatis actualibus*, flagitiis ac facinoribus, ab hisce perpetratis, agi monet Cajetanus. In qam ferè mentem & Calvinus ipse; *Non de abscondito cordis affectu pronunciat, nisi qatenus impii suo indicio se produnt.* Secundò, qod & illorum è præcipuis agnoscunt, de sui seculi, populiqe sui, hominibus, qorum scelera exagitat ac conqeritur, verba facit. Calvinus, Judæos Doctores refellens, qi ad gentia suæ hostes ac oppressores trahunt, *Ad gentes*, inqit, *sine ratione torqent, qod de perversis Abrahæ filiis dictum est.* Mox: *Contextus clarè demonstrat, domesticos potius fidelium tyrannos & hostes,*
A *qam exteros à Davide notari. deniqe confusam vastitatem, qæ sub Savle fuerat, deplorat.* Et adhuc confidentius: *Ego non dubito confusum & perditum Judææ statum hîc describi, qem invenit Savl, cum palam furere capisset.* Piscator: *Describit impietatem & tyrannidem gubernatorum populi Dei, qi tum erant, puta Savlis & consiliariorum ejus.* Eodem disertè concedit Bucerus in Psal. 13. *Qanqam verum sit*, inqit, *omnes nos nasci filios iræ, & nisi Spiritu Christi detur renasci, nihil boni nos unqam facere; hic tamen non hoc agit Psaltes; sed deplorat potius eorum perversitatem, qi suo tempore rerum*
B *potiebantur.* Et in Rom. cap. 3. *Verum est, regigni nos omnes oportere, ut qod bonum est facere valeamus. sed istic vates hoc qidem in loco non egit: verum descripsit ingenium & studia eorum, qi populo Dei impiè & tyrannicè dominabantur, id qod Psalmus ipse utroqe loco abunde testatur.* Tum ea qæ adjecit Apostolus ex Hymn. 5. ver. 9. & Hymn. 140. v. 3. Constat ex ipsis Vatis verbis, de adversariis ipsius propriis esse enunciata. *Deduc me*, inqit, *Domine, in justitiâ tuâ propter hostes meos; qia in ore illorum nihil est recti, — guttur eorum sepulcrum patens.* Et, *Libera me ab hominibus malis,*
C *à viris violentis custodi me. — qi exacuunt lingvam svam velut serpentis, venenum ptyados subest labiis eorum.* Nam de Esajæ verbis ex cap. 59. ver. 7, 8. qod dicam nihil est; cum Calvinus ipse, *Esajas*, inqit, *Israelem disertè notat.* Nec obstat, qod *de cælo filios hominum prospexisse*, sive *intuitus Dominus* dicitur, qod urgent, Calvinus, Martyr, Piscator, qasi *genus humanum* ideo *universum* designetur. Neqe enim *filiorum hominum* nomine necesse est, avt gentes universas, avt gentium universarum mortales singulos designari; qia sunt illi omnes *filii hominum*, nec intuitum divinum horum
D qisqam defugiat. Sufficit qod *filii* sint *hominum*, & *conspectui divino subjecti*, de qibus David conqerendi cavssam habuerat. qorsum enim de Indorum ac Garamantum scilicet impietatibus ac immanitatibus, de qibus fortasse nec fando unqam acceperat avt per insomnium etiam cogitaverat qicqam, apud Deum qerimonias solennes non unas institueret? Sic Hymn. 4. vers. 3. *Filii hominum qousqe gloria mea ignominiosè à vobis habebitur?* Cum Savlis asseclas & avlicos duntaxat alloqeretur. & neqis ibi בני איש non אדם positum cavsetur; Hymn. 12. vers. 1. qi locus huic gemi-
E nus. *Serva Domine, nam desiit benignus; nam defecerunt veraces de filiis hominum*: cum de eisdem verba faceret. ubi disertè Piscator, *filiis hominum. i. e. Savlis consiliariis. Synecdoche generis.*

Verum an nemo qisqam, dixerit qispiam, in toto illo Dei populo, vel in Savlis etiam avlâ, scelere tam horrendo immunis! *Respondent aliqi*, inqit, Martyr, *hyperbolen esse.* qod illi nevtiqam probatur. mihi verò omnino agnoscendum videtur, ut hoc velit; tam longè lateqe grassatam sceleris hujusce contagem, ut vix unus, avt nec unus et-
F iam ab ea purus reperiatur, ut si Deus ipse omnituenti oculo despexerit, disqisierit, vix unum aliqem, avt ne hunc qidem inventurus sit, peste istâ immunem ac integrum. Sic Hymn. 12. vers. 1. loco supra lavdato: *Defecit vir benignus, an beneficus; defecerunt veraces ex filiis hominum*; de eisdem planè agens, qos istic exagitat; cum Jonathan tamen, qod & Piscator monvit, adhuc superesset. Sic Dominus ipse Jeremiæ c. 5. v. 1. *Circuite per vicos Jerosolymitanos, & spectate ac sciscitamini, & perqirite in plateis ejus, an deprehendatis virum qenqam, an existat ullus qi jus exeqatur, fi-*
G *dem colat; & parcam civitati.* Ad qem locum Calvinus: *Qæri potest, cur dicat ne unum qidem reperiri posse, cum ipse Jerosolymæ esset, haberet etiam socium Baruch & alios qosdam, qamvis esset exiguus numerus, in qibus superstes erat adhuc pietas.* Huic objectioni respondet. 1. *Videri hoc hyperbolicum esse.* 2. qod magis probat, *Prophetam cum populo agere, sepositis fidelibus, qos Deus qasi seorsum collegerat,* Esajæ cap. 8. vers. 16. *nec in populo reprobo proinde censendos. Spectandum cum qibus illi tunc fuerit certamen, cum Rege & consiliariis, pseudoprophetis, sacerdotibus impiis, populo scelerato. inter istos ne unum qidem esse, qi opponat se ad placandam iram Dei.* Cavssam nostram juvabit responsio alterutra. Sive enim rarum admodum in populo suo Savlis ve famulitio ac satellitio deprehendi qenqam non scelere omni contami-

 na-

natissimum dixerit, sive adversarios tantùm suos bonorumqe reliqorum solos depinxerit, nihil erit necesse ad *genus totum humanum* extendere, & multò minùs ad statum conditionemqe illam, in qâ David ipse Hymno 51. v. 5. piiqe reliqi erant ab ortu suo constituti.

Atqe hic succurrit locus alter in Esajæ vaticiniis ab interpretatione geminâ ferè vindicandus, & menti sensuiqe genuino asserendus. Habetur is Esajæ c. 64. v. 6, 7. *Sumus tanqam immundus, nos omnes*, sive, *Immunda rei similes sumus. & tanqam pannus menstruata*, sive, *panniculus abjectissimus, omnes justitiæ nostra. — nec est ullus, qi invocet nomen tuum; qvi excitet se, ad prehendendum te.* Incisum prius, prisci, novitii, certatim trahunt ad naturæ humanæ labem universalem, qæ piis etiam regenitis ex parte adhuc inhæreat, operaqe eorundem etiam optima qæqe aliqatenus inficiat & decoloret. Origenes in Rom. l. 3. ad c. 3. *Qis vel super justitiâ suâ gloriabitur, cum avdiat Deum per prophetam dicentem, omnis justitia vestra, sicut pannus mulieris menstruata?* Hieronymus in Esajam l. 17. ad c. 64. *Qicqid videmur habere justitia, panno menstruata mulieris comparatur.* Avgustini nomine avtor Soliloq. c. 28. *Nos omnes qasi pannus menstruata, de massâ corruptâ & immundâ venientes, maculam immunditia nostra in frontibus portamus.* Eodem respexisse videtur Gregorius in Job. moral. l. 21. c. 15. *Sciunt*, inqit, *sancti, qia omnis humana justitia injustitia esse deprehenditur, si divinitùs districtè judicetur.* Certè Hugo Barchinonensis in Esaj. c. 64. *Qasi pannus menstruata, universa justitia nostra ad comparationem justitiæ divinæ.* Unde Gregorius l. 5. c. 7. *Sæpe ipsa justitia nostra ad examen divina justitia deducta, injustitia est; & sordet in districtione judicis, qod in æstimatione fulget operantis.* Idemqe in illud Jobi c. 9. v. 30. *Si fulserint velut mundissima manus mea. Velut*, inqit, *qasi non verè munda. qia opera mea non sunt pure bona*, sicut Gregorius, l. 9. c. 28. Esaj. c. 64. *Universa justitia nostra*, &c. Eademqe fere habet Gvilielmus Peraldus Sum. tom. 2. tract. 6. part. 3. c. 2. Bernardus de verb. Esajæ, Serm. 5. *Nostra, si qa est, humilis justitia, recta forsan, sed non pura: nisi fortè meliores nos esse credimus, qam patres nostros, qi non minùs veraciter, qam humiliter, ajebant; Omnes justitia nostra tanqam pannus mulieris menstruata.* Idem de verb. Origen. *ex personâ Pavli, sed verbis* Jobi c. 9. v. 15. *Etsi justus fuero, non levabo caput: qoniam omnes justitia mea tanqam pannus menstruata coram illo.* Idem in dedicat. Eccl. Serm. 5. *Ipsa justitia nostra omnes ad lumen veritatis inspecta, velut pannus menstruata inveniuntur.* Idem in Psal. 90. Ser. 1. *Si fideliter qis computet, facile ei erit advertere, omnes justitias suas qasi pannum menstruata reputari.* Idem de verb. Apost. Cor. Ep. 1. c. 1. v. 31. *Perfecta & secura gloriatio est, cum veremur omnia opera nostra, & cum, cum Esajâ Prophetâ omnes justitias nostras non aliud qam pannum menstruata reputandas esse cognoscimus.* Et in Fest. omnium Sanct. Serm. 1. *Qid potest esse omnis justitia nostra coram Deo? nonne juxta Prophetam velut pannus menstruata reputabitur, & si districtè judicetur, injusta invenietur omnis justitia nostra, & minus habens.* Ita constanter Bernardus: neqe enim est Bernardus sed Gvilielmus à S. Theodorico, liber ille de *amore Dei*, qi inter Bernardi tamen opera prostat; cujus cap. 8. ad opera refertur citra Deum in Christo præstita. Verum eodem trahit Dionysius Carthusianus in Psal. 132. *Ezechias, Jeremias, &c. non simpliciter, sed more humano se justos dixerunt, scientes utiqe, qod omnes eorum justitia essent coram Deo, sicut pannus menstruata.* Et Ferus in Matth. c. 12. v. 34. *Imò etiam in bonis operibus nostris nonnihil mali concurrit. Omnes*, inqit, *justitia nostra tanqam pannus menstruata. unde hoc provenit nisi ex reliqiis ipsius Adam?* Idemqe in Joan. c. 3. v. 13. *Bona opera nostra nonnihil habent imperfectionis, imò plerumqe avt per vanâ gloriâ, avt aliud qiddam veteris hominis vitium inficiuntur, ut verissimè dictum sit, omnes justitia nostra tanqam pannus menstruata.* Et rursus in Rom. 3. 10. *Reverâ facti sumus immundi omnes, & tanqam pannus menstruata omnes justitia nostra. si in bonis etiam deficimus, qid in malis fiet? Hæc avtem imperfectio bonorum operum hinc est, qod tametsi Christo insiti sumus, nondum tamen planè interiit Adam ille vetus: qo fit, ut cum Christus opus aliqod bonum inchoat, Adam adveniens id ipsum vitiat vel corrumpit.* Qæ omnia cum multis eodem locorum in eandem sententiam aliis deleri jubet Index expurgatorius Hispanus. Eodem trahunt &, præter è nostris Lutherum Assert. Artic. 31. Oecolampadium, Borrhaum, Bulengerum, Snepfium in Esajam. c. 64. Perkinsum in Catholic. reform. c. de justific. Abbotsium in defens. Perkins. part. 2. c. 4. sect. 3. Chamierum Panstrat. tom. 3. l. 11. c. 18. è Pontificiis etiam adhuc recentioribus, Thomas de Vio, Cardinalis Cajetanus in ad Corinth. Ep. 2. c. 5. v. 21. Albertus Pighius controv. de fide & justific. & Thomas Morus in Epist. Apolog. pro Erasmo. Ita, qamvis non sit ista loci hujus mens genuina, qod & Lutherus, Calvinus, & Musculus in locum ipsum agnoscunt; probantqe satis Joannes Fisherus Roffensis Episcopus adversus Lutherum, Robertus Bellarminus de justificat. l. 4. c. 20. & ea Bellarmino Gvilielmus Episcopius adversus Perkinsum: constat tamen ex horum allegationibus, expositionibus, accommodationibus, & antiqis Patribus, & Pontificiis etiam, cum superioris, tum & inferioris ævi, non pavcis, probatam esse eam, qam nostri inde eliciunt, sententiam.

Verum geminus est reverâ locus hic illi Michææ, qi Esajæ commentarii *vicem* poterit præstare. Sic enim is de seculo suo conqeritur cap. 7. v. 2, 3. 4. *Periit benignus è terrâ, rectusqe ex hominibus nullus est: bonus*, sive, *optimus illorum, similis est spina, rectusqe*, sive, *rectissimus, præ spineto*, i. e. *spineto spinosior est. Justitias* dixit Esajas, pro *justis*, sive *justissimis* etiam, (sicut contra *iniqitas* pro *iniqis*, Hymn. 119. v. 133. *peccatum*, pro *peccatoribus*, Hebr. c. 12. v. 4. *circumcisio*, pro *circumcisis* Rom. c. 2. v. 26. & c. 15. v. 8.) qos *rectos*, sive, *rectissimos*, Michæas. Ut sit sensus, *Etiam qi justissimi sanctissimiqe videntur inter nos, impurissima cujusqe rei similes sunt.* Qomodo Michæas, *Qi optimi rectissimiqe, spinis & vepribus meritò comparari possunt, vel sunt istis etiam damnosiores noxiiqe magis:* avt, si simplicius sumere citra tropum ejusmodi libuerit, *Justitia nostra omnis, etiam speciosissima, qam prætendimus scilicet & profitemur, est mera immunditia, & abominabilis cumprimis.* Qalis est impiorum pietas fucata, qum vel pietatis opinionem avcupatur, vel sceleribus etiam conficiendis celandisve prætexitur. Parœm. c. 15. v. 8. & 21. v. 27. Reg. l. 3. c. 21. v. 9. Atqe ita ferè post Camium Judæum, Gaspar Sanctius, & Hugo Grotius, ex cap. 1. v. 11, —15. & c. 66. v. 3. Qanqam ipse, Vatem cum Vate dum compono, priori potius illi interpretationi inhæreo; ut abstractum pro concreto, adjunctum pro subjecto sumatur; locutione Hebræis admodum familiari. Sic enim און *injuria, vexatio*; pro, *homine injuria*, sive *vexationis*, i. e. injuriæ vexationive dedito. Hymn. 119. v. 133. ea mens loci genuina. Seqitur enim, *Vindica me ab hominis oppressione.* Nec secus *ἁμαρτίαν* sumpserim, ad Hebr. c. 12. v. 4. Ita Hymn. 36. v. 11. רגל גאות *pes superbiæ*, pro, *pede viri superbiæ*, i. e. superbi. שלום *pax*: pro *viro pacis*, i. e. pacifico. Hymn. 120. v. 7. תושיה *sapientia solida*, pro *viro solida sapientia*, sive solidè sapiente. Mic. c. 6. v. 9. אולת *stultitia*; pro *muliere stultitia*, sive stultâ muliere. גבורה *robur*, pro *viris roboris*, sive robustis. Esaj. c. 3. v. 25. In istiusmodi verò formulis collationis gradum summum pluralibus adhibitis exprimere assolent. Sicut enim *sapientias* dicunt, pro sapientiâ summâ. Parœm. c. 1. v. 20. & c. 9. v. 1. ita איש תבנות *virum intelligentiarum* dicunt, pro viro intelligentissimo. Parœm. c. 11. v. 12. Et איש חמדות *virum desideriorum*, sive, *amœnitatum*; pro viro desideratissimo, sive amœnissimo, Dan. c. 10. v. 11—19. Et simpliciter etiam nomine regente subjecti indice suppresso, חמודות אתה *desideria*, sive, *amœnitates, es*, i. desideratissimus, sive amœnissimus. Ibid. c. 9. v. 23. nec aliter Cant. c. 5. v. 16. כל־מחמדים *totus est amœnitates*, h. e. totus est amœnissimus; sive qicqid est illius, amœnissimum est. Et istic pariter *justitiæ*; pro *viris justitiarum*; eis utiqe qi justissimi sive integerrimi sibi videntur vel pro ejusmodi aliis qoqe habentur, & præ reliqis haberi possint. Cæterum qocunqe modo ista sumpserimus, certum est

utro-

utrobiqe, cum *bonos rectosqe defecisse prorsus; optimos rectissimosqe maleficos & impurissimos esse; neminem qenqam superesse, qi Dei nomen invocet, avt ad Deum apprehendendum excitet sese*, conqeruntur isti; de corpore populi Judaici ita esse accipiendum ut tamen vates uterqe, cum piis pavculis necessariò sint eximendi. Neqe enim probandum existimo, qod tamen Zvinglio visum, ut per interrogationem legatur, *Nullus est qi nomen tuum invocet*, &c? Avt qod Brentius, *Nemo qi ita invocet, ut liberationem obtineat.* Qem nec in eo seqi possum, qod superiora sic explicat; *Nos omnes, sive justi sive injusti, tractamur ut immundi: è locis sanctis in exilium ejecti, & in oculis hostium tam abominabiles habemur, ut existiment se etiam aspectu nostro sordidari. Etiam omnes justitia nostra, h. e. omnes justi inter nos tractantur & abjiciuntur, velut impurus pannus menstruata, à qo etiam vultum suum avertunt, qicunqe eum viderint.* Etiamsi apud Camium Judæum istiusmodi etiam qippiam suggestum offendam, qi tamen ipse qid hic sentiat est superius indicatum. Isti inqam, explicationi assentiri non possum, qum ea qæ sequntur aliò prorsus concedant. Nec secùs sane sumendum videtur, qod David suo seculo apud suos, *benignos ac veraces penitus defecisse, neminemqe* esse pronunciat, *qi vel Deum reqirat, vel boni qicqam exeqatur.* Qocunqe enim modo intelligere libuerit, constat planè Davidem se, cum *gente justâ*, qam loqitur, è numero illorum, qos tam dirè exagitat, exceptum voluisse.

Verum nisi adeò universalia fuerint ista, ut *totum genus humanum*, imò *totum generis humani*, nec genera tantùm singulorum, sed singulos generum, uti loquntur, comprehendant, qi poterunt instituto Apostolico convenire?

Hic verò sudatur satis: nec se facilè expediunt pleriqe. Neqe verò, si exitus hic nullus pateret, ideò ad ea confugere necesse, qæ testimoniorum contextus ipse falsi liqidò evincit. Tantùm enim non clamat & clare vociferatur dictionis propheticæ series, (qod Junius tamen tam præfractè negat) *prophetas* in locis illis omnibus *ad personas, cavssas, facta, & tempora particularia respexisse.* Alii itaqe aliter nodum hunc exolvere nituntur. Primò respondent nonnulli, referente, nec improbante Junio, in qibus est Hyperius, *comparationem rerum illarum particularium & variorum temporum, puta Davidis atqe Esaja, institui cum illis temporibus, qibus hac à Pavlo scripta sunt: cumqe in republica Judaorum olim omnium castissima sanctissimaqe fuerint illa tempora, qibus David & Ezechias regnum obtinebant, si ea tanta corruptionis & impietatis nomine reprehenduntur, multò magis catera, & hac pracipuè, qibus Apostolus vivebat.* At 1. ut de Ezechiâ nihil dicam, non regni sed exilii Davidici tempora eo loci delineata videntur. 2. nec temporum collatio istiusmodi ab Apostolo videtur instituta. Secundò, *respondere non incommodè* posse Junius ait, *inductione usum Apostolum, qa ne longior esset, eorum temporum tantùm exempla produxisse, qa fuerant omnium purissima. Judai omni tempore fuerunt peccatorum rei, temporibus Mosis, Judicum, Regum, captivitatis, reversionis, cateris nam si his qibus ad Deum proximè accedebatur, de qibus David & Esajas; in cateris multo magis. Ergò Judai omnes tenentur peccatis rei.* Verum eodem vitio laborat responsio ista, qo prior illa: nec purissima, sed profligatissima fuerunt tempora illa; & inductio manca ac restricta nimis videtur. Tertiò, respondent alii, Calvino referente: *non urgeri à Pavlo testimonia ista, qasi dixissent ii naturaliter vitiosos esse homines, sed proponi hanc similitudinem, qod cum proceres electi populi tam scelerati fuerint, nil mirum sit injustitiam passim regnare in mundo.* Verum, Calvino censente, *frigida nimis est solatio ista*; nec reverâ commoda satis videtur: qum Pavli scopus sit ostendere, non partem hominum majorem; sed genus totum humanum peccati reum teneri. Qartò, respondet Calvinus ipse, *Etiamsi in hostes suos peculiariter invehatur, tacitè tamen* (qod & *minimè dubium* esse fidenter pronunciat) *à Davide conferri cum Dei filiis, qicunqe non sunt spiritu regeniti, sed seruntur carnis sua ingenio.* Verum qod tacuit Vates ipse, unde nobis innotescit? certè non magis collationem universalem istiusmodi David istic instituisse videtur, qam avt Esajas c. 59. avt è sacris Vatibus alius qisqam, ubi in suorum scelera & flagitia invehitur. Qintò, respondet Bucerus, *Sufficere ad Apostoli institutum ista; qod sit probare, legem ad id non valere, ut justitiam sectatoribus suis concilict: nam dum adeò non potuit injustitiam arcere, qin ii qi pracipui videri legis judices volebant, ad unum omnes injustitia toti servirent, effectum est, legis ope solâ, neminem justitia fore compotem.* Sed nec ista satisfaciunt: neqe enim hoc ab Apostolo disceptatur, lex homines ab iniqitate & injustitiâ abducat, necne: verum an legem qisqam adeò accuratè observaverit, ut nullius delicti reus censeatur, sed observationis exactissimæ ratione justus censeri, ac justificari possit. Sextò, Rollocus, *Apostolum ea qa a Prophetis sunt dicta in hypothesi, h. e. de certo qodam populo, qod fuit in certo tempore, ad thesin transferre; nec modò ad universam Judaorum gentem, sed ad universum genus humanum in se extra Christum consideratum: qia omnes homines naturâ suâ tales sunt, qales describuntur isti, de qibus locuti sunt Propheta.* Verum istud τὸ κρινόμενον poscere videtur: præsumit enim, qod probandum proposuerat Apostolus, *homines peccati reos teneri, eoqe nomine judicio divino subjacere.* Amplius itaqe aliqid adjectum oportet, qo ad Apostoli cavsiam obtinendam ista valere comprobetur. Sic ergò mihi procedere videtur ratiocinatio Apostolica. Qo omnes in universum mortales confirmet esse ab ortu etiam ipso vitio obstrictos; genus totum humanum in duas partes dispertitur, Judæos & Exteros. Exteros qod attinet, primo loco, capite primo, & secundi etiam parte priore, ostendit, horum qoqe, qi rerum divinarum notitiâ maximè pollebant, sapientiamqe præ cæteris professi fuerant, impietate tamen & impuritate insigniter fuisse contaminatos. Eaqe vitia, qæ ejusmodi esse lux ipsa ingenita, lexqe insita liqidò satis prodebat, apud istos passim dominium exercuisse. De Judæis idem ceperat indicare, capitis secundi parte posteriore: ex his etiam qi legis divinæ notitiâ præ reliqis plurimum gloriabantur, nec flagitiis tamen avt facinoribus immunes extitisse. Verùm qia Judæi indignè laturi videbantur, cum exteris semet hac in parte componi; ad hoc ampliùs demonstrandum sese rursus hic accingit; & ex propriis ipsorum monumentis ostendit clarissime, impietates ac scelera omne genus etiam apud istos vigvisse; imò adeò longè lateqe pervasisse, ut eorum pars maxima, imò totum qodammodo corpus populi ac politiæ istius, labe lueqe pestiferâ hac corruptum & coopertum fuerit. Hinc avtem concludere in proclivi fuerat, qum inter exteros etiam animi culturam & sapientiæ studium nomenqe professos, Judæos qoqe institutionis divinæ insuper participes, vitia scelerаqe tam fœda, tam immania, eaqe tam freqentia, tam per universos propemodum grassantia, obtinuerint, fieri non posse, qin tota generis humani massa sit ab origine vitiata, nec à vitii hujus contagie mortalium qenqam immunem prorsus deprehendi.

Viderunt ex parte & agnoverunt hoc etiam Exteri ipsi. Plato de legib. *l.* 6. Ἄνθρωπος, παιδείας μὲν ὀρθῆς τυχὼν καὶ φύσεως εὐτυχοῦς, θειότατον ἡμερώτατόν τε ζῷον γίγνεσθαι φιλεῖ· μὴ ἱκανῶς δὲ ἢ μὴ καλῶς τραφὲν, ἀγριώτατον, ὁπόσα φύει γῆ. *Homo, disciplinam rectam cum indole felici sortitus, divinissimum & mansvetissimum animal solet evadere: caterum ni probè satis educatus & institutus fuerit, ferocissimum est omnium qa terra gerit.* Aristoteles Politic. *l.* 1. *c.* 2. Ὥσπερ γὰρ τελεωθὲν, βέλτιστον τῶν ζῴων ἄνθρωπός ἐστιν· οὕτω καὶ χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης, χείριστον πάντων. *Qemadmodum enim homo disciplinâ consummatus, animantium omnium præstantissimum evadit: ita idem à legum instituto jureqe sejunctus, omnium pessimum existit.* Polybius Histor. *l.* 1. Ταῖς ψυχαῖς πολλάκις ἐπιφύονται μελανίαι καὶ σηπεδόνες, ὥστε μηδὲν ἀσεβέστερον ἀνθρώπου, μηδὲν ὠμότερον ἀποτελεῖσθαι τῶν ζῴων. *In animis hominum sæpenumerò ea ingenerantur fuligines, & corruptela ejusmodi, ut nullum animal inveniri possit, qod impietate ac crudelitate homo non superet.* Disertissimè Plutarchus *de audiendo*: Ὁ γὰρ παντάπασιν ἀκροάσεως ἀπεσχημένος ὁ νέος, καὶ λόγου μηδενὸς γευόμενος, οὐ μόνον ἄκαρπος φύεται καὶ ἀβλαστὴς πρὸς ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ

διαστρέφοντα πρὸς κακίαν, ὥσπερ ἐκ χώρας ἀκινήτου καὶ ἀργῆς. ἄγρια πολλὰ τῆς ψυχῆς ἀναδίδωσι, δῆλός ἐστι· τὰς γὰρ ἐφ' ἡδονὴν ὁρμάς, καὶ πρὸς πόνον ἀποδράσεις, ἢ ὑπονοίας, οὐδ' ἀπὸ λόγων ἐπεισάκτους, ἀλλ' ὥσπερ αὐτόχθονας ἔχει μυρίων παθῶν καὶ νοσημάτων πηγάς. ἐὰν ἐᾷ τις ἀφέτους ᾗ πεφύκασι χωρεῖν, καὶ μὴ λόγοις χρηστοῖς ἀφαιρῶν ἢ μεθιστάς, κατακοσμῇ τὴν φύσιν, οὐκ ἔστιν ὃ τῶν θηρίων οὐκ ἂν ἡμερώτερος ἄνθρωπος φανείη. *Hoc utique clarum est adolescentem, si à disciplinâ omni arceatur, nec sermonem ullum qo eradiatur, gustaverit, non modo sterilem prorsus, fore, virtutem qod attinet, ut nihil fructus germinisve ejusmodi producat, sed & ad vitia facilè desciturum, agrestia multa ex animo, tanqam ex terrâ incultâ & inexercitatâ, emittentem: impetus enim animi ad voluptatem ferentes, sinistrasqe de labore suspiciones, habet, non extrinsecus illapsos, avt sermonibus immissos, sed indigenas qosdam, innumerabilium affectuum morborumqe fontes: qos si qis demissos permiserit qâ sunt nati, procedere, nec institutis bonis tollendo, nec divertendo, naturam composuerit, nullum utiqe est animal, qod non homine mansuetius sit futurum.* Nihil poterat efficacius dici, siqidem enim citra culturam adhibitam vitia pullulantia, & sponte suâ progerminantia, mali vitiiqe radices fontesqe (ut ille loqitur) indigenas intus delitescentes arguunt: qanto magis nativam, ac per conseqens universalem, labem liqidò produnt, scelera omne genus, flagitia, facinora execranda, tam freqenter feraciterqe prodeuntia, & prorumpentia, etiam ubi cultura non humana tantùm, sed divina qoqe assiduè seduloqe adhibita fuerit? Ita pulcrè procedit, fortiterqe concludit, si accuratiùs perpendatur, argumentatio Apostolica, nec est qod ad ea ἀποφυγὰς & suffugia divertamus, qæ dictionis propheticæ contextus respuit.

Jobi cap. eodem 14. vers. 10. וגבר ימות ויחלש ויגוע אדם ואיו & vers. 14. אם ימות גבר היחיה Græci: Ἀνὴρ δὲ τελευτήσας ᾤχετο· πεσὼν δὲ βροτὸς οὐκ ἔτι ἐστί. — ἐὰν γὰρ ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, ζήσεται. priore loco ואיו legisse videntur, posteriore, interrogativæ particulæ rationem nullam habuerunt. Latinus; *Homo verò cum mortuus fuerit, & nudatus atqe consumptus, ubi qæso est? — Putasne mortuus homo rursus vivet?* Cyrillus, an Joannes potius Hierosolymitanus *Catechef.* 12. ne resurrectionis fidei detractum Jobi verbis illis ipse videatur, priora interrogativè, tanqam si negent, posteriora enunciativè, tanqam affirment, interpretatur. Ἀνὴρ δὲ τελευτήσας ᾤχετο; πεσὼν δὲ βροτὸς οὐκ ἔτι ἐστί; & exponit δένδρον γὰρ πεπτωκὸς καὶ ἐγερθήσεται τὸ δένδρον, ἄνθρωπος δι' ὃν τὰ ξύλα γέγονεν, οὐκ ἐγερθήσεται; (Qod Pedo, sed mente pavlò diversâ, carmine in obitum Mæcenatis lugubri;

Redditur arboribus florens revirentibus ætas.
Ergo non homini, qod fuit ante, redit?)

& mox ne vim facere dictioni videatur; Ἀνάγνωθι τὸ ἀκόλουθον. μετὰ τὸ εἰπεῖν ἐρωτηματικῶς, Πεσὼν δὲ βροτὸς οὐκ ἔτι ἐστί; λέγει, ἐὰν γὰρ ἀποθάνῃ ἄνθρωπος, ζήσεται. *Lege qod seqitur. postqam interrogativè dixerat, Homo ubi ceciderit, non est amplius? dicit, siqidem enim mortuus fuerit homo vivet.* In eandem mentem Tigurinus: *Et vir langvore confectus morietur? & homo expirabit, ut nuspiam superstes sit?* Oecolampadius: *Si vir morietur, dum occiditur, & expirabit, nusqamne erit? non iterum comparebit? non & illum odor aqæ* i.e. *Spiritus Christi resuscitabit?* Qi & interrogativè efferri vult, qod vers. 12. habetur, *Et vir dormiet, & non resurget?* & vers. 14. sed negativâ interstitâ, *si morietur vir, non vivet?* Gvalterus itidem: *Et vir langvore confectus morietur, & homo expirabit, ut nusqam superstes sit?* q. d. *cum arbores mortuæ repullulent, qis tam cæcus fuerit, ut hominem æternâ morte sopiri putet, absqe omni restitutionis spe?* Verum ista cum contextum ipsum vitiant particulas nunc addendo, nunc demendo; tum & dictionis scopo primario prorsus adversantur; qi is est, ut hominis miseriam vanitatemqe modis omnibus exaggeret; non ut vitæ post hanc futuræ spe expositâ solatii qicqam in malis mediis sibi sufficit. Verba Jobi diserta sunt, *Moritur vir, exciditurqe; & expirat, & ubi est? — Vir decumbit, nec resurgit. — Si mortuus fuerit vir, num victurus est?* Neqe vero verendum est, si Jobi verba, prout ipse protulit, sumantur, resurrectionis fidei speive decessurum qicqam. Avt ad suffugia illa, frivola satis, confugere opus erit: ut vel cum Chaldæo, de *viro malo* intelligamus, qod dictum est, *non fore ut reviviscat denuò.* qod absolutè enunciatum falsi facilè convincitur: qum *resurrectio tam malorum qam & bonorum* futura sit. Act. c. 24. v. 15. vel ex alienâ personâ Jobum ista locutum velimus, qomodo Salomon in *Ecclesiaste* havd pavca; qod qibusdam placuisse monet Philippus; sed nec verisimilis, nedum veri speciem ullam habet. avt illud, *Putasne mortuus homo rursus vivet?* qod ab Hebraicâ tamen lectione recedit; tanqam per admirationem, non per dubitationem, nedum rejectionem atqe negationem vehementiorem, dictum accipiamus. qod contendunt frustra Gregorius, Philippus, Hugo, Lyranus, cum in promptu sit verba simpliciter interpretari, vel de *tempore seculi* hujusce; non fore ut reviviscat homo jam mortuus, qamdiu consistet orbis iste, sive donec is esse desierit. *non expergiscetur*, inqit, *donec cæli amplius non existant.* v. 12. *i. e.* donec venerit finis mundi hujus; qando *cæli transituri* sunt. Pet. Epist. 2. c. 3. v. 10. atqe ita Gregorius, Philippus, Hugo. vel (si id minus placet, qia aliter formulam istam interpretantur nonnulli, è qibus sunt Mercerus, Junius, Merlinus, Piscator, *usqe dum cæli non futuri sunt.* i. e. *nunqam.* Ex Hymno 72. v. 7.) de *vi naturæ*, non posse vi ullâ naturali vitam mortuo restitui: atqe ita Lyranus, Vatablus, Mercerus, Merlinus. Vel etiam de *vitæ ratione*; non reversurum ad vitam eam, qam hic egerat, denuò colendam, sorteqe in eâ lætiore fruendum qod c. 7. v. 10. dixit, *non reversurum ampliùs ad domum suam.* Et David de infantulo suo, *non est ad me reversurus.* Reg. l. 2. c. 12. v. 23. atqe ita etiam Cyrillus, Philippus, Lyranus, reliqi illi, qi *nunqam* id qod dicitur, futurum statuunt. Deniqe havd malè Esdræ filius: *sic dixit Job, mortuus non reviviscet: qomodo David, spiritus est qi abit & non revertitur; Hymn. 78. v. 39. cum tamen vivificationis futuræ meminerit. Hymn. 104. v. 30.* Eâdem avtem planè, qâ Job istic, imagine usus etiam est Moschus in mortalitatis humanæ statu irreparabili deflendo, *idyll.* 3. verbis versibusqe istis;

Αἲ αἲ, ταὶ μαλάχαι μέν, ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται,
Ἠδὲ τὰ χλωρὰ σέλινα, τό τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον,
Ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι·
Ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
Ὁππότε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
Εὕδομες εὖ μάλα μακρόν, ἀτέρμονα, νήγρετον ὕπνον.
Eheu, malva tenella, virenti ubi deperit horto,
Atqe apium, & latum, comis cui crispatur, anethum,
Inde renascuntur, anno rediviva seqenti:
Nos homines, qi vi tantum, qi mente valemus,
Mox ubi concidimus, gelidâ tellure repositi,
Rursus nunqam expergiscendi deinde, miselli
Dormimus bene longum, altum, sine fine soporem.

Interest, qod vir sanctus non sine restrictione aliqâ, qod dixit, poeta absolutè prorsus, intelligi volebat.

Verba ista Domini Jeremiæ c. 31. v. 32. ואנכי בעלתי בם καταφατικῶς prolata censent pleriqe. David Camius, *Etiamsi ego dominarer illis, essemqe eis in Deum, illi tamen irritum fecerunt fœdus meum.* Chaldæus. אתרעיתי *& ego illis societate conjunctus.* Hieronymus, *Pactum qod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum.* Qod meliùs Pagninus, eis. Castellio; *Qod meum qidem imperantis eis fœdus violarunt.* Tigurinus. *Qod fœdus meum ipsi irritum fecerunt, & ego ostendi me esse Dominum eorum.* Vatablus. *Factus sum qasi vir eorum, vel functus sum veri sponsi officio erga illos.* Calvinus. *Ego tamen dominabar ipsis: ut hoc velit, moderatiùs ac humaniùs cum eis egisse Deum, qam Reges Dominiqe cum suis soleant, qi edicta suis promulgant potiùs, qam fœdera cum eis ineunt.* Genevensis & Regiæ editiones nostræ. *Etiamsi ego illis maritus,* sive *conjugio junctus, essem, i. e. qamvis ego me ut maritum declaraveram erga eos: nempe, per varia beneficia. Sicut Hos. c. 2. v. 7, 8.* Piscator. Græci verò interpretes qos LXX. dicimus, καὶ ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν. *& ego neglexi eos.* Qod & Apostolus retinuit, ad Hebræos c. 8. v. 9. Hos itaqe געלתי legisse Piscator avtumat, i. e. *fastidivi eos.* Sicut supra c. 14. v. 19. אם בציון געלה נפשך *num fastidit*

det Sionem anima tua? qam lectionem probat & Modus noster. At vero Joseph Davidis pater, referente filio, ipsum בעלתי exponit בחלתי & hoc rursus קצתי *fastidivi*: qo sensu sumitur Zachar. c. 11. v. 8. ובחלה נפשם בי *& fastidivit me illorum anima.* Nisi forsan בעלתי pro בחלתי scriptum voluit. Sed illud magis videtur; qia expositioni suæ firmandæ regulam istam substernit: כי לשון בעילה בעל שהוא קשור בבית הוא לשון גנאי *Verbum ubicunqe cum* ב *construitur, ignominiæ & dehonestamenti significatum habet; sive ignominiosum & contumeliosum aliqid sonat.* Sed falsa est omninò præscriptio ista. Siqidem bis tantùm in constructione istiusmodi verbum בעל in sacris reperitur codicibus. Locus uterqe in hujus ipsius Vatis scriptis, & eisdem ferè utrobiqe verbis, habetur: alter est, qem nunc in manibus habemus; alter, cap. 3. v. 14. ubi sensum qem is poscit, contextus series, nullo modo admittit: hortatur enim Deus populum suum, qi idola prosecutus fuerat, ad sese reverti, adhibito argumento hoc, כי אנכי בעלתי בכם *Qia ego sum conjugio junctus vobis; & vos ad me recipiam.* Cæterum V. C. Franciscus Junius, qo cum Vatis verbis versionem Græcam ab Apostolo admissam conciliet, qæ aliud prorsus præ se ferre videatur, ἐρωτηματικῶς illa proferri vult, ac si dicatur, *& ego conjugio junctus mansissem eis? indignantis,* inqit, *Dei verba, qæ ad evidentiam majorem, negatione categoricâ expressit Apostolus.* De qo aliorum per me judicium esto. Ego ad priora illa propendeo magis. Et Apostolum existimo versionem Græcam eam retinuisse, licet ex parte minùs sanam, qia tunc temporis sola apud Hebræos ἐνδιαζόντως recepta.

Michææ c. 5. v. 2. ואתה בית־לחם אפרתה צעיר להיות באלפי יהודה LXX. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα. Latinus Vetus. *Et tu Bethlehem Ephrata, parvulus es in millibus Juda.* Melius Piscator, & Junius ferè; *At te qod attinet, Bethlechem Ephrata, minima ut sis in millibus Juda, ex te (tamen) prodibit mihi, qi futurus est dominator in Israele.* Verbis ipsis inhærere si libuerit, ita fuerit vertendum; *Et tu Bethlehem Ephratæ, parvus esse,* (sive, *ut sis,* vel, *ut recensearis,* uti Chaldæus habet) *in chiliadibus Juda; ex te mihi prodibit,* (qi futurus est) *dominator Israelis.* At Evangelista, an scribæ apud Evangelistam ab Herode consulti, Matthæi c. 2. v. 6. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα, &c. *Et tu Bethlehem terra Juda, neqaqam es minima inter duces Juda: ex te enim prodibit dux, qi pascet,* vel, *reget, Israelem populum meum.* Qin & Origines *adv. Cels. l. 1.* Græcam versionem negativâ intersitâ laudat: Καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, οὐκ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα. Et Joannes Chrysostomus, *Orat. qod Christus Deus, & Orat. de Trinitate.* Nec secus in versione τῶν LXX. Latinâ apud Hieronymum reperitur, *Neqaqam minima es, ut sis in millibus Juda.* Sed vitio manifesto; cum Hieronymus ipse in *commentariis* aliter planè, qam Evangelistam eos habere palam profiteatur. Augustinus verò *de Civit. Dei l. 18. c. 30.* illa Michææ verba Latinè sic refert; *Et tu Bethleem domus Ephrata, neqaqam minima es, ut sis in millibus Juda.* Mitto reliqas discrepantias, sive ἐναντιοφανῆ: illud tantum attingo, qod minima esse ibi affirmatur, istic negatur. Discrepantiam ergo nonnulli non specie tenus tantum, sed reverâ subesse neutiqam diffitentur. Nec de conciliatione satagendum existimant: qum verba vatis apud Evangelistam vitiata liberè fateantur. Vitium id alii Evangelistæ ipsi adscribunt, qi memoriâ lapsus parum rite retulerit. Ita ex qorundam sententiâ Hieronymus *in Mich. l. 2.* (qod & Erasmus in *annot. ad Matth.* probare videtur) *Evangelistas & Apostolos, non ex libris, semper testimonia carpere, sed memoriæ credere, qæ nonnunqam fallitur.* Idqe hoc loco contigisse: qod mihi nefas admissu semper habebitur. Siqidem, ut Augustinus *de Consens. Evangel. l. 2. c. 12. Omnem falsitatem abesse ab Evangelistis decet, non solùm eam qæ mentiendo promitur, sed etiam eam qæ obliviscendo.* Alii non Evangelistæ, sed *scribis & sacerdotibus improperant, qi per imprudentiam & incogitantiam sic enunciaverint.* Ita Hieronymus ipse, qi ideo opinatur *horum verbis Evangelistam prophetiam istam prodi-*

A *disse, qo eorundem circa divinæ scripturæ lectionem negligentiam argueret.* Sed nec istud verisimile videtur, in re tanti momenti tam supinos fuisse, præsertim cum codices præstò essent, qos consulere promptum erat. Alii deniqe nec scribis & sacerdotibus, qi ita protulerint, prout apud Prophetam habebatur, nec Evangelistæ etiam, qi ita clarè retulerit, prout ab eis est prolatum, sed Matthæi interpreti culpam hanc tribuunt. Hæc est Jacobi Fabri sententia: qi *Matthæum Hebraicè scribentem* censet *Prophetæ verba ipsissima posuisse, qæ post Græcè vertendo depravaverit interpres.*

B Verum ista fundamentis, non vanis tantùm & incertis, sed fidei pietatiqe adversis innituntur. Siqidem, cum Evangelium sumit Hebraice à Matthæo scriptum, qod etiamsi Irenæus *l. 3. c. 1.* prodiderit, à vero tamen prorsus abhorrere videtur: tum Græci contextus, qi solus extat, (nam Hebraicæ qæ extant editiones, eas recentioris esse ævi, res ipsa tantum non vociferatur clarissimè) fidem infringit, avtoritatemqe penitùs tollit. Interpretatio verò dictionis propheticæ qam is exhibet, tantùm abest ut Evangelistam cum Vate componat, ut discrepantiam etiam multo majo-
C rem, & qæ conciliationem omnem planè respuat, inducat. Siqidem de Christo ipso dici vult, qæ ad locum Christi natalem Evangelista retulit. Sic enim Vatis verba vertit, *O tu Bethleem Juda, parvulus ut sis in millibus Juda, ex te mihi egredietur: Parvuli* avtem nomine Christum statuit designari: ex illis Esajæ c. 9. v. 6. *Parvulus nobis datus est.* Cui favere videri possit, & alter ex eodem Vate locus c. 60. v. 22. *Parvus erit in millenos, & minimus in gentem numerosam.* Qæ verba respexisse scribas Franciscus Junius opinatur, vaticinium istud sic efferendo, qomodo Evange-
D lista prodidit. Verum nos, nodum qi solvat qærimus, non qi constringat arctius, multo minus, qi exolvendi spem omnem præcidat.

Ad illos igitur transimus, qi discrepantiam tollere, & cum Vate Evangelistam conciliare annituntur. Nec operæ pretium hic fuerit, multis disceptare, Scribarumne verba, qod post Hieronymum, Anselmo, Thomæ Aqinati, Cajetano, Junio, Maldonato, Cano *loc. Theolog. l. 2. c. 14.* placuit, an sua ipsius; ad Vatis mentem accommodata, qod aliis visum, posuerit: cum parum in-
E tersit, hoc an illud dicatur, modo à dictionis Propheticæ mente sit aberratum. Alii itaqe ita cum Vate Evangelistam componunt, ut etiamsi verbis pugnantia pronunciasse videantur, respectu tamen diverso utrumqe vere dicatur. Atqe hac in parte vix est dignus commemoratu Ambrosius (si is saltem est qi *Epist. 18.* allegoriis indulgendo nugatur planè, dum *Bethleem* nomine *Ecclesiam* intelligit. *In parvioribus,* inqit, *est,* (sic enim reddit ὀλιγοστὸς εἶ) *qia pauci sunt, qi intrant in domum panis per angustam viam. Et non est in parvioribus. i. e. de proficientibus, qæ Christum non agno-*
F *vit: nec minima est, qæ est domus benedictionis & divinæ gratiæ receptaculum: & in eo minima, cum is qi aliqid confert Christo, videtur deferre. Matth. c. 25. v. 40.* Ut Bethleem scilicet Ecclesiæ typum præferat. Solutio istic receptissima est, ut minima dicatur à Vate Bethleem, ratione status ac conditionis externæ, cum nec ambitus, nec splendoris eximii alicujus urbs esset; *haud minima* tamen eadem, sed vel maxima amplissimaqe ab Evangelistâ vel scribis meritò prædicetur, ob mundi Salvatoris Regisqe æterni indidem oriundi natales, qi summam illi celebritatem sint concilia-
G turi. Ita qod ille enunciato discreto usus dixit, *Tametsi minima sis,* qoad conditionem externam, scilicet, *tamen ex te prodibit Christus:* hoc illi in enthymema resolutum sic efferunt; *Non es minima, etiamsi videaris esse: ex te enim prodibit Christus;* Concedunt in hanc partem Chrysostomus, Theophylactus, Evthymius, Remigius, Lyranus, Hugo Cardinalis, Arias Montanus, Calvinus, Gvalterus, Brentius, Piscator, Junius in *Paral. l. 1. p. 5.* qi & *scribas eo modo protulisse* opinatur, *respicientes ad beatissimum illud tempus, qo Herodem affici videbant Messiæ commemoratione: tanqam si dixissent, fuisse qidem minimam in ducibus Juda priscis temporibus, sed hoc suo tempore, non ampliùs minimam esse, sed amplitudine & gloriâ cum aliis comparandam propter Christum alumnum suum.* Atqe hi qidem agnoscunt, ver-

ba si spectantur, non idem utrobiqe dici, sed qod alterum tamen alteri nevtiqam repugnet, cum respectu diverso utrumqe verè dicatur: ad qos etiam proximè accedit Rupertus à Flacco Illyrico *Clavis part.* 1. adductus: *Parvula es in oculis hominum, sed neqaqam minima es in oculis Dei.*

At non desunt, qi nec verba ipsa non idem planè sonare utrobiqe contendant, si accuratiùs perpendantur. Hoc avtem demonstrare conantur alii Evangelistæ verba ad Vatis mentem trahendo, alii Vatis ad Evangelistæ mentem accommodando. Ex illis est avtor nescio qis à Jansenio lavdatus, qi per hyperbolen à Matthæo dictum accipi posse opinatur, *Neqaqam minima es*, pro eo qod est, *adeò humilis es, ut ne minima qidem vocari possis inter principes Juda.* Verum qod & idem monuit, *intelligentia huic obstat subjuncta cavssalis*; *Ex te enim prodibit, &c.* Ex istis qi sunt vel receptam vaticinii versionem admittunt, vel rejectâ istâ, aliam ab eâ substituunt. Versionem vaticinii receptam qidam admittunt, sed enunciationis modo tantum ita attemperant, ut cum Evangelistæ dictione conspiret prorsus. Ita Maldonatus, qi *Scribas* ait *Vatem cepisse, tanqam ironicè locutum*; *Minima es*, i.e. *esse videris*; *sed non es.* Verum non magis ironicæ locutionis apud Michæam, qam hyperbolicæ apud Matthæum vestigia comparent. Alii ergò Vatis verba non κυριολεκτικῶς sed ἐρωτηματικῶς proferunt, ut negatio etiam vehementior subsit. *At tu Bethleem, num es minima inter chiliadas Juda? q. d. tantum abest ab eo ut minima sis, ut in primis ac amplissimis censeri debeas.* Hanc expositionem referunt Isidorus *Hispal. adversus Judæos* (si Riberæ fides integra) Isidorus Clarius *in Schol. ad Mich. c.* 2. Flaccus Illyricus *in Matth. c.* 2. & in *Clavi part.* 1. Chemnitius *harmon. c.* 10. Ludovicus Vives *in Avg. de Civi. Dei l.* 18. *c.* 30. Cornelius Jansenius in *Concord. c.* 9. Robertus Bellarminus, qi & Matthæum sic legisse affirmat *de verb. Dei l.* 2. *c.* 12. Franciscus deniqe Ribera, qi ut *expeditissimam simul & verissimam istam* (qod *à prioribus insuper habitum* monet) multis ipse confirmare conatur, *in Mic. c.* 2. Itaqe post generalem illam observationem propositam de *sensu* sæpenumerò *pronunciationis ratione adjuvando*; Isidori *adversus Judæos* codices duos, & Biblia Gotthica antiqissima in Ecclesiâ Toletanâ asservata lavdat, in qibus scriptum offendatur; *Et tu Bethlehem Ephrata, nunqid parvula es?* &c. tum qò probabiliorem interpretationem hanc reddat, locum qendam Esajæ, ut ipse avtumat, huic geminum adducit. Qippe qod Esajæ c. 49. v. 6. legitur נקל להיות לי עבר *Leve est præ esse te servum*, i.e. *præ eo ut mihi servus sis.* Et Hieronymus. *Parum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob.* (in qo etiam Salomonem Jairum & Abrahamum Esdræ consentientes habet;) qi exponunt, *Leve est in oculis meis, leve mihi videtur*, &c.) contra LXX. reddidere, Μέγα σοι ἐστὶ τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου. *Magnum tibi est, ut voceris puer*, sive, *servus, meus.* Unde colligit Ribera, eos Vatis verba per interrogationis modum legisse: qomodo & Chaldæus, expressâ interrogandi particulâ, הזעיר לכון דאתון מתקרן עבדי *Nunqid parvum est vobis, qod servi mei vocamini?* qasi de pluribus dictum sit. Cui adjici possunt, qi pariter legunt; David Camius; הנקל *nunqid leve est?* & exponit, לא די לך *an non sufficit tibi?* Et è nostris Junius ac Piscator, qi vertunt, *An vilior videris* (Judæis scilicet) *qam ut sis mihi servus?* Qæ mihi versio & expositio reverâ præ reliqis arridet, qia מן particulæ rationem habet, qam reliqæ illæ non agnoscunt. Sed & Michææ verborum interpretatio ista satis probabilis videtur. Aliam tamen avdiamus.

Agmen itaqe clavdet eorum classis, qi versione receptiore repudiatâ, vaticinii verba hoc modo reddenda censent. *Parum*, sive, *parvum & exiguum qiddam, est, ò Bethlehem, ut sis inter chiliadas*, vel, *chiliarchas Juda.* Qod nihil est aliud, qam qod Evangelista, *Neqaqam minima es in principibus Juda: Nam qi inter principes esse dicitur, non excellit aliis principibus; sed si de eo dicas, Parum est ut sis inter Principes, jam principe major esse intelligitur.* Interpretationem hanc refert Martinus Chemnit. *Harmon. c.* 10. rejicit Melchior Canus *locor. Commun. l.* 2. *c.* 14. refellunt Cornelius Jansenius *Concord. Evang. c.* 9. & Franciscus Ribera in *Mic. c.* 2. primus (puto) in lucem protulit, cujus verbis propositi, qiqe enixè tuetur Andreas Osiander *Harmon. c.* 10. qem secutus est Flaccus Illyricus *Gloss. in Matth. c.* 2. & *Clavis part.* 1. Abrahamus Scultetus itidem in *Exercitat. Evangel. l.* 1. *c.* 55. Interpretationem hanc inde confirmatum it Osiander, qod *Hebræi cum nevtris careant, masculinis qandoqe pro nevtris utantur*: ut Genes. c. 2. v. 18. לא טוב *non est bonum, ut sit homo solus.* Tum qod in inciso posteriore apud Evangelistam, dicti prioris ratio reddatur. Unde seqatur necessariò, in inciso priore de Bethleemo honorificentius aliqid locutum Prophetam. Illyricus verò illum ipsum Esajæ locum, qem Ribera ad interpretationem suam statuminandam adduxerat, ipse in partes suas rapit. Ut sicut apud Esajam c. 49. v. 6. dictum est de Messiâ, *Parum est*, sive, *leve est*, נקל *ut sis mihi servus ad erigendum tribus Jacob, & ad reducendum reservatos Israelis: at ego constituo te in lucem gentibus, & ut sis salus mea usqe ad terminos terræ.* De natali ejus pari modo à Michæâ sit dictum צעיר *parum est*, sive *exiguum qiddam, & nimis infra dignitatem tuam; ut sis æqalis chiliarchis vulgaribus; eris civitas præcipua ac veluti metropolis, utpote qæ toti Israeli, imo mundo toti, Regem dabis Messiam.* Addit Scultetus, *Hebræos non habere qo Latinorum* parum *exprimant: Itaqe necessario Vatem* τῷ צעיר *usum, qo idem indicaret, cum aliud vocabulum non suppeteret.* Sed fugerat Virum doctissimum, havd meminerat saltem, מעט Hebræis sensu isto esse perqam familiare. Cæterum huic interpretationi dum se opponit Ribera Jesuita, inclementer admodum Osiandro dicit, & impotenter nimis in ipsum debacchatur, qod versionem Vulgatam, Pontificiorum Helenam, attingere & redarguere, licet havd immerenter, sit avsus. Nec ad interpretationem tamen cum Illyrico illi communem refellendum adducit qicqam, qod multum in se ponderis habeat. Nam qod avtoritatibus pugnat, & tam indignè fert, *Osiandrum unum* (nec is est solus tamen. aliis enim placuisse Jesuita ipse fatetur) *universis & veteribus & recentioribus translatoribus se opponere*, non advertit homo imprudens, eodem hoc telo lectionem illam jugulari, qam ipse tanto molimine tueri conatur. Tum qod objicit, nomen צעיר *non significare, qod qovis modo parvum est, sed hominem tantùm ætate parvum*, falsum est planè: aliter enim Psaltes est usus Hymno 119. v. 141. ubi dixit, צעיר אנבי ונבזה *parvus ego & despicabilis sum.* Nam insulsè prorsus vulgatus interpres *adolescentulum* reddidit. Nec aliud est זעיר illud Chaldæis; qod latiùs multo sumitur: sicut מצער qoqe qod & hinc ortum habet, Genes. c. 19. v. 20. ubi de *Zoare* urbe inde sic nuncupatâ Lot, והוא מצער & מצער הוא *parvus est*, omninò planè, qo modo de Bethleemo istic, אתה צעיר *parvus es.* Nec aliter interpretes ulli hic exponunt: nam qod Jesuita *adolescentulum* sive *natu minorem* verti vult, an non Osiander illi jure merito regerere poterit; *indignum facinus, Jesuitam unum, omnibus translatoribus cum veteribus, tum & Christianis anteponi?* Mitius agit Jansenius (neqe enim is est spiritus Jesuitici) præscribitqe, *aliam longè esse phrasin in Esaja loco illo, qam in isto Michæa*: & est reverâ. Nam primo apud Esajam est מהיות *præesse*; apud Michæam להיות *adesse*, sive, *esse*, simpliciter. Tum apud Esajam pronomen verbo substantivo subjunctum affigitur היותך qum apud Michæam secus fiat: & certè ut versio illa constare posset, dicendum fuisset, צעיר להיותך *parum est tibi*, avt saltem צעיר בעיני להיותך *parum est mihi*, sive, *in oculis meis, ut sis*, qo modo Illyricus explicat. Itaqe expositio mihi duriuscula videtur, cum formula ipsa minùs solens sit. Nec ideò Jesuitam reum ego perago, si à priorum vestigiis ratione vel probabili ductus diverterit; illud damno prorsus, hoc aliis illum negare, imò cum amarulentiâ etiam nimiâ in eis exagitare qod idem ipse permittit arrogatqe sibi: qod ut istic infœliciter satis, ita alibi fœliciùs pavlò fecisse forsan videatur.

Locus qem designatum velim, habetur in *Commentariis ad illa Haggai, c.* 2. *v.* 8, 9. *Meum est argentum, meumqe est avrum*; vel αὐτολεξεὶ, *Mihi argentum, mihiqe avrum est, inqit Dominus exercituum: major futura est gloria domus pos-*

A *posterioris hujus, qam prioris illius.* Hoc Judæi hodierni,
prout & è priscis havd pavci, ad tertium nescio qod tem-
plum à Messiâ, cum venerit ædificandum, trahunt; ne
sub secundo, qod jam olim dirutum est prorsus, venisse
Messiam fateri cogantur. Verum hoc verbis propheticis
omninò ex diametro repugnat: qi toties הבית הזה *do-
mum istam*, qasi δακτυλοδεικτῶν, inculcat. E nostris, Pa-
tres prisci plerique allegoricè *domum priorem*, *Synagogam*,
posteriorem, *Ecclesiam* intelligunt; *hujus majorem esse glo-
riam qam illius fuerat.* Ita Hieronymus *in Agg. c.* 2. *in ex-*
B *positione mysticâ.* Ambrosius *Epist.* 12. Avgustinus *de Civit.
Dei. l.* 18. *c.* 45. & 48. Cyrillus *in Gen. l.* 5. qos ita seqitur
Arias Montanus, ut *Templum tertium*, qod Ecclesia sit,
Grammaticæ ope, sed eâ minus fælici è vaticinii dictione
elicere frustra connitatur; recentiores plerique de *Templo*
qidem *secundo*; sed cujus ideò duntaxat *gloria major* futu-
ra sit, qod *in illo Christus in carne conspicuus* præsentiam suam
exhibiturus, & ministerium suum exerciturus sit. Ita Ru-
pertus, Lyranus, Pavlus Burgensis, Raimundus *Pugion.
fid. part.* 2. *c.* 9. *sect.* 10. &c. Porchetus *victoria c.* 7. Gala-
C tinus *de Arcan. Cathol. l.* 4. *c.* 9. *sect.* 10. Hadrianus Finus
flagell. Judaeor. c. 2. Joannes Eckius, Pavlus Palatius, alii.
At Ribera de *Templi ædificio* ipso exponit, non qo modo
est à captivitatis reducibus ædificatum, sed qo modo est
post multos annos ab Herode reædificatum, cujus *gloriam
majorem* fuisse havd improbabiliter contendit, qam illius
qod est à Salomone conditum. Argumenta qæ adducit, à
mutuâ Templi utriusqe collatione ex Josepho utroqe, Fla-
vio *Antiqit. l.* 15. *c.* 14. Et Gorionide *Histor. Judaic. l.* 5.
c. 25. ab ipso, cui id animo est, petere poterit. Ego sane
D non possum non huic sententiæ favere, qum nulla alia ra-
tione argenti avriqe à Deo mentio facta videatur, nisi qod
fidem suis inde facere velit, præstare posse se, qod hac in
parte etiam pollicetur. Verum pavcos admodum hic Ri-
bera συμψήφους habet. Ex Græcis solus (qos vidi) Joan-
nes Chrysostomus ejusmodi aliqid insinuat *Orat.* 34. *in Epist.
1. ad Corinth. Deum utiqe istud dixisse, ne ambigerent, eum
præstare posse, qa pollicitus fuerat de Templo illo, ornori ac
splendori pristino, restituendo.* Verum qo tempore, avt
qâ ratione id præstitum fuerit, hoc verò Chrysostomus
E nullus dixit. E Latinis unus Hieronymus: qi ubi literam
proseqitur, etiam ad tempus digitum intendit: *Veniet,* in-
qit, *desideratus cunctis gentibus Dominus noster atqe Salvator:
tunc implebo domum istam gloriâ majore qam priorem. Et ne
forsitan sponsorum pmetis infirmum; meum est avrum, &
meum est argentum, & mea sunt cuncta opes. Ego in orna-
mentum templi avrum argentumqe donabo; ut major fiat hu-
jus domus gloria qam prioris.* At David Camius, Salomon
Jairus, & Abraham Esdræ filius, etiam nominatim He-
rodem & templum ab eodem conditum designant, cujus
F magnificentia sit à Josepho Gorionide descripta. Et Do-
ctores Judæos ajunt duplici nomine majorem posteriori isti
qam priori illi gloriam tribuere; partim ratione duratio-
nis, qod prius 413. tantummodo, posterius 420 annis
duraverit; qod est planè nugatorium. partim structuræ
ipsius ratione, cum templo isti, qale ab Herode instav-
ratum & exornatum fuerat, nullum ædificium par unqam
extiterit.

Hosh. cap. 4. ver. 14. לא אפקד *non animadvertam
in filias vestras, qando scortantur, avt in sponsas vestras,
G qando mœchantur: qia ipsi cum scortis se separant, & cum
meretricibus sacrificant.* In hanc ferè sententiam plerique.
LXX. οὐ μὴ ἐπισκέψωμαι ἐπὶ τὰς θυγατέρας ὑμῶν, ὅταν πο-
νεύσωσι, καὶ ἐπὶ τὰς νύμφας ὑμῶν, ὅταν μοιχεύσωσιν· ὅτι
αὐτοὶ μετὰ πορνῶν συνεφύροντο, καὶ μετὰ τῶν τετελεσμένων ἔθυον. Hie-
ronymus. *Non visitabo super filias vestras, cum fuerint for-
nicatæ, & super sponsas vestras, cum adulteraverint: qo-
niam ipsi cum meretricibus conversabantur, & cum effemina-
tis sacrificabant.* Qi & ad locum ipsum suggerit severum
illud, verum tamen; *Grandis est offensa, postqam peccave-
ris, iram Domini non mereri.* qod idem & in *Epist. ad Castru-
tiam: Magna ira est, qando peccantibus non irascitur Deus.*
Et Bernardus in *Cant. Serm.* 42. *Vides qia tunc magis irasci-
tur Deus, cum non irascitur. Summa ira, nulla ira.* Ita qod

A Avgustinus *Epist.* 5. *Nihil est infælicius felicitate peccantium.
Deusqe tunc punit infestiùs, cum impunita dimittit.* τὸ γὰρ ἐν τούτῳ
θεοῦ ἀφειδεῖν, τὸ ὀνειδος φέρει τιμωρίαν. *Nam præsens indul-
gentia, futuram pœnam arcessit.* Isidorus Pelusiota *lib.* 1.
Epist. 144. David Camius: *Non est in illis fornicatio pro
culpâ habenda, qia à familia Domini eam didicerant.* Abra-
ham Esdraides; *Non est mirandum, si illæ fornicationi sunt
deditæ, cum illi ipsi ubi sacrificant, cum scortis volutantur.*
Argutius pavlo Salomon Jairus: *Non sum amplius animad-
versurus in conjuges vestras, qando torum maritalem violant,*
B *in exploratione illâ per aqas amaras* (de qibus Numer. c. 5. v.
18.) *Qia vos ipsi criminis ejusdem rei estis, perinde atqe illæ.*
Calvinus: *Non ulciscar scortationes & adulteria in familiis
vestris: non corrigam hæc flagitia. Volo enim vos esse probrosos
& dedecori expositos: qia priores scortati estis.* Et rectè Gval-
terus: *Non impunitatem perpetuam illis hîc pollicetur Deus,
qando se scelus hoc visitare negat; sed de paternâ castigatione
loqitur, qam illis adhibere nolit, sed potius permittere, ut
impietatis mensuram impleant, & tandem malè pereant.* Nec
aliter Zanchius: *Qo majora ac diuturniora sint illorum op-*
C *probria, non solum in ipsorum personis, sed & familiis, ait se nolle
punire ipsorum filias & nurus, qod scortatæ sint, i.e. se nolle illas à
scortationibus castigando ad castimoniam revocare. Neqe tamen
negat, se nolle earum adulteria ullo modo avt unqam punire.
Fornicatores enim & adulteros judicabit Dominus. Heb. cap.* 13.
v. 4. *sed tantisper se id nolle corporalibus flagellis facere, donec eis
ipsorum idololatria fuerit bene punita.* Vatablus vult *com-
parativè, non absolutè,* dictum: *Non puniam eos æqè seve-
re ac vos.* qod etiamsi Paræo maximè probatur, mihi mini-
mè placet.

D Cæterum *indicativè* atqe *indictivè* dictum plerique intelli-
gunt. Solus Franciscus Junius, hujusqe vestigia premens
Joannes Piscator, *interrogativè* sumunt: *An non animadver-
terem in filias vestras, qod scortentur? & in sponsas, vel nu-
rus vestras, qod adulterentur? qod isti cum scortis separent,
qa (sive, &) cum meretricibus sacrificent?* ut sit geminum
illi Jerem. cap. 5. vers. 9. *An propter ista non animadverte-
rem? an de gente istiusmodi non ultionem sumeret anima mea?*
Verum non videtur convenire satis ista lectio cum scopo se-
rieqe contextus prophetici; versu proximè antegresso,
E ubi suos Deus corripuerat, qod Deo vero, cui se prius in
conjugium dederant, relicto, cum idolis fœdissimis palam
passimqe rem jugiter haberent; minatur hoc se flagitium
huic gemino in ipsis ulturum, fore enim ut filiæ ipsorum
scortarentur, & sponsæ, vel nurus, ipsorum mœcharen-
tur. ita enim planè vatis verba se habent. *Idcirco filiæ vestræ
scortabuntur, & sponsæ,* vel *nurus, vestræ mœchabuntur.*
Deo, avtem istud esse solenne, flagitiis istiusmodi flagitia
punire, abunde testantur historiæ sacræ. Reg. lib. 2. c. 12. v. 11.
in Davidis cum Uriæ conjuge adulterium animadversurum
F se comminatus est incestu Absolomico; idqe re ipsâ execu-
tus est; uti videre est, ibid. c. 16. vers. 22. Amos cap. 7.
v. 17. Inter alia Amatsiæ Sacerdoti denunciata, ob vatem
Dei increpitum & incusatum, hoc ipsum reperitur, *Uxor
tua in urbe ipsâ scortabitur.* Ad Roman. cap. 1. vers. 21, 29.
refert Apostolus, sapientes exteros ob Deum verum, qem
nescire non poterant, ingratè indignéqe habitum, cultum-
qe huic debitum, creaturis ac simulacris communicatum,
in vitæ impuritatem fœdissimam, nec nominandam qidem,
ab ipso traditos fuisse. Idem ergò prorsus istis Deus inter-
G minatur, familias se ipsorum dedecori & opprobrio expo-
siturum; nec castigationibus avt correptionibus ullis suis,
vel filias, vel sponsas, sive nurus, ipsorum flagitiosissimè
ac profligatissimè se gerentes coerciturum, qo à vitæ tur-
pitudine illâ cessent aliqando; ut hoc pacto de ipsis ob ido-
lolatriam cum impuritate itidem pari junctam pœnas meri-
tas factisqe suis dignas sustineant. Siqidem ut rectè Arias
Montanus: *Virginum nuptarumqe stupra & adulteria, maxi-
mam & diuturnam familiis infamiæ labem aspergunt.* Nec ma-
le Franciscus Ribera sic παραφράζει. *Qia vos fornicamini
idola colentes, filiæ vestræ & sponsæ corpore suo fornicabuntur,
ut vos dedecore afficiam & dolore, & ex dolore vestro intelliga-
tis, qam mihi sit molesta vestra fornicatio.* Optiméqe Ca-
stellio cum præcedentibus committit; *Hanc ob cavssam filiæ*

vestræ

A *vestra scortabuntur, & nurus adulterabunt; nec ego in vestras vel filias scortatas, vel nurus mœchatas animadvertam.* Nec reticendum tamen qod Theodoretus hîc habet, Οὐ χάριν, φησὶν, οὐδεμιᾶς παρ' ἐμοῦ τεύξεσθε προμηθείας τῶν θυγατέρων ὑμῶν καὶ τῶν νυμφῶν προφανῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων ὑμῶν μοιχευομένων· ἃ γὰρ κρύβδην παρ' ὑμῶν ἐτολμᾶτο, ταῦτα ἀναφανδὸν συγχωρήσω γενέσθαι. *Hac de caussâ, inqit, nullam à me laturi estis de filiabus sponsisqe vestris curam sive prospicientiam, qa in aperte ab hostibus vos invadentibus adulterabuntur. qa enim vos clanculum admittebatis, ea palam perpetrari permittam.* Cui & Livelæus noster σύμψηφος deprehendi- B tur; *qi non tam voluntariam scortationem, qam stuprum vi illatum hic intelligi vult*; ut *scortari* sit positum, pro *per vim ab hostibus stuprari*; prout & Amosi cap. 7. vers. 17. ad qem locum Hieronymus; *Maritus libentius audit uxorem interfici, qam pollui.* Cæterum hoc Joanni Drusio minùs arridet, & mihi prior illa expositio simplicior videtur. Nam qod illi versu præcedente legunt, *Idcirco scortantur filiæ vestræ, & sponsæ,* sive *nurus, vestræ mœchantur. qia locorum scilicet in qibus sacra ista sacrilega exeqimini, amœnitas, ad libidines simul exercendas invitat.* Et longius petita videtur C ratio; & citra necessitatem tempus mutat, qod in textu plane futurum est. atqe ita Græci, Latiniqe, cum veteres tum & recentiores, vertunt. Frigida interim est Davidis Camii, & Abrahæ Esdræ filii, qam Vatablus tamen non repudiat, interpretatio; *Viros utiqe dum extra urbem ad montes sacra facturi se conferant, fœminis relictis libidinibus indulgendi liberius occasionem opportunitatemqe præbuisse.* Chaldæus verò qam affert, & Salomon Jairus amplexus est, omnium ineptissima; *Qia vos cum gentibus affinitates & conjugia contrahitis, & filiæ vestræ è gentium filiabus* D *sunt editæ, & ab eisdem sponsas filiis vestris assumitis; ideo istæ gentium moribus insistentes scortationibus & adulteriis addicent se.*

Seqitur ratio qam reddit per Vatem Deus, qare probro istiusmodi expositos illos velit כי המעם וונות יפרדו Ubi transitus habetur à personâ ad personam, à secundâ ad tertiam. qi etiamsi cæteroqi freqens sit, hoc tamen loco ἔμφασιν habere videtur peculiarem; qod & Ribera, & Riberâ prior Calvinus, observavit *tanqam per indignationem* E *enim & contemptum, Isti,* inqit, *scortati sunt,* ac si eos alloqio jam non dignetur. Verum illud יפרדו variè exponitur. Chaldæus מִּמַּשְׁיעִין & Jairus מתחברין *consociant se cum scortis.* LXX. μετὰ τῶν πορνῶν συνεφύροντο. Hieronymus *cum meretricibus conversabantur.* Verbum פרד dividere, *separare* propriè ac usitatissimè significat. Itaqe Tigurinus, *cum scortis separabuntur.* Castellio, *secedatis.* Vatablus, *separant se.* Zanchius, *divident se.* qod Camius, *divertunt & separant se ab uxoribus suis, ut cum scortis rem habeant: vel separant mulieres à maritis suis, atqe ad sese pelliciunt.* Nec abscedit longè Vatablus. *Euntes cum scortis,* F *seducitis vos ab uxoribus & filiabus vestris.* Esdraides; *Cum unâ aliqâ, hac avt illâ, seorsum abductâ, congrediuntur.* Paræus, *Secessione à cœtibus factâ.* Drusius deniqe, *Rectè, separant; qia qi talia patrant, secessum qærunt, & se separant à consortio hominum: item se separant ab uxoribus.* Qi tamen verti mavult, *divident. Qia id verbum inter obscœna: ut Plauto Aulul. Me tu qidem non divides.* At hoc nomine ego id omnium minime velim. Ita de scortatione corporeâ illi sumunt. At Calvinus de scortatione spirituali G exponit; *separant se à Deo, sive à Deo dividuntur: qemadmodum si mulier à marito suo desciscat, & se subjiciat adultero.* Et Zanchius, *Verbo, divident se, venit divortium cum Deo.* Cui expositioni favere videtur, cum qod superiùs vers. 12. ויזנו מתחת אלהיהם *scortantur* (ad verbum) *de sub Deo suo.* i. e. à Deo suo, cui conjugio juncti sunt, subducentes se. Tum qod seqitur, & tanqam ἐξηγητικῶς ille dictum urget, *& cum scortis sacrificant*: accedit & qod Livelæus noster ex cap. 9. v. 10. adnotavit; וינזרו לבשת *& separati sunt,* vel, *separarunt se, propudio*; sive, *rei pudendæ*: Junius. *idolo pudendo* Vatablus qod & nostri secuti sunt. At LXX. ἀπηλλοτριώθησαν εἰς αἰσχύνην *abalienati sunt in confusionem.* Hieronymus *abstracti sunt ad confusionem.* Tigurinus *segregati sunt in opprobrium.* Calvinus ut non tam res,

A cui se à Deo separati addixerint, qam separationis & addictionis istius exitus fœdus & ignominiosus indicetur. Atqe ego de verbo *separandi* Calvino prorsus accedo: verum qod *meretricum* nomine & *scortorum idola* intelligit, havd itidem: neqe verò id firmat locus à Livelæo ad prioris vocabuli explicationem allatus, etiamsi בשת nomine *idolum* illud *Baal-Peor,* tanqam *propudiosum* qiddam intelligatur. Etenim phrasis non est utrobiqe eadem: qum istic *cum scortis,* illic *ad propudium, separari* dicantur: qin & aliud sit, *scortis sacrificare,* aliud *cum scortis sacrificare*: qorum po- B sterius istic dicitur. Itaqe fornicationem utramqe in istis notari existimo; prout utraqe simul exerceri consveverat. Qod liqido docet Israelitarum, dum in eremo agebant cum Moabitis idololatris societas. Numer. c. 25. v. 1, 2. & utrumqe crimen verbis disertis Vates istis objecerat, vers. 2, 11, 12. unde & Septimius *Scorpiaca c. 3. idololatriam mœchiæ sororem* dixit. Accedit huc Zanchius, qi indicari verbis his censet Israelitas *Utramqe simul scortationem & spiritualem, & carnalem exercuisse.* Verum Junius, Piscatore comite, à reliqis hic aliorsum abit; rerumqe, non personarum *se-* C *parationem* dictam intelligit: vertit itaqe, *Qod isti cum scortis separent, qa cum meretricibus sacrificent,* i. e. inqit, *res opimas domi suæ eligant,* (*& separent ab usu communi,* Piscator) *qas palam, Deo hominibusqe testantibus, consumant cum scortis, religionis specie.* Qæ mihi explicatio dura nimis videtur: qare enim *cum meretricibus* ista *separare, cum scortis,* sive *exoletis* (isto enim vocabulo posterius illud קדשה redditum malim) *sacrificare* dicerentur? avt *cum illis separare, qa cum istis sacrificent*? tanqam aliæ sint personæ, qos ad seligendum & separandum adhiberent, aliæ D qibuscum selecta & separata consumerent: avt qid opus meretricum ope operâve ad res istiusmodi ab usu communi separandas? Illud potiùs Vates voluit, in ritibus illos idololatricis sacrisqe suis sacrilegis, qibus à Deo vero subducebant sese, peragendis, prostibula & propudia sibi associare. Restat Manahemi, sive Manis, interpretatio, qi Jairo referente, ex Joelis illo, c. 1. v. 17. עבשו פרדות exponi postulat, ubi פרדות vult significare חביות יין *dolia vinaria*; qomodo & Jonathan reddidit גרבי חמרא *utres vini*: ut mens Vatis sit, *vini utres,* sive *cados cum me-* E *retricibus exhavriunt.* Et Josephi Davidis patris, qi filio referente, verbum פרד vult hic â nomine פרד qod *mulum* significat, deduci: qod est animal libidinosissimum, sed infœcundum; ut sensus sit, *mulos agunt, mulorum instar cum mulieribus congrediuntur.* Qam expositionem Joanni Vemesio nostro placuisse video, qi & ex verbis illis vers. 10. *Scortabuntur, sed non in multitudinem erumpent,* confirmatum it, *de lege Divin. part. 1. l. 2. in præcept. 3. exerc. 9.* qanqam aliò trahit Doctor Hebræus, ut Onanis flagitium illis objiciatur, de qo Genes. c. 38. v. 9. (nam F cur Eri idem tribuatur, cavssa nulla vel probabilis apparet) & reverâ non tam istic, prout vers. 9. judicium aliqod denunciatur, qam crimen intenditur. Non sum ignarus à nominibus qoqe verba apud Hebræos efformata qandoqe deprehendi. Sic enim ab איש *vir* התאשש *virum agere.* Esajæ c. 46. v. 8. התאששו *viri estote, viros agite, fortes estote, virilem animum induite.* Inde enim potius deduxerim cum Davide filio; qam ab אש *ignis,* cum Josepho patre, ut sit חכלים *erubescite, pudore suffundimini*; sive, ut Hai & Saadias התחרה *æstuate,* ex Jerem. G c. 20. v. 9. vel ab אשיש *fundamentum,* qô post Jonathanem, Jairus & Esdraides concedunt, ut sit התחזקו נוסדו *stabilimini, fundati sitis, confirmamini, consistite,* Sic à חמר *bitumen,* fit החמיר *bituminare, bitumine allinere.* Exod. c. 2. v. 3. ותחמרה בחמר *& oblevit eam bitumine.* Sic ab אשרי *beatus,* אשר μακαρίζειν, *beatificare, beatum prædicare.* cum alibi passim, tum Esajæ 3. 12. מאשריך מתעים *qi beatificant te,* i. e. *qi beatum te dicunt, ipsi te decipiunt.* post Camium Hieronymus qanqam Jairus, qem Junius seqitur, *qi te ducunt, seducunt*: & Esdraides, qem Tigurinus, *qi te dirigunt,* sive, *dirigere debent, & per viam rectam te deducere* (ut sit מאשרים pro מישרים) *seductores sunt.* Sic à נפש *anima, spiritus,* התנפש *respirare*: de Deo ἀνθρωποπαθῶς usurpatum, Exod. cap. 31. vers.

vers. 17. שבת וינפש *cessavit & respiravit.* Sic à דשן *cinis*, דשן *cinerem amovere.* Exod. c. 27. v. 2. & *in cinerem redigere*, Hymn. 20. v. 4. ut Camius. qanqam LXX. *πιανάτω*, *pinguefaciat*; à דשן *pingvedo.* sic à שרש *radix*, תשרש & שרש *radicare, radicem figere*, illud Esajæ cap. 27. vers. 6. istud Jer. cap. 12. vers. 2. & שרש *eradicare, radicitus evellere.* Hymn. 52. vers. 7. à ערף *cervix*, ערף *cervicem incidere.* Devt. c. 21. v. 4. Esaj. cap. 66. vers. 3. sive, *infringere.* Exod. cap. 13. vers. 13. & cap. 34. vers. 20. à זנב *cavda*, זנב *cavdam amputare, extrema abscindere.* Devt. cap. 25. vers. 18. Josh. 10. 19. Sic à ספיר qod *sapphirum* significat, יספר deducit Abraham Esdræ filius in illis Job. c. 38. v. 37. מי יספר שחקים *h. e.* ut ipse exponit, Junio & Piscatore astipulantibus, *Qis sapphirinas efficit nubes?* sive, *Qis sapphirinum reddit cœlum?* Sic à תל *tumulus, cumulus*, תולל unde Hymn. 137. vers. 3. תוללינו *qi contumulaverunt nos, contumulatores nostri*, Junius & Piscator. sicut prius dixerat תושבינו *qi captivaverant nos, captivatores nostri.* qanqam utrumqe hoc nomen verbale esse potuerit. *qi urbes* scilicet *nostras in* תלים *i. e.* עיים *cumulos & acervos redegerant.* Hymn. 79. vers. 1. cum Devt. cap. 13. v. 16. & Jer. cap. 49. vers. 2. & hoc est probabilius, qam avt qod Camius, Esdraides, & Menachem, *suspensiones nostras.* i. e. *instrumenta musica, qæ suspenderant.* avt qod Moses sacerdos, *pro ululatibus nostris*, cum תחת in contextu non sit; vel etiam *ululatores nostri, i. e. ululatus nostri avtores*, à ילל qod Schindlero visum est: avt qod Jairus, *qi insaniebant, insanorum more se habebant erga nos*, ab הלל avt deniqe, qam qod alii nescio qi referente Mercero, qi תוללינו pro שוללינו *depradantes nos, prædatores nostri*, dictum volunt. Verum hoc qidem loco, cum proclivis satis alioqi significatus occurrat, ad coactiora ista Rabbinica, qibus illi indulgent, divertere nihil est necesse. nam qod provocabulum reciprocum deest, subavdiri illud havd est insolens. Sic, qod Livelæus hic monuit, Reg. lib. 4. cap. 5. vers. 10. ורחצת *Lavato septies in Jordane. te*, scilicet. Hymn. 119. ver. 70. שעשעתי *oblectavi me.* Et Esajæ cap. 11. vers. 8. שעשע *oblectabit se.* esse enim transitivum liqet ex Hymno 94. ver. 19. nolo enim punctionem solicitare; qanqam levissima ea mutatio qidem est, si pro יפרר legatur יפרר qâ formâ verbum hoc alibi sæpius occurrit, qum in istâ istic duntaxat habeatur.

Malachiæ cap. 1. vers. 6, 7, 8. *Contemnitis nomen meum, & dicitis. Qâ in re contemnimus nomen tuum? Offertis super altare meum cibum pollutum. Et dicitis, In qâ re polluimus te? In eo qod dicitis, Mensa Jovæ despicabilis est. & cum affertis cæcum ad mactandum.* לארע *& cum affertis clavdum avt ægrotum* לא רע Illud לא רע vel indicando pronunciatur, ut sint verba sacerdotum asserentium, *nihil mali* fieri. cum hujusmodi victimæ offeruntur; parum interesse qomodo affecta sint, qæ usui huic assignantur, animalia. atqe ita sumunt Jairus, Esdraides, Camius, LXX. nec dissentiunt è nostris Genevensis, Tigurinus, Calvinus, Gvalterus, Castellio, Piscator. vel interrogativè, ut sint Dei per Vatem qærentis, *an non malum sit*; & qærendo sumentis, ejusmodi hoc esse, ut negari avt ambigi etiam neqeat, qin malum sit; cum legi à Deo hac in re latæ ex diametro adversetur. Ita sumit Chaldæus paraphrastes, vetus Interpres Latinus, & qi hunc sequuntur; Junius itidem & Tremellius. Vatablus utrumqe proponit: & utrumqe satis est probabile. Optimè avtem Hieronymus istic observat, *ubi violantur sacramenta, violari eum cujus sunt sacramenta*, h. e. *Deum.* De qo alibi diximus.

Malach. c. 1. v. 10. מי גם־בכם ויסגר דלתים ולא תאירו מזבחי חנם A variis varie exponitur: Mitto LXX. qi pro מי בכם videntur כי בכם legisse: vertunt enim; *Διότι καὶ ἐν ὑμῖν συγκλεισθήσονται θύραι, καὶ οὐκ ἀνάψετε τὸ θυσιαστήριόν μου δωρεάν.* Acsi denunciaretur, per eos eorumqe impietatem fore, ut fores templi aliqando occluderentur; & sacrum juge, qod nunc frustra observaretur, cessaret. Cæterum ex eis qi lectionem ac scripturam Hebraicam sequuntur, Hieronymus vertit; *Qis est in vobis qi clavdat ostia, & accendat altare meum gratuito?* Nec multò aliter

A Castellio; *Qis vestrum est, qi gratis vel fores clavdat, aramve meam collustret?* Qod in sensus diversos ab enarratoribus trahitur. Alii enim sic intelligunt. acsi sacerdotes, cum planè mercenarii essent, nec tam Dei cultum, qam qæstum suum spectarent, ne tædam qidem accendere, avt fores clavdere, nisi mercede aliqâ prius exhibitâ, vellent. Ita Rhodolphus Gvalterus, & Joannes Oecolampadius; & ejusmodi qippiam ex Hebræis Doctoribus Jairus commemorat, *Magistri nostri*, inqit, *ita explicant: Dicit qispiam socio suo, clavdas mihi ostium illud, nec expectat is pro*
B *eâ operâ mercedem aliqam; Accendas mihi candelam istam, nec poscit is pro hoc mercedem ullam: at verò è vobis qis est qi gratis mihi fores occludat? sed nec altare meum gratis accenditis.* Verum hoc, ut de Palatio recte monet, *non videtur probabile; cum foribus clavdendis, candelis accendendis*, vel igni potiùs, qi in altari alebatur, fovendo, *nulla certa merces erat præstituta, qomodo victimis mactandis & immolandis fuerat*; sed ex reditibus promiscuis sacerdoti delatis in commune alebantur, qi ministeria ista procurabant, & munia obibant. Qin & ejusmodi ista erant, qæ omitti
C avt intermitti planè nefas erat; nam & ignis in altari erat perpetuo fovendus, & portarum occlusio tam ipsorum, qam & earum rerum sacrarum, qæ illorum curæ ac custodiæ commissæ fuerant, incolumitatem atqe indemnitatem spectabat. Alii ergò ita accipiunt, acsi Deus anticipando respondeat objectioni avt qerimoniæ sacerdotum cuidam, qâ illi qiritarentur, frustra sese ac citra mercedem ullam in Dei ministerio cultuqe versari: adversus qam excipiat Dominus, falsò istud obtendi, satis enim ampliter & liberaliter a se prospectum esse de victu ac mercede non sacerdo-
D tibus tantum & Levitis, sed ostiariis etiam ipsis, eisqe universis, qi in æde suâ etiam infima qæqe obibant ministeria. Ita Hieronymus: & Gregorius, *qi in Evangel. homil. 17. Hinc pensitandum* monet, *cujus damnationis sit, sine labore percipere mercedem laboris*: vel, ut alii, *neminem ex his esse, cui pie officium suum perfungenti Deus non abunde benedixerit.* Ita Junius, qi sensum suum confirmatum existimat, ex cap. 3. vers. 10. qo tamen loco non de sacrorum ministris, sed de populo benedictione prosegendo datur promissio, si reditus decimarum debitos hisce
E manu fidâ liberaliqe contribuerent. Verba verò ipsa Junius sic reddit, in priori inciso, prout illi apud Jairum, חנם supplendo, & incisum utrumqe interrogative proferendo. *Qis etiam inter vos est, qi clavdat fores gratis? avt num illustratis altare meum gratis?* At primò illud תאירו havd satis commode verti videtur, *illustratis*; sicut nec, qod Castellio, *collustret*, Oecolampadius, *illuminabitis*, vertit; cum de *igne*, non *lumine*, accendendo agatur. Itaqe Camius explicatiùs refert, תאירו על־מזבחי *accenditis super altare meum, ignem*, scilicet & תאירו
F *idem cum Esdraide exponit* תבעירו *ardere facitis, accenditis*, ex Esajæ cap. 27. vers. 11. ubi Propheta נשים באות מאירות *mulieres venientes incendunt ea.* Prout & Junius ipse vertit. Et ex ejusdem cap. 44. vers. 16. ראיתי אור *vidi ignem.* Tum qod cum Tigurino לא vertit *num*, sine exemplo sit: etsi enim Græcum μή cum sit particula negativa, interrogativæ tamen vice sæpenumerò adhibeatur: at Hebræorum לא ubi sic usurpetur, hactenus, licet sedulo qærenti locus nullus occurrit. Itaqe Piscator, Junium in hoc deserens, cui alioqi inhæret, negativam expressit, qam Hieronymus prorsus omisit; & citra interrogationem, qomodo illi à Jairo lavdati, incisum posterius enuncians, sic reddidit: *nec altare meum illustratis*, scilicet *ignem accendendo, gratis. Nec*, dixit, pro eo qod Junius, *& num.* Qam versionem amplexi sunt interpretes novissimi nostri. Verum altera interpretatio arridet magis, qâ per formulam optandi ista concepta intelliguntur; *Qis est è vobis*, i. e. *utinam vestrum aliqis fores occluderet, ut ne ulteriùs frustra altare meum incenderetis*, sive, super *altare meum*, ad holocavsta & reliqa istiusmodi sacra, igni destinata, absumenda, *ignem accenderetis.* Concedunt hoc enarratores Hebræi pleriqe, qorum in manibus commentarii passim habentur. Jairus; *Utinam è vobis bonus aliqis exurgeret, qi portas clavderet Sanctuarii,*

 ut

ut ne adducerentur oblationes istæ tam abominabiles: nec incendatis altare meum frustra: neqe enim ista mihi accepta sunt, qia vobis ipsis non delector. Esdraides, *Qis dabit mihi alium aliqem, vel è vobis etiam sic affectum, ut atrii fores clauderet?* Camius deniqe disertissimè; *Qis dabit ut unus saltem aliqis vestrum, oblationum negotium istud seriò secum perpendens, atrii foros occluderet, ut ne qis eo ampliùs oblationem ullam adduceret. Præstat enim nullam adduci oblationem, qam ut vilis adducatur: nec frustra incendatis super altare meum. Frustra enim super altare meum ignem accenditis; qia oblatio, qam offertis super illud, nec pro vobis qi offertis, nec pro eis qi offerunt, accepta est.* Ita omninò Camius: frustra enim est Thomas Nelus noster, qi in alium sensum Camii verba traduxit. Idcircò autem placet maximè expositio ista, qia cum reliqâ contextus serie aptissimè cohæret & pulcerrimè convenit. Subjicit enim statim, cur istud factum optet, qia nec ipsi, nec ab eis qicqam acceptum sibi gratumve foret. Geminus est apud Esajam locus cap. 1. vers. 12, 13. ubi cum populo scelesto disceptans Dominus, qiritatur, qod *coram ipso se sistentes, atria ipsius conculcant*; interdicitqe eis, *ne oblationes deinceps ullas frustra adducant*; utpote qas ab eis oblatas aversetur planè & abominabiles habeat. Concedunt in hunc sensum Chaldæus, Genevensis, Franciscus Vatablus, Ed. Livelæus, Joannes Drusius, Paulus Palatiensis, Martinus Lutherus, Arrias Montanus. Et sanè multò est aptior & vehementior conseqentia ista, *Utinam templum occluderetur, ne qid frustra ampliùs immoletur; qia nihil qicqam qod immolatur gratum est mihi*; qam ista, *nihil à vobis est gratum mihi, qia nihil gratis præstatis*, sive, *qia nihil exeqimini, cujus non mercedem à me amplam feratis.* Nam Joannis Calvini interpretatio omnium minimè arridet, qi reprehensos vult, qod *ostia non claudant, qo excluderentur victima rejicula ista.* Neqe enim vel commodè satis objurgatio talis sic conciperetur; *Qis etiam è vobis claudit ostia?* cum velit, *qare non vestrum aliqis ostia* claudit? qasi aut ad victimas illegitimas rejiciendas ostio clauso opus; aut in eis repudiandis, ostium occludi usus esset. Nec aptè satis attexitur, qod continuò subjicitur: sive, *&*, pro *adversativâ* acceperimus, ut sensus sit, *at conducititii mei estis*, vel etiam, *qum tamen qasi conducititii mei sitis, nec citra mercedem altari inserviatis*: sive pro *illativâ*, ut hoc dicat, *ergò frustra operam sacrificando impenditis, qia scilicet ostiam adversus istiusmodi non clauditis.* At in alterâ illâ, qam dedimus, optime fluunt universa; sensumqe inde exurgentem verba sponte suâ exhibent. Nam & interrogativa particula votis passim concipiendis inservit; *ocqis?* pro, *ô si qis.* Exempla si qærimus, præstò sunt, Deut. cap. 5. vers. 29. Reg. lib. 2. cap. 23. vers. 15. Hymn. 55. vers. 6. Jerem. cap. 9. vers. 12. deniqe Aggæi cap. 2. vers. 3. ita sumendum contenduot Josephus Scaliger de *Emendat. Tempor. lib. 6. cap.* 2. Joannes Reginaldus *de lib. Apocryph. prælect.* 118. Et Ed. Livelæus in *prælect. Hebr.* Et copulativa creberrimè *finitiva*, sive *consecutiva* vim habet. *Et ne*, pro, *ut ne.* Sic Deut. cap. 5. vers. 29. *qis dabit, & erat*; pro, *qis dabit, ut esset.* Josh. cap. 24. vers. 9. *Surrexit, & pugnavit*; *pro, surrexit, ut pugnaret.* Et ne longius abeamus, in commatio proximè istic antegresso; *supplicate Domino, & miserebitur nostri*; pro, *ut misereatur.* Nihil enim minùs Vates voluit, qam ut ulla spes esset, Dominum populo suo ad ipsorum supplicationem gratiam aliqam ac misericordiam exhibiturum, qos ipse prorsùs exosos haberet. De qo & alibi diximus. Deniqe חנם adverbium idem hic significare qod שוא in gemino illo Esajæ loco, nihil est novi. Sic enim sumitur, pro eo: qod est μάτην frustra, Ezek. c. 6. v. 10. & c. 14. v. 22. Et si Junium seqimur, etiam Jobi c. 2. v. 3. qadrupliciter enim adhibetur vocula hæc, ut significet, 1. *gratis, gratuito, sine pretio, aut præmio.* Exod. c. 21. v. 2, 11. & Genes. c. 29. v. 15. 2. *iniqè, sine caussâ.* Hymn. 35. v. 7, 19. & 69. v. 5. 3. *impunè, citra pœnam.* Parœm. c. 1. v. 11. 4. *frustra, nullo usu, nullo exitu utili.* Loco isto, & supra laudatis: nec secus δωρεὰν LXX. usurpant Ezek. c. 6. v. 10. qi & pro eo qod est μάτην iidem reddidere. Ibid. c. 14. v. 22.

A Malachiæ c. 2. v. 15. ולא אחד עשה Græce LXX, referentibus Hieronymo, & Theodoreto, qod & Complutensis exhibet; καὶ οὐκ ἄλλος ἐποίησε. pro qo editiones aliæ pleræqe Romana, Parisiensis, & utraqe prior Argentinensis perperam habet, καὶ οὐ καλὸν ἐποίησε. Qanqam Nobilius monet in qibusdam codicibus reperiri scriptum, οὐκ ἄλλως, *non aliter*, in nonnullis, ὁ καλὸς, qod ex οὐκ ἄλλος depravatum opinatur. Cæterum Ludovicus Cappellus *Critic. sacr. lib. 4. cap. 16. sect. 5.* Οὐκ ἄλλον ἐποίησε legit, qod ex οὐ καλὸν fortean effinxerit. Græcosqe sic ver- B tisse existimat, qum pro אחר ex characterum affinium formâ haud multum dispari אחד ipsi legissent. Vetus Latinus; *Nonne unus fecit?* Nihil forsan a Græcis primo loco exhibitis sensu discedens, cum interrogatio qandoqe de uno eodemqe negativè prolata, alterius cujusqam exclusionem disertè satis, vehementiùs etiam, sit ubi includat. De Abrahâ, Chaldæus interpretatur. *An non unus fuit Abraham singularis, à qo seculum conditum est?* hoc est, ut Camius, *qi est pater omnium eorum, qi in fide rectâ incedunt.* De eodem & Doctores cum Hebræi, tum & no- C stri nonnulli accipiunt; sed ut variè tamen explicent. Qidam enim volunt esse Vatis verba populum increpantis, qod aliter se gererent, qam Abraham gesserit; qo, Davidem Camium secuti Vatablus, & Pagninus, (qi & contextui inseruit *Abraha* nomen, eo nomine, à Riberâ non immeritò reprehensus) concedunt. Aliis placet esse populi verba adversus Vatis reprehensiones Abrahæ exemplo semet excusantis & defendentis, qod non aliter se gerant, qam is se gesserat, Hagare Saræ superinductâ; cum *vir excellentioris spiritus*, qippe propheta, tamen esset: ut D erotematice dictum sumatur. In qa sententiâ Josephum Camium fuisse David filius testatur. Qem Paulus Burgensis seqitur: utrumqe proposuit Oecolampadius, utrum seqatur ambiguus. At Abraham Esdræ filius *unum* hoc ad populum ipsum refert. Nec qid velit satis explicat se: Istis enim verbis in commentario proponit, ולא אחד מכם עשה כרת תשארה רוחו לו *Et non unus* [*è vobis* scilicet] *fecit* [*juxta jus*, scilicet sive decretum divinum] *& excellens erat spiritus ejus illi.* Tum subjungit, qasi expositurus qod proposuerat, *Qod si dixeritis*, מה האחד הוא E מבקש *qid qæsiverit unus ille*; respondeo, זרע אלהים במצות השם *Semen Dei ex mandato nominis*, i. Dei. *Et sensus est. Et excellens erat spiritus ejus illi: eo qod non immiscuit se filiæ Dei peregrini. Propterea scriptum est, & custodietis spiritum vestrum, ne, vel, nec, in uxorem juventutis suæ perfide agat*, vel, qisqam *agat*, ut Junius. Qæ ideò recitavi, ut sagaciores aliqi Doctoris mentem eliciant. Cæterum Isaak Abarbenel à Buxtorfio filio in Anticritica adductus, disertè sic extulit, *Non unus aliqis è vobis hoc fecit*: ut dicere possitis, *Vir unus peccavit, & con-* F *tra totum cœtum irascitur Deus.* Num. cap. 16. vers. 22. *Cæteris, qibus excellentior est spiritus ab isto flagitio custodientibus se. Qanqam si unus duntaxat foret, qi sic peccaret, qærerem ab illo, qid ex tali conjugio qæreret: num filios Dei? at hoc qi qeat, qum mater sit filia Dei alieni?* Hunc secutus Arias Montanus, *Commune*, inqit, *vitium, commune hoc est omnium flagitium, non unius tantum cujusqam.* E nostris prisci pleriqe, *unum*, *Deum* intelligunt: ita Chrysostomus, Theodoretus, Cyrillus, Hieronymus, Rupertus, Hugo, Lyranus: illi Græcum, isti Latinum secu- G ti. Qibus accedens Ribera; *Nonne unus fecit? i. e. Nonne Deus fecit marem & fœminam, ut ex eis perpetuo matrimonii vinculo copulatis genus humanum propagaretur. Unus*, inqit, *pro Deo ponitur, ut Jobi c. 14. v. 4.* Ita sumendo sensus foret, unum eundemqe Deum, non alium aliqem, utrumqe & marem & fœminam creasse: cui affine est, qod supra v. 10. dixerat; *Nonne Deus unus creavit nos?* De Jobi loco alibi dictum est. Cæterùm commodior longè videtur interpretatio, qam Calvinus, Junius, Drusius, Piscator, Gallica versio, Itala Deodati, Genevensis nostra, exhibent; qi de Adâ intelligunt, *Nonne unum fecit?* h. e. nonne Deus initio cum genus humanum conderet & conjugium institueret, *unum hominem* creavit, Adamum nempe cum Evâ, qi creationis ratione qasi *unus* fuerant.

unde

unde & Genes. cap. 1. ver. 27. *Creavit Deus hominem ad imaginem suam: marem & fœminam creavit eum:* (frustra enim sunt putiduli Judæuli, qi Platonis in Timæo & in Symposio deliramentum firmantes, hominem *ἀνδρόγυνον* primò creatum hinc colligunt) vel creavit virum unum Adamum, ex qo & Evam mulierem, eandemqe unam, & ex unis illis in initio sic conditis, & post conjugio unâ sic junctis, ut caro una fierent, humanam gentem universam propagandam jugiter instituit. aptior certè est dictionis sic sumptæ cum seqentibus connexio: *cum tamen residuum spiritus illi esset.* unde plures scilicet condere poterat. *qare autem unum? qia semen Dei qærebat.* i. e. sobolem sanctam, ex conjugio legitimo satam. nam qi secus illa accipiunt; istorum sensum vix idoneum ullum proferunt. idem plane dicit Malachias, qod Christus Matthæi cap. 10. vers. 4, 5 6. Accedit Jairus, qi *unus* nomine *Adamum* hic designatum vult, *qi primus est conditus, & à qo genus totum humanum profluxit.* qanqam non de Adâ, sed de Evâ intelligi mavult Cappellus; qo & ipse concederem, nisi vocabuli genus, qod est masculum, inhiberet: sed in Adamo duplici ratione & traductionis originalis, cum ab ipso prodierit, & copulæ conjugalis, qa in eandem denuò cum illo carnem qasi coaluerit, comprehensam Evam assentiuntur pleriqe.

Illud istic mantissæ loco monere visum est, de eo qod seqitur *ibid.* vers. 16. כי שנא שלח hoc pessimè olim ab omnibus in universum, tum Græcis, tum Latinis, interpretibus ita redditum, acsi Deus per Vatem suum uxores, qas oderant, repudiandi potestatem viris liberam largiretur, qod Tremellius & Junius è nostris primi ita & Scripturæ veritati & æqitati divinæ consonantius extulere, *sibi odio esse dimissionem, ait Jehova*; id Abrahæ Esdræ filio acceptum referri debere. Sic enim ille locum illum exponens. *Odio est nomini,* (i. e. *Domino*) *ut vir uxorem innocentem dimittat.*

CAPUT XIX.

Novi Instrumenti loca ex prolationis variâ ratione ambigua. Joannis 14. 1. qadrifariam expressus à prolatione diversâ, lectio versioqe qinta. πιστεύειν εἰς τινα, confidere, *sive,* fiduciam in aliqo habere, credere in aliqem, *nec Latinè nec Anglicè dicitur. Ephes. 4. 26. Verba unde desumpta.* ὀργίζεσθε ibi, *concessionis, non præceptionis. Erotematicè qi legant: ea lectio nunus probata. Copula in notione discretivâ, ubi non consveverit adhiberi. Jer. 10. 24. qomodo sumendus. Joan. 18. ver. 37. Hebraismum nullum videri; sed erotematicè proferendum. Jansenii explicatio, & istic, & Luc. 22. 70. rejecta.* ὅ, τι, *forsan loco* ὅτι *legendum.* οὐ οὕτως, qid velit. οὐ λέγεις; *erotematicè lectum Heinsio. Rom. 8. 33, 34. a prolatione non observatâ turbati interpretes.* Percontatio *ab* interrogatione *diversa. Fabri expositio rejecta. qem Erasmus tamen havd cepit. eorum item sententia, qi ironiam somniant. Lectio genuina. Lombardi argutia. Jacob. 4. 5. locus lectione versioneqe multiplici insigniter vexatus. Oecumenii explicatio* ὑπὸ ἔρωτος φθέγγεσθαι προσώπου παραβολὴν *instar.* ἐνδύναι. *ea ut incommoda usuisqe coacta, rejecta. Lucæ itidem Brugensis Syri ac Latini compar ferè. hos qi seqvuntur, de spiritu divino, qi & qomodo exponant. & unde sumptum velint.* ad invidiam *aliqid facere, qid. de spiritu humano, irregenito, qi intelligant, & unde sumptum opinentur.* πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ, *an idem sonet qod* παροργίζεσθαι. *Rejecta hic Titelmanni & Calvini interpretationes. subjuncta, qa maximè probabilis videatur.* ἐπιποθεῖν πρός τι, *qid velit.* πρὸς φθόνον, πρὸς ὀργὴν, &c. *qid sonent. Mosis dictum Num. 11. 29. allusum videri.*

HActenus de illustrioribus aliqot veteris instrumenti locis vidimus qæ ex modo enunciandi sensum varium, nec diversum tantum, sed & adversum aliqoties, admittunt. Transeamus ad novi itidem celebriora qædam, in qibus idem usu venit.

Joannis cap. 14. ver. 1. Πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. ubi Erasmus; *utrobiqe anceps est verbum* πιστεύετε. itaqe qadrifariam legi posse monet. nempe ut πιστεύετε vel utrumqe sit enunciantis; vel præcipientis utrumqe; vel hoc enunciantis, illud præcipientis; vel vice versâ. Primo modo sic vertendum fuerit, *Creditis in Deum, & in me creditis.* atqe ita cepisse existimatur Joannes Chrysostomus. Secundo, *Credite in Deum, & in me credite:* ita sumunt Cyrillus, Theophylactus, Nonnus, Hilarius *de Trinitat. l.* 9. Tertio, *Creditis in Deum; & in me credite:* ita vetus Interpres, Avgustinus, Latini qiqe, Tigurinus, Genevenses nostri. Qarto, *Credite in Deum, & in me creditis.* qam tamen, qi admiserit, interpretationem, reperio hactenus neminem. At Beza qintum etiam adjecit, sed à tertio, qem amplecti se profitetur ut magis receptum, sensum qod attinet, nihil qicqam discrepantem. Is membrum prius ἐρωτηματικῶς profert. Πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν; *Creditis in Deum? & in me credite.* q. d. *nemo vestrum est qi non dicat se in Deum credere: si ita est, credite etiam in me. Et similis,* inqit, *interrogationis exempla passim occurrunt. ad Corinth. Ep. 1. c. 7. ver. 18. & 21. & 27.* utrovis modo legeris parum pensi fuerit. Rectè avtem Erasmus pronunciavit, *significantius fore hoc loco,* si vertatur, *confidite,* sive *fiduciam habete in me.* qod & alibi passim observatum præstaret sanè, & disceptationibus havd pavcis ansam præcideret; qum *credere in aliqem* nec Latinum sit, nec sensum commodum ullum edat: sed nec in puro communiterqe recepto sermone 𝔱𝔬 𝔟𝔢𝔩𝔦𝔢𝔳𝔢 𝔦𝔫 𝔬𝔫𝔢 dici solens existat.

Huic geminum est Apostoli illud ad Ephesios c. 4. v. 26. Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Verba ea ipsa sunt Interpretum Græcorum, (qod & Tertullianus observavit *adv. Marcion. l. 4. c. 18.*) sed Hebraicis parum consona, Hymno 4. v. 4. nec est cur inde desumpta neget Beza. Vetus, *Irascimini, & nolite peccare.* Tigurinus; *& ne peccetis.* Optimè Castellio; *Ita irascimini, ut ne peccetis.* Frustra enim sunt, qod & Beza monuit, qi sic accipiunt, qasi *iram* illam *lavdabilem præcipiat* Apostolus, adqe eam hortetur, qam non excitat impatientia, sed verus zelus avt λόγος ὀρθὸς format. qo tamen modo qosdam interpretatos monent Oecumenius & Theophylactus. Siqidem per concessionem tantum dictum est, ut in myrothecio suo Cameron. Rectè Erasmus, sensus est; *Si contingat irasci, tamen ne peccetis.* h. e. *compescite iram. Neqe enim Pavlus jubet nos irasci, sed iram non vult esse diuturnam, nec ad injuriam usqe* (avt ultionem) *progredi.* Et Beza, *nullam iram hic præcipi, sed admoneri; ut sic saltem irascamur, ut, qod ira svaserit, pessimus sanè consultor, non exeqamur.* Piscator item, *Si contingat vos irasci, nolite iræ indulgere, ut gravius aliqod peccatum committatis.* Ita Joannes Chrysostomus: Καλὸν μὲν τὸ μὴ ὀργίζεσθαι. εἰ δέ τις ἐμπέσοι ποτὲ εἰς τὸ πάθος, ἀλλὰ μὴ εἰς τοσοῦτον. *Bonum est non irasci. Si qis vero inciderit in animi perturbationem, nentiqam in talem.* h. e. ut Oecumenii nomen sustinens, Κἂν μὴ πρὸς ἁμαρτίαν ἐξαχθῇ, μηδὲ παραμείνῃ ἐπὶ τὸ πολὺ ἡ ὀργή. *Etsi in peccatum deducatur, ne diu ira permaneat.* & Theophylactus, Μὴ πρὸς ἁμαρτίαν ἐξενεχθῆτε ἐκ τοῦ ἀμέτρως χρῆσθαι τῇ ὀργῇ. *Ne ad peccatum impellamini ad supra modum irascendum.* In hanc avtem mentem conspirat pulcerrimè, qod Beza (cui & Alexander Coqus noster astipulatur) ἐρωτηματικῶς legit; ὀργίζεσθε; Verbumqe Indicativum facit. *Adjuvatur,* inqit, *hoc dicendi genus pronunciatione, hoc modo, Irascimini? i. e. Contigit ne vobis irasci? at ne peccetis.* i. e. *ne pergite longiùs.* qod genus dicendi manifestè occurrit Jacobi c. 5. v. 13, 14. Itaqe in Græco contextu legendum censet. Ὀργίζεσθε; καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. Atqe hoc etiamsi admittimus, alludi tamen poterunt verba Græcorum interpretum; (qod & Calvinus avtumat) prout alia eorundem locis alludit Apostolus idem. Verùm de lectione ipsâ est qod ambigam. etiamsi enim copulativa pro discretivâ, καὶ pro ἀλλὰ, & pro *sed*, sæpenumerò usurpetur, atqe ita hoc loco qomodocunqe legatur, sumi necessum sit; nusqam

tamen

tamen (opinor) in his formulis erotematicis, subjectio sive exceptio à καὶ copulativâ ordiri deprehenditur. Ego itaqe lectionem receptam omnino retinendam censuerim. Formulam avtem qod attinet, illi geminam planè duco, qâ est usus Jeremias Vates c. 10. v. 24. verbis illis, *Castiga me, Domine, sed in judicio, non in furore, ne desperoam planè.* qæ verba non sunt castigationem poscentis, qod perperam opinantur, qi & licitum esse hinc colligunt adversas res à numine prece supplice petere, sed castigationis, qam à Deo denunciatam jam expectat, mitigationem & moderationem aliqam postulantis. non ut castigetur petit, sed ut in castigatione adhibendâ moderatione uti velit. Accuratissimè avtem Annotationibus in hunc locum *iracundiæ* gradus distingvit Hammondus noster, ex Aristotele Ethic. l. 7. c. 6. In classe primâ statuuntur ἀκρόχολοι ad iracundiam subitaneam propensi, qod ὀργίζεσθαι vocabulo denotatur. In secunda πικροὶ, qi per asperitatem & amarulentiam ulterius feruntur, & in contumeliosa dicta factaqe prorumpunt, qod παροξύνεσθαι, 1. Cor. 13. 5. & ἁμαρτωλοὶ hic dicitur. In tertiâ χαλεποὶ καὶ δυσδιάλυτοι, qi ægrè reconciliantur; adversus qem affectum monetur, ne sol super iracundiam dissidiaqe inde provenientia occidat: geminum esse observat Pythagoreorum praxi, qi Plutarcho de Amor. Frat. avtore, si qid ejusmodi apud eos secum invicem evenisset, πρὶν ἢ τὸν ἥλιον δῦναι διελύοντο, *ante solis occasum in gratiam secum invicem redire consveverant.*

Huic subjungam conjecturam meam, de loco qodam Joannis c. 18. v. 37, ubi Christus percoutanti Pilato *an Rex sit*, respondet, σὺ λέγεις, ὅτι βασιλεύς εἰμι ἐγώ. *Tu Regem esse me dicis. Phrasi qadam Hebrææ lingvæ propriâ* (inqit Illyricus) *modestè confitetur se esse Regem.* Qod & Hammondus noster forsan voluit, ubi sic παραφράζει, *Est id qod dicis, Rex sum.* Mihi vero suspectior est Hebraismus iste. Cujus loco cum suspicionem meam proposuero, aliis hanc censendam relinqam. Existimo itaqe ἐρωτηματικῶς istud proferendum; *Num tu Regem me esse dicis?* qo modo supra ad idem qæsitum dixerat, v. 34. *A temetipso hoc dicis, an alii tibi id de me dixere?* Nam qod Jansenius ad alium locum amandat Lucæ c. 22. v. 70. qo scilicet loco percontantibus sacerdotibus, *an sit Dei Filius*, respondisse dicitur, Ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐγώ εἰμι. *significare volens*, inqit ille, *totidem verbis affirmari posse, qod veluti dubium interrogatur, si qis tantùm pronunciationem mutet, q. d. non est opus ut ipse id dicam; vos ipsi dicitis me esse qod sum.* Explicatio, cum prior est longiusculè petita, tum posterior lectionem à receptâ aliam exigit, qæ & forsan genuina est. Et hîc itaqe non ὅτι, sed ὅ, τι legerim. Ὑμεῖς λέγετε, ὅ, τι ἐγώ εἰμι· *Vos id ipsum qod reverâ sum, dicitis.* Qod contractius Matth. c. 26. v. 64. Pontifici, *an sit Christus ille Dei Filius*, interroganti, σὺ εἶπας, *tu dixisti.* Illud utiqe qod res est. Qo modo & Judæ sciscitanti an ipse esset, qem proditorem sui futurum prædiceret, vers. 25. σὺ εἶπας, *tu dixisti*: tu hominem designasti, qi est istud facturus. Apud Marcum c. 14. v. 62. disertè respondisse narratur, ἐγώ εἰμι, *Ego sum.* Qod cum verbis illis sic prolatis est idem planè. Sed & de hoc viderint eruditi. Nam V. Cl. Danielem Heinsium, postqam ista exaraveram, comperi Exerc. *Sacr. l.* 3. *c.* 22. etiam illud σὺ λέγεις, tam Matth. c. 27. v. 11. qam & Marc. c. 15. v. 2. & Luc. c. 23. v. 3. ἐρωτηματικῶς legendum censere.

Ad Roman. c. 8. v. 33, 34. Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; Θεὸς ὁ δικαιῶν. Τίς ὁ κατακρίνων; Χριστὸς ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον καὶ ἐγερθεὶς, ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. Qæ Vulgatus interpres ambiguè reddidit; *Qis accusabit adversus electos Dei? Deus qi justificat. Qis est qi condemnet? Christus Jesus, qi mortuus est, imò qi & resurrexit, qi est ad dextram Dei, qi etiam interpellat pro nobis.* Ambigvitatem omnem sustulisset, si qemadmodum, Τίς ὁ κατακρίνων; vertit, *Qis est qi condemnet?* ita, Θεὸς ὁ δικαιῶν, &, Χριστὸς ὁ ἀποθανὼν, &c. *Deus est qi justificat*, & *Christus est, qi mortuus est*, &c. reddidisset. Hoc interim minùs animadversum, cum antiqos qosdam non è novissimis conturbavit, tum & recentiores nonnullos, dum illorum premunt vestigia, in fravdem induxit. Avgustinus *Doctrina Christian. l. 3. c. 3.* ubi monuerat, *ut distinctiones, ita pronunciationes ambigvas posse avt regulis fidei corrigi, avt præcedentis vel consequentis contextione sermonis.* Rationis prioris exemplum, istud Apostoli proponit: *Nisi fides, inqit, revocet, qâ credimus Deum non accusaturum adversus electos suos, & Christum non condemnaturum electos suos, potest illud sic pronunciari: Qis accusabit adversus electos Dei? ut hanc interrogationem qasi responsio subseqatur: Deus qi justificat. Et iterum interrogetur, Qis est qi condemnat? & respondeatur, Christus Jesus, qi mortuus est. Qod credere qia dementissimum est, ita pronunciabitur, ut præcedat percontatio, seqatur interrogatio. Inter percontationem avtem & interrogationem hoc veteres interesse dixerunt, qod ad percontationem multa responderi possint; ad interrogationem verò, avt Non, avt Etiam. Pronunciabitur ergò ita, ut post percontationem qâ dicimus, Qis accusabit adversus electos Dei? illud qod seqitur sono interrogantis enuncietur, Deus qi justificat? ut tacitè respondeatur, Non. Et item percontemur, Qis est qi condemnat? rursusqe interrogemus, Christus Jesus, qi mortuus est, magis avtem qi resurrexit, qi est in dextera Dei, qi & interpellat pro nobis? ut ubiqe tacitè respondeatur, Non.* Qanto molimine agit Vir præstantissimus, ut vitiosam, nec necessariam pronunciationem inducat? Idem *ad Simplician. l. 2. Qæst. 5. Multa sunt in Scripturis, qæ nisi interrogantis modo pronuncientur, in contrariam sententiam recidant. Sicuti est, Qis accusabit adversus electos Dei? Deus qi justificat. Si qasi confirmans respondeas, vides qanta perversitas oriatur. Sic ergò pronunciandum est, acsi dicatur. Deus ne qi justificat? ut subavdiatur, non utiqe.* Hunc seqitur Primasius, Beda, Haimo, qi & Avgustinum transcripsere, Sedulius, Hugo Cardinalis, Thomas Cajetanus, Joannes Benedictus, Nicolaus Gorham, Franciscus deniqe Ribera *in Mic. c. 5. v. 2.* sed & qi sub Ambrosii nomine prostat cum sensum genuinum proposuisset, *Qis est qi possit hæc, qæ Deus probat, improbare? cum nemo sit æqalis Deo, nemo est alius, qi qæ probat Deus, arguat.* (saltem frustra id, qisqis is fuerit, fecerit: itaqe Thomas, *Qis accusabit? efficaciter scilicet*) mox ad explicationem illam delabitur. *At fortè ne Deus nos ipse accuset. Sed non potest qos justificat accusare. Deum qia justificat, accusare nos negat. Simul & Christum damnare nos non posse, qi eo affectu diligit nos, ut moreretur pro nobis, & resurgens cavssas nostras agit apud Patrem.* Ambrosii hujus vestigiis inhærent, Petrus Lombardus, Thomas Aqinas, & qi Anselmi nomine prostat, Hervæus. Mitto Jacobum Fabrum, qi censet avt huc declinandum, avt ea verba, Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; vertendum, *Qis accusabit adversantes electis Dei?* Non, ut Erasmus opinatus est, τὸ κατὰ ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ *sumendo*, sed pronomen τί, qod deesse avtumabat, supplendo, ut legatur, Τίς ἐγκαλέσει τί κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; qum id sit ab Apostoli mente scopoqe prorsus alienum. Mitto & qi Evcherii nomen præfert; qi hæc in qibus sibi ipse respondet Apostolus, qasi εἰρωνικῶς prolata legi postulat. q. d. *nisi fortè electos suos condemnabit, avt Deus, qi justificat, avt Christus, qi pro eis mortuus est.* Ironiæ enim istic vestigium nullum. Verùm qod suprà dixeram, & Erasmus prior monuit, *Multum lucis accessisset* orationi, & genuina Apostoli mens liqido claruisset, si syllabam saltem unam interpres addidisset. Rectè Lyranus; *Qis accusabit? q. d. nullus. & subditur cavssa, qia Deus est qi justificat. Sententiando pro electis: Qis est qi condemnet? q. d. nullus: & subditur ratio, Jesus Christus &c. interpellat pro nobis apud patrem; & sic tollit omnis condemnationis cavssam.* Sed & Gregorius Romanus *lib. 7. indict. 2. Epist. 53. Si Deus justificat, qis est qi condemnet?* Sicut prior Theodoretus: *Cum dixisset, Deo avxilium ferente, qis nobis exitium afferet? adjecit, Cum Deus nos justos declaraverit, qis poterit condemnare?* Interest tantùm, qod isti duo verba illa, *Deus est qi justificat*; cum seqentibus committunt; qæ alii inciso præcedenti subnectunt; *justificationem*, hi *condemnationi*, qam *criminationi*, sive *accusationi* alii, opponunt. Concedunt in hanc partem unanimiter Græci omnes, Origenes, Chrysostomus, Victor Antiochensis *in Marc.* 3. Theodoretus, Theophylactus, Photius, Oecumenius, Theodulus: qos & nostri non immerito hic se-

A sequntur universi. Nec aliter Hilarius *de Trinit. l.* 10. Hieronymi nomine Avtor *in Epist.* Gregorius, & Lyranus, ut supra vidimus, & è recentioribus adhuc Joannes Ferus: ut ne adjiciam nec Græca ulla, nec Latina antiqitatis ullius exemplaria aliter exhibere. Illud avtem Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; malim cum Tigurini Scholiaste, *Qis accusationem instituet?* qàm cum Beza & Piscatore, *Qis crimina intentabit?* argutius deniqe est pavlò, qam solidius, qod Petrus Lombardus; *Qis accusabit, ita ut ejus accusatio sit, adversus electos Dei, i. e. ut noceat electis Dei.* Qod ve-
B rissimum est dicit; sed qod particula illa non insinuat, qæ adversantis consilium designat, non actionis effectum.

Unicum ubi adjecero locum, dissertatiunculæ isti finem imponam. Extat is in Epistolâ Jacobi c. 4. v. 5. Ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει, Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ὑμῖν; Ad qæ verba Erasmus in *Annotationibus. In hunc locum plavstra onusta interpretationibus inducunt Theologi recentiores.* Variæ certè partim ab enunciationis, partim ab interpunctionis ratione diversa prodierunt
C lectiones: qas & pleraſqe Franciscus Lucas Brugensis recenset.

Prima itaqe fuerit, qam Scholiastes Græcus, qi Oecumenii nomen præfert, proponit & edisserit. Is post φθόνον distingvendo, sic effert; Ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει ἢ πρὸς φθόνον; ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκησεν ἐν ὑμῖν, vel ἐν ὑμῖν. nam nunc hoc, nunc illud exhibet. Interpretatur avtem; ἢ κενῶς, ἤτοι ματαίως, ἢ πρὸς φθόνον ἡ γραφὴ ἀμήχανα ὑμῖν καὶ ὑπερβαίνοντα τὴν ὑμετέραν δύναμιν προστάγματι διηγορεύει, ἀλλ᾽ ἐπιποθοῦσα, ἤτοι ἐπιζητοῦσα τὴν
D διὰ τῆς παρακλήσεως αὐτῆς ἐγκατοικιζομένην ὑμῖν χάριν. *Non inaniter, sive frustra, vel ad invidiam. Scriptura impossibilia, viresqe nostras superantia præcepta nobis tradit, sed expetens, sive reqirens, qæ per adhortationem sedem in nobis figat, gratiam.* Hoc est ferè qod Clemens Alexandrinus *Strom. lib.* 3. de Pavlo Apostolo, Πρὸς ἔκπληξιν καὶ ἀνακοπὴν τῶν διαπτοηθέντων πρὸς δεύτερον γάμον ἀρμονίως ὁ Ἀπόστολος ὑπέρτονος φθέγγεται. *Ad suffusionem & coercitionem eorum, qi ad nuptias secundas proclives erant, concinnè Apostolus etiam supra tenorem justum vocem intendit.* qasi iniqum pe-
E tat, qo æqum avferat. Ipse contra de se profitetur *operis ejusdem l.* 1. Ψάλλοντες γ᾽ οὖν, τὸ ὑπέρτονον τῆς συμφώνου ἐμμελῶς ἀνίεμεν. *Inter psallendum, gravitatis severa de tenore intensiore modulatè remittimus aliqid.* Sed & qod de Apostolo supra, idem de lege divinâ locutus, dictum sic temperat, ut pravitati & imbecillitati nostræ, cui & ipse consultum cupiat, id agnoscat ejusmodi videri, qod in se tamen reverâ non sit. Ἀλλὰ γὰρ ὅτ᾽ ἂν ὑπέρτονον ᾄδειν λέγηται, ὥσπερ καὶ ὁ Κύριος ἐπί τινας, ἵνα μὴ λύσας τὸ ζυγὸν αὐτῶν, ἀλαζόνες καὶ ἀπειθεῖς ὦσιν, ἔστιν εἰκέναι, οὐχ ὅτι ὑπέρτονος,
F ἀλλὰ τοῖς μὴ βουλομένοις ἀναλαβεῖν τὸν θεῖον ζυγὸν, τόνου ὑπέρτονος. τοῖς γὰρ ἀτόνοις καὶ ἀσθενοῦσι, τὸ μέτριον ὑπέρτονον δοκεῖ· καὶ τοῖς ἀδίκοις ἀκριβοδίκαιον, τὸ ἐπιεικές. *Qin etiam cum ea supra tenorem justum canere dicitur, sicut & qibusdam Dominus ipse, ne qis eorum, qi ipsum affectantur, extra tenorem absonumqe aliqid canant, ita avdio, non tanqam tenorem justum excedat, sed ut qod eis ejusmodi videatur, qi jugum divinum animo havd lubenti suscipiunt. Siqidem dissolutis & infirmis, etiam qod moderatum est, tenorem excedere videtur: & injustis summum jus, qod conveniens & æqum est.* Allu-
G sit dubio procul Diogenis illud, qo Laertio *l.* 6. referente, avsteritatem severitatemqe suam ibat excusatum. Μιμεῖσθαι ἔλεγε τοὺς χοροδιδασκάλους. καὶ γὰρ ἐκείνους ὑπὲρ τόνον ἐνδιδόναι, ἕνεκα τοῦ λοιποὺς ἅψασθαι τοῦ προσήκοντος τόνου. *Imitari ajebat se choris præfectos: hos enim ordiendo tenorem justum excedere, qo reliqi tonum congruum attingant.* Signato usus est vocabulo, cum ἐνδιδόναι dixit. est enim ἐνδόσιμον, in musicis *exordium*, sive *suscitabulum*, qo choro præfectus reliqis præit. ἐνδιδόναι, ἐνδόσιμον ᾄδειν, *cantum exordiri.* alioqi ἐνδιδόναι *remittere* significat, qod Clemens ἀνιέναι dixit. Ita τὸ ἐνδοῦναι (qod obiter monemus) usurpat Aristoteles *Rhetor. c.* 3. *v.* 14. ubi, postqam τὸ προοίμιον in demonstrativis τῷ προαυλίῳ simile pronunciaverat, & observaverat, τοὺς αὐλητὰς, ὅ τι ἂν εὖ ἔχωσιν αὐλῆσαι, ὅτε προ-
αυλίζοντας συνάψαι τῷ ἐνδοσίμῳ, *tibicines, qodcunqe possint canere, id præcinentes copulare cum exordio.* subjungit, eodem modo debere Oratorem, ὅ, τι ἂν βούληται, εὐθὺ εἰπόντα, ἐνδοῦναι καὶ συνάψαι, *exordiri, & id qo exorditur cum orationis ipsius materiâ subjectâ artificiosè committere.* Sed ad Scholiasten nostrum redeamus. *Oratio*, inqit, *defecta est.* Itaqe interrogationi dictæ subjici postulat, οὐδὲν τούτων. *horum nihil.* πνεῦμα verò *spiritus*, pro *gratiâ* ponitur, ut Hymn. 51. vers. 10, 12. Ita fuerit qod Psaltes Hymno eodem v. 6. *Tu veritatem in interioribus expetis.* Verum ista qidem vis est mera. nam & contra codicum consensum & pavsas invertit; & disjunctivam infercit, qæ in contextu nulla comparet: & ne sic qidem sententia commodè fluit, nisi ἐπιποθοῦσα participium verbi loco substituerimus; qod temerarium nimis foret: nec de *spiritu* sive *gratiâ* qod dicitur, cum Apostoli verbis convenit satis; qum hunc jam *in nobis habitare* dicat Apostolus, qem is *expetere Scripturam* dicit, *ut habitet.* Hunc ergò cum lectione nimis incommodâ dimittimus; qam nemo qisqam, qod sciam, seqentium est amplexus.

Ad hunc proximè accedit Franciscus Lucas, qi aliter distingvere profitetur; sed distinctionem qod attinet, interest parùm; distat ampliùs qoad sensum. Is sic reddit, *An putatis, qia inaniter dicat Scriptura ad invidiam, Concupiscit spiritus qi habitat in vobis?* & interpretatur, *An existimatis frustra Scripturam dixisse, eo qod vobis invideat, spiritum carnis vestræ pravè concupiscere, nec bona ea esse qæ desiderat?* ut respexerit Apostolus verba Dei apud Mosen, Gen. cap. 6. vers. 5. & cap. 8. vers. 21. qibus cordis humani ad malum proclivitas prædicatur. Distat à priore, qod interrogationem ad finem commatii rejicit: & verba facit Scripturæ ab Apostolo lavdatæ, qæ Apostolo ipsi alter attribuit. minus certè qam ille verbis vim facit; plus nimio tamen qam par est divellit: nec sensum qem ille vult, reddit clavsula novissima, prout ab illo est mutilata. neqe enim *mala concupiscere*, sed simpliciter *concupiscere*, sive *desiderare*, avt *appetere*, qod ex se mali nihil sonat, ex verbis sic lectis diceretur.

Atqe hi ex eis fuerint, qi interstinctionem vitiosam secuti sunt: ad eos transeo, qi ritè distinxerint. Ex his avtem, qidam partem alteram ἀποφαντικῶς, alteram ἐρωτηματικῶς, alii utramqe, idqe sejunctim, ἐρωτηματικῶς enunciant. Illi Apostolum de testimonio qod citat censent interrogare, testimonium verò ipsum affirmatione nudâ constare: isti tam Scripturæ (si qa saltem sit) qæ lavdatur περιοχὴν, qam & Apostoli ipsius de eadem verba, interrogativè concepta utraqe opinantur.

Proinde illi sic efferunt: *An putatis, qod inaniter Scriptura dicat? Ad invidiam concupiscit spiritus, qi habitat, vel sedem posuit, in nobis.* sive, *An putatis, qod inaniter Scriptura dicat; ad invidiam concupiscit spiritus, qi habitat in nobis?* Utro enim loco notam interrogationis indicem fixeris, parùm interest, nisi qod priore loco collocando ambiguitas omnis melius tollatur; nec video, qâ ratione Lucas duplicem ex istis lectionem eliciat, cum sensum qod attinet, eodem prorsus utrumqe redeat, nec mentem ullam admittat altera, qam non & altera ferat. Ita legit Syrus, atqe ita Vetus Latinus interpres. nam de *nobis*, qod cum Græco Syrus, & *vobis*, qod Latinus habet, nullius ferè momenti res est.

Verùm de lectione istâ qi consentiunt, in explicatione plurimùm inter se dissentiunt: dum alii de *Spiritu divino*, de *humano* alii intelligunt. De *divino* qi sumunt, etiam variis modis interpretantur. Primò, qidam *invidiam æmulationem* intelligunt, *qâ Deus nos proseqatur*; qasi dicat. *Spiritus Dei, qi in nobis habitat, æmulatur nos æmulatione bonâ, nec mundo tanqam æmulo suo patitur adhærescere.* Ita Faber, Cajetanus, Catharinus, Erasmus in *paraphrasi*, Fevardentius, Gagnæus, Gvilliardus, Gail, Salmeron, Stevartius, Lorinus, Turnbullus noster. atqe ex horum mente loci illi respiciuntur, qibus *Deus zelotes* prædicatur. Exod. c. 20. v. 5. & c. 34. v. 13. Devt. c. 4. v. 24. Et c. 5. v. 15. idemqe de *Deo* dictum fuerit, qod de se Apostolus ad Corinth. Ep. 2. c. 11. v. 2. Secundò, alii *invidiam importunitatem*,

tatem, qæ ad invidiam usqe pertinax sit, intelligunt. Ita Zvinglius; *Spiritus fidelis ad invidiam usqe petit, nec intermittit donec acceperit.* Atqe hoc modo de *Spiritu* dictum fuerit, qod Apostolus ad Rom. cap. 8. vers. 26. de *importunitate*, qod Dominus ipse Luc. c. 11. vers. 6. & cap. 18. vers. 5, 7. Estqe reverà Tertulliano solennis formula ea qâ *invidiâ fieri supplicatio* dicitur, per qam enixius aliqid poscitur. in *Apologet.* c. 4. *In sacco & cinere volutantes, invidiâ cælum tundimus*, de Orat. c. 5. *Clamant ad Dominum invidiâ animæ martyrum sub altari.* de Jejun. c. 16. *Saccis velati, & cinere conspersi, idolis suis invidiam supplicem objiciunt.* Sed & Tacitus *Annal. l.* 11. *Vibidiam depellere neqivit, qin multâ cum invidiâ flagitaret.* Verum io literis sacris locutio istiusmodi nuspiam, puto, reperitur. Tertiò alii *invidiam* pro *odio* dictum volunt. *Spiritus qi in vobis habitat, instinctu suo vos concupiscere facit, impellit, instigat, ad invidiam, mundi scilicet, ut mundo invideatis, eumqe odio habeatis.* Ita Glossa, Hugo, Thomas Aqinas, an Anglicus, Maldonatus, Paræus. Ita fuerit, qod Joannes Ep. 1. c. 2. v. 15, 16. qanqam ex his qidam sumptum volunt ex Sapient. c. 1. v. 4. Qartò, alii, *ad invidiam*, exponunt, *adversus invidiam*, πρὸς φθόνον, pro τῷ φθόνῳ. *Spiritus Dei adversus invidiam, sive contagem in mundo grassantem, concupiscit atqe hostiliter fertur, morbumqe invidiæ debellari, & è mentibus vestris extirpari desiderat.* Ita nonnulli à Beza & Camerario lavdati, Thomas, Hugo, Paræus, Lutheranus qidam ab eodem in *prolegomenis* lavdatus, qi & ex Pavlo ad Galat. c. 5. v. 17. sumptum censet: qod alii ex Exod. c. 23. v. 32. & c. 34. v. 12. & Devt. c. 7. v. 2, 5. & Rom. c. 12. v. 2. Havd ab his longè discedit Matthias Bertius, cujus sententiam è *commentariis M.S.* citat probatqe Conradus Vorstius, interpretibus aliis in mentem non venisse miratus; *Spiritum Dei ad invidiam, sive contentionem sacram in sanctis ferri: qâ scilicet adversus carnem concupiscere, eidemqe obniti perhibetur, ad Galat. c. 5. v. 17.* allusum avtem existimat ad Dei illud Gen. c. 6. v. 3. *Spiritus meus cum homine non disceptabit perpetuò; qia caro est.*

Atqe hi de *Spiritu divino*, sive divinitùs accepto, ceperre. seqvuntur qi de *humano* sumunt; qo modo usurpatur Malach. c. 2. v. 15, 16. & Hosh. c. 5. v. 4. de *spiritu*, qatenus *irregenitus* manet, sive de veteris hominis reliqiis adhuc in renatis etiam residuis. Rom. c. 7. v. 17, 18, 20, 23. & cap. hujus, v. 1. Primò itaqe *spiritum* hunc *sibi ipsi invidere* dictum opinatur Erasmus in *Annotationibus*. *Mihi*, inqit, *sensus hic potissimum probatur: spiritus hominis mundo deditus, sibi invidet; sed Deus copiosiùs impertit gratiam suam, qam ipsi cupiamus.* Ita fuerit, qod Siracides habet c. 14. v. 5. *Qi sibi neqam, cui bonus?* Alii, Beda referente, de *invidiâ, qæ ex rerum externarum appetitione oriatur*, dictum accipiunt: qasi dicat, *Spiritus mentis vestræ, dum aliena concupiscit, ad invidiam utiqe concupiscit, dum ea qæ ipsi concupiscitis, alios invidetis habere.* Alii de *concupiscentiâ qæ ab æmulatione & invidiâ proficiscatur.* Ita Thomas, *Spiritus i. e. affectus hominis corruptus concupiscit res aliorum ad invidiam, i. e. propter invidiam, qâ invidet bonis aliorum, reputans se illis inferiorem.* Et sumptum avtumat ex Jobi c. 5. v. 2. qo loco, *invidia stultum interficere* dicitur. Plurimi deniqe de *spiritu humano* intelligunt, *ad invidiam & vitiosa qæqe proclivi.* Ita Lyranus, Hugo, Illyricus, Hemmingius, Beza, Rickelius, Fevardenous, Sa, Hassellanus, Estius, nec secus Brugensis, qem supra dedimus. Ex Genes. c. 6. v. 5. sumptum statuunt pleriqe: qanqam ex Prov. c. 21. v. 10. Samuel Vardus noster Ipsvicensis, eadem in classe collocari possunt Vir Cl. Hugo Grotius, & Daniel Heinsius: qorum ille *in Annotationibus posthumis, invidiæ nomine*, τὸ רע sive, *τὰ πονηρὰ mala* in genere qorum invidia non minimum est vult intelligi, itaqe sic explicat, *Spiritus ille à Deo hominibus datus & ejus jussu in hominibus habitans, i. e. animus, in dies per mala exempla pejor & est factus, & ea desiderans, qæ non dilectio, sed invidia suggerit.* Ita sumptum vult ex Gen. 6. 3. &c. & historiam eô loci narratam respicere. Alter in *Exercitat. sacris, invidiæ* vocabulo poscit ex Hellenistarum usu *Dei irritationem denotari.* Sic ergò reddit, *An putatis, frustra à Scripturâ dici, Ad irritandum*

A *Deum concupiscere eum spiritum qi est in nobis?* & fusius παραφράζει, *An ignoratis passim à Scriptura dici spiritum hominis, avt, qi habitat in homine, adversus Deum, & cum indignatione ejus cupiditates suas exercere?* ἐπιποθεῖν utiqe idem vult esse qod ἐπιθυμεῖν ut Psalm. 62. v. 11. φθόνον, qod קנאה ἐπιποθεῖν πρὸς φθόνον, qod Psal. 106. v. 16. ויקנאו πρὸς φθόνον ἤγαγον, παρώξυναν. Cæterum nec avt τοῦ φθόνου sic usurpati exemplum datur; nec avt *Dei*, avt *Domini* nomen textus habet. Grotium proximè accessit Hammondus noster, Annot. in N. T. *Nullus est*, inqit, *V. T. lo-*B *cus, qi de testimonio isto sibi plus vendicet, qam periocha illa Gen. c. 6. v. 3. ubi in LXX. Interpretum versione, πνεῦμα, qod & istic, &* καταμένειν, *qod idem planè valet, qod κατοικεῖν istic. Spiritus ergò Dei, qi habitat in homine, est animus humanus, originis ratione sic dictus, qia à Deo, ut in corpore humano, tanqam ensis in vaginâ reconditus Dan. c. 7. v. 15. maneret, eidem est inditus.* Gen. c. 2. v. 7. *verum corruptelâ peccato attractâ ratione ad malum qodvis jugiter propensus evasit, eoqe desiderio fertur satiari nescio, qod φθόνου nomine designatur, qo avaritiæ genus omne denotari consvevit.* Cæ-C terum de loco illo Mosaico, videri poterit in *Annotationibus* Cartvrightus noster, qi versionem explicationemqe istam solidissime refellit. Cum avtem ea huic statuminandæ destina substruatur, sublatâ eâ, hæc itidem necesse est unâ corruat.

Atqe hi qidem incisum posterius *affirmativè* dictum intelligunt: at alii *interrogativè* efferendum, & ex conseqenti *negativè* sumendum, existimant. Legunt ergò, *An ad invidiam concupiscit, sive fertur spiritus qi habitat, sive qi sedem posuit, in nobis?* Hanc lectionem qi admittunt, et-D iam in partes varias discedunt. Qidam enim nihil hoc saltem commatio ex Scripturis sacris ab Apostolo lavdatum existimant: itaqe qod in inciso priore dicitur, *An putatis qod inaniter Scriptura dicat?* ad ea statuunt pertinere, qæ de *mundi inimicitiâ* in codicibus sacris passim vetitâ & improbatâ, in verbis præcedentibus dicta sunt. Sed nec isti in posterioris incisi explicatione consentiunt. Alii enim per *disjunctivam* incisum hoc priori annectunt, & de *invidiâ, qæ spiritui tribuatur*, interpretantur. Ab hac parte Titelmannus est; qi nec improbante Brugensi, sic παρα-E φράζει. *An persvadetis vobis lusoriè avt sine cavsâ sacram Scripturam monere prædicareqe, ut à mundo separemini, & eorum qi mundo adhærent consortia fugiatis? vel Spiritum Sanctum Scripturæ avtorem, qi per regenerationem sedem posuit in vobis, mundi vobis amicitiam, ut qæ è re vestra sit, invidere?* Verum sensum istiusmodi verba nullo modo admittent, nisi ea inferciantur, qæ contextus non habet. Hoc Calvinus amplectitur, qi sic verba reddidit, *An putatis qod frustra dicat Scriptura* (scilicet qæ *de mundi amicitiâ* supra sunt dicta) *an concupiscit ad invidiam spiritus, qi habitat in* F *vobis? Probare vult*, inqit, *ex qo invident, non regi eos Dei spiritu; qoniam ipse aliter fideles instituat.* Verum *hiulca* nimis hic foret dictio Apostolica, non *concisa* tantùm, ut ipse vult. Et deest planè, qod & advertit ipse, in priore inciso, in qod verbum λέγει transeat: ut ne adjiciam interpunctionem institui, qam Græci codices nulli exhibent.

Alii ergò sententiam licet sub *duplici interrogatione*, sed qæ altera sit *alteri* subordinata, continuant: & dictamen aliqod sacræ paginæ in inciso posteriori vel disertè lavdari, G vel obliqè saltem indicari avtumant, qo *Spiritus Dei ab invidiâ abhorrere* significetur. Vertunt itaqe, *An putatis Scripturam inaniter dicere*, (hoc scilicet qod seqitur; itaqe Syrus vertit, acsi ὅτι legisset) *Num ad invidiam concupiscit, sive fertur, Spiritus, qi habitat in nobis?* qasi dicat, *non, neutiqam, nullo modo.* Sed vehementius interrogando negatur. In hanc partem concedunt Beza, Hugo, Lyranus, Thomas, Rickelius, Junius, Piscator. ἐπιποθεῖ, *concupiscit.* i. e. ἐπιποθεῖν ποιεῖ, *facit ut qis concupiscat*; sicut Rom. 8. 26. Ἐντυγχάνει στεναγμοῖς. i. e. ἐντυγχάνειν ποιεῖ. *Spiritus interpellat suspiriis*, i. e. *excitat suspiria in nobis, qibus interpellemus.* Piscator, vel, ἐπιποθεῖ, i. e. ὁρμᾶται, *fertur.* Beza, imo μετὰ ἐπιποθίας, non πόθου tantum, (sicut Philip. 1. 23. Ἐπιθυμίαν ἔχων, *enixè desiderans*) ὁρμᾶται,

cum

cum desiderio, appetitu, impetu animi ac ardore fertur. Qomodo Græci Hymn. 62. 20. Ἐπὶ ἁρπάγματα μὴ ἐπιποθεῖτε, *ad rapinam cum desiderio ferri nolite.* Et Hymn. 84. 2. Ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου, *desiderio ingenti fertur anima mea ad atria Domini:* qod etiam reddi potest, *desiderat vehementer atria Domini adire.* Hymn. denige 42. 1. Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σέ. *Qemadmodum desiderio ingenti ardentique fertur cervus ad scaturigines aqarum: eodem modo cum desiderii intensione, ardore, flagrantia, fertur anima mea ad te.* Qo loco & eadem ipsa reperitur syntaxis, qâ Apostolus istic usus est. Qanqam & πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖν, potest etiam simpliciter verti, *per invidiam,* sive *invidiose concupiscit & appetit.* Sic enim Græci τὸ πρὸς familiariter usurpant, ut in formulis illis, *πρὸς ὀργὴν, per iram, iracunde, πρὸς βίαν, per vim, violentè, πρὸς ἔχθραν, per inimicitiam, inimicè, πρὸς ὕβριν, per contumeliam, contumeliose,* &c. qalia multa congessit Franciscus Vigerus *de præcip. Gr. ling. idiotism. c. 9. sect. 8. reg. 10.* Hoc autem qod Jacobus hîc citat, tanqam è scriptis sacris depromptum, Hugo & Lyranus ex Sap. c. 1. v. 4. mutuatum existimant. Junius verò & Piscator Mosis dictum censent respici, qo is Josuam sic allocutus legitur, Num. 11. 29. *Num tu mei caussâ invides?* q. d. num spiritus, qo nos ducimur, donorum spiritualium participes, invidet ulli? ut tu hac de caussâ in meam gratiam ægrè feras, ea aliis esse communicata: qod omnino Jacobus Apostolus istic. Atqe hoc ex omnibus qæ hactenus adducta sunt, mihi verisimillimum videtur.

CAPUT XX.

Græcorum aliorumqe dicta proverbialia, de Herâ & catellâ; Dominâ & ancillâ; Hero & servo; Domino & famulis; Rege & aulicis; Principe & subditis. *Illorum exempla mala præsertim, istos imitari. Illorum vitam censuram eamqe perpetuam esse. Ex istis itidem de illis judicari, sed iniqùs id qandoqe. Philemon comicus apud Clementem obiter emendatus.* Christiani in opprobrium Christi. *Ad mala sponte suâ procliviores qosqe. Malorum consortio delectari, neqitia indicium. A conversantibus sumi mores. Esaja verba, c. 24 v. 2. ad hanc morum paritatem frustra trahi. In Democratiâ merâ libertas paritasqe qanta, ex Platone. Huic ab eodem accommodata de* catellis *parœmia illa. Æqalitate ejusmodi nihil inaqalius, nihil iniqius.* Ἀταξία *ordinumqe confusio Esaja tempore in statu Judaico. Eodem fine frustra, detorqeri & vaticinii ejusdem periochen illam cap. 24. v. 2. Loci sensus genuinus ex Judæis. Eosqe secutis: rejectis, qi vel ad sepulcrum, vel ad judicium novissimum referunt. Vaticinii mens genuina. In malis denunciatis pari loco cum inferioribus ac tenuioribus superiores ac ditiores qosqe futuros.* כוהן *tam* præfectum *in statu politico, qam* sacerdotem *denotare. Illâ notione Judæos hic sumere,* caph *collationibus inserviens, nunc propositioni, nunc reddittioni præfigi. In periocha præsentis incisis, qam variè vertenda. Ellipsis ab Esdraide citra caussam introducta.* גבירה *&* גברת *qâ notione usurpata. Emeentis ac mutuantis sors potior; qam vendentis & mutuum sumentis.* נשה *&* אשר נשה בו *qid soneant. Aben Esdra adversus Caninium, Pagninum, Mercerum, Vatablum, Junium, Piscatorem defensus. Erroris origo à Piscatore, errante tamen cum reliqis, indicata. Vox* נשה *de debitore nusqam usurpata. Firmatur dictionis Propheticæ sensus genuinus ex locis Parallelis, Deut. 24. 11. & 1. Reg. 22. 2. Nec Abraha, nec Chaldæi verba, rite accepta.* מלוה *&* נשה *qi distingvantur. Jairi opinio rejecta; nec Esdraida satis probata.* De mutuo gratuito *usurpari qandoqe utrumqe. Qomodo &* δανείζειν *Luc. 6. 34. Expenditur locus Deut. 24. 11. & Nehem. 5. 11.* מלוה elocantem, נשה exigentem, *in Vatis dictione designare videri.* נשה *verbum notione eâ alibi occurrere. Legem Mosaicam usuras prohibentem; nec ista Esaja, nec Jeremiæ illa cap. 15. 10. spectare.*

A Παροιμιώδη & in usu freqenti sunt Græcorum illa,

> Οἵα περ ἡ δέσποινα τοιάδ' ἡ κύων.
> *Talis catella existit, qalis est hera.*

Et,

> Οἷα δέσποινα, τοῖαι καὶ θεραπαινίδες.
> *Tales pedisseqæ; qalis & domina fuit.*

Qibus utiqe compar planè nostrum illud, *Qalis herus, talis famulus:* Like master / like man. E Græcis prius illud. Sed qod membro altero pro more suo in sententiolis
B ejusmodi citandis mutilatum dedit: respexit Cicero, & ad morum paritatem retulit, *ad Atticum l. 3. Epist. 11.* verbis illis, *Qod superest, si verum illud est,* οἵα περ ἡ δέσποινα, *certè permanebunt: nihil enim à me fieri ita videbunt, ut sibi sit delinqendi locus.* Hoc volebat, qod à Platone divinitus scriptum affirmat in *ad Lentulum l. 1. Ep. 9. Qales in Republica principes essent, reliqos solere esse cives.* Atqe ita reverâ, qod Nicetas in *Alexio Comnen. l. 4. c. 4.* Ἐξομοιοῦσθαι τοῖς ἄρχουσι φιλεῖ τὸ ἀρχόμενον· *Principibus assimilari qod subest solet.* Et Basilius Cæsariensis apud Antonium, *Meliss. l. 2. c. 1.* Πρὸς τὸ τοῦ
C ἄρχοντος ἦθος ἐπιτίθεσθαι πέφυκεν ὡς τὰ πολλὰ τὸ ἀρχόμενον· ὥστε ὁποῖοί ποτε οἱ ἄγοντες ὦσι, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ ἀγόμενον εἶναι. *Ad Principum instar effingi ut plurimum solent subditorum mores: proinde tales evadere qodammodo necesse est qi ducuntur, qales ipsi à qibus ducuntur, extiterint.* Hoc est qod Claudianus, *in Honor. Coss. 4.*

> —— *totus componitur orbis*
> *Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus*
> *Humanos edicta valent, qum vita regentis.*

Siqidem, ut Plinius in *Panegyr. ad Trajan.* *Vita Principis*
D *censura est, eaqe perpetua: ad hanc convertimur, ad hanc dirigimur.* Itaqe,

> *Rex velit honesta, nemo non eadem volet.*

Seneca, *Thyest. Act. 1.* Et, *Rectè facere Princeps cives suos faciendo docet.* Paterculus, *Hist. l. 2.* Sicut & è contrario, *Vitia Principes non solum ipsi concipiunt, sed etiam in civitatem infundunt; plusqe exemplo qam peccato nocent.* Cicero *de legib. l. 1.* id qod & experientiâ perpetuâ it confirmatum dare, cum subjicit; *Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum qalescunqe summi civitatis viri fuerint, talem*
E *civitatem fuisse; qacunqe mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secutam.* Qod est ipsissimum Platonis effatum monitumqe, *de Repub. l. 4. pag. 828. E.* Μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω, ἄλλῃ θᾶττον καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν, ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ, μηδὲ νῦν γε ἄλλῃ γίγνεσθαι μηδ' αὖ ποτε γενήσεσθαι. *Nemo vobis persuadeat, aliter unqam citius & facilius qam principum exemplo leges in civitate mutari. Neqe aliter ocyus aut fieri nunc existimetis, aut futurum.* Qin & Rex sapientissimus ipse, *Parœm. c. 9. v. 11.* *Dominatoris dictis mendacibus attendentis, servi qiqe improbi sunt.* Inde
F illa sermone communi jactata, *Qalis Princeps, tales aulici: qalis imperans, tales subditi.* Drusius, *Proverb. l. 4. Class. 1. Adag. 147.* Eodem refert adagium illud de *herâ & catellâ* Gregorius Palama in dissertatione secundâ, qâ carnem adversus animam perorantem inducit, qæ vitia sua excessusqe illi ascribere nitebatur, cum se carnis dominam tamen asseveret, cui assentiri necesse habeat; Οἵα γὰρ, φασιν, ἡ δέσποινα, τοία γ' ἡ κύων. Eodem sed ad familiam privatam, unde & primitus est tractum, accommodando, Clemens Alexandrinus *Pædag. l. 3. c. 11.* postqam Philemonis qæ-
G dam laudaverat; qæ qo aliqâ ex parte saltem restituam, exscribere haud gravabor. Hæc sunt autem;

> Ἐξὸν γυναικὸς ἐξόπισθ' ἑλκόμενον
> Βλεπομένην θεραπαινίδα κατόπιν ἀκολουθοῦσαν καλὴν
> Ἐκ τῆς Πλαταιικῆς τι παρακολουθοῦσάν τινα
> Ταύτῃ κατιδεῖν. ——

Βλεπομένην illud & metrum vitiat, & sensum corrumpit. βλέπειν rescribo, sed & in senarii tertii fine, παρακολουθοῦντ' ἄνωθεν. Qo pes metri fulciatur, & sic verto,

> *Formosam ingenua mulieris vestigia*
> *Ubi preseqentem cernere est ancillulam,*
> *Oculo retortò qam sectatur adunens*
> *Plataensis, aliqis.* ——

Ἐξὸν βλέπειν, & ἐξὸν ἰδεῖν, *cum videri liceat,* sivo, *possit vide-*

videri, q. diceret hoc ubi fit, de herâ ipsâ qid meritò qis suspicetur? subjungit siqidem, illud ubi recitaverat Clemens; Ἀναφαίνεται γὰρ ἔτι τὴν δέσποιναν ἡ τῆς θεραπαίνης ἀκολασία. —— καὶ τὸ μὴ ἐπιπληκτικὸν τοῖς ἀκολασταίνουσιν, σαφὲς γίνεται τεκμήριον γνώμης εἰς τὸ ὅμοιον ἐκτετραμμένης. Οἵα γὰρ δέσποινα, φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι, τοιάδε χ᾽ ἡ κύων. *Redundat enim in Dominam ancillæ lascivia. — nec redarguere lascivè gerentes se, clarum est indolis eodem vergentis indicium: qalis enim, per diverbium ajunt, est hera, talis est & catella.* Et certe qemadmodum ex sodalitio de homine qolibet ferri censura solet; juxta illud ex Evripidis *Phœnico* ab Æschine *adversus Timarchum*, Demosthene vicissim *adversus Æschinem de legat. perperam obit.* Diodoro Siculo *l.* 12. *c.* 7. Plinio minore *l.* 4. *Epist.* 27. celebratum, nec ab eloqentiæ magistris Hermogene, *Method. c.* 30. & Aphthonio, *Progymn.* 6. præteritum;

Ὅστις δ᾽ ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ,
Οὐ πώποτ᾽ ἠρώτησα, γιγνώσκων ὅτι
Τοιοῦτός ἐστιν, οἷσπερ ἥδεται ξυνών.
Namqe improborum cui placet sodalitas,
Is qi siet vir non rogo; sciens satis
Sodalium illum convenire moribus.

In eundem modum & ex servitio ac famulitio de domino herove censeri havd est insolens: sed & *ex ancillarum moribus domina judicantur*, inqit Hieronymus, *Epist. ad Salvinam.* Hinc in eandem cum istis mentem, de Christo ipso, ex illorum vitâ *qi in opprobrium Christi nomen gerunt Christianum* occasione captatâ, exterorum voces illæ apud Salvianum, *de Provident. l.* 4. *c.* 10. *Æstimari de cultoribus suis potest ille qi colitur: qomodo enim Magister bonus est, cujus tam malos videmus esse discipulos?* Qanqam iniqius istud, ratione non una: qum & ótulo tenus tantummodo Christiani sint havd pavci; nec ad eum pertineant, cujus gestant insignia: nec tam efficacia etiam ad bonum bona, sive documenta, sive exempla, esse consveverint, qam sunt ad malum mala. Salvianus idem, *l.* 7. *c.* 3. *In domo sua dominus, qasi corporis sui caput est; & vita ejus cunctis qasi norma vivendi: pessimumqe est in hoc negotio, qod libentiùs omnes deteriora sectantur, & faciliùs mala institutio damnat bonos, qam bona emendat malos. Porrò avtem, cum etiam boni atqe honesti patresfamilias famulos bonos facere non possint; qantam illic putemus esse labem familiarum, ubi Domini fuerint impuritatis exemplum? qales famulos, ubi tales patresfamilias? qanta servorum ibi corruptela, ubi dominorum tanta corruptio? morbido enim capite nihil sanum in corpore, neqe ullum membrum officio suo fungitur, ubi qod est principale non constat?* Et *l.* 8. *c.* 4. *Nemini dubium est omnes dominorum familias, avt similes esse dominis avt deteriores: ac per hoc, cum etiam domini boni servos vel maximè malos habeant, promptum est intelligere, qales illic familiæ omnes existant, ubi serviles animos jam per se malos etiam dominorum fecerit neqitia pejeres.* Ad hanc morum in utraqe conditione paritatem trahunt nonnulli Esajæ Vatis verba, c. 24. v. 2. והיה כעם בכהן כעבד כאדניו כשפחה כגברתה qæ Vulgata versio sic reddidit; *Et erit sicut populus, sic sacerdos; & sicut servus, sic dominus ejus; & sicut ancilla, sic domina ejus*, de qâ amplius post videbitur. Interim in hunc sensum concedere videtur Genevensis nostra, dum sic reddit, And there shall be like people, like priest; like servant, like master; like maid, like mistress. Ita Gregorius in Romanus in *Pastore l.* 2. *c.* 7. *Sacerdos est ut populus, qando ea agit is qi spirituali officio jungitur* (*l.* fungitur) *qod illi faciunt, qi adhuc studiis carnalibus destinentur.* Et Bernhardus, Sermon. solenn. 37, *Non est jam dicere, ut populus, sic sacerdos; qia nec sic populus ut sacerdos: misera eorum conversatio, plebis miserabilis est subversio: nisi qis Dominicâ præmonitus & præmunitus exhortatione, dat operam eorum non exempla imitari, sed observare præcepta.* Verum istud distributionis membra, de *emptore* & *venditore*, *creditore* & *debitore*, subjuncta vix admittunt, nisi si qis tam à contrahentibus, qam à *conversantibus*, (uo Seneca, *de ira. lib.* 3. *cap.* 8.) *mores sumi* contenderit, & vaticinii scopus dictionisqe propheticæ series omnino respuit.

Cæterùm proverbiale illud de *herâ* & *catellâ* aliò insuper traducit Plato *de Repub. l.* 8. & ad eam libertatem an licen-

A tiam illustrandam adhibuit, qæ in democratiâ merâ, sive statu populari consvevit obtinere; eamqe confusam atqe indistinctam cunctorum æqalitatem, qâ *nihil inæqalius* esse pronunciat Plinius minor, *lib.* 2. *Ep.* 12. *nihil iniqius*, Plutarchus, *Problem. Sympos. l.* 8. *c.* 2. Ἣν, inqit, οἱ πολλοὶ δικαίων ἰσότητα, πασῶν ἀδικιῶν οὖσαν μεγίστην. *Ea qam pleriqe sectantur æqalitas, est iniqitatum omnium iniqissima.* Sed Platonem avdiamus, Τὸ δέ γε ἔσχατον τῆς ἐλευθερίας τοῦ πλήθους ὅσον γίγνεται ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει, ὅταν δὴ οἱ ἐωνημένοι καὶ αἱ ἐωνημέναι μηδὲν ἧττον ἐλεύθεροι ὦσι τῶν πριαμένων· ἐν γυναι-
B ξὶ δὲ πρὸς ἄνδρας, καὶ ἀνδράσι πρὸς γυναῖκας, ὅση ἰσονομία καὶ ἐλευθερία γίγνεται, ὀλίγου ἐπελαθόμεθ᾽ εἰπεῖν. *Vulgi libertas in civitate istiusmodi tanta est futura, qanta esse potest, qum empti emptæqe æqâ plane cum illis, qi eos oasvo emerint libertate perfruuntur: qanta verò libertas jurisqe futura sit paritas tam mulieribus adversus viros, qam viris adversus mulieres, dicere penè obliti sumus.* His præmissis ad παροιμιώδες illud sic transit, Τὸ μὲν γὰρ τῶν θηρίων τῶν ὑπὸ τοῖς ἀνθρώποις ὅσῳ ἐλευθερώτερόν ἐστιν ἐνταῦθα ἢ ἐν ἄλλῃ, οὐκ ἄν τις πείθοιτο ἄπειρος. ἀτεχνῶς γὰρ αἵ τε κύνες, κατὰ τὴν παροιμίαν,
C οἷαίπερ αἱ δέσποιναι γίγνονται. καὶ ἵπποι δὴ καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι, κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες τῷ ἀεὶ ἀπαντῶντι, ἐὰν μὴ ἐξίστηται. καὶ τἆλλα πάντα οὕτω μεστὰ ἐλευθερίας γίγνεται. *Qin & bruta animantia, qa ab hominibus educantur, qanto in civitate hac qam in aliâ liberiora futura sint, nisi qi fuerit expertus vix crediderit qisqam: omninò enim catellæ, qod in proverbio est perinde ac heræ ipsæ futuræ sunt; & verò eqi asiniqe liberè ac fastuosè per vias incedere assvefacti, obviam qemqe nisi sponte cesserit, impetent; cæteraqe cuncta libertate plena futura sunt.* Eam utiqe ἀτα-
D ξίαν ordinumqe confusionem depingere voluit, qam & nos diverbio vulgari designamus, ubi *hera famulam, Joannam domina parem* dicimus. Qamqe graphicè admodum describit Vates sacer Esajæ c. 3. v. 4, 5, 12. verbis illis; *Puerulî constituentur principes illis, qi petulanter eis insultent. Ita opprimetur populus, dum alter in alterum, in vicinum sive sodalem suum qisqe insurgit; adversus senem insolescit puer, & vilis qvis adversus honorabilem, populumqe meum è puerulis qvis expilat; & ò mulierculæ qavis dominatur ei.* Et in eandem mentem Esajæ coævus Michæas, c. 7. v. 6. *Fi-*
E *lius patrem contumeliosè habet, & filia adversus matrem, nurus adversus socrum suam insurgit.* Qibus accedit & qod de statu sæculi ad Messiæ adventum futuro ex R. Nehoraji sententiâ refertur in *Gemarâ Sanhedrin cap.* 11. *sect.* 28. *Qo sæculo filius Davidis veniet, adolescentes viros seniores pudore afficient, seniores avtem adolescentulis assurgent; insurget filia contra genitricem, nurusqe adversus socrum; frons sæculi canina erit; nec filius patrem reverebitur.* Nec ab his abscedit Philosophus loco superius indicato, ubi ait, Καὶ καταδύεσθαί γε εἰς τὰς ἰδίας οἰκίας, καὶ τελευτῶν μέχρι τῶν θηρίων
F τὴν ἀναρχίαν ἐμφυομένην. οἷον πατέρα μὲν ἐθίζεσθαι παιδὶ ὅμοιον γίγνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τοὺς υἱεῖς, υἱὸν δὲ πατρί, καὶ μήτε αἰσχύνεσθαι, μήτε φοβεῖσθαι τοὺς γονέας, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖ — διδάσκαλός τε φοιτητὰς φοβεῖται καὶ θωπεύει. φοιτηταί τε διδασκάλων ὀλιγωροῦσιν, οὕτω δὲ καὶ παιδαγωγῶν· καὶ ὅλως τοὺς νέους πρεσβυτέροις ἀπεικάζεσθαι, καὶ διαμιλλᾶσθαι καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις. *Anarchia ista ubi altius insederit in familias privatas qoqe ita penetrabit, ut ad bruta animantia etiam demum pertingat: ita usu veniet, ut puero pater par fieri assvescat, dum filios formidat, & patri filius compar evadat, dum qo*
G *utiqe liber existat, parentes nec veretur, nec timet: præceptor discipulos metuat, eisdemqe aduletur; discipuli verò & præceptores & pædagogos pariter insuper habeant: juvenes deniqe senibus pares se faciant, & tum verbis tum & factis cum eisdem per æmulationem qandam contendere velint.* Qæ Philosophi, cum sint Vatum illis ἐφάμιλλα, tum indicant plane qo fine de *catellis* diverbium illud usurparit. Ad hanc avtem ἀναρχίαν καὶ ἀταξίαν ejusdem sobolem comitemqe individuum, ab utrisqe illis luculentissimè delineatam, etiam Vatis ejusdem ex cap. 24. verba illa qi retulerint non desunt. Eò certè inclinare Græci videntur, dum reddunt. Ἔσται ὁ λαὸς ὡς ὁ ἱερεύς, καὶ ὁ παῖς ὡς ὁ κύριος, καὶ ἡ θεράπαινα ὡς ἡ κυρία. *Erit populus ut sacerdos, puer ut dominus, ancilla ut domina.*

Sed

A Sed & Joannes Calvinus; *Horrendam*, inqit, *confusionem notat, ubi nulli amplius ordines, nulla reipublica facies superstes fit. qamdiu enim viget tolerabilis reipublica status, aliqod inter populum & sacerdotem discrimen manet.* Et Deodatus, *Totus ordo politicus & Ecclesiasticus, in qo status forma consistit, subvertetur.* Qod etiamsi ad Vatis institutum priore illo propiùs accedat, à mente tamen genuinâ ipsa recedit longiusculè. siqidem consistente adhuc statu ipso, sive Monarchicus ille, sive tyrannicus potius, sive democraticus fuerit, potest ordinum confusio ea obtingere, ut B vix plebis ullus adversus proceres, vix ullus apud famulos dominorum respectus habeatur, vix ulla apud populum adversus sacerdotes, juniorum adversus seniores, liberorum etiam adversus parentes ipsos exhibeatur reverentia. qod & omnino temporibus illis ipsis usu venerat, de qibus in altero illo sermone increpatorio ac comminatorio, regni statu adhuc nihilominus consistente, Vates idem egerat, alioqe concedere vaticinii istius sensa, ex subjunctis itidem *ementis vendentisqe mutuo dantis mutuoqe accipientis* instantiis liqido satis patere poterit.

C Rem propius attigerunt Doctores Judæi, qiqe è nostris eos sunt secuti; universos utiqe citra discrimen malis obventuris in pariter involutos; nec conditione meliori temporibus illis fore constituendos, qi forte potiore frui impræsentiarum videri poterant. Longius enim abeunt, qi cum Hieronymo vel ad *sepulcrum* referunt, ex Jobi cap. 3. v. 19. & cap. 10. vers. 22. ubi *πάντες μιᾷ κόνει*, uti Lucianus, & *πάντες ἴσοι νεκροί*, *quos mors æqaverit, & pares fecerit.* Seneca, *de irâ l. 3. c. 43. & ad Marc. c. 10.* vel ad *judicium novissimum* ex Apoc. c. 20. v. 19. in qo nulla futura sit *προσωποληψία*. Rom. c. 2. v. 11. D Etiamsi enim in qæstione ac cognitione extremâ & Oecumenicâ illâ perinde planè futurum sit, multa tamen in vaticinio illo subjuncta repeiuntur, qæ sæculi hujusce consummationem spectare nevtiqam possint. Rectè Abraham Esdræ filius. *In malo* (qod istic denunciatur) *pares futuri sunt princeps & populus, Dominus & servus, &c. Hostis non pluris faciet sacerdotes qam plebejos.* Vatablus; *Ut qomodo in peccatis socii fuerunt, ita in pœnis pares sint.* Oecolampadius: Qanqam qod Magister ille *Ellipsin* subesse vult, ut perinde sit: acsi plenius E diceretur; *Ita Princeps uti populo futurum est, atqe ita populo uti princeps*: & rursus, *Ita domino uti servo, atqe ita servo uti domino*, & sic in cæteris: id verò nevtiqam necessarium videtur: cum satis sit dixisse. *Perinde cum eis futurum esse, qi vel in loco altiore constituti, vel forte avcti fuerint ampliore, atqe eis qi loco inferiore positi, reqe tenuiore instructi fuerint, pariaqe prorsus cum istis illos laturos.* Estqe reverâ qod & David Camius observat dictio prophetica, compar in hoc plenè Judæ illi, qo Josephum sic alloqitur, כמוך כפרעה *Sic tu sicut Pharao.* h. e. *tu Pharaoni compar es* Gen. cap. 44. ver. 18. Estqe qod Gedeoni Madianitæ F illi de viris à se interfectis כמוך כמוהם *sicut tu, sic illi.* i.e. *tales fuerant qalis ipse es* Jud. c. 8. v. 11. nec opus erat, ut adjicerent alterutri, ille, *sic Pharao sicut tu*; avt illi, *sicut illi sic tu.* tamqe istic qam illic integer est sensus, absqe adjecta reciprocatione ejusmodi. qæ & redundaret prorsus. & dictionis etiam vim venustatemqe imminueret. Salomon itidem Jairus, *Non est*, inqit, *tunc futurum qomodo in incessu vitaqe communi esse consuevit. in incessu dominus præit ac ducatum præbet, famuli seqûntur: in vita communi dominus G honore affici solet, servus vilipenditur: sed qo modo in captivitate sive deportatione usu venit, ubi nullâ loci dignitatisve ratione habitâ, confertim & catervatim cuncti simul à captivos abducentibus aguntur.* qanqam angusto nimis limite vaticinium istud videntur concludere, qi vel ad Samaritanam ab Assyriis, vel ad Judaicam à Chaldæis deportationem restringunt; qia in istâ res ita gesta refertur. Annal. l. 2. c. 36. v. 17. & Thren. c. 5. v. 12. qum & statum illum utrumqe, & alias etiam cum utroqe illo gentes exteras respicere ac comprehendere clarum sit satis. sed incisa singula seorsum pensitare operæ pretium forsan fuerit.

Incisum itaqe primum Hebraicè sic habet והיה כעם ככהן qod idem legitur & Hosh. cap. 4. v. 9. Græca versio. *καὶ ἔσται ὁ λαὸς ὡς ἱερεύς.* Latina vetus, qam pleriqe seqûntur, *Et erit sicut populus, sic sacerdos.* Et hæc qidem Vatis mentem illa meliùs exprimit, neqe enim id Vates voluit, eodem loco plebem futuram, qo sacerdotes ante fuerant; sed eandem potiùs sortem cum plebe infimâ experturos sacerdotes. si de *sacerdotibus* saltem sermo habetur. de qibus cum interpretum pars maxima sumat; horum qidam de illis interpretantur Samariticis, qos è populi fæce ad vitulorum ministerium assumpserant Reges Israelitici; Reg. l. 3. c. 12. v. 32. Alii de illis, qos cum apud Judæos ad sacerdotium Deus proposuisset, ipsis tamen justo judició, ob munus perperam ab eis administratum, despectui expositurus esset Mal. c. 2. v. 3, 8, 9. qod idem Eli Pontificis filiis olim fuerat interminatus. Reg. l. 1. c. 2. v. 23, 30. Verum vox כוהן ambiguæ notionis est. cumqe tam *præsides*, sive *præfectos* in genere, qam muneri sacro specialiter assignatos designet; unde variæ tam de Josephi, qam de Mosis socero sententiæ, qorum illi Gen. c. 41. v. 45. huic Exod. cap. 2. ver. 26. & cap. 3. ver. 1. titulus iste tribuitur; & utraqe simul notione vocabulum ipsum, eodem loci, nec semel usurpatum deprehendatur. Reg. lib. 2. c. 8. v. 17, 18. & rursus c. 20. v. 25, 26. ubi Sadok & Abiathar כהנים *sacerdotes* fuisse dicuntur: & mox rursus loco altero, *Davidis filios* fuisse כהנים altero, *Itam Jaritam Davidis* (sive, *sub Davide*, sive, *pro Davide*, ut Junius: sive *circa Davidem*, ut versiones nostræ exhibent) כהן fuisse. qod utrumqe vice alterâ utrobiqe nisi *præfecti*, sive *præsides* intelligi non potest (nam perperam post Græcam, Latina vulgata, & Tigurina, *sacerdotes* verterunt) hinc & apud Esajam eodem modo sumendum, accersitis testimoniis illis, censet David Camius; qem secuti Tremellius & Junius; *Erit perinde populo ac Præsidi.* & Piscator; *Erit sicut populus, sic gubernator.* Rectiùs opinor, aliqâ ex parte illi, ex aliqâ iste, ego ab utroqe qod potius existimem mutuatus; *Erit sicut populo, sic præfecto*; sive, *præsidi. Præfectum*, avt *Præsidem* malim, qam *gubernatorem.* Et; *Erit sicut populo, sic præfecto*, sive, *præsidi*, qam, *Erit sicut populus sic præfectus*, sive *præses.* qo ambiguitas tollatur; nec tam ordinum ipsorum, qam eventuum casuumqe utriqe contingentium paritas denotetur. deniqe minùs placet, *perinde populo ac Præsidi*; qia emphasis in *præside* tamqam *plebejo* habito, non in *plebe præsidi* adæqatâ, consistit. In fonte particula *caph* similitudinis nota eadem incisi cujusqe membro utriqe præfigitur. Ea avtem cum in *collationibus* modo *protasi*, modo *antapodosi* inserviat, unde modo *sicut*, modo *sic*, valeat, qod ex locis à Camio supra adductis videri qeat. Personarum istic secum invicem commissarum habita ratio postulas, ut in tribus saltem, priore loco *protasin*, posteriore *antapodosin* indicet. Itaqe incisum secundum pariter verterim, *sicut servo, sic domino*, sive *hero ejus*, sic enim אדני usurpatur Exod. c. 21. v. 4, 6. Devt. c. 23. v. 15. & tertium pariter. *sicut ancilla, sic hera ejus.* ita sumitur vox גברת Hymn. 123. v. 2. Parœm. c. 30. v. 23. Et alibi passim: qanqam ad *Heroinam* sive *Augustam* denotandam qandoqe adhibeatur; Esajæ c. 47. v. 7, 9. qomodo & Gallis, nostrisqe illorum idioma imitantibus, Madame, qâ notione huic affinis גבירה freqentius usurpatur Reg. l. 3. c. 2. v. 19. & c. 15. v. 16. & l. 4. c. 10. v. 13. & Jer. c. 13. v. 15. sed pergamus porro.

Seqûntur incisa tria, in qibus diversa ab eâ, qæ in prægressis fuerat, ratio deprehenditur. in his enim præcedit conditio potior, cum in illis subseqatur. rectèqe idcirco licet infido, uti mox videbitur, fundamento innixus, monet Piscator, *caph prius* in istis *apodosin. posterius protasin* denotare: ut *sicut* istic, illic *sic* valeat. ac proinde vertendum, *sic ementi, sicut vendenti; sic mutuò danti, sicut mutuò accipienti; sic fœnore elocanti, sicut fœnore sumenti*; potior enim videtur esse conditio, ementis, mutuantis, fœnerantis, qam vendentis mutuoqe utravis ratione sumentis. Qi *vendit*, inqit Camius, *inopiâ plerumqe adactus id facit, qi emit, plerumqe dives est.* Meliore itaqe ac superiore conditione est, qi emit, qam qi vendit; juxta illud, *Pauperibus dominatur dives.* Parœm. c. 22. v. 7. Addidit Jairus. *Pacis & tranqillitatis publica tempore, cum in sorte suâ qisqe qietus agat, lætus est emptor; mœstus verò qi vendidit, qia ad possessionem suam non est denuò reversurus. at captivitas ubi venerit, non est qod emptor gaudeat, avt qi vendiderit, lugeat, qum pari loco uterqe futuri sint.* Ezec. c. 7. v. 12.

videri, q. diceret hoc ubi fit, de herâ ipsâ qid meritò qis suspicetur? subjungit siqidem, illud ubi recitaverat Clemens; Ἀναφαίνεται γὰρ ἐπὶ τὰς δεσποίνας ἡ τῶν θεραπαινίδων ἀκολασία. —— καὶ τὸ μὴ ἐπιπλήττειν ταῖς ἀκολασταινούσαις, σαφὲς γίνεται τεκμήριον γνώμης εἰς τὰ ὅμοια ἐκτετραμμένης. Οἵα γὰρ δέσποινα, φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι, τοιάδε χ' ἡ κύων. *Redundat enim in Dominam ancillæ lascivia. — nec redarguere lascive gerentes se, clarum est indolis eodem vergentis indicium: qalis enim, per diverbium ajunt, est hera, talis est & catella.* Et certè qemadmodum ex sodalitio de homine qolibet ferri censura solet; juxta illud ex Evripidis *Phœnice* ab Æschine *adversus Timarchum*, Demosthene vicissim *adversus Æschinem de legat. perperam obit.* Diodoro Siculo *l.* 12. *c.* 7. Plinio minore *l.* 4. *Epist.* 27. celebratum, nec ab eloqentiæ magistris Hermogene, *Method. c.* 30. & Aphthonio, *Progymn.* 6. præteritum;

Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ,
Οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γιγνώσκων ὅτι
Τοιοῦτός ἐστιν, οἷσπερ ἥδεται ξυνών.
Namqe improborum cui placet sodalitas,
Is qi siet vir non rogo; sciens satis
Sodalium illum convenire moribus.

In eundem modum & ex servitio ac famulitio de domino herove censeri havd est insolens: sed & *ex ancillarum moribus domina judicantur*, inqit Hieronymus, *Epist. ad Salvinam.* Hinc in eandem cum istis mentem, de Christo ipso, ex illorum vitâ *qi in opprobrium Christi nomen gerunt Christianum* occasione captatâ, exterorum voces illæ apud Salvianum, *de Provident. l.* 4. *c.* 10. *Æstimari de cultoribus suis potest ille qi colitur: qomodo enim Magister bonus est, cujus tam malos videmus esse discipulos?* Qanqam iniqius istud, ratione non una: qum & titulo tenus tantummodo Christiani sint havd pavci; nec ad eum pertineant, cujus gestant insignia: nec tam efficacia etiam ad bonum bona, sive documenta, sive exempla, esse consveverint, qam sunt ad malum mala. Salvianus idem, *l.* 7. *c.* 3. *In domo sua dominus, qasi corporis sui caput est; & vita ejus cunctis qasi norma vivendi: pessimumqe est in hoc negotio, qod libentiùs omnes deteriora sectantur, & faciliùs mala institutio damnat bonos, qam bona emendat malos. Porrò avtem, cum etiam boni atqe honesti patresfamilias famulos bonos facere non possint; qantam illic putemus esse labem familiarum, ubi Domini fuerint impuritatis exemplum? qales famulos, ubi tales patresfamilias? qanta servorum ibi corruptela, ubi dominorum tanta corruptio? morbido enim capite nihil sanum in corpore, neqe ullum membrum officio suo fungitur, ubi qod est principale non constat?* Et *l.* 8. *c.* 4. *Nemini dubium est omnes dominorum familias, avt similes esse dominis avt deteriores: ac per hoc, cum etiam domini boni servos vel maxime malos habeant, promptum est intelligere, qales illic familiæ omnes existant, ubi serviles animos jam per se malos etiam dominorum fecerit neqitia pejores.* Ad hanc morum in utraqe conditione paritatem trahunt nonnulli Esajæ Vatis verba, c. 24. v. 2. והיה כעם ככהן כעבד כאדניו כשפחה כגברתה qæ Vulgata versio sic reddidit; *Et erit sicut populus, sic sacerdos; & sicut servus, sic dominus ejus; & sicut ancilla, sic domina ejus*, de qâ amplius post videbitur. Interim in hunc sensum concedere videtur Genevensis nostra, dum sic reddit, And there shall be like people, like priest; like servant, like master; like maid, like mistress. Ita Gregorius in Romanus in *Pastore l.* 2. *c.* 7. *Sacerdos est ut populus, qando ea agit is qi spirituali officio jungitur* (*l.* fungitur) *qod illi faciunt, qi adhuc studiis carnalibus destinentur.* Et Bernhardus, Sermon. solenn. 37. *Non est jam dicere, ut populus, sic sacerdos; qia nec sic populus ut sacerdos: misera eorum conversatio, plebis miserabilis est subversio: nisi qis Dominicâ præmonitus & præmunitus exhortatione, dat operam eorum non exempla imitari, sed observare præcepta.* Verum istud distributionis membra, de *emptore* & *venditore*, *creditore* & *debitore*, subjuncta vix admittunt, nisi si qis tam à contrahentibus, qam à *conversantibus*, (uti Seneca, *de ira. lib.* 3. *cap.* 8.) *mores sumi* contenderit, & vaticinii scopus dictionisqe propheticæ series omnino respuit.

Cæterùm proverbiale illud de *herâ* & *catellâ* aliò insuper traducit Plato *de Repub. l.* 8. & ad eam libertatem an licentiam illustrandam adhibuit, qæ in democratiâ merâ, sive statu populari consvevit obtinere; eamqe confusam atqe indistinctam cunctorum æqalitatem, qâ *nihil inæqalius esse* pronunciat Plinius minor, *lib.* 2. *Ep.* 12. *nihil iniqius*, Plutarchus, *Problem. Sympos. l.* 8. *c.* 2. Ἣν, inqit, οἱ πολλοὶ δίκαιον ἰσότητα, πασῶν ἀδικιῶν οὖσαν μεγίστην. *Ea qam plerique sectantur æqalitas, est iniqitatum omnium iniqissima.* Sed Platonem avdiamus, Τὸ δέ γε ἔσχατον τῆς ἐλευθερίας τοῦ πλήθους ὅσον γίγνεται ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει, ὅταν δὴ οἱ ἐωνημένοι καὶ αἱ ἐωνημέναι μηδὲν ἧττον ἐλεύθεροι ὦσι τῶν πριαμένων· ἐν γυναιξὶ δὲ πρὸς ἄνδρας, καὶ ἀνδράσι πρὸς γυναῖκας, ὅση ἰσονομία καὶ ἐλευθερία γίγνεται, ὀλίγου ἐπελαθόμεθ' εἰπεῖν. *Vulgi libertas in civitate istiusmodi tanta est futura, qanta esse potest, qum empti emptæqe æqâ plane cum illis, qi eos easve emerint libertate perfruuntur: qanta verò libertas jurisqe futura sit paritas tam mulieribus adversus viros, qam viris adversus mulieres, dicere penè obliti sumus.* His præmissis ad παροιμιῶδες illud sic transit, Τὸ μὲν γὰρ τῶν θηρίων τῶν ὑπὸ τοῖς ἀνθρώποις ὅσῳ ἐλευθερώτερά ἐστιν ἐν ταύτῃ ἢ ἐν ἄλλῃ, οὐκ ἄν τις πείθοιτο ἄπειρος. ἀτεχνῶς γὰρ αἵ τε κύνες, κατὰ τὴν παροιμίαν, οἷαίπερ αἱ δέσποιναι γίγνονται. καὶ ἵπποι δὴ καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι, κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες τῷ ἀεὶ ἀπαντῶντι, ἐὰν μὴ ἐξίστηται. καὶ τἆλλα πάντα οὕτω μεστὰ ἐλευθερίας γίγνεται. *Qin & bruta animantia, qa ab hominibus educantur, qanto in civitate hac qam in aliâ liberiora futura sint, nisi qi fuerit expertus vix crediderit qisqam: omnino enim catellæ, qod in proverbio est perinde ac hera ipsa futuræ sunt; & verò eqi asiniqe liberè ac fastuosè per vias incedere assvefacti, obviam qemqe nisi sponte cesserit, impetent; cæteraqe cuncta libertate plena futura sunt.* Eam utiqe ἀταξίαν ordinumqe confusionem depingere voluit, qam & nos diverbio vulgari designamus, ubi *hera famulam, Joannam domina parem* dicimus. Qamqe graphicè admodum describit Vates sacer Esajæ c. 3. v. 4, 5, 12. verbis illis; *Pueruli constituentur principes illis, qi petulanter eis insultent. Ita opprimetur populus, dum alter in alterum, in vicinum sive sodalem suum qisqe insurgit; adversus senem insolescit puer, & vilis qvis adversus honorabilem, populumqe meum è puerulis qvis expilat; & è mulierculis qavis dominatur ei.* Et in eandem mentem Esajæ coævus Michæas, c. 7. v. 6. *Filius patrem contumeliosè habet, & filia adversus matrem, nurus adversus socrum suam insurgit.* Qibus accedit & qod de statu sæculi ad Messiæ adventum futuro ex R. Nehoraji sententia refertur in *Gemarâ Sanhedrin cap.* 11. *sect.* 28. *Qo sæculo filius Davidis veniet, adolescentes viros seniores pudore afficient, seniores avtem adolescentulis assurgent; insurget filia contra genitricem, nurusqe adversus socrum; frons sæculi canina erit; nec filius patrem reverebitur.* Nec ab his abscedit Philosophus loco superius indicato, ubi ait, Καὶ καταδύεσθαί γε εἴς τε τὰς ἰδίας οἰκίας, καὶ τελευτᾶν μέχρι τῶν θηρίων τὴν ἀναρχίαν ἐμφυομένην. οἷον πατέρα μὲν ἐθίζεσθαι παιδὶ ὅμοιον γίγνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τοὺς υἱεῖς, υἱὸν δὲ πατρί, καὶ μήτε αἰσχύνεσθαι, μήτε φοβεῖσθαι τοὺς γονέας, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖ —— διδάσκαλόν τε φοιτητὰς φοβεῖσθαι καὶ θωπεύειν. φοιτητάς τε διδασκάλων ὀλιγωρεῖν, οὕτω δὲ καὶ παιδαγωγῶν· καὶ ὅλως τοὺς νέους πρεσβυτέροις ἀπεικάζεσθαι, καὶ διαμιλλᾶσθαι καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις. *Anarchia ista ubi altius insederit in familias privatas qoqe ita penetrabit, ut ad bruta animantia etiam demum pertingat: ita usu veniet, ut puero pater par fieri assvescat, dum filios formidat, & patri filius compar evadat, dum qo usqe liber existat, parentes nec veretur, nec timet: præceptor discipulos metuat, eisdemqe adulетur; discipuli verò & præceptores & pædagogos pariter insuper habeant: juvenes denique senibus pares se faciant, & tum verbis tum & factis cum eisdem per æmulationem qandam contendere velint.* Qæ Philosophi, cum sint Vatum illis ἐφάμιλλα, tum indicant planè qo fine de *catellis* diverbium illud usurparit. Ad hanc avtem ἀναρχίαν καὶ ἀταξίαν ejusdem sobolem comitemqe individuum, ab utrisqe illis luculentissimè delineatam, etiam Vatis ejusdem ex cap. 24. verba illa qi retulerint non desunt. Eò certè inclinare Græci videntur, dum reddunt. Ἔσται ὁ λαὸς ὡς ὁ ἱερεύς, καὶ ὁ παῖς ὡς ὁ κύριος, καὶ ἡ θεράπαινα ὡς ἡ κυρία. *Erit populus ut sacerdos, puer ut dominus, ancilla ut domina.*

Sed

Sed & Joannes Calvinus; *Horrendam*, inqit, *confusionem notat, ubi nulli amplius ordines, nulla respublica facies futura sit. qamdiu enim viget tolerabilis respublica status, aliqod inter populum & sacerdotem discrimen manet.* Et Deodatus, *Totus ordo politicus & Ecclesiasticus, in qo status forma consistit, subrevertur.* Qod etiamsi ad Vatis institutum priore illo propiùs accedat, à mente tamen genuinâ ipsâ recedit longiusculè. siqidem consistente adhuc statu ipso, sive Monarchicus ille, sive tyrannicus potius, sive democraticus fuerit, potest ordinum confusio ea obtingere, *ut* vix plebis ullus adversus proceres, vix ullus apud famulos dominorum respectus habeatur, vix ulla apud populum adversus sacerdotes, juniorum adversus seniores, liberorum etiam adversus parentes ipsos exhibeatur reverentia. qod & omnino temporibus illis ipsis usu venerat, de qibus in altero illo sermone increpatorio ac comminatorio, regni statu adhuc nihilominus consistente, Vates idem egerat, alioqe concedere vaticinii istius sensa, ex subjunctis itidem *ementis vendentisqe mutuo dantis mutuoqe accipientis* instantiis liqido satis patere poterit.

Rem propius attigerunt Doctores Judæi, qiqe è nostris eos sunt secuti; universos utiqe citra discrimen malis obventuris in pariter involutos; nec conditione meliori temporibus illis fore constituendos, qi forte potiore frui impræsentiarum videri poterant. Longius enim abeunt, qi cum Hieronymo vel ad *sepulcrum* referunt, ex Jobi cap. 3. v. 19. & cap. 10. vers. 22. ubi *πάντες μιᾷ νόσῳ*, uti Lucianus, & *πάντες ἴσοι νέκυες, quum mors æquaverit, & pares fecerit.* Seneca, *de irâ l. 3. c. 43. & ad Marc. c.* 10. vel ad *judicium novissimum* ex Apoc. c. 20. v. 19. in qo nulla futura sit *προσωποληψία.* Rom. c. 2. v. 11. Etiamsi enim in qæstione ac cognitione extremâ & Oecumenicâ illâ perinde planè futurum sit, multa tamen in vaticinio illo subjuncta reperiuntur, qæ sæculi hujusce consummationem spectare nevtiqam possint. Recte Abraham Esdræ filius. *In malo* (qod istic denunciatur) *pares futuri sunt princeps & populus, Dominus & servus, &c. Hostis non pluris faciet sacerdotes qam plebejos.* Vatablus; *Ut qomodo in peccatis socii fuerunt, ita in pœnis pares sint.* Oecolampadius: Qanqam qod Magister ille *Ellipsin* subesse vult, ut perinde sit: acsi plenius diceretur; *Ita Principi uti populo futurum est, atqe ita populo uti principi*: & rursus, *Ita domino uti servo, atqe ita servo uti domino*, & sic in cæteris: id verò nevtiqam necessarium videtur: cum satis sit dixisse. *Perinde cum eis futurum esse, qi vel in loco altiore constituti, vel sorte avcti fuerint ampliore, atqe iis qi loco inferiore positi, reqe tenuiore instructi fuerint, pariaqe prorsus cum istis illos laturos.* Estqe reverâ qod & David Camius observat dictio prophetica, compar in hoc plenè Judæ illi, qo Josephum sic alloqitur, כמוך כפרעה *Sic tu sicut Pharao.* h. e. *tu Pharaonis compar es* Gen. cap. 44. ver. 18. Eiqe qod Gedeoni Madianitæ illi de viris à se interfectis כמוך כמוהם *sicut tu, sic illi.* i. e. *tales fuerant qalis ipse es* Jud. c. 8. v. 11. nec opus erat, ut adjicerent alterutri, ille, *sic Pharao sicut tu*; avt illi, *sicut illi sic tu.* tamqe istic qam illic integer est sensus, absqe adjecta reciprocatione ejusmodi. qæ & redundaret prorsus. & dictionis etiam vim venustatemqe imminueret. Salomoo itidem Jairus, *Non est*, inqit, *tunc futurum qomodo in incessu vitaqe communi esse consvevit. in incessu dominus præit ac ducatum præbet, famuli seqvuntur: in vita communi dominus honore affici solet, servus vilipenditur: sed qo modo in captivitate sive deportatione usu venit, ubi nullâ loci dignitatisve ratione habitâ, confertim & catervatim cuncti simul à captivos abducentibus aguntur.* qanqam angusto nimis limite vaticinium istud videntur concludere, qi vel ad Samaritanam ab Assyriis, vel ad Judaicam à Chaldæis deportationem restringunt; qia in istâ res ita gesta refertur. Annal. l. 2. c. 36. v. 17. & Thren. c. 5. v. 12. qum & statum illum utrumqe, & alias etiam cum utroqe illo gentes exteras respicere ac comprehendere clarum sit satis. sed incisa singula seorsum pensitare operæ pretium forsan fuerit.

Incisum itaqe primum Hebraicè sic habet והיה כעם ככהן qod idem legitur & Hosh. cap. 4. v. 9. Græca versio. *καὶ ἔσται ὁ λαὸς ὡς ὁ ἱερεύς.* Latina vetus, qam pleriqe sequuntur, *Et erit sicut populus, sic sacerdos.* Et hæc qidem Vatis mentem illa meliùs exprimit, neqe enim id Va-

A tes voluit, eodem loco plebem futuram, qo sacerdotes ante fuerant; sed eandem pœnæ sortem cum plebe infimâ experturos sacerdotes. si de *sacerdotibus* saltem sermo habetur. de qibus cum interpretum pars maxima sumat; horum qidam de illis interpretantur Samariticis, qos è populi fæce ad vitulorum ministerium assumpserant Reges Israelitici; Reg. l. 3. c. 12. v. 32. Alii de illis, qos cum apud Judæos ad sacerdotium Deus proposuisset, ipse tamen justo judició, ob munus perperam ab eis administratum, despectui expositurus esset Mal. c. 2. v. 3, 8, 9. qod idem Eli

B Pontificis filiis olim fuerat interminatus. Reg. l. 1. c 2. v. 23, 30. Verum vox כהן ambiguæ notionis est. cumqe tam *præsides*, sive *præfectos* in genere, qam muneri sacro specialiter assignatos designet; unde variæ tam de Josephi, qam de Mosis socero sententiæ, qorum illi Gen. c. 41. v. 45. huic Exod. cap. 2. ver. 26. & cap. 3. ver. 1. titulus iste tribuitur; & utraqe simul notione vocabulum ipsum, eodem loci, nec semel usurpatum deprehendatur. Reg. lib. 2. c. 8. v. 17, 18. & rursus c. 20. v. 25, 26. ubi Sadok & Abiathar כהנים *sacerdotes* fuisse dicuntur: & mox rursus

C loco altero, *Davidis filios* fuisse כהנים altero, *Iram Jaritam Davidi* (sive, *sub Davide*, sive, *pro Davide*, ut Junius: sive *circa Davidem*, ut versiones nostræ exhibent) כהן fuisse. qod utrumqe vice alterâ utrobiqe nisi *præfecti*, sive *præsides* intelligi non potest (nam perperam post Græcam, Latina vulgata, & Tigurina, *sacerdotes* verterunt) hinc & apud Esajam eodem modo sumendum, accersitis testimoniis illis, censet David Camius; qem secuti Tremellius & Junius; *Erit perinde populo ac Præsidi.* & Piscator; *Erit sicut populus, sic gubernator.* Rectiùs opinor,

D aliqâ ex parte illi, ex aliqâ iste, ego ab utroqe qod potius existimem mutuatus; *Erit sicut populo, sic præfecto*; sive, *præsidi. Præfectum*, avt *Præsidem* malim, qam *gubernatorem.* Et; *Erit sicut populo, sic præfecto*, sive, *præsidi*, qam, *Erit sicut populus sic præfectus*, sive *præses.* qo ambiguitas tollatur; nec tam ordinum ipsorum, qam eventuum casuumqe utriqe contingentium paritas denotetur. deniqe minùs placet, *perinde populo ac Præsidi*; qia emphasis in *præside* tanqam *plebejo* habito, non in *plebe præsidi* adæqatâ, consistit. In fonte particula *caph* similitudinis nota eadem incisi cujusqe membro *utriqe* præfigitur. Ea av-

E tem cum in *collationibus* modo *protasi*, modo *antapodosi* inserviat, unde modo *sicut*, modo *sic*, valeat, qod ex locis à Camio supra adductis videri qeat. Personarum istic secum invicem commissarum habita ratio postulat, ut in tribus saltem, priore loco *protasin*, posteriore *antapodosin* indicet. Itaqe incisum secundum pariter verterim, *sicut servo, sic domino*, sive *hero ejus*, sic enim אדני usurpatur Exod. c. 21. v. 4, 6. Devt. c. 23. v. 15. & tertium pariter. *sicut ancilla, sic hera ejus.* ita sumitur vox גברת Hymn. 123.

F v. 2. Parœm. c. 30. v. 23. Et alibi passim: qanqam ad *Heroinam* sive *Augustam* denotandam qandoqe adhibeatur; Esajæ c. 47. v. 7, 9. qomodo & Gallis, nostrisqe illorum idioma imitantibus, *Madame*, qâ notione huic affinis גבירה freqentius usurpatur Reg. l. 3. c. 2. v. 19. & c. 15. v. 16. & l. 4. c. 10. v. 13. & Jer. c. 13. v. 15. sed pergamus porro.

Sequuntur incisa tria, in qibus diversa ab eâ, qæ in prægressis fuerat, ratio deprehenditur. in his enim præcedit conditio potior, cum in illis subseqatur. recteqe idcirco licet infido, uti mox videbitur, fundamento innixus, mo-

G net Piscator, *caph prius* in istis *apodosin. posterius protasin* denotare: ut *sicut* istic, illic *sic* valeat. ac proinde vertendum, *sic ementi, sicut vendenti; sic mutuò danti, sicut mutuò accipienti; sic fœnore elocanti, sicut fœnore sumenti*; potior enim videtur esse conditio, ementis, mutuantis, fœnerantis, qam vendentis mutuoqe utravis ratione sumentis. Qi *vendit*, inqit Camius, *inopiâ plerumqe adactus id facit, qi emit, plerumqe dives est.* Meliore itaqe ac superiore conditione est, qi emit, qam qi vendit; juxta illud, *Pauperibus dominatur dives.* Parœm. c. 22. v. 7. Addidit Jairus. *Pacis & tranqillitatis publicæ tempore, cum in sorte suâ qisqe qietus agat, lætus est emptor; mœstus verò qi vendidit, qia ad possessionem suam non est denuo reversurus. at captivitas ubi venerit, non est qod emptor gavdeat, avt qi vendiderit, lugeat, qum pari loco uterqe futuri sint.* Ezec. c. 7. v. 12.

v. 12. Aliud est qod Apostolus ad Cor. Ep. 1. c. 7. v. 30. *qi emunt perinde se habeant, acsi non possideant.* cum tamen הקונה qæ vox hic usurpatur, tam *possidentem*, sive *possessorem*, qam *emptorem*, sive, *eum qi emerit*, designet.

Seqitur כמלוה כלוה *sic mutuò danti, sicut mutuò sumenti.* Et istic potior est prioris conditio: qum egentium istud, locupletum illud existat: juxta Salomonis illud itidem, inqit Camius, *& mutuò dans mutuò sumenti; dominatur*, utiqe Par. c. 22. v. 7. nec hic difficultas insignis ulla: in novissimo qod ambigitur occurrit.

Hebræa enim cum sic se habeant כנשה כאשר נשה בו primo qidem qæritur, qa ratione incisi novissimi istius membra duo à se invicem distingvantur; sive qomodo proximè antegressi membris duobus respondeant. In hoc avtem negotio arietant invicem criticorum Judæorum par nobile, David Camius, & Abraham Esdræ filius. Ille siqidem tam in *commentariis* qam & in *radicibus* priore vocabulo vult *debitorem*, sive *fœnori accipientem*, posteriore *creditorem*, sive *fœnore elocantem* designari. Sic enim in *comment.* נשה הוא הלוה ונשה בו הוא המלוה noshe *is est, qi mutuo accipit, &* noshe bo, *is qi mutuo dat*, sive *elocat.* Et in *radic.* exponendo Jeremiæ illud cap. 15. v. 10. לא נשיתי ולא נשו בי in eandem mentem hæc habet המלוה הוא קשור בבית והלוה בלא בית malveh, qod *mutuo dantem*, sive *elocantem* designat, *construitur cum* bet, loveh *verò, qod mutuo sumentem* significat, *absqe* bet. וכן הנשה כאשר נשא בו *Et sic est illud Esajæ, noshe & noshe bo*, ut *noshe* scilicet prius *mutuo sumentem* denotet, *elocantem* posterius. At contra planè Esdraides. נשה הוא בעל הממון ואשר נשה בו הלוקח ממון על משכון *Noshe is est qi est dominus opum, opulentus, pecuniis instructus; asher noshe bo* avtem is est *qi pignore interposito pecunias accipit. Ita vox prior* המלוה *fœneratorem*, sive *creditorem*, posterior הלוה *sumentem.* Eodem concedunt; Chaldæus, (si ego rectè capio) qi sic reddit. רשא כבן דרשי ביה *Fœnerator, sicut cui fœnerans est ipsi*; sive, *is cui fœnerat.* Pari cum eâ, qâ nihil est Hebræis magis familiare, affixi redundantiâ, qæ in origine habetur. nec aliter Chaldæus & vocem ipsam Exod. cap. 22. ver. 25. Reg. lib. 4. cap. 4. ver. 1. & phrasin ipsam Devt. 24. 11. usurpavit. Latinus, licet voces aliter pavlò reddat, de qo amplius post videbitur, *sicut fœnerator, sic is qi mutuum accipit; sicut qi repetit, sic qi dedit.* Pagninus; *Sicut mutuans, sic accipiens mutuum; qemadmodum fœnerator, sic qi fœnus accipit.* Et Oleastrius; cujus eadem prope verba sunt. Calvinus; *Ut mutuo dans, ita qi mutuo accipit; ut fœnerator, ita qi accipit fœnori*: vel, *ut creditor, ita debitor.* Qanqam similitudinis notas seciùs qam est supra indicatum, disponunt isti: in qo interpretum pleriqe peccant. Gallica, *sic creditori, qomodo illi à qo exigit.* qæ in duobus proximè prægressis aberravit, cum trajectione factâ in primoribus tribus, remipsam accuratè satis expressisset. Itala recentior collationis rationem atqe analogiam justam (qam antiqior in qibusdam neglexerat) observavit. Sed ut interim vix qeat certo dignosci, in pari hoc novissimo cui parti accedat. Antiqior enim ad Camium manifestò inclinat. Versiones nostræ antiqiores duæ; He that lendeth upon usury, like him that borroweth upon usury; the creditor as the debtor. Recentiores, Genevensis, As the lender, like borrower; like giver, like taker to usury. Novissima avtem, As with the lender, so with the borrower; as with the taker of usury, so with the giver of usury. Qæ recentiores duæ, licet in vocibus discrepantiam aliqam præ se ferant, re tamen sensuqe prorsus conveniunt. Et certè vox נשה nusqam aliter, qam pro *fœneratore*, sive *creditore*, usurpata deprehenditur. Exod. c. 22. v. 25. *Si pecuniam egeno apud te cuiqam è populo tuo mutuaveris ne esto* כנשה *fœneratoris instar: fœnus ei ne imponito.* Hymn. 109. v. 11. *Fœnerator* נשה *creditor, ut auferat liberos meos.* Esajæ cap. 50. ver. 1. מי מנושי *Ecqis est è creditoribus meis, qibus vos ego venum dedi?* nec uspiam seciùs.

Et cum Camio tamen conspirant hic Græci, dum sic reddunt, *ὁ δανείζων ὡς ὁ δανειζόμενος, καὶ ὁ ὀφείλων ὡς ᾧ ὀφείλει.* *Qi fœnerat, ut is cui fœneratur; & debitor, sicut is cui debet.* Sed & qod qis magis miretur, è Lexicographis præcipuis, Sanctes Pagninus, & Joannes Mercerus; *sicut fœnerator, sic fœnus accipiens; sicut debitor, & qi ei dat fœnus.* Oecolampadius, *sicut ad usuram accipiens, sic usurarius; sicut debitor, sicut exactor.* Vatablus, *Sicut mutuans, sic qi mutuum accipit; sicut qi fœnori accipit, sic qi dat fœnori.* Tremellius & Junius, *Perinde mutuo danti, atqe mutuo accipienti; perinde fœnore accipienti, ac ei qi fœnerat ipsi.* Piscator deniqe; *Sic mutuo dans, sicut mutuo accipiens; sic qi fœnus accipit, sicut qi fœnerat ei.* Ita Camio *σύμφωνοι καὶ σύμψηφοι* isti. Adversus id avtem qod de perpetuo vocis נשה usu objicitur, respondet Camius, & (in versione tamen sibi ipsi hac in parte adversus) ex Camio Pagninus, *non esse absurdum, qod vocetur* נשה *& qi mutuum accipit, & qi dat* המלוה והלוה *qia ligatura, sive constructio*, de qâ supra dictum est, *discrimen inter illa facit, & ubi* bet *deest, sensus discriminat*: pariqe modo שבר inqit Camius, & מוכר Pagninus, utrumqe & *ementem* & *vendentem* denotat. Qin & Mercerus Esdraidæ expositionem, qâ נשה *creditorem*, נשה בו *debitorem* interpretatur, fidenter affirmat esse *contra usum lingvæ; neqe enim sine caussâ* bet *addi.*

Cæterum qicqid dixerint summi viri isti, nihil in istis qod avt locum istum, avt ejusdem datam ab Esdraide interpretationem attingat, solidi qicqam repertur. Siqidem primò nullus plane extra illum, qo de controvertitur, locus adducitur, in qo נשה *debitorem*, sive *fœnore accipientem* designet. Tum prius probatum dare oportebat, vocabulum alicubi sic usurpatum, qam de rei absurditate litigari, si sic sumatur. nec parium exempla qicqam hîc valent, nisi in hoc ipso, de qo agitur, usus etiam accedat. Adhæc in vocabuli adductis exemplum desideratur; testimonioqe ipso indigent testimonia. alterum enim שבר nempe, non in formâ eadem, sed in diversis, nunc *emere*, nunc & *vendere*, denotat: qomodo & לוה mutuum in formâ levi primâ *sumere*, in secundâ verò *dare.* verùm non magis שובר tam *vendentem* qam *ementem*; qàm לוה tam *mutuo dantem*, qam *sumentem* significat. alterum verò מכר utiqe pro *vendente* qidem passim, uti istic usurpatur. at ubi pro *emente* adhibeatur, adhuc anxiè disqirens, nusqam reperio. Deniqe de usu lingvæ ac syntaxi, qod adversus Esdraidem obtenditur: nec syntaxis illius, avt rationis avt usus inscius is fuit, qi in Nehemiæ, c. 5. hoc ipsum monuit, לשון משא הנשה בבית הוא כמלוה *massa* (qod à *nashah* deducitur) *ubi cum* bet *construitur, eandem cum* malveh *significationem obtinet.* Sed nec aliud qicqam in hunc locum accuratus ille criticus, cujus verba corrumpunt illi, dum mutilatum allegant. neqe enim affirmat Abraham נשה בו *debitorem* designare, sed אשר נשה בו *is cui fœnerat*, sive *fœnori dat* avt *elocat*; qod qid est aliud qam *debitor*? Ad erroris fundum fontemqe digitum intendit scholiastes eruditus, cum per errorem tamen errantibus comitem se adjungeret. Vatis utiqe כאשר illud *metum* avtumabat *adverbium* esse sive *collationis indicem particulam*, qæ simplicem notionem haberet, & *sicut*, sive *qemadmodum* tantummodo valeret; prout revera sæpenumero solet, cum loco hoc, qod & Abraham subindicavit. uti vocula non *simplex* est, sed *composita*, ex *caph* similitudinis notâ, & pronomine *asher*, relationis usum obtinente, conflata, ita ut *geminam* in se *notionem* includat, à se invicem distingvendam, & utriusqe ex qo confit constatqe usum vimqe istic retineat. Itaqe כנשה כאשר נשה בו nihil est aliud qam, *sic fœnerants, sicut ei cui fœnerat*, avt si verbum verbo reddere libuerit, *sic fœnerans, sicut cui fœnerat ei*, per pleonasmum qo apud Hebræos nihil freqentius, nihil in sermone familiari tritum magis. Eandem ipsam cum vocabulo eodem ipso syntaxin habemus, Devt. 24. 11. ubi dicitur איש אשר אתה נשה בו *Vir ille, cui tu fœnerans*, sive *mutuum* es *dans, ille.* accedit illud 1 Reg. 22. 2. (etiamsi *bet* ibi non habeatur) כל־איש אשר לו נשה *vir unusqisqe, cui ipsi creditor* erat. h. e. qi erat alicui ære alieno obstrictus: *debitoris* periphrasis. Ita vox נשה seorsim sumpta in utroqe incisi hujus membro unum idemqe prorsus designat, *fœnerantem* utiqe sive *elocantem*, avt qicqid dixeris, qod ad *credentem*, prout alibi semper, non qod ad *debentem* pertineat. At in formulis qibusdam, qas cum aliis unà junctim constituit, *debitoris* descriptionem exhibet manifestam. nec est aliud qicqam אשר נשה בו avt אשר לו נשה

לו נשה *cui fœnerat*, sive *cui fœnerans est qis*. Mirumqe mihi valdè, viros tam insigniter eruditos, in re tam obviâ, tam insigniter halucinatos: sed & *Cl. Buxtorfium*, Chaldæum aliter cepisse, cum Vatem ipsum io *concordantiis* rite ceperit: & Scholiasten diligentissimum ex dictionis serie, qem in prionbus incisis duobus genuinum adverterat agnoveratqe ordinem, eundem noo & in isto observasse, ut *creditori locum priorem* daret, *debitori posteriorem* assignaret. Verum enimvero, qod usu venire solet, error errorem attrahit, ut ansa ansam.

Cæterùm denuo qæritur, incisum istud & proximè prægressum qid: intersit: & נשה istic à כלוה qod ibi habetur, qid distet. Atqe hîc rursus à magistris in partes disceditur. Siqidem Camius ait, *mutuum dantem*, sive *creditorem* designare utrumqe ubi *bet* saltem huic subjunctum fuerit, sed alterum *in pecuniis* negotium istud exercere, alterum *in esculentis*. & explicatiùs pavlò Jairus, מלוה est *qi argentum elocat*, נשה *qi res alias*, puta *vinum*, *oleum*, *mel*, & similia. Huc accersit hic illud Mosis Devt. 24. 10. qod tamen distinctioni huic planè adversari videtur. Verba sic habent, כי תשה ברעך משאת מאומה *Qando mutuo das proximo tuo ullius rei mutuum.* ubi נשה de re qavis qæ mutuo dari solet usurpatur. nec ad argentum nummosve duntaxat restringitur. At Esdraides מלוה vult eum esse, *qi gratis mutuat*, ut נשה sit, *qi fœnore elocet*. Cui distinctioni firmandæ accedit, de נשה qod habetur Exod. 22. 25. *ubi egeno apud te pecuniam mutuaveris, ne esto* כנשה *tanqam fœnerator, usuram ei ne imponito.* de כלוה qod legitur Hymn. 112. 5. טוב איש חונן ומלוה *vir bonus benigne agens & mutuans est.* & Hymn. 37. 26. כל היום חונן ומלוה *assiduus est benigne agens & mutuans.* qod ante vers. 21. dixerat חונן ונותן *justus benigne agens & elargiens est.* Qanqam contra plane qam Esdraides istic מלוה in versione Græcâ ὁ δανείζων in Latinâ veteri, *fœnerator*, redditur. Qin & qemadmodum τὸ δανείζειν *de mutuo liberali* qoqe usurpatum deprehenditur, Luc. 6. 35. verbis ἀγαθοποιεῖτε καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες, *benefacìatis & mutuetis, nihil inde sperantes.* nec secus usurparunt Græci interpretes in loco illo Hymni 37. 26. ἐλεεῖ καὶ δανείζει *miseretur & mutuat.* Ita & τὸ נשה de *mutuo gratuito* usurpari qandoqe videtur. Id colligere est ex Devt. c. 24. v. 10, 11. qo loco lege latâ cavetur, ne qi *mutuaverit proximo suo mutuam rem aliqam*, ædes ipsius ad pignus sumendum ingrediatur, sed foris subsistat, ut *is cui mutuat* pignus suum foras proferat ipse, ubi verbum נשה bis reperitur, & nomen משאת simul inde deductum, cum tamen de *proximo* agatur, à qo pavlo ante cap. 23. v. 19. *usuram exigere* vetabatur. unde *mutuum gratuitum* præsumi, *pignusqe* non pro usurâ præbendâ, sed pro sorte redhibendâ in *fiduciam* concedere videtur. Nec aliter sumunt pleriqe Nehemiæ illud de se suisqe c. 5. v. 10. *At ego fratresqe ac servi mei* נשים בהם *mutuamus eis pecuniam & frumentum*, subavdi, *sine fœnore*, *avt oppigneratione*, qod *subintelligi postulat antithesis*, inqit Piscator: licet Junius aliter sumat, uti mox videbitur. Eodemqe redit qod Jairus supplet, *sed relinqimus, & dimittimus illis.* Ita promiscuè sumi המלוה & הנושה & tam de *gratuitâ mutuatione*, qàm de *pactione usurariâ* otrumqe qandoqe usurpari constat. nam qod *fœnore elocare*, sive *in usuram dare* strictiùs ac constantiùs significet, aliud habent Hebræi vocabulum נשך nempe, qod *mordendi* notionem habet, uti patet ex Parœm. 23. 32. Eccles. 10, 11. & Jer. 8. 16. unde נשך *usura*, *fœnus*. usurpatur id verbi Devt. 23. 19, 20. & nomen inde deductum, Exod. 22. 24. Lev. 25. 36. Hymn. 15. 5. Ezek. 18. 8, 13.

Locum avtem Esajæ istum qod attinet, etiamsi Vati nostro solenne sit, easdem sæpenumero res notionesqe verborum varietate adhibita illustrare atqe exornare; discriminis tamen aliqid vocibus subesse istic videtur: ego itaqe sic dispesci posse existimem, ut כלוה *mutuans*, sive *elocans*, נשה *repetens*, sive *exigens* intelligatur; qod utrumqe *creditoris* est. Favet vetus versio Latina, qi *fœneratorem* illud, hoc *eum qi repetit*, reddidit. Ita usurpatur verbum istud Hymn. 89. 23. לא ישא אויב בו *hostis non exiget ab eo*: subavdi, *tributa*. Vatablus. *Non aget exactorem adversus eum.* Junius, *Metaphora, à creditore, qi importunè mutuum exigit à debitore.* Piscator. Et ne formam non eandem cavsetur qis in eadem hac Nehemiæ cap. 5. vers. 7. איש באחיו אתם נשים *usuras singuli à fratribus vestris exigitis.* Latina vulgata. *accipetis.* Pagninus. Et mox v. 11. *Restituite eis qaso agros suos, & vineas, & oliveta, & centesimam argenti, sive pecuniæ avt frumenti, mustiqe avt olei* אשר אתם נשים בהם *qam exigere soletis ab eis.* Vulgata, *qam exigitis.* Pagninus. *exacturi essetis.* Junius. Firmatqe (qod & Esdraides monuit) eorum qos objurgabat vir ille verè nobilis, mox subjecta responsio, *Restituemus* ומהם לא נבקש *nec ab eis repetemus.* restituemus utiqe agros fundosqe oppigneratos; nec repetemus centesimam, ad qam ultra sortem præstandam pignori eos ceperamus. Neqe potest hîc placere mihi Piscatoris versio, qam (*centesimam* scilicet) *mutuastis eis* neqe enim rerum dictarum *centesimam*, sed *res* ipsas *ad centesimam* ultra sortem capitalem recipiendam mutuaverant. Sed nec Jairi explicatio, *centesimam*, i. e. *multum*, *plurimum*. qasi numerus certus pro incerto poneretur, rerumqe elocatarum qantitas insignior denotaretur. De *usurâ centesimâ* videri possunt Gvilielmus Budæus *de Asse*. & Cl. Salmasius, *de modo usurarum cap.* 6. Qin &, qod de se suisqe profitetur supra citatum נדיב nomine verè dignus ille, eodem refert Junius. qum vertit, *Exacturi essemus. h. e.* inqit ille, *si cum illis exemplo vestro, summo jure experiremur.* Sed qod est ibi positum, arridet magis.

Et de vocabulorum usu, senso, notione, distinctione, ista suffecerint. Qod avtem interpretes nonnulli hinc colligunt, *Israelitas* è decem Tribubus, qi à Davidis familiâ desciverant, adversus qos solos ista denunciari opinantur, *leges Mosaicas de usuris inhibendis, nevtiqam observasse*, qia *fœnoris* istic mentio fiat. Verum est qidem, non illos duntaxat, sed & *Judæos* ipsos qoqe hac in parte plurimùm deliqisse, id qod factum liqet tam ante deportationem ex Ezek. c. 22. v. 12. qam & post reversionem ac restitutionem, ex Nehemiæ loco illo. Cæterum non eo collimant Esajæ verba ista; non magis qam Jeremiæ, qibus de se profitetur c. 15. v. 10. לא נשיתי ולא נשו בי *Neqe fœnori, sive mutuò dedi eis; neqe fœnori, sive mutuo dedere mihi: & tamen unusqisqe execratur me.* qum istud *commercia* ejusmodi tantummodo respiciat, qatenus *sortis*, sive conditionis, vel *melioris*, vel *deterioris* indicium exhibent; illud qatenus *litis* atqe *dissidii mutui* ansam occasionemqe sic contrahentibus præbere consveverunt.

CAPUT XXI.

Esaja locus cap. 41. vers. 2. discutitur. de Cyro potiùs, cum pavcioribus, qàm de Abrahâ, cum pluribus intelligi. צדק *pro justo, qinam, & qî sumant. Explicantur Hymni 36. 12. & 109. 2. & 120. 7. Mich. 6. 9. Christus* Justitia nostra, *qâ ratione dicatur.* קרא *& occurrere & prædicare, significat.* Excitandi *verbum Dei actionem designare; de Cyro excitato creberrimè usurpari, à Deodato hic discessum.* Ab oriente *Cyrus potiùs, qam Abraham evocatus. Chaldæa* aqilonaris *in vaticiniis nuncupata;* orientalis *Syria.* Orientales *qinam, Gen. 29. 1.* Aram Neharaim, *& Padan-Aram, qid sonent. Esaja 46. 11. expenditur.* עיט *qid propriè. Cyrus γρυπός. Ad Abraham Jairus solus frustra torqet. Locus Jesaja 41. 25. discutitur. De Ecclesiâ ex omnibus terra partibus colligendâ, qi intelligant, ellipsin, qalis nunqam reperitur, frustra statuere. De Israelitis ex Assyriâ reducendis; avt de Rege Chaldæo adversus Judæos movente, frustra itidem exponi. Cyrum intelligi* Medo-Persam. *ἡμίονος cur dictus. Persis Chaldæa* orientalis; *Media ad* aqilonem *vergens. Ad lucis Evangelicæ ortum ingratiis trahi. Ellipsis antecedentis & relativi simul havd infreqens. Particula* bet *longè freqentior.* In justitiâ, *i. justè. fides & veracitas justitiæ pars. Cyrus in justitiâ evocatus qi dicatur.* יקרא בשמי *Esaja 41. 25. qid sit.* Bet *particulam sæpe vaca-*

 re.

A re. Dei nomen *& Nabuchodonosori, & Cyro* prædicatum. Dare coram aliqo; *pro, in manum subigendum tradere. In gentes regesqe dominium tenuisse Cyrum, Abraham havd itidem. Abraham in Damasco regnasse, figmentum.* Lumbi soluti, *qid velint.* Lumbi, *pro baltheo, qo ei accinguntur.* Pulveris & stipulæ coram vento, *imagines.* Sicut lutum, cœnum, cœmentum, argillam, conculcare. *Locus 2. Reg. 22. 43. cum Hymn. 18. 43. conciliatus.* Dalet *&* Resh, *crebrò à scribis permutata* הדיק *qid significet.* Friare *&* comminuere, *de pulvere commode satis, de luto cœnove ineptè, dici* חמר cœmentum. *Locus 45. 4. discutiendus* B *proponitur. Hujus versiones variæ recensentur. De contextus serie Castellio & Junius, de copulativâ Piscator magis probatur.* Copulativæ *usus varius, & Hebrais, & Græcis. 3 Reg. 11. 25. Marc. 15. 25. 1 Pet. 3. 6. explicata. Cur hìc* qum *potius, qam* qamvis. *De priore hoc loco ingens varietas.* Nominatim vocare, *qid velit, Exod. 33. 12. Hymn. 147. 4. Esaj 43. 1. Joan. 10. 3. Exod. 31. 2. Esaj 45. 4. Cyrus & Josias diu anteqam geniti, nominatim designati.* כנה *Græci* προσεδείχθη, *Latinus,* assimulare, *perperam reddidere;* cognominare *pleriqe havd commodè satis.* C *Cyrus an* Spaco *unqam dictus.* Spaco *Persis, qod* κυνὶ, *sive* κυνίσκη, *Græcis, ut* Λυκίσκη, *&* Canissa *Latinis, pro qâ* Casina *apud Plavtum legi, Petitus. Fabula de Cyro, Telepho, Romulo, & Remo, à cane, cervâ, lupâ nutritis; unde enata. Lupa dicta meretrices:* inde lupari, *&* lupanar. Cyrus Dominum *an significet; ut* κύριος *Græcis. Frustra qidam origine Hebraicâ* hæredem, *avt* possessorem, *alii Græcanicâ,* adolescentulum. *An* Solem *Persis* D *denotet. Affirmat Ctesias; negat Scaliger. qi &* cibum *significare contendit. Cyrus* Pater, *non* dominus, *Persis dictus.* Solis *nomina Persis qanam.* Mithran *antiqitus eis dictum.* Sacra Mithriaca *qalia fuerint. Mithra festo Regi inebriari licebat. Vocabuli hujus in nominibus Persarum priscis indicia.* Mithræ *dicti etiam sacerdotes Isiaci.* Μίθρας *Persis Venus;* Μίτρας *an* Μίθρας *Sol. ut* Φοῖβος Sol *Græcis,* Φοίβη, Luna, Diana. *Sol oriens Persis adoratus, aliisqe orientalibus. Jonum ritus densas in tenues transmutandi. Herodotus lingva Persica minus peri-* E *tus. De Persicorum nominum terminatione error manifestus. Solis appellationes Hebraica.* Μίθρας *Persis qid propriè sonet.* μεσίτης *qâ ratione dicatur.* Mithri *comparativum à* Mither. κρείων *Græcum qid. Cyrus forsan ab avo cognomine nominatus, ut Cambyses à suo.* כנה *num* occultandi, *sive* operiendi *notionem habeat.* titulis honorificis insignire *denotat. Explicantur locutiones Esaja 44. 5. Job. 32. 21, 22. Trajectio copulativa freqens. Syntaxis loci genuina.* Copulativa *pro particulis temporis correlatis utrisqe. Verba* indicativa *&* imperativa, *qâ ratione* F *sapenumerò jungantur. loca variè inde explicata. & iste pariter.*

OCcurrunt in Esajæ Vaticiniis loca nonnulla, in qibus ab interpretibus plerisqe discedere cogor. Horum uni & alteri discutiendis caput istud dabitur. Primus erit, qi cap. 41. v. 2. sic legitur, כי העיר ממזרח צדק יקראהו לרגלו ubi primo qæritur; qisnam is sit, de qo Deus, cujus sub personâ enunciantur ista, hìc loqitur: tum vox צדק hìc qo pertineat, & qid velit.

G Ac prius illud qod attinet, non desunt, tam è Judæis, (si Oleastrio fides) qam & è nostris, in qibus est, qi versionem Italam adornavit, Deodatus, qi de Messiâ intelligunt. At de Abrahâ disertè exponit Paraphrastes Chaldæus, qem Salomon Jairus & David Camius seqantur; & nostri ferè universi. Solus è Judæis, qos viderim, Abraham Esdræ filius, de Cyro interpretatur; cui ego (pavcis licet consentientibus, eamqe sententiam recitantibus magis qàm affirmantibus; in qibus est Hugo Barcinonensis & Hieronymus Oleastrius) calculum meum omninò lubens concesserim; cum ea qæ istic commemorantur, nulli potiùs qàm Cyro qadrare videantur: uti in singulis dispiciendis deinceps demonstrabitur.

A At צדק istic, de qocunqe acceperimus, qid velit, qove referatur, ambigitur. *Justitiam* propriè sonare constat; & Græci proinde δικαιοσύνην reddidere. Cæterum interpretum pars maxima membro præcedenti affigit, pars reliqa inseqenti præfigit, ut hoc ordiatur, non illud clavdat. Ex illis nostri pleriqe qi de Abrahâ exponunt, post Latinum veterem, *justum* vertunt, ut sit *justitia*, sive, vir *justitiæ*, pro justo; sicut, *superbia*, sive, vir *superbiæ*, pro superbo. Hymn. 36. v. 12. *dolus*, sive, vir *doli*, pro doloso, Hymn. 109. v. 2. *pax*, sive, vir *pacis*, pro B pacifico, Hymn. 120. v. 7. *sapientia*, sive, vir *sapientiæ*, pro sapiente, Mic. c. 6. v. 9. ita abstractum fuerit pro concreto positum; vel ellipsis subjecti, sive voculæ regentis. Nec aliò abeunt, qi de Messiâ sumentes, per *justitiam*, justum illum intelligunt. Act. c. 22. v. 14. qi & *Jova justitia nostra* dicitur, Jer. c. 23. v. 6. & c. 33. v. 16. Solus ex his qos hactenus vidisse contigit, Vir Cl. Joannes Deodatus de *Justitiâ* interpretatur per Christum introductâ, dum Vatis verba sic παραφράζει, *Qi gratia divina diem novum mundo focit illucescere, cum satisfactione perfectâ pro suorum* C *peccatis justitia divina præstitâ, tum & sanctitate vera in credentibus qibusqe, per spiritum suum creata, qis inqam, istud præstiti, nisi filius meus solus?* Dan. c. 9. v. 24. Ut sint verba Dei, non qid ipse fecerit, avt facturus sit; sed qid Messias filius suus effecturus sit, prædicantis, nec tam Deum ipsum, qam Messiam, *excitandi* verbum respiciat. In qo neminem si vel comitem vel asseclam V. Cl. repererit, mihi nevtiqam sit mirum, qum dictionis propheticæ facies seriesqe continua respuere videatur.

Cæterùm Judæi, qi de Abrahâ accipiunt, *justitiam* sim- D pliciter in abstracto intelligunt, sed seqentibus annectunt. Jairus צדק שהיה עושה היא היתה לקראת רגליו בכל אשר הלך *Et justitia, qam fecerat, obviam, sive præsto, erat ad pedes ei qocunqe incedebat.* Verbum utiqe קרא in *occurrendi* notione istic usurpatum avtumabat; qo modo adhibetur. Gen. c. 42. v. 4. & Reg. l. 2. c. 18. v. 8. sed hoc in loco vix commodè admitti potest. Et Salomon solus, puto, hic incedit. Camius qem Vatablus, aliiqe nonnulli sequuntur, בכל מקום שהיה הולך היה קורא צדק ואמת *In omni loco, qacunqe incedebat, justi-* E *tiam & veritatem promulgabat.* Siqidem, ajunt illi, & veri Dei cultum, in regionibus qibusqe, qascunqe accesserat, exercebat; Gen. c. 12. v. 8. & c. 13. v. 4. & c. 21. v. 33. & gentes, apud qas peregrinabatur, ab idolorum veneratione ad ejusdem cultum evocabat. Verum nec sensum hunc, ut de membro posteriore nihil dicam, contextus verba citra difficultatem vimqe aliqam videntur admissura. Esdraides, qi de Cyro, uti dictum est, sumit: utramqe verbi קרא notionem proposuit; sed ita, ut qam seqatur, incertum sit, nec in alterâ cum Camio, sentire videatur, si F cum ego rectè capio. יפגע inqit, i. e. *occurret*, qod ad notionem priorem pertinet, או צדק יקראהו בכל מקום לכתו *Justitia occurret ei*; vel, *justitia prædicabit ipsum in omni loco incessus ejus.* Et certè æqitatis benignitatisqe nomine adversus eos, qibuscum ei res fuerant, exhibitæ, Cyrus à plerisqe celebratur. Verùm aliud qiddam hoc loco Vatis verba velle videntur, prout infra indicabitur.

Ego periocham integram sic verterim, *Qis excitavit ab oriente eum, qem in justitia ad pedem suum evocavit, co-* G *ram facie ejus gentes tradidit, regibusqe fecit ut dominaretur, qos exposuit ut pulverem gladio ejus, ut stipulam impulsam arcui ejus.* Incisa, membra, vocabula, qo versionis ratio & explicatior & confirmatior fiat, sigillatim dispiciemus.

Qis excitavit? העיר vox cum de Cyro ejusqe copiis à Deo ad expeditionem adversus Chaldæos suscipiendam suscitatis, tum & de spiritu ejusdem ad populum suum liberandum restituendumqe divinitus impulso, creberrimè usurpata. *Ecce ego excitaturus sum adversus illos Medum.* cap. 13. v. 17. *Ego excitaturus & adducturus sum adversus Babylonem.* Jer. c. 50. v. 13. & c. 51. v. 1. *Ego contra Babylonem excitaturus.* Et rursus, v. 11. *Excitavit Jova spiritum Regum Medorum.* Et, *Jova excitavit spiritum Cyri.* Annal. l. 2. c. 36.

2. c. 36. v. 22. & Ezr. c. 1. v. 1. In hoc ipso cap. v. 25. *Ego excitavi eum, qi venturus est.* & c. 45. v. 13. *Ego excitavi illum, & dirigam omnes vias ejus.* Qod cum Deo ipsi, qi a Messiâ distingvitur, cap. 42. v. 1. constanter tribuatur, eiqe itidem rerum istarum effectio capitis istius vers. 4. disertim denuò adscribatur; unde מי sive *qis?* istic de eodem patet dici, de qo ibidem pariter qæritur; ab ipso istic cum viro Cl. alio divertere, à Vatis mente clarâ satis, alienum planè videtur.

Ab oriente. De Abrahâ qi dictum volunt, *ab oriente evocatum* dici avtumant, qia Chaldæa, è qâ fuerit evocatus, terræ Canaan orientalis existit: huic sententiæ firmandæ adducit Camius illud, Gen. c. 29. v. 1. ubi Jacob ad consangvineos suos iter faciens, *ad terram filiorum orientis*, i. e. orientalium, profectus dicitur. At primò Chaldæorum regio, è qâ evocatus est Abraham, Gen. c. 11. v. 31. ubi terræ Judaicæ opponitur, *Aqilonaris* potiùs denominationem in vaticiniis sacris constanter passim obtinet: videatur Jerem. c. 1. v. 13, 14, 15. & c. 4. v. 6. & c. 6. v. 1, 22. & c. 10. v. 22. & c. 13. v. 20. & c. 16. v. 15. & c. 23. v. 8. & c. 25. v. 9. & Zacar. c. 2. v. 6. Qin & in his ipsis Esajæ vaticiniis, non tam Chaldææ, qam Syriæ, situs *orientalis* tribuitur, cui & Palæstina tanqam *occidentalis* opponitur, cap. 2. v. 6. & c. 9. v. 12, & c. 11. v. 14. denique non Chaldæa, è qâ Abraham est primitùs evocatus, sed Syriæ pars ea, nunc *Aram Neharajim*, qasi *Syria interamnis*, sive *Mesopotamia*, qia inter Tigrin & Euphraten amnes celeberrimos intersita. Gen. c. 24. v. 10. nunc & *Padan-Aram* eadem Gen. c. 25. v. 20. & c. 28. v. 2. qasi *ager Syriæ*, sive *sativa cultaqe* Mesopotamiæ regio, uti ex Hos h. c. 12. v. 13. ostendit Vir doctissimus Samuel Bochartus *Geogr. sacr. part.* 1. l. 2. c. 6. denominata, in qa Abrahæ consangvinei è Chaldeâ profecti sedem fixerant, *terra orientalium* nomine à Mose loco illo designatur. De Cyro verò disertè dicitur cap. 46. v. 11. *Ab oriente evocaturus sum alitem. avem rapacem*, sive *prædatricem* vox ea propriè significat Gen. c. 15. v. 11. Jer. c. 12. v. 9. cum à radice sit deducta, qæ *involare* in aliqid, prædam præcipuè Reg. l. 1. c. 14. v. 33. vel in aliqem *insultum facere* significat, sive actione violentâ, sive sermone probroso id fiat. Reg. l. 1. c. 25. v. 14. Cyrum avtem istic hoc nomine designari, qi aqilæ instar sev vulturis alicujus ad prædam festinanter inhiantis, Job. c. 9. v. 26. insigni cum vehementia ac velocitate Babyloniam invaderet, cum Judæorum Magistri, tum & nostri unanimes consentiunt. Alite avtem ejusmodi Cyrus denotari eo aptiùs poterat, qod is γρυπὸς h. e. *naso adunco*, rostri aqilini an vulturini speciem referente, insignis fuerit; unde factum sit, ut apud Persas, pro eo, qo illum proseqebantur affectu, ea nasi figura, utpote qæ Cyro consimiles indicaret, (referente Plutarcho in Apophthegm:) speciosissima haberetur. *Ab Oriente* avtem tam Cyrus hîc *excitatus*, qam *ales* iste *evocatus* perhibetur: qia Persis Cyri patria, orientem versus à Chaldæâ ac Babylone, adversus qam instinctu divino & excitabatur & evocabatur, erat sita: nam ludit nos planè Jairus, qi ad Abrahamum, contra & suos reliqos, & nostros universos, locum hunc etiam detorqet.

Huc accedit locus alter eodem hoc in capite 41. utiqe, commatio 25. in hæc verba העירותי מצפון ויאת ממזרח שמש יקרא בשמי Græci, Ἐγὼ ἤγειρα τὸν ἀπὸ βοῤῥᾶ, καὶ τὸν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, κληθήσονται τῷ ὀνόματί μου. Licentiùs isti: nam Chaldæum omitto, qi longiùs etiam est divagatus. Castigatiùs Latinus vetus interpres; *Suscitavi ab aqilone; & veniet ab ortu solis: invocabit nomen meum.* Pagninus, *Suscitavi ab Aqilone & veniet, ab ortu solis vocabit nomen meum:* Tigurinus, *Vocabit in nomine meo.* Et his meliùs Castellio, *Excitatus à me, ab aqilone veniet, ab ortu solis, qi meum invocans nomen*, &c. Omnium optimè Junius, *Excitaturus sum ab aqilone, qi veniat, ab ortu solis, qi vocet nomen meum.* qanqam malim ego, *qi nomen meum prædicet.* Piscator, *populum*, Junio avdentior, contextui ipsi interseruit; vertendo, *Excitabo populum ab aqilone, & veniet, ab ortu solis, & invocabit nomen meum.* Intellexit uterqe de Ecclesiâ, ex omnibus orbis terrarum

A partibus, ad nomen Dei invocandum collectâ & congregatâ. id qô commodiùs è textu eliciant, ellipticam volunt esse formulam in vaticinii verbis, ac sub *aqilonis* nomine *austrum* qoqe, sub *orientis occidentem* etiam comprehensum subintelligi. qo modo, inqit Junius, fit Gen. 33. 10. at ego nec ibi, nec alibi etiam in scriptis Mosaicis ejusmodi qicqam deprehendo. qatuor utiqe cœli orbisqe terrarum plagas disertim commemoratas reperio, Gen. c. 13. v. 14. & c. 28. v. 14. duas tantummodò, binis aliis subintellectis nusqam. Rectiùs Abraham Esdræ filius, qi non עם sed B איש suppletum it (qo modo & ante commat. 2.) *hominem, virum.* vel provocabulo tantum intersito. *eum, qi veniat*; ut havd malè Junius copulativâ relativi loco adhibitâ, prout & cap. 4. ver. 6. & c. 17. v. 2. & c. 28. v. 1. & Malach. c. 3. v. 1. collatione factâ cum Matth. c. 11. v. 10. Ejusmodi qiddam de *excitatis* somniaverat jam olim Joseph Camius Davidis Pater, filio referente, populum decem tribuum utiqe suscitandum & reducendum ex regionibus illis, Medicia præsertim, in qas ab Assyrio fuerant deportati, Reg. l. 4. c. 17. v. 6. à terrâ Cananiticâ ad plaC gam aqilonarem orientem versus sitas, vide Jerem. c. 3. v. 12. hoc avtem à Messiâ præstitum iri. ideo non dixisse, qis futurus sit, qi hoc faciat, donec ad illum pervenerit, *Ecce servus meus*, &c. cap. 42. ver. 1. qod de Messiâ is rectè intelligit. Cæterum textui interim vim manifestam facit, & sine justâ ratione negat dictum, qod promittitur qis sit effecturus. Verùm dato, non *populum*, sed *virum* aliqem suscitandum intelligi, qæritur ulterius iste qi sit. Atqi hic Magistri Judæi denuò à se invicem discedunt. Qidam enim, Salomone Jairo referente, volunt, non unum D aliqem, sed duos, eosqe & tempore & ministerio dissitos intelligi, Nabuchodonosorem alterum, qi ab *aqilone* ad populum Judaicum debellandum profectus sit, Jer. c. 1. v. 13—15. & c. 25. v. 9. Cyrum alterum, qi ab *orientali plagâ*, ad eundem liberandum processerit. His è nostris adstipulatur Joannes Calvinus, qi hac ratione insinuatum avtumat status Judaici & subversionem & restitutionem à designatione & dispensatione divinâ utramqe esse profectam. Verum Jairus ipse, Esdraides & Camius filius, qos & è nostris seqυntur havd pavci, consensu unanimi de E Cyro sumunt, & de Perside intelligunt, utpote qæ & è terrâ Judaicâ & Chaldaicâ etiam, adversus qam moverat, situm ejusmodi obtineat. Et ego qidem Cyrum eundem utrobiqe designari existimem, qi cum *Medo-Persa* fuerit. unde & Πέρσης ἡμίονος, i. *Persa mulus*, sive, *hybrida*, in oraculo per furorem a Nabuchodonosore edito, qod ex Abydeno & Megasthene apud Eusebium *Præparat. Evangel.* l. 9. c. 41. videre est, indigitatur; Et in Pythii etiam Apollinis Crœso Lydorum Regi dato de qo Herodotus, l. 1. Persa utiqe ex Cambyse patre, Medus verò ex Mandane F matre; qanqam & appellationis illius rationem etiam aliam dat alius nescio qis, apud Eusebium *Præparat.* l. 5. c. 21. verbis istis; Ὁ ἡμίμηδος ἢ ἡμιπέρσης Κῦρος, ὃ ὁ μητρόθεν μὲν ἐς τυραννικόν, πατρόθεν δὲ ἐξ ἰδιωτικοῦ γένους, ἡμίονος ἐν τῷ αἰνίγματι. *Cyrus ille qidem, semimedus avt semipersa, sev matris ejusmodi, qi matrem si spectes, tyrannico, sin patrem, privato genere satus esset: ille, inqam, hoc in ænigmate muli nomine adumbratus.* qod utiqe ex *matris regia, ex patris verò privata genere prægnatus.* Sed cum gente utraqe oriundus esset, ex utraqe regione copias conscriptas duxit, G partim e Perside sive Elimaide, qæ *orientem* versus à Babylone sita fuerat, cap. 46. ver. 11. partim è Mediâ, qæ ad *aqilonem* magis vergebat. unde illa, Jerem. c. 50. v. 5, 9, 41. & c. 51. v. 48. Ex horum itaqe locorum collatione, Cyrum hîc intelligo, non Abrahamum, *ab oriente suscitatum.* Nam qod *orientis* nomine gratiæ supernæ lucem per Christum nascentem cap. 49. ver. 6. & Luc. c. 1. v. 78. & cap. 2. v. 32. Vir Cl. intelligit; locum istic nevtiqam habere videtur. Sed nec, qod alii, *à partibus orientalibus* locis ejusdem promulgationem ad alias mundi plagas dimanasse cap. 2. ver. 2. Luc. cap. 24. ver. 47. Act. c. 1. ver. 8.

Eum qem in justitia ad pedem suum evocavit. Occurrit [illegible] loco ellipsis apud Hebræos havd infreqens *relativi*

utiqe simul *cum antecedente*; *eum qem*, sive *virum qem*. Sic enim legitur Annal. l. 1. c. 15. v. 12. *ad* locum eum qem *praparavi illi*. Prout Moses, Exod. c. 23. v. 20. disertè integrum extulit. Esajæ c. 65. v. 1. *Inqiror ab* eis qi me *non interrogabant*: *invenior* ab illis qi *me non reqirebant*. Uti plenius pavlò Apostolus ad Rom. c. 10. v. 20. Jer. c. 2. v. 8. *post ea qæ prodesse neqeunt*. Et v. 11. *In* id qod *nevtiqam proderit*. i. idolum nulli usui futurum; ut Esajas c. 44. v. 10. Thren. c. 1. v. 14. *Tradidit me in manus* eorum à qibus *exsurgere neqeo*. Sed seqitur *ellipsis* altera freqentior, multoqe magis familiaris, particulæ *bet*, sive *in* qæ cum passim occurrit, vaticinii hujus cap. 26. v. 8. 18. & c. 33. v. 7. & 34. v. 2, 13. ut plura congerere opus non sit; tum loco huic affini planè cap. 45. v. 25. ubi de se Jova, *Per me juravi*, *exiit ex ore meo* צדקה in *justitia*, *qod non revertetur*. h. e. nevtiqam revocandum. Ita ergo צדק & istic verto, in *justitia*. i. e. ut Junius rectè, *juste*. Sicut אמת Hymn. 32. 11. *Juravit Jova Davidi* אמת in *veritate*. באמת Jer. c. 4. v. 2. & c. 26. v. 15. i. *verè*. Et בטח Parœm. c. 1. v. 33. *Qi me avscultat*, *habitabit* בטח in *fiducia*, pleniùs בבטח uti legitur Devt. cap. 33. vers. 12. i. e. *fidenter*: pariqe ratione, *justitia*, sive, in *justitia*, i. *juste*, nam qam intricatas vel versiones vel explicationes Magistri Judæi aliiqe dedere, satis superqe est superius indicatum.

Ad hanc avtem sententiam meam, tam de personâ subjectâ, qam & de vocis hujus syntaxi, firmandum, locum do parallelum planè ex cap. 45. v. 13. ubi sic legitur, אנכי העירתיהו בצדק *Ego illum excitavi in justitia*, i. e. *ex justitia*, sive, *juste*. Ad justitiam, sive fidem & veracitatem (qæ & justitiæ pars est Joan. Ep. 1. c. 1. v. 9.) meam illustrandam, comprobandam, exeqendam, in meis, juxta promissiones prædictionesqe prægressas, tam ex hostium potestate eripiendis, qam & adversus eos qi injuriâ affecerint vindicandis. Qod de Cyro dictum consentiunt, opinor, universi. Qin & eadem planè notione cap. 46. v. 6. אני יהוה קראתיך בצדק *Ego Jova vocavi te in justitia*. Qod sive de Christo, cum e nostris plerisqe, sive de Cyro cum nonnullis, cum è Judæis, tum & nostris; sive cum aliis etiam de utroqe, illo primario, isto illius typo, sumpseris; de formulâ qid velit, constat satis, interest tantum qod particula *bet*, qæ istic supprimitur, illic expressa habetur. Istud avtem, *in justitia*, prout à me explicatur, hoc in loco, sive ad membrum prius *de excitando* retuleris, sive ad posterius de *evocando* rejeceris, havd multum intererit: licet punctorum interstingventium ratio hac potius inclinet; illud ei qi elegerit patrocinari videatur locus ille parallelus ex cap. 45. v. 13. hoc ei qi maluerit, alter ille ex cap. 42. v. 6.

Aliud est (qod obiter monitum sit) ab *evocatione* istâ, sive *vocatio*, sive *invocatio* illa, de qâ loco superiùs lavdato ex cap. 41. v. 25. יקרא בשמי ubi frustra videntur fuisse, qi de religioso Dei cultu interpretantur, sive qi de Abrahamo, sive qi de populo aliqo vel Judaico vel Christiano, vel Persico etiam, ut nonnulli, qia simulacrorum usus apud illos minùs receptus, dictum accipiunt: licet eâ formulâ religiosa numinis divini *invocatio* exprimatur plerumqe. Sed & ei, è qibus est reverendus Joannes Calvinus, qi *vocare in Dei nomine*; *nihil aliud esse* volunt, *qam illius avspiciis rem gerere*. קרא istic in *proclamandi*, *prædicandi*, *promulgandi* notione potiùs sumpserim: prout & Esajæ c. 61. v. 1, 2. & Jer. c. 34. v. 8, 13. 15. particulam avtem ב in בשמי vacare existimem: prout & in formulâ illâ להזכיר בשם יהוה Amos c. 6. v. 10. *Nominis Jova meminisse*, sive *mentionem facere*. Et בשם אלוהים אל תזכירו Josh. c. 23. v. 7. *Nominis deorum ipsorum ne memineritis*, sive, *mentionem feceritis*: ut *in Dei nomine vocare*, nihil aliud velit, qam *Dei nomen publicitùs prædicare*. Qod cum à Nabuchodonosoro, Dan. c. 3. v. 28, 29. & c. 4. v. 34—37. tum & à Cyro cumprimis, qi solus istic designatus videtur, præstitum est. Annal. l. 2. c. 36. v. 22, 23. & Ezr. c. 1. v. 1, 2.

Seqitur לרגלו qod qo trahant Magistri Judæi, eorumqe vestigiis qi insistunt, est superius indicatum. Ego cum Latino Vetere, qem & interpretum nostrorum seqitur pars maxima, *ad pedem suum*, h. e. ut eidem rectè, *ut seqeretur ipsum*; vel, *ut obseqeretur ipsi*. Qem sensum uti verba ipsa sponte suâ exhibent: ita usus cum formulæ istius ipsius לרגל Gen. 30. 30. & Reg. l. 1. cap. 25. v. 42, tum & huic affinis ברגל Jud. 4. 10. & Reg. l. 2. cap. 15. v. 18. luculentissimè confirmat. Estqe omninò verissimum hoc sive de Abrahâ, sive de Cyro, sumatur: siqidem & ille Deo evocanti obsecutus est, qocunqe diceret, sponte profecturus; Gen. 12. 1. Hebr. 11. 8. & iste Deo motibus arcanis excitanti ac dirigenti, obseqium ministeriumqe alacriter constanterqe exhibuit. cap. 13. v. 3, 4, 17. & c. 44. v. 28. & c. 45. v. 1—4.

Qæ seqiuntur, Cyro cumprimis competunt; Abrahæ havd pariter. *Coram facie ejus gentes tradidit*, vel, *tradit*, Heb. *dabit*, vel, *dedit*; (nam in vaticiniis certitudinis ratione, *futura* tanqam *præterita* solent enunciari) *regibusqe fecit ut dominaretur*, vel, *ut dominetur faciet*: Ad Abraham referunt, & de regibus illis qatuor cum copiis suis ab Abrahâ fusis fugatisqe, Genes. 14. 9, 14, 15. intelligunt pleriqe. Verum amplius aliqid *dominationis* vocabulum designare videtur, prout freqentissimè usurpari consvevit, Gen. 1. 28. Hymn. 72. 8. & 110. 2. Ezek. 29. 15. qod de Abrahâ vix dici posse videtur, cum in nullas gentes, nullos reges, dominium, avt imperium tenuisse legatur. Nam qod Josephus habet, *Antiq. l.* 1. *c.* 8. ex Nicolai Damasceni *Histor. l.* 4. ex Josepho itidem ab Evsebio *Præparat. Evang. l.* 9. *c.* 16. transcriptum, Abrahamum ex Chaldæâ cum exercitu profectum, Damasci imperium obtinuisse; sed & qod ex Trogo Pompejo Justinus *Histor. l.* 36. *Post Damascum*, (qi urbi nomen dederit) *Azelum*, *& Aderem*, *Abraham & Israelem reges fuisse*; mera prorsus sunt figmenta. At de Cyro, qi in populos Principesqe plurimos dominationem exercuit appositissimè prædicatur: de qo etiam cap. 45. v. 1. לרד (vocabulo ירד hic usurpato affini) לפניו גוים *ad sternendum gentes coram illo*. Id enim significare verbum hoc, apparet ex Hymn. 144. 2. qo loco הורד dicitur pro eo qod מוריד dictum est 2 Reg. 22. 48. siqidem *dare*, sive *tradere coram eo*, est, *in illius manum*, sive, *potestatem tradere*, uti pleniùs passim usurpatur. Jerem. 27. 6. & 32. 3, 4. & 34. 20, 21. h. e. *illi subjicere*. Sed & pro eo qod istic ומלכים ירד *& regibus dominari fecit eum*. cap. 45. v. 1. dicitur ומתני מלכים אפתח *& solvam* (*coram ipso*, scilicet ex inciso prægresso) *lumbos regum*. Qod est ita sumendum, vel ut *lumbi* ipsi *solvi* illis dicantur, sive dum gladio eâ in parte transfiguntur, qæ virium sedes habetur Job. 40. 16. Nach. 2. 1. & in qa vulnera letalia habentur, Devt. 33. 11. sive, dum terroribus ac cruciatibus inde proficiscentibus *corporis* ipsius *compages* qasi *dissolvitur*, Esajæ 21. 3. Ezek. 21. 6. Dan. 5. 6. vel etiam *cingulum*, sive *balteum*, qo accingi solent, *solutum* intelligatur, uti post Jairum & Camium Scholiastes eruditus; est enim istud tam *potestatis*, qam & *potentiæ symbolum*, cap. 11. v. 5. & c. 22. v. 21. & c. 23. v. 10. & mox vers. 5. collato cum Hymn. 93. 1. inde, *regum lumbos*, sive, *cingulum*, qod lumbos cingendo constringit ac confirmat Jerem. 13. 1, 2, 4. *regibus solvere*, est omni prorsùs cum potentiâ tum & potestate destituere. *Lumbi* avtem pro *cingulo*; uti Ezek. c. 9. v. 2, 3. qo loco qidam dicitur *atramentarium* habuisse *ad lumbos* (i. e. ut rectè Camius *ad zonam*, *qâ lumbi præcingebantur*) *appensum*.

Deniqe qod hîc dicitur, *dedisse*, sive, *daturum se illos*, sive populos, sive reges, sive, utrosqe etiam, *tanqam pulverem* (*vento* scilicet *impulsum*, uti ex proximo incisi membro, Cornelius à Lapide supplet havd malè) *arcui ejus & tanqam stipulam gladio ejus*: qo significetur, pulveris instar comminuisse, prout Hymn. 18. 42. sive potiùs, non magis valuisse illos adversus armaturam copiasqe ejus qàm pulvis avt stipula coram turbine impellente, consistere: prout Hymn. 1. 4. & 35. 5. & 83. 13. capitis hujus vers. 15, 16. & c. 40. v. 24. Jer. 13. 24. in eandem ferè mentem, licet sub collatione diversâ, de eodem, uti supra indicatum, ejusdem hujus cap. commat. 25. dicitur,

&

& veniet, scilicet in terras Regi Babylonico subjectas, uti Abraham Esdraides; vel, *veniet super* סגנים *ductores*, sive, *satrapas*; *præfectos militares*, Jerem. 51. 28, 57. ut sit defectus particulæ על qalis reperitur & cap. 17. v. 13. & c. 28. v. 3. atqe ita Jairus & Camius, *Veniet super illos, tanqam super argillam.* At Junius, *Qi veniens proculcat antistites tanqam lutum, & tanqam figulus cœnum*; Trajectionem opinatur verbis subesse; proinde ex membro novissimo verbum *proculcandi* retraxit. Melius pavlò, uti mihi videtur. Scholiastes eruditus (*conculcandi* verbo, non tam retracto qam suppleto, syntaxi, pari cum eâ qæ reperitur supra cap. 1. v. 18. & 19. 7. & 30. 17.) *veniet*, inqam, (qia ante, *& veniet*, dixerat, qanqam vocabulum non est otrobiqe idem: itaqe forsan verti potiùs poterat, *& ibit*, sive, *proficiscetur*, ad suscitationem & evocationem meam comparebit, *&* in expeditionem pro me profecturus est) *& antistites conculcabit tanqam lutum, & tanqam figulus erit qi conculcat cœnum*, qanqam pro *luto & cœno*, *argillam* malim *& lutum*; qia in his, non in *cœno* artificium suum exercet *figulus*: qi hîc alluditur, cap. 29. v. 16. & 45. 9. & pedibus suis subigit, ut rectè Camius, anteqam manibus effingat cap. 64. v. 8. Jer. 38. 4. nec tamen *cœni* vocem non lubens admiserim 2. Reg. 22. 43. & Hymn. 18. 43. ubi *lutum*, sive *cœnum* designans vocabulum ὁ טיט qod loco posteriore hîc ponitur, in materiâ consimili usurpatum reperitur, sed collatione havd eadem prorsus; neqe enim à *luto figuli* sed à *cœno platearum*, qod à qibusqe promiscuè conculcatur, imago eo loci traducitur, qo modo ex Mic. 7. 10. & Zach. 10. 5.

Qum avtem hac occasione in loca illa inciderim, de cis etiam obiter aliqid interserere havd inutile prorsus fuerit. Historici & Hymnodi, vel potiùs Hymni illius ejusdem, prout in Historiâ primò, tum in Hymnorum codice concipitur & exhibetur, verba, loco non uno à se invicem discrepare alibi monuimus. Hoc in membro aliter planè istic ac illic legi constat: nam in Historiâ verba duo reperiuntur ארקם ארקעם Prius illud ארקם sive, ut alii legunt, ארקם Camius & Esajas exponunt, *comminuam*. Ac ad loca illa amandant, in qibus דקק in *comminuendi* notione usurpatur. 4 Reg. 23. 6, 15. 2 Annal. 34. 4, 7. Sed & Græci ὡς πηλὸν ἐξόδων ἐλέπτυνα αὐτούς. Latinus Vetus Interpres; *Qasi lutum platearum comminuam eos.* Eodem abit Interpretum cohors tota. In posteriore havd parilis habetur consensus. Latinus, *confringam*: cujus exemplum desideratur. Junius, *dissipabo*. Tigurinus, *atteram*. Camius *distendam*, ex Exod. 39. 3. qod amplectuntur Mercerus, Martyr. Pagninus; à qibus havd longè abit, qi *dispandam*, Piscator. Jairus, Esajas & Gersonides referunt ad illa Ezek. 6. 11. & 25. 6. ubi in *plaudendi, terramve pede percutiendi*, notione usurpatur. Unde & Levi Gersonides pro רמס (qod *conculcare* significat cap. 1. 12. & 41. 25. & 63. 3.) disertè exponit. Utramqe vocem Chaldæus vocabulis qidem duobus, sed qæ hujus ejusdem sunt notionis, expressit. Certè *tanqam lutum comminuere*, qod de pulvere in priore commatii inciso ante fuerat utrobiqe dictum, havd satis subjecto illi congruere videatur. In Hymnorum codice vox oevtra comparet, אריקם duntaxat legitur: qod Camius vult pro ארקם poni ut *Jod* sit loco *dagesh*, exponit avtem, *ponam eos ut lutum*: qia in Magistrorum scriptis רקק pro *limo*, *cœno*, *luto*, *liqido & fluido*, unde volucres creatas volunt, usurpata. Itaqe Buxtorfius, *sordidos habebo*, interpretatur. Qod à verbi usu tamen alienum videtur. Abraham Esdraides in *attenuandi* notione sumit; ex illo Gen. 41. 3, 4. רקות בשר carne *attenuata*: qo loco Masoretæ monent רקות per *Resh*, nunqam alibi legi. Unde דקות potiùs per *Dalet* legendum opinati videantur: & certè literæ duæ istæ ob figuræ affinitatem nimiam à scribis minùs diligentibus sæpenumerò invicem permutatæ comperiuntur. At Jairus, in *evacuandi*, ex Gen. 42. 35. sive in *effundendi* notione ex Jer. 48. 11, usurpari existimat: & *platearum cœnum* respici ait, qod *tenue, non crassum* sit. Græci λεανῶ αὐτούς; voce satis ambiguâ: qod Latinus vetus exprimere volens, *delebo*, posuit. Junius, *frio*. Qod cum pulveri magis conveniat, Piscator amovet, &, *removi*, substituit. Tigurinus & Musculus, *comminuo*, ut Hymnorum codici cum Historicè scripto conveniat. Hieronymus, *projiciam*: certè *projicere*, & *profundere*, sive *defundere*; qâ notione vocabulum istud usurpatur Eccles. 21. 3. Cant. 1. 3. & Jer. 48. 11. havd multum à se invicem abeunt. Proinde Historicum ego ex Hymnorum codice defingendum, hunc ex illo supplendum existimem, ut hostes suos à se David dixerit, *& cœni instar liqidioris defundendos*, sive *projiciendos*, & defusos sive foris projectos insuper *dispandendos*, qo modo de luto cœnove fieri assolet. In Esajæ verò loco huic affini, videatur, an non חמר *cœmentum* reddi possit: qo οἰκίαι ἐπίγειοι, *terrestres domus*, uti Apostolus loqitur ad 2. Cor. 5. 1. extrui solent; ideò בתי חמר dictæ Job. 4. 19. Ita vertetur, *Superveniet præfectis militaribus, tanqam cœmento, & qasi figulus, qi lutum calcat.* Ut duplex imago existat, & *cœmentarii*, qi *cœmentum*, & *figuli* qi *lutum*, sive *argillam*, *pedibus subigit*, uterqe. Et ut eo tandem redeatur, unde sumus exorsi, qandoqidem ea, qæ tam Esajæ cap. 41. v. 2. qam & qæ capitis ejusdem vers. 25. habentur, in Cyrum optimè qadrent, eum omninò utrobiqe designatum, verisimillimum videtur.

De Cyro eodem cap. 45. v. 4. in hæc verba denuò Dominus ואקרא לך בשמך אכנך ולא ידעתני Qæ Græcus sic reddidit, Ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί σου, καὶ προσδέξομαί σε. σὺ δὲ οὐκ ἔγνως με. *Ego vocabo te nomine tuo, & suscipiam te: tu verò non novisti me.* Latina vulgata Versio: *Et vocavi te in nomine tuo: assimilavi te; & non cognovisti me.* Tigurina; *Vocavi te nomine tuo, & te cognominavi, qum nondum haberes mei notitiam.* Itala antiqior, *Io ti ho chiamato pel tuo nome: Io ti ho cognominato; e tu non me hai cognosciuto. O, ancora che tu non havessi alcuna cognitione di me.* Recentior; *Anzi t'ho chiamato per la tuo nome, e t'ho sopranomato, benche tu mi non cognoscessi.* Gallica, *Voire je t'ai appelè par ton nom, & t'ai surnommè, combien qe tu me ne cognosses point.* Oecolampadius; *Et vocavi te nomine tuo; cognominavi te, & nescivisti me.* Pagninus & Oleastrius; *Vocavi te nomine tuo; cognominavi te, & non cognovisti.* Versiones nostræ, antiqiores; I called thee by thy name; and ordained thee / or / ere / ever thou knewest me. Genevensia, I will even call thee by thy name; and name thee / though thou hast not known me. Novissima, I have even called thee by thy name. I have surnamed thee; though thou hast not known me. Calvinus, *Vocabo, inqam, te nomine tuo: cognominabo, qamvis non noveris me.* Castellio, commatio prægresso annectens: *Qi te, inqam, nomine tuo vocans nuncupem; cum tamen tu me ignores.* Qo inclinans & Junius; *Propterea me vocasse te de nomine tuo, cognominasse te, qamvis ignores me.* Piscator deniqe contra, à præsentis etiam primordio diffindendo, & qasi novam inchoando sententiam; *Imò vocabam te nomine tuo; cognominabam te, qum non nosses me.* Qo inclinare videtur & antiqissima nostra, qæ commatii hujus prioribus illis præcedenti versiculo conglutinatis, à *for* cavsali orditur ista.

Ego de contextus serie Castellionem & Junium; de copulativâ alterâ (nam de priore in seqentibus dicendi locus aptior ampliorqe dabitur) Piscatorem seqi malim. Particulæ *Vau* qam variè usurpetur, nemo potest esse nescius, qi in linguâ sacrâ qicqam novit. Notione discretivâ pro *etiamsi*, sive, *qamvis* adhibetur, consentientibus interpretibus plerisqe. Josh. 17. 18. Hymn. 23, 4. & 78. 23. Esajæ 49. 5. Jerem. 32. 33. nec secus sumendum Genes. 8. 21. uti post Tarnovium & Piscatorem in *Antibarbar. Biblic. l.* 2. observavit Sixtus Amama, in verbis illis, *Etiamsi*, sive, *qamvis*, *figmentum cordis humani à pueritiâ malum sit.* Sed καὶ Græcum pariter, si ego rectè capio, in Petri illis Epist. 1. c. 3. v. 6. ἀγαθοποιοῦσαι, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν· *qod est bonum facientes, etiamsi nullâ consternatione teneamini*, h. e. cum sponte & ex conscientiâ merâ id qod vestri est officii exeqimini, etiamsi nullâ fueritis formidine affectæ, qæ consternatione aliqâ perculsas vos ad id præstandum ingratiis adigat: atqe ita Calvinus cum aliis istic cepit, *qamvis metu nescius sis.* Verùm usurpatur etiam

pro

pro particulâ temporis indicativâ; loco *qum*, sive *qando.* A Ita sumi constat, in qo & plerisqe conveniunt, Genes. 14. 14. Hymn. 63. 3. Esajæ 33. 1. & 37. 9, 36. & 53. 2. Nec secus usurpatur τὸ Græcum Marc. 15. 25. Qod & Drusius, *de lit. Mosch. ve Cal. lib. 2. cap.* 4. monuit, *Erat avtem hora tertia*, τὸ ἐσταύρωσαν αὐτόν· *qando cruci suffigebant eum.* Ita planè sumendum cum Junio videtur, Reg. lib. 3. c. 11. v. 25. ubi de Rezone dicitur, *Fuitqe adversarius Israeli omnibus diebus Salomonis.* ויקץ בישראל וימלך בארם i. e. vertente Junio; *Nam tædebat eum Israelis, qum regnaret in Syriâ.* Qo tamen loco malim, *dum regnabat*, qam, *qum* B *regnaret*, i. e. qam diu Syriæ regnum obtinebat. Qia temporis continuatio eô loci intenditur; qo modo & Jerem. c. 17. v. 4. hoc avtem loco Piscatori accedo reddenti: *qum nondum nosses me*, Vel Tigurino etiam, qi plenius pavlò, *qum nondum* (sive ut è nostris qidam priusqam) *haberes mei notitiam.* Hoc avtem ideo malim, qia vers. 3. disertè insinuatur futurum deinceps, ut Dei, qi Cyrum ad ista exeqenda destinarat & suscitaverat, notitiam aliqam, ubi effectui ea jam data forent, haberet.

Cæterùm de copulativâ priore exprimendâ major est C multo inter interpretes à se invicem discrepantia: uti ex versionibus variis supra positis patet. Qidam enim cum Latino copulam ipsam retinent: alii cum Græco ut supervacaneam omittunt. Junius, *propterea* reddidit, qomodo sumitur Gen. 26. 14. Nehem. 2. 26. & 5. 2. Amos 5. 27. & τὸ pariter Act. 7. 43. Novissima nostra, etiam, eutn. Qomodo Ezr. 1. 8. & 8. 27. Job. 21. 6, & 25. 6. Piscator, *Imo*: prout Esaj. 3. 9. & 7. 16. Jer. 31. 3. Calvinus & Castellio in hoc saltem σύμφωνοι, *inqam*, prout Esaj. 49. 6. & 55. 1. & 58. 10. & 59. 17. ut ἐπιμονὴ subsit; D illudqe qod v. 3. dictum fuerat, *vocavi te nomine tuo*, post subjunctam, cujus in gratiam id erat factum, personam, detur istic repetitum. Ipse qid existimem, infra dabo, ubi de verbis dispunctum fuerit.

Cum verbo priore interim, formula ipsa ex versu præcedente repetita, à qibusdam, in qibus est Calvinus, cum Græco, in futuro, *vocabo*; à plerisqe cum Latino, in præterito, *vocavi*; à Junio vers. 3. in præsenti, *voco*, redditur. Id avtem plerîqe de Cyro diu anteqam nasceretur *nominato*, sive *nominatim designato*, intelligunt: qomodo & de Josiâ E factum idem legitur; 3 Reg. 13. 2. Verum *frigida* hæc interpretatio Calvino censetur. Alii igitur, *voco te nomine tuo*; vel, *nominatim compello*, sive, *alloqor te*: (qanqam particula *lamed* istic vacare videtur: qomodo & cap. 22. v. 20.) volunt esse *notitia ac familiaritatis indicium*: *eos enim qibus familiariter utimur, nominatim compellare solemus.* Prout Abraham Deus, Gen 22. 1, 11. & Samuelem 1 Reg. 3. 4, 6. Ita Oleastrius, qi huc trahit Jovæ illud de Mose, *Ego ex nomine te novi*, Exod. 33. 12. Poterat potiùs illud Psaltæ Hymn. 147. 4. *Stellarum numerum supputat, uni-* F *versas eas nominibus vocat.* Eodem etiam membrum utrumqe referre videntur versionis Belgicæ avtores, dum *notitia exacta indicium* faciunt. ut cum aliqem *& ex nomine & ex cognomine nosse nos* dicimus.

Alii *gratia*, & *amicitia*, sive *benevolentia* significationem habere volunt. Ita Itala annotatio antiqior; post Abraham Esdræ filium, ad cap. 43. v. 4. referendo; ubi formula consimilis sic explicata reperitur, *Ego in amicorum numero te habeo.* Et de Cyro reverà dicitur, *Dominus eum diligit*, cap. 48. v. 13. Nec ab istis longè discedit Calvinus; G *Notatur*, inqit, *vocabulo hoc propior & magis familiaris communicatio: sicut pastor dicitur oves nomine vocare*: *Joan. c.* 10. *v.* 3. *qia distincte singulas cognoscit.* Verum de Cyro vult peculiari magis ratione formulam eandem usurpatam, *qâ Deus eos nomine vocare* dicitur, *qos ad certum aliqod opus destinat, ut sint a vulgo segregati, qia duces tam præclara operationis constituit.* Qo facit, & qod Bezaleelem *nomine vocasse*, i. e. *nominatim designasse* dicitur, ad artificium circa Tabernaculi sacrosancti structuram atqe instructuram suum exercendum. Exod. 31. 2. Hæc avtem viri summi interpretatio uti nevtiqam rejicienda; ita qod de nuncupatione prævià à plerisqe statuitur includi simul debere, clarum satis videtur.

Verùm in vocabulo seqente אכנך longiùs multò interpretes à se invicem abeunt. Græci προσδέξομαί σε, qod unde habeant, ego ariolari non possum; nisi si fortean pro אפנך אכנך legerint; sic enim לפניהם προσδεχόμενοι ὑμᾶς, *suscipientes vos* reddunt cap. 55. v. 12. sed nec assequi valeo, qid Latinus voluerit, qum, *assimulari te*, redderet, prout & cap. 44. v. 5. vocabulum idem reddidit: & incassum interpretes Pontificii, qo Helenæ suæ honori & avtoritati prospiciant, torqent hic se, disqirendo qo fundo, qâve ratione id dictum sit, *assimilavi te mihi*, exponendo, nunc *Christi typum esse te volui*; nunc rursus, *similitudinibus qibusdam adumbravi te*; qod & verbum כנה sed nullo dato exemplo, significare vult Sanctius. Versiones nostræ antiqiores, *ordinandi*, sive *constituendi*, notionem verbo assignant: è כון scilicet qi eas adornabant, deductum opinabantur: sed diversam planè sortitur originem. *Cognominandi*, sive *agnominandi*; uti Itala recentior, verbo expresserunt plerîqe: qi in explicatione tamen havd perinde consentiunt.

Siqidem *cognomen*, sive *agnomen*, qod verbo isto denotetur, nonnulli ipsum *Cyri nomen* esse volunt, qod à Deo nuncupatur cap. 44. v. 28. & 45. 1. Ita Junius, *Nam proprium illi nomen*, inqit, *teste Herodoto & Justino, fuit Spaco, i. e. canis, Medorum linguâ, à cane, qæ expositum infantem lactaverat. Coresh verè cognomen fuit honorificum à Persis inditum; qod sonat Dominum: nam eadem ratione Coresh apud Persas est solis, qem colunt, epubeton.* Verùm ista disqisitionem accuratiorem aliqam poscere videntur.

Nam primò, *Cyrum* unqam *Spaco* dictum, nevter ex adductis Historicis refert. Fabulam qidem de *cane*, qæ infanti exposito ubera præbens deprehensa sit, narrat uterqe: cui parem finxere de Telepho à *cervâ* Græci, ut Apollodorus *Genealog. l.* 3. de Romulo & Remo à *lupâ* nutricatis Romani, uti ex Promathione qodam Plutarchus in *Romulo.* At de nomine indidem infanti imposito nihil alteruter, imò contra uterqe, non Cyro, sed Mitradatæ bubulci uxori *Spaco* nomen fuisse; qod non Medis, ut Vir Cl. sed Persis qi *Canem Spaca* vocant, idem valeat, qod Κύων Græcis: qà tamen appellatione usitatior his videtur Κυνίσκη; unde Κυνίσκα Theocrito *Idyll.* 14. eâdem formâ, qâ Λυκίσκη — *titulum mentita Lycisca*: Juvenalis *Sat.* 6. & *Canissa* Plavto, *cum latrante nomine*; qod itaqe *Casina* loco substituit, an restituit, Samuel Petitus, *Miscellan. l. 2. c.* 19. Addit Herodotus hinc fabulam illam de *cane nutrice* manasse, cui tamen Cyri parentes fidem habitam voluisse, qo divinitus puer servatus videretur. Nec aliunde de fratribus geminis Romæ conditoribus fabulam exortam ex Historicis aliis refert Plutarchus, qam qod Acca Lavrentia Favstuli uxor, à qâ fuerant enutriti, *Lupa* nomen, meretrix cum esset, apud pastores obtineret. *Lupa* certè Romanis meretrices dicebantur. Plavt. Epidic. 3. 3.

Divortunt mores Virgini longè ac lupa.

Et Juvenalis *Sat.* 3.

Ite (Romam utiqe) *qibus grata est pictâ lupa barbara mitrâ.*

inde *lupari*, scortari, vel prostitui, apud Nonium Turpilius *Accâ*, an *Attâ*,

Cum meretrice è nostro ornatu per vias lupantur.

Et *lupanar*, locus in qo prostant prostibula. Baptista Mantuanus de Roma *Fast. l.* 2.

—— *urbs est jam tota lupanar.*

Verum missis istis, ad Cyrum redeamus. Hunc tantùm abest *Spaco* unqam vocatum Scriptores illi affirment, ut Justinus diserte ajat, *puerum, dum inter pastores agebat, Cyri nomen accepisse*: in qu tamen ab Herodoto discedit, qi aliud ab hoc hunc habuisse nomen affirmat, dum apud illos versabatur; qod tamen, incertus forsan qodnam fuerit, non prodit.

Tum qod *Coresh*, sive *Cyrus* Persis *Dominum* sonare dicitur; eaqe ratione *Soli* nominis id ab eis dari; nevtrum constat. Κύριος reverâ Græcis *Dominum* sonat & κῦρος eisdem est *avtoritas.* At *Cyrum*, sive כורש post Argerium & Ximenem Sanctius, ineptè satis, originatione Hebraicâ,

A brnicâ, vult *hæredem* sive *possessorem* significare. Nec ineptè minùs V. Cl. Carolus Paschalius *de Coron. l.* 9. *c.* 15. (de qo opere deinceps dicendi locus dabitur) Græcam tribuens originem, Κῦρον ait Persas *Solem* appellare, i. e. *adolescentulum*, ὅτι ἀγήρως ἀεὶ καὶ νέος ἐστι, *qia nunqam senescit, sed semper est vegetus.* Scaliger verò, *Emend. Temp. l.* 6. כרש Persis τροφὴν, ἐδωδὴν, *cibum*, sive *pabulum*, denotare. *Dominum* certè, qi illis significare attestetur, scriptorem idoneum nullum adhuc reperio. Cyrum verò qod attinet, *patrem* potiùs qàm *Dominum* Persis dictum B testatur Herodotus *lib.* 3. Λέγουσι Πέρσαι, ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος, Καμβύσης δὲ δεσπότης, Κῦρος δὲ πατήρ. *Ajunt Persæ Darium institorem fuisse, Cambysem Dominum, Cyrum patrem.* Sed hæc post Cyri excessum, regnantibus illis, cum imperium horum à Cyri moribus diversum experirentur.

Qin & illud non sine ratione justâ ambigi potest, כרש Persis an *Sol* dicatur, vel unqam etiam sit dictus. Plutarchus reverà in *Artoxerxe*, de Cyro altero, Ochi filio, *Artoxerxis* fratre. Ὁ μὲν Κῦρος ἀπὸ Κύρου τοῦ παλαιοῦ τοὔνομα C ἔσχεν· ἐκείνῳ δὲ ἀπὸ τοῦ ἡλίου γενέσθαι φασί. Κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν ἥλιον. *Cyrus iste à Cyro prisco nomen habuit: illi autem à Sole inditum ajunt: Cyrum enim Persas vocare Solem.* Hoc autem à Ctesiâ, qem tamen ut fabulosum sublestæqe fidei scriptorem insimulat, ipse Plutarchus, accepisse videtur: apud hunc enim ex *Historiarum Persicarum*, *lib.* 18. in excerptis apud Photium in *Myriobiblo cod.* 72. de Darii Ochi uxore, Cyri hujus matre, leguntur ista. Τίκτει δὲ αὐτῷ ἕτερον υἱὸν βασιλευούσης ἤδη, καὶ τίθεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἡλίου Κῦρον. *Peperit ei alterum, quum jam regina foret, filium;* D *cui à Sole nomen indidit Cyrum.* Nec desunt qi ab Hebræis fontibus, *Coresh* nomen Soli tributum Persas havsisse velint. Esse enim huic affine Hebræorum חרס *Heres*, sive *Cheres*, & חרש *Hares*, sive *Chares*, qo *Sol* illis designatur, Josh. 8. 13. & Job. 9. 7. unde, קיר־חרש ἡλιόπολις, sive *civitas Solis*, Esaj. 16. 11. & Jerem. 48. 31. 36. inde avtem deductum Persarum כורש *chet* in *caph*, Arabum ritu, transeunte: ita Drusius *Observat. l.* 12. *c.* 17. Verùm Vir Cl. Josephus Scaliger loco supra indicato Ctesiam avtumat, cujus fidem Plutarchus secutus est, homo Græcus E cum esset, nec lingvæ Persicæ peritus satis, vocum similitudine deceptum כרש à כרשר non distinxisse, qorum istud *Solem*, qi & Persis אפתאב *Aphtab* dicatur, illud non *Solem*, sed *cibum* eisdem significet. Mihi verò pro re controversâ haberi posse non immeritò videtur, utrum ex tribus istis, qæ pro *Solis* nominibus suggeruntur; ullum omninò Cyri seculo *Soli* tributum fuerit. Est enim nihil de mutatione insigni, qam communi cum aliis fato, lingvam Persicam, cujus etiam character ipse interiisse penitùs perhibetur, post tot secula evoluta subiisse necessum fuerit: F nec ex vetusti scriptoris alicujus fide dignis monumentis, qod de horum ullo id firmet, qicqam producitur: & qod apud me pondus havd exiguum obtinet, aliud Persis priscis *Solis* nomen scriptorum omne genus gravissimorum etiam fideqe cumprimis dignorum testimonio unanimi comprobatur. Mithri enim, sive Mithra antiqitùs dictum concordes testantur. De Persis Strabo *Geograph. lib.* 15. *pag.* 503. Τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθρην. *Colunt solem, qem Mithram vocant.* Hesychius, Μίθρας ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. *Mithra Sol apud Persas.* Et, Μίθρης, ὁ πρῶτος ἐν G Πέρσαις Θεός. *Mithra primus in Persis Deus.* Svidas, Μίθραν νομίζουσιν οἱ Πέρσαι εἶναι τὸν Ἥλιον. *Persæ Mithram putant esse Solem.* Inde, Νὴ τὸν Μίθρην, *per Mithram*, juramentum Persicum, in Artoxerxis Memoris apophtheg. Plutarchus. Apud qem & in *Alexandro pag.* 682. C. Persam nuncium adjurat Darius, Μίθρου τε φῶς μέγα, καὶ δεξιὰν βασίλειον. *Mithra ingens jubar & regiam dexteram.* Apud Xenophontem in *Oeconomico pag.* 830. E. Lysandro Cyrus, Ὄμνυμί σοι τὸν Μίθρην. *Mithren juratus tester.* Apud Dionem Cassium *Hist. l.* 63. *pag.* 717. E. Teridates Neroni, Ἐγὼ δέσποτα, ἦλθον πρός σε τὸν ἐμὸν Θεὸν, προσκυνήσων σε, ὡς καὶ τὸν Μίθραν. *Ego domine veni, ut te Deum meum non secus ac Mithram colerem.* Apud Curtium, *l.* 4. *c.* 13. Darius cum Alexandro congressurus, *Solem Mithren* invocat. Apud Statium itidem, *Thebaid. l.* 1. Adrastus, *Phœbum, Titanem, Osirin, Mithren.* Ad qem Luctatius, an Lactantius adnotat, *Phœbum eundem, Achemenius Titanem, Ægyptius Osirin, Persis Mithram*, indigetari. Idemqe fere Martianus Capella, *Satyricii lib* 3. Deniqe apud Clavdianum *in Stilicon. l.* 1. Persarum Rex,

— Vaga testatur volventem sidera Mithram.

Huc faciunt & τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια, de qibus accuratissimè scripsisse Pallantem qendam refert Porphyrius, *de Abstinent. ab animal. l.* 2. & ex Evbulo qædam ipse in commentario *de Nympharum antro.* Eadem & Περσικὰ μυστήρια, & ἡ τοῦ Μίθρου παρὰ Πέρσαις τελετὴ, *Mithra sacrum Persis gentile*, Celso dicta apud Origenem *adv. eundem l.* 6. *pag.* 290. ex qo emendari poterit Evnapius, apud qem in *Maximo* hierophanta qidam, Juliano familiaris dicitur fuisse πατὴρ τῆς Μιθριακῆς πλάνης, sed legendum, τελετῆς. De eisdem Lampridius in Commodo; *Sacra Mithriaca homicidio vero polluit; quum illic aliqid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat.* Imo non *dici* avt *fingi* tantùm, sed & *fieri* ac perpetrari tradunt scriptores ἀξιόπιστοι. Ex eis Svidas, *Οὐκ ἂν δὲ ἐς αὐτὸν δύναιτό τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ διὰ τινῶν βαθμῶν παρελθὼν δείξει ἑαυτὸν ὅσιον καὶ ἀπαθῆ.* *Mithra hujus sacris neminem initiari fas erat, nisi qi exactis pœnalium perpessionum gradibus qibusdam, sanctum & imperturbati animi hominem esse sese demonstraverat.* Hinc apud Gregorium Nazianzenum *in Julian. Orat.* 1. Τὰς ἐν Μίθρου βασάνους. *In Mithra sacris adhibitas per cruciatus explorationes.* Et *Orat. in sancta lumina*; Μίθρου κολάσεις ἔνδικοι κατὰ τῶν μυουμένων τὰ τοιαῦτα ἀποχρώντως. *Mithra cruciatus juste exercitus in eis, qi mysteriis istiusmodi initiari sustinuerint.* In qem Elias & Nicetas, per *duodecim cruciatus genera* ajunt initiatos illos, transiisse solitos, in qibus aqam, ignem, famem, sitim, frigus, flagra recensent, at Nonnus, octoginta: qod fidem superat: qi & pavcos admodum tradit ab explorationibus illis superstites extitisse. Eorundem meminere & Justinus, *Collat. cum Tryphon.* Tertullianus *de Coron. milit. c.* 20. *de præscrip. c.* 40. & *adv. Marcion. l.* 1. *c.* 13. Hieronymus *ad Lætam.* Illud de *Mithra* hujus festo non prætereundum videtur, qod ex Ctesiâ, & Duride *Histor. l.* 7. refert Athenæus lib. 10. Παρὰ Πέρσαις τῷ βασιλεῖ ἐφίεται μεθύσκεσθαι μιᾷ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ θύουσι τῷ Μίθρῃ, sive ut alter, ἐν μόνῃ τῶν ἑορτῶν τῶν ἀγομένων ὑπὸ Περσῶν τῷ Μίθρῃ. *Apud Persas Regi eo duntaxat die licere ebrietati indulgere, qo Mithra Persæ sacra faciunt, sive qo festum Mithra Persæ celebrant.* Qanqam festum id utrum anniversarium tantùm fuisse velint scriptores illi, havd constat. *Sacris* ritibusqe *Mithriacis* adjici possunt *Mithra* istius in Persarum aliorumqe hos imitantium nominibus monumenta indiciaqe clarissima. Inde מתרדת sub Cyro Ezr. cap. 1. v. 8. & alter ejusdem nominis sub Artaxerxe Ezr. c. 4. v. 7. & ad Græcum ritum deformata Μιθραδάτης & Μιθριδάτης Udiastæ filius sub Dario Ocho, apud Ctesiam *lib.* 18. & Ponti Rex nomine non celebris *Mithridates*, & *Mithradatos* Romanis, à *Mithridatâ* prisco Persis regibus oriundo, uti Appianus in *bell. Mithridat.* Sed & Cyri nutritius bubulcus; qi tamen Herodoto, pro Jonum more, qi densas, sive aspiratas in tenues mutare solent, Μιτραδάτης dicitur, & Μιθροπάστης Persa, ex Nearcho, Straboni lib. 15. & Μιθροβαρζάνης, sub Tigrane Prætor apud Plutarchum in *Lucullo.* & Μιτροβάτης Dascylii Satrapa apud Herodot. *lib.* 3. Μιθροπαύστης sub Artoxerxe, Plut. Themistocl. Susamithres, Æm. Probus *Alcibiad.* Ῥομίθρης, Diodor. *Olymp.* 104. *an.* 3. *Mithrinus*, qi Alexandro Sardes tradidit Diodor. *lib.* 17. *cap.* 21. & Μιθρίας sub Mithridatâ novissimo, apud Appianum. Nam *Mithram* apud Apulejum *fabul. Miles. l.* 11. *in sacris Isiacis sacerdotem præcipuum*, insuper habuissem, nisi inter fanaticos istiusmodi μητραγύρτας, καὶ περιοδευτὰς, καὶ σαβαδίους, μίθρας, *circulatores, & præstigiatores, & sabadios, & mithriacos.* qoqe apud Celsum *contra Christianos*, citante Origene *adv. hunc lib.* 1. *pag.* 8. legerim.

Cæterum turbat hîc Herodotus, qum Venerem affirmat Persis Μίτραν dici. Idemqe *lib.* 7. *pag.* 453. E. narrat,

A ubi ex sole deficiente Xerxem in expeditione adversus Græcos turbatum animadverterant, respondisse Magos, fausta suis id ominari, Ἥλιον γὰρ εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, σελήνην δὲ σφέων. *Solem enim esse Græcorum, lunam ipsorum præsidem.* qod idem & occasione pari Dario Magi adversus Alexandrum moventi, *Solem Græcorum, Lunam esse Persarum.* Curtius *lib. 4. cap. 10.* Verùm ista pro more suo regibus adulati Magi. Siqidem populis orientalibus *Solem* pro *summo Deo* habitum ætatis cujusqe historiæ testantur. Vide Ezek. c. 8. v. 18. unde & in proverbium abiit, ἥλιον B πλείους ἀνατέλλοντα, ἢ δυόμενον προσκυνοῦσι. *Solem orientem plures qàm occidentem adorare.* qo allusit Tiberius, cum Macroni non abditâ ambage, *Occidentem ab eo deseri, orientem spectari*, exprobrabat. Tacitus *Annal. l. 6. c. 47. §. 4.* Persæ imprimis hac in parte superstitiosi. Inde Septimius *Apologet. cap. 16. Alii Solem credunt Deum nostrum, ad Persas si forte deputabimur, licet Solem non in linteo depictum adoremus, habentes utiqe in suo clypeo.* qod sive cum Junio capiamus. *Persas solitos in clypeis suis Solis imaginem gestare.* sive cum Rigaltio, *Solem ipsum in clypeo, sive cyclo suo adorasse* C (qod avtoris mentem propiùs accedere existimo) *Solem* præcipuè ab eis cultum firmat planissimè. Cui adjicere licuerit, qod ad sua etiam tempora perennasse tradit Procopius, *bell. Pers. l. 1.* moris fuisse apud Persas, ut Rex singulis matutinis adversus Solem orientem adorationis cultum exhiberet. Sed & qod leprâ & vitiligine affectos Persas urbibus exigere & à communione repellere, utpote qi existiment εἰς τὸν ἥλιον ἁμαρτόντας τι, *adversus Solem aliqid peccasse*, refert Herodotus. Idem avtem qod Persis *Venerem Mitran*, vel ut nonnulli legunt, *Metran* dictam D affirmat: Primò regeri posset, Herodotum lingvæ Persicæ minùs gnarum fuisse. qod inde liqet, qum tam fidenter asseverat, nomina Persica universa, in eandem literam terminari, qam Dores σὰν, Jones σίγμα vocant, subjungitqe, ὡς ἀτρεκέως εἰδὼς, qasi *ex certâ* id *notitiâ* habeat ἐς τοῦτο διζήμενος εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ ὀνόματα οὐ τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. *Inqisitione factâ deprehensuros Persarum nomina, non qædam aliter, sed universa pariter in eandem illam literam terminari*, qod tamen secus omninò se habere, etiam citra inqisitionem anxiam accuE ratamve ullam adhibitam, nullo negotio, proclive satis est & deprehendere & demonstrare. Etiamsi enim in כורש Cyrus אחשורוש *Assueras*, sive *Xerxes*, דריוש *Darius*, sive *Darieus*, uti Ctesias exprimere solet, ita se habeat: at aliter planè est reperire, in ארתחשתא Nehem. cap. 2. v. 1. sive ארתחששתא *Artaxerxes* Ezr. cap. 4. v. 7. in ושתי *Vasthi* Esth. cap. 1. ver. 9. in מהומן בזתא חרבונא אבגתא ibid. ver. 10. (qo loco è septem Evnuchis unius tantum nomen S litera clavdit) in זתר כרכס כרשנא מרסנא ארמתא ממוכן שתר Ibid. ver. 14. ubi ex septem Persiæ F Mediæqe Principibus, qi à consiliis Regi fuerant, duorum duntaxat nomina in eam literam terminantur; in ipso deniqe מתרדת sive מתרדתא Ezr. cap. 1. ver. 8. aliisqe innumeris, qæ Persica esse nemo, opinor inficias iverit, ut ne adjiciam, nec ipsum *Mithra* sive *Mitra* nomen videri terminationem illam apud Persas obtinuisse. Verùm Herodom fravdi existimem fuisse, qod è Græcis scriptoribus sumpserit, qæ de rebus Persicis scribebat. Apud hos enim revera peregrina nomina pleraqe ita solent efferri; uti videre est in Ἀνίβας, Ἀσδρούβας, Βαγώας, Θυμώτ, Ἠλίας, Ἡσαΐας, Βῆλος, Σαρδανάπαλος, Ἀρτάβανος, aliisqe ὅσα G φῦλα καθ' ὕλην. Qin nec avt *Mithram Solem* Persis dictum negat Herodotus (qod vix nescire potuisse crediderim) avt alio nomine apud illos nuncupatum usqam affirmat. Idemqe ferè forsan, discrimine saltem exiguo, utriqe & *Soli* & *Veneri*, cum generationis principium utriqe attribueretur apud Persas nomen esse commune potuit. Atqe hic ego ubi conjecturam meam proposuerim, aliis censendam relinqam. Sicut ergo apud Græcos ab eadem origine eademqe ratione, & *Apollo*, sive *Sol*, Φοῖβος, *Phœbus*, & *Luna*, sive *Diana* Φοίβη *Phœbe* dicitur, formulaqe sola discrepant vocabula ista, qæ mascula in altero est, eum in altero fœminea existat: ita apud Persas *Mithra* an *Mitra* nomen & *Soli* & *Veneri* etiam idem tributum, sed de illo formâ masculinâ usurpari consveviße, de ista fœmininâ conceptum, unde Græcis scriptoribus pro lingvæ suæ ratione nomina efformantibus *Sol* Μίθρας sive Μίθρης, *Venus* Μίθρα sive Μίθρη dicta sit; & Jonico rursus ritu, ille Μίτρας, hæc Μίτρα. Cæterum de istis qomodocunqe se res habuerit, de *Mithra* nomine apud Persas, qo *Sol* designabatur; scriptorum, cum antiqorum, tum & recentiorum, tota fere cohors conspirat.

Qod si qis objecerit, plures Persis potuisse *Solis* appellationes fuisse; qomodò apud Hebræos, præter usitatissimum illud שמש (qod *ministerium* tamen potiùs qam *dominium* denotat. Targum Gen. c. 40. v. 4. & Reg. l. 3. c. 1. v. 4.) nunc חרס etiam, Job. c. 9. v. 7. nunc חמה à *calere Sol* dicitur, Esajæ c. 24. v. 23. & cap. 30. v. 26. hoc testimonio aliqo fide digno probatum dari oportebit; qod de *Mithrâ* abunde præstitum est, de reliqis tribus, Ctesiam unum si exceperis, nihil qicqam producitur. *Solem* igitur Persis *Mithram* dictum constat: at *Solis* nomen id unde hæserit, avt sit havstum, havd itidem comparet. Siqidem Plutarchus in tractatu *de Iside & Osiride* ait *Mithram* Persis μεσίτην, sive *mediatorem* significare; *Solemqe* ita dictum, qod *inter Oromazen & Arimanium μέσος medius existat.* Arripuit hoc Sanfordus noster, *de descens. Christi ad infer. l. 2. sect. 37.* & *Mithra* nomine *Horizontem* vult designari, *qi inter duo hemisphæria, superum & inferum, locum medium obtineat.* qin & sacræ *Triadis mysteria*, *vestigia* saltem, in superstitiosis istis deprehendere satagit. At Scaliger, *Emend. temp. l. 6. Mithri affirmat* apud Persas *esse comparativum à Mither*, & τὸ μείζονα significare; ac pro *Domino*, sive *Dynastâ* usurpari; atqe inde *Solis* antiqitùs nomen id datum. Ita *Mithri* Persis idem fuerit qod κρείων Græcis, unde κρείων Agamemnon Homero passim; eos saltem si seqimur κρείων ex κρείσσων contractum putant, & inde κρείοντες αὐτοὶ τοῦ κρείττονος *præstantiores* apud Evpolin Comicum usurpari existimant: de qo alibi dicendi locus dabitur. Istud interim lingvæ Persicæ gnaris dispiciendum diffiniendumqe relinqemus.

Deniqe Cyro Cambysis Persæ ac Mandanes Medæ filio γνησίῳ, Mithridatis & Spacus alomno, an à Sole nomen id inditum fuerit, an aliunde potius traxerit, mihi non sine cavsâ justâ posse ambigi videtur. Cum enim Cambyses, cui Mandane est in conjugem data, Cyri cujusdam filius fuerit, uti Herodotus testatur; mihi certe verisimillimum habetur, Cyrum nomen hoc assumpsisse sibi, qo avi materni cognominis memoriam in se renovatam conservaret: qomodo in Cambyse filio sic nuncupato nomen paternum continuari volebat. Nam qod Sanctius in Esajam, *Cyri nomen primum in illo Rege avditum*, affirmat, falsi inde manifestarii arguitur. Cæterùm Cyri nomen, undecunqe is havserit, pro *nomine* potius, qàm *cognomine* habendum videtur. Alii ergò qid hic sentiant, loco proximo videamus. Venia tamen à legentibus hæc ante petitâ, qod in istis, qum non sint cuivis obvia, tamdiu simus immorati: qam & à Philologiæ studiosis, tyronibus saltem, havd difficulter impetratum iri speramus.

Judæi itaqe Magistri, in qibus Camius, ajunt, verbum כנה sive כנח (nam in formâ gravi duntaxat reperitur) *occultandi* sive *operiendi* notionem habere, (qod unde colligant ego ariolari non possum) proinde tunc usurpari, ubi qem dignitatis ratione nomine proprio non compellamus. Ita explicant illud Job c. 32. v. 20. David Camius & Davidi consentiens Levi Gersonides, ubi Jobo Elihu אל אדם לא אכנה *h. e.* uti illi volunt ad Elihu cum Jobo initam disceptationem applicando, *non celabo nomen tuum, qasi verear apertè liberéqe tecum agere, sed te itaqe, improbus qum sis, disertè, claréqe redarguam.* Eodem trahunt & illud Esajæ cap. 44. ver. 5. בשם ישראל יכנה *celabit*, inqit Camius, *nomen suum, & Israelem sive Israelitam se esse dicet.* Et istic pariter, qod de Cyro dicitur, sic interpretatur; *Aliqando appello te nomine tuo; hoc avtem est Cyrus: aliqando appello te non nomine tuo* אלא בכנוי *sed appellatione aliâ aliqâ: & hæc est Rex & Messias.* In qam eandem mentem & Vatablus Vatis verba sic παραφράζει, *Voco te nomine proprio, & alio minimè proprio, sed universali magis*

gis id est, *regis nomine*. Estqe reverâ *Regis* nomen latius multò patens, qam *Cyri* illud proprium; sed qod, *cognomen*, prout istic pleriqe interpretantur, parum commodè dicatur: neqe enim, cum *Alexander Rex*, avt cum *Rex Darius*, dicitur; *Rex* hujus illiusve non *titulus* potius, qam *cognomen* nuncuparetur, qomodo Naso *Fastor. l. 2.*

At tua prosequimur studioso pectore, Cæsar,
Nomina; per titulos ingredimurqe tuos.

Aliqid proinde de vocabuli hujus notione suggerunt isti, vim integram non explicatam satis exhibent. Est enim כנה propriè, non simpliciter appellatione communiore aliqâ, sive epitheto aliqo, qodcunqe id fuerit, nomine tacito, tectè qodammodo aliqem designare; unde & V. Cl. Buxtorfius, *occultare, & tectè cognominare*; exponit; qasi idem fuerint, valeant saltem, כִּנָּה & כִּנּוּה sed est, *Titulo specioso ac honorifico insignire & indigetare*, sive proprio nomine simul designavens, sive id omnino subticere visum fuerit: neqe enim id ad vocis vim notionemqe qicqam facit: cum *titulis ornare & adorare* qis qeat, etiam qem nominatim qoqe simul designet. Ita capitis præcedentis versu de proselytis, qi Deo Deiqe populo sese fuerant adjuncturi; *Hic dicet, Jova sum; iste autem Jacobi nomine se vocabit; ille verò Jova manu suâ subscribet,* ובשם ישראל יכנה *& Israelis nomine insigniet se.* h. e. tanqam titulum honorificum assumet sibi, ex eorum numero esse semetipsum profitendo, qi ad populi Israelitici corpus cœtumqe pertinent, nec id verò nomen suum celando avt subticendo, sive in subscribendo, sive in eloqendo, (esset enim hoc hominis professionis suæ qem dispudeat) sed nomine suo adjecto, ut qod honestamenti honorisqe loco habeat, prout in subscriptionibus fieri solet, *Jova se N. vel N. devotum esse, & ad populum ejus pertinere.* Ita clarissimè Elihu loco supra adducto; *Non suscipiam faciem ullius* ואל אדם לא אכנה *nec titulos dando homini ulli ablanditurus sum*, qod Scholiastes eruditus etiamsi minus commodè verterit, *cognominibus utar*; ad verbum, *cognominabo*. (potest enim qis aliqem tam probroso, qam honesto vel honorifico epitheto, sive appellatione, si *cognomen* illud appellare libuerit, designare) fœlicius tamen exposuit, cum interpretamenti loco adjecit, *i. e. titulus honorificis ad adulandum adhibitis utar*: qales utiqe *titulos adulantes* appellat Clavdianus *in Ruffin. l. 2.* Et istic ergo pariter (sed in partem meliorem sumpto vocabulo) vox eadem Cyrum *titulis honorificis* à Deo fuisse *insignitum* significat; idqe licet nominatim qoqe compellet. *Tituli* avtem isti si qinam existant qæritur, ex contextu prophetico præstò adsunt, ubi Cyrum ipsum nunc *Pastorem suum*, nunc *Messiam suum*, (illud in capitis antegressi exitu, istud in hujus ipsius primordio) appellat.

Ac de verbi qidem notione genuinâ ista suffecerint. Syntaxin qod attinet, geminam proponam, utramqe à nemine, qod nôrim, Castellionem unum si exceperim, qi alteri simile qiddam tinnit, hactenus hîc datam. Prior est ut *Copulativa* subsit *trajectio*. Ita fuerit, ואקרא לך בשמך אכנך *qasi* אקרא לך בשמך ואכנך *Nomine tuo vocavi te titulisqe insignivi te.* *Trajectionum* istiusmodi exempla alibi dedimus complura, ex Gen. cap. 22. v. 4. Job. c. 22. v. 12. Parœm. c. 23. v. 24. & cap. 24. v. 27. Esajæ c. 37. v. 16. Jer. c. 52. v. 6. qibus adde, qod ad istud proximè accesserit, ex Esajæ cap. 14. vers. 14. illud, לעת ערב והנה בלהה בטרם בקר איננו *Ad tempus vespertinum & ecce terror, ante matutinum ille non est.* Pro eo qod esset *ad tempus vespertinum ecce terror, & ante matutinum non est ille.* Non comparet ampliùs die illucescente, qi vespere vobis terrorem injecerat. De Senacheribo sermo est. Atqe hæc prior fuerit, qam proponere visum est. Syntaxis altera in qa potiùs acqiescere velim, sic habet, ut ista cum seqenti clavsulâ, sententiâ sponte suâ facillimè defluente, hoc modo cohæreant; *Tunc nominatim te evocans titulis honorificis insignivi te, cum mei nescius adhuc esses.* Ista qo firmetur syntaxis, duo veniunt observanda. Alterum est, *copulativam pro temporis indice particulâ creberrimè usurpari*; & qidem (qod de collationis indice *caph* ex vaticinii hujus cap. 24. vers. 2. capite præcedente indicavimus)

A *pro particulâ correlativâ vel utrâqe vel alterutrâ*, hoc est; modo pro *tunc*, modo pro *qando*, adhiberi. de isto superiùs exempla sunt data, de illo cum passim occurrat, satagere nihil est necesse: videri tamen poterunt, Gen. 17. 17. Exod. 20. 2. & 21. 6, 23. & 24. 9. qin & in eadem dictionis serie, particula eadem pro utrâqe non rarò usurpatur, & priore qidem loco pro *qando*, posteriore pro *tunc*, prout Levit. 9. 24. *Et videt totus populus & acclamaverunt*, h. e. qando viderant, tunc acclamaverunt. Jerem. 13. 12, 13. *Et dicent tibi, — & dices illis*, i. e. *qando dicent tibi, — tunc dices illis.* B Et vice versâ, qandoqe priore loco valet *tunc*, posteriore, *qando*, vel *qum*. Ita Esajæ 44. 15. *Et erit homini ad cremandum, & inde sumet, & se calefaciet.* h. e. tunc erit homini ad cremandum, cum inde sumpserit, qo se calefaciat. Altera est observatio, *Verba tum indicantia, tum & imperantia citra copulam ullam intervenientem, ita sæpenumero sibi invicem conjungi; ut alterum vel participii, vel gerundii, vel infiniti, vel adverbii vim habeat, horumqe aliqo, sed varium in modum, pro notionis subjectæ ratione variâ, commodissimè* C *exprimatur.* Usus varii istius exempla dabuntur aliqot. Devt. 2. 31. החל רש *incipe possidere*, i. e. incipe possidere. 1 Reg. 2. 3. אל תרבו תדברו *ne multiplicetis loqamini*, i. e. ne multum loqamini. Hymni 45. 4. *Prosperare eqita*, h. e. eqitando prosperare; sive prosperè eqitando procedas. Hymn. 51. 1. הרבה כבסני *multiplica lava me*, h. e. multoperè, sive identidem me prolue. Hymn. 75. 8. ימצו ישתו *exprimeent bibent*, i. e. exprimentes bibent. Hymn. 85. 6. הלא תשוב תחיינו *annon reverteris vivificabis nos*, i. e. reversus vivificabis. Hymn. 88. 10. יקומו יודוך *num* D *mortui resurgent lavdabunt te*, i. e. resurgentes lavdabunt. Hymn. 94. 4. יביעו ידברו *eructant loquntur dura*, i. e. eructantes, sive eructando loquntur. Hymn. 106. 13. מהרו שכחו *properabant obliviscebantur*, i. e. properè obliti sunt. Parœm. 23. 35. אוסיף אבקשנו *adjiciam reqiram*, i. e. reqiram denuò. Ecclef. 10. 1. יבאיש יביע *Muscarum mortuarum qalibet unguentum facit fœtere facit eructare*, h. e. fœtidum odorem eructare facit. Hosh. 1. 6. אל אוסיף ארחם *non adjiciam ulteriùs miserebor*, i. e. misereri. Ibid. c. 9. v. 9. העמיקו שחתו *profundarunt corru-* E *perunt*, h. e. profunde corruperunt. Zephan. 3. 7. השכימו השחיתו *manè surrexerunt corruperunt*. i. mane surgentes corruperunt: sive, mane surrexerunt ad corrumpendum. Deniqe (ne pluribus congestis, lectores oneremus, navseamve eis pariamus hoc ipso in verbo formula parilis occurrit Job, 32. 22. qo loco Jobum Elihu sic alloqitur לא ידעתי אכנה *non cognovi titulos dabo*; pro eo qod est, *nescio, sive neqeo*, prout Esajæ 29. 12. & Jerem. 8. 12.) titulos dare speciosos: & istic consimiliter, *nomine tuo te vocavi, titulis insignivi te*, h. e. vocans, sive vocando nominatim te titulis speciosissi- F mis, sive honorificentissimis insignivi te. Atqe ista planè mihi videtur verborum istorum syntaxis genuina, qam & suboluisse videtur Castellio, licet in verbi notione lapsus, qum vertit, *qi te, inqam, nomine tuo vocans nuncupem.*

CAPUT XXII.

Locus 3 Reg. 11. 25. discussus. קוץ *&* קוט *affinia. Utriusqe notio gemina.* G קוץ *&* קון *spina, ejusdem familia: an transitive* קיץ *usurpetur. Esaja 7. 16.* קץ *qid significet. Chaldæus notatus. Versiones variæ recensita, rejecta. Supplementa non necessaria eliminata. Camis syntaxis, & Castellionis versio comprobata. Esaja 7. 6.* הקיץ *qid sit: non esse idem qod* העיר *differre ista, prout Latinis* expergisci, *&* expergi. *Piscatoris & Castellionis versiones istic proba. Verba Vatis Esaja 33. 5. discutiuntur. Loci mens genuina, rejectis aliis, statuitur. Formula Hebraica indicata.* Vocari, *pro esse, existere. Vocis* נבל *origo: & qid propriè significet. Job. 30. 8. & Parœm. 17. 7. explicantur.* נדיב *qid primò significet, ubi adjectivè sumitur; qid secundò, ubi substantivè adhibetur. Locus Parœm. 17. 26. à plerisqe perperam; à Mercero & Piscato-*

ve ritè explicatus. נדיב ingenuus, *Junio, exiliter nimis.* נדיב בחכמה *1 Annal. 28. 21. qid velit* נדב *an verbum tranſiens ſit uſpiam. Alluſiones ad nomina ſamiliaria.* Nabal, Nadab, Adam, Abel. כילי *qis, & unde ſic dictus. Hominum ordines qatuor à Magiſtris deſignati.* Parcus *Latinis unde.* נבל *&* כילי *qi diſcrepent.* שוע *qis; & unde ſic dictus. Job. 34. 19. & 36. 19. Elihu verba expenduntur. Piſcator de Junio reprehenſo reprehenſus. De verſiculi 6 Eſaj. 32. cum contextu reliqo connexione ſtatuitur.* Lamed *particulà gerundium in* do *ſæpenumero denotari.* חנף profanum, *non* hypocritam *ſonare; à* חנף *verbo, qod* profanari, pollui, contaminari *ſignificet.* החניף *Rabbinis* abblandiri. *Dan. 11. 32. qid ſit. Diſcutiuntur loca, qibus* חנף *nomen reperitur, univerſa. Parœm. 11. 9. explicatur. Hymn. 35. 16. verba accuratiùs perpenduntur.* מעוג *qid ſit: an* placenta *ritè vertatur, idem eſſe qod* עגה Placenta *qid; & unde dicta.* עגה *panis ſpecies qanam:* ἐγκρυφίας *panis, qis; idem* ſubcineritius *cur dictus.* עגה collyra *dici, an* tracta *qeat. Lyrodi ſacri ſyntaxis conſtituitur.* Sannæ, *pro* ſannionibus, viris ſannarum. Profani ſannionum, *pro profanis ſannionibus, vel ſannionum profaniſſimis.* Manniones collyræ, *paraſiti. Vomeſii commenta putida rejecta.* Accuſationes comedere; *formula nec navci. Apud Danielem τὸ* אכל *qid velit. Rabbinorum nugamenta præterita.* חנפא *in Syriaco N. T.* Ethnicus, profanus. חנף *&* חנפה impuritas, profanitas. כילי *qis, unde dictus. Junii ac Piſcatoris Eſaj. 2. 7. Verſiones notantur:* כלי *vox notionis valdè laxa. Servi & miniſtri* ἔμψυχα ὄργανα. *Ibid. v. 8. expenditur & præter aliorum ſententiam exponitur.* קום *hic qid ſonet.*

UBi caput antegreſſum ultra molem primitùs deſtinatam excreviſſe animadverteram, ad iſtud viſum eſt nonnulla rejicere, qæ in illud conſtipare ante ſtatueram. In eo, obiter adducebatur ex 3 Reg. 11. 25. *ὁ συνεπεμάνιον*, qo de Retſone Syriæ Rege ſic dicitur ויקץ בישראל qod Chaldæus reddidit ומריד בישראל *& rebellavit contra Iſraelem.* Græcus *καὶ ἐβαρυθύμησεν Ἰσραήλ*, vel ut alii codices, *ἐβαρύθη ἐπὶ Ἰσραήλ, infenſo erat animo adverſus Iſraelem*, vel *Iſraelem gravatim ferebat.* Latinus Vetus, *& odium contra Iſrael.* Tigurinus, *multavit Iſraelem.* Caſtellio, *infeſtavit.* Gallica, *& deſpita Iſrael.* Itala, *& deteſta.* Pagninus, *deteſtatus eſt:* & Noſtri omnes pariter *he abhorred.* Junius & Piſcator, *tædebat eum Iſraelis, ac proinde indies infeſtabat.* Adnotant David Camius & Levi Gerſomides, ſumi poſſe ſenſu vel tranſitivo, abominatus eſt Iſraelem, qomodo uſurpari putant, Levit. 20. 23. ואקץ כם *& abominabar eos*, vel intranſitivo, *vexabatur*, ſive *angebatur de Iſraele*: qia utiqe non poterat de eis facere, qod ipſi collibuerat: qemadmodum de Ægyptiis dicitur, Exod. 1. 12. ויקצו מפני ישראל *& vexabantur*, vel *angebantur, ob Iſraelitas*, cum contra qam ſperabant, illos ſuccreſcere ac numeroſiores fieri indies animadverterent. Qod idem & de Moabitis, eiſdem planè & voce & formulâ, ſed numero ſingulari collectivè ſumpto adhibitis, dicitur, Num. 22. 3. Qi ſenſum priorem admittunt, idem volunt valere verbum קוץ, qod huic affine קוט, qod *averſandi* & *abhorrendi* notionem habeat Hymn. 95. 10. & Ezek. 6. 9. & 36. 31. qi poſteriorem amplectuntur, à קוץ potiùs deducunt, qod *ſpinam* ſignificat, ut ſenſus ſit, & hîc & in locis illis Moſaicis, ſpinarum inſtar in oculis eorum erant Iſraelitæ, pungebat utiqe ac divexabat eos ſtatus Iſraeliticus, ipſorumqe res proſperæ. Eademqe ratione ſumi poteſt verbum קוט qoqe in locis illis è Lyrodo Vateqe adductis, *per qadraginta annos ab eis divexatus ſum: & angentur*, ſive *vexabuntur*, in animis, ſcilicet ſuis, ob impietates ſuas, qibus irritarunt & divexarunt me. Et iſto planè ſenſu eſt illud de Retſone dictum *vexabatur de Iſraele*, hoc eſt, infenſum habebat, vel etiam exulceratum gerebat, adverſus Iſraelem, animum.

Nec ſecùs ſumpſerim ego Eſajæ illud cap. 7. verſ. 16. תעזב האדמה אשר אתה קץ מפני שני מלכיה qo loco קץ cum ſit temporis præſentis participium, Chaldæus exponit per מעיק *terra qam tu anguſtiâ afficis.* Qod omninò & hiſtoricæ veritati, & vaticinii ipſius contextui adverſatur. Græcus, *ἡ γῆ ἣν σὺ φοβῇ*, *terra qam tu times.* Qod & antiqiſſima verſio noſtra exhibet. Latina vulgata, qam pleriqe ſeqⅴuntur, *terra qam tu deteſtaris.* Nec diſcedunt longè avt Calvinus, qum reddit, *terra qam tu odiſti*, avt Junius, qi, *illa terra, cujus carſſâ tædet te*: avt Piſcator etiam, qi, *regio illa, à qâ tu abhorres*, ſive, *quam tu abominaris*: avt verſiones recentiores noſtræ, *the Land, that thou abhorreſt.* Monet avtem Piſcator (qod & prior Mercerus) in Hebræo deficere voculam בה, ſubjecta utiqe τῷ קץ cum verſio Juniana, מפני alterum potiùs ſuppleri poſtulet: qod τῷ אשר præfigatur, ellipſis utraqe duriuſcula eſt; nevtra neceſſaria. Nec voculæ vim genuinam expreſſiſſe, nec contextus ſyntaxin veram animadvertiſſe ex his omnibus qiſqam videtur. Soli, qos viderim, è Judæis Camius, è noſtris Caſtellio ſyntaxin veram aſſequti ſunt. Siqidem ille relativum אשר cum מפני מלכיה conjungit, ut ſit terra ob cujus reges; nec מפני מלכיה ad יעזב ſed ad אתה קץ refert. Qanqam verbum קץ in commentario qomodo ceperit, nullus prodidit. Caſtellio verò & ſyntaxin eandem ſecutus eſt, & vocabuli notionem etiam optimè expreſſit, dum ſic reddit, *deſolabitur terra, cujus ob duos reges tu es anxius*: qanqam illud יעזב (qod Camius per תהיה שממה deſolata erit, havd male exponit) malim vertere, prout ſonat, *deſeretur*, ſive, *derelinqetur terra* ab incolis ſuis utiqe, partim interfectis, partim abductis, prout cap. 6. verſ. 9. & Jerem. 9. 19. vocabulum idem uſurpatur; rectiſſimè verò *anxius es.* Siqidem verbum קוץ ſive קץ in formâ primâ verbum eſt non tranſiens, ſed conſiſtens, ut cum Grammaticis Hebræis loqamur: ita ellipſis nulla; ſed pleonaſmus eſt; qalem ſupra obſervavimus in illo אשר נשה בו Eſajæ 42. 2. & אשר אתה נשה בו Devt. 24. 11.

Tam avtem voculæ notio iſta, qam & contextus diſpoſitio firmamentum accipit à capitis hujuſce commatio 6. qo loco duo Reges iſti Retſin Syrus & Pekach Iſraeliticus fœdera adverſus Judæos ineuntes, & conſilia ſibi invicem ſua communicantes hoc ipſo, ſed in formâ tranſeunte, vocabulo utuntur; נעלה ביהודה ונקיצנה ubi Chaldæus, ונתחברנון *& conſociemus eos.* Græcus, *καὶ συλλαλήσαντες αὐτοῖς*, *& collocuti cum eis.* Qod utrumqe eſt à vocis Hebraicæ notione qam longiſſimè diſſitum. Ad literarum ſonum propius acceſſit, qanqam à re ipſâ abſceſſit procul, Judæus qi Eliâ referente à קצין deducens, reddidit, *ducem, ſive principem ei præficiamus.* Verum in commatis clavſulâ iſtud verbis diſertis decernitur. Latina vulgata, *& ſuſcitemus eum.* Atqe ita Jairus נעוררם *excitemus eos ad bellum*: qod amplectuntur havd pavci, in qibus & Calvinus & Genevenſis noſtra, & Oleaſtrius, qi, *pacem eorum diſturbemus*, exponit. Et reverâ verbum הקיץ (qo modo & יקץ unde ortum habere videtur) in *expergiſcendi*, ſive *evigilandi* ſignificatione creberrimè uſurpatur, ſed in notione conſiſtente non tranſeunte, etiamſi forma verbi id præ ſe ferat; qod ex locis qam plurimis liqere qeat, in qibus de ſponte ultro *experrectis*, & *è ſomno* diſcuſſo *emergentibus*, adhibetur Hymn. 3. 6. & 73. 20. & 139. 18. Parœm. 6. 22. & 23. 35. Eſaj. 29. 8. Jer. 31. 26. Aliud avtem verbum habent Hebræi העיר utiqe, qod *è ſomno excitandi* notionem habet; utrumqe ſimul conjunctum, ſed à ſe invicem diſtinctum, reperitur Hymn. 35. 23. העירה והקיצה *excitare & expergiſcere*, qod licet formam paſſivam ferat, notionem tamen habet, qam nevtralem appellant, nec tam avt actionem avt aliunde perpeſſionem, qam affectionem meram abſolutamqe deſignat. Ita Feſtus, *Expergitus, ſive expergefactus ab alio excitatus: experrectus, qi per ſe vigilare cœpit.* Alii itaqe in alia eunt. Pagninus, *obſideamus eam.* Itala antiqior, *aſſediamola.* Junius, *tædio afficiamus, longâ ſcilicet obſidione*, inqit Vatablus. Id à Camio habuiſſe videtur, qi ſic מפרש נעשה להם מצור עד שיקצו מפנינו ויפתחו לנו *Obſidionem adverſus illos inſtituamus donec ad anguſtias redacti* (vel ut illi Magi-

ſtrum

ftrum ceperunt, *tadio affecti*) *aperiant nobis*: portas scilicet, qæ verba Abrahæ Efdraidæ, cum Davidis fiut Camii, per memoriæ lapsum tribuit Samuel Bohlius in Commentario ad concionem 3. Efajanam. At Itala recentior, *Dividian la en parti*: qod Deodatus fic explicat, *Unusqisqe nostrum eam inde partem occupet, qa fibi maximè opportuna fuerit*. Et קצץ qidem, qomodo & קצה *incidendi*, & *abfcindendi* notionem habet, fed radices ab ifta diverfæ funt: & hoc ipfum membro potiùs proximè feqenti innuitur. Rem ipfam proximè accefferunt Pifcator & Caftellio, qorum ille *molestiâ afficiamus eam*, ifte, *negotium exhibeamus*, reddidit. Optimè noftræ tum antiqiores duæ verfiones, tum & noviffimæ, *vexabimus*, illæ, *vexemus* ifta. Nec aliter Camium cepiffe exiftimem, cum in radicibus affirmat, verbum קוץ unde oritur iftud עֵין צוקה ותורה (qæ vocabula fimul conjuncta reperiuntur Parœm. cap. 1. v. 27. & Efaj. c. 30. v. 6.) *h. e.* Θλίψεως ϰ̀ στενοχωρίας, uti Apoftolus loqitur ad Rom. c. 2. v. 9, *Angustia & coarctationis*, five *vexationis & afflictionis* notionem in fe habere. Unde & illud Lev. c. 20. v. 23. ואקוץ בם exponi vult idem ea illis Judic. c. 10. v. 16. ותקצר נפשו בעמל ישראל *& angebatur anima ejus ob afflictionem Ifraelis*; ut illius etiam loci fenfus, *angebat*, five *divexabat ab illis*. Ergo קוץ five קץ eft *angi*, *vexari*, הקיץ *vexare*, *angustiâ afficere*: locique præfentis fenfus ifte. *Afcendamus*, (in expeditionibus fcilicet, eft enim verbum militare verf. 11. & Reg. lib. 3. cap. 22. v. 12.) *adverfus Judaam*, *& divexemus*, five *angustiâ afficiamus eam*. Ita pulcrè fibi invicem refpondet commation utrumqe, dum in altero divexandi & anguftiâ afficiendi confilium regibus duobus illis, in altero vexationis & anguftiarum a regibus iifdem perpeffio, populo adverfus qem id confilii inibatur, tribuitur.

In eodem vaticiniorum volumine cap. 32. in qo ftatus Judaici formæ fub Ezekiâ Rege futura depingitur; inter alia verfu 5. leguntur ifta, לא יקרא עוד לנבל נדיב ולכילי לא יאמר שוע Ea nonnulli ad prædicationem Evangelicam referunt, qæ lucis fuæ claritate vitiorum vitioforumqe larvas prætextufqe fpeciofos difpelleret, animofqe credentium difcretionis fpiritu illuftraret, qo mala fucata à verè bonis, fimulatores fubdolos à profefforibus finceris dignofcerent. Rom. cap. 2. verf. 18. Cor. Ep. 1 cap. 12. v. 8. Phil. c. 1. v. 13. Joan. Ep. 1. c. 4. v. 1. Inftantia datur in Petro, qi Simonis Magi improbitatem impietatemqe profeffione fucatâ obvelatam detexit, Act. cap. 8. v. 22. Eoqe fpectare cenfentur, qæ de oculorum perfpicacitate funt dicta verfu 2. Ita Junius, nec abfcedere videtur Calvinus. Alii de temporum libertate ac ingenuitate intelligunt, fore ut falfis Prophetis, qi blandâ dictione in peccatis atqe exceffibus populum fovere confueverant, cap. 30. v. 19. Jer. cap. 8. v. 11. & cap. 23. v. 7, 31. Ezek. cap. 23. v. 22. fed & adulatoribus qibufqe, qi magnatibus & locupletibus turpis qæftus gratiâ palpum obtrudere foliti fuerant Hymn. 49. v. 18. cap. 5. v. 20. qales fub Achazo complures obtinuerant, penitus amotis, παῤῥησία veracitafqe paffim obtineret, cap. 39. verf. 8. Ita Targum, לא יתאמר עוד לרשיעא צדיקא *Non dicetur amplius improbo juftus*. Eodem accedit Camius: nec recedunt avt Calvinus avt Junius, fed ad Chrifti tempora transferendo uterqe diferte. Vatablus, *tempore Christi locus erit veritati*, *non adulationi*: *avarus non laudabitur*. Aft alii, in qibus Deodatus & Sanctius, de dignitatibus officiifqe politicis interpretantur, non futurum ulterius in ftatu politico, poft terram ab incurfione liberatam, regemqe à morbo lethali reftitutum, per pacem tranqillitatemqe publicam redditam, jam reftavrato firmiffimeqe fundato, cap. 38. v. 6, 15. & c. 39. v. 7. ut viles improbiqe homines ad honores dignitatefve ampliùs eveherentur, fed fede motis iftiufmodi, tam qi fub Achazo emerferant, qam & qi per initia regni Ezekiaci ftatu politico nondum conftituto; vel in eis perftiterant, vel clam etiam per fucum ac fallaciam obrepferant; eorum loco pietatis probitatifqe fpectatæ viri fufficerentur, hifqe jam folis ad honoris dignitatifqe gradus provectis, tituli illiufmodi tribuerentur. Inftantia datur

A in Shebna dejecto depulfoqe, & Eliakimo in ejufdem loco fubftituto. cap. 22. v. 15—25. Refpexit hoc Græcus, fed Vatis mentem havd fatis affecutus, qum tanqam præceptionis potiùs qàm prædictionis ritu dictum, fic reddit, οὐϰέτι εἴπωσι τῷ μωρῷ ἄρχειν. *Ne dicant ulterius ftulto ut imperet*. At Vates non tam qid fieri debeat, qam qid fit futurum, verbis hifce enunciat. Atqe hunc ego loci fenfum genuinum effe non ambigo. Itaqe fic verto, retentis vocibus, de qibus controvertitur, qofqe deinceps explicaturi fumus. *Nabal non vocabitur Nadib*, *nec Cilaj dicetur*

B *Shoa*. Hebraica ad verbum fic fonant, *Non vocabitur amplius Nabali Nadib*, *nec Cilaji dicetur Shoa*. *non vocabitur illi*; &, *non dicetur illi*: pro *non vocabitur*, & *non dicetur*. Syntaxin geminam videre licet, Parœm. c. 16. v. 24. & c. 62. v. 4. Et, *non vocabuntur*, *non dicentur*; h. e. *non futuri funt*, *non erunt*. Non erunt in eis locis conftituti, in qibus confiftentibus appellationes iftiufmodi tribuuntur. *Non vocari*, pro *non effe* uti cap. 47. v. 1, 5. & contra *vocari*, pro *effe*, ficut c. 61. v. 3. 6. & c. 62. v. 12. Matth. c. 5. v. 9, 19. Luc. 1. 32, 76.

C Atqe hæc de loci fenfu in genere, ac verborum fyntaxi fuffecerint. De appellationibus titulifqe feorfum ac figillatim difpiciemus. Occurrit primo loco נבל qod Chaldæus reddidit רשיעא *improbus*. Græcus, μωρός. Latinus vetus, *infipiens*. Pagninus & Pifcator, *ftultus*. Et reverâ, Devt. cap. 32. v. 6. נבל & חכם opponuntur; נבל & לא חכם ἐν ὠϰυθυμίᾳ ponuntur. Sed & verbum נבל unde profluit, pro *ftultè agere* ufurpari videtur Parœm. c. 30. v. 32. & avarus de qo fermonem hic volunt haberi, *ftultus* dicitur, Jer. c. 17. v. 11. & Luc. 12. v. 20.

D At Tigurinus & Calvinus, *fordidus*. Oecolampadius, *fordide tenax*. Eo qod liberali ex adverfo confiftere videatur. Noftræ verfiones antiqiffima, & Genevenfis, the niggard; inter iftas media, the foolish niggard. Junius, *flagitiofus*; eo qod נבלה *flagitium* fonare videatur, Gen. c. 34. v. 7. & Devt. c. 22. v. 20. 2 Sam. 13. v. 12, 13. Caftellio, *vefanus*, qod omnium minimè hic probem. Oleaftrius, *vilis*. atqe ita noviffima noftra, the vile perfon, qibus ipfe accedo: eft enim נבל propriè, uti rectè Deodatus explicat, *homo da nulla*: *homo neqam*: *homo nihili*.

E Camius, נבל הוא אדם פחות *Nabal eft homo vilis*, *abjectus*, *qi nifi coactus non dat*, *& oculo maligno dat*, *qando dat*: ficut contra, נדיב הוא בעל נפש טובה *Nadib eft homo bene affectus*, *qi qod largitur*, *oculo benigno largitur*, ad tenacitatem utiqe reftringit, qod latius multò patet. Itaqe à נבל five נבל Efdraides deducit, qatenus *marcefcendi* ac *decidendi* notionem habet, cap. 1. v. 30. & c. 28. v. 1, 4. & c. 34. v. 4, 8. & c. 40. v. 8. & Jer. c. 8. v. 13. uti à floribus emarcidis, frondibus deciduis, qifqiliis qibufvis, qæ nulli funt, metaphoricè fit tractum. Ita fuerit, qod Plavto

F *Trucul*. 2. 7. *homo nihili*, *homo non navci* Et, *homo non qifqilia* Nævio in *Togulariâ*. Adjici poteft, qod ת נבלה qod hinc oritur, & *neqitia* verti poterit, affinitate ac cognatione ad נבלה propè admodum accedat, qæ vox *cadaver* denotat ut נבל *homo vilis*, *abominabilis*, *abjectus* exiftat; *cadaver hominis* magis dicendus qam homo. Certè *vilis*, avt *abjecti* vocabulum, multò meliùs qàm *ftulti* avt *infipientis*, id qod intenditur exprimet, ubi vox נבל adhibetur, Hymn. 14. v. 1. & 53. v. 2. & 39. v. 9. & 74. v. 18, 22. Job. 30. v. 8. qo loco in infimæ fortis & vilitatis

G abjectiffimæ homunciones παῖδα ἄφρονων delineandis, τῷ נבל homini *neqam*, avt *nihili* (uti Mercerus reddidit) ת בלי שם h. e. *nullius nominis*, *nullius nota*; five *ignobilis* & *ignominiofus*, inter alia tanqam ἐξηγητιϰῶς fubjungitur: cui & addi poteft, qod ibidem qoqe fubjicitur, נכאים מן הארץ qod noftri vertunt, *terrâ ipfâ viliores*. nec aliter Judæi Magiftri, Camius, Jairus, Levi, Abraham uterqe Efdraides & Peritfolides, *vel terra*, inqiunt, *viliores*; *vel*, *ut terra incolis* (prout Gen. cap. 41. v. 57.) *depreffiores*. h. e. hominum univerforum abjectiffimi atqe infimi. Nam Junius & Pifcator coactiùs vertunt, & fupplementis minùs neceffariis, prius decurtatum denuò reconcinnant. denique Parœm. c. 17. v. 7. ubi שפת יתר *labium excellentia*, fermo principe dignus, לנבל *in homi-*

ne vili abjecto, indecorum pronunciatur, qomodo & שפת שקר *labium mendacii*, sermo mendax, vili homine dignus, לנדיב *in præside*, *in principe*, qi locus ad hunc illustrandum cumprimis conducit.

Siqidem נדיב vocabulum etiamsi propriè ex primâ notione *spontaneum* significet, & inde לב sive הלב adjecto, *liberalem*, sive *anima liberali affectum*, denotet, utpote qi *sponte largiri promptus* sit. Hocqe לב utiqe ut plurimum disertè expresso, *Exod. c. 35. v. 22. & Annal.* l. 2. c. 29. v. 31. qandoqe etiam suppresso sed supplendo tamen, qo sensus integer sit. Ut Annal. l. 2. c. 28. v. 21. si eo loci saltem ita sumi necesse fuerit, de qo post videbitur. At, ubi citra adjectionem illam absolutè usurpatur, *principem* plerumqe, si non & perpetuo, designat; sic dictum (ut & Deodatus hic observat, qi & *principem* istic reddidit) qia principes cumprimis oportet animo liberali affectos esse, & ad beneficentiam exercendam sponte suâ propendere: qod ipsum sonat & Græcorum *εὐεργέται*, Luc. c. 22. v. 25. de qo loco alibi egimus. Hanc avtem esse vocabuli notionem jugem, loca singula in qibus absolutè positum reperitur, perpendere nevtiqam tædebit. Num. 21. 19. שרים & נדיבי העם conjunguntur, prout & Reg. l. 1. c. 2. v. 8. & Hymn. 113. v. 8. ubi Esdraides exponit הנכבדים *honorati*. Camius, הגדולים *magnates*. Jairus solus אשר התנדבו לבם *qi animum spontaneum exhibuerant*. Ita לב qod diximus esset subintelligendum. Verùm loci illi paralleli subjecti aliam omninò notionem subesse liqidò ostendunt. Hymn. 38. vers. 11. נדיב & נסך *ἐν παραλλήλῳ* ponuntur nec de isto, qin *principem* velit, ambigitur. Job c. 34. v. 10. מלך *rex*, & נדיבים tanqam avtoritate & dignitate ad regem proximè accedentes conjunguntur. Hymn. 118. v. 8, 9. & 146. 3. בן אדם sev אדם *hominis plebeji*, & נדיבים à se invicem distingvuntur. Inter שופטי ארץ *judices terræ* recensentur שרים רזנים מלכים נדיבים Parœm. 8. 15, 16. & ibid. cap. 25. v. 7. מלך *Rex*, גדולים *magnates*, & נדיבים simul juncti reperiuntur. Sed & qi cap. 19. v. 6. נדיב idem cap. 29. v. 26. מושל dicitur, ut frustra sint, qi *liberalem* vel *munificum* loco priori exponunt. Job. 12. 21. idemqe Hymn. 107. 40. *effundit contemptum super* נדיבים *super liberales*, ecqis verterit? ibid. c. 21. v. 18. *ubi est domus* נדיב? qod ne de *liberali* sumere qis velit, avt qeat, seqitur, *& improborum habitacula ubinam sunt?* Parœm. 17. 26. *Non est bonum justos, sive insontes, opprimere, avt* להכות נדיבים *ut percutiant* נדיבים *recti cavsâ*, qo loco primus, opinor, Mercerus, qem & Piscator secutus est, Parœmiastæ mentem ritè cepit, probè expressit, dum nomine נדיבים agentes non perpetientes vult designari, ut sensus sit, *non est bonum, ut principes*, sive *gubernatores* (non *percutiantur ipsi*, sed ipsi alios qosvis, qenqam omninò) *percutiant propter rectè facta*. Cant. 7. 1. Sponsa regia, בת נדיב dicitur. id Junius jejunè admodum vertit, *filia ingenui*, explicat amplius, *nobilissima & generosissima*. Meliùs itaqe Piscator, *principis*, hîc reddidit: qem in hoc tamen probare non possum. Qod Junium licet præeuntem secutus, נדיב & נדיבים in locis plerisqe supra adductis *ingenuum* & *ingenuos* exiliter nimis reddidit. Restat locus unicus, qem superiùs attactum leviter huc accuratiùs pavlò perpendendum distulimus. Habetur is Annal. l. 1. c. 28. v. 21. לכל־נדיב בחכמה ubi Junius, *omnis voluntarius instructus peritiâ*. Piscator, *omnis spontaneus, qi est cum sapientiâ*. Et hoc reverâ vox חכמה sonat: sed *sapientiam* tam Hebræis, qam & exteris pro *peritiâ* usurpari, alibi demonstratum dedimus. Et Camius נדיב sic istic interpretatur, dum refert ad illud Exod. 25. 2. אשר ידבנו לבו qod Junius reddidit, *cujus animus spontè moverit eum*. Sed & qod postea dicitur, cap. 35. v. 20. נדב לבם אתם *qos spontè movit animus ipsorum*. Et qod vers. 21. אשר נדבה רוחו אתו *qem spiritus ejus spontè moverit*. Ubi tamen malim, *qorum animus*, *& cujus spiritus*, *spontaneus fuerat apud ipsos*, &, *ipsum*. Videtur enim τὸ נדב esse verbum consistens, non transiens; ac significare, *spontaneum esse*; qomodo צדק *justum esse*, חסד benignum esse; & inde נדיב spontaneus; ut צדיק

A justus, חסיד benignus, nihil itaqe aliud est כל־אשר נדב לבו אתו qam כל־נדיב לב *omnis spontaneus animo*; hoc est, *qisqis est animo spontaneo*. Nec fuit opus, ut hoc Exod. 35. 1. circumlocutione minùs necessariâ, nec tam idoneâ etiam verteret, *cujuscunqe animus spontè moverit eum*. Qin & illud cap. 25. v. 2. ego lubens verterim, *cujus penes ipsum animus spontaneus fuerit*. Absorberi enim præpositionem inter verbum & affixum non est insolens, uti patet ex Exod. 15. 7. & 32. 25. Hymn. 53. 6. & 36. 11. Esaj. 28. 11. & 48. 10. & 49. 24. & 65. 5. Jerem. 10. 20. B & 51. 1. Omninò avtem Camius ad locum dictum referendo monet, avt לב avt רוח subintelligendum, si in eâ notione istic sumere libuerit. Cæterùm nihil obstare mihi videtur, qo minùs & istic נדיב absolutè sumatur, & *principatus*, avt *magisterii* saltem notionem in se habeat, ut non sit necesse avt לב avt רוח subavdiri; sed נדיב בחכמה idem sit planè, qod Apostolus ad 1 Corinth. 3. 10. *σοφὸς ἀρχιτέκτων*, ita כל־נדיב בחכמה erit *peritus architectus qisqe*, sive ut Budæus id vocabuli explicat, *structorum princeps*: sicut *archimagirus*, *coqorum princeps*, uti nos loqi- C mur, a master-builder, sive a master-workman; qi & ipse peritiâ imbutus est, & aliis etiam operariis ipsi subservientibus præest. Verùm de loco isto qomodocunqe statuatur, qum נדיב absolutè sumptum pro dignitatis potestatisqe locum occupante constantissimè usurpetur, qare in sensum diversum hic detorqeatur, ego cavssam nullam video. Potest avtem in vocabulo utroqe tacita subesse ad nomina apud populum illum usitata, personasqe etiam nomina ea aliqando gerentes allusio. *Nabalis* nomen habemus 1. Reg. 25. 3. 25. & homo ipse qalis fuerit, ibidem D narratur. *Nadab* etiam & *Abinadab* in familiâ tum hieraticâ tum & regiâ reperiuntur. 2. Annal. 2. 28. & 6. 3. & 8. 30. 1. Reg. 7. 1. & 16. 8. Cant. 6. 12. Perindè est ergò, acsi diceretur, *Nabal nemo futurus est Nadab*, sive *Nadib*. Neqe enim sacris scriptoribus insolens est ritus iste, ad nomina hominum vulgò nota, ac in sermone communi freqentia, respectum aliqem habere. Ita Hymno 144. 4. אדם להבל דמה *Adam Abeli assimilatur*. Ubi etiam elegans paronomasia in *Adam* & *Damah*. Et Hymn. 39. 6. כל־הבל כל־אדם *Totus Abel est omnis Adam*: qasi dixisset, E Protoplastum filio suo *Abelis* nomen, qod *vanitatem* sonat, jure meritò indidisse: qum *omnis Adam Adæ progenies tota Abel*, i. e. *vanitas* mera existat.

Seqitur vox כילי in qa eo magis sudatur, qia nusqam alibi reperitur. Chaldæus collectivè sumens, ideoqe pluraliter exprimens, nunc דעברו מימריה *qi verbum ejus* (Dei, opinor, vult) *transgrediuntur*; nunc רשיעיא *improbi*, reddidit. Græci ita reddidere incisum integrum, ut qid legerint, avt voluerint, ariolari havd sit proclive. *καὶ οὐκέτι μὴ εἴπωσιν οἱ ὑπηρέται σου, σίγα*. forsan vatibus sa- F cris à magnatum ministris, vel per ministros suos à magnatibus ipsis, silentium non ulterius injungendum, voluerunt, ut כילי sint *οἱ ὑπηρέται*, qi כלי dici videntur, vers. 7. qo loco כלי *πονηρὰ*, *improbos*; post Chaldæum reddidere Jairus רמיא & Latinus interpres vetus pariter, *fravdulentum*; Camius in radicibus *avarum*, voce usus Latinâ reddidit: atqe ita Pagninus. Castellio, & Itala versio utraqe. Nec longè hinc abeunt, Tigurina, & Oecolampadius, qi *parcum*; Vatablus & Junius, qi *tenacem*; Calvinus, qi nunc *parcum*, nunc *tenacem*, reddi- G dere. Eodemqe concedere videtur Esdraides. כילי הפך שוע ושוע כמו נדיב *Cilaj*, inqit, *est contrarius Shoa*; *Shoa avtem est ut Nadib*. h. e. largiri promptus. Camius verò in comment. כילי אינו פחות כמו הנבל *cilaj non est adeò vilis avt parcus*, *sive tenax atqe est nabal*; ita שוע ille τῷ נדיב exæqare videtur; iste *cilaam nabale* pavlo meliorem, minus saltem malum, facit. Vocis rationem ac originem qod attinet, Esdraides refert eos, qi mysticas expositiones seqüntur, compositam esse velle vocem, & כילי qasi כילי inde dictum. כי יאמר לי לי qia subinde in ore habere solet, *meum*, *meum*; sive *mihi*, *mihi*; sev, *meum*, *mihi*. Hoc ut clarius fiat, notandum, qod & ex Patrum Dictatis alibi monuimus, qatuor à Talmudicis hominum ordines constitui. Horum primus est eorum, qi

dicere

dicere solent שלי שלך ושלך שלי *meum tibi, & tuum mihi.* atque hic est *populus terra*, qi mutuum colit. Secundus est eorum, qi dicunt, שלי שלי ושלך שלך *meum mihi, & tuum tibi*: atque hic est *ritus Sodoma* Ezek. c. 16. v. 49. *affectio Esavi* Gen. cap. 33. v. 9. Tertius eorum, qi שלי שלך ושלך שלך *meum tibi, & tuum tibi.* Atqe iste est חסיד *benignus* homo, (poterant & נדיב לב dixisse) Qartus est, qi שלי שלי ושלך שלי *meum mihi, & tuum mihi*, atqe iste est רשע *improbus.* In secundâ avtem an in qartâ classe כילי istum statui veline, incertum est mihi. Juxta Camium in secundo statueretur, qi *cilaj* minùs malum qam *nabal* censet: ut iste sit רשע *improbus*, ille מדה כינתית *fortis media* inter חסיד & רשע *benignum & improbum*, qum tamen utrumqe Chaldæus per רשיעא reddiderit. At Camius כילי à כל sive כול deducit, qod *metiri* significat, ut is designetur, qi *mensurâ districtâ minima ac levissima qaqe expendit*, & ne tantillum qidem ultra adjicere qacunqe de cavsâ velit. qalem Græci μικρολόγον & κυμινοπρίστην nuncupant. Alii verò à כל vel כול deductum volunt, qatenus *capere & continere* denotat. Reg. l. 3. c. 7. v. 26. qia *qa sua sunt, apud se continet ac recondit*, nec in usum avt emolumentum alii cuiqe qicqam inde vult concedere. Vel etiam à כלא sive כלה *concludere, coercere*; unde כלא *carcer*. sive qod ידים סגורות *manus occlusas* habeat, ut Esdraides loqitur: sive qia *nummos in loculis & arcis, tanqam in carcere captivos, constrictos distineat*: unde Gabius Bassus in *originibus parcum* qasi *parem arca* dictum volebat. in qem lusit Favorinus, cum pari ratione parcum, qasi *pecuniarcum* ab *arcendo* dici posse subjecit; qod *pecuniam expendi arceat & prohibeat.* Refert Gellius l. 3. c. 17. De notatione ego parum solicitus fuerim, qum vocum complurium origines in abdito delitescant, unde eruere vix detur. qanqam כילי sive כלי (nam utroqe modo hic legitur) ab הכיל qod *capere & continere* significat, havd illubenter deduxerim: qia proclivis maxime ea videtur deducendi ratio; eâdem utiqe analogiâ, qâ ab כן הכין *rectus*, ab ער חעיר & עיר *vigil*, ab כיל הכיל sive כל & terminatione Chaldaicâ כילי sive כלי ut נכי *purus*, נכרי *extraneus*, ארמלי *nudus*, & similia. De notione eis assentior, qi *parcum tenacemve* denotare sentiunt: malimqe *sordidum*, avt *sordidè tenacem*; *cilaj* istud, qam *nabal* cum Oecolampadio, reddere. Et qamvis notionis ejusdem ferè videri possint hæ voces; mihi tamen penitius intuenti discrepare videntur. Siqidem etiam de avaris ac tenacibus, vox נבל qâ *stoliditatis* notionem habere censetur, qandoqe idqe meritissimè prædicata eisdemqe attributa, reperiatur, Jer. c. 17. v. 11. Luc. 12. v. 20. non tamen avt ex vocabuli origine, qa ratione *tenacem* significet, qantum ego qidem assequi possum; nec usus si spectatur, qod in istis maximi est momenti, ubi in hac notione adhibita fuerit, cum in freqenti usu tamen existat, locus hactenus non occurrit. In priore ergo vocabulo *vilitatem animiqe abjectum* denotari, in isto *sordes*, sive *sordidam tenacitatem* (qam illi tamen assidere plerumqe non abnuo) existimem designari: hoc eo magis, qia בילות apud Magistros Judæos pro *tenacitate* usurpari, ab eis qi in horum scriptis sedulò sunt versati, acceperim. Nostræ editiones כילי & כלי constanter omnes reddunt a churl, unde & epitheton, qo utuntur in Nabalis historiâ, Reg. l. 1. c. 25. v. 3. ubi קשה reddunt churlish: qod nos vocabulum, tam de homine oculo maligno, qam & moribus asperis (qalis uterqe Nabal ibi depingitur, vers. 10, 11, 14, 17.) prædito usurpamus.

Restat vox שוע in qo nihilo minùs qam in superiori & laboratur & dissentitur. Chaldæus תקיפין qod *fortes, duros* sonat. Græcus uti supra indicatum, σίγα, *tace*; qasi idem valeret, qod שעה *desiste, cessa*, Job. 10. vers. 6. Esaj. 22. v. 4. Latinus Vulgatus interpres, *major*; Tigurinus & Italus recentior, *magnificus*; Italus antiqior, Genevenses nostri, & Pagninus, *dives*; Calvinus, *largus*; Castellio, Junius, Piscator, & nostri antiqiores, *liberalis*; Novissima, bountiful. Mercerus, *prodigus*: sed in meliorem partem sumpto vocabulo; qo si inclinarem, *profusus*, malim. Abraham Esdræ filius, שוע כמו נדיב

A *shoa est sicut nadib; is cujus manus sunt ad dandum proclives, non occlusa.* At Camius ait, *shoa* esse *nadibo gradibus multis superiorem*, eumqe esse, *qi munificentiâ delectatur.* Itaqe non desunt, qi illum *liberalem*, hunc *largum*, imò *prodigum*; qi illum *munificum*, hunc *magnificum* nuncupent. Ego neutri accedo. Jairum potius seqor, qi שוע ארון *Dominum* interpretatur, ut sit dignitatis ac officii nomen. Nominis rationem reddit שהכל שועים ופונים אליו *qia is est, qem respiciunt & suspiciunt qiqe*, qod & de נדיב supra ex Rege Parœmiaste. Facem aliqam
B hîc nobis alluceret Elihu, nisi & ibi caliginem offunderent intercursantes atqe invicem arietantes interpretationum variantium nebulæ. Reperitur enim vox Jobi c. 34. v. 19. ubi Jobo Elihu (cujus verba contextus seriem à Piscatore datam secutus, sic verterim) *An* (*condemnabis eum*; ex vers. 17. suppletum; Deum scilicet) *qum dicit Regi, ô neqam, principibus* נדיבים *ô improbe; qi non suscipit faciem principum* שרים *nec agnoscitur apud ipsum nobilis* שוע *pra tenui?* qo tamen loco, cum *nobilem* reddiderit, magis tamen placere adnotat, ut *potens* cum Mercero red-
C datur; qum à ישע *servare* deductum velit, atqe ita dictum, qia *servare potens* sit. Esaj 63. 1. Rursus cap. 36. v. 19. habemus vocis ejusdem formam abstractam, in Elihu ejusdem verbis illis היערך שועך *num æstimaret nobilitatem tuam?* Junius. At Piscator versionem Junianam corrigens, *verto*, inqit, *opes*: ut שוע habeat affinitatem cum שוע qod supra cap. 34. v. 19. significat *divitem*, sive *opulentum*; ut ibidem patet ex *antithesi*, qâ opponitur ei *tenuis*, sive *inops.* Atqi, ô vir erudite, ut nihil dicam *divitem* pro *dominante* sive *gubernatore* (temetipso id
D agnoscente & adnotante) qandoqe usurpari. Prout Eccl. 10. v. 6, 7, 20. Esaj. 53. v. 9. animadvertere poteras, tam שרים qam שוע *fortis tenuioris hominibus* eodem loci utrosqe opponi: mihiqe planè mirum fit, cur ipse cum priore loco שוע *nobilem* verteris, שוע istic, sententiâ pristinâ qasi revocatâ & abjudicatâ, *opes* qam *nobilitatem* reddere malueris. Qin nec Junium minùs mirari subit, qâ ratione inductus, cum in Jobi codice שוע loco altero *nobilem*, שוע altero *nobilitatem*, reddiderit, שוע apud Esajam *liberalem* vertere præoptaverit. Ego *nobilem*, sive
E *magnatem*, reddiderim: ut hoc Vates velit: *Nemo deinceps vilis principatum geret; avt sordidus loco honorabili potietur.*

Seqitur versu 6. כי וכל נבלה ידבר ubi non est animus singulas avt voces perpendere, avt versiones discutere, de connexione duntaxat qid sentiam, in medium producam. Junius, Junioqe qoad seqelæ rationem consentiens Piscator (de connexione enim securi nihil monent pleriqe) sententiam continuari volunt. Proinde כי particulam pro כיאם sumentes, prout cap. 2. v. 6. & 29. 23.
F & 30. 16. & *dicetur* ex præcedentibus supplentes, prout c. 62. v. 4. Job. 14. 5. & 24. 19. vertunt. Junius, *Sed flagitiosus dicetur flagitium eloqens.* Piscator, *sed stultus dicetur*, *qi* (relativo qi deesse videbatur expresso, uti c. 30. v. 5, 6, 9.) *stultitiam loqitur.* Ego malim, prout verba ipsa, citra intersita istiusmodi, minùs istic necessaria, sponte per se fluunt, reddere. *Nam* (ut Hymn. 12. 1. & cap. 28. v. 27.) vel, *Qoniam* (ut Hymn. 14. 6. & cap. 64. v. 5.) *vilis*, sive *neqam homo*, *vilitatem*, sive *neqitiam* (i. e. *vilia*) *loqetur.* Ut ratio reddatur, qare homines istiusmodi
G non sint ad honores avt dignitates promovendi, qia cum vilia ac turpia, & eloqi, & exeqi prompti sint, tum honoribus ac potestate, qibus exornati & instructi fuerint, ad pessima qæqe perpetranda abusuri, tum & dedecori insigni sunt futuri. & locis, ad qos evecti fuerint, & regi ipsi, à qo fuerint eo in fastigio constituti. Vide c. 22. v. 28. Eadem prorsus est, daturqe vers. 7. ratio & de *sordido ac tenaci*, sive lucri turpis avido, qem ideò magistratu indignum Mosis socer meritò censebat, Exod. 18. 21.

Cæterùm occurrit hic vox חנף in inciso illo לעשות חנף ubi לעשות malim cum Junio reddere, *exercendo*, sive *exeqendo*, qam cum aliis plerisqe, *ut facias*, sive *ad faciendum.* Ita crebrò usurpatur particula ea, cum verbo infinito, ut *gerundium in do* potius qam *gerundium in dum*

ex-

exprimat, & actionem, five affectionem præsentem, non futuram duntaxat, & destinatam tantùm designet. Sic reddendum fuerit, Genes. c. 3. v. 22. collatione factâ cum vers. 5. sic Exod. c. 14. v. 11. Lev. c. 18. v. 4. Devt. c. 9. v. 18. cap. 3. v. 8. & c. 10. v. 2. Verùm חנף qod *hypocrisin* vertit, assentiri non possum. Atqe hîc mihi contra interpretum torrentem totum obniti planè necesse est; חנף passim, qasi unanimi consensu, *hypocritam*, חנף istic, & חנפה Jerem. cap. 23. v. 15. (his enim locis duntaxat utrumqe repertur) *hypocrisin*, reddunt. Atqi חנף nihil minùs qam hypocritam avt pietatis simulantem significat, cum *profanum*, *impurum*, *turpem*, *flagitiis palam pollutum*, disertè denotet. Etiamsi enim verbum חנף, unde ortum habent ista, in formâ levi activâ, qam *hiphil* appellant, pro *adulari* usurpent Doctores Hebræi; unde מחניפים *adulantes* Camio ad versum proximè præcedentem; & apud Danielem c. 11. v. 32. illud יחניף בחלקות ejusmodi aliqid sonare qibusdam videatur, dum vertunt, cum Latino vetere, *simulabunt*, alii, cum Pagnino, *simulare faciet*; & de populo resipiscentiam simulante dicitur, Hymn. 78. v. 36. *blandiebantur ei ore suo, sed linguâ suâ mentiebantur ei.* Attamen per totam paginam sacram verbum חנף in *profani ac polluti* notione, citra contradictionem ullam ferè, perpetuò usurpatur. Qia & in Danielis loco illo, Junius, *Et impie agentes adversus fœdus contaminabit blanditiis.* Castellio, *Blandimentis corrumpet.* Nostri, **He shall corrupt by flatteries.** Nam qod Piscator, *Ad hypocrisin adducet blanditiis.* Ecqid, qæso, sensus commodi habuerit? qum potiùs abjectâ, qâ se suaqe priùs obvelare consveverant, religionis simulatæ larvâ, ad ritus profanos palam exercendos blanditiis suis rex profanus ipse pellicere satagebat. Sed verbi ipsius vim usumqe, à plerisqe universis ferè dixerim agnitum, singulis in locis, diligentiùs pavlò dispiciamus. Libri hujus ipsius cap. 24. vers. 5. הארץ חנפה *contaminata est terra sub incolis suis.* Jerem. cap. 3. vers. 1. הלוא חנוף תחנף הארץ *annon contaminando contaminaretur terra?* Ibid. vers. 9. ותחנף את הארץ *propter famosam scortationem ejus, qâ contaminavit terram*; vel potiùs, *qâ contaminata est terra.* Nam את particula qandoqe est *recti index.* Ita Reg. lib. 1. c. 17. v. 34. & lib. 4. cap. 6. v. 5. Nehem. 9. 34. Parœm. 16. 31. Neqe enim in hac formâ transiens est verbum. Sic Hymn. 106. 36. ותחנף הארץ *contaminata est terra sangvine.* Juxta illud Num. 35. 33. ubi in formâ transeunte bis reperitur; ולא תחניפו את הארץ *neqe contaminabitis terram*; כי יחניף את הארץ *nam sangvis terram contaminat.* Et Jerem. cap. 3. ver. 2. ותחניפי ארץ *& contaminasti terram scortationibus tuis.* Ibid. c. 23. v. 11. in formâ consistente נביא גם כהן חנפו *cum Vates, tum & sacerdos contaminati sunt*; vel etiam, ut nostri novissimi, *profani sunt*; profanè se gerunt utriqe. Deniqe Mich. cap. 4. vers. 11. תחנף *contaminetur*, sive, *profanetur.* De Sione sermo est ab adversariis profectus. Estqe locis illis affinis qibus Deus dicitur, sed vocabulo alio חלל utiqe adhibito, *uncti sui coronam profanasse*, Hymn. 89. v. 39. & *sacrosanctos*, sive *sacrarii principes profanasse.* Esajæ 43. 28. Ecqid avtem in his omnibus (nec sedulitatem, opinor, fugit hic locus ullus, in qo verbum illud usurpatur) qod *hypocrisin* sonat? avt ecqis fere interpres aliter ista pleraqe sumit? ut suis planè telis confixi concidant; qi aliò trahunt nomina indè manantia, qum sic verbum ipsum passim accipiant. Nam qod Junius illud, Jerem. 23. 11. de vatibus & sacerdotibus dictum, *hypocritas agunt*, reddidit; renitentem habet & adversantem contextus totius seriem, in qo horrendis flagitiis ac sceleribus palam constrictos teneri istos, à qibus in plebem *impietas*, non *hypocrisis* dimanarit, disertè pronuncietur.

Sed & nominis ipsius usum consideremus, utrum à verbi, à qo descendit, notione discedere uspiam deprehendatur. In Jobi, & cum Jobo habitis dissertationibus octies minimùm reperitur; at nusqam eâ ratione, qin ut hominem *profanum ac palam impium* designare promptum existat, Job. 8. 13. *Ita sunt semita omnium oblivìscentium Dei, & expectatio* חנף (ἀσεβοῦς, Græci, ut & cap. 15. v. 34. & c. 27. v. 8. *impii*) *peribit.* Num enim *hypocritæ* soli *obliviscuntur* Dei? imò videre licet, qales existant, hoc qi laborant vitio, Hymn. 50. 16—22. qin & ipse hic se contextus explicat; dum qos *Dei oblitos*, & *profanos* hic vocat, post pavlò v. 20. מרעים *maleficos* nuncupat: de qibus & cap. 13. v. 16. *in conspectum* ejus חנף *profanus non veniet.* Et cap. 27. vers. 8. *nam qanam expectatio avt spes* חנף *profani hominis, qamvis*; avt, *qantumvis lucratus fuerit, qum extrahet Deus animam ipsius*: tanqam ensem utiqe è vagina (vide Dan. 7. 15. & Luc. 12. 20.) ubi qi חנף dicitur v. 8. idem רשע *improbus*, *scelestus*, & עריץ *effractor*, *violentus*, dicitur v. 13. ubi periochen totam, qæ חנף istum spectat; sic clavdit; *Hæc est portio hominis improbi à Deo, & hæreditas violentorum, qam ab omnipotente accepturi* (vide Hymn. 11. 6.) Qare avtem à *Deo omnipotente*? ratio dabitur ex cap. 15. vers. 25. *Qia extendit adversus Deum manum suam*, & *contra omnipotentem roboravit se.* Atqe idcircò, vers. 34. *congregatio* חנף (qalis supra delineatus fuerat & רשע v. 20. dictus) *erit solitaria.* Sed & perinde cap. 20. vers. 5. idem חנף qi & רשע *exultationem* רשעים *è propinqo, & lætitiam* חנף (ἀσεβῶν Græci) *ad momentum esse.* h. e. ovpertimè exortam, mox intercidere. cap. 17. v. 13. *Insons adversus* חנף *profanum sese excitabit.* Cur enim magis adversus *hypocritam*, qam adversus *palam impium*? cap. 34. v. 30. *Ne regnet homo* חנף *profanus, impius; nec sint tendiculæ populi*; ut Junius: vel, *propter laqeos qibus constrictum tenebat populum*, Piscator. Num enim Reges hypocritici soli, non avtem palam impii ac profani populi sibi subdito laqeos struunt, eisdemqe constrictos divexant & angunt: avt num Caji, Nerones, Commodi, Elagabali, aliiqe istiusmodi imperii portenta *hypocritæ* fuerunt. Testatur Tacitus, *Annal. l. 14.* Neronis temporibus, *Qoties fugas & cædes jussit Princeps, toties grates Deis actas*; acsi beneficio aliqo à numine accepto, pietatem suam animumqe adversus Deos gratum eâ ratione testarentur: & Jezabelis technas, religionis specie aliqâ obvolutas Nabothi insonti capitales, sacra commemorat historia 3. Reg. 21. 9, 10. ecqis tamen avt Neronem non *impium* potiùs qam *hypocritam* dixerit; avt Achabum & Jezabelem non *impietatis* magis qam *hypocriseos* reos peragat. Ibidem c. 36. v. 13. חנפי לב at qinam illi? habes ex v. 11, 12. qi Deum colere, eiqe avscultare renuunt: verto itaqe non *hypocritæ*, sed *profani corde* (qi profanè atqe impie affecti sunt οἱ ἀσεβεῖς καὶ βέβηλοι) *iram opponunt*, (obstinatione suâ iram divinam in se provocant & adversus sese accersunt) *qia non inclamant, qando vinculis suis eos constrictos tenet.* Qia etiam sub manu divinâ ipsos constringente ac constrictos distinente, in pertinaciâ nihilominus suâ persistunt, nec illius vel opem, vel misericordiam supplices reqirunt. Esaj. 9 12, 13, 17. Jerem. 3. 3. & 5. 3. Hosh. 5. 13. & 7. 14. Amos 4. 6,-11. Apoc. 9. 20, 21. & 16. 9,-11.

Atqe hæc è Jobi codice loca fuerunt, in qibus *hypocritas*, avt præcipuos, avt solos intelligi, qod cogat, imò qod svadeat etiam, nihil comparet. Loca reliqa (neqe enim adeo numerosa sunt) pariter recensebimus. In hoc Vate cap. 9. 16. minatur Dominus statum populi sui totum funditus pessundaturum; ratione subjunctâ כי כלו חנף ומרע *qia totus est profanus & maleficus*; *& os omne* נבלה *neqitiam eloqitur.* Qod utiqe *hypocritarum* non est. Itaqe adversus חנף *gentem profanam* hanc hostem ait se missurum, qi eam direpturus & conculcaturus sit. cap. 10. v. 6. iste avtem qum irruperit, atqe igne ferroqe omnia undiqaqe devastare cœperit. פחדו חטאים *pavebunt peccatores*; אחזה רעדה חנפים *tremor profanos occupabit.* Τοὺς ἀσεβεῖς, Græci. *peccatores ac impies* qosqe; non *hypocritas*, opinor, solos; sed & *profanos* helluones, & irrisores illos, de qibus cap. 22. v. 12, 13. scilicet, qi mala denunciata minimi faciunt, obvenientibus cumprimis maximè trepidare consveverunt.

Ad Parœmias transeamus. In istis locus unus se exhibet qi etiamsi receptæ vocabuli significationi favere primâ fronte videatur; at penitiùs inspecta nihil cavsam eam juvare deprehendetur. Habetur is cap. 11. v. 9. verbis hisce

כפח

בפה חנף ישחת רעהו *ore* (non manu solâ, sive vi illatâ, sed linguâ qoqe) *profanus* (sive, *impius* ἀσεβὴς, Græcus) *proximum suum perfundat*, h. e. ut plerique, *exitium ei machinatur & procurat.* Sed malim ego cum Junio ac Piscatore, *corrumpit proximum*, i. e. *corrumpere studet*: ad eandem, qam ingreditur ipse, impietatis vitæqe flagitiosæ semitam pertrahere satagit, scilicet, qod comicus, *Trinum.* 2. 2.

Malus bonum malum esse vult, ut sit sui similis.

Et qod ex Menandro Apostolus ad 1 Cor. 15. 33.

Φθείρουσιν ἤθη χρηςὰ ὁμιλίαι κακαί.

Bonos corrumpunt mores, vel *congressus*, vel etiam *confabulationes* (ut nonnulli reddunt; & utrumqe vox ὁμιλία denotat) *malæ*. Huc eo magis accedo, ob id qod subjicitur; *at scientia justi liberabuntur.* h. e. cavebunt sibi viri probi scientiâ ac prudentiâ verâ instructi, ne ab eis noxam attrahant. Utrovis modo ceperis, tam *impios* & *profanos* qoqe, qam hypocritas etiam spectat. Siqidem & improborum ac scelestorum qorumqe ora, linguæ, dentes, guttura, qâ sermonis instrumenta, telis letiferis, & sepulcris corpora deglutientibus, in codice sacro Hymnis præsertim, collata reperias. Esaj. 59. 3.-7. Jer. 9. 3. 8. Hymn. 5. 9. & 52. 2. 4. & 55. 21. & 57. 4. & 64. 3. & 120. 3. 4. & 140. 3.

Sed ex Salomone ad Davidem, à Parœmiaste ad Psalten transilamus. Apud hunc Hymn. 35. 16. inter alios à qibus traducebatur Lyrodus sacer, recensentur חנפי לעגי מעוג *profani sanniones patafitici.* Sensus qo clarius se prodat, voces singulas expendemus. מעג itaqe idem est planè qod עגה patet hoc ex 3. Reg. 17. qo loco qod מעוג vers. 12. idem ipsum עגה vers. 13. dicitur. *Placentam* utrumqe plerique vertunt: ea mihi versio minus arridet, siqidem *placenta*, cum operis dulciarii exiſtat, inter *scitamenta* magis qam *alimenta* censetur, & ad *oblectamentum* potius, qam *nutrimentum* estur, uti non fcitè minus qam verè Casaubonus ad Athen. l. 3. c. 39. Unde Bioni dictum, referente Dione Prusæo Orat. 66. Μὴ δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, εἰ μὴ πλακοῦντα γένοιτο, ἢ Θάσιον. *Fieri non posse, ut multitudini qis placeat, ni aut placenta fiat, aut vinum Thasium.* Et Hieronymus ad Marcellam. *Non sunt suaves epulæ, qæ non placentam redolent.* Non tamen ideò cum Grammaticorum vulgò, qi & Isidoro id tribuunt, *placentam à placendo* dictam existimem, cum à Græco πλακοῦς in Latium transierit; sitqe à πλακοῦντα formatum, placenta, qo modo à τορύνη, *turunda*, uti Salmasius *ad Solinum*, frigidumqe nimis est, qod in *exercitat. ad Baron. Annal.* Dartes. *Christum in mensâ sacrâ placentam fieri ideò voluisse, qo pluribus placeret.* At nec vidua Sarepcena fameqe ac ediâ, nisi ex inopinato aliqid obveniret, confestim peritura, cum *frustum panis* à Vate posceretur, respondendo negaret, deliciarum stiusmodi qicqam apud se esse; nec Vates ipse, ex *farina pugillo*; qem solum penes se haberi illa dixerat, tale aliqid parari sibi juberet. Qin nec *dulciarium* aliqid, opinor, super prunas reperiebat, cum è somno expergitus esset, dum animæ metuens, à Jezabelis facie fugiebat Vates idem Lib. ejusdem c. 19. v. 6. sed *panem* aliqem *vulgarem*, qalem Hoshea loqitur, c. 7. v. 8. Qin & *panes* consvetos usuſqe familiaris hoc vocabulo designari, patet, cum ex Gen. c. 18. v. 6. ubi Sara ad hospites mensâ excipiendos, farinam depsere, *panesqe* עגות conficere jubetur: tum & ex Exod. 12. 39. ubi Israelitæ Ægypto profecti è massâ nondum fermentatâ qam inde extulerant עגת *panes* confecisse perhibentur. Denique ut עגות è manna confectos prætereamus; etiam עגת hordeaceas, nec ex hordeo solo, sed ex grani etiam vilioris generibus variis simul permistis, confectas legimus, qas ex Dei præcepto sibi Vates paraverat, Ezek. 4. 12. ubi mirum mihi valde viros summos animum inducere potuisse, *ut placentas hordeaceas* verterent. Et מעג itaqe & עגה idem utrumqe valere; *panisqe* speciem aliqam denotasse, qæ in usu communi ac familiari fuerit, ex locis adductis liqet planissimè. Græci passim ἐγκρυφίας. Latinus, *panem subcineritium*, reddidit, ἐγκρυφίας meminit Athenæus l. 3. ubi postqam & ἰπνοθυσίδ@ mentionem fecerat, ἔςτι δ', inqit, κἄρτ@ ἐκ' οὐδ(?)θουν γινόμενος, ὅνπερ οἱ χ(?) καὶ

A 'Αθηναῖοι ἐγκρυφίας. *Et hunc super prunas fieri solitum videtur*, qo modo apud Atticos ἐγκρυφίας. Nominis rationem explicans Suidas, Ἐγκρυφίας ἄρτ@, ὁ ὑπὸ σποδιᾶς κεκρυμμέν@. *Panis in cinere absconditus.* Hesychius Ἐν σποδῷ γεγονὼς ἄρτ@, τῷ μὴ εἶναι κλίβανον. *In cinere confectus, eo qod furnus non sit.* Alterum voluisse videtur; vel qod furni nondum hunc in finem adhuc in usu forent, vel qod ad manum non adesset, avt accendendi opportunitas deforet. Varro *de vitâ pop. Rom.* l. 1. *Cocula, qa coqebat panem, primùm sub cinere* (unde *subcineritius*) *postea in furno.* In
B ergò panis iste fuisse videtur, qi non in furno ut plurimum, sed in foco, qi ritus antiqissimus, vel prunis subjectis, vel amotis eisdem, dum focus adhuc ab eis caleret, sub testâ prunis cineribusqe superinjectis, coqebatur dicam, an torrebatur? utrumqe enim satis ἀκύρως dixerim. qanqam Latinis familiare utrumqe exiſtat, & certe tam *panes* qam *lateres coqere*, unde *muri coctiles*, utrumqe κόμματ@ esse ejusdem videtur. Et hac saltem in parte Latinâ copiosior lingva nostra deprehenditur; prout alibi demonstravimus. Rem ipsam eleganter depinxit Maro, an Serenus, an qis
C alius, (nam de avtore inter Criticos non constat) in *Moreto* his versibus, qos descripsisse non pigebit.

— Lævi tum protinus illam

(Cererem utique tritam cribroqe emundatam)

Componit tabulâ, tepidas superingerit undas;
Contrahit admistos tunc fontes, atqe farinas,
Transversa durata manu, liqidoqe coacta.
Interdum grumos spargit sale, jamqe subactum
Format opus, palmisqe suum dilatat in orbem;
Et notat impressis aqo discrimine qadris.
D *Infert inde foco (Scybale mundaverat aptum*
Ante locum) testisqe tegit, superaggerat ignes.

Porrò avtem ἐγκρυφίας dic, cum in foco pararetur, fiebat sæpenumerò, ut cineribus sœdaretur, unde Luciani illud apud Budæum, ὁ ἐν σποδῷ πλὴν, ὡς ἄρτ@ ἐγκρυφίας. *iste cinere oppletus, ut panis subcineritius.* Ista verò cum eis, qæ in locis exhibitis de Hebræorum עגה dicuntur, apprimè conveniunt: nam & in historiâ Eliacâ 3 Reg. 19. עגה רצפים *Panis prunarum*, h. e. super prunas tostus, an assus, ὀπτὸς, dixeris, qo modo Catullo, *panis ab igne devolutus*,
E dicitur. Et apud Hoseam, c. 7. v. 8. עגה בלי הפוכה *panis non versus*: qi cum nondum versatus fuerit, parte alterâ coctus an assus exiſtat, alterâ crudus adhuc persistat. Siqidem in furno qi coquntur, an torrentur, versari ex usu non est. Itaqe panis ego speciem latiusculi minusqe crassi fuisse existimem, qalem nostri *cake* nuncupant, & in ore furni inter succendendum, priusqam cibarii panes usitati, qi crassiores multò & grandiores esse assolent, immittuntur, muliercula qandoqe propere conficiunt. isti avtem ad usum præsentem facilius atqe expeditius longè apparantur, qam
F ei, ad qos furnum, cui includantur, succendi necesse sit. Hanc avtem *panis speciem* dictione Latinâ qi commodè satis exprimam nondum reperio: *collyram* forsan voce Græcâ nuncupare licuerit, nisi si *tracta* Pliniana placuerit magis.

De verborum Syntaxi aliqid ubi adjecero, περαιτέρω istud ulterius proseqendi finis futurus est. Ea ἀναπλοκῇ sic habent. *Profani sannarum collyra*: sive, *tracta*, h. e. *Profani sanniones patafitici*, qi *collyra*, sive *tracta*, *offa & esca cassâ, eos affectabant, qibus assentari consveverant.* חנף *profani*, in formâ contractâ regiminis indice itaqe
G לעגים אנשי *sanna*, sive, *subsannationes*, pro לעגים *viri sannarum*, sive *subsannationum*, qos *sanniones* appellant. Qomodo תעלולים *illusiones* (hoc enim sonat vox ex Esaj. c. 66. v. 4) אנשי תעלולים *viri illusionum*. *illusores.* Esaj. c. 3. v. 4. Ad verbum ergo est *profani sannionum.* prout Parœm. c. 14. v. 1. חכמות נשים *sapientes mulierum*, ubi Græcus σοφαὶ γυναῖκες. Verum sic & Isocrates ad Demonic. τῶν σπουδαίων τῶν γονέων: *studiosos*, sive *probos parentum.* Et Latini qandoqe pariter. Plinius lib. 8. cap. 48. *Lanarum nigra.* Et, *Canum degeneres.* lib. 11. cap. 50. Et, *Plantis piscium*, alibi. Perinde & istic. *Profani sannionum.* i. c. *sanniones profani.* qanqam emphasi etiam non carere formula ista, prout alibi, ita istic qoqe videtur. Sic enim Ezek. c. 7. v. 24. רעי גוים *mali gentium*,

Vv pro

pro *pessimis qibusqe è gentibus*, dicitur. Et, טובם *bonus eorum*, pro *optimus ex eis*, sive *inter eos*, Mic. c. 7. v. 4. Sed & qod eodem recidit יפה בנשים *pulcra in mulieribus*, sive *inter mulieres*; pro *mulierum pulcerrima*. Cant. cap. 1. v. 8. Et, εὐλογημένη ἐν γυναιξὶν, *Benedicta in mulieribus*, sive *inter mulieres*. Luc. c. 1. v. 42. pro, *mulierum summè benedicta*: sive uti de Jaele Judic. c. 5. v. 24. תבורך מנשים *præ mulieribus aliis qibusqe benedicta*. denique Parœm. c. 23. v. 28. בוגדים באדם *perfidi in hominibus*, sive *inter homines*. h. e. *hominum omnium perfidissimi*. pariqe ratione hoc loco בחנפי לעגי *cum profanis sannionum*; h. e. *cum sannionum profanissimis sive impurissimis*. Porrò לעגי etiam regiminis indicem formam gerit, qo ad מעג regendum destinari ostendatur. Sunt itaqe *sanniones collyra*, sive *tracta*, qi alienâ vivere qadrâ assvefacti, mensas & symposia affectantur, in qibus scommatibus & dicacitate scurrili convivis risum ciere ventris cavssâ solebant. Unde & Græcis, pariter & Latinis *Parasiti* dicebantur. Neqe tamen possum per omnia viro doctissimo assentire, qi *Synagoga Christiana lib. 1. cap. 6. sect. 8. paragr. 12. subsannationum ustulata placenta*, interpretatus Psaltæ istud; affirmat, *Judaeos in conviviis solitos adulatoribus dare placentam mellitam*, sive ut ipsius verbis utar, a Pastie baked with honey: adjectus insuper, qæ suis ipsius verbis sic habent; Ming is called a Pastie, and Mingoth flatterers. because in their feasts they threw a Pastie to these flatterers. Ejusdem avtem sunt commatis ista, cum eis qæ subjungit, *Parasitos istos Græcis φιλοπλάκους dici* (qæ vox est nec navci) atqe hinc *Matth. 4. in Syriaco diabolum accusationes comedere dictum*. Verùm ex Danielis Syriacis (cur enim cum Spiritum Sanctum præeuntem habeamus, Dan. c. 2. v. 4. ita nuncupare detrectemus?) cap. 3. v. 8. & c. 6. v. 25. intelligere promptum fuerat. ὡ אכל in hac formulâ nihil aliud denotare, qam qod אכלי in Targumim creberrimè; hoc est, idem planè qod קרא *clamare*, *vociferari*. nam qæ vel de ratione formulæ istius, vel etiam de loci hujus qem ex hymno adduximus, sensu, suggerunt nobis Magistri Judæi nonnulli, adeò sunt frigida & putida, ut ne recensitu qidem digna censeam.

Sed de diverticulo tandem in semitam redeundum, ne rei, qæ in manibus est, obliti prorsùs censeamur. *Hypocritas* & non *palam profanos*, qi volet esse *sanniones* istos, qi virum sanctum lingvis petulantibus lacerabant, sannis ridiculis excipiebant, dicteriis procacibus proscindebant, dentibusqe consertis eidem infrendebant, per me qidem velit. vertatqe vel cum Junio. *Inter hypocritas facetos sanniones faceti*. ut מעג sit *facetia*; qod aliud esse supra demonstratum est. Vel cum Piscatore, *Inter hypocritas subsannantes propter placentam subsannarunt me*. Qod supplementum est planè supervacaneum. Melius tamen longè Pagninus, *Cum impiis subsannatoribus qi indulgent ventri*. Sed & Campensis, *unà cum* (impuris utiqe) *& irrisoribus frusto panis conductis*. Nisi qod Syntaxin nevter attendit. Ad nostram de vocis hujusce notione sententiam firmandam accedit ulterius, in Syriacâ Novi Testamenti versione usus ejusdem: ubi passim pro *profano*, *ethnico*, à Dei populo alieno Matth. c. 10. v. 5. & c. 18. v. 17. Marc. 7. v. 26. Cor. Ep. 1. c. 12. v. 1. pro *hypocritâ* nusqam, usurpatur.

Qum ergò & verbum ipsum חנף *profanandi*, *polluendi*, *contaminandi* notionem jugiter obtineat; nec aliud qam *profanum*, *impium*, *impurum*, *à religione* alienum nomen חנף tam Hebræis qam & Syris passim designet; vocabulo חנף istic in Esajæ vaticinio sensum alium affingere, nec necesse, nec fas etiam videtur, præsertim cum עשות חנף qod Italus antiqior, *fare l'empieta*, reddidit) istic dicatur qi sit נבל *homo vilis*, *qi Deo obloqatur*, *qiqe egenos famelicos commeatu omni destituat*. חנף mihi certè idem hic fuerit (prout & Jaius monuit) qod חנפה Jerem. c. 23. ver. 15. ubi חנפה (μολυσμὸς. *inqinamentum*, ut versio Græca; *pollutio*, Latina vulgata; *impietas*, Calvinus; *impuritas*, Castelho; *iniqitas*, Pagninus & Itala antiqior. Nostra Genevensis, wickedness; recentissima post Deodati Italam & Belgica margo, Profaneness;) *à Sacerdotibus ac Vatibus* (impurissimis, flagitiosissimis, sceleratissimis, profligatissimis) *egressa*, *terram totam pervasisse* perhibetur. Nevtrobiqe sane locum habet *hypocrisis*, avt *sanctitas simulata*. Ignoscat lector, qod in hoc argumento tam prolixus, tam nimius forsan fuerim, dum de voce istâ errorem, qi tamdiu obtinuerit, tam latè proserpserit, tam altè insederit, revellere connitor.

In seqentibus incisum unum & alterum leviùs breviusqe attingam. versu 7. וכלי כלים רעים qod Junius vertit, *Tenacis avtem instrumenta mala dicuntur*. sic explicat; *non tantum ipse malus judicabitur*; *sed etiam omnia qibus utitur*, *ingrata omnibus & fastidiosa futura sunt*. Piscator verò, *Et tenax dicetur*, *cujus vasa mala sunt*. i. e. *qi falsâ doctrinâ avt impiis sermonibus damnum dat proximo*, *sicut homo avarus dat per vasa mala & fallacia*. Qæ utraqe expositio mihi qidem minus commoda avt idonea videtur: siqidem altera frigidior, altera coactior, longeqe nimis petita. Ecqis enim hominem *tenacem* sic descripserit, *qi falsâ doctrinâ & impiis sermonibus damnum dat proximo*? avt eum qi hoc agat, *tenacis* nomine perstrictum, satis habuerit? Avt qænam proportio commoda inter hominem hujusmodi, eumqe qi tenacitatis morbo malo laboret? Canius reverâ simpliciter hominem *avarum sordidumqe* his verbis describi avtumat, *à mensuris*, qibus in re qaqe utitur, *malignis ac deminutis*. Itaqe כלים vult istic *mensuras* denotare, ut sit כל mensura, a כל sive מל metiri, analogia eadem, qâ נר & כן & à נור & כון & in plurali כלים *mensura*. Verum Canius istic solus, opinor, incedit: constatqe satis כלים esse plurale à כלי qod *instrumentum*, sive *utensile*, (ut Columella loqitur) qodvis designet. Exod. 22. 6. & 25. 39. Ezr. 1. 10, 11. Est. 1. 7. & alibi passim, nec de *institoribus* avt *mercatoribus*, sed de *principibus* ac *magistratibus* hic agitur. Itaqe rectè Esdraides de *principibus* interpretatur, qi judicaturâ præditi fuerant: & per כלים intelligit אומנותם *artificium*, sive *opificium*, (ut ad *opificum instrumenta* allusio sit) qod exerceant factitentqe judices, h. e. *technas subdolas* & *machinationes*, qibus judicium pervertere consveverant. Addiderim ego *instrumentorum* nomine qoqe fortean & cumprimis intelligi, *ministros & officiales*, qorum ad id exeqendum operâ abuti solebant. Parœm. 29. 12. Jerem. 20. 10. & 22. 2, 3. Hosh. 4. 18. Zeph. 1. 9. sunt enim servi ac ministri ὄργανα ἔμψυχα, *instrumenta animata*, ut rectè Philosophus *Politic. l. 1. c. 3.* Ita ratio fuerit, qare tam *sordidi ac tenaces* isti, qam & *viles* illi, a magistratu exercendo & honoribus adipiscendis merito arcerentur, qia ad omnem iniqitatem & pravitatem exeqendam, cum lucro turpi addicti agerent, eis essent abusuri. כלי avtem Vates istic potiùs qam כי לי usurpare videtur voluisse, cum utrumqe diceretur, qo elegantior ac propinqior esset כלי cum כליו nominis ipsius soniqe affinitas.

Seqitur versu 8. ונדיב נדיבות יעץ Id plerige sumunt, acsi diceretur, *Hominem liberali atqe ingenuo ingenio præditum liberalia atqe ingenua studia ac consilia habiturum*. At Junius, *Ingenuus verò* (supple, *dicatur*) *qi ingenua consilia init*, *& qi rebus ingenuis subsistit*. Et Piscator, *Munificus verò dicatur*, *qi munifica consilia init*, *qiqe munificentia subsistit*. Ego sic malim, ut cum præcedentibus cohæreat, ostendendo, qænam principem nobilemve consilia studiaqe deceant; *At princeps* (contra qam uterqe ille *vilis & sordidus*) *principe digna* (uti optimè reddidit Deodatus) *init consilia*: *init*, h. e. *inire debet*. Qod illi alteri nunqam facturi sunt: forma indicativa in officii sive τῆς καθήκοντος ratione. Sicut cap. 26. v. 9. *Qum judicia tua extant in terra*, *orbis incola justitiam discunt*. i. e. *discere debent*. & Mal. c. 1. v. 6. *Filius honorabit patrem*. h. e. *honore afficere debet*. atqe ita utrobiqe vertendum fuerat, secus enim se apud nonnullos nec pavcos habere, cum usus docet. Jer. c. 5. v. 3. Mic. 7. v. 6. tum & utrobiqe statim subjungitur.

Qod adjicitur, והוא על נדיבות יקום ego reddere malim. *&*, sive *qia*, (copulativâ pro cavssali positâ, prout cap. 64. v. 5.) *per principe digna consistet*. sive, *stabilietur*; uti קום sumitur cap. 8. v. 10. Ita Parœm. c. 16. v. 12. *Abominatio regibus* (*esto*, vel *esse debet*) *improbatatem*

tem exeqi; qia justitiâ solium stabilitur. Et c. 29. ver. 14. *Regis temtoris fortis hominibus judicium fideliter dispensantis solium stabilietur.* Estqe loco hoc locutio ἐμφατικωτέρα, qum dicitur על נדיבות *super* istiusmodi consilia, qasi super firmissimum fundamentum coosistet. Nec displicet tamen Deodati illud, *& pro rebus principe dignis stabit*, modò in officii notione hoc etiam sumatur. *Stabit*, i. e. *stare debet.* Ita τὸ קום usurpatur Hymn. 94. vers. 16. *Qis stabit mihi adversus improbos?* Atqe de hisce qidem hactenus.

C A P U T XXIII.

שפי & שפים loca excelsa Hebrais significare, contra Dievsium, qi planitiem, sive coovalles vult denotare, demonstratur. נשפה Esaj. 13 2. qid velit, & qo referatur. Interpretum sententia variantes expenduntur, falsisqe rejectis genuina statuitur. Vexilli erecti istic qis usus; ax Arnoldo Bootio; cujus Animadversiones qales. Verba Elihu Job. 33. 21. perpenduntur. Camii ac Jarri versiones rejiciuntur. Merceri ac Cevallerii avdacia reprehenditur. Num. 23. 3. שפי *clivum rectè reddi. Magistrorum expositiones minùs solida rejecta; unà cum putido de Balaamo clavdicante commento Talmudico. Dievsii pro planitie, sive convalle rationes refelluntur. Verba Syri Luc. 3. 5. expenduntur, pro Dievsio nihil facere ostenditur.* שפיא *in Targum Paræm. 15. 19. qid.* סלל & סלולה *qam habeant notionem.* שפה *Rabbinis* קלקל *expolire. Discutiuntur loca singula, in qibus vox* שפים *occurrit. Esaj. 41. 18. & 49. 9.* נגדין *Chaldæo non fluenta tantùm, sed & clivos sonare. Jer. 3. 2. 21. Idololatria in excelsis creberrima & luctus. Jer. 4. 11. Ventum non tam servidum, qalis in convallibus, qam rapidum, qalis in locis celsioribus, designari. Jer. 14. 6. Onagros siti vexatos, non coovalles, sed clivos petere, qo avram havriant liberiorem. Dievsius hic ex suis ipsius placitis refellitur.* Νάπη *Græcis qid. Pro Dievsio de Esaj. 51. 6. contra Interpretes in universum omnes consistitur.* כן *pediculus: unde* כנין *Exod. 8. 16. animalculum abjectissimum, uti & pulex 1 Reg. 24. 26. & 26. 20.*

IN capite prægresso de vocabulo חנף à tota ferè Interpretum cohorte ac consensione pene unanimi coacti sumus discedere. In isto eorundem coospirationem parilem de voce שפי & שפים adversus viri eruditissimi Ludovici de Diev commentum novitium, qod in *Animadversionibus* hujus *posthumis* Interpretum præcedentium expositionibus in adversum planè opposituro, creberrime inculcatur, sartam tectam tutari conabimur.

Esajas cap. 13. v. 2. grave admodum adversus Babylonem vaticinium ab his verbis orditur על הר נשפה שאו נס *super*, vel *contra montem nishpeh attollite vexillum.* ubi נשפה qid velit controvertitur, & ab interpretibus in partes disceditur. Verum ab iis ferè solis, qi *montis* nomine hoc in loco Babylonem volunt designari, adversus qam vexillum attolli jubeatur. *montem* avtem hi dictum avtumant, non qod in loco edito consisteret (in planitie siqidem sita fuerat Gen. 11. v. 2. 9.) sed qod turribus, palatiis, hortis pensilibus, ædificiis excelsis instructa *montis* instar habere videretur. unde & *montis* eidem appellatio tribuitur Jer. c. 51. v. 25. Verùm qi hactenus de *montis* notione consentiunt, de adjuncto epitheto, à se iovicem abeunt. Chaldæus על כרכא דיתבא שלוא *contra urbem*, sive, *arcem, qa tranqilla confidet.* (qalis Laish describitur Judic. 18. v. 27.) ex notione eâ, qâ in scriptis Talmudicis, sive Lingvâ Rabbinicâ ut Camius hîc loqitur, verbum שפה pro *qietum, sedatum, tranqillum esse* usurpatur. Nec aliud voluisse avtumo, Jairum qum eaponit, שקט ובוטח בשופי *qietum & tranqillitatis sua fidentem.* ita sumo potiùs, qam cum Pagnino, qi *in altitudine confidentem* reddit. qia שופי Talmudicis *qietem ac tranqillitatem* significat, atqe ita Jairus ipse usurpat in Comment. ad Num. c.

A 23. v. 3. qo loco τὸ שפי ait sumi לשון שופי ושקט *in qietis & tranqillitatis notione.* E Magistris Judæis alii, referente Abrahâ Esdraide, à נשף deducunt, qod *crepusculum* denotat. Hos secuti videntur Græci oonulli, qi Basilio testante, ἐπ᾽ ὄρους σκοτώδους reddidere, eorumqe vestigiis insistens Latinus Interpres vetus, qi *caliginosum* reddidit, de Babylone tamen an intellexerit, nec ne, havd constat; nec inter ejusdem patronos eâ de re inter se convenit, siqidem versionem hanc erroris manifesti arguentem Pagninum, objurgat seriò Oleastrius, & qo Helenæ
B Pontificiæ dignitatem sacrosanctam conservet, *montem obscurum* rectè dictum contendit, super qo adversus Babylonem erigendum esset vexillum, qo minùs Babyloniis per insidias occupandis innotesceret. Cæterum tam is à genuinâ vocis notione, qam & à Vatis ipsius mente qam longissime aberravit. At Sanctius versionem eandem παραφράζων, *Levate signum contra civitatem, qam nebula perpetuò & tenebra circumfundunt.* multasqe cum ipse, tum & Cornelius à Lapide, dictionis rationes incassum comminiscuntur, de confusione obscuritatis vel matre vel prole, de
C errorum caligine, de calamitatum tenebris, de nocte infavstâ, qâ urbs occupata, de vaporibus deniqe nebulisqe, qibus, ab amne, cum circumfluente, tum & interfluente, locisqe palustribus vicinis, jugiter obortis, ædificiorum culmina obvolvi, ac cooperiri perpetuò necesse fuerat: eodemqe trahunt & Jeremiæ illud c. 13. v. 16. ut idem sit הר נשפה isthic, qod הרי נשף h. e. *montes crepusculi*, illic. Verùm ista à Vatis utriusqe mente aliena sunt omnia, neqe avt in hoc Esajæ, avt in illo Jeremiæ loco civitas Babylonica appellatione alterutrâ illâ designatur.
D Græci vetustiores, ἐπ᾽ ὄρους πεδινοῦ, *in monte campestri.* Qod Procopius, γεώλοφον sive *collem*, eaponit. Ἐπὶ μετρίας ὑψῶν ... inqit ille, ... Cyrillus, Ἡ ... Io loco enim mediocriter edito trophæa constitui solebant, scilicet de monumento aliqo post Babylonem debellatam à victoribus erigendo vaticinium hic agere opinatus est uterqe. nec abscedit longè Basilius, sed mysticè pro more suo interpretatus. Et Theodoretus qidem qosdam ait affirmare, Ἐπὶ ὄρους ὁμαλοῦ κεῖσθαι τὴν πόλιν *In planitie montana, sive monte plano, sitam*
E *fuisse civitatem* Babylonicam. Nec alius reverà Hierosolymitanæ situs fuerat, qæ ideo צור המישר *rupes*, sive, *arx planitiei* dicitur Jerem. 21. 13. & ut nonnullis videtur etiam הר בשרה *mons campestris.* Ibid. cap. 17. vers. 3. Verùm subjungit Theodoretus, secùs istud se habere, ex eorum relationibus constare, qi loca ea αὐτόπται perlustrarint. Itaqe *montem* à dignitatis pristinæ culmine, *campestrem* à depressione futurâ dictam avtumat. A Syrâ avtem voce isti τὸ נשפי deduxisse videntur: qia שפי Syriacè pro *æqare ac complanare* usurpatur: unde & Cornelius à
F Lapide refert, versionem Syriacam hîc *calcatum*; hoc est, ipso interprete, *tritum, æqum, planum*; Arabicam, *calvum*, i. e. sine arboribus, habere. Atqe hæc fuerunt maximâ ex parte illorum interpretationes, qi de Babylone ipsâ dictum istud arbitrantur.

Cæterum plures, ac saniores etiam, pleriqe, non de Babylone ipsâ enunciatum hoc volunt, sed de loco qo vexillum erigendum jubetur, ad qod milites conveniant, adversus Babylonem in expeditionem profecturi. Hi avtem unanimi ferè consensu *montem excelsum* interpretantur. E
G Judæis Abraham Esdræ filius, *Rectum est*, inqit, *ut sit ex eadem stirpe cum* שפים *& sit è verbo forma Niphal: & significatio hujus* גבוה *excelsus. Eisdem vestigiis* insistens David Camius, נשפי נשה וגבוה *nishpeh*, i. e. *elatum & excelsum* sicut וילך שפי Num. c. 23. v. 3. & אפתח על שפים קנה qibus verbis loca duo confudit & commisit invicem. Qorum alter habetur Esajæ cap. 41. vers. 18. אפתח על שפים נהרות alter Jerem. cap. 7. vers. 29. ושאי דל שפים קינה qem alterutrum & Esdraides in animo videtur habuisse: de utroqe deinceps dispiciendi locus erit. Nec abscedunt Tigurina, Itala utraqe, Gallica, Belgica, Nostræ omnes. è Pontificiis etiam Pagninus, Montanus, Cornelius à Lapide. Reformatos enim, qi confertim huc concedunt, qorsum sigillatim recenseam?

avt Pontificios illos morer, qi versionem vulgatam, qamtumvis vitiosam propugnandi sacramentum suscepere?

E nostræ tamen religionis scriptoribus unus reclamat nuperrimè Vir Cl. & lingvarum orientalium peritissimus D. Ludovicus de Diev, qi verti postulat, (prout & supra memorati Græci) *super montem planum*; *adeoqe aptum*, inqit, *ubi exercitus instruatur & prælium committatur.* At verò neqe de prælio ineundo, neqe de exercitu instruendo istic agitur; sed de vexillo erigendo, ad qod confluant & conveniant, qi ad militiam nomina dare vel sponte voluerint; vel ex officio ratione aliqâ debito teneantur, sive in campo, sive alibi etiam posteà recensendi, exercendi, instruendi, priusqam in expeditionem avt prælium sub signis militaribus proficiscantur, qo allusum est, cum cap. 2. v. 2. tum & clarissimè cap. 18. 3. verbis illis, *ubi in montibus vexillum erectum fuerit.* Hoc avtem fine in locis eminentioribus, montibus, arcibus, turribus, vexilla erigi consvevisse, ex scriptoribus exteris qoqe luculentissimè demonstravit vir eruditissimus D. Arnoldus Bootius, in elaboratissimis suis illis *Animadversionibus sacris lib. 1. cap. 8. paragr. 7.* cujus dissertationem istic transcribere non est opus.

Sed de vocis significatione, ad Num. 23. v. 3. V. Cl. nos amandat, de qo infra videbitur. Interim Elihu dictum in Jobi historiâ cap. 33. v. 21. accuratiùs pavlò perpendamus, in qo verbum illud, cujus formæ levis participium hîc usurpatur, in formâ gravi passivâ reperitur. Verba sic habent יכל בשרו מראי ושפו עצמותיו לא ראו ubi de שפו uti legendum monent Massoretæ, qid velit, havd perinde coovenit. Siqidem è Judæis Magistris Esdraides & Camius exponunt, נשברו ונכתתו *confracta & contrita sunt*: ex Targum, qod huic affine habet, Exod. cap. 32. v. 20. Verùm illud à שפף vel שוף potius deduci nonnullis videtur. Levi avtem Gersonides (sed & Abraham Peritsolides & Judas, uti Pagninus affirmat, nevter enim ad manum adest mihi, & de altero ambigo) נגבהו *elevantur, attolluntur.* Jairus verò utrumqe conjunxisse videtur, ubi explicat כתותין יקומו *confracta exurgunt*: ita ossa confracta & comminuta, dum & situ sedeqe propriis depelluntur, exteriùs prominent produntqe se magis. Optimè Junius (qem & secuti sunt Piscator, Merlinus, & interpretes novissimi nostri) versum integrum sic reddidit. *Ut consummatur caro ejus à conspectu*; (sive, *ne possit conspici*, uti explicatius pavlò Piscator; vel, *ut non videatur*, *ut videri neqeat*, *ut non compareat* amplius) *& promineant ossa ejus qæ non videbantur.* Siqidem deficiente carne, ita ot nulla jam videri qeat, ossa extantia comparent necessariò, qæ carne obducta ante delitescebant. ossa verò confracta avt contrita visus sensum qi magis qam integra effugiant, ego neqeo comminisci. Nam qod Jairus לא ראו *non videntur*; exponit, *aspectum speciemqe decoram amittunt*; frigidum mihi sanè, nimisqe coactum videtur. Sed nec Merceri & Cevallerii avdaciam probaverim, qi pro שפו qod codices pleriqe שפי exhibent, שפי substitutum eunt, & *ossium contritio* reddi postulant.

Cæterùm excusso hoc loco, ad illum pergemus, in qo notionis novitiæ fundamentum præcipuum posuit è πάντ' Habetur is, uti supra monitum, Num. 23. 3. ubi de Balaamo cum Balakum regem ad holocavstum suum consistentem, moa rediturus reliqisset, dicitur וילך שפי Ea verba, vel verbum magis posterius, variè admodum ab interpretibus redditur, prout & ipse V. Cl. ex parte indicavit. Targum Onkelos, ואזל יחידי *& ibat unicus*, i. e. לבדו *solus*; ut Esdraides exponit, sed adjiciens simul שפי sic sumptum *fratre carere*, h. e. exemplo gemino destitui. Targum Hierosolymitanum, ואזל בלב שפי qod נכאה לב *percusso*, sive, *fracto*, *animo*, ex Jobi loco prænotato exponit Esdraides; sed & Judas, opinor qem & eodem referre Camius refert. Ita fuerit à שפה Chaldaico, qod cum שוף Hebraico, notione coovenit, uti supra monitum. At Targum Jonathæ, גחין כחויא *procepens serpentis instar*; de qo Genes. 4. 14. dicitur על גחנך תלך *super ventrem tuum incedes.* Ad qem locum respexisse Paraphrasten, nullus ambigo, h. e. ut ego existimo, *sensim, leniter*, qo modo a Talmudicis τὸ שפרה usurpari perhibetur: contra planè, qam Latinus Interpres Vulgatus, qi *velociter*, reddidit. Eodem concedit & Jairus, qi שופי ושקט *qiete & leniter*; עם סתיקותא *cum silentio*, sive *silens*, exposuit, à שנה qod in scriptis Talmudicis *qietum esse* significat. Talmudistæ, *clavdicans* qi hinc colligunt Balaamum pede altero clavdum fuisse, qia de eo dicitur, ibat שפי, qæ vox *clavdicationem simplicem*, sive *singularem* denotet; sicut שפיפון in Jacobi Testamento Genes. 49. 17. literâ geminatâ *clavdicationem duplicem*, qem locum de Sampsone intelligunt, qi fuerit tanqam Vulcanus alter, ἀμφιγυήεις, avt velut Mephiboseth נכה רגלים pede utroqe clavdus. Verùm ista sunt illorum mera figmenta & nugamenta frivola. Esdræ filius post recitata è Targumim illa; *Rectum est*, inqit, *ut sit ex eadem stirpe cum illo* קול על שפים Jer. 3. 21. & deest particula אל *ad*, sicut & Num. 11. 35. & 1. Annal. 21. 4. Camius qoqe in *radicibus* לשר אחר *ejusdem notionis* esse affirmat cum שפים Esajæ 41. 18. & Jerem. 4. 11. & cum נשפה Esajæ 13. 2. qod נבוה *excelsum* significet. nec diffitetur Vir Cl. Camium (qem Junius aliiqe pleriqe seqguntur) *ivit in clivum*, reddere. *At nos contra*, inqit, (imò contra, inqam, Critici: & qi illorum premunt vestigia interpretes nostri maximi ac peritissimi) *in vallem*, *sev planitiem.* Ita thesin oppositam habemus, κατανοῆσαι videamus. *Cum à Balako*, inqit, *in locum excelsum, sive montem esset constitutus, ubi sacrificium paraverat*, cap 22. v. 41. *res ipsa postulat, ut abiturus inde in occursum Domino, in vallem abiisse dicatur.* Verùm istud nihil est necesse. Ecqid enim obstat, qo minùs à montis jugo illo, in qo locus planus latusqe is ac spatiosus existeret, (neqe enim in montis vertice ipso, sive cacumine summo, sed nec in declivi latere aliqo, avt tot altaria erigi, avt tot sacrificia peragi, avt rex cum proceribus asseclis & sacrorum administris consistere poterant) ad clivum aliqem vicinum planitie illâ editiorem eminentioremqe secederet? Proinde noo incommodè Vatablus, *In clivum, i. e. in locum sublimiorem, aptioremqe, scilicet contemplationi.* Cui adjici potest, verosimilius multò videri, in clivum jugumve aliqod istiusmodi vicinum ascendisse, ubi solus à cœtu reliqo semotus, & ab aliorum conspectu secretus ageret, qam ut in vallem planitiemqe monti subjectam, qæ & obtutui & occursui patebat magis, descendisse videatur: *Sed favet*, inqit, *huic interpretationi lingva Syriaca*: ubi שפיא est *planities*, שפח *complanavit*, שפיא *planus*, *æqualis*, *rectus.* Hinc pro eo, qod Hebraice habetur Esajæ 40. 4. למישור *in rectum planumqe locum* & Græce Luc. 3. 5. εἰς εὐθεῖαν; Syrus habet לשפיא Hinc & LXX. וילך שפי verterunt, καὶ ἐπορεύθη εὐθεῖαν, *& profectus est rectâ*, *rectâ viâ*, *planâ viâ.* Qin & *David de Pomis tradit apud Rabbinos* שפח esse קלקל *lævigare*; & שפי esse שוה *æqale.* Verum & ad ista qæ regeri possunt non desunt. Primo itaqe ubi de vocabuli Hebraici alicujus notione qæritur, non sufficit, avt ex Syriacis, avt ex Talmudicis usum ejusdem adduxisse, nisi ex contextu Hebraico, in qo reperitur, significationis postulatæ, ratio probabilis saltem simul reddatur. Tum locum apud Syrum in Lucæ Evangelio ex Esajæ vaticinio petitum qod attinet, non probat omninò שפי avt שפיא apud Syros *vallem*, sive *regionem depressam* significare, qâ ea *monti*, avt *colli*, sive *clivo* opponitur; qod Avtor iste intendit, & molimine tanto contendit, oti supra indicatum est, & ampliùs etiam post videbitur. Nam nec Hebræa, nec Græca, qæ Syrus interpretatur, id poscunt, cum aliud planè sonent utraqe. Hebræa sic habent והיה העקב למישור qod & ipsum denuò repetitur, voce unicâ immutatâ, notione tamen retentâ eadem, cap. 42. v. 16. ומעקשים למשור & Græca pariter, καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, h. e. ipso vertente, *& erunt tortuosa in viam rectam.* Ecqid avtem hoc ad *montem* & *vallem*; nisi qod montibus intercepta via cogit qandoqe per ambages obliqè iter facere, ne montem intervenientem ascendere ac superare cogatur viator? Qin & istic τὸ εὐθεῖαν τῷ σκολιὰ opponitur; qo via non *depressa*, sed *directa* designetur; qod idem & in historiâ Balaamiticâ apud Græcos interpretes εὐθεῖαν

ἰθεῖαν πορεύεσθαι, ecqid est aliud, qam rectâ proficisci? qo modo Marcus Imperator Comment. *l.* 5. *Sect.* 3. & *l.* 10. *Sect.* 11. *ἰθεῖαν περαίνειν* dixit. Ecqid avtem obstat, qo minus qis vel in monte constitutus *rectâ progredi*, vel etiam clivum adversus *rectâ ascendere* qeat? Tantum verò ab hoc abest, ut שפי pro *valle* sumpserint, versionis illius qicunqe fuerint, avtores; ut modo ὄρος, modo νάπην reddiderint, uti mox demonstrabitur. Ita ad istos si appellaverit Vir doctissimus cavsâ cadere necesse est. Sed nec evincit qod ipse vult, si *complanare* Syris avt Talmudicis etiam τὸ שפה significet: qum tam in monte via complanata, qam in valle reperiri ac haberi possit. Et in Lucæ verbis exprimendis, etiamsi tam à Græcis, qam & ab Hebræis apertè recedat Syrus, qum vertit ועמרא לשפיא h. e. *& cumulus*, sive, *tumulus*, *in planum*, cum nec *tumulum*, nec *tumulum* vox alterutra vel Græca sonet, vel Hebræa: at nec Viri docti sententiæ firmandæ destinam validam satis suppeditat, cum *tumuli* tam in regionibus montanis, qam & in convallibus, tum deprehendi consverint, tum & amoveri qeant, qo & via plana, & iter viatoribus expeditius evadat. Facit huc qod Parœm. 15. 19. habetur, ubi in eo qod Hebraicè legitur, ארח ישרים סללה Targum pro סללה exhibet שפיא qod opponitur non viæ clivosæ avt montanæ, sed viæ (uti & Targum expressit) spinis ac carduis obsitæ. Noc *depressam*, sed *aggestam* potius *viam* vox Hebræa סללה & istic & Jerem. 18. 15. denotat, uti rectè utrobiqe Junius reddidit, idqe præeunte Abrahâ Esdræ filio, qi Jeremiæ illud monet respondere Esajæ illis סלו סלו המסלה *aggerate, aggerate aggerem*, h. e. inqit ille, הרימו התרמה *elevatione elevate*: astipulante etiam Camio, qi ad Jerem. 50. 26. observat סלל & מסלה ענין הרמה h. e. *attollendi notionem* ubiqe obtinere. Unde & Esajæ 49. 11. *per omnes montes meos viam dabo* (planam utiqe atqe expeditam, impedimentis immunem) ומסלתי ירמון *& aggeres mei attollentur*. Nec illud itaqe Viri eruditi cavssam juvat promovetve qicqam, etiamsi in *complanandi* significatu τὸ שפה Syris usurpetur. Et omnium minime, qod ex Davide de Pomis adducitur, שפה apud Rabbinos esse קלקל lævigare: ecqid enim est aliud קלקל illud, qam ferrum telumve aliqod polire atqe exacuere? Eccles. 10. 10. Ezek. 21. 26. hoc avtem sive ad *clivum*, sive ad *vallem* qid facit.

Verùm pergit Vir summus, & qasi re jam confectâ, *Neqe hic tantum*, inqit, *sed & alibi plurale* שפים *qod ex conjecturâ magis, qam ex certâ vocis significatione clivos & loca eminentia alii verterint; ipse planities ac convalles reddendum censet*.

Nos loca ea in qibus usurpata vox ea deprehenditur, sigillatim universa dispiciemus. Occurrit primus Esajæ 41. 18. in hæc verba אפתח על שפים נהרות ובתוך בקעות מעינות Verto, inqit, *aperiam in planitiebus fluvios*. Qod ex more nostri Prophetæ aliis verbis, sed in eodem sensu statim repetitur; *& in medio vallium fontes*. At qis non primo statim intuitu *convallibus* hic *montana* ex adversum constitui, ni Hypseâ cæcior sit, animadverterit? qod & particula על *super* monere prona fuerat: ut regionum distributione justâ factâ, nusqam locorum, sive in eminentibus, sive in depressioribus versarentur, aqæ subsidium amplum satis defore, fiducia daretur. Rectè itaqe non conjecturis nisi, sed luce clarâ è contextu ipso emicante adducti, vertere, *Aperiam in locis eminentibus flumina, & in medio convallium*, sive, *in convallibus mediis fontes*. Græci, Ἀνοίξω ἐπὶ τῶν ὀρέων (*in montibus*) ποταμούς. Est locus planè parallelus illi c. 30. v. 25. *Eruntqe in omni monte alto, & in colle qoqe edito rivi*. Ejusmodi utiqe locorum eò fit disertior mentio, qia ea aqâ maximè destitui assolent; nec ibi tacita itaqe ratio ulla svaserit, ubi de aqâ suis iter facientibus modis omnibus ubiqe abundè prospecturum se, fidem facere volebat.

Seqitur ex Vatis ejusdem c. 49. v. 9. על דרכים ירעו ובכל שפיים מרעיתם ubi rursus Vir doctus, *Super vias pascentur, & in omnibus, non, locis excelsis, sed campis, sive, planitiebus, pascuum eorum*. LXX. hic habent, Καὶ ἐν πάσαις τρίβοις ἡ νομὴ αὐτῶν *in omnibus semitis*, qod

A *planitiebus magis qam clivis convenit*. Verùm, ut nihil repetam, eosdem supra ἐπὶ ὀρέων, ubi vox eadem fuerat, vertisse; contextus seriem vir eruditus si consuluisset, aliud planè statuisset: mox enim, v. 11. subjungitur, *Redigam montes meos omnes in viam*; sive per montes meos omnes viam constituam; *& aggeres mei* (sive *via aggesta*, per qas scilicet iter populus facturus est meus) *attollentur*. Et ne qa oboriri posset dubitatio, ne aqâ destituti, siti laborarent, ubi per loca editiora transituri essent; vers. 10. *non siti*, inqit, *afficientur*; *qandoqidem qi miseretur eorum, per aqa-* B *rum scaturigines ducet eos*. Eos utiqe qibus per montes viam aperturum se supra promiserat: qibusqe prout in clivis editis montibusqe celsis flumina aperturum se loco prius indicato fuerat pollicitus, ita istic in eisdem tanqam gregi suo pascua qoqe non defutura pollicetur. Cum contextus ipsius series continua, tum & locorum parallelorum collatio, commentum novitium hoc istic respuunt & repudiant prorsus.

Cæterùm ambigi potest, unde factum sit, cum utroqe loco dicto, tum & alibi שפים Chaldæus exprimat per C נגדין cum vox ea pro *fluentis*, sive *fluminibus* crebetrimè usurpetur. Sic enim cap. 44. v. 4. dicitur על נגדין דמים *juxta fluenta aqarum*; & alibi pariter. Ut enim nihil dicam (qod & vir Cl. Buxtorfius observavit) qibusdam in locis, ubi in hac notione usurpatur, pro ד reperiri ר acsi à נגר qod *profluere* denotat, ortum habeat, qâ pro *flumine* sumitur, qia hoc ipso in Vatis loco versu proximè antegresso verbum נגר ipsum in *profluendi* notione usurpatum deprehenditur: sed & Dan. c. 7. v. 10. dicitur, נהר די נור נגד *flumen igneum profluens*. qanqam Schindlerus, D *ante stans*, qasi à נגד *ante*, *coram*: sed illud receptius. pro *collibus*, sive *clivis* qoqe eandem vocem freqenter adhiberi rectè observavit etiam idem Buxtorfius. Nec aliter sumi ratio patitur cap. 41. v. 18. ecqid enim aliud ibi esse potest, על נגדין נהרין? avt qis sensus foret, si diceretur, *Aperiam super fluenta flumina*? Cur avtem hoc nomine *colles* sive *clivi* designentur, ex Targumistâ ipso ratio desumi poterit, qi Jer. c. 4. v. 11. pro שפים dixit על רישי נגדין דמין *super capita fluentorum aqarum*: qia scilicet à collibus sive clivis, in qibus oriuntur, defluunt E illa.

Ad hunc avtem Vatem, Esajâ misso, transimus: Primus apud istum locus qi se oggerit, habetur cap. 3. v. 2. ubi Deum Judam scortatricem sic affatur שאי עיניך על שפים Hic vir Doctissimus ubi monuerat, verti solere, *Eleva oculos tuos ad loca excelsa*: Græcos avtem, εἰς εὐθεῖαν, sicut & Num. c. 23. v. 3. εὐθεῖαν, *rectâ*: Vulgatum, sicut & cap. 7. v. 29. qæ omnia ad ipsius mentem parum faciunt. Ipse verti postulat, *Eleva oculos tuos super planities*. At qicunqe ea qæ attexuntur, perlegerit, *Et vide ubi non stu-* F *prata sis*, simulqe animo perpenderit, qam freqenter passim *in collibus*, *in montibus*, in *excelsis* habitæ scortationes populo illi objiciuntur, næ ille pronus, opinor, in sententiam eam concedet, qæ שפים istic pro eisdem his accipiendum censuerit. Verùm enimvero non est opus ut longiùs istinc disqisituri divagemur, cum ad manum præsto sint loca duo insignia satis; alter capitis prægressi versû 20. alter hujus ipsius versu 6. ubi *montem qemqe excelsum* ascendisse dicitur, & *sub arbore qaqe virenti* ibidem scortationes suas exercuisse. Ut cum Vatem ipsum sui hac in par- G te interpretem habeamus; de vocis notione cur ambigatur, cavssæ nihil planè superesse videatur.

Seqitur capitis ejusdem versu 21. קול על שפיים ubi denuò vir doctissimus, *Vox super campos, sive planities*, avdita est. Vulgatus, *super vias*. Sed nec istic qicqam comparet, qod a recepta, & hoc in eodem capite supra deprehensâ notione recedamus: qum fletuum ac lamentationum vociferationes, tam in angustiis, qam & in luctibus gravibus, publicis præsertim, in locis celsioribus ac eminentioribus adhiberi solitas pateat, cum ex Esajæ cap. 15. ver. 3. & cap. 22. ver. 1. tum & ex hoc ipso Vate cap. 22. ver. 20. & cap. 48. ver. 38. Ejusdem rationis est locus ille alter, cap. 7. ver. 29. שאי על שפים קינה *Attolle super excelsa lamentationem*. At, *super campos*, vir

Cl. de qo plura his adjicere, avt prius dicta repetere, nihil est necesse.

Capite 4. 11. רוח צח שפים במדבר ubi qid Targom, est supra indicatum. Pagninus, *ventus siccus in excelsis locis.* Junius, *Ventus nitidus locorum eminentium. à locis eminentibus.* Piscator. At nos, inqit, vir Cl. *Ventus aridus convallium.* Rationem subjungit, *qia cum in convallibus radii solis reverberentur & conduplicentur, fit ibi ventus torridus & arefaciens.* Verùm advertere debebat ὁ πάνυ, ex eis qæ seqquntur, *non ad ventilandum, neqe ad purgandum*, non *ventum urentem* (etiamsi vulgatus צח perperam sic reddiderit) avt *torridum*, vel *rapidum* & *violentum* designari; non qi torreat, qomodo lenior assolet. Jon. c. 4. v. 8. sed nec qi purget, qalis is concitatior pavlò, qo frumenta purgari consveverint, sed vehementiorem utroqe illo & rapidiorem multò qi obvia qæqe dissipet, nec paleas duntaxat, sed cum paleis frumenta qoqe simul abripiat. ejusmodi avtem flatus in locis editioribus vires suas amplius explicat, liberius exerit, & exercet vehementiùs. nec sine ratione justà subjungi videtur, qod seqitur במדבר sive, *in deserto*, sive *in planitie* (qo modo vox ea sumitur Esajæ c. 63. v. 14. Thren. c. 5. v. 9.) vertere libuerit, siqidem nusqam avt vehementius sæviunt, avt violentiùs abripiunt & dispergunt ampliùs obvia qæqe turbines, qam è locis eminentioribus in planitie aliqâ sitis, ubi nihil occurrit, qod avt flatus vim infringat, avt dissipata continere qeat. Nec de loco illo c. 12. v. 12. ubi voces eædem occurrunt denuò, adjicere qicqam opus erit.

Restat locus unus isqe clarissimus, & qi nullo artificio eludi poterit, cap. 14. v. 6. Verba sic habent; *Etiamsi onagri consistunt* על שפים *ventum havrientes draconum instar, ad sitim utiqe sublevandum*, ut rectè Piscator, qi & ex Aristotelis, relation. mirab. refert, capras pariter in Cephaleniâ, cum qod bibant deest, ad avram sufflantem obversas hiantesqe vento refici. Atqe hinc sanè liqidissimè patet, & vox Hebræa שפים qid significet; & Targumista verbo נגדין qid velit. ubi loco τῶ שפים pro interpretamento usurpat. Ecqis enim sanus diceret, onagros siti affectos & enectos ferè *super fluenta* consistere ventum havrientes; cum aqæ utiqe qâ eam sedare possent, copiam amplam satis juxta haberent? Hymn. 104. v. 11. Posset hoc reverâ, non in *relationibus* locum obtinere, sed inter portenta stupenda meritò recenseri. Et Vulgatus ergò, licet alibi diverterit & deerrarit, istic rem ipsam propius accessit attigitqe cum reddidit, *steterunt in rupibus.* At & istic vir doctissimus aliorsum abit. LXX. inqit, ἐπὶ νάπας, *super valles.* Etymologus Græco-Latinus. Νάπη *saltus, vallis.* Hanc interpretationem lavdo, non hîc tantum, sed & alibi, cap. 4. v. 11. Hæc istic ille. Verum, ô Vir Cl. (liceat enim te pavcis compellare) cavssæ qam hîc agis, jugulum planè petunt, qæ eo, ad qem digitum intendis, loci, consultè minùs exciderant, *Ventum utiqe convallibus, à radiis solis reverberatis & conduplicatis, torridum fieri & arefacere.* Num ergo onagri æstu vexati sitiqe laborantes, aerem à radiis solaribus reverberatis torridum, nec calentem tantummodo, sed fervidiorem factum sectantur, eoqe qo potiantur, ad *convalles* se conferunt? esset & hoc reverâ inter prodigia cumprimis habendum. an potiùs (qod animantium etiam stupidissimo cuivis natura ipsâ stimulante, usu esse compertum habemus) liqidum frigidumqe avidissimè appetentes, ad *collium, clivorum, rupium, fastigia*, in qibus liberrimè spirare deprehendunt, planitie relictâ, sedulò connituntur? nemo, credo, qi non præjudicio mero totum abstrahendum atqe abripiendum se dederit, illud potius qam istud statuerit. Sed sic Græci interpretes, ἐπὶ νάπας, *super valles.* Atqi de versione istâ, non Græcorum dico, sed tuâ, litem movere non immeritò licet. Verùm Etymologicon Græco-Latinum nescio qod, sic. Et reverâ Glossarium à Stephano editum, Νάπη, *saltus, convallis.* Cui ex eodem Latino-Græco opponi posset, *saltuarius* ὀρεοφύλαξ, ut *saltus* nomine *montem*, si non designari, comprehendi saltem voluerit: *saltusqe* vocabulum tam *montana* qam *convalles* complectatur: unde & *saltus Pyrenæi* apud Cæsarem *Bel. Gal. l.* 5. leguntur. Sed de vocis νάπη significatu Etymologo an Glossatori ignoto isti, objicio Grammaticorum & Lexicographorum par nobile satis Hesychium & Svidam. Hesychius, Νάπη, ὕλη ἢ κοίλη ἢ ὀρεινὸς τόπος. Νάπη *sylva cavos recessus habens & montosus locus.* legendum, avt ἡ κοίλη, ut ad ὕλη respiciat, avt ἢ κοῖλος, ut ad τόπος referatur. Sic enim postea, Νάπη ὑλώδης σύμφυτος τόπος καὶ κοῖλος καὶ ὑδατώδης ἢ ὀρεινὸς τόπος. Νάπη *sylvosus natura consitus locus, & cavos recessus habens & aqosus & montosus locus.* Et rursus, Νάπαι, οἱ φαραγγώδεις τόποι, ἢ ἐν ὄρεσι τῶν πετρῶν κοῖλοι. Νάπαι *abrupti loci & petris cavi in montibus.* Svidas verò, Νάπος ἢ νάπη, ὀρεινὸς ὑλώδης τόπος. Νάπος *&* νάπη *montanus sylvosus locus.* Qibus adjicere liceret, ut Etymologo Etymologus, incerto incertus objiciatur, ex Etymologico magno (missis ridiculis, qas dat vocabuli notationibus) illa, qibus vocis νάπας significationem delineat; Σημαίνει δὲ τοὺς συμφύτους καὶ κατασκίους τῶν ὀρῶν τόπους ἢ τοὺς ὀρεινοὺς καὶ ὑλώδεις. *Significat vero natura consitos, & opacos montium locos, vel montanos & aqosos.* Ita summo consensu isti montibus potius qam vallibus τὰς νάπας καὶ τὴν νάπη accensent. qomodo & saltus, qos appellant Latini, tam in montibus qam in vallibus reperiuntur. Cum avtem Græci interpretes vocabulo isto eodem exprimant nunc Hebræorum גיאות qod *valles* sonat. Ezek. c. 6. v. 3. nunc גבעות qod *colles* significat. Esajæ c. 40. v. 12. nulla justa cavssa fuit, cur Vir Cl. istic *valles* potius qam *montes* avt *clivos* reddere præoptaret; præsertim cum subjectæ dictionis materiæ ex ipsius alibi observatis, ratio illud nevtiqam admittat. Signatissimo utiqe vocabulo usi sunt, si νάπη (sicut Grammaticis & Glossatoribus istis placet) *locum in montibus, sive clivis nemorosum ac arboribus instructum* designat. Ecqis enim locus idoneus magis, & ad solis ardorem torridum arcendum, & ad flatum liberiorem excipiendum, qi inter arbores locis editioribus consitas & confertas invicem, & convenire freqentior, & spirare vegetior ac jucundior assolet. Ita ex hoc ipso loco solo, si nullus alius daretur, & ex universis per paginam sacram totam, in qibus vox ista usurpata reperitur, multò magis accuratè perpensis, pro receptâ ejusdem sententiâ adversus Animadversorem eruditissimum statuendum videtur.

Cæterum qemadmodum adversus eundem pro interpretibus plerisqe hac in cavssâ constitimus; ita in voce alterâ eidem è contrario adversus universalem planè, qos viderim, interpretum consensionem calculum nevtiqam denegaturus sum meum. Esajæ 51. 6. sic legitur, *Cælum tanqam fumus evanescet, terraqe vestis instar inveterascet, & incolæ ejus* כמו כן *morientur.* Id pleriqe vertunt, *similiter, pariter.* Ita mera foret ταυτολογία, *ut sicut*, vel, *sicut sic*, (qale apud tragicum Græcum illud, αὖθις αὖ qod traducunt, & perstringunt comici) cujus exemplum geminum ex sacro codice toto an dari possit ambigo. At Dominus de Diev: *Et habitatores ejus ut pediculus morientur.* Etsi enim, inqit, alibi non inveniatur, nisi in plurali כנים Exod. 8. 16. 17. 18. qia nempe usu non veniebat, de uno *pediculo* agere, tamen est singulare ejus כן cujus mentio videtur hoc loco optimè convenire. Et optime reverâ convenit, ut distinctum ac discretum à collatis ante positis aliqid statuatur, *tanqam pediculus*; sive, *pediculi instar. Pediculus*, ut *pulex* 1 Reg. 24. 26. & 26. 20. pro animalculo vilissimo atqe abjectissimo, & qi isto etiam facilius necetur. In hujus itaqe sententiam promptus admodum pronusqe hîc pede utroqe concedo.

CAPUT XXIV.

Esaj. 55. 1. ad aqas, *qid velit. Dona spiritualia* aqarum *nomine venire non videri:* apud aqas, *non* aqarum, *sed* vini lactisqe *mercimonia institui: imago ea unde sumpta. Sitis nomine* esuriem *qoqe contineri. Qo modo* τὸ ποτίζειν *τὸ σιτίζειν* 1 *Cor.* 3. 2. *comprehensiones pariles Gen.* 31. 46. 1 *Cor.* 12. 13. *Sitis esurie vehementior affectus.* שבר *forma*

mâ emere alterâ, alterâ vendere: prout distrahere Latinis. Id unde natum sit. Emite & edite, pro emite ut, sive, qod edatis. Syntaxis ejusmodi exempla plura. Emere absqe pretio, qomodo dicatur. Ἐναντιοφανὲς istud qibus rationibus solvant pleriqe. In sacrâ paginâ vendere simpliciter pro tradere; emere pro comparare qoqe modo, usurpari. Esaj. 62. 3. עטרה & צניף qomodo יד & כף idem valent; licet notione ac notatione primaria ac peculiari distincta. עטרה Διάδημα, à עטר ambire, cingere, qid propriè fuerit; tag nostrum à ῥάκ@. כתר idem, unde κίδαρις, à כתר cingere. צניף τιάρα, à צנף involvere. Tiaram rectam apud Persas Rex solus gestabat, inclinatas reliqi. At apud Scythas erectas qilibet: ἀπηγεῖ Herodoto qid velit. Tiaram, qa & ταινία cingebat & revinciebat diadema. Causiæ usus ordinarius; ac in Macedones productum. In ornatu Pontificali נזר à מצנפת distingvitur, & ab inferiorum sacerdotum מגבעות distingvit. Mitra ea Plutarcho dicta, nec mulierum nedum meretricum peculiaris. Salmasio medelam Maro Festusqe debent. Et נזר & μίτρα insigne regium. Μίτρα qid propriè: & avrea ea & area; idem propriè qod diadema. צניף מלוכה qid sit. Corona regalis, non una; qam qavis occasione in publicum prodeuntes gestare solent, & qam in pompa solenniore, vel ad prima regni auspicia. Corona in manu, qi dicatur. Abraba commentum de gentibus, apud qas Corona in manu, non in capite gestetur, explosum: nec admissum Sanctii de coronis in anaglymmatis, aut de annulorum armillaribus delitiis. Coronæ avreæ in Templo. Coronæ in ædificiis, in columnis, in altaris ambitu, unde dicta. Serta frontem, cervicem, pectus cingentia, coronas dici; pariqe ratione annulos posse: sed ad coronam regni insigne nihil ista. Ejusdem de נקב verbo subtilitas refellitur. Foreri item explicatio in manu Dei, pro apud Deum simpliciter, rejicitur. Nec admittitur Cappi, qem seqantur nostri nonnulli; de Dei manu in populi sui capite coronam tenente; cujus in tutelam eam ipsi dederint. Sed nec illorum qi coronam manu tenere volunt Deum, vel Christi, vel suo capiti imponendum. Sensus genuinus, qem Grotius indicat, statuitur, ut bet efficientis notionem habeat, manus Dei, pro operibus in populi gratiam præstitis, corona pro honore summo & decore eximio sumatur. Esaj. 62. 5. qaritur, qomodo Sionis liberi Sionem maritare dicantur. Qum Natura legi repugnet, ut matrem ducant liberi. Clavdii commentum callidum, Salomonico non absimile. Cameli, & eqi, matres suro remuentes. Deus Ecclesia sua maritus. Versio Græca discutitur, Latina itidem. Sanctii explicatio rejecta. De Magistratibus qi exponant; qi de episcopis; qi de populo; qibusqe rationibus: ea omnes discussa & rejecta. συνοικεῖν qi usurpatur. Rex reipublica maritus. Ministri verbi paranymphi. Γαμίσκειν ab ὀαγαμίζειν aliud. In figurato sermone relationes qandoqe varia, qa in rebus ipsis simul nevtiqam consistunt. Discutiuntur itidem nec resipiuntur versiones, antiqissima nostra, Piscatoriana, Gallica, Junana, Dewsiana utraqe. Elohim pluralibus junctum. Copulativa pro collationis redditivâ. Particula inter verba affixa elisa. Pronominum pleonasmus freqens. De verbis indefinitis pluralibus, qæsitum. בעל qid primariò sonet. בעל nominis usus laxus latusqe. De conjugio usurpata vocabula ista qid proprie designent. Qâ ratione commodissimè hîc accipi qeant. Γαμεῖν & ἔχειν, qid distent. Verborum versio nova data; eaqe ex contextus serie firmata.

LEviusculum est qod dicturus sum, sed qod interpretes pleriqe minùs animadvertisse videntur. Esajæ 55. 1. Vates ab his verbis orditur: Heus, qisqis est sitiens, ad aqas accedat, etiam cui pecunia non est; accedite & emite qod comedatis; accedite, inqam, vinum & lac absqe pecuniâ, & absqe pretio empturi. Ubi aqarum nomine, dona spiritualia venire opinantur pleriqe; aqas illas interpretati qas ex puteis salutaribus haustum promittuntur, c. 12. v. 3. vel aqas illas vivaces & vitales, qas suis exhibiturum se Chri- A stus pollicetur, Joan. c. 4. v. 10, 14. & c. 7. v. 38. Apoc. c. 21. v. 6. & c. 22. v. 1, 17. Calvinus ipse, Aqarum, lactis, vini nominibus omnia comprehendi, qæ ad vitam spiritualem necessaria sunt. De vino & lacte assentior, bonorum qorumlibet affluentiam designari, qæ ad vitam vel præsentem festivè transigendam; vel futuram etiam adipiscendam conducant: de aqis non accedo. Ad aqas enim hîc nihil aliud esse existimo, qam ad rivum, ad amnem: qo modo Gedeon ex Dei præcepto dicitur milites suos ad aqas deduxisse, Jud. c. 7. v. 4, 5. Siqidem non ad aqam, sed B ad lac vinumqe emendum advocantur; nec in aqâ; sed apud aqas coëmenda illa inventuri erant. Est imago ab illorum ritu petita, qi juxta amnem sita oppida pagosve cum incolant, per amnem vecta ubi navigiis appulsa fuerint mercimonia, eo, signo jam adesse dato, se confestim conferunt, ut mercibus, qibus usus est, necessariis se instruant, ac indigentiam suam suppleant.

Sed nec magni sunt momenti, qæ vel de voculis, vel de syntaxi adjecturus sum. Primò sitis nomine esuriem etiam contineri. docet id & subjunctum comedendi verbum, C & panis mentio versu proximo subjecta. Sitis verò nomine affectus oterqe comprehenditur: qia ea & vehementior & urgentior videtur; famesqe qam sitis facilius toleratur, qin & esuries potu compescitur, qum cibo sumpto tantum abest, ut sitis restingvatur, ut intendatur atqe incendatur magis. Videantur Plutarchi de his dissertationes problem. convival. l. 5. cap. 1. & 3. Nec secus comedendi, qod seqitur verbum, etiam bibendi notionem unâ complectitur, cum ad vinum etiam respectum habeat. sicut vice versâ τὸ ποτίζειν, etiam τὸ σιτίζειν includit simul in dicto Apo- D stolico ad Cor. Ep. 1. cap. 3. vers. 2. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα καὶ οὐ βρῶμα· Lac vobis potandum, non cibum (comedendum utiqe) dedi. Pariqe ratione comedendi verbum sumendum, ubi de epulo instituendo sermo habetur Genes. c. 31. v. 46. qo modo & Apostolus cœnam sacram à parte alterâ potu nimirum, συνεκδοχικῶς descripsit ad Cor. Epist. 1. c. 12. v. 13. Tum qod dicitur, שברו ואכלו emite & edite. Verbum שבר primâ notione frangere, sive in frustula & minutias (unde & [illegible] nostrum) confringere & comminuere denotat. Qum avtem, qi institoriam exer- E cent, οἱ παλιγκάπηλοι, qæ integra & solida coëmerint, qo pluribus plurisqe postea divendant, particulatim diducere, & in portiunculas minores dividere consveverunt, inde natum, ut שבר Hebræis notione secundâ in formâ alterâ pro emere, Gen. c. 41. v. 57. & c. 42. v. 3. in alterâ pro vendere usurpetur. Gen. 46. 6. Amos c. 8. v. 5, 6. qo modo & distrahendi verbo utuntur Latini. Ita enim de Vespasiano cap. 16. Svetonius. Negotiationes qoqe vel privato pudendas propalam exercuit, coëmendo qædam, tantum ut pluris postea distraheret. Syntaxis verò, emite & F edite: h. e. emite qod edatis, vel emite ut edatis; ut sit, qo vesci ac nutriri probè possitis: non est illis in sacrâ paginâ familiaribus & freqenter occurrentibus dispar, Gen. 42. 18. Hoc facite, & vivite: pro eo, qod est, ut vivatis. Balak surrexit & belligeravit: hoc est, belligerandi animo, ut belligeraret, Josh. c. 24. v. 9. neqe enim qamvis id agendi avidissimus, unqam tamen ausus est. Judic. 11. 25. Sed & Jerem. 29. 5, 6. Ædificate domos & habitate; h. e. ut habitetis, vel, qas incolatis. Et hortos plantate, & comedite fructum eorum, h. e. ut fructum eorum, G sive, qorum fructus comedatis. Ducite uxores, & gignite liberos: h. e. ut, sive, ex qibus gignatis. Et rursus; Liberis vestris conciliate, & gignent liberos; hoc est, ut gignant. & multiplicamini istic & ne minuimini, i. e. ut multiplicemini & ne minuamini.

Verùm ista mitto, ut obvia satis. Nodus superest, in qo solvendo se torqent interpretes. ἐναντιοφανὲς enim subesse videtur, qum dicitur; emite, & absqe pretio ullo, tamen subjicitur. certè qod gratis tribuitur, non emitur. emptio siqidem omnis pretium, si non justum, aliqod saltem inter ementem & vendentem, qod utrimqe conveniat, & conveniat, præsumit. Atqe hîc qo se extricent, laborant interpretes, & qo concilient, qæ adversa sibi invicem videntur; coemi qidem ista dici volunt, qia etiamsi

pretu-

A *pecunia*, avt *pretium* illiusmodi oullum exigatur; aliqid
tamen ex eorum parte, in qos sunt eroganda ista, præstan-
dum reqiritur: nempe, ut *ad amnem*, sive locum conve-
niant, ubi ea habenda prostant; vers. 1. ut eum *adeant*,
à qo exhibenda; vers. 3. ut *avdiant*, *avscultent*, *obedien-
tiam adhibeant*, vers. 2, 3. Addunt, aliqid insuper depo-
nendum ac dimittendum exigi, qo consequantur ista, tam
actus utiqe qam & affectus vitiosos, vers. 7. imò eo posse
rem devenire, ut universus planè, qæ qis habeat, nec
tantum vitæ præsentis instrumentis commodisqe qibusqe,
B sed & vitæ ipsi qoqe renunciare necesse sit, qi bonorum
istorum compos esse voluerit. Videantur qæ Christus ipse,
Mat. 13. 44, 46. & 16. 24. 25. & 19. 21. Luc. 14. 26, 33.
qæ de se Apostolus ad Philip. 3. 7, 8. *Pretium* certè nev-
tiqam contemnendum avt exiguum & ille poscere, & iste
dependisse videatur: nec enim ista ratione aliqâ verè sic di-
ci negandum esse. Verùm ista omnia ut concedantur gra-
tis, tamen donari ac citra pretium exhiberi nihilo minùs
verè affirmari posse. Neqe enim conditionem omnem
muneri alicui conseqendo necessariam, obstare, qo mi-
C nùs id gratuitum existat. Instantiæ dantur, in Principis
eleemosynis, qas qi velint, eleemosynarium in Basilicâ
agentem stato tempore adire necesse habeant: in studiosis,
qi impensis publicis in scholis illustribus, qo literati eva-
dant, aluntur qos tamen studiis incumbere & invigilare
oporteat, qo finem eum conseqantur. In ægroto, qem
medicus gratis invisit, curat, cui gratis consulit, prospi-
cit, media qæqe necessaria subministrat; qi tamen si vale-
tudinem asseqi velit, medici præceptis præscriptisqe per
omnia obseqi necesse habeat. Perinde ergò & istic gra-
D tis exhibita multis rationibus verè dici: qæ Dei nomine
Vates sub conditionibus subjectis exhibenda pollicetur. Si-
qidem 1. Nihil exigi, qod largienti prodesse qeat. Jobi
22. 2, 3. & 35. 6, 7. Hymn. 16. 2. 2. Qicqid exigitur,
id ipsum in bonum ipsorum concedere, à qibus ex-
igitur: Devt. 5. 29. & 6. 24. & 10. 13. & 30. 16, 19, 20.
Prov. 9. 12. 3. Qicqid exigetur, officii ipsorum esse,
ut ex debito præstetur, etiamsi nihil præmii proponeretur.
Luc. 17. 10. 4 Nihil qenqam reposci, qod non ipsius
sit, qi id poscat. 1 Annal. 29. 11, 12, 14, 16. Job. 1. 21.
E 5. Qicqid id qod dimittitur existat, nihil esse, præ illis
qæ inde comparantur. Rom. 8. 18. 2 Cor. 4. 17, 18. 6.
Dimitti ea, non amitti, cum fœnore multiplici ac copio-
sissimo denuò restituenda. Marc. 10. 29, 30.

Et hæc qidem omnia veritati consentanea esse, inficias
iturum vix pium qenqam existimem. Cæterùm minore ne-
gotio, tolli posse τὸ ἐναντιοφανὲς opinor, si lingvæ sacræ
paginæqe sacræ usum perpenderimus. In ea siqidem *vendi-
tionis emptionisqe* vocabula laxiore minusqe propriâ notione
usurpantur. Etenim *vendi* dicitur, qod simpliciter *datur*,
F *traditur*, *dimittitur*, etiamsi pretii nihil prorsus intercedat.
Ita Deus populum suum *in hostium manus*, modo *vendidis-
se*, Devt. 32. 30. Jud. 3. 8. & 4. 2. modò *tradidisse* dici-
tur, Jud. 2. 14. & 6. 1. Hymn. 106. 41. idqe pretio nullo
ab eis accepto, qorum in potestatem tradiderat, Hymn.
44. 10. Pari avtem planè ratione & *emere* simpliciter laxe-
qe admodum pro accipere, *acqirere*, *comparare*, *conseqi*,
qacunqe ratione id fiat, non minùs familiariter ac freqen-
ter usurpatum deprehenditur. Sic enim Parœm. 23. 23. di-
citur. *Emito veritatem* (ita verti postulat *vendendi* adjun-
G ctum ἀντίθετον) *ac ne vendas*, (hoc est, *ne dimittas*) *emi-
to*, inqam, *sapientiam*, *& erudisionem & prudentiam*. Qod
idem & ibidem habetur c. 4. v. 5, 6, 7. Sed & in Apoca-
lypsi Christus Ecclesiæ Laodicensi Præfecto Angelo, cap.
3. v. 18. Συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ, &c. *Consulo ti-
bi, ut à me coemas*, i. e. *à me tibi compares*. Cum tamen
Christus institor nullus sit, sed suis ac Ecclesiæ suæ, qam
reverâ pretio ingenti & inæstimabili, sangvine nempe pro-
prio, comparavit ac coemit sibi, Act. 20. 28. 1 Cor. 6.
20. & 7. 23. 1 Pet. 1. 18, 19. Apoc. 1. 5, 9. omnia ad vi-
tam ac salutem necessaria, sicut amplissimè, ita & qam
maximè gratuitò, largiatur. Matth. 10. 8. 2 Pet. 1. 3.

Ἐναντιοφανὲς istud postqam sustulisse visi sumus, ad *aeiv-
nam* minusqe (uti videri possit) congruentia qædam per-

A gemus, qæ codicis ejusdem cap. 62. v. 3. & v. 5. reperiun-
tur. Horum priore loco Hebraica sic habent, והיית עטרת
תפארת ביד יהוה וצניף מלוכה בכף אלהיך *Erisqe dia-
dema speciosum in manu Jova, & tiara regia in manu Dei
tui*. Sionem, sive Jerusalem Vates alloqitur. qomodo
vice versâ de ejusdem reliqiis dictum cap. 28. v. 5. יהיה
יהוה צבאות לעטרת צבי ולצפירת תפארה לשאר עמו
*Jovam ipsum futurum in tiaram decoram, & in coronam spe-
ciosam reliqiis populi sui*. De vocibus qidem duabus, qi-
bus ornamentum an coronamentum istud istic describitur,
B ut laboretur multum, minùs est necessarium, qum sicut
יד & כף qarum licet altera *manum*, altera *volam* propriè
denotet, rem tamen unam eandemqe designare hoc loco
ambiguum non est; ita vocabulis עטרת & צניף idem
plane constet hoc loco intelligi, (qomodo etiam loco al-
tero illo, nominibus צפירה & עטרת) *insigne* utiqe *re-
gium*, *ornamentumqe regium* ac rege dignum, qod in capite
gestare consvevit. Cæterum cum ex utriusqe origine &
diversos habere natales, & notâ aliqâ à se invicem distin-
gvi videantur, de utriusqe genuino proprioqe significatu
C ac notione dispicere havd inutile prorsus fuerit: eo magis
qia vir ille magnus Carolus Paschalius, in accuratissimo
illo, qod *de re coronariâ* composuit tractatu, in vocabula
Hebraica inqirere, lingvæ forsan minùs sciens, prorsus
neglexerit. עטרת itaqe proprie denotat, qod Græci Δι-
άδημα, sed & Latini *diadema* nuncupant. ortum enim ha-
bet à verbo עטר qod *ambire* sive *cingere* significat: prout
usurpatur Hymn. 5. ver. 12. & 103. ver. 4. Nec alia reverâ
fuerant antiqitus Διαδήματα, qam *vitta*, *fascia*, *tænia*,
redimicula, *strophia*, ornatu notâve aliqâ peculiari insigni-
D ta. Patet hoc ex historiâ Mithridaticâ, ab Appiano par-
tim, partim à Plutarcho conscripta. De Pharnace siqidem
Mithridatis filio in *bello Mithridat*. p.248. narrat ille, cum ad-
versus patrem conspirationem iniisset, *fascia* avtem istiusmo-
di qâ coronaretur ad manum nulla foret, βύβλον πλατεῖαν
φέροντα ἐξ ἱεροῦ τινὰ στεφανῶσαι αὐτὸν ἀντὶ Διαδήματος, *mili-
tem qendam è templo vicino petito junco latiusculo, qod diadema-
tis vicem haberet, revinctum coronasse*. Ille in *Lucullo* p. 503. A. B.
refert, Monimam Milesiam, nullis potuisse avt blanditiis,
avt minis, avt muneribus etiam induci, ut Mithridati ob-
E seqeretur, μέχρις οὗ γάμων ἐγένοντο συνθῆκαι, καὶ διάδημα
πέμψας αὐτῇ, βασίλισσαν ἀνηγόρευσε, *donec pacta nuptia-
lia essent confecta, missoqe rex diademate* (qod nec animo
lubenti admisit illa) *reginam eam renunciasset*. *Diadema*
avtem istud qod qaleve fuerit, inde promptum est collige-
re, qod cum à Rege jam despondente certoqe defungen-
di, nuncium accepisset, ut neci pariter, qa sibi ipsi vide-
retur, se daret, ἀφελομένη τῆς κεφαλῆς τὸ Διάδημα, τῷ
τραχήλῳ περιῆψε καὶ ἀνήρτησεν ἑαυτήν, *detractum capitis dia-
dema collo aptavit, eoqe se suspendit*. Adjectis, cum rum-
F peretur, nec desiderio responderet (ne *fasciam* qis aliam
aliqam suspicetur) verbis illis, Ὦ κατάρατον ῥάκος, οὐδὲ
πρὸς τοῦτο χρήσιμον ἔσῃ. *O execranda lacinia, an fascia*,
(nos optime redderemus, Thou accursed rag, siqidem à
Græco ῥάκος descendit rag nostrum) *nec ad hoc qidem
usui futura es mihi?* Hinc illud Senecæ Epist. 80. *Vides il-
lum Scythiæ Sarmatiæve Regem, insigni capitis decorum. si vis
illum æstimare, totumqe scire qalis sit, fasciam solve, mul-
tum mali sub illâ latet*. *Diadema* ergo qid sit, istinc disci-
mus, cui originis ratione respondet Hebræorum cum
G עטרת qod hoc loco usurpatur, tum & כתר eorundem.
Est. c. 1. v. 11. & c. 2. v. 17. (unde κίδαρις Græcum
profluxit) prout sono ita notatione & notione nativâ prio-
ri illi affine. sicut enim עטר ita & כתר *cingendi ac circum-
dandi* significatum pariter habet. Judic. c. 20. v. 43. Hymn.
22. v. 13. At צניף *pileo*, avt *galea* propior, id coro-
namenti genus propriè denotat, qo non *tempora* duntaxat
cinguntur, sed *caput* integrum *involvitur*, illam nostri *coro-
nam apertam*, istam *clavsam* a close Crown, nuncupant.
צנף enim verbum, unde ortum habet, *involvere* signifi-
cat, Lev. c. 16. v. 4. Esajæ c. 22. v. 18. itaqe *tiaram* hanc
potiùs (cum versione Gallicâ) qam *cidarim* (cum Tre-
mellio & Junio) verterim, qia *cidaris* τῷ כתר respondeat.
Qanqam avtem promiscuè ista usurpari nullus negaverim,

est

est tamen ubi à se invicem distingvant, & secernant scriptores, uti mox videbitur. Et qemadmodum *diadema*, sive *vitta*, sive *fascia*, regiæ dignitatis index, erat notâ aliqâ peculiari ab aliis qibusqe distincta; pari modo & *tiara* apud Persas, qæ majestatis insigne exitetat, ab aliorum *tiaris* (Persæ siqidem, nec satrapæ, duces avt magnates soli, sed & alii pleriqe *tiaris* induebantur uti Herodotus lib. 3. testatur) in hoc distabat, qod reliqæ *depressiores*, inflexæ, inclinatæ, incurvæ, regia sola *recta*, sive *erecta* existeret. Hesychius, Τιάρα, ἡ λεγομένη κυρβασία, ταύτῃ δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο ὀρθῇ. οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐπικεκλιμένῃ. *Tiara dicta pileus acutus. Illa Persarum reges soli utebantur recta; duces vero inclinata.* Ex Clitarcho Aristophanis ad aves Scholiastes, Πᾶσι Πέρσαις ἐξῆν τὴν τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθήν. μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο. *Omnibus Persis licebat tiaram ferre, sed non rectam. Soli vero Persarum Reges rectis utebantur.* Etymologus, Τιάρα, κόσμημα ἐπικεφάλαιον, ὃ οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὸν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις. οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην. τὸ δ' αὐτό φασιν εἶναι τὴν κίδαριν. *Tiara ornatus capitis, qam soli Persarum Reges rectam portabant: duces vero inclinatam. Illam vero dicebant esse cidarim.* Svidas itidem eisdem cum Etymologo verbis, adjecto tantùm Theophrastum in scripto *de regno Cypriorum*, *cidarim à tiarâ* diversam facere. Narrat idem ex Plutarchi *Histor. l.* 11. Demaratum Laconem à Xerxe, qicqid liberet, petere jussum, ᾐτήσατο ἐν ὀρθῇ τῇ τιάρᾳ εἰς Σάρδεις εἰσελάσαι. i. e. *petiisse, ut Sardes curru vectus intraret rectam capite tiaram gerens, qod solis datum regibus.* Seneca *de benefic. l.*6. *c.*31. Plutarchus in *Artaxerxe p.*1024. E. planè cidarin cum tiarâ eandem facit, ubi Artaxerxem refert Dario filio in regnum cooptato τὴν καλουμένην κίταριν ὀρθὴν φέρειν dedisse. Unde ad Darium Tiribazi vox illa, ὡς οὐδὲν ὀνίνησιν ἡ κίταρις ἑστῶσα περὶ τῇ κεφαλῇ τοὺς ὑφ' αὑτῶν μὴ ζητοῦντας ὀρθοῦσθαι τοῖς πράγμασι. h. e. *nihil eis prodesse cidarin in capite rectam consistentem, qi rebus gestis erigere semet ipsos negligunt.* Hinc & Tissaphernæ ad Clearchum Græcorum ductorem illud, apud Xenophontem *expedit. Cyri. l.* 3. Τὴν μὲν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστιν ὀρθὴν ἔχειν, τὴν δὲ ἐπὶ τῇ καρδίᾳ ἴσως ἂν ὑμῶν παρόντων καὶ ἕτερος εὐπετῶς ἔχοι. *Tiaram erectam in capite habere Regi qidem soli licet; at vos dum hîc agitis, alius qispiam forsan in corde facilè habere poterit.* Cui nec dispar illud Mithropavstæ ad Demaratum aculeatum satis dictum, Αὕτη μὲν ἡ κίδαρις (κίδαρις f.) οὐκ ἔχει ἐγκέφαλον ὃν ἐπικαλύψει. σὺ δ' οὐκ ἔσῃ Ζεὺς ἂν λάβῃς κεραυνόν. *Cidaris ista non habet qod operiat, cerebrum; tu verò, nec si fulmen sumpseris, Jupiter es futurus.* Plutarchus in *Themistocle*. In hoc ergò a Sacis sive Scythis distabant Persæ, qod illi Xerxi militantes, περὶ τῇσι κεφαλῇσι κυρβασίας ἐς ὀξὺ ἀπηγμένας ὀρθὰς εἶχον πεπηγυίας, *circum capita habebant κυρβασίας*, sive, *tiaras, in acutum*, sev *apicem desinentes, rectas*, sive *erectas consistentes*. Herodot. l. 7. qod *in apicem acutum desinere* dixit, hoc est, qo à pileo generatim sumpto κυρβασία, sive *tiara*, affinis alioqi (unde & appellationes eæ qandoqe promiscuæ) distingvitur. Galenus in Lexic. Hippocrat. κυρβασίην, πῖλον ὀξύν. Et Hesychius, Τιήρη, τὸ ὀξύ. Πέρσαι, *erectas* verò qod *consistere* dixit, hoc à Persicà κυρβασίᾳ, sive *tiarâ* distabat. Persæ siqidem in eodem exercitu, sive duces ac tribuni, sive milites gregarii, περὶ τῇσι κεφαλῇσι εἶχον τιάρας, καλεομένους πίλους ἀπαγέας, *circa capita habebant tiaras, qi & pilei vocantur* (sed *in acumen*, uti supra qod pileis non est usqe adeo solenne, *desinentes*) *non recta consistentes*; qo modo Scytharum sive Sacarum illæ. Malè enim Valla *impenetrabiles* reddidit; qod nec Stephanus animadvertit, sed correxit ad Solinum Salmasius: & monere poterat adversa tiaræ Scythicæ ratio, qæ ὀρθὴ πεπηγυῖα mox dicitur. Scytharum ergò *tiara erecta*, Persarum *inclinata*. Cæterum qod Aristophanis Scholiastes εἰς τὸ μέτωπον προβεβλημένας, *in frontem prominentes* de *tiaris Persicis* dixit, id verò veritati minus consentaneum videtur. Qum è contrario Plutarchus in *Præcept. politic.* denarret, hoc eis septem eorumqe posteris, qi in Magorum cædem conspiraverant, privilegii honorifici loco peculiariter concessum, εἰς τὸ μέτωπον ἐπινεύουσαν τῆς κεφαλῆς τὴν τιάραν φορεῖν, *ut tiaram in capitis partem anteriorem inclinatam gestarent.* Cujus etiam concessi rationem subjungit; qia utiqe ex condicto tiaris illis præter morem usitatum ita dispositis ad facinus id exeqendum processerant. Sed Polyæni, qi hoc idem commemorat, Darioqe commentum hoc tribuit, *Stratagem. lib.* 7. *cap.* 11. *sect.* 2. verba rem ipsam clarissimè explicant. Συνεβούλευσε, inqit, παραδεσμὸν, ὃ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν ἀποσφίγγει τὴν τιάραν, αὐτοὺς εἰς μέτωπον περιαγαγεῖν. h. e. *consilium dedit, ut tiaræ vinculum*, sive, *nodum, qod à capitis parte posticâ eam constringit frontem versus circumducerent*; qo ubiqe cum in tenebris res ageretur tiarâ à fronte contrectatâ socios suos ab aliis qibusqe dignoscere possent. Verùm cum Persis reliqis tiaræ retrorsum, Magicidis solis eorumqe posteris ex privilegio peculiari prorsum inclinatæ haberentur, restat ut regibus solis recta gestaretur. Hinc apud Xenophontem *Institutionum Cyri l. lib.*8. Cyrus avlâ egreditur, ὀρθὴν ἔχων τὴν τιάραν, *tiaram rectam gerens in capite*, qam tamen ut à *diademate* diversam notis subjungit, ἔχων καὶ διάδημα περὶ τῇ τιάρᾳ, *diadema circa tiaram habens*; qo ea utiqe revinciebatur. Qod avtem τιάραν Xenophon, idem καυσίαν appellat Ephippus apud Athenæum lib. 13. ubi de Alexandro post devictos Persas horum indutum imitante, καὶ τὴν καυσίαν ἔχοντα τὸ διάδημα βασιλικόν, *& cavsiam, qa diadema regium habebat, gestans.* Qin & de eodem Arrianus lib. 7. pag. 491. per paludes Babylonias naviganti, πνεύματος μεγάλου ἐμπεσόντος αὐτοῖς εἰς τὴν καυσίαν καὶ τὸ διάδημα αὐτῇ συνεχόμενον, τὴν μὲν δὴ βαρυτέραν πεσεῖν εἰς τὸ ὕδωρ, τὸ διάδημα δὲ ἀπενεχθὲν πρὸς τοῦ πνεύματος, σχεθῆναι ἐν καλάμῳ. *Obortum ingentem ventum, dum navigaret, regium capitis ornamentum & diadema ei alligatum abripuisse, atqe illud qidem utpote gravius in aqam procidisse: istud vero vento abreptum arundini cuidam hæsisse.* Pro qo Appianus in *Syriac.* δόνακος ἐνεχομένου. unde liqido patet *diadema* istud & *vitta* instar & e materiâ etiam leviusculâ fuisse. Qanqam *cavsiam* à *tiarâ* etiam distingvere videtur Etymologus, ubi dicit, καυσία, εἶδος πίλου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὡς καὶ τιάρα. *Kavsia genus pilei, qod in capite gestatur, sicut & tiara.* καυσίαν avtem ex Oro Grammatico dictum vult, διὰ τὸ εἶναι πρὸς τὸ καῦμα ἐπιτήδειον κεφαλῆς κάλυμμα, *qod sit ab æstu capitis protegendo idoneum integumentum.* sed nec ab æstu tamen solo, qod docet Antipatri Thessalonicensis de *cavsia* epigramma,

> Καυσίη, ἡ τὸ πάροιθε Μακηδόσιν εὔκολον ὅπλον,
>
> Καὶ σκέπας ἐν νιφετῷ, καὶ κόρυς ἐν πολέμῳ.
>
> *Cavsia, qa Macetum armatura perutilis olim,*
>
> *Cum galea in pugnis, tum in nive tegmen erat.*

κὲ Epigrammatarius in Μακεδόσιν produxit, qo modo & Naso *fabul. l.* 12. in illis,

> *Qi clypeo, gladioqe, Macedoniaqe sarissâ*, &c.

F Qin & in vestitu ornatuqe Pontificiali, נזר *diadema*, sive *corona*; à מצנפת sive *tiarâ* distingvitur, Exod. c. 29. v. 6. *Capiti ipsius tiaram impones & tiaræ diadema sacrum superimpones.* Et Levit. cap. 8. ver. 9. *Et capiti illius tiaram imposuit, & super tiaram à fronte ejus laminam avream, diadema sacrum, posuit.* Erat siqidem *diadema* illud *vitta hyacinthina laminâ avreâ insignita*, cui Jovæ nomen insculpebatur, Exod. cap. 28. ver. 36, 37. qâ à sacerdotum inferiorum מגבעת *tiaris*, sive *pileis*, Exod. cap. 28. v. 4. & cap. 29. v. 9. *tiara pontificialis* discernebatur. G *Pontificialem* avtem *tiaram* nostri *Mitram*, a Mitter, nuncupant. qo modo & Plutarchus, *problem. convival. lib.* 4. *c.*6. *à diademate*, an *tiarâ*, qam gestabat istâ, Pontificem Judæum μιτρηφόρον appellat. At LXX. qi vocantur Interpretes מצנפת nunc μίτραν nunc κίδαριν reddunt. Philo avtem *de vita Mosis* ubi de lamina avrea dixerat. Χρυσοῦν δὲ πέταλον ὡσανεὶ στέφανος ἐδημιουργεῖτο. *Lamina avrea ad corona instar conficiebat*, subjungit; Μίτρα δ' ἦν ὑπ' αὐτό, ὅπως μὴ ψαύοι κεφαλῆς τὸ πέταλον. περὶ δὲ καὶ κίδαρις κατεσκευάζετο· κιδάρει γὰρ οἱ τῶν ἑῴων βασιλεῖς ἀντὶ διαδήματος εἰώθασι χρῆσθαι. *Mitra suberat illi, ne caput lamina illa attingeret. & cidaris insuper apparabatur, qia cidari orientalium Reges diadematis loco utebantur.* *Mitram vittam hyacinthinam* illam dixisse videtur, *tiaram* verò *cidarim*. de qâ & ad Juvenalis illud *Sat.* 6.

— Phrygia vestitur bucca tiarâ.

Scholiastes vetus, *Sacerdotis*, inqit, *habita: nam tiara galea saserdotalis est, qa per malas veniens mento subligatur.* qod convenit plane cum Maronis illis, *Æneid. l. 9.*

Et tunica manicas & habent redimicula mitra.

h. e. ut Servius, *religatas habent mitras.* qanqam nec est universale, qod subjungit, *mitras esse mulierum, ut pileos virorum.* Etiamsi in *Graecanic. Qæst.* 58. Plutarchus, apud Coos sacerdotem refert Herculi sacrum facere γυναικείαν ἐσθῆτα ἐνδεδυμένον, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀναδούμενον μίτρᾳ. *stola muliebri indutam, & caput mitrâ revinctum.* & multo minùs qod alibi idem habet, *mitram esse meretricum.* licet & Juvenalis *Sat.* 3. dixerit

— pictâ lupa barbara mitrâ.

neqe enim harum est peculiaris, magis qam *calantica.* Sed & cum eo, qod *Æn. l.* 4. legitur,

Et nunc ille Paris, cum semiviro comitatu
Mæoniâ mentum mitrâ crinesqe madentes
Subnexus. ——

Ut rectè V. Cl. Salmasius in *Exercit. Plinian.* pro eo qod vulgò *subnixus* legebatur, substituit. qo loco & Festi illa de hoc argumento restituit & constituit ritè, qæ divulsa & confusa prius extiterant. *Strophus est, ut Atejus Philologus existimat, qod Græcis στρόφιον vocatur, & qod sacerdotes pro insigni habent in capite. qidam coronam esse dicunt, aut qod corona insigne in caput imponatur, qale sit strophium.* Cybeles enim sacerdotes spectant illa apud Poetam, Scholiastæ verbis consona plane qibus μιτροφόρους esse in usu extitisse: ex Diogene tragico ostendit Athenæus *l.* 14. Qin sicut nec mulierum duntaxat *mitra* fuit: (nam & Cissii μιτροφόροι fuerant, qi Xerxis castra seqebantur, ut Herodotus l. 7.) ita nec Sacerdotum tantummodo, sed & Regum insigne *mitra* dicitur. Sicut enim נזר Hebræorum etiam Regibus tribuitur, Reg. l. 2. c. 1. v. 10. & l. 4. c. 11. v. 12. Hymn. 89. v. 40. & 132. v. 18. ita & μίτρας pariter apud Græcos inter regia insignia legimus. De Demetrio Rege Duris *Histor. lib.* 12. referente Athenæo, Μίτρα δὲ χρυσόπαστος τὴν καυσίαν ἁλουργῆ οὖσαν ἐσφιγγεν. *Mitra vero avro variegata causiam purpuream substringebat.* qibus verbis sicut *diadema* à *tiarâ* Xenophon, ita *mitram* à *causiâ* dispescit Duris. Nec sanè aliud videtur fuisse μίτρα notione primâ (mitto interim de notatione Grammaticorum ineptias, qia vox exotica habetur) qam *cinctus, tænia, fascia, vitta,* Svidas, Μίτρα, διάδημα ἢ ζώνη. Hesychius, Μίτρα, διάδημα, ζώνη, θώραξ, ταινία. Eidem, μίτρα, nunc λεπὶς χρυσοῦ, ἣ τῷ μετώπῳ φορεῖται, *lamina avrea, qa à fronte gestatur;* (qod Pontificalem respicit) nunc λεπὶς χαλκοῦ, *lamina ærea*, exponitur: neutrum non rite. Μίτρα siqidem duplex fuerat, capitalis altera, qâ caput incingebatur, qod observat Eustathius ad Iliad. π ex Herodoti illis, Μίτραις κατειλίχατο τὰς κεφαλάς, *mitris capita obvoluta habebant:* & ex his erit *mitra pontificalis*, Χρυσοῦ, *avrea, regalis:* item χρυσόπαστος illa *avro respersa & variegata*, de qibus supra dictum est, capitalis utraqe: altera lumbaris erat, qâ interiùs incingebantur ilia, de qâ Homerus Iliad δ. 135.

Διὰ μὲν ἂρ ζωστῆρος ἐλήλατο δαιδαλέοιο,
Καὶ διὰ θώρηκος, ——
Μίτρης θ' ἣν ἐφόρει ἔρυμα χροός. ——
Itaqe per balteum qidem adacta est affabre factum,
Et per thoracem —
Et per cinctum qem portabat tutamen corporis. —

Ad qem locum adnotant, cum Heracleo in *Scholiis*, tum & Eustathius in *Parecbolis*, τοῦ ζωστῆρος, qi omnia constringebat, καὶ τοῦ θώρακος, subfuisse περὶ τὰ κενεῶνα, ἤ τὴν λαγόνα τὴν μίτραν, ἔσω μὲν ἐριώδη οὖσαν, ἵνα μὴ θλίβῃ τὸ ὑποκείμενον, ἔξω δὲ χαλκῆν λεπίδα, ἤγουν χαλκοῦ ἐπίπεδον ἔχουσαν, ὥσπερ χροὸς χάριν μείζονος ἀσφαλείας. *Circa ilia, mitram, interiùs qidem è lana confectam, ne carnem subjectam læderet, exteriùs avtem laminâ sive bracteâ ærcâ instructam, ad ampliorem corporis tutelam.* Itaqe de *mitrâ* hæc seqitur, v. 187.

— ἣν χαλκῆες κάμον ἄνδρες,
Qam fabri ærarii elaboraverant.

Optimè ad rem qam in manibus habemus, Etymologus (qod nec Eustathius etiam tacuit) Μίτραι κυρίως οἱ ἀπὸ φασκίων ἢ κρασπέδων γινόμενοι στέφανοι (μίτραι γὰρ φασκίαι ἢ ταινίαι. Eustathius) ἐκ καταχρήσεως δὲ πᾶς στέφανος μίτρα λέγεται (ὅτι τοιαύταις στεφανοῦσθαι εἰώθεσαν. Eustathius) *Mitræ propriè sunt coronæ è fasciis ac fimbriis confectæ (mitræ enim nihil sunt aliud qam fascia sive tænia) abusivè tamen corona qævis mitra dicitur, qia talibus coronari solebant.* Atqe hæc de vocabulorum ratione, notatione propriâ, deqe usu utriusqe hic adhibiri, sicut & affinium aliorum qorundam, promiscuo, in qibus & צפירה qæ cum sit τῶν ἅπαξ λεγομένων & rationem & notionem habet incertiorem.

De adjuncto *regni* in clausulâ alterâ vocabulo aliqid adjicietur. Qum enim מצנפת (qod eodem cum צניף redit, uti est originis ejusdem) h. e. *tiara*, sive *corona* (uti dictum est) altera *Pontificia*, sive *Sacerdotalis*, de qâ Exod. 28. 4. Zacar. 3. 5. altera *regia*, sive *regalis*, de qa Ezek. 21. 26. extiterit: ne qis, qia in priore membro (sicut & Ezek. 16. 12.) עטרת תפארת h. e. *diadema decoris*, sive, *eximiè speciosum ac decorum*; dixerat, *coronam sacerdotalem* sive *Pontificiam* intelligi suspicaretur, eo qod de vestitu ac amictu sacerdotali vox תפארת adhibetur Exod. 28. 2. 40. idcirco in inciso inseqenti ornatus idem צניף מלוכה *tiara regni*, utpote regiâ; sive qalem non sacerdotes, avt pontifices, sed reges ipsi gestare solent; dicitur: qanqam nec hoc duntaxat. Emphasin enim habet non spernendam, cum non *regis* alicujus, sed *regni tiaram* dicit: qomodo כתר מלכות *cidaris regni*, Ester. 1. 11. & 6. 8. & *regni corona* Maroni dicitur, *Æneid. l.* 8. siqidem *corona* sive *tiara regia*, sive *regalis* duplex, imò multiplex exstit, plerumqe & conditionis diversæ, pro vario utiqe, qo adhibetur usu. Qemadmodum enim Talmudici (qanqam nullo id fundamento) duos statuunt Legis codices Regi describendos injungi, qorum alterum qocunqe, qandocunqe prodierit, secum deferat, alterum in archivis repositum habeat. In *Gemar. Sanhedr. cap.* 2. *Sect.* 12. eodem modo duplex erat majestatis insigne, *corona, tiara*, an *diadema*. Erat enim, qam gestare solebant reges, qo à privatis avt principibus etiam distingverentur, qoties occasione qavis in publicum prodirent: talis fuit נזר sive *corona* illa, qâ Savl Rex indutus in prælium profectus est, qamqe defuncti capiti direptam Amalekita ille Davidi obtulerat, 2 Reg. 1. 10. tale Tigranis Regis Armenii *diadema*, qo redimitus, qum venatum processisset, à lapsi capite filius astans sustulerat, qod illi à patre fatale fuit; tale ejusdem forsan & idem, qod copiis à Lucullo fusis, in fugâ depositum, victoris in potestatem venerat. Narrat illud Appianus in *bello Mithridat.* istud Plutarchus in *Lucullo.* Erat &, qæ in archivis custodiri consveverat *corona* (qo modo Imperatoria triplex illa, *ferrea, argentea, avrea*, sedibus diversis dispositæ ac reconditæ, de qibus videri poterit Glossa *ad Clementin. lib.* 2. *tit.* 9.) certis statisve tantùm temporibus, avt occasionibus produci solita, utpote ubi rex primitùs in solio esset collocandus, 4 Reg. 11. 12. avt cum in solennitate aliqâ celebriori pro regiâ dignitate conspiciendum semet exhiberet, Cant. 3. 11. hæc avtem erat qæ κυριολεκτικῶς non tam *regis*, qam *regni corona* dicebatur. Hæc avtem qum reliqis qibusqe, regiis etiam, ornatior longè ac pretiosior multò foret, qalis Ammonitarum Regis describitur, 2 Reg. 12. 30. Hinc non regiæ duntaxat, sed *regni corona* similis futura Sion restituta prædicitur. Verùm nimis forsan diu, diutiùs certè qàm ab initio institueram, dum aliud ex alio seritur, & annulus annulo innexus catenam longiusculè protrahit, (qod Philologiæ tamen studiosis havd ingratum fore spero) in istis immorato, ad illud tandem revertendum erit, qod est primo loco propositum, intentionisqe subjectum præcipuum ac primarium fuerat.

Diadema ergò sive *coronam*, sive *tiaram*, sive *mitram* nuncupare libuerit) *in Domini manu*, qid sit avt qî dicatur, qæritur, qum *diadema*, sive *corona*, non manus gestamen, sed capitis ornamentum existat. Et *annulum* qidem sive *pronubum* sive *signatorium*, Jerem. 22. 24. *in manu dextrâ, armillas* etiam, sive *catellas, in manu utraqe*,

Gen.

Gen. 24. 22. & Ezek. 16. 11. legimus: at *diadema*, sive A
coronam in manu manibusve nusqam alibi deprehendimus.
Hunc nodum ut solvat Abraham Esdræ filius, regiones esse
qasdam ait, qarum incolis *corona*, non *capitibus impoṡi*,
sed *manibus gestari* consveverint. Et qidem apud Tertul-
lianum *de Corona*, miles qidam Christianus legitur, *coro-
nam lavream non capiti impositam*, sed *manu comprehensam
gestasse*, cum religioni adversari opinaretur, *capitis coronati*
institutionem: qod & scripto illo comprobare Tertullia-
nus contendit. Cæterùm apud gentes ullas Reges solitos,
regni insigne diadema, non *capite gestare*, sed *manu conti- B
nere*: vix opinor fieri potuisse, ut Doctor ille Judæus ex
Avtore ullo, qi fidei saltem fuerit alicujus, nos edoceret.
Nec hîc Judæum Magistrum qicqam juvat, qod Vir πο-
λυμαθέστατος operis *coronarii* avtor suggerit, moris fuisse
coronam Olympicam capite, aliam (*Pythicam*, puta, vel
Isthmicam) *coronam* sive *taniam manu gestare*. Unde Ne-
ro cum Romam curru triumphali vectus ingrederetur, *co-
ronam capite gestarit Olympicam, dextra manu Pythiam*. Sue-
ton. *Neron. c.* 25. & Polycles, Pavsaniâ *lib.* 6. referente,
taniam dextra tenens repræsentatus sit. Ut enim nihil dicam C
de *coronis regiis* non *athleticis*, sermonem institui: alterum
illud necessitatis fuit, cum utramqe simul capite gestare non
posset; alterum occasionis potiùs qam moris, qum filii
duo unà constituerentur, qorum alter trocho ludens, al-
ter à patre qi qasi porrigendo *manu teneret taniam*, poscens
fingebatur. Alioqi etiam athletas coronas suas citrà discri-
men aliqod istiusmodi capite gestare solitos, notius est qam
ut probatu opus existat. Alia igitur comminiscuntur alii.
Sanctius ait *coronam*, sive *diadema* sumi pro *qolibet ornamen-
to*, adeò ut *emblemata* & *anaglymmata* tam in vasis, qam D
in ædificiis, *corona* dicantur, qo trahit illud 1 Maccab. 4.
57. de *coronis avreis*, qibus Templi faciem exornasse in
Encæniis perhibentur; qod de *coronis in Templo suspendi
consvetis*, ex Zacar. 6. 14. interpretatur Drusius. Et re-
verâ כתרות sive *coronamenta* legimus *in columnarum* ea-
rum *fastigiis*, qas in Templi porticu constituit Salomon
1 Reg. 7. 16. & *coronarum projecturas in parietibus summis*
apud Vitruvium *l.* 2. *c*, 8. sed & *in columnis*, *lib.* 3. *cap.* 3.
& *lib.* 5. *cap.* 2. onde *opus coronarium* eidem partim *ad mu-
nimentum & adminiculum*, partim etiam *ad ornamentum* ei- E
dem *lib.* 7. *cap.* 4, 6. In Tabernaculi item Mosaici instru-
ctura, זר זהב *coronam*, (sive *limbum* dicere libuerit) *av-
ream*, deprehendimus, *in summi thymiaterii ambitu*, Exod.
25. 11. qod ad vocem נזר qâ *coronam* tam *pontificalem*,
qam & *regalem* denotari supra indicavimus, prope admo-
dum accedit. Qæ omnes *corona* inde sunt ita nuncupatæ,
qia tam *ambitus* ratione, qam & *situs fastigio coronarum*
speciem præ se ferunt: nec aliâ ratione in *emblemate* sive
anaglymmate, figuræ insculptæ, qomodo & in picturâ alio-
ve qovis artificio fieri assolet, earum rerum, qarum spe- F
ciem repræsentant, nominibus appellantur. Verùm nihil
istud ad locum præsentem explicandum facit, ubi non de
rerum figuris istiusmodi, sed de *regio* ipso *diademate* agitur.
Qin nec magis huc qicqam confert, qod Avtor idem sub-
jicit de *manuum deliciis*; qales sint *annuli & armilla*, in qi-
bus notari solent, avt *effigies*, avt *nomina*, avt *symbola*
aliqa eorum qos amamus, ut oculis atqe animis nunqam
non occursent, qo allusum sit Esajæ 49. 16. sed & in voce
נקב vers. 2. qod *perforare* significat, ut nomen, qod
Deus illi fuerit inditurus, stylo ferreo qasi lapidi perforato G
& excavato perforando, sive scalpendo incidendum dica-
tur. Et qidem apud Athenæum lib. 15. ubi prolixa de
coronis habetur dissertatio, mentio fit *coronarum*, qas τῷ
μετώπῳ, *fronti* apponebant, ex Anacreonte. (qo modo
& πέταλον pontificium ad Aaronis frontem statuebatur
Exod. 28. 36, 37, 38.) qas περὶ τὸν τράχηλον περιετίθεντο,
qibus cervicem includebant, ex Alcæo; & qas περὶ στήθει,
pectori vel admovebant, *vel circumdabant*, ὑποθυμιάδας
dictas. Ex his avtem, qas *cervicibus* sive *collis* indere sole-
bant, *torqium* vicem habuisse, Campensi placet: pariqe
modo *corona* nomen *annulo* dari posset, cum digitum, cir-
cini instar, includat & ambiat, qo modo cingit *corona*
caput. Cæterùm *corona* illæ convivales fuerant, de qi-

agit Athenæus; nec ad *annulos* avt *armillas* trahi possunt *co-
rona* regni insignia qæ existant: & coacta nimis est illa de *cælaturis* subtilitas, qum nec de *sculptura* verbum נקב usurpatum uspiam deprehendatur; & pro *nominatim desi-
gnare*, sive *exprimere* familiariter usurpetur. Gen. 30. 28. Num. 1. 16. 1 Annal. 12. 31. & 16. 41. & 2 Annal. 25. 15. & 31. 19. Alii, in qibus est Forerius, *in manu Domi-
ni*, nihil aliud esse volunt, qam *in Domino*, qod dici verè poterit, sive *in manu*, sive *in capite* à Domino gestetur, Ita *per manum servorum tuorum Jova convitiatus es*. Esaj, 37. 34. Sed nec loca illa parallela sunt: & voces יד & כף notionis ejusdem ἐκ παραλλήλου hic positæ emphasin sub-
esse aliqam liqidò ostendunt. Camius vult dici *coronam* esse eam *in manu Dei*, firmitatis ratione, qia nempe futurum sit ut Deus manu suâ coronam in populi sui capite conti-
neat, ne vel decidere qeat, prout olim decidisse congeri-
tur. Thren. 5. 16. vel vi aliqâ dimoveatur, qod qibusdam denunciatum videri qeat Apoc. 3. 11. & 12. 4. Nec è scri-
ptoribus Christianis, qi huc inclinent, desunt; inter qos Cyrillus & Procopius, qibus tandem assentitur Sanctius, *manus* siqidem nomine *tutelam* & *protectionem* volunt intel-
ligi, sicut Hymn. 31. 15. Esajæ 49. 2. tuta avtem & secura sunt, qæ sub divinâ sunt tutelâ. Joan. 10. 28, 29. ita *in manu* esse *corona* dicitur, non qod *manu gestetur*, sed qod *manu in gestantis capite teneatur*. Addunt & ex his non-
nulli, non tam *in Dei capite collocandam*, sed *cura ac tu-
tela divina* insinuari *committendam*. Prout Hymn. 31. 6. Verùm nec ista loci ejus intentioni congruere satis videntur. Neqe enim tam *populi* hujus, qam *Dei* ipsius qasi *capiti co-
rona* ista imponenda videtur intelligi. Itaqe Hieronymus vult esse *in manu Dei*, non qam ipse *gerat*, sed qam *Christi capiti sit impositurus*. Et Hieronymus alter, Oleastrius, non Stridonensis, introduci Deum, qasi *coronam sibi te-
nentem*, *qam capiti imponat suo*: addit, *manu teneri di-
ctam*, qo ostendatur *qam sit grata Deo*, *qamqe libenter eam spectet*, *sicut nos ea solemus*, *qa manibus gestamus*: nec abscedit longe Piscator, *Qam Jehova*, inqit, *suâ ma-
nu sibi ipse imponet ad se ornandum*. Ego explicatiùs pav-
lo exponi posse avtumo, si reddatur, *Diadema speciosissi-
mum*, sive *ornatissimum futura es per manum Jova*. & *tia-
ra regia per volam Dei tui*. Ut *bet* particula cavssæ effi-
cientis, sive rationis, qâ qid efficiatur, sive effectui de-
tur, notionem habeat; sicut in illis Hymn. 17. 7. *qi per dextram*; sive, *dextra tua salvos eos habes*, *qi fidunt tibi*. Et, *per manum robustam brachiumqe extentum*; sive, *ma-
nu robusta brachioqe extentâ*. Hymn. 136. 12. Et, *per te*, *perqe Deum meum*, *strenuè agemus*, Hymn. 18. 29. & 44. 5. & 60. 12. Ita Grotius, *per Dominum*, *Domini beneficio*, qod apprimè convenit cum illis Esdræ 7. 28. & 8. 22. & Nehe-
miæ 2. 8. & 5. 8. *per manum Jova Dei mei bonam*. (De hac manu divinâ videatur & cap. 66. vers. 14.) tum *manus* no-
mine *potentia visqe divina* designetur; vel etiam *opera* sive *operatio divina*, *viriumqe exertarum* ac pro suis *operantium exercitium*. Qo modo manus sumitur in illis, *ut dignosca-
tur manum esse tuam*, *teqe fecisse*. Hymn. 109. 2. &, *manus ipsius adhuc extensa est*: ab opere suo exeqendo & proseqendo ulteriùs non cessat Esajæ 5. 25. & 9. 12, 17, 21. & *digitus* pariter Exod. 8. 19. Luc. 11. 20. Ita sensus cla-
rus, opinor, futurus hic est. Per ea opera admiranda, qæ pro virtute suâ imperceptibili, & immensâ bonitate, in tui gratiam Deus effecturus est, ad honoris splendorisqe culmen ejusmodi eveheris, ut pro ornamento summo sum-
meqe conspicuo, Deo illi tuo ipsi sis & ipsa futura. *Corona* nomen pro *honoris ac dignitatis subjecta materia* qavis fami-
liarissimè usurpari notissimum est. Ita *sapientia eam ha-
benti*, *uxor*, *proba prudensqe viro*; *liberi parentibus*, *cani-
ties senibus probis*, *opes prudentibus*, probè uti gnaris, *coro-
na* loco ducuntur, *corona* dicuntur, Parœm. 4. 9. & 12. 4. & 17. 6. & 16. 31. & 14. 24. Pariliqe ratione *corona* dici-
tur Ecclesia, sive populus Dei, Deo ipsi futura; non eam, qod æqè chara Deo, ac est *corona* sua *Regi*, futura sit, qod *annuli obsignatorii* nomine insinuatur Jerem. 22. 22. (qo inclinare videtur Vatablus, qum interpretatur; *habe-
bit te Deus in magno pretio*, cap. 43, v. 4.) qam qod, pro-

ut & Camius rite *observat*, gloriâ ac splendore adeò gentibus cæteris præminuerit, ut coronæ instar habere videri possit, qæ cum inter majestatis insignia cumprimis habetur, tum situs ratione, dum in capite gestatur, reliqis universis magis inde conspicua evadit: qod qidem non tam ipsi, qam Deo ipsi, cujus hæc corona sit, in gloriam summam decusqe sit eximium cessurum cap. 49. v. 3. & c. 60. v. 9, 21. & c. 61. v. 3, 9, 11. Exile siqidem nimis est, qod non nemo, sensum esse, fore ut in regnum denuò exurgeret: aliqid dicturus, qod rem propius attingeret, si reges omnes futuros pronunciasset. Vide Exod. 19. 6. Esaj. 49. 23. & 60. 10, 16. 1 Pet. 2. 9. Apoc. 1. 6. & 5. 10. & 20. 4, 6.

Hactenus de illis capitis hujusce 62. v. 3. egimus, jam ad ea transibimus, qæ versu 5. comprehensa, minùs congrui aliqid, havd secùs, qam prægressa illa, præferre videantur. Hebraica sic habent; כי־יבעל בחור בתולה יבעלוך בניך׃ h. e. *αὐτολεξεὶ*, uti verba ipsa sonare videntur, *Qia*, vel, *Qando*, *juvenis puellam maritabit*, *maritabunt te filii tui*. Atqi hoc est, qod natura ipsa, nec humana tantùm, sed & bruta ac belluina in animantibus qibusdam, aversatur, ut matrem liberi matrimonio accipiant. Hinc Clavdius Imperator, fœminam non agnoscentem filium suum, dubiâ utrinqe argumentorum fide, ad confessionem impulit, indicto matrimonio juvenis. Svetonius *lib.* 5. *cap.* 15. geminâ utiqe sagacitate usus, homo alioqi planè bardus, qâ rex ille sapientissimus in infantuli matre genuinâ deprehendendâ. 3 Reg. 3. 27, 31. Qin & de camelis Aristoteles *Histor. Animant. l.* 9. *c.* 47. *Οἱ δὲ κάμηλοι οὐκ ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὰς μητέρας, ἀλλὰ κἂν βιάζηταί τις, οὐ θέλουσιν.* *Cameli matres non ascendunt, nec id, etiamsi vis adhibeatur, volunt.* Et Ælianus *Hist. Anim. l.* 3. *c.* 47. *Οὐκ ἄν ποτε τῇ τεκούσῃ ὁμιλήσειε κάμηλος.* *Camelus cum genitrice neutiqam consueverit.* Narrat uterqe historiolam de camelitâ, sive camelorum curatore qodam, qi cum camelum matri obtectæ admovisset, à camelo eodem adhibiti gnaro interfectus postea fuerit. Addit Ælianus, etiam semet præcipitem dedisse camelum, ne facinori jam agnito superstes existeret. Qod idem & de Regis Scythæ eqo qodam subjungit eodem loci Philosophus. Apud qem de camelo referuntur istis gemma in *relat. admirand.* si ejusdem saltem eæ fuerint. Cæterum ista qum sic se habeant, havd probabile videtur, Vatem sacrum, imò Spiritum sanctum in Ecclesiæ statu non honestissimo tantùm, sed honorificentissimo ac splendidissimo delineando ac depingendo, à praxi istiusmodi imaginem sumere usurpandam voluisse, qam natura ipsa in universum tantopere detestatur. Qin & qod istic de Sionis *filiis matrem maritaturis* dicitur, havd commodè satis cum seqentibus convenire videtur: ubi statim subditur, *Et gavdio sponsi super sponsâ, gavdebit super te Deus tuus*: ut *Deus* sit ipse, non *liberi* ejus, qi Sionem, sive Ecclesiam sibi maritat, juxta illud qod præcesserat cap. 54. v. 5. בעליך עשך, *qi fecit*, sive, *creavit te*, *idem & maritus erit tibi.* Hanc qo declinent difficultatem Græci sic reddunt, *Ὡς συνοικῶν νεανίσκος παρθένῳ, οὕτω κατοικήσουσιν οἱ υἱοί σου.* *Qemadmodum juvenis virgini cohabitans; ita habitabunt filii tui.* Et collationis qidem indices particulæ, qæ istîc reverâ supplendæ videntur, non rarò desiderari notissimum est. Videatur Parœm. 26. 9. & 11. & 14. & 17. & 21. Sed omittunt affixum verbo subjunctum; qod exemplaria tamen qædam exprimere perhibentur, vertendo, *οἱ υἱοί σου μετὰ σοῦ·* *filii tui tecum.* Atqe ita Cyrilli codices exhibent; qæ si pro *κατοικήσουσι*, *συνοικήσουσι* exhibuissent, qâ voce sunt in membro priori usi interpretes, nec aliter in hoc qam in illo redditum oportuerat, cum in prototypo verbum utrobiqe idem existat, ex usu τοῦ *συνοικεῖν* apud Græcos familiari, de qo ex Petri Epist. 1. c. 3. v. 7. alibi latiusculè diximus, sensus cum versionibus aliis receptioribus eodem planè recidens, nodum neutiqam solvisset. Cæterùm Cyrillus de Apostolis exponit è stirpe Judaicâ oriundis, deqe eorundem erga matrem suam Ecclesiam Judaicam insigni *φιλοστοργίᾳ*, qam verbis luculentissimis expressit Pavlus Ap. ad Rom. cap. 9. v. 1, 2, 3. & c. 10. v. 1. nec dissimili collatione usus videtur David in Jonathanis adversùs semet affectum extollendo atqe illustrando, 2 Reg. 1. 26. At Latinus interpres Vulgatus rejectis collationis indicibus illis, Græcos tamen præeuntes qadantenùs imitatus, *Habitabit enim juvenis cum virgine; & habitabunt in te filii tui.* Qod qi seq# untur nonnulli in qibus Sanctius, sic explicant, *Svaviter vivit juvenis cum virgine, sed longè svavius intra muros tuos vivent filii tui.* Cui geminum esse vult illud Hymn. *Montes in circuitu ejus; & Dominus in circuitu populi sui*, h. e. *licet magnum sit civitati præsidium à montium altitudine, & ascensu arduo, majus tamen est à Dei custodiâ, qi circuit & munit.* Subjungit idem prædictionem propheticam membro utroqe comprehensam videri, ac si dicatur, futurum à captivitate, *ut juvenes cum adolescentulis nuptialia celebrent, & cum sibi junctis, altâ jam pace, svaviter convivant*, qod sub exiliô Babylonico non poterant, Jerem. 7. 34. & 16. 9. & 24. 10. sed post reditum statu jam restituto & constituto licebat, Jerem. 33. 11. *Sed majorem longè fore voluptatem, qam Ecclesia ejusdemqe filiis apud ipsam degentibus instillaturus sit Christus Ecclesia sponsus*; ut Prov 6. 16, 17. & 30. 19, 31. Verùm nec copulativam, qam Latina versio inseruit, textus agnoscit Hebraicus: nec copulativæ usum illum probant loca lavdata. Alii, post Pagninum cum Judæis Magistris collationis notas restituunt, & ex verbi Hebraici usu recepto reddunt. *Sicut maritat*, sive *maritabit juvenis virginem, ita maritabunt te filii tui.* Qam versionem secuti sunt Tigurinus, Italus uterqe, Belgicus, nostri, præter antiqissimum (de qo deinceps videbitur) interpretes, qi prostant, universi. Ex his avtem qidam de *Principibus* & *Magistratibus* sumunt, qi è popularibus suis, Sionis filiis, non avtem extranei amplius futuri sint Jerem. 30. 21. qomodo Deus ipse primitus injunxerat, Devt. 17. 15. ita Deodatus. *Princeps* avtem est; qasi *status politici* sive *reipublica maritus*, & hujusce ipsa conjugis instar: qæ & ideò *Rege* tanqam capite ac *marito orbata*, *vidua* vicem habere dicitur Esaj. 47. 8. 9. Thren. 1. 1. Alii de *Episcopis*, ac sacrorum ministris, qi *Ecclesiæ* qasi *mariti* sunt, cujus tamen *filii* existant. Hymn. 45. 16. ita Cornelius à Lapide. Alii *de populo è gentibus* evocato, qi se nexu individuo, qale vinculum est conjugale, Ecclesiæ se conglutinaturi sunt. Ita Hieronymus ab Oleastro. Ab his havd longe recedere videtur Calvinus, qi ubi repugnantiæ speciem præferre videri monuisset, qod Vates posteriore membro *Deum* faciat *Ecclesiæ maritum*, qum plures ei *maritos* assignarit, qasi respondendo subjicit, primò *Deum* qidem *unum* esse *Ecclesiæ maritum*, qi qoties de Ecclesiæ conjugio agitur: hunc semper titulum vendicat sibi, cap. 54. v. 5. Hos. 2. 16, 19, 20. qod in Christo impletum fuerit, Joan. 3. 29. Eph. 5. 23. huic avtem *Pastores eam ceu virginem castam despondere*, qod, ut de se profitetur, Pavlus qasi paranymphi munere defunctus ad Cor. Epist. 2. cap. 11. vers. 2. Verùm locum istud hic habere non potest: qamvis enim τὸ *γαμίσκειν* apud Græcos *nuptum dare*, sive *tradere*, qandoqe significet, prout monet Evstathius ad illud Homeri *Iliad. I. v.* 394.

> *Πηλεύς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός.*
> *Peleus mihi uxorem desponsabit ipse.*

Pro qo *ἐκγαμίζειν* Matth. c. 24. v. 38. & Luc. cap. 17. v. 27. Pavloqe ad Cor. Ep. 1. c. 7. v. 38. & *ἐγγαμίζειν* pariter apud Juridicos usurpatur. Sed & in lingvâ nostrâ to marry tam de parente nuptum dante, qam de nubente, sive de nuptui collocatâ, dicitur, at בעל Hebræum, *ἀντὶ τοῦ ἐκγαμίζειν*, & *ἀντὶ τοῦ μνηστεύειν* (qo vocabulo Apostolus usus est) multò minus, usurpatum usqam deprehenditur. Aliud ergò sobjicit de fidelibus qibusqe Calvinus. *Nihil obstat*, inqit, *qo minùs metaphora conjugii ad exprimendam fidei unitatem transferatur, qam habent omnes filii Dei cum Ecclesia matre suâ. Sic enim Deus Ecclesiæ maritus est, ut Ecclesia maritet omnes populos, qi ad eam aggregantur, qia dum liberis caret, qodammodo vidua est, & solitaria.* Cap. 49. v. 21. At verò qi fieri potest, ut Ecclesia unqam prorsus illiberis sit: qum ex eis planè constet, & consiat Ecclesia, qos Ecclesiæ filios dicimus? qi idcirco si tollantur penitùs, Ecclesiis simul intercidat ipsa, necesse est. Et ve-

verùm est qidem in figuratis dictionibus hujusmodi notionum variarum relationes eas, nunc Deo, nunc Dei populo, pro respectu diverso, havd infreqenter tribui, qæ in rerum naturâ ac proprietate ipsâ, unde collationes illustrationesve illæ trahantur; subjecto eidem vix avt ne vix qidem simul competere qeant. Sic in Joannis Apocalypsi Jerusalem nova, eodem loco & *civitas sancta*, & *Agni sponsa* dicitur cap. 21. v. 2. & Angelus *Agni uxorem* ostendere pollicitus, *civitatem magnam* ostendit ibid. v. 9. 10. Sed & cap. 19. v. 7. instare perhibetur *Agni nuptialis festivitas, uxorque ipsius futura ad eam sese præparasse, vestem byssinam puram splendidamque induta* v. 8. tum beati prædicantur, *qi ad nuptialem solennitatem illam fuerint invitati*, v. 9. qum constet planè *Ecclesiam* hujusce & *sponsæ* & *civitatis* nominibus designari; sed & hanc *Ecclesiam* ex eis *sanctis* consistere, qorum *δικαιώματα* esse dicitur *vestitus* ille *byssinus* v. 8. nec alios intelligi qam *sanctos* eosdem, *qi ad nuptiale epulum illud invitantur*. nec possint tamen propriè loqendo idem esse *uxor*, & *civitas*, & *sponsa cujus celebrantur nuptiæ*, & *qi ad nuptias ejusdem invitantur convivæ*. Qin & apud nostrum hunc Vatem, qi istic *ipsam maritare* perhibentur *liberi* ejus, ejusdem cap. 49. vers. 18. *eosdem* illos *eadem* ipsa *induere* perhibetur; ut illic *sponsa amictus* sint, qi *maritus* istic, iidemqe ejusdem *filii* nuncupentur, cum tria ista propriè sumpta, ut eidem eisdemve competant, nec ratio nec res ipsa patiatur omninò. Verùm ista istic cum aliis longius petita ac coactiora videantur, alias concinnandi rationes comminiscuntur. Nostra itaqe qæ prostat, antiqissima versio sic exhibet, *sicut juvenis filiam nuptam sumit, ita Deus maritabit se filiis tuis*. Cæterum ut nihil dicatur de voce *Elohim* qæ in contextu non comparet, & longiùs remota videtur, qam ut ex v. 3. huc accersatur; avt de verbo, qod hic plurale: qia cum eâ voce pluralia adhibeantur qandoqe, prout Gen. c. 20. v. 13. & Josh. c. 24. v. 19. & in hoc ipso argumento cap. 54. v. 5. de istis, inqam, ut taceatur, affixum personæ secundæ *maritandi* verbo, subjunctum ac annexum, in versione istâ supprimitur, qod omninò non oportuerat. & *filiorum* vox, qæ ex consensu interpretum unanimi verbum præcedere ac regere censetur, idem subseqi & ab eodem regi ex versione istâ nimium qam coactâ cogitur. Proinde Vir Cl. Joannes Piscator qo exceptionibus istiusmodi occurreret, sic reddidit: *Sicut conjugio sibi devincit juvenis virginem, ita conjugio sibi devinciet te & filios tuos; & gaudio sponsi super sponsâ gaudebit super te Deus tuus*. Verùm versionis istius ratio à viro doctissimo nulla redditur; atqe ut de verbi numero nihil denuò repetatur, possit vox *Elohim* à clausulâ seqenti huc retracta suppleri; nec desunt particulæ conjungere solitæ deficientis exempla: at ubi inter pronomen affixum nomenqe subseqens absolutum intervenientis, Ellipsis deprehendatur, exemplum qærenti nullum hactenus occurrit. Aliam proinde concinnationem exhibet versio Gallica, qæ contextum sic reddidit. *Qomodò juvenis homo se maritat virgini, & qomodo filii tui se maritant apud te; ita Deus tuus de te gaudebit, gaudio eo qo sponsus de sponsâ suâ gaudet*. Et copulativum qidem pro collationis redditivâ usurpari, familiare satis est; prout cap. 53. 7. & Parœm. 17. 3. sed & particulas inter verbum & affixum elidi, sive absorberi, havd est infreqens. prout in illis חנך ו *castra habens adversus te*, Hymn. 52. 6. קמי *exurgentes in me*, Hymn. 18. 49. לחמי *pugnantes mecum*, Hymn. 35. 1. ut pari modo sit יבעלוך *maritabunt*, sive *maritant*, non *te*, sed *apud te*. Cui adjici poterit, (neqe enim longè abscedit) versio Juniana, *Ut cum ducit juvenis virginem, cum uxores tibi ducunt filii tui; gaudio*, inqam, *sponsi cum sponsâ gaudebit tecum Deus tuus*. Ita יבעלוך fuerit pro יבעלו לך maritant tibi, pleonasmo eleganti in lingvis, non Hebraica solùm, sed cæteris qoqe freqenti satis, qalem in illis deprehendere est, Gen. 12. 1. לך לך *ito tibi*; collatione factâ cum Act. 7. 3. אלך לי *ibo mihi*, Cant. 4. 7. ונס לו *& fugiet sibi*, Esaj. 31. 8. Deniqe Vir Cl. D. Ludovicus Dieuſius in *Annotationibus posthumis* geminam versionem, à dictis qibusqe diversam utramqe exhibet: alteram, ut incisum prius erotematicôs enun-A cietur, *Maritatur juvenis virgini? maritabuntur tibi filii tui*. q. d. *si hoc contingit; qod contingit qotidie, ut virgo nubat virgini, continget & hoc, ut tu nubas filiis tuis; ut præter Deum filios qoqe habeas maritos, qi qam ut matrem revereantur, eandem ut uxorem diligant*. Alteram ut in membro posteriore verbum יבעלו impersonaliter sumatur, sicut *ἀπαιτοῦσι* Luc. 12. 20. *animam tuam repetent*, i. e. *anima tua repetetur*. Et perinde יבעלוך *maritabunt te*, i. e. *tu maritaberis*. itaqe vertit; *maritaberis tu & filii tui. qis avtem maritus futurus sit verbis*, inqit, *seqentibus exponitur*. Hoc B avtem ad versionem Piscatorianam, de qâ prius dictum, accedit proximè. Utramqe ego aliis censendam relinqam: hoc duntaxat adjecto, ambigi posse non immeritò, an pluralia impersonalia uspiam deprehendantur usurpata, præterqam ubi res ipsa verbo illo designata à pluribus vel peracta vel peragenda denotetur.

In tantâ tamqe multiplici sententiarum secum invicem arietantium varietate conjecturam meam qoqe ubi proposuerim, eruditis censendam in medio relicturus sum. Suggessit aliqid post Chaldæum Camius, qo ulteriùs perpen-C dendi ansam dedit. Chaldæus (qem Latinum veterem & istic ex parte saltem, sed & alibi sæpenumerò secutum animadverti) verba vatis sic παραφράζει. כמא ריתיתב עולם עם בתולתא כן יתיתבון בגויכי בניכי *sicut habitat juvenis cum virgine*, sive *puellâ, ita habitabunt in medio tui filii tui*. Qod latius explicans Camius (nam recitasse duntaxat visum Jairo) *Res*, inqit, *decora & accepta magis est, ubi virginem ducit juvenis, qam ubi avt senex puellam, avt juvenis prius maritatam. Terra avtem Israelitica toto illo tempore, qo in medio ipsius filii ejus non fuerant, sed à populis seculi incole-D bantur, non à marito possessa* (בעולה) *dicebatur, qia non erant acceptabiles in ea, nec decora sive amœna erat habitatio illorum in eâ; fuerat enim ac si senex cum puellâ, avt juvenis cum ante maritatâ habitaret. at cum filii ejus reversi habitarent in ea, tunc futurum erat, ac si juvenis virginem duceret. terra siqidem habitata est mulieri similis, cui maritus est; & desolata viduæ similis est, qæ maritum non habet*. Itaqe Targum בעולה exponit יתבא *habitata*, & pro תבעל dixit תתיתב *habitabitur*. *A filiis suis* deinceps *habitandam ac possidendam jugiter* innui volunt: qod qidem id qod E Vates volunt qadantenus attingit; mentem integram tamen neutiqam exhibet. hoc qo dilucidius exponatur, verbi בעל qod hic usurpatur, notio primaria & genuina est altius & accuratiùs pavlò indaganda. Verbum itaqe בעל primo loco generatim rem qamlibet *possidere* significat, utpote cujus *Dominus* qis sive *proprietarius* sit, ut juridici loqantur: itaqe illud Annal. l. 1. c. 4. v. 22. qo de Judæ posteris qibusdam dicitur, בעלו למואב malim interpretari, *in Moab* (h. e. *in terra Moabitica*; sicut לארץ *in terra* Job. 2. 13. & לעפר *in pulvere*, Job. 21.) *possederunt*, sive *pos-F sessiones habuerunt*; qam *in Moabum*, sive *in Moabitas, dominati sunt*, avt *dominium exercuerant*. qin & illud Esajæ c. 26. v. 13. בעלונו אדנים non video qare non verti qeat, *Domini præter te alii possederant nos*, nos in possessione suâ qasi domini justi ac legitimi tenuerunt. Vide cap. 49. v. 24. Hinc nomen בעל sensu latiore ac laxiore sumptum, *dominum, proprietarium, herum, possessorem vel personare* alicujus designat. qod nostri dicerent, the owner of ought. Ita בעל הבית *Dominus domus*, Exod. 22. 7. & בעל השור *dominus bovis*, Exod. 21. 28. & בעל הבור *dominus putei*, G ibid. v. 34. inde & formulæ illæ, de alite, בעל כנף *dominus alæ*, i. e. *alatus, alis instructus, alam habens*, Prov. cap. 1. vers. 17. de ariete בעל הקרנים Dan. 8. 3. *dominus cornuum*, h. e. *cornutus, cornibus instructus cornua habens, possidens*. De tribulâ, בעל פיפיות *dominus oriium*, h. e. *oribus, sive ferreis denticulis qibusdam instructus*; Esajæ 41. 15. deniqe בעל דברים *dominus verborum*, h. e. *rerum avt negotiorum*. uti est c. 2. v. 31. & Hymn. 65. 3. *is qi rem aut negotium aliqod habet*. Exod. 24. 14. At secundo loco τὸ בעל peculiari notione qadam *mulierem conjugio sibi devinctam tenere ac possidere* significat. Mal. 2. v. 11. בעל *tenet Judah* (h. e. *conjugio devinctam sibi tenent Judæi*) *filiam* (sive *filias*, qæ collectivè sumitur) *Dei alieni*. nec verâ tam *maritare avt ducere*, qam *conjugio junctam habere*,

re, possidere, verbum istud *κρατεῖν* denotat: qod verbis illis *Æneid. l.* 1. expressum voluit Maro,

Connubio jungam stabili, propriamqe dicabo.

Ita Devt. 24. 1. *Si vir qisqam mulierem acceperit* (*in uxorem*, scilicet ut pleniùs habetur cap. 24. v. 11. itaqe *uxorem duxerit.* Junius havd malè) ובעלה *& conjugio devinctam tenuerit, possederit*, ita potiùs qam *maritaverit*, qod verbo antegresso significabatur. Vides à *sumptione*, sive *ductione*, tanqam ulterius aliqid designari, qod nostri dicerent, shall be possessed of her. Et c. 21. v. 13. *Et intrabis ad eam*, ובעלתה *& conjugio junctam tenebis*, *eritqe in uxorem tibi.* Atqe hinc peculiari notione *maritus*, sicut אדון Gen. 18. 12. sive *κύριος* prout Petrus interpretatur Ep. 1. c. 3. v. 6. h. e. *dominus.* Ita à בעל verbo deducto nomine בעל qasi *possessor mulieris* appellatur, Exod. 21. v. 3. 22. Et verbi בעל participia, activum בעל *virum possidentem, mulierem, ut uxorem*, scilicet h. e. *conjugio sibi devinctam habentem, tenentem, maritum* significat Esaj. 54. 5. passivum avtem בעלה i. e. *possessam, maritatam* designat *mulierem*, hujus ipsius capitis v. 4. & c. 54. v. 1. qod pleniùs exprimitur formulâ illâ, ubi בעלת בעל i. e. *mulier a viro Domino*, sive *possessore possessa*, h. e. *conjugio habita*, sive *conjugio devincta, uxor* dicitur; ita sicut ille ducere dicitur, illa duci, & ille pariter *habere*, illa *haberi*, ille *tenere*, illa *teneri*, *possidere* ille, illa *possideri* dicitur. Pari deniqe ratione *γαμεῖν* est *uxorem ducere*, *ἔχειν* est eandem *habere*, *tenere*, uxoris loco *possidere*: inde Marci 6. 17. de Herode dicitur, *Τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐγάμησεν. Uxorem fratris sui duxerat.* Et mox eidem Baptista v. 18. *Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου. Non licet tibi*, inqit, non *ducere* (hoc enim jam factum fuerat) sed, *habere*, *tenere* (conjugio junctam scilicet) *uxorem fratris tui.* Ante *duxerat*, *ἐγάμησε*, jam *habet*, *ἔχει*. Contra *duxerat* & Philippus *ἐγάμησεν*. Alioqi uxor ipsius esse qi poterat? at qam uxorem *duxerat*, jam non *habebat*, in alterius potestate ac possessione cum existeret. Hoc substrato fundamento existimo verbum בעל istic in notione, sive syllepticâ, sive metalepticâ usurpari; & illâ fortean in priore membro, istâ verò in seqenti. Itaqe sic verterim, *Qando, sicut juvenis*, qi *adolescentulam maritatam* (h. e. conjugio sibi junctam) *possederit*: *ita filii tui te possidebunt*, h. e. Qando ita tenebunt & habebunt te, habitabunt tecum, te tecum unà degentes perfruentur, liberi tui, (hæc sunt enim conjugii rite apteqe initi conseqentia) idqe tantâ cum tranqillitate, contentatione, allubentiâ, oblectatione, ac *juvenis eximius* qispiam (id בחור peculiariter ex origine sonat cap. 40. v. 30.) cum *adolescentulâ* qam *virginem duxerit*, insigni aliqâ, ætatem exigere consvevit. Nihil hic sane coactum; contortum avt extortum nihil: præter collationis indices particulas intersitas, qas versiones pleræqe admittunt; relativum duntaxat interjicitur. cujus ellipsi nihil in Hebraicis freqentius. Accedit versioni huic firmamentum, qod ad vocabulum בעל in inciso posteriore, qo de maximè controvertitur, attinet, ex contextus ipsius serie, versusqe proximè antegressi verbis, qæ sic habent; *Non diceris ulteriùs derelicta, neqe ulteriùs desolata*, sive *vastata* שממה *dicetur terra tua, sed vocaberis ipsa* חפצי בה (qod nomen fuerat uxoris Ezekiæ Regis, ex qâ Manassen genuit, 4 Reg. 21. 1. significat avtem *Lubentia mea in eâ*) *& terra tua* בעלה h. e. ut rectè Chaldæus) *habitata*, *possessa*. Et subjicitur nominis utriusqe ratio; illius utiqe, qia *oblectabitur in te Jova*, hujus, qia *terra tua* תבעל h. e. (ut Chaldæus non male) *habitabitur*, *possidebitur*, à filiis tuis utiqe prout versu isto indicatur: certè cum שממה vastatæ בעלה opponitur, *possidenda & incolenda* fore insinuatur. Nec spernenda hic Grotii annotatio apposita, qi *priore hujus versiculi parte epitheton secundum, parte alterâ primum explicari* admonuit.

CAPUT XXV.

Esaj. 3. 13. verbum נצב *qid velit. Itidem Hymn. 45. 10. & 82. 1. non tam* stationis, *qam* sessionis *notionem eis locu obtinere. Esaj. 52. 2.* שבי *& Gen. 27. 19.* שבה *qid velit. Nostri qam ea commode exprimant. Esaj. 51. 15. Jer. 31. 35. & Job. 26. 12.* רגע *qid velit, qid itidem Job. 7. 5. varia & adversa etiam vocis hujus interpretationes. Jobi locum de historiâ Mosaicâ intelligendum non videri. in qiescendi sive sedandi notione creberrimè sumi.* רהב *Ægyptus aliqoties dicta, vox ea qid propriè significet* רהב ים *idem qod* גאות *&* גאון maris elatio, eminentia, ferocia, *in ea sedanda ac supprimendâ potentiam providentiamqe divinam cumprimis elucere.*

Pavcula qædam ex Vate eodem in hoc caput conspipabo, qæ secùs sumenda sentiam, qam plerisqe sumuntur.

Cap. 3. v. 13. sic legitur נצב לריב יהוה ועמד לדין עמים Hoc ita reddidit Vulgatus Interpres Latinus, ut נצב & עמד & ריב & דין pro eisdem, plane habeat, dum vertit, *Stat ad judicandum Dominus*, & *stat ad judicandum populos*: itidemqe planè verbis totidem Pagninus. Nec quad prius illud saltem discedit Vatablus, *Stat*, inqit, *i. e. paratus est.* Chaldæum secutus, qi עתיד reddidit. At Græcus, *καταστήσεται εἰς κρίσιν κύριος, καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ. Consistet*, sive *constituetur, ad judicium Dominus, sistetqe ad judicium populum suum.* Par alterum distinxit (acsi prius esset דבר עמד *consistens*, sive *intransitivum*, uti est reverâ posterius esset דבר יוצא *verbum transiens*, sive *transitivum*, qod vocabuli ipsius notio genuina apertè refellit) posterius indistinctum reliqit. Junius utrumqe qadantenus distinxit. *Sistit se ad litigandum Jehova, qi consistit ad judicandum populum.* Nec seciùs multò Piscator, nisi qod pro, *qi consistit*, *& stat*, exhibet. &, ad illud, *sistit se*; *Hebr.* inqit, *sistitur.* qod tamen τῷ נצב minùs commodè respondere videtur. meliusqe hujus loco Tigurinus, *consistit.* נצב propriè *consistere*, *collocari*, *consistere*, vel *considere* etiam, pro statu ac dignitate personæ, de qâ usurpatur. Sic Hymn. 45. v. 10. נצבה שגל לימינך *Ad dextram tuam conjux* (regia utiqe) *constituitur*, sive consistit. Græci LXX. qi dicuntur, *παρέστη*. ad qod proximè accedens Cyprianus, *assistit.* Utrumqe sane satis ambiguum est: qum *παρεστάναι*, sive *assistere*, dici possint, ubi adsunt, tam qi sedent, sive consident, qam qi erecti consistunt. Sed nec aptè satis Latinus antiqior, *assistit*; avt Hieronymus, *stetit.* Pessimè verò Græci alii qidam referente Chrysostomo, *ἐστηλώθη*, h. e. *statua instar erecta stetit*, sive *constitit*, qia scilicet מצבת i. *στήλη*, *statua*, ab hoc verbo ortum habet. At verò ut juxta Regem conjugem suum, qasi ministerio fungens ancillari aliqo compareret Regina, pompæ præsertim regalis ostentandæ tempore, indecorum nimis meritissimè haberetur. itaqe *assidere* potius qam *astare*, *considere* etiam qam *consistere* hic diaerim. qo modo de Bathsheba dicitur; cum Salomonem conveniret, *Rex ubi in solio suo desederat, solium Matri suæ posuit, in qo ad dextram suam consideret*, Reg. l. 3. c. 2. v. 19. neç de Artaxerxis Reginâ secùs, dicit *Rex, conjuge juxta eum considente* Neh. 2. 6. Commodè satis Junius, *collocata est.* Hebræi *statuta*, inqit Piscator: itaqe *constituta est*, sive *constituitur*, malim. Qemadmodum avtem hoc Esajæ loco נצב יהוה ita Hymn. 82. v. 1. dicitur אלהים נצב בעדת אל qi locus est isti planè parallelus & analogus. Ibi Græcus, *ὁ Θεὸς ἔστη*, uti & Latinus, *stetit.* *Astat*, Junius. *stat*, Hebræi. *stans*, scilicet *est*, Piscator. imò, *consistit*, ut Tigurinus, vel *considet* etiam, *constituitur.* He sat among them; it's among them. Certè ut Deus qæsitor summus, in Judicum cœtu sive consessu, reliqis illis, ordinis utiqe inferioris longe, considentibus, ipse stet solus, ratio decori nulla patietur. Sed & apud Vatem נצב à עמד omninò distingvi videtur. Proinde verterim: *Jova ad disceptandum jam constituitur, & ad populos judicandum stabit.* Judicii partes ut plurimùm duæ sunt, *cavssæ disceptatio*, & *sententiæ prolatio.* Ad *disceptationem* transigendam, partiumqe litigantium allegationes avdiendas pensitandasqe, *sedere* solet Judex qæstionis: ab hoc munere obito, apud nos etiam ad *sententiam ferendam assurgere* consvevit. Ita Deus ipse, hoc

hoc loco, ad judicii forensis instar, *ad disceptandum* (ita cum Calvino malim qam *ad litigandum* cum Junio, neqe enim *litigare* ad judices pertinet) *consistere* dicitur; hoc autem ubi peractum fuerit, *ad judicandam* tandem, *sententiam dicturus*, à solio, in qo hactenùs sederat *exurgere* perhibetur, ut *stando* sive in pedes consistendo, qod muneris est sui reliqum exeqatur.

Locus alter, in qo errorem havd absimilem nostri saltem errarunt, ambigvitatem alii effugere vix qiverint, habetur, Vatis ejusdem cap. 52. v. 2. Ibi Sionem, ac Jerusalem (eodem enim res redit) conditione captivâ servâqe jam liberatam sic Vates alloqitur, קומי שבי qod Græci reddiderunt, ἀνάστηθι, καὶ κάθισον. Latinus antiqior, *Consurge, sede*. Qo modo & Tigurinus. Junius; *Surge, sede*. Piscator; *conside*. Et verbum qidem ipsum *sedendi* notionem omninò habet: unde ad *solium regale* refert dum interpretatur, שבי על הכסא Targumistam secutus, qi תבי על כורסי reddidit: laxiùs rectiusqe Vatablus, *Sede in loco aliqo honesto*. Cæterùm *decubitioni* istic *sessio* omninò opponitur, nullâ loci hujus vel illius habitâ ratione, respectuve peculiari. Nec aliud qicqam Vates hac voce voluit, qam ut Sionem, qasi humi in pulvere decumbentem mulierculam captivam, moneret, ne conditione jam in melius mutò demutatâ, pavimento affixa ulterius ageret, sed exurgeret, soloqe erigeret se: id qod tam *consistendo*, qam *considendo* perfici, tam *consistendi*, qam *considendi* verbo exprimi potest. Istic autem versiones nostræ in diversa planè à se invicem discedunt. Recentiores, Genevensis & Jacobina, 𝔄𝔯𝔦𝔰𝔢, 𝔰𝔦𝔱 𝔡𝔬𝔴𝔫: qod Babeli potiùs dici poterat. cap. 47. v. 1. Antiqiores, Tindaliana & Episcopalis contra, 𝔄𝔯𝔦𝔰𝔢, 𝔰𝔱𝔞𝔫𝔡 𝔲𝔭. Atqe hoc ego qidem qam illud mavelim, qia ad Vatis mentem accedit propius. Verùm utrisqe prætulerim, 𝔄𝔯𝔦𝔰𝔢, 𝔰𝔦𝔱 𝔲𝔭: qomodo in eo qod Jacobo Patri suo elinico, קום נא שבה Gen. 27. 19. optimè sanè reddiderunt Genevenses nostri, 𝔄𝔯𝔦𝔰𝔢, 𝔰𝔦𝔱 𝔲𝔭: Atqe hae certè in parte lingvis reliqis plerisqe nostra fœlicior pavlò videtur, qod vocibus istis, 𝔰𝔦𝔱 𝔲𝔭, & 𝔰𝔦𝔱 𝔡𝔬𝔴𝔫, notiones eas dextrè admodum distingvit, qas aliæ illæ, tam Hebraica, qam & Græca & Latina, uno eodemqe communi, vocabulo ambiguè satis enunciant.

Ejusdem Vaticinii capite prægresso, v. 15. ista reperiuntur, אנכי יהוה אלהיך רגע הים ויהמו גליו qæ verba etiam syllabis literisqe totidem reperiuntur eadem Jerem. 31. 35. Utrobiqe רגע qid velit, qæritur. Nec desunt è Judæis Magistris, qi literarum metathesin factam hic opinentur, ut רגע pro גער scriptum fuerit. Atqe hoc Targumista sensisse videtur, qi דגעור בימא hic reddidit, qo modo & Nahum. 1. 4. illud גוער בים *qi increpo mare*. Videatur Hymn. 106. 9. & cap. 50. v. 2. Jairus verò & Camius רגע בקעה *in diffindendi* notione usurpari volunt: ut de mari Edomæo ad populi Ægypto exeuntis transitum diffisso intelligatur. Exod. 14. 21. & Hymn. 78. 13. *& fremebant fluctus ejus*, i. e. *cum fremerent & streperent*: fremitum siqidem sive rugitum ac strepitum ingentem cieri necesse erat, cum flatus validissimi impulsu vehementissimo aqarum moles tanta retrorsum ageretur, Exod. 14. 21. & 15. 8. Vel, *qamvis fremerent*: qia qantumvis naturæ suæ vi insitâ reniteretur, rupis instar tamen qiescere, & vi divinâ naturæ vim exuperante, immota consistere cogebatur. Ibid. ita illud spectaret, qod supra vers. 10. dictum fuerat. Interpretationem hanc qo firmatum eant, Jobi verba huc accersunt c. 7. v. 5. עורי רגע nisi qod Camius monet apud Jobum notionem consistentem, apud Vatem transeuntem habere רגע avtem apud Jobum, idem sonat, ut R. Moses, referente Esdraide, qem & Levi Gersonides seqitur, qod נבקע *finditur cutis mea*: qod & plerisqe ferè placet. Sic enim, *rupta est*, Tigurinus: *disrupta*, Junius & Piscator: *bisest*, Oecolampadius: Genevenses nostri, 𝔪𝔶 𝔰𝔨𝔦𝔫𝔫 𝔦𝔰 𝔯𝔢𝔫𝔱: Novissimi, 𝔟𝔯𝔬𝔨𝔢𝔫. Commodissime sub hac notione, qia neutrius potiùs qam passivæ formæ rationem vox hic gerit, nostris reddi posse exill mem, it cracketh. At Jairus נקמט *corrugatur*; rugas contrahit: Latinus vetus, *aruit*, & humido certè absumpto, qod est reliqum rugas contrahere assolet; diri-

A gait, Brentius. Esdraides ipse ad Esajæ locum de qo agitur refert, de hoc avtem qid censeat, mox videbitur. Atqe hanc qidem loci istius *de mari diviso* interpretationem plerqe tam Judæi, qam & nostri præferunt.

Mihi vero locis omnibus recensitis, in qibus formula ista reperitur, qâ Deo in pelago pro libitu suo disponendi potestas adscribitur, in aliam sententiam animus propensior inclinat. Tria avtem sunt loca, in qibus verbis his eisdem vis divina ista prædicatur, Vatum duo supra indicata illa, tertiumqe Job. 26. 12. Nec qicqam in his discriminis oc-

B currit, nisi qod prioribus duobus participium præsens habetur, in novissimo verbum, & qidem thema ipsorum, repetitur: qæ eodem ferè redeunt, nisi qod verbum, uti & Pagninus animadvertit, in dictione istâ, vel transitivè potest sumi, ut Deum respiciat, vel intransitivè, ut ad mare ipsum referatur; sed illud potiùs, nec immeritò, probatur. Etiamsi avtem priora illa apud Vatem utrumqe ad mare Edomæum in partes divisum referri qeant; at tertium istud apud Jobum, cum libri illius historia seculo Mosaico antiqior habeatur, ad miraculum illud insignissimum sub Mose exhibitum pertinere posse non videtur.

C Alio itaqe referre coguntur interpretes plerique, qæ de Deo eo loci vir pius, בכחו רגע הים Et hic tamen Targum, בחיליה גזר ימא *robore suo divisit mare*. Sed & Abraham Esdraides, בקע *discidit*, qi alibi tamen aliorsum abit, uti mox indicabitur. Hunc seqitur Mercerus; sed ut *dissindit* malit, ut de eo, qod qotidiè fieri solet, accipiatur. In qo etiam Mercero accedit Piscator. Verto, inqit, *disrumpit*, q. d. *disrumpere solet*; *per ventos* scilicet atqe ita excitat tempestatem; est enim sermo de actu continuo sev con-

D sveto, & ordinario, *& vulnerat superbos fluctus ejus*, i. *compescit fluctus & tempestatem sedat*. Qod & apud Esajam antiqissima nostra mox ea habenda. At Deodatus historiam Mosaicam plane respici vult, qam gentibus vicinis innotuisse monet, Exod. 15. 14, 15, 16. hanc enim de Jobo rem gestam contigisse putat, populo Dei in eremo agente, qod minùs verisimile videtur. Ambiguè Pagninus, *Potentia ejus mare divisum est*. Qod Broctonus noster, licet alteram syntaxin secutus, de aqarum mole integrâ intelligit, qam ex unâ, qæ primitùs obtinebat, congerie, in maria diversa, sinusqe varios universi conditor & dispensator Deus vi suâ dispertivit. Versiculum itaqe integrum sic reddidit, *Potentia sua mare dividit, & sapientia sua aqa molem ingentem* (the main-water, *Ebr. superbiam*) *dispertitus est*. Nec abscedit Junius, *divisit aqarum congeriem in maria, flumina, lacus, stagna. &c. ut conspiceretur arida*. Merlinus itidem; *Summa opificis potentia ac sapientia effectum est, ut mare in varios tanqam alveos & sinus divisum fuerit, atqe eo per subterraneos meatus usqe ad radices montium deducerentur flumina*. Jairus verò, uti supra

F c. 7. v. 5. רגע per נקמט *corrugatur*, exposuit. Ita & istic רגע *corrugatum est mare*. Siqidem ubi ad illud c. 7. retulisset, subjicit קמטים קמטים נעשו *ruga ruga*, i. e. *rugosa tota facta sunt aqa, rugis sibi invicem supervenientibus, prinsqam in eum locum congregarentur, qi fuerat illis continendis preparatus*. De primordiali, utiqe aqarum in locum unum coitione dictum intelligit. Qo pertinet & qod Vetus Interpres Latinus habet, *In fortitudine illius repente maria congregata sunt*.

G Alii verò nec pavci etiam hi, ut רגע locis istis in *movendi* sive *commovendi* notione sumi volunt. Ita apud Esajam Græci, Ἐγὼ ὁ Θεός σου ὁ ταράσσων τὴν θάλασσαν (apud Jeremiam, ὁ δοὺς ταραχὴν ἐν θαλάσσῃ) καὶ ἠχοῦν (apud Jeremiam καὶ βομβεῖ) κύματα αὐτῆς. *Ego sum Deus tuus, qi conturbo mare, sive strepitum cieo in mari, & sonare facio, sive, & bombum edunt, fluctus ejus*. Vetus interpres Latinus, *Conturbo*, sive *qi turbat mare*; & *intumescunt*, sive *sonant, fluctus ejus*. Tigurinus, nevtiqum constans sibi; apud Jobum, *Potentia sua scindit mare*; *& intelligentia sua compescit ejus ferociam*. At apud Esajam, *Increpo mare, ut tumultuentur fluctus ejus*. Qæ certè sunt planè ἀσύστατα, increpatur enim mare, non ut tumultuetur, sed ut subsidat & conticescat. Matth. 8. 26. Marc. 4. 39. nisi si *ut* pro *qamvis*, sive *licet*, usurpaverit; qo modo Naso, *Protinus*

ut

ut redeas; & Flaccus, *Nihil ut meditantibus obstet*. Atqe ita lubens excusanm, nisi ipse obstaret, dum apud Vatem alterum idem reddit, *qi fremere facit mare, ut fluctibus tumultuetur*. Nec abscedere longiùs videtur Jairus, qi ad Esajam voce Gallicâ *frounce* ᵭ רגע exponit, qasi esset, qod noa lingvâ oostrate diceremus, that frounceth / vel etiam that curleth the sea. Nisi qod ista perstrictionem aqarum leviusculam denotant, qâ pelagi superficies summa leniter crispatur, qalem io primordiali illarum constitutione extitisse forsan ille existimabat, qam *corrugationis* nomine alibi designatam volebat; uti est superius indicatum. Sed in *commovendi* significatu sumit apud Vatem utrumqe Deodatus; *Che muove*, sive, *commove, il mare, & sceba*, sive *onde, le sue onde remoreggiano*. Itala versio antiqior, *Il qale ha diviso, & ha rotta il mare & le sue onde hanno fatto strepito*. Gallica apud Jobum mioùs clarè, *Il fend la mer, par la vertu, & transperce person addresse les flots, qand ils se levent*. In vaticinus aperoùs, *qi romp*, vel *rompt, la mer, & les flots embrayent*. Calvinus itidem in illis *qi seco*, sive, *scindo mare, & sonabum fluctus ejus*, i. *movero tempestates, & tumultuantur, vel resonant fluctus ejus*. Calvinus idem in Job, *Serm. 96. Findit mare virtute suâ, sedatqe superbiam ejus intelligentiâ suâ*. Qando maris, inqit, undæ attolluntur, montes aqarum tanti videntur, ut obruendos se statim existiment navigantes; at cum in mediis jam versantur fluctibus, visa terioris adhuc amplioris oculis sese ingerunt; fluctibus enim utrinqe supervenientibus, intervallum qod interjacet, voraginis instar, hiatus ingentis videtur, cujus fundus utiqe nullus compareat, nec fluctuum sedandi spes ulla superest: qod tamen perbrevi spatio effectum dat Deus. Brentius itidem; *In virtute ejus conturbabitur mare; & in prudentiâ ejus confringetur altitudo*, i. *sedantur fluctus in altum elevati*. Versio nostra intermedia, apud Esajam, that divide the sea and his waves shall rage. Apud Jeremiam eadem, præeunte antiqissimâ, which moveth the sea / so that the floods thereof wax fierce. Junius denique & Piscator, neuter explicatè satis; *qi disrumpo mare, cujus fremunt fluctus*, Junius. *ut fremant fluctus ejus*, Piscator. cujus de Jobi dictione mens est superiùs repræsentata.

Cæterùm in notionem huic adversam planè concedunt nonnulli, qibus & ipse prorsus accedo. Siqidem isti ᵭ רגע non in *commovendi*, sed in *qiescendi*, nec in *turbandi*, sed in *sedandi* notione istic accipiunt. Ita Levi Gersomi filius in Job 26. רגע inqit, i. נח *qiescero facit, & intra terminos præscriptos continet, & coercet, ne terram inundando incolas exitio atqe extermimo det, elationemqe ejus consqe, ut fines præstitutos ne transgrediatur, supprimit*. Vide Job. 38. 8—11. Hymn. 104. 6—9. Jerem. 5. 22. Qin & Jairus ad cap. 7. monet qosdam ᵭ רגע etiam illic לשון נוח *in qietis notione* sumere. Abraham pariter Esdiæ nepos ad Esajam, sunt, inqit, qi exponunt כניח אחר שהמו גליו, *cessare*, sive, *qiescero facit mare, ubi perstrepunt*, sive *tumultuantur fluctus ejus*. ut לשון מרגע *in qietis significatu* sumatur. *Et hoc*, inqit, mihi *rectum* videtur. Subjicit tamen, hunc posse sensum esse, *Deum ipsum eundem esse, qi & mare turbidum compescat, & qi faciat etiam ut fluctibus intumescat*. Id admisit versio antiqissima nostra, dum hic vertit, that maketh the sea to be still and to rage. Vide Hymn. 107. 25—29. Jon. 1. 4—15. Verùm istud syntaxis Hebraica vix tulerit, illud sponte suâ de contextu fluit. *Vav* enim copulativa, ᾽αντὶ τ̃ אחר pro *postqam, ubi, qando*, particulis temporis ariculum designantibus creberrimè usurpatur. Videantur Gen. 14. 14. Exod. 14. 21. & 16. 20. Lev. 9. 22. & apud Vatem hunc ipsum cap. 33. v. 20. & 33. 1. & 37. 9. 36. & 44. 14. & 53. 2. Ita apud Jobum Græci. Ἰσχύι κατέπαυσε τὴν θάλασσαν, h.e. ut rectè Oecolampadius, *In virtute suâ sedat mare, & intelligentia sua percussit fortitudinem*. Qæ cum superioribus commissa in paraphrasi sic explicat; *Qamvis interdum ita terreat, ut cœli columna contremiscant; mareqe mitis fluctibus intumescat & sæviat, eadem tamen potentia tumidum mare tranqillat*. Et in exegesi, *Deus sua potentia serenitatem inducit, & intelligentia sedat superbos maris fluctus qui fortitu-*

A *dinem vocat*. Itala versio antiqior apud Jobum, *La potenza sua acqeta il mare, & la sua intelligenza percote la superbia so, orgogliosi di qello*. Nostra deniqe antiqissima & huic proxima ibidem, He stilleth the sea with his power / cui subjungit ista (nam hac in parte ab Hebraicis illa longiùs recedit) and through his wisedome smiteth he the streng it thereof.

Dictionis avtem Jobicæ istius clavsulam novissimam oon desunt, qi ad res Ægyptiacas historiamqe Mosaicam pariter atqe præcedaneam referant. In his est Deodatus, sed
B singularis ferè opinor: qi in versione suâ vocem *Rahab* tanqam nomen proprium retinuit, qo & Ægyptum noo semel indigetari monet Hymn. 87. 4. & 89. 10. & Esaj. 51. 9. ut idem hoc loco verbis hisce מחץ רהב designetur, qod Hymn. 89. illis דכאת בחלל רהב *contrivisti tanqam hominem transfixum Ægyptum*: & Esajæ illis de dextrâ divinâ, המחצבת רהב *qa Ægyptum excidisti*, ut *Rahabi* nomine *Ægyptus* hic, qo modo & locis illis, denotetur: qo facere & favere forsan videtur, qod Jairus hic suggerit, מצרים קרוין רהבים h. e. *Ægypti vocantur Rehabas*. Et
C *Rehab* qidem pro *Ægypto* usurpatum aliqoties occurrit. At *Rehabim* pro *Ægyptiis*, sicut *Lehabim* pro *Libybus*, ousqam, credo, comparet. Qin nec Jairus ipse, qi hoc tradit, *Rabab* hoc loco ita cepisse videtur, cum antegressa alio referat. Potest hæc Magistri mens fuisse, *Ægyptios* dictos fuisse *Rehabim*, i. e. *superbos*, qo modo ad Psaltæ illud Hymn. 40. 5. *Beatus vir, qi non respicit ad Rehabim*, i. e. *superbos*, vel *potentes*. Jairus idem Vicarsio nostro citante, i. e. *Ægyptios*, inqit, *qi superbe egerant*. זדו uti Jethro ad Mosen generum suum Exod. 15. 11. qanqam in eis qæ edidit
D Buxtorfius annotatis Jairianis alio is concedere videtur, dum לשון נשות in *elationis* sive *eminentiæ* notione accipi monet; & ad Esaj. 3. 5. & Cant. 6. 5. amandat (qomodo & Esdraides & Camius רהבים interpretantur בעלי חכוח *viros fortes, robustos*) sed & ut & *robustos* forsan & *superbos* qoqe simul includat.

Pro nomine appellativo itaqe pleriqe hîc accipiunt, ut sit רהב istic, qod גאות הים *maris elatio*, sive *superbia* Hymn. 89. 9. dicitur. רהב certè sicut גאות pro rei cujusqe *virtute, validitate, vigore, excellentia, eminentia*,
E *superbia* itidem, (cujus solent esse ista succentiva & fomenta) usurpari deprehenditur. Sic Hymn. 90. 10. *Etiam* רהב *vigor*, sive *superbia*, sive *excellentia eorum* (annorum scilicet sive ætatis) *est labor & molestia*. Ita Piscator. *Etiam excellentissimum eorum laboriosum est & molestum*; Junius. Esajæ 30. 7. רהב *virtus*, sive, *robur eis sessio futura est*. Hoc ipso in scripto cap. 9. v. 13. *Deus ni avertat iram suam, deprimentur sub ipso* עזרי רהב *auxiliatores superbiæ*, sive *roboris*, i. *superbissimi & robustissimi* qiqe: ad qem tamen locum Jairus, *Rahab per derisionem dicta est Ægyptus*,
F *ob superbiam suam, qia dixit; Qis est Jehova*, &c. Exod. 5. 2. Qod tametsi verum esse non negetur, ad loci tamen illius sensum nihil omninò facit. Ad rem ipsam propiùs Esdraides אנשי הממשלה *viri dominationis*, i. *proceres, potentes*. Et Gersomides העוזרים בגאות ובתוקף *qi cum superbia & robore auxiliantur*. Optimè Mercerus, *adjutores elati & robusti*. בעלי הגאוה והחזק *qi robore & potentia per elationem freti adversus Dominum adjuvare conantur*: רהב ergò hic, qod & plerisqe visum, *maris elatio*, sive, *superbia*; qod גאון גליו cap. 38. v. 11. Eam
G *confringere* Deus dicitur, ubi supprimit & compescit. Ita incisum posterius, priori commentarii vim vicemqe præstat, deqe tempestatibus ac procellis sedandis capiendum ostendit. רגע avtem verbum in *qiescendi* atqe *in qieto constituendi* ootione usurpari, docent cum usus verbi, licet in forma Hiphil creberrimè, freqens admodum, Devt. 28. 65. Esaj. 34. 14. Jer. 31. 2. & 47. 6. & 50. 34. tum & verbalia inde deducta, *qietem* denotantia; מרגוע Jer. 6. 16. & מרגעה Esaj. 28. 12. Deniqe cum Jobi loco huic sensus iste cumprimis qadret, in reliqis duobus illis vaticiniorum locis qominùs pariter sumatur, qod obstet nihil video. Certè vix qicqam deprehenditur, in qo potentia providentiaqe divina luculentiùs sese ac freqentiùs exerat, eoqe nomine in paginâ sacrâ crebriùs prædicetur,

qam

qam in procellis sedandis, fluctibus componendis, pelagiqe ferociâ coercendâ & castigandâ. Consulatur Job. 38. 8.-11. Hymn. 65. 7. & 77. 16. 17. & 93. 3. 4. & 104. 6.-9. & 107. 23.-29. Jer. 5. 22. Jon. 1. 4.-16. Matth. 8. 24.-27. Marc. 4. 37.-41.

CAPUT XXVI.

Scientia thesavri an Christo homini simul communicati universi. Hujus de-so dictum Marc. 13. 3. discussum. אם לא *εἰ μὴ: Erasmus à Bezâ sine cavssâ reprehensus. Marcum supplet Matthæus;* ὥρα, horam, *malè reddunt;* momentum, *pejus Hilarius; qod Beza tamen probat,* tempus, *benè Erasmus: meliùs,* tempestatem. ὧραι, *Græcis, & hora Latinis,* anni tempestates. ὥρα *idem qod* καιρὸς, tempus opportunum; *& qod* προθεσμία, præstitutum. *Locus ille Marc. 13. ab heterodoxis malè habitus: ab orthodoxis nonnullis etiam perperam acceptus. Herum qorundam argutia rejecta; Christum non nosse, nisi prout pater novit: Christum non in se noscere, sed in suis: nosse notitiâ evidentia, non experientia; nosse, sed non us inducet,* scire; pro docere. *Aliorum interpretationes simpliciores & solidiores, ad humanam naturam referentium; vel ex eâ non nosse,* vel secundum eam *tunc ignorasse, qod posteà norat: qod novissimum reliqis prælatum. Disceptatio Athanasii cum Ario meritò suspecta.* De nescientiâ *&* ignorantiâ *trica. Luc. 2. 52. expenditur. Epiphanius à Petavio frustra tentatus; aliter qam illi emendatus. Christus* sapientiâ *qi provectus, dicatur.* ἡλικία, *ætas ibi an statura.* Gratia, *qid. Matth. 6. 27.* ἡλικία, *plerisqe* statura. *Tragicorum* cothurni, *mulierculum subere suppacta* βαυκίδες. *Alexis in eâ voce apud Athenæum ex Clemente restitutus:* καυκίδες *&* καυκίζοντες, *vocabula utrumqe Stephano, alterum Casavbono, sine fundo.* Βαυκὶς *qid:* qid βαυκίζοντες: qid βαυκισμός. *Pollux interstinctione vitiosâ liberatus:* βαυκισμὸς *unde dictus. Lasciviores mores, motus, modi,* Ἰωνικοί. Bavcis *an cum* baxa, *sive* baxea, *eadem. In Alexide explicando à Casavbono discessum; in Spartiano corrigendo à Lipsio.* Pantofellæ *unde dicta.* Bavcides *an ad saltandum inepta: an croceæ tantum, non & alba. Vopiscus à Lipsio frustrà solicitatus:* ἡλικία *in dictione Dominicâ* ætas, *non* statura, *Dunæo. Viri militaris mensura justa. Hujus pars nentiqam exigua* cubitus. Passus gallinaceus, dies palmares: Vitæ spithama: Digitus est dies. *Schotti lapsus memoriabe.* Datyli, *&* Dactyli dies, *Paræmia fictitia ex lectione vitiosâ.* Locustarum, *instar, de staturâ pusillis: terra ambitus, puncti instar ad cælorum peripheriam. De ætate amplior; qam de staturâ solicitudo. Esaja 7. 15. expenditur. LXX. versio rejecta; Juniana etiam. Cum Pradensi certamen institutum. Vocabuli unius genuina propriaqe notio unica. Dictio eadem an sit, ubicunqe litera eadem. Stratonici facetia seria & severa.* Ut, *an sit semper nota similitudinis. Ex synonymo hinc in locis adductis substituto absurditas dicti evincitur.* Ut, *an pro* qamvis, *usurpetur. Juvenali à Pradensi lux erepta, non reddita. Nec in Esajâ elucidando fælicior qicqam. Sensum qem dedit, ab Hieronymo accepit: qi syntaxin tamen nec eandem, nec rectam dat. Hebraica imperitiâ in eo loco lapsi Græci. Sensus genuinus ex nostris datus. Huartii futilis interpretatio: nec Oecolampadii, qem à Camero traxit, sanus, ut ibi similitudinis notam facere,* ut fac, esto, demus, *supplementi loco interserere, absurdum utrumqe.*

IN Domino Jesu Christo *reconditi* dicuntur σοφίας καὶ γνώσεως, *sapientia ac scientia thesavri* universi, ad Coloss. 2. 3. Nec tamen Christo homini simul semelqe thesavri harum utriusqe communicati sunt universi. Nec *scientia*: qædam enim cum in terris ageret, ignorasse aliqando perhibetur. Ita fatur ipse, Marci 13. 32. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καὶ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ. Qod vertunt, *Veruntamen de die illo & horâ nemo novit, ne angeli qidem qi in cælo sunt, nec filius ipse, sed Pater;* vel, *nisi Pater.* Τὸ εἰ μὴ respondet Hebraico אם לא qod & Beza monuit ad Matth. 12. 4. qi tamen vulgatum interpretum, eumqe secutum Erasmum, immeritò tangit, qasi *nisi* reddendo (hoc avtem est ad verbum אם לא) sententiam depravarint: illa enim εἰ μὴ ὁ πατήρ, connectenda sunt, cum primo commatii membro, οὐδεὶς οἶδεν, reliqis istis tanqam per parenthesin qandam interjectis, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ ὁ υἱός. *De die illo nemo novit, nisi Pater.* (*solus* scilicet qod & Matthæus supplevit c. 24. v. 36.) *ne angeli qidem, nec filius ipse.* Verum minus placet, qod ὥρας hoc loco *horam* vertunt: & minus adhuc, qod Bezæ tamen placere videtur, qod *momentum* Hilarius reddidit; crescere enim oratio, non decrescere debet: & qod amplius atqe ἐμφατικώτερον est, seqi, qod minus leviusqe, antecedere; ut rectè monent dicendi magistri: frigidum itaqe nimis foret, qod de *die* negaverat, de *horâ* insuper negare: cum pars diei, nec adeò notabilis, sit hora. Joan. 11. 9. & diei proinde notitia exclusa, horæ notitiam multo magis excludat: ut plus priore vocabulo comprehensum sit, qam posteriore insinuatur, cum tamen hoc illi tanqam amplius qiddam subjiciatur. Meliùs ergò Erasmus *tempore* reddidit; & adhuc forsan meliùs *tempestate* redderetur. Sicut mox v. 33. Οὐκ οἴδατε πότε ὁ καιρός ἐστιν. καιρὸν dixit, non χρόνον. καιρὸς avtem sicut & ὥρα, non est *tempus* simpliciter, sed tempus rei alicui gerendæ vel opportunum, vel præstitutum; qod & *tempestatem* Latini nuncupant. Avson. in *ludo 7. sap.*

> Γίνωσκε καιρόν: *tempus, ut noris, jubet:*
> *Sed* καιρὸς *iste tempestivum tempus est.*

Sic ὧραι; sed & *hora* Latinis, Naso *Fastor. l. 1.*

> *Præsideo foribus cæli, cum mitibus horis.*

i. qatuor anni tempestatibus. Et *Metam. l. 2.*

> *A dextra lævaqe Dies, & Mensis, & Annus,*
> *Seculaqe, & posita spatiis æqalibus Hora.*

Ver, scilicet, Æstas, Avtumnus, Hyems: qæ & Græcis ὧραι, εἰαρινὴ, θερινὴ, ὀπωρινὴ, χειμερινή. Unde in sacro codice passim, ὥρα nunc pro *tempore opportuno*, qod καιρὸς dicitur: Matth. 14. 15. Ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν, *præterit tempestas;* sive tempus moræ opportunum. Rom. 13. 11. Ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι· *tempus est*, sive, *tempestivum est, ut è somno excitemur;* ut expergiscamur. Nunc pro *præstituto*, qod & προθεσμία nuncupatur, Joan. 7. 30. Οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ. *nondum venerat tempus ejus* præstitutum nempe, qo tradendus ad mortem erat: & Marc. 14. 41. Ἦλθεν ἡ ὥρα, *venit jam tempus illud.* Sic Socrates apud Platonem in apologiâ; Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι. Et Evryphro apud eundem, Νῦν γὰρ σπεύδω ποι, καί μοι ὥρα ἀπιέναι, *tempus abire mihi est:* qo nimirum avocor necessariò. Qin & qod Marcus καιρὸν, in hoc ipso argumento Matthæus c. 24. v. 42. ὥραν dixit. Οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται. *Nescitis qo tempore,* vel, *qâ tempestate, Dominus vester sit venturus.* Sic avtem istic accipiendum clarè docet, & qod apud eundem disertiùs ac distinctiùs pavlò dicitur, c. 25. v. 13. Οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν, οὐδὲ τὴν ὥραν. *Non nostis diem,* nec *tempus* etiam. Qis enim, *nec horam*, diceret? qasi *diem* nescire qis possit, qi *horam* novit; avt non plus sit, esse *diei nescium*, qam sit *hora*; si diei particula, *hora* intelligatur.

Cæterùm qæritur, qo modo *Filius ipse* dicatur judicii œcumenici *diem tempestatemqe nescire.* Hoc enim cum priscis temporibus Ariani, tum recentioribus Agnoetæ ad Filii unigeniti naturam divinam imminuendam arripiebant. Variis ergò modis heterodoxis illis à doctoribus orthodoxis occurritur. Mitto, qoniam argutum nimis est, qod Evthymius *in Matth. c. 58.* apud Matthæum dici, *neminem nosse, nec angelos ipsos, nisi Patrem solum;* apud Marcum verò, *ubi Filii fit mentio, exclusivam omitti:* ut sensus sit, *neqe Filius scit, nisi Pater,* videlicet, *sciat: qia verò scit Pater, scit utiqe & Filius.* Qanqam & ejusmodi qippiam ex orthodoxi antiqioris cujusdam sententiâ referat Gregorius Nazianzenus adversus Evnom. Orat. 4. Ὅτι οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἄλλως οἶδεν, ἢ ὅτι ὁ πατήρ. *Non aliter nosse Filium, nisi eâ ratione qâ Pater novit; nosse avtem Patrem: & Filium er-*

gò. Hoc avtem Basilii esse adnotat Elias Cretensis: sed frustrà. Iste enim, qod mox videbitur, in diversum concedit. Cæterum in *disceptatione* eâ, qam *in Synodo Nicænâ cum Ario* habuisse fertur *Athanasius*, reperiuntur eadem ferè cum illis, qæ & Evthymius attulit, & Gregorius attigit, verbis hisce; *Γιγνώσκων γὰρ ἑαυτὸν μὴ διεστῶτα ἀπὸ τοῦ πατρὸς κατ' οὐσίαν, ἀλλ' ἡνωμένον τῇ θεότητι τοῦ Θεοῦ πατρὸς αὐτοῦ, τὴν ἑαυτοῦ πρόγνωσιν ἐν τῇ τοῦ πατρὸς προγνώσει ὑπέμεινεν. Cum nosset se à Patre secundum essentiam nihil distare, sed deitatis ratione unum cum patre existere, proinde præcognitionem suam sub Patris præcognitione subindicavit.*

Mitto & qod in disceptatione eadem subjungitur, de *filio altero*, ex Parabolis illis Matth. 21. 29. & Luc. 15. 24. qi *Ecclesiæ utiqe Christianæ in Synagogæ Judaicæ locum suffectæ typum gerat: hunc enim omni honore gratiaqe reliqa à Patre, qi suffecerat, affectum, præterqam qod hoc unum illum celatum voluerit.* Qo & ὀρθῶς φρονῶν Arius ipse concedens introducitur. Ab Origene avtem sumptum istud videtur; qi *in Matth. Orat.* 30. *Qamdiu corpus ejus in terris positum, qod est Ecclesia, ignorat, tam diu & ipse ignorare perhibetur.* Qod & Hieronymus, sed [illegible], licet à mente Evangelistæ Christiqe ipsius qam longissimè dissitum, suis illis *in Marcum commentariis* inseruit: nec admittere dedignatus est referente Photio io *Myriobiblo*, *cod.* 230. Evlogius Alexandrinus: sed nec improbat Gregorius 1. Romanus in *Registro*, *lib.* 8. *Ep.* 42. Mitto cum hisce itidem qia coactum nimis, qod Epiphanius Hæres. 69. Sect. 46, 47. *duplicem* esse *cognitionem*, sive *εἰδήσεως*, alteram *ὁράσεως ἢ ἐννοίας*, *visionis* sive *notionis* tantùm, alteram *γνώσεως καὶ χρήσεως, ἤτοι πράξεως*, *notitia & usus, sive actionis* etiam, Gen. 4. 1. illâ *nosse* Christum diem judicii; istâ *nosse* qidem *Patrem*, sed *non* item *Filium*: qia *nondum qemqam judicat*. Joan. 5. 22. qod & idem ferè apud Originem qoqe habetur loco superiùs indicato; ubi *scire*, pro *experiri*, sive *exeqi*, in Scriptis sacris usurpari monet, nec aliter posse istic sumi.

Verùm ista horum peculiaria sunt ferè commenta. Aliò abeunt interpretes pleriqe, cum Græci, tum & Latini.

Ex his avtem nonnulli ideò *Filium* ajunt *diem illum nescire* dici, qia etiamsi sciat, alios tamen id celet. Ita Hilarius *de Trinit. l.* 9. *Dispensatio est potiùs abscondita scientia, qam natura nesciendi; cum Filius idcircò nescire se dicat, ne & alii sciant; & Patrem solum dicat scire, ne & ipse non nesciat.* Hunc sensum sequuntur Basilius *adversus Ernom. l.* 4. Chrysostomus *in Matth. Orat.* 77. Theophylactus *in Matth.* 24. Avgustinus *de Trinit. l.* 1. *c.* 12. Hieronymus verus *in Matth.* 24. Cyrillus deniqe *Thesav. l.* 22. *Οἰκονομεῖ γάρ τι Χριστός, μὴ εἰδέναι λέγων τὴν ὥραν ἐκείνην, καὶ οὐκ ἀληθῶς ἀγνοεῖ. Dispensatione qadam utitur Christus, nescire dicendo se tempus illud, cum verè non nesciat:* Et rursus, *Οἶδε γὰρ τὰ πάντα ὁ υἱός, κἂν οἰκονομικῶς ἀγνοεῖν τι λέγῃ. Novit enim cuncta Filius, etiamsi per dispensationem qandam aliqid nescire se dicat.* Sed & Thomas *adversus gentes l.* 4. *c.* 8. *Non ignoravit; sed ad ignorantis modum se habuit qia discipulis non revelavit.* Eodem ferè concedit, & Joannes Camero noster in *Myrothecio Evangel.* *Nosse*, inqit, *idem hic valet, atqe docere; qâ significatione sciendi vocabulum à Pavlo sumitur ad* 1 *Corinth.* 2. 2. In qam ferè mentem Avgustinus *de Genes. adversus Manich. l.* 1. *c.* 22. *Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat: non ut sciat ipse, sed ut scire vos faciat. Secundum locutionem istam dicit & Dominus noster nescire se diem & horam: qid enim potest esse qod ipse nesciat? Sed qia hoc utiliter occultabat discipulis, nescientem se esse dixit qia illos nescientes occultando faciebat. Secundum hanc figuram etiam Patrem solum dixit scire diem ipsum, qia eundem filium scire faceret.* Cæterum nec sensus iste, licet magnos Avtores favtoresqe habeat, solidus satis videtur. Siqidem, uti & Joannes Calvinus, in *Harmon. Evang.* observat, *Communis Christo cum Angelis aliisqe etiam, ignorantia istic tribuitur: at illos ignorare simpliciter qiqe intelligunt.* Qin & tam *Pater* ipse hoc sensu, non minùs qam *filius*, *diei istius nescius* dici poterit, si *nosse* pro *docere*, *nescire* pro *celare* sumatur; qum eosdem qos Christus, ipse pariter hoc idem non doceat, sed celet.

A Proinde *nesciendi* vocabulum propriè sumunt pleriqe, & *ignorantiam* sive *nescientiam* ratione aliqâ saltem agnitam agnoscunt; sed ad humanam Christi naturam restringunt. nec adversantur expositioni huic, qæ Vir doctissimus præscribit. Primò, qod *Filius* simpliciter dicitur. Qum *Filii* appellatio Christo, tam qâ homo, qam qâ Deus, conveniat. Luc. 1. 35. Gal. 4. 4. Tum, qod *Filius hominis in Scripturis Mediatoris personam designat.* Qum in eis tamen crebrò usurpetur, qæ Christo duntaxat qâ homo, competant. Matth. 8. 20. & 11. 19. nam qod adjicitur,
B nec verum, nec verisimile etiam videtur, *appellationem hanc tantùm usurpari à Christo, ut avtoritatem sibi conciliet.* Deniqe, qod, *qum ait*, neqe Angeli, neqe Filius, *Filium aliqid majus & excellentius esse innuit.* Ipsa enim Christi etiam humana natura, qia a divinâ io eandem personam assumpta, eidemqe sic unita, in eminentiorem longè Angelis universis erecta est gradum; & vehementiam habet planè insignem, cum is etiam nescire dicitur, qi idem qâ Deus & Dei filius, & in cœlis agat, idemqe cum Patre sit. Joan. 3. 13. & 10. 30.

C Ut avtem hîc Scholæ tricas illas missas faciam, qo modo *nescientiam* & *ignorantiam*, modo inter *ignorantiam puræ privationis* & *ignorantiam pravæ dispositionis*, distingvit. Isti etiam qi ad naturam inferiorem ita restringunt ut *nescientiam* saltem aliqâ ratione admittant, in partes duas dispescuntur. Qidam enim volunt Christum hominem non prorsus qidem nescivisse, sed ideò dictum nescire, qia scientiam illam, qâ id norat, non à se, sed à naturâ divinâ, nescia alioqi hac in parte futura, mens humana habuerit. Ita Gregorius Romanus loco prius indicato: *In
D naturâ qidem humanitatis diem novit: sed tamen hunc non ex naturâ humanitatis novit: ergò qod in ipsâ novit, non ex ipsâ novit.* Eodem propendere videtur & Cyrillus *Thesavri lib.* 22. *Εἰδὼς γάρ*, inqit, *ὡς Θεὸς λόγος, δύναται ὡς ἄνθρωπος ἀγνοεῖν. Cum norit, ut Deus sermo, potest tamen ignorare, qâ homo.* Et latiùs pavlò *ad Calosyr. c.* 14. *Καθὸ μὲν νοεῖται Θεός, οἶδε πάντα ὅσα καὶ ὁ πατήρ. καθό γε μὴν ἄνθρωπος καὶ αὐτός, οὐκ ἀποσείεται καὶ ἀγνοεῖν δοκεῖν, διὰ τὸ πρέπον τῇ ἀνθρωπότητι. Secundum qod Deus esse intelligitur, novit omnia qæcunqe & Pater: idem tamen secundum qod homo
E est, nec nescium etiam videri se renuit, qia humanæ naturæ istud convenit.* Et mox: *Ἐπειδὴ τὰ ὑπὲρ ἑαυτοὺς οἱ μαθηταὶ μανθάνειν ἤθελον, σκήπτεται χρησίμως μὴ εἰδέναι καθὸ ἄνθρωπος. καὶ φησὶ μηδὲ αὐτοὺς εἰδέναι τοὺς κατ' οὐρανὸν ἁγίους ἀγγέλους, ἵνα μὴ λυπῶνται, ὡς μὴ θαρρηθέντες τὸ μυστήριον. Qia discipuli altiora se discere volebant: affirmat utiliter nec se nosse, qâ homo sit; dicitqe nec ipsos nosse qi in cœlo agunt angelos, ne contristentur, tanqam indigni habiti, qibus mysterium id concredatur.* Eodem planè dissertatiooe prolixâ collineare & coucedere videtur Athanasius in *Oratione ad-
F versus Arianos* 4. Unde & suspectior mihi fit illa, *cum Ario habita* qæ dicitur, *disceptatio*, an Athanasii genuina sit: cum tricis illiusmodi, qales superiùs recensuimus, locum istum inter disputandum allatum & objectum eludat is, qi Athanasii in eadem personam sustinet; qem solidiùs ac simpliciùs longè Athanasius ipse edisserit. Qin & suspicione geminâ de disceptatione dictâ laborantem offendo ipsum in *Scriptoribus Ecclesiasticis* Bellarminum.

Verum horum qus dixi, pars altera Christum, qâ hominem, tunc temporis, qo id proferebat, latuisse pror-
G sus diem novissimum, concedunt: isqe sensus reverâ simplicissimus videtur. Ita Gregorius Nazianzenus loco superiùs citato: *Γινώσκει μὲν ὡς Θεός, ἀγνοεῖ δέ φησιν ὡς ἄνθρωπος. Novit qidem qâ Deus; sed qâ homo ignorare se dicit*: qod idem forsan & Cyrillus voluit, locis supra allatis. Sed & eodem tandem, post multas tamen ambages concedere videtur Hilarius. Clarissimè Origenes, loco prius adducto, *Dispensationis tempore qadam ignorasse Christum, qâ homo, qa post eam completam ignorare desierit.* itaqe qod nunc, ante passionem, ait *nescire se*, post resurrectionem, *non scire se diffitetur, sed illorum, qi sciscitabantur, interesse negat, ut sciant*, Act. 1. 9. Atqe hac ratione dictum esse qod scriptum est, Lucæ 2. 52. *Ὁ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Pro-*

re-

vehebatur Jesus sapientia, ætate, vel statura, & gratia apud Deum & homines.

De qo loco (eo enim jam hoc relicto, divertemus) Epiphanius itidem in *Ancorat. Sect.* 78. Προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ, οὐχ ἡ θεότης ἡλικίας ἐπιδεχομένη, ὅτι σοφίας ὑστεροῦσα, ἡ ὅλη σοφία οὖσα. σοφίᾳ δὲ προέκοπτεν ἡ τοῦ σωτῆρος ἐνανθρώπησις. *Proficiebat sapientiâ & ætate, non deitas, qasi ætatis accessiones admittat; sed nec qasi sapientia ea defectum ullum nôrit; qa est tota sapientia: verum servatoris nostri humanitas.* qo loco, qod Petavius pro ἐπιδεχομένη, ἐπιδεομένη rescribendum suspicatur, nihil est necesse, qanqam in hoc ipso argumento Epiphanius ibid. Sect. 40. Τὸ δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, ἡ σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνδεὴς σοφίας. ubi denuò (nam vitium subesse liqet) pro ἡ σοφία, ἐν σοφίᾳ legendum censet Patavius cum sit ἡ potius *qâ est Dei sapientia, sapientiâ non indiget: sed secundum formam servi qam induerat, dictum est.* Qin & illud, qod de Joanne Baptistâ scriptum est, Luc. 1. 80. Τὸ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι. *Crescebat puer, & spiritu corroborabatur*, ad Christum retulit, memoriâ lapsus idem ibid. Sect. 69. Ex hoc autem loco patet, ut nec *scientia*, sic nec *sapientia* thesavros universos simul semelqe fuisse Christo homini communicatos: alioqi qomodo sapientiâ proficere posset, si sapientiæ omnis apicem perfectionemqe summam jam fuisset assecutus. Siqidem, *ubi perfectio est, ibi nullus utiqe profectus est: cum perfecto nihil addi possit.* Bernardus *de consid. lib.* 2. Perfectus itaqe qo proficiat non habet. & qi proficit, eo ipso qod proficit, perfectus non esse convincitur. Optimè itaqe Cornelius Jansenius, *Concord. Evang. cap.* 12. post alias aliorum interpretationes, locum hunc simpliciter sic explicandum putat, ut dicatur, *Christum secundum sapientiam divinam*, h.e. *eam, qa ei competit tanqam Deo, non profecisse: secundum sapientiam autem humanam*, h.e. *eam, qa ei ut homini competit, vere profecisse, hominis qidem more, sed tamen supra modum humanum.* Neqe enim satisfacit Nicephori Callisti istud, προέκοπτε σοφίᾳ καὶ χάριτι, τῷ κατὰ μικρὸν αὐτὰ παραδείκνυσθαι, οὐ τῷ λαμβάνειν ἐπίδοσιν. *crevisse sapientiâ* dici Christum, *qod pavlatim ea in illo magis magisqe elucesceret, non qod incrementum aliqod acciperet.* Et hoc qidem Athanasius Orat. adv. Arian. 4. οὐχ ὁ λόγος ἐστὶν ᾗ ὁ λόγος ὁ προκόπτων. ἀλλὰ προκόπτοντος τοῦ σώματος, προέκοπτεν ἐν αὐτῷ καὶ ἡ φανέρωσις τῆς θεότητος τοῖς ὁρῶσιν· ὅσα δὲ ἡ θεότης ἀπεκαλύπτετο, τοσοῦτο πλέον ἡ χάρις ηὔξανεν ὡς ἀνθρώπου παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις: *Sermo qâ sermo, non proficiebat, sed proficiente corpore, profectu & divinitatis in eodem se exhibentis manifestatio, coram illis qi ipsum intuebantur: qo autem magis sese exerebat divinitas, eo amplior utiqe hominis apud homines gratia acrevit.* Verum post illud alterum coactus pavlò, *proficere* dictum, cum perfectus ipse sit patris perfecti, filius, ὅτι αὐτὸς ἄλλους εἰς προκοπὴν ἀνάγει, qia alios *ad provectum pervehit*, subjungit tandem, τὸ ἐν σοφίᾳ προκόπτειν, οὐκ ἔστι τὴν σοφίαν προκόπτειν, ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπινον μᾶλλον ἐν αὐτῇ προκόπτειν. *Illud sapientiâ perficere, non est sapientiam ipsam perficere, sed humanitatem potius in ipsa perficere:* Et mox: Εἰ χρὴ δὲ καὶ μετὰ θαῤῥοῦς τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ προέκοπτε. *Si disertè simul ac verè loqi velimus, ipse in sese perficiebat.* Sed de clavsulâ ista, hæc qæ sunt dicta, suffecerint.

Cæterum de voce ἡλικία ambigi potest, qo significatu istic adhibeatur: nam χάριν alibi ostendimus, non ita accipiendum, qo modo Joan. 1. 14. ubi χάριτος πλήρης idem dicitur, pro *sanctâ* scilicet *animæ affectione*; sed pro *favore, honore, existimatione*, qæ ab aliis exhibetur alicui. Vulgatus interpres (qem & Erasmus & Castellio secuti sunt) de *ætate* intelligit. qod Beza notat, tanqam supervacaneum: qum *satis intelligatur avgeri ætate, qi pergit vivere.* At verò τὸ προκόπτειν nisi si ἡλικίαν adjeceris, non designabit vel *ætate*, vel *staturâ* etiam *provehi.* Qin & προκόπτειν ἡλικίᾳ pro *ætate provehi* omnino usurpatur, in Æschinis vitâ. Προκόπτων δὲ τῇ ἡλικίᾳ, ἐπὶ τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τὰ κοινὰ πράττειν ἀπεκλίνετο. *Provectus ætate ad gerendam rempublicam & negocia publica administranda se contulit.* Nec usitatè minùs dici solet, qod & Avgustinus *de Verb. Domin. Serm.* 1. observat; *Puer iste adhuc minùs sapit: accedant illi anni, prudens erit.* Notumqe est illud Senecæ, *Epist.* 69. *Qisqis ad sapientiam pervenit, annis pervenit.* Hoc ergo vult Evangelista, Christum prout *ætate*, ita & *sapientiâ* pariter *crevisse.* Proinde & codices qidam sic efferunt; προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ. Ita Ambrosius *de incarnat. Sacram. c.* 7. *Jesus proficiebat ætate & sapientiâ; qomodo proficiebat sapientia Dei? doceat te ordo verborum. profectus ætatis, & profectus sapientia, sed humana est. Ideò ætatem ante præmisit, ut secundum hominem crederes dictum. ætas enim non divinitatis, sed corporis est. Ergò si proficiebat ætate hominis, proficiebat sapientiâ hominis.* Avgustinus itidem *Epist.* 3. hunc locum ob oculos habens; *Ille in suo corpore numeros temporum mensurasqe servavit ætatum, qi sine ulla sui mutabilitate mutando contexuit ordinem seculorum: hoc enim crevit in tempore, qod cepit ex tempore.* Nec Evangelistam cepisse secus videtur Theophylactus, etiamsi scripturam magis receptam seqatur: Ὅρα δὲ πῶς ὁ εὐαγγελιστὴς ἑρμηνεύει τί ἐστι τὸ προκόπτειν, σοφίᾳ εἰπὼν καὶ ἡλικίᾳ, τὴν γὰρ τῆς σοφίας αὔξησιν λέγει προκοπήν. *Vide autem, qomodo Evangelista interpretetur qid sit τὸ προκόπτειν, addit sapientia & ætate, sapientia enim dicit esse προκοπὴν, progressum.* Sed nec aliter Theophylactum cepit interpres. Cæterum Beza de *Statura* interpretandum statuit, qo modo sumitur, Lucæ 19. 3. ubi de Zacchæo dicitur, ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν: *fuisse parvum staturâ*; & qo modo cum plerisqe aliis sumendum affirmat idem Matth. 6. 27. Luc. 12. 25. ubi Dominus qærit, numqis solicitudine suâ valeat προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα i. e. ut illi volunt; *statura sua cubitum vel unum adjicere.* Du qo loco festivè Tertullianus, *de Spectac. c.* 23. *Tragœdos (Diabolus) cothurnis extulit, qia nemo potest adjicere cubitum unum ad staturam suam. mendacem facere vult Christum.* Idem ipsum & è nostris non nemo moliri prædicat mulierculas nostrates, qæ Italas imitatæ, subere calceamentis suppacto attolluntur, & mendacio staturæ adjectum eunt. Nec nova hæc sexus illius vituperatio, idem in sui temporis mulierculis tangit Alexis comicus in *Isostasio*, referente *lib.* 13. *pag.* 568. *B.* Athenæo, verbis illis;

> Τυγχάνει μικρά τις οὖσα; φελλὸς ἐν ταῖς βαυκίσιν
> Ἐγκαττύεται ——
> *Si pusilla est aliqa, suber bavcidi insutum additur.*

Ita enim legendum, βαυκίσιν, ex Clemente *Pædagog. l.* 3. *c.* 2. & Eustathio *ad Odyss.* ε. non ut vulgò legitur, καυκίσιν. Qod eo magis moneo, qia vitiosa illa scriptura in fravdem illexit viros magnos Henricum Stephanum, & Isaacum Casavbonum: qorum ille in *Thesavro* Καυκίδας pro *calceamenti genere* qodam posuit non semel, in voce Διάβαθρον, & in Καυκίζομαι, qod inde deductum existimavit: alter *ad Athen. l.* 4. *c.* 4. βαυκίδας easdem & καυκίδας nuncupatas qandoqe censuit. adducto è veteribus (ut ait) magistris incerti poetæ versiculo,

> Ὁ φελλὸς ἐν ταῖς καυκίσιν ἐγκαττύεται.

Et reperitur qidem sententiola illa, (dempto tantùm articulo, qem, qo senarium integrum faceret, de suo præfixit) apud Eustathium loco dicto, (sed cum scripturâ, qod supra monui, geminâ) ex hoc ipso Alexidis dicto desumpta. Qin & Vir doctissimus καυκιζόμενον advertit pro βαυκιζόμενον perperam scriptum apud Athenæum *l.* 4. *pag.* 134. *A.* ex ejusdem comici *Tarentinis.* Id vero Stephanus, cum καυκιζόμενον legeret, τὸ καυκίζεσθαι interpretatur, *saltare*, qia saltationis mentio præcesserat; nec simpliciter id tamen, sed vel *lasciviùs saltare*, vel καυκίδας *indutum saltare*: ita error errorem progenuit, ut ansa trahit ansam. Rectiùs pavlò ex parte Casavbonus, βαυκίζεσθαι, *bavcidas* (non καυκίδας) per lasciviam ostentare. Grammatici veteres: Hesychius, Svidas, Etymolog. Βαυκίζεσθαι, θρύπτεσθαι. Βαυκίζεσθαι, *deliciis, luxu frangi.* Et rursus Hesychius, hunc ipsum forsan respiciens locum; Βαυκιζόμενον, τρυφερὸν καὶ ὡραϊστήν· Βαυκιζόμενον, *voluptuarium, lenocinio & fuco exornatum.* &, Βαυκίσματα, τρυφήματα. Βαυκίσματα, *deliciæ.* Favere tamen poterat interpretationi Stephanianæ, si scripturam rectam animadvertisset, qod inter saltationis species, ab Etymologo, atqe Aristophanis Scholiaste *ad Equites*, ponitur βαυκισμὸς·

& esse dicitur Hesychio, Ἰωνικὴ ὄρχησις, *saltatio Ionica.* Accedit & Pollucis, ex *lib.* 4. *c.* 14. sed malè interstincti avtoritas. Καὶ βαυκισμὸς Βαύκου ὀρχηστοῦ, κῶμος ἐπώνυμος ἁβρά τις ὄρχησις, καὶ τὸ σῶμα ἐξυγραίνουσα. Qæ sic perperam divulsa etiam Joannes Mevrsius in *Orchestram* suam transtulit; & Rodolphus Gvalterus sic reddidit; *Et Bavcismus lasciva saltatio Bavci saltatoris. Et cognomine Comus, delicata qadam saltatio, corpus emolliens.* Ecqid est avtem, κῶμος ἐπώνυμος? avt cujusdam ἐπώνυμος est κῶμος iste? avt qid sibi vult illud, *cognomine Comus*? sed amotâ distinctione ineptitiâ, continuatim legendum, vertendumqe, *Et Bavcismus saltatio à Bavco saltatore sic dicta, delicata qadam saltatio, & corpus emolliens.* Neqe enim κῶμος ibi certam speciem designat, sed pro *saltatione* in genere, lascivâ saltem, usurpatur. Nam de *Como* peculiariter sic nuncupato eodem loci idem seorsum dixerat. Hæc igitur fuerit saltatio illa, de qâ Athenæus *l.* 14. *pag.* 629. E. Ἦν δέ τις καὶ Ἰωνικὴ ὄρχησις παροίνιος, *Erat & Jonica qadam saltatio, qam inter pocula, sive, inter vinum potandum, saltabant.* Atqe pulcrè convenit hoc cum argumento comici, apud qem popularium suorum luxum perditum deplorando qidam,

—— τοῦτο γὰρ νῦν, inqit, ἐστί σοι
Ἐν ταῖς Ἀθήναις ταῖς καλαῖς ἐπιχώριον,
Ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς, ἂν οἴνου μόνον
Ὀσμὴν ἴδωσιν. ——
Populare claris nunc Athenis istud est;
Simulatqe veteris vini odorem senserint,
Saltant statim omnes. ——

Mox subjicit;

Καὶ τοὺς μὲν ἀγενείους ἴσως ἔχει τινὰ
Χάριν· ἀλλ' ὅταν δὴ τὸν γέροντα Θεόδοτον,
Ἢ τὸν παρασιτοῦντα ἴδω τὸν ἀνόσιον
Βαυκιζόμενον τὰ λευκὰ, τὸν ἀβατιστὶ ἅμα,
Ἥδιστ' ἂν ἀναπήξαιμ' ἂν αὐτὸν ἐπὶ ξύλου
Λαβών. ——
Imberbes qum sunt fortassis qandam id gratiam
Habet: at qum præstigiatorem Theodotum,
Avt impurum gulosumqe parasitum aspicio
Lascive crebro saltantem, & pueriliter gestientem,
Eum adepol suffigere in crucem pervelim mihi traditum.

Jambi qarti clavsulam vitiosissimam esse, nihil habet ambigui. De emendatione havd pariter constat; animadversor doctissimus, τὸ νάβλαν θ' ἅμα, rescribit: νάβλαν forsan voluit alioqi metrum clavdicabit. Ego tamen, βαλλίζονθ' ἅμα, malim: de qa voce consulendus Athenæus *lib.* 8. Comici mens liqet satis: hoc scilicet institutum in imberbibus, sive qi ex ephebis nondum excesserunt, tolerari qidem & gratiam aliqam habere posse agnoscit: at vero cum vetulum aliqem, puta Theodotum circulatorem avt Parasitum qendam impurum, βαυκιζόμενον τὰ λευκὰ καὶ βαλλίζοντα, viderit, carnificis munus obire promptum sese, qo arreptum ejusmodi cruci suffigat. βαυκίζεσθαι ergò, unde comico, βαυκιζόμενον, interpretor, vel τὰς βαυκίδας ἐνδύεσθαι, *crepidas illas indutum esse*, vel τὸν βαυκισμὸν ὀρχεῖσθαι, *bavcismum saltare.* *Bavcismum* avtem ego qidem dictum suspicer, non à *Bavco* saltatore, ut Pollux censuit; esset enim ex analogiæ ratione, sicut à *Bathyllo* Βαθύλλειος, sic à *Bavco* Βαύκειος, sed ἀπὸ τῶν βαυκίδων à *crepidis* ipsis, qibus pedes induti saltationem eam peragebant: certe qemadmodum *Bavcismus* erat *saltatio Ionica*, ita *bavcis* ista erat *calcei* sive *crepidæ Ionicæ* genus. Etymologus, Βαυκίδες, ὑποδήματα Ἰωνικὰ πολυτελῆ. Βαυκίδες, *calceamenta Jonica multi sumptus.* Et hæ forsan potius à *Bavco* inventore βαυκίδες, sicut ab *Iphicrate* Ἰφικρατίδες, Polluci *l.* 7. *c.* 22. & Svidæ. Qæ apud Hesychium perperam Ἰφικρατηΐδες dicuntur. Qanqam Stephanus à βαυκὸς velit, qod *jucundum* & *delicatum* significet. Hesychius; Βαυκὰ τὰ ἡδέα· & Etymologus, Βαύκαλον, μαλακιζόμενον, τρυφερὸν, καὶ ἀφαιρέσει βαυκὸν γὰρ τὸ τρυφερόν. Βαύκαλον, *molle, voluptuarium, fuco ornatum*: βαυκὸν *enim lenocinio ornatum.* Qo loco ambigo, an avtor non βαύκαλον, sed βαυκιζόμενον scripserit: & hoc series literarum poscere videtur. Vide Hesychium supra. Luxum itaqe Atticorum suorum, & senum præcipue, comicus à gestu, tum & ab indutu, perstringit Ionico. Qod saltationes Ionicas, Ionicis induti pedes crepidis imitarentur. Qidsi & inter saltandum etiam Ionicum aliqid cantillatum adjecerimus: certè, βαυκισμὸς est etiam, avtore Hesychio, εἶδος ᾠδῆς, πρὸς ὄρχησιν πεποιημένον, *cantilena species ad saltationem composita.* Ionica & hæc dubio procul; prout & illæ. Motus avtem modosqe sicut & mores Ionicos, lasciviæ ac mollitiei nomine cumprimis notatos fuisse, notissimum est. De moribus Athenæus l. 14. p. 625. B. τὰ τῶν νῦν Ἰώνων ἤθη τρυφερώτερα. *Nostra ætate Jonum mores deliciis sunt perditissimi.* De motibus Flaccus, *l.* 3. *Ode.* 6.

Motus doceri gavdet Ionicos
Matura virgo: & fingitur artibus
Jam nunc, & incestos amores
De tenero meditatur ungui.

De modis Maximus Tyrius *Dissertat.* 21. Οἱ ἐν Σικελίᾳ Δωριεῖς, Συβαριτικῶν αὐλημάτων ἐρασθέντες γενόμενοι, καὶ ὀρχεῖσθαι ἐπιτηδεύοντες, ὅσα ὁ αὐλὸς ἠνάγκαζεν Ἰωνικά, ἀφρονέστεροι μὲν, τὸ εὐφημότατον, ἀκολαστότεροι δὲ, τὸ ἀληθέστατον ἐγένοντο. *Dores Siculi, postqam Sybariticarum tibiarum musicam affectare coperant, & saltationi ei operam dare, qam excitare consvevit fistula Ionica, stolidiores qidem ut lenissimè dicam, neqiores verò, ut verissimè proloqar, extitere*: qo loco & αὐλοὺς Βαθύλλου καὶ ᾠδὴν Ἰωνικὴν, *Bathylli tibias cantionemqe Ionicam* conjungit.

Non possum verò viro doctissimo assentiri, qod ostentatorem ineptum aliqem duplici nomine à comico perstrictum censet; altero, qod *bavcides albas gestaret*, cum eæ fere *crocei coloris* essent, ut scribit Pollux: altero, qod *eis indutus saltaret, qæ ad saltandum in totum inepta erant*; qum *bavcidibus solitum suber suppingi* qemadmodum eis, qæ ἀπὸ τῶν φελλῶν nobis hodie appellantur *Pantofella.* Ut enim ὕστερον πρότερον more Homerico, à posteriore ordiamur. Non seqitur, qia mulierculæ aliqæ, qæ pusillo erant corpore, subere bavcidibus suppacto staturam ibant adjutum, ideo in bavcidibus istud perpetuum fuisse, nec hoc genus ullas sine subere confectas. Contrarium potius hinc elicitur. qid enim erat opus ut pusillæ bavcidibus suis suber insui procurarent, si perpetuus hujus in bavcidibus usus fuisset. Imo *bavcidum* duo genera fuisse potiùs videatur; qorum alterum alutam solam suppactam haberet, qales sunt qas nos pumps dicimus, freqentis in saltationibus usus; alterum, qod & suber insutum; qales Italorum *Chappins*, & nostratium Pantofels. mulierculis plurimum apud gentem utramqe in usu. Muliebre calceamentum fuisse docet nos Pollux *l.* 7. *c.* 22. Αἱ δὲ βαυκίδες, πολυτελὲς μὲν ὑπόδημα, κροκοειδὲς, γυναικεῖον, *Bavcides pretiosi erant calcei, crocei & muliebres.* & Hesychius; Βαυκίδες, εἶδος ὑποδήματος γυναικείου: *Bavcides species erant calceamenti muliebris.* qod viri propterea, nisi delicatiores fortè & effeminatiores, non gestarent, ad saltationis verò usum incommodum fuisse, qod evincat nihil est. Imo in adolescentioribus βαυκίζεσθαι, vel *saltatione illa uti*, vel *calceo illo saltantem indutum esse*, non improbat censor comicus ille; in senibus duntaxat indecorum & flagitiosum arbitratur. qia dispar utiqe ætatis hujus utriusqe ratio:

Nec omnis ætas, Lyde, ludo convenit,

ut Plavtinus ille *Bacch.* 1. 2. Ita nec saltatio illa lascivior, nec pedis indutus delicatior, senes illos decebat, qos gravitate insignes oportebat extitisse. Tum de colore qod dicitur, croceo reverâ plerumqe fuisse videntur bavcides istæ. Et forte an *baxa* cum bavcide eadem fuerit, & vox ista, qod usu venit, ab illâ deflexa, qanqam & apud Hesychium legas, Πάξ, ὑπόδημα εὐσπάδιον, ἢ τέλος ἔχειν Πάξ *calceus bene subligatus, vel finem habere*, ut illo *baxam*, an *baxeam*, hoc, *Pax*, πάξ, adverbium, qo silentium indicitur, & inciditur sermo, significatum voluerit. Sic enim Terentius *Heavton.* 4. 3.

Unus est dies, dum argentum eripio, pax: nihil amplius.
Totum opus hoc sparsum, crimus. Velut Antiphila. Pax.

Sic & Avsonius *Grammaticomastigem* suum clavdit; Verum

rum βαυκὶς & *baxa* geminæ ferè videntur. πολυτελὴς illa, nec ista minus. crocea illa plerumqe avrea, deavrata saltem & ista. Septimius *de Idololatr. c. 8. soccus & baxa qondie deavrantur.* & *de pallio c. 4. Si Philosophus in purpura, cur non in baxa? Tyrium calcari nisi avro, minimè Gracatur.* muliebris illa, muliebris & ista, si Salmasio credimus. Movere posset, qod de Alexandro Spartianus; *Baccas albas habuit, non coccineas, ut prius solebant*, si cum Lipsio *Elect. l. 1. c. 13. baxeas*, legerimus; præsertim, cum *baxa* & *baxea*, ut *caliga* & *caligea*, idem sint, astipulante etiam, *in Histor. Avg.* Salmasio. sed *braccas* legendum agnoscunt eruditi pleriqe. Movet, qod Apulejus *Milef. l. 2.* Zachlam Magum Ægyptium *palmeis baxeis* pedes indutum describit. sed & semet in *Floridis baxeas* eas, qibus indutus erat, *de sutrina præstinasse* profitetur. qanqam enim malè avt hinc, avt è Septimio colligas, *baxeas philosophis speciatim attributas*, qod & Franciscus Junius opinatur; qi & noo e *bavcide* deflexum, sed ἀπὸ τῆς βάξεως deὀvatum, sed minus, ego si qid videam, probabiliter, nominis id avtumat: tamen viris qoqe in usu fuisse ex utroqe & avtore, & loco liqet. Cæterum colorem qod attinet, non unius duntaxat, avt *bavcis*, avt *baxa* fuisse videtur. nec crocea, opinor, minus qam alba, in viro vetulo indecora fuerit. Albos certè calceos mulierum familiares fuisse, avtor est Pollux *l. 7. c. 22.* Λευκὰ ὑποδήματα, μᾶλλον ἑταιρικόν. *Albi calcei, maximè meretricii.* Et docet illud Nasonis artis *l.*

Pes malus in nivea semper celetur aluta.

Meretricum maximè, fuisse & virorum liqet ex Martialis illo, *l. 7. Ep. 32.*

Sordidior cœno cum sit toga, calceus avtem
Candidior prima sit tibi, Cinna, nive.

Sed elegantiorum ferè & delicatorum tantum, itaqe de Avreliano Vopiscus c. 49. *Calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederacios viris omnibus tulit, mulieribus reliqit*, qem locum frustra sulicitasse, dum pro *albos galbos* substitutum it, Lipsium, clarissimè evincit Salmasius. Non itaqe tam ineptè arguisse videtur comicus vetulos hos, qod *baxas albas* gestarent, cum *croceas* potius debuissent, qam indecori turpisqe, qod muliercularum molliumqe calceatum æmularentur.

Atqe hæc hactenus in transitu ex occasione dicti Dominici de cubito ad staturam adjiciendo; prout & tralatores & interpretes consensu unanimi & accipiunt & accipiendum pronunciant.

Reclamat unus duntaxat Andreas Dunæus noster & ἡλικίας nomine eo loci, non *staturam*, sed *ætatem* designari contendit. qam expositionem, qo aliorum animis, ut magis probabilem insinuet, sic ratiocinatur. Cubiti, *qam Christus loqitur*, adjectio, *pro re minima habetur. Subjungit enim, Luc. 12. 26.* εἰ οὖν οὔτε ἐλάχιστον δύνασθε. *Si ne id qidem, qod minimum est, potestis, at cubitus staturæ cujuspiam adjectus, pro re minimâ vix potest commodè censeri; cum commoda hominis etiam militaris statura pedes seni, vel unciis etiam duabus minùs, habeatur*, ut Vegetius de milit. l. 1. c. 5. *maxima proceritas, summusqe adolescendi modus septem pedes statuantur; Sic Varro hebdomadib. à Gellio l. 3. c. 10. lavdatus, utpote intra qam Hercules ipse substitisse, credatur. Solinus Polyhist. c. 1. inde Burgundiones septipedes, qasi corpore procerissimo, Sidonio dicti non semel, l. 8. Ep. 9. carm. 12. Ut commoda etiam militaris viri statura partem tertiam constituat cubitus. nec pro minimo videatur haberi debere, si mensura sua tertiam qis adjecerit partem.* Itaqe de *ætate* Dunæus noster sumi postulat: qo modo sumitur Joan. 9. 23. ἡλικίαν ἔχει *ætatem habet.* & Hebr. 11. 11. παρὰ καιρὸν ἡλικίας *præter ætatis rationem.* Sic enim qandoqe tempus dimetiri solemus, ut cum vulgari sermone dicimus exacto à solstitio hyemali mense, *diem passus gallinacei mensura productum*, a Cocks stride: cum Rex vates Hymno 39 v. 5. *Palmares disposuisti dies meos.* Inde & dicta proverbialia. Σπιθαμὴ τοῦ βίου· *spithama vita.* Diogenian. *cent. 8. par. 17.* Et ex Alcæo, (non Alexide ut Andreas Schottus memoriâ lapsus *ad Zenobii collectan.*) apud Athenæum l. 11. δάκτυλος ἁμέρα· *digitus est dies.* pro qo perperam, cum interpretatione geminâ, parœmiam κολοβὴν nobis substituere,

(qi & Erasmo imposuerunt) Zenobius *cent. 3. par. 10.* Diogenianus *cent. 4. par. 13.* & Svidas; Δαυλὶς ἡμέραν, *Daylis* (qi nullus unqam extitit) *diem.* Verum errorem hunc jam olim animadverterunt viri magni, Henricus Stephanus *ad odas Anacreont.* Hadrianus Junius *adag. cent. 9. ad. 32.* & Isaacus Casavbonus *ad Athen. l. 11. c. 8.* Inde & Alcæum imitatus nescio qis *Epigram. l. 7.* δάκτυλος ἡώς· *digitus brevis est lux.* Etiamsi avtem hyperbolicis locutionibus istiusmodi humanæ vitæ, cum æternitate compositæ, brevitatem miram exprimere satagebant: qemadmodum & moles humana & proceritas summa, ad *locustæ* modulum instar habere dicitur, si ad numinis immensitatem instituatur collatio. Esajæ 40. 22. imo nuncii Israelitici terram Cananæam perscrutatum missi, sese ajebant *pro locustis haberi* posse cum Anacidis comparatos: Num. 13. 34. qin & terræ totius ambitus pro puncto habetur, si cæli cuncta ambientis spatium ingens attenditur. Cicero *Tuscul. l. 1.* & Seneca *ad Marc. c. 20.* tamen si ævi spatium cum corporis dimensionibus committatur, minus multo notabile additamentum videbitur, si illi potiùs qam isti *cubitus* dicatur *adjectus.* Accedit scopus dictionis Dominicæ. is est, ut à solicitudine anxiâ corpusculive mole περὶ τὸ βιωτικὸν suos dehortetur. Atqi non tam de staturæ modulo attollendæ, qam de ætatis spatio protollendo, vitæqe terminum protelando, anxios habet solicitudo nimia miseros mortales. Illud forsan est voti qandoqe, sed voti tantum, hoc, non freqenter, sed jugiter fere, consilii. nec aliam ob cavssam, adeo sunt homunculi de victu ac vestitu soliciti, qam qod ab istis adminiculis vita pendere videatur; ut si ista suppetant, ætas prorogari possit, subtractis verò decurtari necesse habeat. Proinde à mole corporis, qæ à staturâ pendet havd parum, ad ætatis spatium argumentatur Marcus Imperator *Comment. lib. 6. Sect. 48.* Μὴ δυσχεραίνεις, ὅτι τόσων δέ τινων λιτρῶν εἶ, καὶ οὐ τριακοσίων; οὕτω δὴ καὶ ὅτι μέχρι τοσῶνδε τῶν ἐτῶν βιωτέον σοι, καὶ οὐ μέχρι πλείονος. ὥσπερ γὰρ τῆς οὐσίας ὅσον ἀφώρισταί σοι, στέργεις· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ χρόνου. *Numqid malè te habet, qod tot vel tot librarum es, non avtem trecentarum? pari modo ne molestum tibi sit, qod tot vel tot annos, non ulterius victurus es. Sed sicut ea qa tibi assignata est, mole contentus es; ita de tempore pariter habeas.* De mole scilicet avt staturâ nimus anxii esse consveverint, qia putant frustra id fore: de ætate secus esse assolet. Atqe hæc pro Dunæi nostri sensu asserendo suffecerint.

Cæterum huic capiti anteqam colophonem imponamus, de Jesajæ vaticinio qodam dispiciemus; qod de Christi pueri incrementis interpretantur pleriqe. Extat, illud vaticiniorum illius, cap. 7. vers. 13. ubi Vulgatus Interpres; *Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum; & eligere bonum:* atqe ita prior Symmachus, εἰς τὸ γνῶναι αὐτὸν ἀποδοκιμάζειν τὸ κακὸν, καὶ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. Nam LXX. qos appellant Interpretum versio hic insigniter est mendosa: qod & Hieronymus monuit. Mitto, qi de Vatis, qem secum tunc habebat filio, accipiunt; Mitto, qi coactè nimis vertit, *Butyrum & mel faciet comedere*, Junium. Domini Lavrentii Ramirezi de Prado, qam dedit loci hujus interpretationem *Pentecontarchi*, *cap. 8.* cum fundamento ejusdem, pavcis excutiemus. Primò itaqe hoc statuit, *in eadem semper mansurum sententiâ* professus, *unius vocis unicam esse significationem, reliqas illi per tropos accommodari.* Tum à thesi ad hypothesin descendendo, *particulam* [*ut*] *qa apud Grammaticas variè distrahitur, unum semper intellectum habere, similitudinis* duntaxat. Itaqe eodem prorsus significatu, sumi vult particulam hanc, in illo Terentii, *Phorm. 4. 4.*

Ut te qidem omnes Dii Deaqe Superi, Inferi,
Malis exemplis perdant.

Et in Ovidii illo, *Epist. 1.*

Protinus ut venias, facta videbor anus.

Qo in Horatii isto, *lib. 1. Ep. 8. n. 17.*

Ut tu fortunam, sic te nos Celse feremus.

Interesse tantum, qod apud comicum desit, oro, vel precor; apud Nasonem, esto vel fac, vel demus.

Demus nos illi, qod primò posuit, *Unius vocis unicam esse*

esse significationem, *propriam* nempe, sive *primariam*. Tropicas enim plures exigit rerum qam vocum seges multò uberior. Seneca *de Benefic. lib. 2. c. 34. Ingens est copia rerum sine nomine, qas non propriis appellationibus vocamus, sed aliunde commodatis. pedem, & nostrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. Canem, & venaticum, & marinum, & sidus: qia non sufficimus, ut singulis singula assignemus; qoties opus est, mutuamur.* Cæterum, non est continuo vox, dictiove eadem, sive notionem, sive originem spectes, qæ eisdem exaratur literis, eodemve profertur sono. V. G. *δεῖ*, temporis infecti, à *δέω*, *oportet*, & *ἰδεῖ*, præsentis, ab *ἔδω*, *comedo*, ecqis eadem esse dixerit? Sic *δοκῷ*, *trabi*, & *δοκῶ*, *duco*, *existimo*. qorum illud nomen, hoc verbum est: unde qæsitus Stratonico jocus dicam, an serius, sed ambiguus, sermo, cum hominem atheum oppressisse in convivio delapsa trabs, *Ἄνδρες, δοκῶ, εἰσὶ Θεοί. εἰ δὲ μὴ εἰσί, δοκῷ εἰσί. Viri, ut arbitror, sunt Dii: si vero nulli sunt, tamen trabes sunt.* Refert Athenæus *lib. 8. p. 350. D. Ventum* & tertius à *Ventus* nomine recto, qem appellant casus, & à *venio* verbo supinum, qod dicitur, prius. inde comico in *Curcul. 2. 3.* ludicra festivitas;

> —— C. *Obsecro, hercle, facito ventum ut gaudeam.*
>
> P. *Maximè.* C. *qid facitis? qæso.* P. *Ventum.* C. *nolo eqidem mihi*
>
> *Fieri ventulum.* P. *qid igitur vis?* C. *esse, ut ventum gaudeam.*

Sic *facies*, nomen, & *facies*, verbum: unde distichon joculare;

> *Qid facies, facies Veneris cum veneris ante?*
>
> *Ne sedeas, sed eas; ne pereas per eas.*

Color, *χρῶμα*, & *color*, *θεραπεύομαι*. *interminatus*, à *terminando*; & *interminatus* à *minando*: qod viris doctis imposuit apud Flaccum *Epod. 5. 39.* *fores*, *θύραι*; & *fores*, *εἴης*: *fio*, unde *suffio*, *θύω*, & *fio*, *φύομαι*. *Manes* pro umbris, *manes*, nomen servile, & *manes*, verbum, non à *maneo*, Indicativum, sed Subjunctivum à *mano*. *Est*, ab *edo*, & *est*, *ἐστί*. *Canis*, *ᾄδεις*, & *canis*, *κύων*. *qod*, Relativum, & *qod* Causale: qæ diversis orationis partibus accensentur. Idem de particulâ *ut* dictum sit. *Ut Similitudinis*, adverbium; adjunctivum, vel concessivum, conjunctionem esse, norunt & qi sub Orbilio ferulæ metuentes agunt. nec aut rogandi, qod loco altero, aut concedendi verbum, qod altero deesse præsumitur, suppletum, *similitudinis* notionem ullam, vel addit, vel prodit. Imò sententiæ istius absurditas magis fiet conspicua, si loco *ut* particulæ similitudinis notam, huic synonymam aliam aliqam substitueris. V. G. Si Terentii illud sic extulerimus,

> *Qemadmodum te qidem omnes Dii Deaqe perdant.*

Nasonis illud *Heroid. 1. 116.*

> *Protinus ut redeas, facta videbor anus.*

Nonne etiam tironibus risus ludibriumqe debebimus? Ita qi *Grammatistis* scilicet illis illudit, qi *ut* pro *qamvis* accipi dicunt, ipse Grammatistarum etiam pusionibus irridendum se propinat.

Verum observatione istâ, primo *Juvenalis loco obscuro*, tum *Esaja* etiam *alteri lucem daturum* pollicetur. Juvenalis locus est è *Satyrâ 10. v. 97.*

> —— *Sed qæ præclara & prospera tanti,*
>
> *Ut rebus lætis par sit mensura malorum.*

Scilicet *fac*. atqi, ô illustrator eximie, claro satis per se loco, sicut ille olim fenestrarum, qas condiderat tessellis vitreis singulis succo sepiæ atro inscribendo, *Fiat Lux*, non lucem, sed tenebras meras offudisti. prout codices omnes exhibent erotematicè efferendo, sensus satis proclivis est, qem & vetus scholiastes adnotavit; *qid juvat tanti æstimare bona, si cum his & mala* (pari planè mensurâ) *perveniant?* *fac* autem tuum si suppleverimus, sensus nullus qisqam futurus est.

Sed Vatis verba fæliciùs forsan nobis enucleaturus est. Videbimus. *Ita*, inqit, *in illo Esaja c. 7. v. 15. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Si vellem hujus loci interpretationes enumerare, unqam finis esset.* Bene habet ergò, qod enumerando abstinueris; ne dum infinitâ interminataqe illarum tu recensione, nos relectione distinemur utriqe, ad eximiam tuam illam pervenire neutris unqam daretur: ita sagacitatis tuæ fœtus iste pretiosissimus in ipso partu periisset. Sed ulterius videamus.

Sunt, inqit, *qi qærunt, qid simile habeat butyrum cum re malâ, aut mel cum re bonâ, vel contra. qave sit analogia mellis & butyri, cum malo & bono.* Et certè sannis excipi digni fuerant, qi ista qæsierant, & in rebus seriis sacrisqe tam licenter pueriliterqe luserunt. Qibus tamen ex populari ipsius Joanne Huartio de Sancto Joanne, illis aliqid responderi poterat; siqidem is in tractatu, qem de *examine ingeniorum* inscripsit, ex hoc Vatis loco probare contendit, ad indolem acuendam, solertiamqe comparandam, plurimum conducere victum, qalis istic nunc describitur, puerulis adhibitum.

Verum *ex Grammaticâ ratione facilè elucidaturum, lucique daturum hæc se omnia* ait Pentecontarchus. Itaqe tanqam scholaribus *ῥαβδοῦχος* an *παρθενοφθόρος* qis præcipiendo, *dic*, inqit, *deesse huic orationi*. Esto, Fac, Demus. Ut sit sensus, *Puer hic, qi nasciturus est, Deus est: Sed more puerorum educabitur, butyro scilicet & melle: ut parvuli infantuli solent educari, qamvis ipse sit perfectus, nec in sapientiâ possit crescere*: h. e. *demus ipsum jam posse reprobare malum, & eligere bonum, qod est perfectorum; ipse tamen, ut pueri cæteri, alendus est butyro & melle.*

Animadverti non semel magniloqum istum, ab aliis, tacito autorum nomine, explicationes mutuari; sed qas sibi non immeritò adscribat, eum referendo corrumpat, ut suas faciat: Ita in Pradensem nostrum verè competit, Martialis illud, *l. 1. Ep. 39.*

> *Qem recitas, meus est, O Fidentine, libellus;*
>
> *Sed male dum recitas, incipit esse tuus.*

Sic ergò Hieronymus in locum: *Ne eum putes in phantasmate nasciturum, cibis utetur infantia; butyrum comedet, & lac: & licet multa post secula de eo Evangelista testetur; Puer autem proficiebat sapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum & homines: & hoc dicatur, ut veritas humani corporis approbetur: tamen adhuc pannis involutus, & butyro pastus ac melle, habebit boni maliqe judicium, ut reprobans mala, eligat bona: non qod hoc fecerit, aut reprobaverit vel elegerit; sed qod sciens reprobare & eligere; ut per hæc verba noscamus, infantiam humani corporis divina non præjudicasse sapientia.* Ita reverà Hieronymus, à qo sumpsit, licet id dissimulaverit, Pradensis, qi vaticinium istud *παραφράζει*, à dictionis propheticæ mente, longiusculè recedens. Cum in textu dicatur planè, non tunc temporis fore ut bonum eligat, malum spernat, dum butyro ac melle adhuc pascitur; sed butyro ac melle pastum iri, ut enutritus hisce, & educatus, postea id possit. Nam Cyrillo ac Procopio Græcis venia debetur, qi commatii seqentis versionem pravam secuti, *τὸ θεόπνευστον τεκμήριον*, sive *Deitatis indicium* autumant dari, *ὅτι μὴ ἐκδεχόμενον προσφόρου ἡλικίας πρὸς διάκρισιν ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ*, *qod ætatis tempus consuetum non sit expectaturus, ad boni maliqe discrimen habendum.* Veruntamen haud ita erat literarum Hebraicarum ignarus Hieronymus, ut particulam ל verbo infinito junctam, pro *licet*, vel *qamvis* sumeret, etiamsi hunc vaticinii illius sensum esse voluerat. V. G. si qis verba illa Asaphi Hymn. 78. v. 71. *A tergo fœtarum adduxit eum, ut pasceret Jacobum populum suum*; tractando & pro concione explicando, diceret, *Davidem, etiamsi ovibus pascendis assuevisset, tamen populi Israelitici pastorem, principemqe extitisse. aut demus Davidem principem fuisse populi Dei; at prius tamen ovium pastor extiterat, qam ad principatum illum evectus est: uti ex hoc loco discimus.* Numqid ex istius explicatione, vel applicatione potiùs, istiusmodi, conseqetur, supplendum in textu, *Esto*, *Fac*, *Demus*, si syntaxin rectam plenamqe dare volumus. Certè qi Esajæ verba sic reddiderit, *Butyrum & mel comedet*, *esto ut sciat reprobare malum, & eligere bonum*; & sensum corrumpet, & syntaxin auribus Latinis absonam planè exhibebit. At enim vero, omnem superat absurditatem, particulam *ut*, qoqo modo explicare libuerit, pro *similitudi-*

nis

nis notâ istic velle haberi. Sensus verò Vatis, Grammaticus saltem, tam in proclivi, qam imber est, qando pluit. *Eodem modo, qo infantuli solent*, ut Calvinus, sive etiam *levitè satis*, ut Ursinus, *educabitur* ille, qicunqe est de qo sermo habetur, *donec ad eam ætatem pervenerit, qâ bonum à malo discernere qeat*, sive ut vulgo dicimus, *usqe ad annos discretionis.* Firmant mentem hanc seqentia, *Nam anteqam nôrit puer iste, spernere malum, & eligere bonum, derelicta erit regio illa à regibus duobus suis.* Nec accedo tamen Piscatori, qi *ineptum* planè censet; ut ל hîc per *ut caussalem* reddatur: nam & in hac parte sensus satis clarus est, *ut sciat discernere inter bonum & malum*: h. e. à cooseqenti, ut adolescat: qia ad ætatem adultiorem, ea vis & facultas solet conseqi. sicut infantis, puerulive *ἀδιάφορος* est, *qi dextram à lava havd internoscit.* Jonæ. 4. 11. Ita istic adolescentis, avt adulti jam, *qi boni maliqe discrimen novit.* Priorum illorum errorem vidit Oecolampadius; sed dum eum declinat, in alium havd minùs conspicuum incidit. *Scrutantur*, inqit, *hic alii, ut hinc doceant de perfectâ scientiâ animæ Christi. atqi Propheta nihil aliud docere voluit, qam qod more puerili abhorruit ab amaris, appetieritqe svavia. Et in seqentibus; priusqam sciat reprobare mala.* i.e. *priusqam comedat butyrum & mel.* Havsit avtem hoc ille à Camio, qem non lavdat tamen; qi sic explicat verba illa, *malum spernere, cibum malum aliqem avt amarum oblatum, ore clavso, respuere; bonum eligere, svavem gratumqe palato, ore reserato, admittere.* Verum ista puerilis avt infantilis etiam, nimis est interpretatio. Atqe hæc tam de Evangelistæ verbis illis, qam & de Vatis Evangelici istis suffecerint.

CAPUT XXVII.

Joan. 1. 16. Χάριν ἀντὶ χάριτος, qid velit. Varia, variorum sententiæ recensita. Dunæi reliqis prælata; Theognidis formulâ parili firmata. huic vicina eademqe ferè adjecta. Job. 10. 17. & Hymn. 42. 8. explicata. Jedaja è Mundi examine *dictum. 2 Cor. 11. 20. Λαμβάνειν qid sit. Qorundam interpretationes dilutiores rejecta. Alterum loci sensus genuino propiores proposita.* Accipere & rapere *plerumqe opposita; pro eodem qandoqe usurpata: ac λαμβάνειν pariter.* accipiter *unde dictus. Dunæi interpretatio probata, & locorum collatione firmata. λαμβάνειν,* qæstum facere. *λῆμμα inde, & λῆψις* qæstus.

DUnæi doctissimi & μακαρίτου qum in superioribus meminerimus, havd abs re fuerit, si alia ejusdem nonnulla havd perinde vulgata, avt vulgaria etiam, adjecerimus. Habetur locus insignis Joannis, c. 1. v. 16. in qo enarrando multum à se invicem diffident interpretes. Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. *Ex plenitudine ejus omnes accepimus & gratiam pro gratia.* χάριν ἀντὶ χάριτος qid velit, qæritur. Neqe enim ita potest accipi, qo modo illa apud Euripidem Helenâ; χάρις γὰρ ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω. *ut beneficium beneficio rependi* intelligatur. Alii ergò volunt, χάριν ἀντὶ χάριτος, sive *gratiam pro gratiâ* dici, *gratiam sub ratione gratiæ acceptam*: atqe ita Thomas Cajetanus. Alii, *gratiam cooperantem, pro gratia operante*: atqe ita Hugo Cardinalis. Alii, *gratiæ argumentum pro bono usu gratiæ*: atqe ita Hugo idem & Piscator. Alii, *gratiam vitæ pro gratiâ fidei*: atqe ita Avgustinus & Aqinas. sive, *gloriæ pro militia*; ut Bernardus *de tempor. Serm.* 88. sive, *mercedis pro justitia*, ut Avgustinus *de grat. & lib. arbit. c.* 8. sive, *patria pro via*; ut Hugo Cardinalis. sive, *fœlicitatis pro sanctificationis*; ut Gregorius *in Psal. pænit.* 7. sive, *glorificationis pro justificationis*; ut Fulgentius *ad Monim. l.* 1. Alii, *gratiam apud Deum, pro Dei gratiâ erga Christum*; atqe ita Ferus, Flaccius, Hemingius, Cruciger. Alii, *gratiam ei qam Christus ipse apud se habet analogam; qo modo cera sigillum sua geminam impertitur imaginem*; atqe ita Zacharias Constantinopolitanus, Joannes Calvinus, & Joannes Prestoous noster.

A Alii, *spiritualem pro terrestri*; atqe ita Brentius. Alii, *novam pro veteri*; τὴν νέαν ἀντὶ τῆς παλαιᾶς· sive, *Evangelicam pro eâ qæ fuit Veteris Testamenti*; atqe ita Nonnus, Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Evthymius, Avgustinus, Lyranus, Jansenius, Scaliger, Heinsius, Beza. Alii, *gratiam salutarem pro originali, sive eâ qæ est homini primitus condito data*; atqe ita Ez. Culvervellus noster *tract. de fide.* Alii, *gratiam summam*; atqe ita Oecolampadius. Alii, *uberrimam, copiosissimam*; atqe ita Musculus & Aretius: sive, *gratiam gratiâ cumulatam*;
B ut Dunæus noster: qod & probat Piscator; improbat Beza; qia phrasis istiusmodi apud Græcum scriptorem idoneum nullum reperiatur exemplum, qo Hebræo חן על חן χάρις ἀντὶ χάριτος respondeat. Verum producit noster, qi id primus (opinor) animadverterat; qod & scripto prodidit Rever. vir. D. Joannes Davenantius Sarisburiensis Episcopus, in acuto atqe accurato suo illo *de justitiâ habituali & actuali* tractatu *cap.* 61. ex Theognide istud;

Τεθναίην δ', εἰ μή τι κακῶν ἄμπαυμα μεριμνῶν
Εὑροίμην, δοίης τ' ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας.

C *Qin moriar, si nulla datur mihi meta malorum;*
Tristia sed mihi pro tristibus adjicias.

Planè ἀνίας ἀντ' ἀνιῶν dixit, qo modo χάριν ἀντὶ χάριτος. *A plenitudine*, inqit, *illius accepimus nos omnes, & gratiam gratiâ accumulatam.* Liceat tamen & nostram sententiam proponere: sed qæ re ipsa tamen cum novissimâ istâ fere est eadem. χάριν ἀντὶ χάριτος, sive *gratiam loco gratiæ*, existimo *gratiam esse gratiæ qasi succenturiatam & jugiter succedentem, subinde novam.* Qo modo & ἀνίας ἀντ' ἀνιῶν Theognis, *tristia tristibus, mæsta mæstis, molesta molestis*
D *succedentia*, ubi scilicet ut Sophocl. Ajace v. 875.

Πόνος πόνῳ πόνον φέρει.
Labor labori laborem cumulat.

Et, (uti Senec. *Herc. Fur. Act.* 2.)

Finis unius mali, gradus est alterius.

Qemadmodum de se Job. 10. 17. *Vices & exercitus sunt contra me*, i.e. afflictionum turmæ sibi invicem succedentes me oppugnant. Et David, Hymn. 42. 8. *abyssus abyssum invocat; omnes fluctus & undæ tuæ super me transeunt*, i.e. mala malis ita succedunt, ut *unda supervenit undam*, sive,
E ut *ulcus supervenit ulceri*, uti Celsus *l.* 5. *c.* 28. R. Jedajas in examine mundi aptissimè sic Hebraice expressit, *Sect.* 17. לא יאבה השקיטני כאבות מרעות וכבאבי מכאבות חרשים יבקעי *Non vult permittere me ut qiescam, sed doloribus malis, & post eos, vel, pro eis, qos perpessus sum dolores, doloribus novis diffindit me.* Qod de malis & molestiis illi, de bonis donisqe gratiosis dixit Evangelista.

In illis Apostoli ad Corinth. Epist. 2. cap. 11. vers. 20. Ἀνέχεσθε γὰρ, εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει. *Suf-*
F *fertis enim, si qis vos in servitutem adigit, si qis accipit, si qis attollit sese, si qis vos in faciem cedit.* Non videntur assecuti interpretes, qod τὸ λαμβάνει velit. Vetus interpres jejunè exiliter nimis, *si qis accipit.* Beza, *si qis stipendium accipit*: voce ὀψώνιον ex commatio 8. suppletâ. Castellio; *si qis dona accipit.* Atqi cum reliqa omnia, qæ Apostolus istic loqitur, atrocioris, gravioris saltem, sint criminis, dictionis vim nihil horum satis exprimere videtur. Accedit qod nihil magni avt insolentis videatur, pati aliqem, qi vel muneris obiti mercedem aliqam, vel etiam sponte data
G accipere velit. Accessit propius pavlo Primasius; *si qis devorat, si qis accipit*, i. e. *substantias vestras accipiendo vel rapiendo consumit.* Ut *accipere* hoc loco pro *diripere* sit. Gregorius itidem *in Job. l.* 33. *c.* 16. *Si qis accipit*, i. e. *si qis rapit: accipere enim aliqando dicimus avferre; unde & aves illæ qæ sunt rapiendis avibus avidæ, accipitres vocantur.* Qæ eadem Isidorus habet, *Origin. l.* 12. *c.* 7. inde de Antiocho Selevci fratre; *Hierax est cognominatus; qia non hominis, sed accipitris ritu, in alienis eripiendis, vitam sectaretur.* Qanqam *accipere* & *rapere* opponi solent plerumqe. Julianus Imperator apud Marcellinum, *l.* 16. *Rapere, non accipere, sciunt agentes in rebus.* Verum ita טרף Hebr. reddidit vetus interpres, Hosh. 4. 14. *ego sapiam*, & 6.1. *ipse cepit*, pro, *rapiam*, & *rapuit.* Qod & Drusius obser-

A servavit *Miscell. l. 2. c. 75.* Qin & λαμβάνειν αὐτὶ τοῦ ἀφαιρεῖν usurpatur. Qod & Brightmannus noster monuit, Apoc. 3. 11. Ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σε. *ne qis coronam tibi auferat.* & c. 6. v. 4. λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἐκ τῆς γῆς, *pacem tollere de terrâ.* Ita potest reddi, εἴ τις λαμβάνει, *si qis tollit.* Verum optimè Dunæus noster; Λαμβάνει, *qæstum facit*; id enim etiam τὸ λαμβάνειν unde λῆμμα & λῆψις qæstus. Aristoteles *Ethic. l. 4. c. 1.* Ἐλευθεριότης ἐστὶ μεσότης περὶ δόσιν καὶ λῆψιν· *Liberalitas est mediocritas circa largitionem & qæstum.* Æschini objicit Demosthenes, qod sit πρὸς τὸ λῆμμα ῥέπων *ad qæstum*, iniqum scilicet, qo corrumpatur, B pronus. Et περὶ παραπρεσβείας, οὕτως ἐλεεινῶς πρὸς τὸ λῆμμα, *iam penitus lucro fuit intentus.* Idem κατὰ Μειδ. pag. 632. B. Καὶ τοῦτο τὸ λῆμμα δι᾽ ἔνδειαν, οὐ δι᾽ ὕβριν λαμβάνειν ἐπεχείρησεν ἐκεῖνος. *Atqi lucellum illud sectatus est non petulanter, sed inopia coactus.* ubi τρόπος ἐπιμελητικὸς λῆμμα λαμβάνειν. Qin & idem τὸ λαβεῖν eodem sensu absolutè usurparit περὶ τριηραρχίας. Παντελῶς πάντα περίεργα πρὸς τὸ λαβεῖν νομίζουσι. *Superflua reliqa omnia, præterqam qæstum facere, reputant.* Idem Olynthiacâ 1. Μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν, τοῦ τε λαμβάνειν, καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ C δέοντα. *Unam eandemqe rationem esse debere & qæstum faciendi, & qæ opus sunt exeqendi.* Qin & in eadem oratione τὸ καρποῦσθαι καὶ τὸ λαμβάνειν pro eodem planè adhibentur verbis illis. Ἤκουον δ᾽ ἔγωγέ τινων, ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς, ἔτι δώσειν αὐτῷ καρποῦσθαι· τὰ γὰρ κοινὰ τὰ Θετταλῶν, ἀπὸ τούτων δέοι διοικεῖν, οὐ Φίλιππον λαμβάνειν. *Non concessuros, ut è foris & portubus fructus percipiat: oportere enim ut ex istis qæ opus sunt confiant, non ut Philippus qæstum faciat.* Itaqe εἴ τις λαμβάνει, sic potest παραφράζεσθαι, *si D qis per technas callidas qæstum faciendo emungit vos.* Hoc avtem amplius est multo, qam *dona accipere*, qod est spontaneæ largitionis, avt *stipendium* etiam, qod est justæ mercedis; & cum reliqis qæ hoc loco congessit Apostolus, apprime convenit: isti enim personati Apostoli & prædicatores ἀδόκιμοι, non tantum prædicationis pretium à Corinthiis sumebant, sed εἰς τὰς οἰκίας ἐνδύνοντες, *in domos irrepentes*, uti alibi Apostolus, ipsos etiam exedebant. In hunc ipsum sensum qasi manu prehensâ ducere nos videtur Apostolus ipse: Sic enim Corinthios hos eosdem alloqitur E infra cap. 12. v. 16—18. Ἔστω δὲ, ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς· ἀλλ᾽ ὑπάρχων πανοῦργος, δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον· μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, δι᾽ αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς; λαβεῖν dixit, qod mox πλεονεκτεῖν, hoc avtem Beza reddidit optimè, *qæstus habere*, h. e. qæstum de aliqo facere. Verto itaqe, *Esto avtem, ego non gravavi vos: at callidus forsan cum essem, per dolum vos cepi*, vel, *qæstui vos habui. Nunqid per eorum qenqam qem ad vos misi qæstui vos habui?* Angli nostri versione novissimâ. Did I make a gain of you? Sicut & ante dixerat, cap. 7. v. 2. οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν· F *neminem qæstui habuimus.* Recteqe Beza ad cap. 2. v. 10. πλεονεκτεῖν μεταβατικῶς *qis alterum dicitur, qi avaritiâ vel aliis malis artibus ex alterius damno sua comparat commoda.* Sensus est, ac si dixisset Apostolus; *Miro qodam modo affecti videmini, ô Corinthii. Siqidem alios sustinetis, etiamsi in servitutem vos redigant; exedant vos, malis artibus qæstum de vobis faciant, arroganter atqe insolenter sese efferant, contumeliosè etiam vos habeant: cum me interim insuper habeatis, vilipendatis, qi nihil à vobis exigo, nihil mihi arrogo, sed gratis vobis Evangelium annuncio, & humiliter ac dimissè* G *me adversus vos gero.* Hoc est scilicet naturæ nostræ degeneris ingenium atqe indoles; qod & Cleon apud Thucydidem l. 3. monuit. Πέφυκεν ἄνθρωπος, τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν. *Solent homines, ipsos observantes despicere, non obseqentes avtem suspicere.*

CAPUT XXVIII.

*Verba Christi Joan. 3. 5. & 6. 53. à priscis qibusdam exposita. Inde exitio æterno infantes his addicti, nisi sacramenti Evangelici utriusqe participes: mitior de his Tridentini conciliabuli censura. Pius Papa Avgustino & Innocentio contra-*A *rius. Joan. 3. 5. sensus nostris receptior. ut* ἓν διὰ δυοῖν *dicatur.* Aqam sacramentalem *allusam videri: nec improbata Magistri interpretatio. Ad Spiritum interim restricta necessitas.* Baptismi *legales etiam Heb. 9. 10. Joan. 6. 53. ad sacrorum esum allusum.* Mensa Dominica, *altare. Baptistæ verba Matth. 3. 11.* ignem *videri prospicere, sive ignis specie spiritum, in Apostolos descensurum: firmatum id ex Act. 1. 5.* Κολυμβήθρας *domus habuit, in qâ Apostoli convenerant. Locus Act. 19. 1,-6. explicatus & illustratus. Baptismus alter ibi nullus. Pauli verba pro Luca* B *habita.* Spiritus eo loci, *non persona ipsa, sed dona ejusdem extraordinaria. Joan. 7. 39. explicatus. Ea Pauli manibus, ut Petri prius, collata.* γλῶσσαι ἕτεραι, καιναί, *qa.* οἶνος καινὸς *&* νέος *qi distent.* καινὸς *esse potest, qi* παλαιὸς *tamen.* νέος καινὸς. ἐνδύματα καινὰ, *dapes cælestes. Judæorum figmentum de vino ab orbis conditi origine asservato. Caroli Pinneri Matth. 3. 11. expositio. Baptisma pro exploratione per ignem. Ejusdem de Matth. 3. 12. sententia. Junius parallela facit locum hunc & Esaja 4. 4. versio formalaqe Juniana ibi notata.* Radices *pro* internodiis, rami C *pro* stirpibus, securis *pro* falce, *duriuscula: excisionem, non succisionem videri designatam.*

DE lavacri sacri necessitate ex antiqis qosdam in fravdem induxit, dictum illud Christi, secius acceptum, Joan. 3. 5. *Nisi qis fuerit regenitus ex spiritu & aqâ, non poterit ingredi regnum cælorum.* Inde enim colligebant, uti videre est apud Avgustinum *Epist. 28. de Origin. Anim. l. 2. c. 12. adv. Julian. l. 5. c. 8. de peccat. mer. & remiss. l. 1. c. 16, 23, 27.* infantes, qi citra baptismum perceptum è vi-D vis excesserant, regno cælesti exclusos, in æternum perire. Nec istic etiam subsistebat dogma istud, adjecerant enim, ex verbis ejusdem Joannis c. 6. v. 53. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & sangvinem ejus potaveritis, vitam in vobis non habetis*; eosdem, nisi & mensæ sacræ participes forent, ad vitam æternam nunqam aspiraturos. Ita statuit Avgustinus idem, *de peccat. mer. & remiss. l. 1. c. 20, 24. & ad Epist. 2. Pelag. l. 1. c. 22. & l. 4. c. 4.* idemqe Innocentium Pontificem Romanum, non *dixisse* tantum, sed & *definivisse*, (contra planè qam in *Concilio Tridentino, Sess.* E 5. *Can. 4.* Pius 4. decrevit,) idem est Avtor, *de peccat. mer. & remiss. l. 1. c. 24. & adversus Julian. lib. 1. cap. 2.* Huic telo qo occurrant nostri, nonnulli excipiunt, *verbis illis, ex aqâ & Spiritu*, ἓν διὰ δυοῖν indicari: ut sit sensus, *ex aqâ & Spiritu*, i. e. *ex Spiritu sancto exerente qasi vim aqæ*, sive *ad aqæ instar cor irrigante atqe emundante.* Ita Joannes Calvinus *Institut. lib. 4. cap. 16. sect. 25.* & *in Joan. c. 3. Zvinglius, Bucerus, Beza, Piscator*, alii: Huic expositioni pro tibicine subjiciunt locum illum, ut ipsi censent, parallelum ejusdemqe mentis Matth. 3. 11. *Ipse vos baptiza-*F *bit Spiritu Sancto, & igni, i. Spiritu, qi ignis efficaciam habeat.* Mihi liceat, bonâ cum veniâ, à summis illis, qos meritissimò suspicio, heroibus, de utroqe loco dissentire. In priore ergò de *aqâ sacramentali*, cum priscis qibusqe, existimo sermonem haberi. Non tamen, ut ad lavacri externi necessitatem vitæ æternæ jus, aditumve regni cælestis, restrictum velim; sed ad regenerationem tantùm, qæ eo symbolo adumbratur: δεῖ ἀναγεννηθῆναι, inqit Dominus ipse i. e. *omnino renasci oportet* v. 7. Ita Petrus Magister *sent. l. 4. dist. 4. sect. 5. Nisi qis renatus fuerit ex aqâ* G *& spiritu, i. eâ regeneratione qæ fit per aqam & Spiritum, non salvabitur.* Per Spiritum scilicet à qo tanqam efficiente primario producitur; per aqam, qâ tanqam symbolo ac sigillo sacro operatio illa Spiritus Sancti adumbratur & obsignatur. Ita ad baptismi Evangelici aqam alluditur; forsan etiam ad Mosaicos illos ablutionis ritus, de qibus ad Hebr. 9. 10. qia cum Nicodemo, ritibus illis, aliisqe etiam rationis ejusdem superinductis, assveto, Servatori nostro sermo tunc fuerat: qomodo & in verbis Joan. 6. 53. si non ad cænam dominicam, nondum utiqe institutam, at ad ritus illos solennes, allusum videtur, in qibus mensæ Dominicæ qodammodo participes fiebant, qando rebus sacris vescebantur, 1 Cor. 10. 18. siqidem *mensa Dominica* altare dicitur Ezek. 41. 22. & 44. 18. Malach. 1. 7, 12. hujus av-

tem

tem consortes sive participes fieri dicebantur Israelitæ, cum coram Domino epulum celebrantes, res sacras comedebant; qæ partim in arâ Dominicâ igne absumebantur, partim in sacerdotum sacra peragentium, partim etiam in offerentium usus, cedebant. 1 Reg. 9. 12, 13. ut sit sensus utrobiqe par ferè. Nisi Spiritu etiam corda vobis perfundantur, sicut aqâ in ritibus sacris corpora solent vestra: nisi Christi corpus ac sangvinem gustaveritis, qomodo escam potumqe corporeum in ritibus sacris consvevistis, & vitæ, & regni exortes futuri estis. Nec secus etiam, ego qidem de formula illâ, Matth. 3. 11. censuerim. *Ille baptizabit vos Spiritu Sancto & igne:* ut & *Spiritûs* intelligatur, & *ignis* à Spiritu distinctus. Regnerus Prædinius *locor. diffcil. enarrat.* ex Matth. 3. 11. *Havd scio an cum aqâ, qâ Joannes baptizabat, componat illum spiritum & ignem, qi die Pentecostes decidebat in fideles.* Certè, qod ambigeret, nihil erat: cum Christus ipse ad interpretationem hanc facem alluceat clarissimam. Qod & Joanni Piscatori ipsi observatum est in Matth. 3. Joannis enim procul dubio verba hæc respexit Dominus, cum diceret Act. 1. 5. *Joannes qidem baptizavit aqâ, vos avtem post dies istos havd multos Spiritu baptizabimini.* Sed nec *igne* minus: utrumqe enim est ad diem decimum in Pentecostes festo impletum; uti patet ex Actor. 2. 2, 3, 4. ubi primò dicitur, *ingruente, flatus instar vehementis, spiritu, domum, in qâ agebant, impletam fuisse.* Ad qem locum Scholiastes Græcus; Ἐπλήρωσε τὸν ὅλον οἶκον ἡ πνοή, κολυμβήθρας δίκην ἀναπληρῶσα. ἐπεὶ καὶ ἐπήγγελτο αὐτοῖς ἐν πνεύματι βαπτισθῆναι. *Piscinæ ad instar, domum flatus implevit; qia Spiritu baptizatum iri promissum est illis.* Unde & Basilio Seleuciensi *Orat.* 17. Οἱ τῆς τοῦ πνεύματος κολυμβήθρας υἱοί, *Spiritus Sancti piscinæ filii,* nuncupantur Apostoli. Tum *ignis lingvarum bifidarum speciem gerens, insedisse singulorum capitibus* narratur: unde Spiritu Sancto repleti, donisqe ejusdem extraordinariis instructi perhibentur.

Hinc avtem lux datur etiam loco illi, qi tot illustres viros exercitos habuit, qemqe *tinctionis iterata* patroni ad partes suas obnixè trahunt, dum qæ sunt Pavli Apostoli, tanqam Lucæ historici, verba sumunt, Actor. c. 19. v. 1,-6. de qo videri poterunt V. C. Theodorus Beza *in Act.* & Joannes Drusius *qæst. l.* 1. *Q.* 83. Interrogat Pavlus, qos Ephesi offenderat, discipulos, *num Spiritum Sanctum, ex qo crediderant, accepissent*, negant illi nosse se, *an Spiritus Sanctus sit.* Qærit ergo *in qid fuerint baptizati*: illi, *in Joannis baptisma*, respondent. Tum Pavlus; *Joannes qidem*, inqit, *baptizabat baptismo pænitentiæ; edicens ut crederent in eum, qi venturus erat, Christum: qi verò avditores illius erant, baptizabantur in nomen Domini nostri Jesu Christi.* *Pavlus verò*, ait Lucas, *cum manus eis imposuisset, supervenerat illis Spiritus Sanctus*; qo inspirante nimirum, *lingvis variis loqebantur, & prophetas agebant.* Ubi *Spiritus Sancti* nomine intelligi neqit, *Spiritus Sancti persona*, sive, *ipse Dei Spiritus.* Qomodo enim qi vel sacros codices evolverant, vel Joannem etiam avdierant, ignari esse poterant, an *Spiritus* istiusmodi aliqis existeret: sed *dona* illa *extraordinaria à Spiritu collata, Spiritus* nomine istic veniunt; qo modo, cum alibi sæpenumero, tum præsertim verbis illis, qæ loco huic facem præferunt; Joan. 7. 39. *Spiritus enim nondum erat; qia Christus nondum erat glorificatus.* De eo ergo *Spiritu* respondent illi, de qo ipsos Pavlus est percontatus. De eo avtem Pavlus eos est percontatus, qem, manus ipso imponente, postea acceperant. Porro Spiritus ille, qem, Pavlo manus imponente, acceperant, *donis* illis constabat *extraordinariis*, qæ, nisi post Christum ad cœlos translatum hinc, non sunt collata. Locus huic geminus habetur, ejusdem scripti cap. 8. v. 12, 15, 16, 17. Samariam accessit Philippus: Samaritanis Evangelium annunciavit: ad fidem conversos baptizabat. Verum ad Petri & Joannis adventum, cum *Spiritus Sanctus nondum in eos*, baptizatos licet, *illapsus* fuisset, (*i. e.* inqit Avgustinus *in Joan. tract.* 6. *Nondum sic descendisset in eos, ut lingvis loqerentur, in qos descenderet*) precati illi, ubi *manus eis imposuerant, Spiritum Sanctum*, i. e. dona illa Spiritus Sancti, acceperunt. In his *donis* ponitur, Act. 19, 6.

A qod γλώσσαις ἐλάλουν, *lingvis loqebantur*, prius utiqe ignotis, itaqe explicatius alibi, nunc γλώσσαις ἑτέραις, Act. 2. 4. *lingvis diversis, alteris*, aliis qam prius; nunc γλώσσαις καιναῖς. Marc. 16. 17. i. e. *novis*, dicitur. Hinc avtem viderit lector studiosus, an non verba Christi lucem accipiant, qibus ad mensam sacram suos sic est allocutus, Matth. 26. 29. Οὐ μὴ πίω ἀπ᾽ ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου. *Non sum bibiturus deinceps de hoc vitis genimine, donec illud novum bibam vobiscum in regno pa-*

B *tris mei.* Per ἀμπέλου γέννημα, *vinum* intelligi, patet satis: sed καινὸς οἶνος hic qid velit, id vero, non immerito qæritur. aliud est ergò νέος οἶνος, *vinum novum, i. e. mustum, nuper expressum*; qod in utres veteres indi vetatur. Matth. 9. 17. aliud καινὸς οἶνος, *vinum novitium, nuper invectum, peregrinum, extraneum, alienum ab eo qod est in usu.* Sicut καιναὶ γλῶσσαι sunt *lingvæ alienæ, extraneæ, ante ignotæ, prius eis, qi nunc utuntur, insolitæ.* Itaqe potest etiam παλαιὸς οἶνος, *vinum vetus*, esse καινὸς tamen, sive *novitium & extraneum*, eis vel hominibus vel locis, qi-

C bus prius *ignotum* avt *insolitum* fuerit. Sic enim Xenophon in *Lacedæmon. polit.* de legibus ritibusqe Laconicis, Οὗτοι ἢ παλαιοὶ ὄντες, ἔτι καὶ νῦν τοῖς ἄλλοις καινότατοί εἰσι. *Qamvis antiqi sint admodum, aliis tamen apprimè novi sunt.* i. e. peregrini, extranei, *lavdant enim; non admittunt tamen.* Sic καινὸν πόρον, *novam rationem, novum inventum* Antiphanes dixit apud Athenæum *l.* 1. sub parasiti personâ, versibus illis à Casavbono dextrè admodum restitutis:

> Μακάριος ὁ βίος· ὃν δεῖ μ᾽ ἀεὶ καινὸν πόρον
> Εὑρεῖν τιν᾽, ὡς μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω.
>
> D *Qam lavta vita? mi opus qotidiè*
> *Rationem inire, ut adsit qod comedam, novam.*

Et καινὰ εὑρήματα, sive, μηχανήματα, *inventa*, sive *commenta nova*, Xenophon *Cyri institut. l.* 8. Καὶ μὴν τὰ περὶ τράπεζαν, ὅσοι πρόσθεν εὕρηντο, οὐδὲν αὐτῶν ἀφῄρηται, ἄλλα τε ἀεὶ καινὰ ἐπιμηχανῶνται. *Et eorum qidem qæ ad mensæ usum apparantur, cum prius inventorum nihil detrahitur, tum alia insuper nova excogitantur.* Hoc est ergo qod Dominus dicit; Vinum se amplius cum discipulis suis non gustaturum deinceps, donec καινὸν ἢ ἕτερον, *vinum*

E *novum, aliusmodi, diversi planè generis ac naturæ ab eo, qod cum suis tunc sumebat*, cum illis eisdem ad cœlestes sedes translatis, ad mensam suam, in regno patris suoqe, bibat. Epuli lavtissimi imagine gavdia regni cœlestis in Scripturis adumbrari freqenter, notissimum est. Accedunt cum primis qæ huc faciunt, loca duo illa. Luc. 14. 15. *Beatus, qi panem manducaturus est in regno Dei.* Et cap. 22. v. 30. *Ego vobis assigno, ut comedatis ac bibatis ad mensam meam in regno meo.* Tunc nempe, cum καινὸς οἶνος iste potabitur. Nugas interim meras agit V. C. Gilbertus Gavlmi-

F nus, *Annot. ad lib.* 3. *de Mosis vit. & mort. c.* 6. qum allusisse Dominum censet putidum illud Judæorum figmentum de vino, qod à mundi creatione fuerit asservatum; qod & Jacobo per Angelum allatum Uzielides, unde Isaaco patri potum propinaret; & qo Mosi Deum mortem detrectanti guttur rigaturum pollicitum esse Avtor scripti illius *de morte Mosis* fabulatur: de qo denique R. Haj in *Ontrocrito*; *Qi uvas in somnis manducaverit, vitam æternam possidebit: qia indicant vinum servatum à creatione mundi.* Ejusmodi scilicet nugamenta Dominus Christus ob oculos & in animo ha-

G buit, cum veneranda vereqe verenda mysteria illa institueret, & ad mortem illam acerbissimam jam instantem se componeret. Credat qi volet: mihi nevtiqam id probabitur.

Ista postqam in scripta miseram, dum venerandi soceri mei Caroli Pinneri τοῦ μακαρίτου chartulas qasdam excutio, in *annotationes* pavculas incidi qas is *ad Matthæi Evangelistæ loca* controversi sensus nonnulla adscripserat. In his inter alia ad illud cap. 3. vers. 11. de qo supra disseruimus, sic adnotaverat. *Baptisma pro discriminum & malorum experimento nonnunqam accipitur. Matth.* 20. 22. *Potestis poculum, qod ego bibiturus sum, bibere; & baptismate, qo ego sum baptizandus, baptizari? Hic igitur est sensus; Ego vos baptismate aqa, i. e. leni qidem & miti, & qod ablutionem*

potiùs peccatorum, qam pœnam significet, baptizo. At veniet post me, qi nisi vos resipiscentes invenerit, longe alio usurus est baptismo, judicio nempe, & vindicta; judicio per spiritum, vindicta per ignem: judicio, ut per Spiritum Sanctum bonos à malis aperto discrimine separet; vindicta, ut igni inextingvibili de impiis supplicium sumat. Interpretationem hanc firmari existimat, cum ex prægressis, Commatio 10. tum ex adnexis qoqe Commat. 12. in qibus utriusqe ignis hujusce mentio habetur. *Hanc*, inqit, *baptismatis rationem illa verba seqentis versus explicant; Cujus ventilabrum in manu ipsius, & perpurgaturus est aream suam, & triticum qidem suum in horreum comportaturus, paleas verò exusturus igne nunqam extingvendo. Sed & Malachia illud c.3. v. 2. sic dicentis; Qis sustineat diem adventus ejus? aut qis consistat, cum apparuerit? nam ipse qasi ignis conflatoris, & ut smegma fullonum est? Eodem pertinet, & qod prius dixerat, Jam verò etiam securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor non proferens fructum bonum, excidetur, & in ignem conjicietur. Ramorum internodia & juncturas radicum appellat, per metaphoram: arborem pro ramis dicit, per synecbdochen. Parabola sumpta à rusticanis operibus. Agricola enim, appetente vere de arboribus frondentibus ramos aridos & inutiles succidunt. Hac autem succisio fit ad ramorum internodia. Minatur ergò Joannes, eos, qi regni cœlorum instante vere, nullum sua frugis specimen dederint, non secus ac inutiles ramos à stirpe Abrahami excisos iri, & tanqam arida sarmenta cremiaqe, in ignem mittendos.* Hæc ille; qæ ego interire prorsus nolebam. Nec improbabilis certè videtur illa de *Spiritus igne* explicatio: cui insuper firmandæ adjici potest, qod Esajas habet, cap. 4. vers. 4. qo loco *Dominus abstersurus & eluturus dicitur populi sui sordes spiritu judicii, & spiritu incendii.* Ita enim malim, vel cum Hieronymo *ardoris*; qam aut *sublationis*, cum Junio; aut *consumptionis*, cum Piscatore. Sed & Junius in Anootatis ad locum illum; *Malum*, inqit, *ex Ecclesia tollet, tum paleam exurendo igne inextingvibili, tum suorum peccata ventilando atqe perpurgando Spiritu Sancto & igne: ut Joannes prædicebat, Matth. 3. & alibi.* Pariare vult loca ista; licet secus pavlò exponat: nec sanè tam concinnè sonat, qod de *peccatis ventilandis & perpurgandis* dicit: neqe enim *peccata*, sed *area perpurganda*, Baptistæ perhibetur: neqe *ventilatione* illâ, qâ de Joannes loqitur, *peccata à peccatoribus*, sed à probis improbi secernendi prædicuntur. Adjici poterat, qod & Tertullianus *de Baptism. c. 11. In solâ se pœnitentiâ tingere profitetur; venturum mox, qi tingeret in Spiritu & igni. Scilicet, qia vera & stabilis aqa fides, qâ tingitur in salutem; simulata autem & infirma igni tingitur in judicium.* Cæterum expositionem hanc, qam celatum nolui, aliorum censuræ dimittam. Mihi magis placet, qod prios proposueram. Novissima verò illa, de *securi ad arborum radicem posita*, (ut qod sentio liberè proloqar) minùs arrident: qum nec *ῥίζαν*, sive *radicem*, hoc sensu usurpatam reperiam; nec *ἀξίνη*, sive *securis*, ad flagella succidenda, sed ad stirpes ipsas excindendas adhiberi consveverit: sed & duriusculum videatur, *arbores* pro *ramis arborum* hîc sumere. Christus reverâ de Patre suo, qem agricolam nuncupat, Joan. 15. 2. *Πᾶν κλῆμα μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό. καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτό. Omnem*, inqit, *palmitem, qi fructum non fert, tollit: omnem verò, qi fructum profert, putat & purgat.* Verùm non hoc *securi* fit, qod Hebræi קרדם Græci *ἀξίνην*. Hymn. 74. 7. & Jer. 46. 22. sed *falce* potiùs, qam מזמר illi, *δρέπανον* isti vocare solent. Esajæ cap. 2. v. 4. & c. 18. v. 5. Malim ergò de *excisione*, qam de *succisione* dictum accipere; & ad stirpes tollendas potius, qam ad ramusculos demendos alludi.

C A P U T XXIX.

De Pœnitentiæ nominibus *instituta disceptatio. Μετάνοια & μεταμέλεια qî plerisqe distingvantur. Promiscuè ea usurpari, ab exteris, à nostris, à scriptoribus sacro-sanctis. attestantibus, etiam Lexicographis. Svidas castigatus. Nicephorus suppletus. Plutarchus, nec semel emaculatus; alterqe id qam Turnebo. Μετάνοια an semper habet comitem, in Philosophicis* emendationem, *in Theologicis* fidem. *Μετανοεῖν qid, Matth. 11. 21. μεταμέλεσθαι qid, Matth. 21. 29, 39. Μετάνοια & μεταμέλεια accepta propriè utraqe, utra prior. Μετάνοιαν qid ex notione naturâ velit. τοῦ μετὰ notio duplex. inde & μετανοίας. ea vel* transmentatio, *vel* postmentatio: mens mutata, *vel* mens postera. *Discussa Apostoli verba Hebr. 12. 17. μετανοίας ibi qa. & cujus. αὐτὴν eo loci, qo referatur.* Pœnitentia *qa Deo tribuitur, ab humana qi differat. Μετάνοια qum posterum qid sonat, nunc τῇ προνοίᾳ, nunc τῇ ἀνοίᾳ opponi. sicut & τῇ προμηθείᾳ μεταμέλεια. Meursii lapsus memorialis. Μεταγνῶναι, μετάγνωσις, & μετάγνωσις. Græci interpretes notati. μετανοέω & נחם in partem meliorem. Prudentem rarius pœnitet: temerarios crebrò: Deum nunqam. In Deo* scientia *potius qam* præscientia. Pigere *ac* pudere, *qî distant. τῇ ἀνοίᾳ μετάνοια qa ratione opponatur. Aretii notatio rejecta.* Resipiscentia, & pœnitentia *vocabula ævo Ciceroniano ignota.* Desipiscere & resipiscere. Resipiscere *etiam de corporeis affectibus usurpatum. ἀναφῦλαι & ἀνανῆψαι de pœnitentibus usurpata. Lapsus in Athenæo Camerensis. Panis Rhodii affectus peculiaris. σωφρονεῖν & ἀναφρονεῖν. Dorici modi. Pythagora tribuit Basilius qod Damone Galenus & Martianus. Γνωσιμαχεῖν in resipiscendi notione. in eo explicando minus accurati Budæus & Porta. resipiscere μεταφρονεῖν potius qam μετανοεῖν. utrumqe Hebr.* שוב *qatenus respondeat. ἐλθεῖν εἰς ἑαυτὸν, & ad se redire, qi, & qa ratione, dicantur. Plutarchi codices à Grotio aliter qam à Xylandro restituti.* שוב אל־לב ad mentem & rationem redire. השיב אל־לב, & שום לב *sive* שות לב ad mentem revocare, advertere, animadvertere, *Græcis qomodo vertantur.* Reductio ad mentem, & reditus ad Deum. *distincti* תשובה *pro* pœnitentiâ *nusqam usurpata.* משובה aversio. Reditus ad se, reditu ad Deum *prior. γνῶσις & νόησις qatenus se extendat in sero sapientibus. Μεταμέλεια an ἄγγελον καὶ δυσαρέστησιν;* נחם *an vindictam sonat. μεταμελείας origo. μελέτης, non μερίμνης notionem habet: & μελέτη à μερίμνῃ qî distingvatur. μεταμέλεια & τῇ εὐμελείᾳ, & τῇ ἀμελείᾳ, opponitur: Μεταμελητὸν, & μεταμέλησις in pœnitendi notione. Μεταμέλεσθαι* studii *sive* instituti posterius immutati *notionem in se habere. βουλεύειν, & μεταβουλεύειν, qod & in pœnitendi notione sumitur, qid velint: de hujus significatu alius à se Stephanus. Isidorus emendatus. μεταμέλεσθαι, ἀναθέσθαι, μετατίθεσθαι,* calculum revocare, restituere. *μεταμέλεια, μετάθεσις. μετάβασις. Affectuum actuumqe in pœnitendo processus. μεταμέλειαν, μετάνοιαν non præcedere, sed subseqi.* Pœnitentia efficax, *cum reditu ad meliora conjuncta; inefficax ab emendatione sejuncta. hanc in eâ qa de malo, qâ in se malum, perpetuo conseqi. alibi haud item. id qandoqe à potestatis, qandoqe à voluntatis defectu contingere. Cicero à Lactantio reprehensus.* Pœnitentia vera *priscis qî definita.* Ignorantia, *nunc* comes, *tantum, nunc &* cavssa peccati. *ubi cavssa ad erroris agnitionem, damnationem, ac emendationem conseqi. eam partim ἀποστροφῇ, partim ἐπιστροφῇ constare.* שוב *Græcis qi reddatur. μετάνοιαν ἀπὸ τοῦ κακοῦ, & εἰς τὸν Θεὸν, esse propriè μεταμελείας munus, μετανοίας strictè sumpta fructus. Ab his promiscuè usurpatis, & τοῦ* שוב *notione duplice factum, ut nunc* reditui pœnitentia, *nunc* pœnitentiæ reditus *subjungatur. Explicantur hinc & conciliantur Jer. 31. 19. Act. 2. 19. Gen. 6. 6. 2 Cor. 7. 10. Celsus Origeni de scripturis depravatis injustè taxatus. Repetita series in pœnitentemia efficaci progressus. Μετάνοια an σωτηρίαν, ἀμεταμέλητος dicatur, 2 Cor. 7. 10. rejecta eorum sententia qi ad σωτηρίαν referre volunt. μετάνοιαν ἀμεταμέλητον qâ ratione dicatur. rejectæ rationes assignatæ qas vel verba ipsa, vel fidei etiam analogia, non admittunt. Baptismum pœnitentiam praviam poscere.* pœnitentia pœnitentiæ. *Genuina vocabuli rationes desumta. Erasmi versio Bezæ immeritò repudiata. An septem illi 2 Cor. 7. 11. sint pœnitentiæ efficacis effectus indicesqe. ut* doloris *pii effectus,* pro-

*proponi: pœnitentia esse omnes non posse. nihil commune pœ*nitentiæ *cum* apologia, *sive* defensionem, *sive* excusationem *dixeris. loci sensus genuinus, ad qid referuntur singuli.*

DE *Pœnitentia* tum *nominibus*, tum & *naturâ* nonnullâ, minus plerisqe animadversa, hoc capite disseremus. Græci eam, nunc μετάνοιαν, nunc μεταμέλειαν, appellant. Nam Latini veteres, qod ex Avsonio alibi indicavimus, qo affectionem hanc nuncuparent, nomen saltem nullum habebant. Ea duo nomina sic à se B invicem disterminant viri docti; in qibus est V. C. Theodorus Beza, *Annotat. in Matth. c.* 3. qiqe eundem fermè transcripsit, Abrahamus Scultetus *Exercit. Evangel. lib.* 1. *cap.* 19. Franciscus Junius *Disput. de Resipisc. Thes.* 1. Daniel Heinsius in *Exercit. sacr. ad Luc. cap.* 14. ut illam nunqam nisi in bono, hanc etiam in vitio veline usurpari; istam non *mutationem in melius*, sed δυσφορίαν meram designari; illam σωφρονισμὸν, sive *cordis immutationem vitaqe emendationem*, semper habere conjunctam. C Hoc itaqe Hebræorum τῷ נחם qod *ultionis & pœna*; illud τῷ שוב qod *conversionis*, sive *reversionis*, significatum obtinet, respondere. Eodem concedunt è nostris Reverendi viri Georgius Dovnamus, Gvilielmus Perkinsius, Franciscus Marburius, Daniel Dikius, aliiqe qi argumentum istud pertractarunt: Gvilielmus deniqe Hindius, *de officio usuqe Legis Moralis*.

Verum primò, reclamat *usus* communis; qi in sermone maximè dominatur. Siqidem promiscuè ista ab avtoribus qibusqe usurpantur. Itaqe Lexicographi; Hesychius; D Μεταμέλειαν, μετάνοιαν. Μεταμέλειαν, *pœnitentiam*. Svidas; Μεταμέλει, μετανοεῖ, μεταμελος γίγνεται. Μεταμέλει, *pœnitet, mutat sententiam, pœnitentia ducitur*. Etymologus: μεταμέλομαι, τὸ μετανοῶ καὶ μεταγινώσκω. Μεταμέλομαι, *pœnitentiam ago, aliud consilium capio*. Sed avtores ipsos consulamus. Atqe ut ab exteris ordiamur. Primò, Sophoclem ipsi contra se producunt, qi in *Electrâ* dixerit v. 582.

Μὴ πῆμα σαυτῇ καὶ μετάγνοιαν τιθῇς.

Ne malum tibi ipsi & pœnitentiam arcessas.

E Ubi μετάνοιαν an μετάγνοιαν, (nam pro eisdem habet & μετάνοιαν ex Æliano citans, sed contra metri legem, legit Svidas in Ὀμῶ) eo sensu sumi fatentur, qo μεταμέλειαν ipsi sumi postulant. Huic adjici potest Aristotelis illud *Ethic. lib.* 7. *c.* 7. qo loco de *intemperante*, qi idem & ἀκόλαστος & ἄσωτος, qasi *perditus* planè & *incastigatus* dicitur, utpote qi nullâ vel castigatione, vel ratione aliâ, ad bonam frugem consveverit revocari: Ἀνάγκη γὰρ τοῦτον μὴ εἶναι μεταμελητικόν· ὥς' ἀνίατος. Ubi μεταμέλειαν pro *emendatione* omnino posuit; saltem pro *pœnitentiâ* eâ, qæ est cum F emendatione conjuncta qam huic hominum generi competere negat, cum insanabiles pronunciat. Lucianus in lib. *de saltatione, pag.* 817. ubi Pantomimum qendam. dum Ajacem furentem agebat, furiosa verè qædam patrasse narraverat, καὶ αὐτὸν μέντοι φασὶν, inqit, ἀνανήψαντα, οὕτω μετανοῆσαι, ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ὥστε καὶ νοσῆσαι ὑπὸ λύπης. *Et sane perhibent illum, cum ad se redisset, ita facti pœnituisse, ut pea tristitia ægrotaverit.* qo loco τὸ μετανοεῖν, qid aliud qam τὴν δυσφορίαν designat? At de Maximino, qum per ebrietatem atrocia ac flagitiosa multa designasset, G Nicephorus *l.* 7. *cap.* 21. ait, μετὰ νῆψιν μεταμέλῳ χρῆσθαι [ἐπὶ] τοῖς πεπραγμένοις πολλῷ. *Per sobrietatis tempus gravi de flagitiis admissis sæpe pœnitentia est actus.* μεταμέλον dicit, qod μετάνοιαν Lucianus. Idem certè uterqe voluit. Idem voluit uterqe qod de Alexandro Cicero Tuscul. lib. 4. *Cum interemisset Clitum familiarem suum, vix à se manus abstinuit: tanta vis fuit pœnitendi.* Plutarchus de verecundia *pag.* 533. *D.* Τῶν παθῶν μάλιστα (lege τῷ) δυσωπεῖσθαι, τὸ μετανοεῖν οὐχ ὕστερον ἀλλ' εὐθὺς ἐν οἷς πράττει, πάρεστι. καὶ γὰρ διδόντες, ἀχθόμεθα καὶ μαρτυροῦντες, αἰσχυνόμεθα, καὶ συνεργοῦντες, ἀδοξοῦμεν. καὶ μὴ παρέχοντες, ἐλεγχόμεθα. *Neqe ullus est animi morbus, ubi pœnitentia non jam conseqatur, sed statim in ipsa actione præsto sit: ut fit, qum inepto pudori indulgemus: nam dantes molestiam percipi*A*mus, & testimonium ferentes pudore suffundimur, & adjuvamus cum infamia, & promissa non implentes convincimur.* Ex eodem *de amic. & adulat. dignosc. pag.* 56. *A.* Ut illud insuper habeam, qod ipsi inde arcessunt, ubi μετανοίας nomine μεταμέλειαν intelligi volunt. qanqam reverâ non μετανοίας δηγμὸν, sed δηγμὸν ἢ μετάνοιαν avtor dixit: ὅταν δ' ἁμαρτάνωσι καὶ πλημμελῶσιν, ὁ μὲν ἐλέγχῳ καὶ ψόγῳ δηγμὸν ἐμποιῶν καὶ μετάνοιαν, ἐχθρὸς δοκεῖ καὶ κατήγορος. *Si vero qid peccaverint, avt deliqerint, pro inimico atqe accusatore habeant, qicunqe reprehensione ac vituperatio*B*ne mordere, & ad pœnitentiam trahere cupit.* Siqidem eo loci σωφρονισμοῦ reverâ significatus potest τῷ τῆς μετανοίας ὀνόματι commodè satis convenire. Verum ex eodem tractatu *pag.* 74. *C.* illud disertum satis videtur: Βέλτιον δὲ τὰς ἁμαρτίας φυλάττεσθαι, τοῖς συμβουλεύουσι πειθόμενον, ἢ μετανοεῖν ἁμαρτάνοντα, διὰ τοὺς κακῶς λέγοντας. *Præstat vero consulentibus obtemperantem vitare peccata, qam commissa culpa pœnitentia ob maledicta affici.* Ubi μετανοεῖν est simpliciter ἀνιᾶσθαι, καὶ δυσφορεῖσθαι. Cæterum μετάνοιαν καὶ μεταμέλειαν pro eodem planè habere se avtor idem havd uno C in loco indicat clarissimè. *De tranqillit. pag.* 476. *E.*

Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα, δείν' εἰργασμένος,

(Evripidis est ex *Oreste v.* 396. senarius, pro qo Stobæus *tom.* 2. *cap.* 24. τὸ συνειδὸς, posuit) οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ τὴν μεταμέλειαν, αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν, ἐγκαταλείπει. τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος. τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτὸς ἐργάζεται, δακνομένης σὺν αἰσχύνῃ τῆς ψυχῆς καὶ κολαζομένης ὑφ' αὑτῆς.

Conscientia, qod sum mihi conscius atrocia fecisse.

D *Veluti ulcus in carne, in animo pœnitentiam relinqit, pungentem subinde atqe sauciantem. Alios enim dolores ratio tollens, pœnitentiam solam efficit, à sese ob pudorem morsibus crebris vexatam pœnas dantem.* qanqam illa τῆς ψυχῆς Svidæ codicibus absunt, & irreptitia sunt forsan; sin admittantur, videatur an non potius sit δακνομένης τῆς ψυχῆς, καὶ κολαζομένης ὑφ' αὑτῆς. Et hoc eqidem malim. Idemqe *de tard. numin. vindict. pag.* 556. *C.* Οὐ γὰρ δή τις ἀποκαταστήσειεν μὲν ἀποδοὺς, ἢ γνώριμον ἐγγυησάμενος, ἢ πατρίδι μετὰ δόξης καὶ φιλοτιμίας ἐπιδοὺς, καὶ συντυχὼν ὁ φαῦλος, εὐθὺς ἔστιν ἐν μεταμελείᾳ, ἢ τοῖς πεπραγμένοις E ἀνιᾶται, διὰ τὸ πάνυ εὐμεταπτώτου αὐτὸ ἢ πλανώμενον τῆς γνώμης. (qod Septimius noster, *de pœnit. c.* 1. *Pœnitentiam, hoc genus hominum, qod & ipsi retrò fuimus, etiam in bonis factis suis adhibet, pœnitet fides, amoris, simplicitatis, patientia, misericordia.*) οἱ δὲ καλαθύοντες ἀνθρώπους ἐπὶ τυραννίδι ἢ συνωμοσίαις, ὡς Ἀπολλόδωρος, ἢ χρήματα φίλων ἀποστερήσαντες, ὡς Γλαῦκος ὁ Ἐπικύδους, οὐ μετενόησαν, οὐδ' ἐμίσησαν ἑαυτοὺς, οὐδὲ ἠνιῶντο τοῖς γεγονόσιν. *Scilicet aliqis vitiosus homo ubi depositum reddidit, avt pro amico fidejussit, vel in patriam aliqid ambitiose impendit: statim pœ*F*nitentia ducitur, factumqe ei suum est molestum, ob vagam usqeqaqe animi mobilitatem. Qi vero tyrannidis & conspirationis gratia homines mactaverunt, ut Apollodorus, avt amicos pecuniis spoliaverunt, ut Glaucus Epicydis filius, credemus non mutasse factum, non in seipsos odium concepisse, nulla ob facinus affectos fuisse molestia?* Μετάνοιαν posteriore loco utrobiqe nominavit, qam μεταμέλειαν prius dixerat. Nec secus in libell. *de verecund.* extremo: qo loco ubi dixerat, Ὁ πᾶσιν πρὸς πάντα τὰ πάθη χρήσιμον ἐστι. τοῦτο δεῖ μάλιστα τοὺς δυσωπητικοὺς, ὅταν ἐκβιασθέντες ὑπὸ τοῦ πάθους G παρὰ γνώμην ἁμάρτωσι καὶ διατραπῶσιν, ἰσχυρῶς μνημονεύειν, καὶ τὰ σημεῖα τοῦ δηγμοῦ καὶ τῆς μεταμελείας θεμένους ἐν ἑαυτοῖς, ἀναλαμβάνειν καὶ φυλάττειν ἐπὶ πλεῖστον χρόνον. *Qod itaqe adversus omnes animi pravas affectiones utile est, eo maxime indigent, qi facile sibi vitiosum pudorem incuti patiuntur: ut qando victi eo vitio præter animi propositum peccaverunt atqe subversi sunt, arcte memoria complectantur, eiqe penitus infigant signa morsus atqe pœnitentia, ac plurimum temporis in recordandis & observandis tribuant.* Subjungit mox, Οὕτως οἱ τὰ τῆς δυσωπίας αἰσχρὰ καὶ βλαβερὰ, συνεχῶς τῷ μετανοοῦντι καὶ δακνομένῳ προσβάλλοντες, ἀναλήψονται πάλιν ἑαυτοὺς ἐν τοῖς ὁμοίοις, καὶ οὐ προήσονται ῥᾳδίως ὑποφερόμενοι. *Ita qi vitiosi pudoris turpitudinem & damna continenter pœnitentia morsum sentiente animo revolvunt, in similis*

re cohibebunt seipsos, neqe facile rursus in peccatum prolabentur. τῷ μεταμελῶν τι ἢ δακνομένῳ dicit, pro eo qod ὁ δηγμὸς καὶ τῆς μεταμελείας, in periochâ proximè antegressâ dixerat.

Sed nostri forsan id discriminis observant præcisè, videamus ergo. Atqe hic unus nobis pro omnibus poterat esse Clemens Alexandrinus. Is *Stromat. l. 6. pag. 673. B.* Ἡ μετάνοια διττή· ἡ μὲν κοινή, ἐπὶ τῷ πεπλημμεληκέναι· ἡ δὲ τὴν φύσιν τῆς ἁμαρτίας καταμαθοῦσα, ἀφίστασθαι τοῦ ἁμαρτάνειν αὐτοῦ κατὰ προηγούμενον λόγον πείθει· ᾧ ἕπεται τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. *Duplex est pœnitentia: una qidem communis, propterea qod peccaverit: altera vero, quæ peccati naturam didicerit, persuadet ab ipso desistere peccato per principalem rationem, cui est conseqens, ut non peccet.* Et *Stromat. l. 4. pag. 489. B.* Τοῦ μετανοοῦντος τρόποι δύο· ὁ μὲν κοινότερος, φόβος ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν· ὁ δὲ ἰδιαίτερος, ἡ δυσωπία ἡ πρὸς ἑαυτὴν τῆς ψυχῆς ἐκ συνειδήσεως, εἴτ' οὖν ἐνταῦθα, εἴτε καὶ ἀλλαχοῦ· ἐπεὶ μηδεὶς τόπος ἀργὸς εὐποιΐας Θεοῦ. *Duo sunt modi ejus qi ducitur pœnitentia: unus qidem communior, timor propter ea, qæ facta sunt: alter avtem magis proprius, animæ apud seipsam verecundia ex conscientia. Sive ergo hic, sive etiam alibi: qoniam nullus locus vacat Dei misericordia.* Sed sanius idem in *hortatorio pag. 58. A.* Τὸ γὰρ ἔθος πονηρὸν μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν, μετάνοιαν κενὴν ἅμα τῇ τιμωρίᾳ προσφέρεται· παθὼν δὲ τε νήπιος ἔγνω. *Mala consuetudo post excessum ex hac vita vanam pœnitentiam affert cum supplicio: passus novit qoqe stultus.* (h. e. qod Gildas noster in *Epistolâ increpatoriâ; Sera inutilisqe pœna occulta cognitio, & mali pœnitudo.*) Idem *Stromat. lib. 2. pag. 385. C.* Ἔδωκεν οὖν ἄλλην ἐπὶ τοῖς κἂν τῇ πίστει περιπίπτουσί τι πλημμελήμασι, πολυέλεος ὤν, μετάνοιαν δευτέραν· ἵν' εἴ τις ἐκπειρασθείη μετὰ τὴν κλῆσιν, βιασθεὶς καὶ κατασοφισθείς, μίαν ἔτι μετάνοιαν ἀμεταμέλητον λάβῃ. *Dedit, cum sit multa misericordia, iis etiam qi fide in aliqod peccatum incidunt, secundam pœnitentiam, qam si tentatus fuerit post vocationem, coactus & callide circumventus, unam adhuc non pœnitendam acceperit pœnitentiam.* D. ——— αἱ δὲ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι μετάνοιαι, οὐδὲν τῶν καθόλου μὴ πεπιστευκότων διαφέρουσι, ἢ μόνῳ τῷ συναισθέσθαι ὅτι ἁμαρτάνουσιν. *Continuæ avtem & se vicissim excipientes pœnitentiæ nihil differunt ab iis qi omnino non crediderunt, præterqam in eo solo qod se peccare senserunt.* Et mox, *pag. 386. B.* Μελέτη γὰρ ἁμαρτημάτων, τὸ πολλάκις μετανοεῖν, καὶ ἐπιτηδειότης εἰς εὐχέρειαν ἐξ ἀνασκησίας. *Est enim rursus meditatio peccatorum aptitudo ex defectu exercitationis.* Subjungit reverâ; Δόκησις οὖν μετανοίας, οὐ μετάνοια, τὸ πολλάκις αἰτεῖσθαι συγγνώμην, ἐφ' οἷς πλημμελοῦμεν πολλάκις. *Apparet ergo, sed non est pœnitentia, sæpe petere veniam de iis, qæ sæpe peccamus.* Idem denique ejusdem operis *l. 6. pag. 668. C.* Διὰ πολλῆς οὖν παιδείας ἀπεκδυσάμενος τὰ πάθη, ὁ πιστὸς ἡμῶν μέτεισιν ἐπὶ τὴν βελτίονα τῆς προτέρας μονῆς μεγίστην κόλασιν· ἐπιφερόμενος τὸ ἴδιωμα τῆς μετανοίας, ὧν ἐξήμαρτε μετὰ τὸ βάπτισμα. ἀνιᾶται γοῦν ἔτι, ὅτι μηδέπω, ἢ καὶ μηδ' ὅλως τυγχάνει ὧν ἄλλους ὁρᾷ μετειληφότας· πρὸς δὲ καὶ ἐπαισχύνεται τοῖς πλημμεληθεῖσιν αὐτῷ· αἳ δὴ μέγισται κολάσεις ἀεὶ τῷ πιστῷ. *Quum ergo per multam disciplinam vitia exuerit, qi est nobis fidelis, transit ad maximum supplicium, qod est melius priori mansione inferens pœnitentiam eorum peccatorum, qæ admisit post baptismum. Cruciatur ergo adhuc amplius, qum vel nondum, vel ne omnino qidem ea assequatur, qorum alios videt esse participes. Præterea avtem pudore afficitur ob ea qæ deliqit, qæ qidem sunt fideli maxima supplicia.* Μετάνοιαν *dolore* & *pudore*, sive verecundiâ (& *acrior semper ex verecundiâ dolor*, ut Fabius *declam. 17.*) definit: eam duplicem facit; alteram, qæ emendationem junctam habeat, alteram ab eadem sejunctam; qam & *inanem* & *frustraneam* indigetat, utpote qæ apud inferos cruciatibus æternis addictos & obstrictos jam corripiat. Atqe ubi jam est, qod vir doctissimus, μετάνοιαν *conjunctum semper habere in Philosophia* σωφρονισμόν, *in Theologia non*? Qem enim σωφρονισμόν habuit ea conjunctum in Apollodoro & Glavco, qibus μετάνοιαν Plutarchus tribuit? ut frustra Plutarchum advocent, qasi is μετανοίας comitem individuum statuerit τὸν σωφρονισμόν. Nihil enim minus voluit ille verbis illis in *collatione terrestrium & aqatilium, pag. 961. B.* sub Avtobuli personâ, qi brutis etiam animantibus rationem asserebat; prolatis: Καὶ κύνας ἁμαρτάνοντας καὶ ἵππους κολάζουσιν, οὐ διακενῆς, ἀλλ' ἐπὶ σωφρονισμῷ, λύπην δι' ἀλγηδόνος ἐμποιοῦντες αὐτοῖς, ἣν μετάνοιαν ὀνομάζομεν. *Canes eqosqe peccantes plectunt, non eqidem frustra, sed castigandi gratia, dolore iis ægritudinem inferentes, qam pœnitentiam vocant. Castigationis finem* ait esse *emendationem*; hanc moliri nos pœnarum ac molestiarum medio ac qasi ope, dum hâc ratione ac methodo ad *dolorem* delinqentes adigimus; atqe *dolorem* hunc esse, qam μετάνοιαν nuncupamus. Ita μετανοίας *rationem in dolore* constituit, *dolorem* hunc *castigationis effectum* vult esse, eâ *castigatione* à castigantibus *emendationem intendi*: at nunqid hinc conseqetur, ex Plutarchi mente, avt μετάνοιαν *semper* σωφρονισμόν *secum trahere*, avt castigationem omnem esse hac in parte efficacem? Ecqam itidem ποινὴν conjunctam sibi habet ἡ μετάνοια in eis, qi apud inferos jam torqentur? de qibus etiam Clemente prior Avtor *sapientiæ Salomonis*, cap. 5. vers. 3. ἐροῦσιν ἐν ἑαυτοῖς μετανοοῦντες. *Dicent apud seipsos resipiscentes.* Nisi si fidem ejusmodi dicere voluerint, qalem dæmoniis etiam tribuit Jacobus c. 2. v. 19. cæterum ista nec Judæ defuit, cui μεταμέλειαν tantum, non & μετάνοιαν, adscribunt.

Clementi adjectus sit Gregorius Nyssenus. Is in *Dialogo de anim. & resur.* cui titulus *Macrinia. pag. 650. C.* Ὁ γὰρ ἅπαξ τὸ ἡδὺ κατὰ τὸν βίον ἑλόμενος, (ἑλόμενος, legendum) καὶ μὴ θεραπεύσας ἐκ μεταμελείας τὴν ἀβουλίαν, ἄβατον ἑαυτῷ μετὰ ταῦτα τὸν (τὴν legendum) τῶν ἀγαθῶν χώραν ἐργάζεται. *Nam si semel qicqid in hac vita suave est ac jucundum est elegerit, nec pœnitentia ductus stolidum ac temerarium consilium corrigit atqe emendat, inaccessum & invium sibi locum bonorum posthac efficit.* Qo loco μεταμέλειαν pro pœnitentiâ efficaci, qod & ὁ σωφρονισμὸς comitatur, usurpari constat. Qod ejusdem Scholiastes ad *dissert. de prematurè abreptis pag. 754. B.* μετὰ τὴν τελευτὴν ἕκαστος τῶν ἡμαρτηκότων καὶ μὴ μετανενοηκότων πρὸ τῆς τελευτῆς. *Post mortem qisqe eorum qi peccaverunt, & ante mortem pœnitentiam non egerunt.* Ita μετάνοιαν iste dicit, qod ille μεταμέλειαν. Sed & Gregorius idem *in Eccles. Orat. 7. pag. 444. D.* qo loco & vocabuli μεταμελείας rationem ex parte altera saltem subindicavit. Τὸ δὲ δι' ἐπιμελοῦς μεταμελείας ἑαυτὸν ἀνακαθῆραι, ἔστι καὶ ἐπ' ἀνθρώπων τῶν δι' ἀρετῆς λαμπρυνόντων ἰδεῖν. *Seipsum avtem per diligentem expurgare pœnitentiam, hoc qoqe licet videre in hominibus, qi seipsos illustrant virtutibus.* Habemus & istic μεταμέλειαν pœnitentiam *cum emendatione conjunctam.* Contra planè qam isti asserturi erant. Nysseno subjiciemus Epiphanium. Is adversus Catharos disputans *Hæres. 59.* etiamsi statim ab initio μετάνοιαν à μεταμελείᾳ distingvere videatur verbis illis, Καὶ αὐτοὶ δὲ φαμὲν εἶναι μετάνοιαν μίαν, καὶ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ταύτης τυγχάνειν σωτηρίας. *Atqi nos unam esse pœnitentiam ultro concedimus, ac per eam iteratæ generationis lotionem ad salutem perveniri.* Καὶ ἡ μὲν τελεία μετάνοια ἐν τῷ λουτρῷ τυγχάνει· εἰ δέ τις παραπέσοι, οὐκ ἀπόλλυσιν ἡ ἁγία ἐκκλησία. δίδωσι γὰρ καὶ ἐπάνοδον, καὶ μετὰ τὴν μετάνοιαν τὴν μεταμέλειαν. *Enimvero perfecta in Baptismo qidem pœnitentia est. Sed si qi exciderit, non illum sancta Dei Ecclesia perditum velit; imo & receptum, & post pœnitentiam mutandi consilii facultatem indulget.* Qasi μετάνοια sit de toto vitæ anteactæ tenore, μεταμέλεια de lapsibus specialibus avt singularibus instituta pœnitentia. Verum in seqentibus voces istas in sensum eundem promiscuè usurpat: ubi ait, *sect. 2.* Τῆς σωτηρίας οὐκ ἀπέκλειον οὐδὲ ἔτι μετανοοῦντας. *Neqe tamen à salute illos excluserat, qos peccati sui pœniteret.* Et mox. Λοιπὸν τῶν παραπτωμάτων τελείως μετανοούντων καὶ ἐπιστρεφόντων καὶ μεταμελομένων. *Qi delictorum suorum absolutam pœnitentiam capesserent, seqe adeo converterent, animumqe mutarent.* Et rursus, Οὐκ ἀθετεῖ πίστιν ὁ Θεοῦ λόγος τὸν μισθὸν τῶν ἐν μετανοίᾳ καμνόντων. *Igitur eorum, qi in capessenda pœnitentia laborant, fructum ac præmium divinus sermo non rejicit.* Ita utrumqe & μετάνοιαν & μεταμέλειαν in lapsis agnoscit, & hanc illi, ubi dispescere videtur, subjungit. His adjectus sit *Qæstionum Orthodoxarum*, qæ Justi-

ftini nomen præferunt, avtor. Is *Quæst.* 36. qærit, Διὰ τί περὶ τῆς χρίσεως τοῦ Σαοὺλ λέγει μεταμελῆσθαι τὸ Θεῖον, καὶ περὶ τῆς καταστροφῆς τῆς Νινευή, ὅτι μετενόησεν. *Qapropter Deus de Savlis unctione dicit, se pœnitentia duci, & de eversione Nineva aliud statuit?* Ita τὸ μεταμέλεσθαι καὶ τὸ μετανοεῖν pro eodem prorsus habet. Neqe enim aliter de Nineves excidio, qam de inunctione Savlis in regem Deum *pœnituit.* Secutus est avtem Avtor ille Græcos Interpretes, qi in Savlis negotio verbo μεταμέλεσθαι, 1 Reg. 15. 11, 35. in Ninevitarum, verbo μετανοεῖν sunt usi, Jonæ 3. 10. qum Hebræum verbum utrobiqe sit idem planè τὸ נחם. Ita simul etiam concidit, qod τὸ μεταμέλεσθαι τῷ נחם τὸ μετανοεῖν τῷ שוב respondere volunt. Citra discrimen enim Græci interpretes τὸ נחם nunc per μετανοεῖν, nunc per μεταμέλεσθαι, & per illud crebrius qam per istud, reddunt: at τὸ שוב per ἀναστρέφειν, ἀποστρέφειν, ἐπιστρέφειν, &c. identidem, per μετανοεῖν nunqam. Qo & illud accedit, unde discere poterant τὸ שוב καὶ τὸ μετανοεῖν non esse idem prorsus, qod in novo Instrumento τὸ μετανοεῖν καὶ τὸ ἐπιστρέφειν tanqam res duæ à se invicem distinctæ conjunguntur Act. 3. 19. & 26. 20.

Sed ad paginam sacram forsan provocabunt. Eodem illos & ipse libens seqor: nec diffiteor eqidem ταῖς τε μετανοεῖν καὶ τῆς μετανοίας φωναῖς in codicibus sacris freqentissimè eo, qo ipsi statuunt, significatu usurpari. Verùm τὸ μεταμέλεσθαι, Matth. 21. 29. Ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε. *Postea qum resipuisset abiit.* Et denuò v. 32. Ὑμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον. *Vos avtem qi hac vidistis, non resipuistis postea.* Eodem plane sensu sumi, nec ipsi negant. Et τὸ μετανοεῖν pro displicentiâ & dolore ipso (qod ex agnitâ culpâ oboritur, & τοῦ μεταμέλεσθαι nomine designari statuunt illi) in codice sacro qandoqe sumi, apertè indicat phrasis illa ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετανοεῖν. *Cum sacco & cinere resipuissent.* Matth. 11. 21. cui genina est Hebræorum illa, נחם על עפר ואפר Jobi 42. 6. Qid est enim *in sacco & cinere*, vel *in pulvere & cinere*, *pœnitere*, (neqe enim *resipiscere* hic saltem dixerim; etiamsi qo sensu commodè satis dici possit, in seqentibus ostensurus) nisi hisce anxietatis & demissionis indiciis externis internam animi de malè admissis displicentiam profiteri? Qodnam ergò illis istic subterfugium? Ad hoc scilicet confugiunt, ut dicant, μεταμέλεσθαι qandoqe pro μετανοεῖν poni: sicut à Plutarcho μετάνοιαν ἀντὶ τῆς μεταμελείας. ubi ὀψιμὸν μετανοίας dixit, qod est supra disceptatum, & ab Avsonio pariter, *Epigr.* 12. ubi de *pœnitentiâ*,

Sum Dea, qa facti, non factiqe exigo pœnas:
Nempe ut pœniteat, sic Metanœa vocor.

Atqe hoc forsan havserunt a Favorino Camerte: cujus in Lexico leguntur ista. Μεταμέλεια ἐπὶ δυσπραγίαις ἐπὶ πεπραγμένοις. καὶ μεταμέλεια, ἡ μετάνοια. Et mox: Μετάνοιά ἐστι συναίσθησις ψυχῆς ἐφ' οἷς ἐπεπράξεν ἀλόγως. ἡ περὶ τὸ πρᾶγμα ἐπιστροφή. Qanqam ista forsan vel mendosa, vel mutila; legendumqe avt ἡ πρὸς, avt ἡ ὑπὲρ. Verùm cum avtorum omne genus usus ista promiscuè sumat, frustra alterum pro altero poni præscribunt, nisi ex ipsâ vocabulorum notatione atqe origine ejusmodi qippiam eruere atqe evincere potuerint. Jam verò vocabulorum ipsorum ratio nihilo magis, qam usus, distinctioni isti suffragatur; imo refragatur etiam multo magis; ordinemqe, qem affectionibus istis illi præscribunt, ut μεταμέλεια scilicet præcedat, μετάνοια seqatur, probè considerata, invertit planè. Hoc qo liqidiùs patescat, vocabuli utriusqe notationem ac natales seorsum indagabimus.

Μετάνοια igitur dupliciter potest sumi, ut τὸ μετὰ, vel *motum* sive *mutationem*, vel *ordinem*, sive *consecutionem* designet. μετὰ enim præpositio, ubi cum aliis vocibus committitur, aliqando *trans* significat, ut in μεταβολή, μετάθεσις, μεταφορά, μετάφρασις. Aliqando *post*, ut in μεταγενής, μεταδόρπιον, μεταχρόνιος, & consimilibus. Priore modo si ceperis, erit μετάνοια dicta, qasi *transmentatio* qædam, sive *mentis mutatio* ab eâ qæ prius fuerat. Ita Tertullianus *adv. Marc. lib.* 2. *cap.* 24. *In Græco sono, pœnitentiæ nomen, ex animi demutatione compositum est.* Atqe ita reverà sumi videtur, ad Hebr. cap. 12. ver. 17. ubi de

A Esavo dicitur, ὅτι μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη· μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν. *Postea, qum vellet hæreditario jure benedictionem assequi, reprobatum fuisse: non enim reperit pœnitentiæ locum, qamvis cum lacrymis benedictionem istam exqisisset.* De qo loco multum, sed & frustrà, fatigarunt se cum antiqi Doctores, tum & recentiores nonnulli. Antiqi, qia Novatianis favere poterat videri, qasi pœnitentiæ post lapsum locus nullus relinqeretur, nec pœnitentia etiam sedulò ambienti, ac seriò expetenti, concederetur;
B hunc nodum qo solvant, alii *pœnitentiæ locum non invenisse* dicunt Esavum, ὅτι οὐ μετενόησεν ὃν ἔδει τρόπον· *qia non eo qo oportebat, modo pœnitebat.* Ita Chrysostomus, qi & subjungit, dolorem Esavi, non alium fuisse qam Caini: fratrem sibi prælatum, anxium habuisse utrumqe; neutrum verè pœnituisse, qod ex eis qæ consecuta sunt, liqido constiterit, qum fratrem uterqe trucidaverit, manu ille, mente iste, Gen. cap. 4. ver. 1. & cap. 27. ver. 43. hoc secutus est, qi in Bibliis nostris *Beza annotationibus marginalibus* suas immiscuit. Nec abscedit multum Calvinus; *Ni-*
C *hil*, inqit, *perfecit avt assecutus est sera sua pœnitentia.* Avt Illyricus: *Locum pœnitentiæ non invenire est*, inqit, *pœnitendo nihil proficere, & pœnam damnumqe deprecando.* Ideò avtem *nihil perfecisse Esavum pœnitendo, qia cum pœnitentia sit duplex, culpæ, qæ sola salutaris sit, & pœnæ; Esavi pœnitentia non culpæ, sed pœnæ, non delicti, sed damni duntaxat fuerit.* Verum contextus Apostolici syntaxis interpretationem istam vix commodè admittere videtur; qum non μετανοίᾳ in dandi casu, sed μετανοίας in gignendi sit dictum: itaqe Anglicè malè reddunt, qi vertunt, he
D found no place for repentance. Animadvertisse videtur hoc Theodoretus, proinde alio modo explicat, non pœnitendo nihil perfecisse, sed nec ad pœnitentiam qidem adspirasse. Μετανοίας τόπον, inqit, οὐχ εὗρεν, ἀντὶ τοῦ, οὐχ εὗρε τὴν τῆς μετανοίας ὁδόν, *non invenit locum pœnitentiæ, pro eo qod est, non invenit pœnitentiæ viam.* Οὐ γὰρ μετανοῶν ἐδάκρυσεν, ἀλλὰ τῆς ἀδελφοῦ φθονῶν εὐπραξίᾳ ὠδύρετο δὲ, οὐ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ Ἰακὼβ ἀπεκλαίετο. *Neqe enim per pœnitentiam lachrymas fundebat, sed per fœlicitatis fraternæ invidentiam; nec peccatum suum, sed Jacobi sortem suâ*
E *meliorem lamentatur.* qo facit & qod Theophylactus habet, καὶ μετάνοιαν δὲ ἐζήτησεν ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ. *Etiam pœnitentiam qæsivisse* Esavum, sed non assecutum, qia *non qomodo oportebat qæsierit.* Qin & Chrysostomus qasi interpretatione priore parum fisus, huc concedere videtur, qum ait, Ἢ ὅτι μετανοίας μείζονα ἥμαρτεν. ἢ ὅτι μετάνοιαν ἀξίαν οὐκ ἐπεδείξατο. *Vel qod gravius peccaverat qam ut pœnitere possit; vel qia pœnitentiam dignam non exhibuit:* Ita τόπος μετανοίας idem istic fuerit qod apud Sirachidem c. 12. v. 10. verbis illis, ἔδωκας τόπον μετανοίας, *dedisti eis locum*
F *pœnitentiæ;* nisi qod ibi concessum dicitur, qod istic negatum. Et reverà hac ipsâ in Epistolâ cap. 6. v. 6. eo impietatis prolabi dicuntur nonnulli, ut *per pœnitentiam restavrari neqeant.* Verum istic ejusmodi nihil qicqam insinuari, avt necesse est, avt etiam verisimile videtur. Siqidem αὐτὴν illud, qod *cum lachrymis qæsivisse* Esav perhibetur, potest vel ad εὐλογίαν referri; qod post Theophylactum, & Oecumenium, qorum ille disertim, hic ex qorundam sententiâ, sic explicat, Calvinus & Beza in *annotatis ad editionem Græcam* ipse statuit. Atqe ita An-
G glicana Tindali qæ nomen prafert, versio, He was put up the blessing / and found no means to come by it again / no / though he sought it with tears. Vel etiam ad μετάνοιαν referri poterit, sed Isaaki patris, non Esavi ipsius suam, à qo nullis precibus impetrare, nullis lachrymis extorqere poterat, ut eum facti sui pœniteret, avt ut benedictionem revocaret in Jacobum jam collatam. atqe ita Franciscus Junius in *Parallelis*, & Joannes Piscator in *Scholiis* suis, optimè exponunt. Sed & in Bibliis nostris Regiis, versio ad marginem adscripta. He found no way to change his [Fathers] mind. Certum est, qocunqe τὸ αὐτὴν referatur, μετάνοιαν ibi Isaaki, non Esavi existere. In qam mentem & *pœnitentiæ* vocem, & eam ipsam qæ hic habetur formulam, usurpavit Ulpianus J. C. *Digest. lib.* 40.

 tit. 7.

tit. 7. de Statu lib. leg. 3. ubi dixit, *Pœnitentia heredis locum non esse. Ubi pœnitentia* pro *mentis* sive *consilii mutatione* aperte ponitur.

Qo facit & qod Thomas *Sum. lib. 1. Qæst. 19. Art. 7.* inter eam qæ Deo tribuitur, *pœnitentiam*, eamqe qæ hominibus competit, distingvens: *Aliud est mutare voluntatem, aliud velle mutationem: hominis pœnitere, est voluntatem mutare; Dei pœnitere, est mutationem velle.*

Posteriore modo si τὸ μετὰ sumpseris, erit μετάνοια qasi *postmentatio* (si ita loqi liceret) qædam dicta. ut partim τῇ προνοίᾳ, partim τῇ ἀνοίᾳ opponatur. Est enim πρόνοια *vis ea animi, qâ futura prospiciuntur*, seduloqe cavetur, ne qid temerè agatur, de qo postea pœniteat, qo nomine Prometheum celebrabant antiqi. Μετάνοια verò est *illa animi affectio, qâ, qi in rebus agendis*, qid ex usu foret, prospicere neglexerunt, *post inconsultè rem gestam, errorem suum serius intelligunt.* Erasmus *in Mat. 3. 3.* *Μετάνοια dicta est ἀπὸ τοῦ μετανοεῖν i. e. à posterius intelligendo; ubi qis lapsus re peractâ tum demum animadvertit erratum suum.* & *in Cor. Ep. 1. c. 7. pœnitentiam* vult dictam *à pone tenendo* (qum tamen simplicius à *pœnâ* deducatur) *hoc est, ab intelligendo post factum.* Hanc Epimetheo notam inurunt veteres: hic enim, ut Hesiodus *Oper. lib. 1.*

> —— Ὅτε δὴ κακὸν εἶχ', ἐνόησεν.
> —— Παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.
> *Malum, donec acceperat, non animadvertit,*
> *Sed jam perpessus noverat.*

Sive, ut Homerus *Iliad. ρ. v. 32. & v. 198.*

> —— ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.
> *Factum autem demum stultus cognovit.*

qi & ideo ὀψίνοος Pindaro dictus *Pyth. Ode 5.* qo epitheto & μετάνοιαν ipsam insignivit Nonnus in *Paraphr. Joan. cap. 3. v. 23.* ad qem Pindari locum monent Scholia; ἀπὸ τοῦ προνοεῖν καὶ προμαθεῖν sic nuncupatum: qem & Sophocles itaqe in *Prometheo*, τῆς φρονήσεως ἀντίχειρα dixerit, καὶ μὴ τῆς μεταμελείας. contra qam Epimetheus ejusdem frater, cujus filia Μεταμέλεια dicta, sicut Promethei Προμήθεια. Obiter emendandus Mevrsius, qi in *Fabularum Sophoclearum syllabo*, uti lavdat ista, memoriâ lapsus, *Olympia* pro *Pythiis* posuit. Hinc in Cleonem ἐξύστερον comicum, cujus meminit Lucianus,

> Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα.
> *Rebus peractis, est Cleo Prometheus.*

Indeqe μετάνοια ista, sicut, allusione ad Epimethei nomen habitâ, μεταμήθεια (Μεταμήθεια, μετάνοια. Hesychius) ita παρὰ τὸ μεταγνῶναι, μετάγνοια eadem est dicta. Sophocles Philoctete,

> Ὄυκουν ἔνεστι καὶ μεταγνῶναι πάλιν.
> *Ad pœnitendum nonne regressus datur?*

Et Clemens, *Stromat. lib. 2. pag. 370. D.* Οὐ τῷ τέλει παραμετρεῖται μόνον τὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ προαιρέσει, εἰ ῥᾳδίως εἵλετο, εἰ ἐφ' οἷς ἥμαρτεν, μετενόησεν, εἰ σύνεσιν ἔλαβεν ἐφ' οἷς ἔπταισε, καὶ μετέγνω, ὅπερ ἐστὶ, μετὰ ταῦτα ἔγνω· βραδεῖα γὰρ γνῶσις, μετάνοια, vel μετάγνοια potiùs. *Non solus finis res dimetitur, sed etiam electio: si facile elegit, si peccatorum suorum ductus est pœnitentia, si propter ea, in qibus lapsus est, eum remordet conscientia, & errorem recognovit, qod est, postea cognovit. Est enim tarda cognitio pœnitentia.* Nisi qod rem eandem utraqe vox denotat. Facit huc celeberrimum illud ex *Milesibus* Menandri, qod *tom. 2. lib. 4.* Stobæus exhibet,

> Οὐδεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων, πάτερ,
> Ἁμαρτάνει τί μέγεθος, ὕστερον δ' ὁρᾷ.
> *Latet omne crimen dum fit; sed qantum fiet*
> *Scelus, peracto scelere demum intelligunt.*

Ubi scilicet qod Gregorius *in Job. l. 15. c. 22. Oculos qos clavserat culpa, aperit pœna.* De Alexandro post Clytum interfectum Curtius, *l. 8. c. 2. Malè humanis ingeniis natura consuluit, qod plerumqe non futura, sed transacta perpendimus: qippe Rex, posteaqam ira mente decesserat, etiam ebrietate discussâ, magnitudinem facinoris suâ æstimatione perspexit. — liberioremqe pœnitentiam solitudo excitabat.* Nec secus Juvenal. *Satyr. 13.*

> *Cum scelus admittunt, superest constantia: qid fas*
> *Atqe nefas, tandem incipiunt sentire peractis*
> *Criminibus.* ——

Sed & qod Plavtus *Captiv. 1. 2. 39. 40.*

> *Tum demqe omnes nostra intelligimus bona,*
> *Qum qæ in potestate habuimus, ea amisimus.*

Sophocleum scilicet illud in *Ajace* expressit;

> Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν χεροῖν
> Ἔχοντες, οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ.
> *Qeis læva mens est, qod tenent ipsi, bonum*
> *Non ante norunt, qam sit excussum manu.*

Inde de *pœnitentiâ* Avsonius supra,

> *Sum Dea, qæ factis non factiqe exigo pœnas.*

Itaqe μετάνοιαν definit Marcus Imperator *Comment. lib. 8. Sect. 8.* Ἐπίληψίν τινα ἑαυτοῦ ὡς χρήσιμόν τι παρεικότος, *reprehensionem sui de utili re aliqâ neglectâ.* Qia hoc nimirum ad errorem jam animadversum solet conseqi, ut de eo qis redarguat, incuset, damnet. Qo modo idem *lib. 12. sect. 16.* Ἐπὶ τῆς φαντασίας προσχόμενος ὅτι ἥμαρτε· τί δαὶ οἶδα, εἰ τοῦτο ἁμάρτημα; εἰ δὲ καὶ ἥμαρτεν, ὅτι κατακέκρικεν αὐτὸς ἑαυτόν. h. e. *Ubi hæc cogitatio se ingerit, peccasse in me aliqem: hoc apud me reputo, unde novi, id qod admisit, an sit peccatum? tum, si peccaverit, ipsum sese damnasse. i. e. factis à se pœnituisse.* Siqidem, ut Isidorus *Pelusiota l. 4. c. 60.* Μεγίστη βοήθεια εἰς τὸ μεταγνῶναι ἡ κατάγνωσις τῆς ἁμαρτίας. *Maximum est ad pœnitentiam adminiculum, mali admissi damnatio.* Monet propterea unumqemqe Marcus idem, *ibid. sect. 2.* Καθ' ἑκάστην πρᾶξιν ἐρώτα σεαυτόν, Πῶς μοι αὕτη ἔχει; μὴ μετανοήσω ἐπ' αὐτῇ; *ut ad singulas qasqe actiones interroget se, Qomodo habet se mihi actio ista? an non de eâ, ubi egerim, pœnitebit me?* Nec aliud voluit Rex sapientissimus Parœm. 14. 15. verbis illis; *Fatuus cuivis rei fidem adhibet:* i. ταχυπειθής ἐστι. *callidus autem advertit ad gressum suum qemqe.* Qod Græci reddiderunt; Ἄκακος (sive νήπιος, ut Symmachus) πιστεύει παντὶ λόγῳ· πανοῦργος δὲ ἔρχεται εἰς μετάνοιαν. Cujus contrarium potiùs dici debuerat, & illi (credo eqidem) scripserant: πανοῦργος δὲ οὐκ ἔρχεται εἰς μετάνοιαν. *Callide*, sive *tum prudens*, (nam in partem meliorem πανοῦργος hic sumitur; sicut ערום Hebræis, cum istic, tum & eodem cap. v. 8, 18. & c. 13. v. 17.) *non obvenit pœnitentia.* Μετάνοια γὰρ οὐκ ἐμβατεύει τῆς τοιαύτης ψυχῆς. Synesius *de regno. Pœnitentia ejusmodi hominis animam havd subit:* qod de Sapiente suo Stoici, *Sapientem nunqam factis sui pœnitere.* Senec. *de benef. l. 4. c. 34.* qia nimirum uti V. 8. dixerat, *advertit ὁ πανοῦργος ad viam suam*, & prospiciendo cavet, id ne sibi contingat, qod credulo ac temerario illi usu venire, monent iidem *ibidem, c. 20. v. 25.* qo loco, pro eo qod Salomon dixit, *Tendicula est homini deglutire sacrum, & postqam vota fecerit, reqirere;* qi scilicet rescindi ea possint; ut rectè Piscator, illi sic habent, Παγὶς ἀνδρὶ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι. μετὰ γὰρ τὸ εὔξασθαι, τὸ μετανοεῖν γίγνεται. *Tendicula est homini è rebus suis qicqam temere usibus sacris destinare: postqam voverit enim, pœnitentia subit.* Qod cum in Jephtacho, Judic. 11. 35. tum in Ananiâ & Sapphirâ contigisse videmus. Act. 5. 1. De voto dixere, qod de judicio Mimus;

> *Ad pœnitendum properat, cito qi judicat.*

Nec, qi temerè vovet, minus. Adjici poterat & *Ad pœnitendum properat*, sicut qi ad sententiam ferendam, ita multo magis qi ad pœnas inferendas præceps ac temerarius fertur, qô spectant Plutarchi luculenta illa in dissertatione *de vindicta divina tarditate, pag. 550. E.* Διὸ καὶ τοῖς πονηροῖς ὁ Θεὸς ἐν χρόνῳ καὶ σχολαίως τὴν δίκην ἐπιτίθησιν, οὐκ αὐτὸς τὸ ταχὺ κολάζειν ἁμαρτίαν δεδιὼς ἢ μετάνοιαν· ἀλλ' ἡμῶν τὸ περὶ τὰς τιμωρίας θηριῶδες καὶ λάβρον ἀφαιρῶν καὶ διδάσκων μὴ σὺν ὀργῇ, μηδ' ὅτε μάλιστα φλέγεται καὶ σφαδάζει,

> —— Πηδῶν ὁ θυμὸς τῶν φρενῶν ἀνωτέρω,

καθάπερ δίψαν ἢ πεῖναν ἀποπιμπλάντας, ἐπιπηδᾶν τοῖς λελυπηκόσιν· ἀλλὰ μιμουμένους τὴν ἐκείνου πρᾳότητα καὶ τὴν μέλλησιν, ἐν τάξει καὶ μεταμελείᾳ, (ἐμμελείᾳ, Turnebus, ego μετ' εὐμελείας, malim) τὸν ἥκιστα μετάνοιαν προσοισόμενον χρόνον ἔχοντας σύμβουλον, ἅπτεσθαι τῆς δίκης. *Propterea Deus malis interposita mora ac tarde pœnas infligit, non qod vereatur, ne accelerando supplicio erret aut committat, cujus pœnitentia aliqando ducatur: sed ut in vindicandis aliorum peccatis, sævitiam*

vitiam & vehementiam nobis hoc exemplo suo eximat, docens non per iram, aut cum maxime fervet & palpitat

Animus, super rationem se saltu efferens,

tunc nos debere qasi famis sitisve replenda gratia invadere in eos qi nos irritaverunt, sed imitatione ductos ejus mansuetudinis & cunctationis, ordine & accuratione adhibito temporis spatio in consilium, qod minime locum parabit pœnitentiæ, ad puniendum nos conferre. qibus verbis τῇ ἐπιμελείᾳ τὴν μετάνοιαν opponit, cum huic potius ἡ μεταμέλεια respondeat, qod infra docebimus, qia μετάνοιαν & μεταμέλειαν pro eisdem habeat, qod est superius indicatum. Nec malè igitur Epicharmus apud Stobœum, *tom. 2. tit. 1.*

Οὐ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν, χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν.
Cuncta sapiens pravidebit, pœnitebit sic nihil.

Ubi disertè τῷ προνοεῖν τὸ μετανοεῖν opponitur, qomodo & Platoni in *Gorgia* verbis illis; Ταῦτα γὰρ προνοήσασι μὲν, δυνατά. μετανοήσασι δὲ, ἄνιατα. *Hac iis, qi pravidermt, sive prius adverterint, possibilia; iis, qi non pravidermt, vel providermt etiam, insanabilia.* Eaqe ratio est, cur τὸ θεῖον sit μεταμελείας, vel μετανοίας etiam, propriè loqendo, ἀμέτοχον, ut ille apud Svidam; cui attestatur & ariolus Balaam, Numer. 23. 19. & vates verè divinus Samuel, 1 Reg. 15. 29. qia rerum omnium eventus, actionumqe exitus qarumlibet, prospicit ipse & prænovit. Avgustinus *ad Simplic. lib. 2. Qæst. 2. Duo sunt verba, pœnitentia & prascientia, qorum qia unum congruè credimus in Deo, i. e. prascientiam, negamus in eo esse pœnitentiam.* Qo tamen loco non tam *prascientiam*, qam *scientiam*, in Deo dicendam statuit, qia *futura etiam Deo præsentia* sunt, qi *fecit jam qa futura sunt.* Ambrosius Epist. 82. *Id agere debemus, ne nos arbitrii nostri pœniteat; avt facti: prudentis est enim prospicere; ne freqenter eum pœniteat sui: nunqam avtem pœnitere, solius est Dei.* Et Pelagius *ad Demetriadem; Consummata sapientia est nihil facere, qod fecisse pœniteat.* Epicharmeo dicto assidet cum Pythagoræ monitum in *avr. carm.*

Δρᾶν δὲ τὰ πρόσθεν βουλεύου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται·
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει.
Est hominis facere avt improvida dicere inertis:
Tu peragas, qa non post sint tibi cavsa doloris.

ἀνιηρὰ pro μετανόητα dixit. Tum & Plavtinum illud, in *Sticho* 1. 2.

—— *qotidiè*
Pridie cavrat, ne faciat, qod sa pigeat postridie.

Qod Avgustinus alicubi sic extulisse dicitur; *Caveas pridiè qotidiè, ne qid agas hodiè, cujus te pœniteat postridiè.* Siqidem qem rei alicujus *pœnitet*, si molesta tantum ea est, *piget*, si & turpis, *pudet.* Cicero pro domo suâ; *Data merces est erroris mei magna, ut non solum pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat.* Terent. *Heavt.* 5. 4.

—— *pudet*
Dicere hac præsente verbum turpe: at te nullo modo
Piguit. C. *Eheu; qam ego nunc totus displiceo mihi?*
Qam pudet? ——

h. e. qam piget pudetqe. Itaqe lenone digna vox illa, (nam honesto qovis indignissima) in Plavti *Psevdolo*, 1. 3.

Nimio id qod pudet facilius fertur, qam id qod piget:
Non dedisse, istum pudet: me, qia non accepi, piget.

Melius adolescens ille ingenuus, apud eundem *Trinum.* 2 2. qi de amico in angustiis constituto cum dixisset,

Deserere illum & dejuvare in rebus adversis pudet.

Illiberaliter oggerenti Patri,

Pol pudere qam pigere, præstat totidem literis.

Respondet;

— benè si amice fecetis,
Ne pigeat fecisse: at pudeat potiùs, si non feceris.

Malè enim Servius *ad Æn. lib. 4. Piget ad futurum spectat, pudet ad præteritum: licet pene una sit significatio.* Nec probe satis Nonius; *Pudet verecundia est: piget pœnitentia.* Meliùs & *ad Terent.* illa, Donatus, an qis alius: *Pudet, in his qa turpiter facit: piget, in his qa cum damno & malo. Pigere ad dolorem refertur, pudere etiam ad dedecus: Piget, qod dolet: pudet qod turpe est.* Utrumqe *pœnitentiæ* plerumqe assidet; alterum semper. Tavrus philosophus apud Gellium *lib. 1. cap. 26. Neqe pudenda dico avt pœnitenda.* h. e. qorum vel pudere, vel pœnitere debeat. Itaqe, *Pigere interdum pro pœnitere poni solet.* Festus. Sic Donatus in *Evnuch.* 5. 3. — *num facti piget? i. e. pœnitet.* Sic Naso, *Epist.* 12.

— *facti fortasse pigebit.*

Et,

— *piget infido consuluisse viro.*

h. e. pœnitebit, pœnitet.

Opponi diximus μετάνοιαν τῇ προνοίᾳ, τῇ ἀνοίᾳ. illud ostendimus, hoc restat. Qo modo ergò τῇ ἀμαθίᾳ ἡ ὀψιμάθεια opponitur, in Socratico illo apud Stob. *tom. 2. tit.* 29. Κρεῖττον, ὀψιμαθῆ εἶναι, ἢ ἀμαθῆ. *Sera eruditio* (sic enim ὀψιμάθειαν reddit Gellius lib. 11. cap. 7.) *præstat nulli. Stultum est* enim (ut Seneca *Epist.* 36.) *nolle discere, qia diu non didiceris.* Eodem modo & τῇ ἀνοίᾳ ἡ μετάνοια. Itaqe Benedicto Aretio in *Problem. clas. 1. loc. 3.* placuit, μετάνοιαν qasi μετὰ τὴν ἄνοιαν dictam: qod non est necesse tamen. Verùm sicut ἄνοια *imprudentiam*, sive *insipientiam* significat; ita μετάνοια, rationem vocabuli si spectes, *prudentia postera*, sive *sapientia serior*, vel *consideratio* etiam & *intelligentia serotina*, dici potest. Atqe hinc enatum videtur *resipiscentia* vocabulum. Ævo Tulliano, qo modo & *pœnitentia*, ignotum utrumqe, unde illud Avsonii *Epigr.* 12. de affectu hoc illud,

Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.

Lactant. *Institut. l. 6. c. 24. Is qem facti sui pœnitet, errorem pristinum intelligit: ideoqe Graci meliùs & significantiùs μετάνοιαν dicunt; qam nos possimus resipiscentiam dicere: resipiscit enim, ac mentem suam qasi ab insaniâ recipit, qem errati piget, castigatqe seipsum dementia.* Et Isidorus *Origin. l.* 10. *Resipiscens, eo qod mentem recipiat; avt qia resipit, qi sapere desierat.* Qin & Beza ipse, Μετανοεῖν *propriè significat post factum sapere, qod Latinis resipiscere dicitur.* Optime Lavrentius Valla *Elegant. l. 5. c. 3.* ° *Desipio sive desipisco significat, vel qod aliqid à communi sensu, sapientiaqe minus habeo, vel qod à meo sensu destituor: qod fere vitium avt ex atate venit, avt ex morbo, avt amore, avt timore, avt simili aliqo affectu. Cujus contrarium est resipiscere: & senes qidem jam dementes nunqam resipiscunt: cateri avtem resipiscere, i. e. ad priorem mentis statum, vel ad meliorem mentem redire solent.* De Avgusto Svetonius *l. 2. c. 48. Rectorem solitus est apponere atate parvis, ac mente lapsis, donec adolescerent ac resipiscerent.* Sed & inde, qod Valla monuisse insuper habuit, etiam ad corpus ipsum est traductum. Petronius *Satyric. Resipiscunt partes veneno sopita*, i. e. vim pristinam recipiunt denuò. Svetonius *l. 3. c.* 73. de Tiberio; *Detractum sibi deficienti annulum mox resipiscens exqisivit.* i. e. à defectione animiqe deliqio refectus & respirans denuò. Hoc avtem imaginibus etiam *anima resipientis* affectionem exprimere consveverunt. Clemens *Padag. l. 1. c. 9.* Καλὸν μὲν τὸ μὴ ἁμαρτεῖν· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ ἁμαρτάνοντα μετανοεῖν· ὥσπερ ἄριστον τὸ ὑγιαίνειν ἀεί· καλὸν δὲ καὶ τὸ ἀναφέρειν ἐκ νόσου. *Pulchrum qidem certe est non peccare: bonum est etiam, ut & qi peccat, ducatur pœnitentia: qemadmodum optimum qidem est semper esse sanum: bonum avtem est etiam a morbo convalescere.* Septimius *Apologet. c. 17. Cum resipuit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqâ valetudine & sanitatem suam patitur.* Hoc est qod ἀνανήφειν Græci dicunt; & cum *resipiscentiâ* conjunxit Apostolus, ad Timoth. Ep. 2. c. 2. v. 25. 26. Μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας καὶ ἀνανήψωσιν. *Num aliqando daturus sit eis Deus resipiscentiam ad agnitionem veritatis, & sanitatem mentis recipiant.* Qo modo & Lucianus supra adductus, ἀνανήψαντα μετανοῆσαι. Et de Maximino tyranno, qi per ebrietatem nihil non atrox & contumeliosum designare consveverat, Nicephorus *Hist. Eccles. l. 7. c. 21.* Μετὰ νήψιν μεταμέλῳ χρῆσθαι τοῖς πεπραγμένοις (τῶν πεπραγμένων, forsan, vel ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις) πολλῶν. *Qapropter per sobrietatis tempus gravi de flagitiis admissis sape pœnitentia est actus.* Nam de ebriis κραιπάλης verbum illud usurpatur, ad mentis, qem amiserant, usum reversis. Athenæus *lib. 3.* Ἀνανήφειν γίνεται τοῖς ἐκ τῆς μέθης. Qem locum pessimè accepit doctissimus interpres, qum vertit;

Mul-

Multoties accidit, ut temulentus sobrius non sit. Qasi temulenu sobrii esse consveverint, cum sobrietatem necessariò expellat temulentia, & pellat spernatqe à se procul. Hoc voluit scriptor ille, Lynceus utiqe Samius, cujus ex *Epistola* qadam lavdantur ista, contingere sæpenumerò, ut vino mersi, crapulâ excussâ, emergant rursus, vinumqe cujus oppleti ἐξ ὑπαρχῆς, reqirant denuò sitiantqe. Subjungit enim eam esse panis cujusdam apud Rhodios in usu, svavitatem, ut pari modo hoc vescentes, ubi saturati videntur, ὑπὸ τὸ ἡδονῆς ἀνανεοῦν, *satietatem deponere*, & qasi *esurientes* & impastos adhuc, *cibum denuò repetere* contingat. Hoc est ergò ἀνανήφειν, ebrietate deposita, ad statum sensumqe pristinum reverti.

Hac avtem eadem notione, sicut τὸ μετανοεῖν, & τὸ ἀνανήφειν, ita & τὸ ἀναφρονεῖν pro *pœnitere* usurpatur. Siqidem sicut τὸ σωφρονεῖν est σώφρονα ἤτοι ἔμφρονα εἶναι, *sobrium mentisqe compotem agere.* Ἔκφρονα avtem γεγονέναι eum dicimus, qi *mentis statu*, sive per insaniam, sive per ebrietatem, qæ est insania spontanea, *exierit.* Ita ἀναφρονεῖν perhibetur is, qi ex animi affectu conturbato illo, *ad mentis statum compositum revertitur denuò.* Basilius Cæsariensis *Orat. ad adolesc. de Græc. script. leg.* Pythagoræ Historiam celebrem narrando, qi cum in commessatores ebrios incidisset, tibicine Dorium accinere jusso, à debacchando eos revocaverat; ait illos ὑπὸ τοῦ μέλους ἀναφρονῆσαι, *à melodiâ illâ ad mentem sanam rediisse.* Hoc avtem, ut id obiter adnotem, qod Pythagoræ Basilius, Dæmoni Musico adscribit Cl. Galenus *de Dogm. Hip. & Plat. l.* 5. *c.* 8. & pro eo qod Basilius ἀναφρονῆσαι, φρονεῖν ἐμποιῆσαι παύσασθαι dixit: eidem tribuit & Martianus Capella *Satyr. l.* 9. qi hac ratione Damonem ait *temulenta perturbationis dementiam infregisse.* Cæterum hinc tractum, ut ἀναφρονῆσαι ἀντὶ τοῦ μετανοῆσαι, in *pœnitendi* significatione usurparetur. Svidas; Ἀναφρονήσαντες, ἀνανήψαντες. *Ad sobrietatem, mentisqe sanitatem reversi.* qod ille firmat ex innominato Avtore prolato exemplo; unde patere possit & τὸ γνωσιμαχεῖν in eandem mentem adhiberi. Avtoris illius, qisqis est, verba sunt ista: Οὕτως οἱ πλεῖστοι ἀναφρονήσαντες ἐγνωσιμάχησαν καὶ μετεβάλοντο. *Pleriqe igitur ad mentem saniorem reversi, à sententiâ pristinâ recesserunt, & mutati sunt.* Ita Hesychius, Γνωσιμαχῆσαι, μετανοῆσαι. Et Svidas; Γνωσιμαχῆσαι, ἀντὶ τοῦ μετανοῆσαι. Nam qæ apud Grammaticos illos ex Aristophanis Scholiaste aliisqe adjiciuntur, qibus inductus existimatur Budæus strictiorem justo verbo huic significatum assignasse, eumqe secutus Æmilius Port*us*, in Avtoris illius, qem lavdat Svidas, verbis vertendis licentius pavlò se gessisse; enarratorum esse Scholia & commenta videntur, non tam vocabuli ipsius vim explicantia, qam qid in eis scriptorum, qos enarrant, locis, verbo illo innuatur.

Verum, ut ad illud *resipiscendi* vocabulum revertamur, qod Græcorum, τὸ ἀναφρονεῖν examussim exprimit, & τῷ μεταφρονεῖν potius, sicubi apud istos vox ea extaret, qam τῷ μετανοεῖν responderet. *Resipiscere*, sive τὸ μετανοεῖν, ex ipsa vocabuli ratione respondet reverâ τῷ שוב Hebræorum: qatenus *resipiscentes* dicuntur ἐλθεῖν εἰς ἑαυτούς, h. e. eorum instar, qi dementiâ laborarunt cum sensu humano mentisqe usu exciderint, *ad semet redire* vel *reverti.* Flaccus *lib.* 2. *Epist.* 2. de insano, qi fuerat, sanitati restituto;

> *Hic ubi cognatorum opibus, curisqe refectus,*
> *Expulit elleboro morbum, bilemqe meraco,*
> *Et redit ad sese.* ——

Et Lucretius *l.* 4. de eis qi per somnum imaginibus vanis sunt externati;

> *Exterrentur, & ex somno, qasi mentibu' capti,*
> *Vix ad se redeunt, permoti corporis æstu.*

Et,

> *Donec discussis redeant erroribus ad se.*

Sic & de filio prodigo Lucæ 15. 17. Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθών, *reversus ad se*: qasi extra se prius fuisset: qo modo de irato P. Syrus,

> *Homo extra corpus est suum, cum irascitur.*

ὅτι ὁ θυμὸς τὰς φρένας μετοικίσει, ut Melanthius apud Plutarchum *de iracund.* Unde Demeæ Mitio Terentianus *Adelph. Act.* 5. *Scen.* 3.

> *Tandem reprime iracundiam, atqe ad te redi.*

Deqe ebrio Syrus idem,

> *Absentem lædit, cum ebrio qi litigat.*

Sed & apud Menandrum ille, lavdante Plutarcho in *de Virt. Moral. pag.* 450. C.

> Οἴμοι, τάλας ἔγωγε, ποῦ ποθ' αἱ φρένες
> Ἡμῶν ἐκεῖνον ἦσαν ἐν τῷ σώματι
> Τὸν χρόνον, ὅτ' οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖνα ᾑρούμεθα.

Senarius novissimus mendum non unum habet: eum sic refingit Grotius,

> Τὸν καιρόν, ὅτ' ταῦτ', ἀλλ' ἐκεῖν' ᾑρούμεθα.

At Xylander, leviore, qod malim, mutatione,

> Τὸν χρόνον, ὅτ' οὐ ταῦτ', ἀλλ' ἐκεῖν' ᾑρούμεθα;
> *Eheu me miserum, qamnam in partem corporis*
> *Mens nostra se proripuit illo tempore;*
> *Cum nimium vecors, hisce illa prætuli?*

Qod avtem in formulis istis ad se redire, idem & Hebræi phrasi pavlulum immutatâ dicere solent, שוב אל לב *ad cor*, i. e. ad mentem pristinam *reverti*; tanqam è qâ prius excesserant: qod idem ferè à Latinis, nec de furiosis solis, dicitur. Cicero *Tusc. l.* 4. *Iratos etiam dicimus exisse de potestate, i. e. de consilio, de ratione, de mente.* Idemqe *Orat. in Pison. Sua qemqe frays, suum facinus, suum scelus, sua avdacia, de sanitate ac mente deturbant.* Sed & de eis qi affectibus abrepti sunt, Fabius *Instit. l.* 8. *cap.* 1. *Ab illo, qem ceperat impetu, ad rationem redit.* Itaqe Erasmus *ad Matth.* 3. μετανοεῖν *est resipiscere, i. e. ad mentem redire.* Et plenius adhuc in Tacito Vopiscus; *Reversis ad bonam mentem omnibus.* Sic populo veteri Moses Devt. 30. 1. *Et redibis ad cor tuum.* Et Esajas 46. 8. *Redite ad cor, prævaricatores.* Et Salomon 1 Reg. 8. 47. *Si ad cor suum redierint.* Qanqam locis illis, non est שוב simpliciter, sed השיב qod, *ad cor*, sive animum, *reducere* potius, qam *redire*, significat; prout & Devt. 4. 39. & Thren. 3. 21. qod alibi שום לב & שית לב dicitur, & Græci nunc νοῆσαι Esaj. 47. 7. nunc ἐννοηθῆναι. Ibid. c. 41. v. 20. nunc τὸ ἐπιστῆσαι. Ibid. v. 22. nunc τὴν καρδίαν τάξαι. Hagg. 1. 5. & 2. 19. nunc εἰς τὴν καρδίαν. Ezek. 44. 5. vel ἐν τῇ καρδίᾳ τάξαι. Ibid. 40. 4. nunc τῇ καρδίᾳ ἐκδέχεσθαι. Esaj. 57. 1. nunc εἰς τὴν διάνοιαν λαμβάνειν. Ibid. v. 11. nunc προσέχειν. Job. 2. 3. nunc τῇ διανοίᾳ. Ibid. 1. 8. & Exod. 9. 22. vel τῇ καρδίᾳ προσέχειν. Devt. 32. 48. nunc deniqe μετανοεῖν. Parœm. 24. 32. השיב itaqe locis istis videtur esse potius *advertere, animadvertere, animum advertere, in animum reducere ac revocare.* Sed dato etiam, *redeundi*, locis illis notionem insinuari: at alius est *reditus* iste, & ab illo distingvendus, qo *ad Deum*, qi resipiscit, *redire* perhibetur. Et distingvuntur clarissimè, in Salomonis, solenni illâ pro suis *intercessione*, 3 Reg. 8. 47. והשיבו אל־לבם *Et ad cor, sive ad animum suum revocaverint, reduxerint,* ושבו *& reversi fuerint, supplicaverintqe tibi.* Ut nihil dicam, vocem תשובה cui illi μετάνοιαν volunt respondere, nusqam in paginâ sacrâ, vel pro *pœnitentiâ*, vel pro *conversione* istiusmodi, usurpatam deprehendi. Etiamsi משובה pro *aversione*, sive *defectione* non semel sumatur. Itaqe & de adolescente prodigo Tertullianus in lib. *de pudicitiâ, c.* 9. *Resipuit ad patrem reverti*, i. e. ut ad patrem reverteretur. Priusqe in Evangelio *ad se rediisse* memoratur, qam ad patrem vel *reverteretur*, vel *revertendi* etiam *consilium* secum iniret. Sed & de populo illo Moses, Devt. 30. 1. *Si, ubi ad cor tuum vel redieris, vel revocaveris ista, ad Deum fueris reversus.* Qanqam de istâ vel *conversione*, vel *reversione* Bernardum loqi non abnuerim, ubi *ad Evgenium de consider. l.* 3. *Curandum summopere tibi, & totâ vigilantiâ considerandum. qomodo & qi non sapiunt, sapiant, & qi sapiunt non desipiant, & qi desipuere, resipiscant: at nullum genus insipientiæ infidelitate insipientius: interest proinde tuâ dare operam, ut increduli convertantur ad fidem, conversi non avertantur, aversi revertantur: porrò, perversi ordinentur ad rectitudinem, subversi ad veritatem revocentur.* Verum de istis deinceps loco suo

suo videbitur. Illud interim duntaxat adjectum sit, τὸ γνῶναι sive νόησιν, qam μετάνοια sive μετάγνοια in se includit, non necessariò sese ulterius extendere, qam ad *erroris animadversionem & dignotionem*: ad *correctionem* avt *emendationem* non perpetuò pertinere; unde & *piscator ictus*, *maloqe accepto stulti*, *sapere* dicuntur; tamqe *Phryges* ex Livii *Eqo Trojano*, qam *Cumani* ex Strabone *lib.* 13. *sero sapuisse*; etiamsi illi nec rebus emendandis operam dederint, nec emendationi locus ullus apud istos relictus fuerit.

Hactenus vocis μετάνοια *natales*, & ex natalibus *notionem* genuinam, excussimus: ad alterum illud μεταμέλεια dispiciendum transimus. Hanc volunt δυσαρεστήσεως ἢ δήξεως ἢ κατανύξεως τινὸς, i. e. *displicentiæ*, *remorsus*, *contritionis*, significationem habere: & τὸ μεταμέλεσθαι, *post rem aliqam solicitum atqe anxium esse*; prout & Hebræis נחם utpote qod *ultionis* sive *vindictæ* notionem habeat: & *pœna* Latinis, *pœnitere*. Cæterum nec hîc vocabuli etymon attendunt; qod interpretationi isti fundamentum nullum suppeditat. Ut enim nihil dicam, τὸ נחם Hebræum nihil istiusmodi designare. Siqidem τὸ נקם *vindictam* sive *ultionem* denotare; at τὸ נחם *consolationis* potius significatum obtinere: ut frustra ἐκδίκησιν illam, ex ad Corinth. Ep. 2. c. 7. v. 11. huc trahant; Ἡ μεταμέλεια, non τῆς μερίμνης, qæ est *anxia solicitudo* sed τῆς μελέτης, sive ἐπιμελείας, qæ *diligentiam* ac *studium* significat notionem in se continet. Ista verò duo esse à se invicem disparata, havd est difficile probatu. Siqidem illa, μέριμνα nempe, qam *diffidentiæ solicitudinem* vocant Theologi, in vitio plerumqe ponitur, Matth. 13. 32. Luc. 8. 14. & 21. 34. passimqe prohibetur, Matth. 6. 25, 27, 28, 31, 34. Luc. 10. 41. 1 Pet. 5. 6. qin & ubi in meliorem partem sumitur, ut 2 Cor. 11. 28. *anxietatem* qandam ac *molestiam* indicat, qâ *mens in varias qasi partes distrahitur*. Eustath. *ad Iliad.* α. Μεριμνίζειν, τὸ μερίζεσθαι εἰς διαφόρους βουλάς. ἐξ οὗ καὶ ἡ μέριμνα γίνεται. Μεριμνίζειν, *dividere in diversas curas*, *unde & solicitudo emergit.* Etymologus. Μέριμνα, παρὰ τὸ μερίζειν τὸν νοῦν· ἢ ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τάδε καὶ τάδε μερίζεσθαι τὴν ψυχὴν τοῦ μεριμνῶντος. *Mérimna à mente dividenda, vel ab animo solicito in hæc & illa dividendo.* At altera hæc, μελέτη sive ἐπιμέλεια, qam *diligentiæ solicitudinem* vocant, in lavde plerumqe ponitur; & præcipitur etiam. Luc. 10. 34. 35. Joan. 10. 13. & 12. 6. Act. 27. 3. 1 Cor. 9. 9. 1 Pet. 5. 7. 1 Tim. 3. 5. & 4. 15. Ad istud liqidius dignoscendum, illud Christi interdictum havd parum conduxerat, qo Apostolos ille suos prohibuit, tum προμεριμνᾷν, tum & προμελετᾷν qidnam dicturi essent, cum ad tribunalia raperentur, Luc. c. 21. v. 14. Marc. c. 13. v. 11. hoc est, nec de defensione sui anxios esse, nec qid pro se dicturi essent, secum præmeditari: illud, qia securitatem illis Dominus de salute dederat. Luc. 21. 28. *Ne pilus qidem à capite vestro peribit.* Illud, qia de dictionis suggestione fidem fecerat, Marc. 13. 11. *ad horam ipsam suggeretur vobis, qidnam sitis dicturi.* At nobis nunc, ubi vel ad tribunalia trahimur, vel pro concione verba habituri sumus, προμελετᾷν μὲν δεῖ, οὐ προμεριμνᾷν δέ. Nec peccamus minus, si ἀμελέτητοι prodimus, qam si ἀμέριμνοι non processimus. Aliud ergò sonat ex vocabuli ratione τὸ μεταμέλεσθαι, qam qod illi arbitrantur. Sicut enim ἐπιμέλεια *diligentiam*, ἀμέλεια *negligentiam*; ita μεταμέλεια pro præpositionis vario significatu, *curam* ac *diligentiam* significat, vel *immutatam*, vel *seram*, *post neglectam* oempe pristinum *adhibitam*, avt *denuo* etiam *repetitam*. Qam & μεταμελέτην dici (ni vitii suspectus locus esset) ex Hesychio (qem & Favorinus transcripsit) præstaremus: apud hunc enim legimus, Μεταδόξειν, μετανοεῖν. Μεταδία, μεταμελέτη· de qibus alii viderint. Μεταδόκησιν loco altero scripsisse suspicarer; nisi literarum series, qæ nec constanter tamen est observata, reclamaret. Μεταδοκεῖν certè ἀντὶ τοῦ μετανοεῖν, sive *mentis* ac *sententiæ mutatione*, indeqe notâ *de consilio pristino pœnitentiâ* usurpari, monet Budæus ex Demosthenis *adv. Leptin.* illis, Μηδ᾽ ἂν μεταδόξῃ ποτὲ, qæ ille vertit, *Nec si consilii capti pœnituerit.* Cui versioni favet & Ulpiani ἐξήγησις, τῇ μετανοίᾳ λύσει τὰ ἁμαρτήματα. *errores*, sive *lapsus pœnitentia solvet*, de-

A *let*, *corriget*. Sed nos dein μεταμελείας vocabulo explicando porrò pergamus. Qum igitur ἐπιμέλεια ac σπουδὴ pro eodem sumantur, (qippe qum curam, non tam anxiam, qam studiosam καὶ μετὰ μελέτης conjunctam utraqe denotet) μεταμέλεια *studium immutatum*, *serius inchoatum*, vel *denuò instavratum* reddi posse videtur, ut τὸ μετὰ etiam istic vel *mutationis* notionem habeat: qomodo apud Varronem in *lege Meniâ*; *Ad bivium veniο: cum velim ostendere qid vellem, μεταμέλος inconstantiæ filius me reprehendit.* Vel ordinem ac seriem rerum designet, qomodo in Synesiano illo.
B *Epist.* 4. Ἀλλὰ τῷ Ἐπιμηθεῖ, φασὶν,

Τὸ μὲν μέλειν οὐκ ἦν, τὸ δὲ μεταμέλειν ἐνῆν.

Sed Epimetheo, ut ajunt,

Curare deerat, pœnitere havd defuit.

Porrò cum ἡ βουλὴ qoqe huic affine qiddam designet, ubi eo sensu adhibetur, qo in Hesiodi illis sumendum V. Cl. Heinsius liqido demonstravit,

Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Sibi malum machinatur, qi machinatur alteri:

C *Malumqe consilium, ei, qi concepit, pessimum.*

Pro *molimine* scilicet ac *machinatione consultâ*. atqe etiam ubi homines *sibi rebusve suis male consuluisse*, pro eo, qod est, *prospexisse*, dicuntur. hinc factum est, ut & τὸ μεταβουλεύεσθαι ἀντὶ τοῦ μεταμέλεσθαι usurpetur. Hinc Periandri monitum illud, cujus meminit ex Sosiade Stobæus *tom.* 2. *tit.* 3. alis Ἁμαρτάνων μετανόει; aliis, Ἁμαρτὼν μεταβουλεύου. effertur. verbis variis, sensu eodem. Sic & Lucianus dissertationem suam clavdit ad eum qi dixerat, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις. Πάλιν ἀλλὰ τί ἂν ποιήσαιμι; ἐμμενετέον γὰρ οἷς ἅπαξ
D προῃρούμην. ἐπεὶ τοί γε μεταβουλεύεσθαι, Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ἐστί. *Verumtamen qid facerem? persistendum enim est in iis qæ semel coeperis, qandoqidem mutare consilium Epimethei opus, non Promethei est.* ubi de verbi significatu Lexicographus eruditissimus sibi non constat. alibi enim obiter μεταβουλεύεται, hoc ipso loco adducto, interpretatur, μετὰ τὸ πρᾶγμα βουλεύεται *re jam peractâ consilium init.* ut τὸ μεταβουλεύειν contrarium sit τῷ προβουλεύειν· Thucyd. *lib.* 3. Προβουλεύσας δὲ ὅπως μηδὲν αὐτῶν δεήσει, i. e. προγνώσας. *Si alterius insidias providisset.* aliud est enim eidem *lib.* 8. τὸ
E προβουλεύειν in illis. Ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες περὶ τῶν παρόντων, ὡς ἂν καιρὸς ᾖ, προβουλεύσουσι. *Qendam magistratum deligere seniorum, qi de statu præsenti, dum tempus esset, præ cæteris consulerent.* Istic enim τὸ προβουλεύειν est πρὸ τῶν ἄλλων, *ante alios consulere*; illic πρὸ τῶν ἔργων, *ante opera & cœpta prospicere*, *consilium inire*. qo modo Pythagoras in *avreo carmine* v. 27.

Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.

Consulta ante opus, ne qid stulti committas.

Qod alludens simul & Siracidæ dictum Eccles. c. 32. v. 23.
F Ἄνευ βουλῆς μηθὲν ποιήσῃς. *Sine consilio ne facias qicqam.* Isidorus Pelus. *l.* 4. *Epist.* 39. sic παραφράζει· Χρὴ τὸν βουλόμενον καθαρὰν εὐθυμίαν καρπώσασθαι, πρῶτον βουλευσάμενον, (malè editur, βουλόμενον) οὕτως ἥκειν ἐπὶ τὸ λέγειν τι καὶ πράττειν. ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷόν τε τὰ λεχθέντα ἢ πραχθέντα ἀνακαλέσασθαι ῥᾳδίως, τὸν μὴ βουλόμενον διὰ τῆς μεταγνώσεως ἑαυτὸν μαστίζειν πείθεσθαι τῷ παροιμιακῷ λόγῳ, Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει. *Eum qi statum animi tranqillum perpetuo obtinere velit, oportet consilio prius adhibito, tum demum ad dicendum agendumve procedere. ubi enim dicta actave revocare havd est facile, ne-*
G *cesse est, ut qi nolit pœnitentiâ se affligere, is paræmiasta obseqatur, qi cum consilio, sive, consultò, facienda monet universa.* Cæterum alibi idem vir doctissimus simul ac diligentissimus μεταβουλεύομαι exponit, *muto consilium*, *pœnitet*. Cui significatui firmando Luciani qoqe illud accersit. Atqe ita planè sumendum, evincit necessariò, qod præcesserat, ἐμμενετέον οἷς ἅπαξ προῃρούμην. Siqidem τῷ προαιρέσει ἐμμένειν, sive *cœpto constanter insistere*, & μεταβουλεύεσθαι, i. e. *nova consilia inire*, sive *institutum mutare*, sibi invicem opponuntur. Accedit huc qod Cicero *Philipp.* 12. *Qod si est erratum spe falsâ atqe fallaci, redeamus in viam: optimus est portus pœnitenti, mutatio consilii.* Nec abs re Plinius *Hist. Nat. lib.* 9. *c.* 40. de coloribus novis aliis superinductis: *Pœnitentia hoc primum debet invenisse, artifice mutante*

A *qod damnabat. Habes duos pœnitentiæ efficacis actus, instituus pristinæ damnationem, qod est τῆ μετανοίας, & mutationem ejusdem, qod est τῆ μεταμελείας.* Disertius distinctiusqe Galenus *de usu part. l. 3. c.* Αἰδεσθῆναι, καὶ μεταγνῶναι καὶ πρὸς τὸ βέλτιον μεταθέσθαι. *Pudore suffundi, & sententiam mutare,* (nam μετάνοια & μετάγνοια sunt idem prorsus) & *ad meliora se transferre.* q. d. μεταμελεῖσθαι. Avtor deniqe *qæstionum* qarundam Athanasii nomine editarum, *Qæst.* 133. Διὰ τοῦτο λέγεται μετάνοια, ὅτι μετατίθησι τὸν νοῦν ἀπὸ τοῦ κακοῦ πρὸς τὸ ἀγαθόν. Ideò *μετάνοια dici, qia mentem à malo ad bonum transferat.*

B Ut sit idem μεταμέλεσθαι, qod μεταθέσθαι sive ἀναθέσθαι. qod à *calculorum* sive *scriptorum ludo* est translatum utrunqe. significat avtem *calculum*, collusore id concedente, ubi promoti pœnituit, *reducere, & in sedem pristinam restituere.* Svidas: Ἀναθέσθαι, τὸ μετατίθεσθαι, μεταβουλεύσασθαι, μεταγνῶναι. ἀπὸ τῶν πεττευόντων, καὶ τὰς κεκινημένας ἤδη ψήφους διορθούντων. *Mutare, consilium mutare, sententiam mutare. Ductum ab illis, qi ludunt calculis, & motos jam calculos rectè disponunt.* & Hesychius. sed à V. C. Salmasio

C ex Svidâ restitutus: Ἀναθέσθαι ὥσπερ τὸν πεττὸν τὸν βίον οὐκ ἔστι. *Vitam, ut calculum, revocare, sive reducere, non datur.* h. e. Svidâ explicante, ἄνωθεν βιῶναι, μεταποιήσαντας τὰ (ἐπὶ Salmasius: vel ἐπὶ τοῖς ἐν) τῷ προτέρῳ βίῳ. *Vitam repetere,* sive *denuo exordiri, ubi de vita priore,* sive *ea qæ in vita pristina admissa sunt, pœnitentia subierit.* Socrates itidem apud Stobæum, *tom. 2. tit. 123.* Πεττείᾳ τινὶ ἔοικεν ὁ βίος. καὶ δεῖ ὥσπερ ψῆφόν τινα τίθεσθαι τὸ συμβαῖνον. οὐ γάρ ἐστιν ἄνωθεν βαλεῖν, οὐδὲ ἀναθέσθαι τὴν ψῆφον. *Tesserarum*

D *ludo similis est vita humana: oportetqe tanqam calculum, qod contigerit, disponere. Jactum enim repetere, avt calculum reducere, non datur.* Cui finitimum Menandri illud in *Aphrodisio*;

—— ἐκφυγοῦσα δ' ἣν εἶχεν νόσον,
Οὐκ ἴσχυε τοὺς ῥηθέντας ἀναθέσθαι λόγους.
Verum explicata morbo, qem ægrotaverat,
Habitos neqibat sermones reducere.

Contra Plato *Hipparcho*: Ἀλλὰ μὴν καὶ ὥσπερ πεττεύων, ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγοις ἀναθέσθαι ὅτι βούλει τῶν εἰρημένων, ἵνα μὴ οἴῃ ἐξαπατᾶσθαι, Et in *Gorgia*: Εἰ δέ σοι δοκῶ μὴ καλῶς ὁμολογῆσαι, ἀναθέσθαι ἐθέλω. ὅτι ἂν σὺ βούλῃ. Qod Tul-

E lius in *Hortensio*, Nonio referente; *Itaqe tibi concedo, qod in duodecim scriptis olim, ut calculum reducas, si te alicujus dati pœnitet.* Nec aliter τὸ μεταθέσθαι usurparunt: Pisander apud Thucydidem *lib. 8.* Ὕστερον γὰρ ἐξέσται ἡμῖν καὶ μεταθέσθαι, ἢν μή τι ἀρέσκῃ. *Postea etiam id mutare nobis liberum erit, si qid prius gestorum minùs placuerit.* Et Thrasymacho Socrates apud Platonem *Politic. lib. 1.* Ἀλλὰ πειθοῦ ἃ ἂν εἴπωμεν, ἐμμένων τίθησι. ἤ, ἐὰν μετατιθῇ φανερῶς μετατίθεσο, καὶ ἡμᾶς μὴ ἐξαπάτα, *At tu, vel in eis, qa*

F *dixisti, persistas: vel, si qid revocaveris, palam revoces, nec nos decipias:* Inde Μεταθέμενος dictus, avtore Athenæo *l. 7.* Dionysius Heracleotes, qi senex, à Stoicâ, cujus pertæsus jam fuerat, disciplinâ, ad Epicureum vitæ institutum, palam transibat. Μεταμέλεια ergò μετάθεσις, *instituti nempe pristini*, cujus jam pœnituit, *immutatio, & ad novam vitæ rationem ineundam transitio.* Siqidem & μετάθεσις, μετάβασις, Hesychio. Aliud est avtem *displicere qod feceris*; aliud *corrigere qod minùs placuerit*: aliud *calculi promoti pœnitere*; qod est propriè μετανοεῖν: aliud *ad sedem*

G *pristinam eundem reducere*; qod est μεταθέσθαι, nec nisi alterius permissu licet. Optimè deniqe Lavr. Valla, μετάνοιαν & μεταμέλειαν distingvit *Annot. in ad Cor. Ep. 2. cap. 7.* cum vocabula ista sumpta dicit, *à sensu retractando,* μετάνοιαν; *à curâ in melius mutandâ,* μεταμέλειαν. Nec aliud, opinor, voluit vir piæ memoriæ Joannes Calvinus, cum dixit *Institut. lib. 3. cap. 3. Sect. 5. Pœnitentiæ nomen Græcis, est à mentis* (qod τῆς μετανοίας vocabulum) *consiliiqe* (qod τῆς μεταμελείας nomen insinuat) *mutatione,* deductum.

Recolligamus, qæ hactenus dicta sunt. Μετάνοια, originem si spectemus, *intelligentiam*, sive *prudentiam seram*; vel *mentis pristinæ mutationem* significat: ad qam utramvis necessariò seqitur δυσαρέστησις, sive *displicentia* de re prius

A gesta; ejusdemqe qædam qasi *damnatio*: μεταμέλεια verò *curam*, sive *studium serum*, vel etiam *studium ac consilium animi jam mutatum*: qod ex priori illâ affectione sæpenumerò, nec perpetuò tamen, avt necessariò, enascitur. Proinde contra planè qam pleriqe statuunt, non μεταμέλεια μετάνοιαν, sed μετάνοια μεταμέλειαν, si propriè strictèqe sumatur utraqe, naturæ ordine antecedit. Obtinent utiqe in scholis axiomata ista, *nihil esse in affectu, qod non prius fuerit in intellectu.* Post rem aliqam itaqe sive rectè, sive perperam gestam, primo loco mens sive intellectus, cu-

B jusmodi sit id qod admissum est, apud se perpendit, deqe eo sententiam aliqam apud se persert. qod si malè minusve commodè factum pronunciaverit, displicere jam occipit, qod prius placuerat; cumqe τὸ ἡγεμονικὸν eâ de re jam aliter statuerit, qod est propriè τὸ μετανοεῖν, qod factum est voluntas jam infectum optat. Ab hac animi affectione, ubi locus datur corrigendi, qod fecisse jam displicet, nec obicem interjicit, vel rei ipsius difficultas, vel obstinata animi perversitas, consilium studiumqe subit, qod peractum est, revocandi, novasqe rationes ex adverso ineundi: qod

C μεταμελείας vocabulo designari demonstravimus. qodqe reverâ, si præcisè rem decidere velimus, Hebræorum τῷ שוב respondere comperiemus.

Pœnitentiam itaqe *duplicem* statuere licebit; qarum altera sit *efficax*, *inefficax* altera. *Efficacem* dicimus, *qa qis & resipiscit, & revertitur. Inefficacem, qa qis resipiscit, nec revertitur. Inefficacem*, inqam, dicimus, *ubi qis resipiscit.* i. e. ad erroris sui notitiam perducitur, à qo tamen vel *recedere animus non est*, vel *revertendi* etiam reiqe jam peractæ in integrum restituendi *facultas non exstat* amplius.

D Siqidem etiamsi vel maximè velis, qum qam acerrimè pœnituerit, revocare tamen, postqam egeris, qandoqe non datur. Ita Lucanis suorum qorundam fravde atqe perfidiâ deceptis, postqam Samnitibus obsides dederant, eorumqe præsidia admiserant, *ubi dilucere jam fravs cœperat, amissa omni de se potestate, nihil ultra qam ut pœniteret frustra restabat.* Livius *lib. 8.* juxta illud Senecæ *Hippolyt. 1.*

Serò recusat ferre, qi subiit jugum.

Et Flacci illud, de eqo, qi adversus cervum dimicaturus

E hominem σύμμαχον admiserat,

Non eqitem dorso, non frænum repulit ore.

Sic qos occasionis neglectæ, temporis (dum inutiliter & inaniter insumitur) elapsi, vitæ anteactæ perperam transactæ, jam pœnitet, qum revocare fas non est, sine fructu semet sæpenumero conficiunt. Qanqam enim (qod dici solet, ex Senecæ *Agamemnone* sumptum)

Sera nimis nunqam est ad bonos mores via.

attamen, qod non minùs verè Publius ille,

Frustra ad senectam repetes adolescentiam.

F Et qod Callistratus *imagin. 6.* οὐκ ἔστιν ὀλιγωρηθέντα λαβεῖν αὖθις τὸν καιρόν. *Neglectam occasionem resumere denuò non datur.* Sic adolescentem luxu perditum, (Diodorum puta vel Epicharidem, de qibus in *Cnidia*, & in *Phædro* Alexis comicus, referente Athenæo, *lib. 4. pag. 165. D.*

Σφαιρηδὸν αὐτὸς ἐξέπαισε τὴν οὐσίαν,
Καὶ ταῦτ' ἐν ἡμέραις ὀλίγαις κατεμασήσατο.
Patrimonium fecit pilam,
Tanta ingluvie & celeritate absorpsit omnia.

sive, uti Nicomachus apud eundem *lib. 2.*

G — ὅστις συνεστρογγύλικε κατεδηδοκώς,
Ἐν μησὶν ὀλίγοις ὥσπερ ᾠόν τις ῥοφῶν.
Sic corrasit & effudit
Pavcis mensibus, ut si qis ovum sorbeat.

qamvis patrimonii devorati, ac pilulæ instar deglutiti, sive ovi sorbilis modo absorpti, pœnitentia tandem ceperit: at contingit creberrimè, ut qod Plavtinus ille *Trinum. 2. 6.*

Serò atqe stultè, prius qod cavtum oportuit,
Postqam comedit rem, post rationem putet.

qum nec pœnitentia, nec putatio rem dilapidatam reparare avt restituere qeat. Ita redeundi sæpe facultas non datur; ubi datur, non raro animus deest: qod & similium collatione indicare atqe illustrare conabimur. *Reverti & redire*

redire ab itineribus est traductum: qod & Ciceroni in *Academicorum l. 3.* referente Lactantio *Institut. l. 6. c. 24.* est observatum. *Qod si liceret*, inqit, *ut eis qi in itinere deerravissent, sic vitam deviam secutis, corrigere errorem pœnitendo, facilior esset emendatio temeritatis.* Reprehendit Lactantius, qod posse negatur: & potest qidem, sed sæpenumerò voluntas potestati non respondet. Qemadmodum enim in itinere potest usu venire, ut, cum duæ semitæ, superior altera, altera inferior; illa prolixior, sed commodior & amænior; ista compendiosior, sed commoda minùs; ad urbem, qo is iter habet, ducentes viatori se obtulerint: ille qo celeriùs iter conficiat, compendiosiorem illam eligat: sed eam ingressum, ubi mille pluresve passus fuerit emensus, ob lamas salebrasqe identidem obsectas viæ tædium excipiat; unde instituti prioris pœnitentia licet animum subierit, erroris jam se reum peragis, qod compendii aviditate nimia cis sese exposuerit molestiis, alteramqe illam, licet prolixiorem, præoptasse se mallet. Cæterum cum in istâ tam longè processerit, vel qia spatium temporis non suppetis ad regrediendum, vel qia non tanti fore censet, ut iter jam emensum remetiatur, vel qia qos habet itineris comites, regredientem comitari recusant, vel qia molestias viæ qascunqe devorare, qasi de se ob factum inconsiderate vindictam sumpturus, animum jam obstinaverit, vel aliis etiam de cavssis, viæ cepeæ insistit, atqe etiamsi ab errore serò jam resipiscat, eam tamen, cui per errorem se dedit, donec iter integrum absolverit, semitam non deserat. Pari modo potest fieri, ut qi malis artibus cum Balaamo assveverit, avt cum Naamane Syro, Diis falsis colendis operam dederit; etiamsi erroris sui convictus fuerit, & retro gestorum pœnitentiâ aliqâ tangatur, pravo tamen aliqo affectu obstrictus, puta, lucri cupidine, vel damni formidine, vel voluptatis illecebrâ, vel molestiæ fugâ, vel ut aliis gratificetur, vel ne inconstantiæ notam subeat, à pristino vitæ instituto nevtiqam recedat. atqe hæc est, qam *pœnitentiam inefficacem* dicimus, *μετάνοιαν χωρὶς μεταμελείας* si vocabulorum proprietatem spectemus, ubi *mente mutatâ, studium* tamen atqe *institutum non mutatur*; sed qod de se Lajus apud tragicum, referente Plutarcho *de virt. moral.* & Clemente *Stromat. lib.*

> Λέληθε μὲν οὐδὲν τῶν δέ μ', ὧν σὺ νουθετεῖς,
> Γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.
> *Sed esse vera & recta, qæ memoras, scio,*
> *Sed improbata cogit ingenium seqi.*

Et qod de incontinente Plutarchus *lib.* eodem, τῷ μὲν λόγῳ σώζει τὴν κρίσιν ὀρθὴν οὖσαν, τῷ δὲ πάθει φέρεται παρὰ κρίσιν ἰσχύοντι τοῦ λόγου μᾶλλον. ὑπλᾶται γὰρ τῷ πάθει ὁ λογισμός. *In mente judicium servat incorruptum; sed affectu adversus rationem prævalente, præter id, qod mens ipsa judicat, abripitur: dum ab affectu superatur ratio.* Unde scientes prudentes delinqere istiusmodi dicuntur. Eam Clemens supra κενὴν μετάνοιαν. Septimius *vanam*, meritò dicit, *de pænit. c. 2. Ubi emendatio nulla, pænitentia necessariò vana: qia caret fructu suo, cui eam Deus sevit. i. e. hominis saluti.*

Efficacem verò *pœnitentiam* dicimus, qâ *ubi qis errorem resciverit suum, ab agnito jam recedit, & cum mente mutatâ, vita qoqe rationem atqe institutum immutat simul*, atqe ita τῇ μετανοίᾳ τὴν μεταμέλειαν, *menti nova studium* qoqe *novum adjungit.* Ita Lactantius *l. 6. c. 24. Resipiscit, qem errati piget, & seipsum castigat dementiæ, & confirmat ad rectiùs vivendum.* Μετάνοιαν avtem istam γνησίαν i. e. *genuinam* appellant, eo qod *de peccato qatenus est peccatum* Deiqe offensa, *hæc pœnitet*: nam sub ratione aliâ fieri potest, ut admissi pœniteat, nec ab eo tamen recedatur: at ubi hoc nomine admissorum pœnitentiâ qis tangitur, οὐχ ὅτι κολάζεσθαι μέλλει. ἀλλ' ὅτι (τοῦ Θεοῦ) παρώξυνεν, διασέσεισε, τοῦ οὕτως ἡμέρου, (οὕτως ἀγαθοῦ) ut Joannes Chrysostomus *in Ep. 2. ad Cor. Orat. 4. non qia pœnas eis commeritus sit, unde supplicii malum sibi accersere possit; sed* qia *ea in se atqe ex se mala sunt, qæqe Dei Opt. Max. qem sanctè veretur, offensam contrahunt*, fieri non potest, qin ut mentem sic mutatam etiam novum vitæ institutum ex necessitate conseqatur. Inde Favorinus. Μετάνοια γνησία, ἀπὸ

A πλημμελημάτων ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἀγαθὸν ἐπιστροφή. Tertullianus etiam *pœnitentiam* hanc *maturam* vocat *de pudic. c. 10. Ex pœnitentiâ maturescit emendationis effectus. sed & si venia potius est pœnitentiæ fructus, hanc qoqe consistere non licet, sine cessatione delicti. ita cessatio delicti radix est veniæ, ut venia sit pœnitentiæ fructus.* Atqe hac ratione Clemens *Strom. l. 2.* dixit δόκησιν μετανοίας, οὐ μετάνοιαν εἶναι, *pœnitentiæ simulationem esse, non pœnitentiam*; & Joannes Chrysostomus *in Epist. 2. ad Corinth. orat.* Μετανοίας σκιὰ καὶ σχῆμα μόνον, οὐ μετάνοιαν, *pœnitentiæ umbram & imaginem duntaxat, non*
B *pœnitentiam*, qam emendatio non concomitatur avt conseqitur. Siqidem ut Salvianus *de provident. divin. l. 3. aliud ora hominum, aliud corda agunt, cum eadem jugiter faciunt, qæ fecisse se plangunt.* Israelitis illis similes, de qibus Asaphus Hymn. 78, 27, 32—37. qo modo & *pœnitentiam non agi, sed fingi*, Avgustinus *Epist. 54. si ablatum, ubi restitui potest, non restituitur.* qia nimirum in talibus est *pœnitentia magis nomen qam fructus*, ut Salvianus idem *præfat. ad Eccles. Cathol.* nec est genuina & salutaris, sive Deo grata, atqe ad salutem efficax pœnitentia, nisi qæ unâ
C cum mente mores etiam immutat. hoc avtem τῷ μεταμέλεσθαι vocabulo propriè exprimitur: estqe alterum illud Hebræorum שׁוּב non tam ad mentem errorisqe agnitionem reditus, qam ad bonum à malo prius admisso regressus. Itaqe qod Seneca in *Agamemnone*,

> *Qem pœnitet peccasse, pene est innocens.*

Id Sidonius *l. 6. Ep.* sic extulit, *Vicinatur innocentiæ festinata correctio*, qam & *pœnitudinem celerem* supra dixerat.

Pœnitentiam efficacem hanc spectant: post Salomonis
D enunciatum, Parœm. 28. 13. *Qi delicta sua agnoscit & derelinqit, misericordiam conseqetur.* Illa, Joannis Chrysostomi, *tom. 6. orat. 19.* Ὁ μετανοῶν οὐκέτι τῶν αὐτῶν ἅπτεται πραγμάτων ἐφ' οἷς μετενόησεν. *Qi pœnitentia ducitur, non amplius tentat avt tractat opera, qorum pœnitentiam egit.* Clementis *Strom. l. 2. pag. 385. A.* Μετανοῶν γὰρ, ἐφ' οἷς ἐδόξασεν, οὐκέτι ποιεῖ ἢ λέγει. βασανίζων δὲ ἐφ' οἷς ἥμαρτεν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀγαθοεργεῖ. *Qi enim eorum, qæ fecit, ducitur pœnitentia, non amplius facit vel dicit. Propter ea avtem, qæ peccavit, torqens animam, bona facit.* Qi & *l. 4. pag. 489 B.* Τοῦ
E μετανοοῦντος τρόποι δύο. ὁ μὲν κοινότερος, ὁ δὲ ἰδιαίτερος. *Duo sunt modi ejus, qi ducitur pœnitentia: unus qidem communior, alter avtem magis proprius.* Et explicatius adhuc *l. 6. pag. 663. C.* Ἡ μετάνοια διττή. ἡ μὲν κοινή, ἐπὶ τῷ πλημμεληκέναι. ἡ δὲ τὴν φύσιν τῆς ἁμαρτίας καταμαθοῦσα, ἀφίστασθαι τοῦ ἁμαρτάνειν αὐτὸν πείθει κατὰ τὸν ἡγεμονικὸν λόγον, ᾧ ἕπεται τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. *Duplex est pœnitentia: una qidem communis, propterea qod peccaverit: altera vero, cum peccati naturam didicerit, persuadet ab ipso desistere peccato per principalem rationem, cui est conseqens, ut non peccet.* Illa iti-
F dem Latinorum, Ambrosii *in serm. qadrages.* Gregorii *in homil. astrv. de pastor. pl. 3. admon. 31. & in Job. l. 10. c. 17.* & *in registri l. 9. Ep. 39.* qæ congesserunt Isidorus *in sentent. l. 2. c. 13.* & 16. Lombardus *sent. l. 4. dist. 14.* & Gratianus *de pœnit. dist. 3.* qibus *pœnitentiam verè agere & pœnitere* definiunt; *Antoacta peccata deflere, & flenda non committere: mala præterita plangere, & iterum plangenda declinare: perpetrata plangere, & plangenda iterum non perpetrare.* Qibus & ulterius Gennadius de Eccles. dogmat. c. 54. *pœnitentia vera est, pœnitenda non admissa*
G *deflere satisfactio pœnitentiæ est, cavssas peccatorum excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. Frustra enim est*, inqit Bernardus, *de consid. l. 1. hæc deplorare, nisi studueris emendare.* Et ex Gregorio post Isidorum, Smaragdus *in Evangel. Ille pœnitentiam dignè agit, qi sic præterita mala deplorat, ut futura non committat: nam qi plangit peccata, & iterum admittit, qasi qi lavet crudum laterem, qem qo magis abluit, eo plus luti facit.* Obiter, proverbium illud, qo *Laterem lavare*, de operâ irritâ prædicatur, rectè explicavit: neqe enim de *cocto* id, sed de *crudo* sumendum est. Qod avtem *dignè* dixit, Baptistæ utiqe monitum illud respexit, Matth. 3. 8. Ποιήσατε καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. *Fructus edite pœnitentiâ dignos*; sive *resipiscentiæ congruentes*, avt *convenientes*; ut rectè Beza. Sed & hac ra-

ratione negent eos verè pœnitere, qi à malis, qorum pœnitet, non abscedunt. Gregorius ubi supra; *Qi sic alia deplorat, ut alia iterum committat, adhuc poenitentiam agere, avt ignorat, avt dissimulat.* Isidorus itidem, qem & Gratianus transcripsit: *Irrisor est, non poenitens, qi adhuc agit, qod poenitet.* Cui affine est, qod tanqam ex Avgustino Gratianus. *Pœnitentes, si tamen estis pœnitentes, & non estis irridentes, mutate vitam:* (h. e. μεταμέλεσθε) Et mox: *Si pœnitentiam agis, poenitet: si non poenitet, poenitens non es: si poenitet, cur facis, qod malè fecisti? Si fecisse poeniteat, noli peccare: si adhuc facis, certè poenitens non es.* Certè, qod qis factum nolit, restat ut in posterum nec faciat, nec velit. Ita is qem in Plavti *Cistell.* 2.1. dati pœnituerat;

Inter novam rem, inqit, *verbum usurpabo vetus,*
Qod dedi, datum non vellem; qod reliqum est, non dabo.

Ad illud senis in Terentii Andriâ 1. 1.

Non muto factum.

Vetustè; inqit Donatus, (sed & venustè dictum) *non me pœnitet. nam si qod pœniteret, infectum velle dicebant. nemo potest factum infectum reddere. dicimus tamen, nollem hoc factum, nollem hunc exitum. Ergo, non muto factum, non pœnitet me facti.* Hinc & de per errorem admissis Salvianus de *Provid. l. 6. Qi ignorantiâ peccant, errore agnito corriguntur.* Et alicubi, ni malè memini, Septimius, *Restat ut ulterius ne sis, qod si scisses, retro non fuisses.* Proinde rectè de ejusmodi admissis distingvit Aristoteles *Ethic. Nicom. l. 3. c. 1.* Ἕτερον ἔοικε τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν, τοῦ ἀγνοοῦντα ποιεῖν. *Aliud est ignorantem, sive per ignorantiam, aliud propter ignorationem, peccare.* Qod Casuistæ, qos dicunt, & ex his Martinus Azpilcueta *Enchir. c. 23. Sect. 46.* sic efferunt: *Ignorantia aliqando est & comes & cavssa; aliqando est comes tantum, non & cavssa peccati. Comes & cavssa, qando actus non fieret, nisi ignoraretur; comes solum, non & cavssa, qando peccaretur; etiamsi sciretur.* Istud avtem unde dignoscatur, docet Philosophus; ab animi nempe ad errorem jam agnitum, affectu. siqidem, ubi ignorantia in cavssa fuit, ab errore jam agnito, admissi jam mox pœnitet: ubi comes duntaxat fuerit, havd itidem. itaqe invitum illum, hunc non spontaneum tantùm egisse vult. Τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν, inqit, οὐχ ἑκούσιον μὲν ἅπαν ἐστίν· ἀκούσιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ, ὁ γὰρ δι' ἄγνοιαν πράξας ὁτιοῦν μηδὲν δὲ δυσχεραίνων, οὐχ ἑκὼν μὲν πέπραχεν, ὅγε μὴ ᾔδει. οὐδ' αὖ ἄκων μὴ λυπούμενός γε. τοῦ δὴ δι' ἄγνοιαν ὁ μὲν ἐν μεταμελείᾳ ἄκων δοκεῖ· ὁ δὲ μὴ μεταμελόμενος, ἐπεὶ ἕτερος, ἔστω οὐχ ἑκών. h. e. *Non spontaneum est, qicqid per ignorantiam admittitur: invitum verò, qod dolet; & de qo pœnitet. siqidem qi per ignorantiam admisit aliqid, nec de eo omnino angitur, sponte qidem non admisit, qod nesciebat: nec invitus tamen, cum non doleat. eorum ergò qi per ignorantiam agunt, qi pœnitentia afficitur, invitus videtur egisse: qem avtem non dolet, cum ab illo diversus sit, non spontaneus dicatur.* In per ignorantiam itaqe perpetratis, ubi erroris animus coargvitur, qi est primus τῆς μετανοίας gradus, seqitur δυσαρέστησις, (τὸ δυσχεραίνειν καὶ τὸ ἐπίλυπον appellat Philosophus) δυσαρέστησιν, sive *displicentia*, ea, si de delicto ipso, non de damno mero fuerit, μεταμέλειαν parit propriè sic dictam, *studii nempe, ac instituti mutationem, vitaqe seriam ac sedulam emendationem,* qa partim τῇ ἀποστροφῇ, sive *aversione à malo* illo, qod animus jam aversatur, partim etiam τῇ ἐπιστροφῇ, sive *adversione ad bonum* prius vel neglectum vel perperam habitum, ejusdemqe *repetitione*, continetur.

Qum enim in motu omni (ad motum avtem pertinet *regressus pœnitentia efficacis* omnis *comes* individuus) duo sint termini; horum ratione actus etiam hic duplex statuitur: *aversio à malo,* & *ad boni studium conversio.* Proinde τὸ שוב à Græcis redditur, modo ἀναστρέφειν *reverti,* Jonæ c. 3. v. 8. modo ἀποστρέφεσθαι, *averti,* Reg. l. 4. c. 17. v. 13. modo ἐπιστρέφειν, *adverti, converti,* Jerem. c. 8. v. 4, 5. Inde & in novo instrumento formulæ illæ, μετανοεῖν ἀπὸ τῆς κακίας, Act. c. 8. v. 22. & μετάνοια ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, Heb. 6. 1. & μετανοεῖν ἐκ πορνείας, Apoc. 2. 21. & ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν ibid. v. 22. & c. 9. v. 20. & ἐκ τῶν

A φόνων, v. 21. qibus ejusmodi designatur *pœnitentia, qâ à male prius admissis receditur:* ἡ εἰς τὸν Θεὸν μετάνοια, Act. cap. 20. vers. 21. *qâ ad Deum boniqe studium acceditur.* qod utrumqe tamen est μεταμελείας propriè dictæ *munus,* μετανοίας strictè sumptæ *fructus* tantum & *effectus*: Matth. c. 3. v. 8. & Act. c. 26. v. 20.

Cæterum, cum vocabula illa μετάνοια καὶ μεταμέλεια promiscuè usurpentur: & τὸ שוב Hebræorum duplex sit: hinc fit, ut τὸ μετανοεῖν aliqando τῷ ἐπιστρέφειν *præponatur,* τὸ נחם verò τῷ שוב qandoqe *subjungatur*; aliqando
B *pœnitentiam dolor præcedere,* aliqando *subseqi* perhibeatur. Exempli gratiâ, Jerem. 31. 19. sub Israelitici populi personâ Propheta אחרי שובי נחמתי *postqam redii,* vel *reversus sum, pœnituit me. reversionem pœnitentiâ priorem* facit. ubi *reversionis* nomine intellexit, qod alibi dictum est, *ad se,* vel *ad cor suum reverti,* i. e. ad mentem maliqe agnitionem: sic enim commate proximo explicatur: אחרי הודעי *postqam ostensum est mihi.* Junius *meipsum cognovi:* Castellio *agnovi me.* Piscator qod est τῆς μετανοίας, τῷ נחם vocabulo, δυσαρέστησιν, sive *displicentiam* illam, ac
C *dolorem* sive *tristitiam,* qæ ad errorem agnitum solet animum occupare, expressit, prout seqentia planè indicant: hoc enim voluit, *femoris percussio, verecundia, confusio:* & ad *pœnitentiam* spectat propriè sic dictam. Contra Act. c. 3. v. 19. Petrus Μετανοήσατε, inqit, καὶ ἐπιστρέψατε. & c. 26. v. 20. μετανοεῖν καὶ ἐπιστρέφειν. ubi τοῦ μετανοεῖν nomine *resipiscentia* propriè dicta intelligitur, pro qo τὸ שוב propheta dixerat. Syrusqe τῷ תוב qod idem est, utrobiqe reddidit. Syris enim familiare est *Tav* τοῦ *Shin* loco usurpare: ut in תלג pro שלג *nix*: תמה pro שמה illic: תשקל pro
D שקל *ponderare,* תשור unde ταῦρος: & *taurus,* pro שור *bos,* & similibus. τὸ ἐπιστρέφειν verò *à pristino vita prava vitiosaqe instituto ad Dei veri pietatisqe cultum, reversionem* designat; ita explicante se Apostolo ipso. vers. 18. qod est μεταμέλεια strictè intellecta. Syrusqe τῷ אתפנא expressit. Rursus Gen. c. 6. v. 6. Moses ex more humano de Deo verba faciens; וינחם ויתעצב *pœnituit Deum, qod fecerat hominem, & dolore* vel *tristitiâ* avt *molestiâ affectus est in corde suo. pœnitentiam* dixit *mentis animive mutationem,* μετάνοιαν: *dolorem* sive *tristitiam,* δυσαρέστησιν il-
E lam, qæ oboriri apud homines inde consvevit. Frustra enim est Origenes qi sciscitanti Celso, πῶς δ' ἐπ' αὐτοῖς ἀχαρίστοις καὶ πονηροῖς γενομένοις μεταμέλεται: *qo modo de hominibus conditis, postqam ingrati improbiqe evaserant, Deum pœnituerit,* respondet *l. 6.* συκοφαντεῖν καὶ καταψεύδεσθαι τῶν γεγραμμένων, τὰ μὴ γεγραμμένα ἐκτιθέμενον. *scripta divina calumniari & falsare Celsum, non scripta pro scriptis exponendo,* μεταμέλειαν γὰρ ἐν τούτοις οὐκ ὠνομάσθαι Θεοῦ. *Neqe enim in eâ historiâ pœnitentiam Dei ullam prædicari.* Seniorum scilicet qæ fertur, versionem profert, ubi ἐνεθυμήθη καὶ
F διενοήθη, *animadvertit & consideravit,* duntaxat dicitur. Frustra item, Hæschelius, in *annotatis* ad locum illum Origenis, Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ βουλεύματα Θεοῦ. *Ea enim sunt Dei consilia, ut eorum illum nevtiqam unqam pœniteat.* Siqidem veritas Hebraica *pœnitentia* mentionem facit disertam, qo modo & Orosius in *Apologetico* horsum respiciens, *Peccat humanum genus: Deum qoqe pœnituit, qod hominem fecisset: Peccante homine, pœnitet te, irasceris, doles. Pœnitentia,* inqam, meminit, sed ἀνθρωποπαθῶς sic dictæ, ut *consilii mutati* nulla seqatur inde necessitas. Optimè
G Avgustinus *Confess. lib. 1. cap. 4. Qæris, cum nihil desit tibi: amas, nec æstuas: zelas, & securus es: pœnitet te, & non doles: irasceris & tranqillus es: opera mutas, nec mutas consilium, &c.* Qin & de viro sapiente Seneca *de Benefic. l. 4. c. 34. Non mutat sapiens consilium, omnibus his manentibus, qa erant cum sumeret. ideo nunqam illum pœnitentia subit: qia nihil melius illo tempore fieri potuit, qam qod factum est: nihil melius constitui, qam qod constitutum est.* Verum his missis, *dolori* istic *pœnitentia præmissa* reperitur. At contra ad Corinth. Ep. 2. c. 7. v. 9. ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν, *ad pœnitentiam doluistis,* vel *contristati estis.* Et mox vers. 10. Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· *Tristitia qæ secundum Deum est,* μετάνοιαν *ad salutem non pœnitendam producit.* ubi λύπης nomine *pœnitentiam* propriè

dig

dictam expressit, i.e. *δυσφορίαν* illam, qvæ ab errore agnito exoritur: *μετανοίας* nomine *emendationem, studiumqve ac instituti deinceps commutationem*, qvam *μεταμελείας* nomine propriè censeri diximus, & τῆ *ἐπιστροφῆς* vocabulo supra indicabatur, ubi τῷ *μετανοεῖν* verbo subjunctum est.

Ita seriem habemus non *ἀλογίστως*, sed *εἰκότως* delineatam, qvâ affectio ista à primâ sui origine, qvasi per gradus & incrementa qvædam, ad *maturitatem*, ut cum Septimio loqvar, justam tandem perducitur. Primo loco *animadversio* habetur, qvod שוב לב pro שית לב Hebræis dicitur: ab hac *erroris agnitio*, *μετάνοια*, *resipiscentia*, oritur. Excipit hanc *δυσφορία* sive *λύπη*, *displicentia*, *tristitia*; τὸ נחם *pœnitentia*: hanc, ubi *efficax*, καὶ *γνησία*, i.e. *genuina* fuerit, consequitur τὸ שוב *conversio*, *ἐπιστροφὴ*, *μεταμέλεια*, qvæ colophonem & coronidem imponit, cum *vitæ novam planè à pristinâ rationem* inducat.

Restant de loco illo Apostolico ad Cor. Ep. 2. v. 10, 11. *ζητήματα* unum & alterum. Primo qværitur, *μετάνοιαν*, an *σωτηρίαν*, *ἀμεταμέλητον* dixerit. Et Henricus qvidem Stephanus *σωτηρίαν ἀμεταμέλητον* dici vult, *salutem non pœnitendam*. *Salus* avtem *ἀμεταμέλητος* intelligi potest: vel hominis respectu; *cujus hominem eam adeptum, non pœniteat, avt etiam pœnitere neqveat.* Siqvidem etiamsi salutis temporaneæ hujusce pœnitere possit qvandoqve, ubi ad graviora perpetienda superstes qvis egerit: unde Cicero *ad Attic. l. 3. Ep. 1. Utinam illum diem videam, cum tibi agam gratias, qvod me vivere coegisti, adhuc qvidem valdè me pœnitet.* At salutis æternæ, qvam Apostolus loqvitur, pœnitere qvenqvam nevnqvam potest. Vel respectu Dei, *cujus* nempe collatæ *Deum nunqvam pœniteat*. Qvomodo *ἀμεταμέλητα* dicuntur τὰ τοῦ Θεοῦ *χαρίσματα*. Rom. 11. 29. qvia nimirum illa Deus, *semel collata non revocat* denuò. Itaqve havd abs re Castellio *irrevocabilia* reddidit: nimis enim coactum est, qvod Beza ad Matth. 3. *Ejusmodi, ut non possint ipsi displicere, qvæ semel placuerunt.* Qvando enim poterunt Dei dona non ipsi placere? avt qvomodo potest Dei donum esse, qvod Deo non placeat? Ineptum avtem planè, qvod commentator ille, qvi Ambrosii nomen ementitur, *ideò sine pœnitentia*, uti vetus interpres reddidit, dici *dona Dei, qvia donum Dei gratis donat peccata in baptismo.* Nam qvod *gratis* dicit, *citra pœnitentiam* intelligit ex hominis parte reqvisitam: qvod falsissimum esse patet ex Matth. 3. 6. Marc. 1. 4. & Act. 2. 38. Recteqve proinde Novato, qvo ab orthodoxis adversus ipsum allata qvædam eluderet, hoc ipsum præscribenti, *Βάπτισμα καὶ μετάνοιαν πολὺ διαφέρειν. τὸ μὲν γὰρ δωρεὰν καὶ χάριν εἶναι, καὶ ἄφεσιν ἀταλαίπωρον τῶν ἡμαρτημένων· τὴν δὲ ἔλεῳ καὶ δάκρυσι καὶ καμάτῳ τὸ οἰκεῖον ἔργον περαίνειν*. h.e. *Baptismum à pœnitentiâ plurimum distare: illud enim donum gratuitum esse, & citra molestiam omnem admissorum condonationem; hanc avtem miseratione lachrymisqve & labore opus suum perficere.* Respondet Evlogius adversus sectatores hujus *lib. 2.* apud Photium *cod. 280.* *Καὶ πρὸ βαπτίσματος, καὶ μετὰ βάπτισμα, τὸ τῆς μετανοίας ὄνομα παραλαμβάνεσθαι.* *Et ante baptisma, & à baptismate pœnitentiæ mentionem fieri.* *καὶ μάτην τῷ βαπτίσματι προσελθεῖν, τὸν ἀμετανοήτως ἔχοντα*, *frustra ad baptismum accedere, qvem vitæ pristinæ malè actæ non pœnituerit.* Qvod & ex locis supra designatis confirmat. In qvam eandem mentem & Tertullianus *de Pœnitent. c. 2.* *Domino præministrans Joannes, pœnitentiam destinabat purgandis mentibus propositam: uti qvicqvid error vetus inqvinasset, qvicqvid in corde hominis ignorantia contaminasset, id pœnitentia verrens & radens, & foras abjiciens, mundam pectoris domum superventuro Spiritui Sancto paret, qvo se ille cum cœlestibus donis libens inferat.* Et, *cap. 6.* de eis, qvibus *cunctationis & tergiversationis erga pœnitentiam vitium, præsumptio intinctionis importabat. Qvam ineptum,* (inqvit) *qvam iniqvum, pœnitentiam non adimplere, & veniam delictorum sustinere? hoc est, pretium non exhibere, ad mercem manum emittere: hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit; hac pœnitentiæ compensatione redimendam proponit impunitatem.* Et mox, *Lavacrum illud obsignatio est fidei; qvæ fides à pœnitentiæ fide incipitur & commendatur. Qvis tibi tam infidæ pœnitentiæ viro aspergimen unam cujuslibet aqvæ commoda-*

A *bit? furto qvidem aggredi, & præpositum hujus rei asseverationibus tuis circumduci facile est. Sed Deus thesavro suo providet; nec sinit obrepere indignos.* Idemqve *de Baptism. c. 16.* adversus eos, qvi Apostolos negabant intinctos: *Ipse Dominus nullius pœnitentiæ debitor tinctus est; peccatoribus non fuit necesse? Ergo baptismi anteambulo necessarius est μετάνοια*. Nec de isto itaqve, gratiave in eodem, sive collatâ, sive consignatâ, sumi possunt hoc sensu saltem verba Apostolica. Verum qvædam Deus qvæ contulerat, revocat; ista, de qvibus Apostolus, neqvaqvam; ideoqve *ἀμεταμέλητα*
B dicuntur. Vide Hymn. 89. 33. & 2 Reg. 7. 15. pariqve ratione *σωτηρίαν ἀμεταμέλητον* istic forsan dici voluere, tanqvam inter *χαρίσματα* illa censeri debeat, avt ejusdem saltem hac ex parte rationis cum illis existat: qvo accedit, qvod *stabilem*, Vulgatus interpres; *firmam & immutabilem*, Victorinus Strigelius, reddidit: qvasi *ἔμπεδον*, *ἀμετάβλητον*, *ἀμετακίνητον* dixeris: qvo modo *ἀμεταμέλητον τὸν σπουδαῖον*, *virum bonum*, Aristoteles dicit *Ethic. l. 9. c. 4.* utpote ex habitu jam acqvisito *firmum, constantem, nec mutationi pœnitentiæqve* perinde ac alii, *obno-*
C *xium*: contra qvam homines improbi; *μεταμελείας γὰρ οἱ φαῦλοι γέμουσιν*, *pœnitentia siqvidem abundant*, h.e. mutationibus crebris obnoxii sunt, *improbi*; ut idem *ibidem*. Verum utrumqve istud, hoc qvidem loco, durum nimis, nec commodum sanè, videtur.

Ego proinde cum aliis plerisqve ad *μετάνοιαν* referendum censeo. Siqvidem etiam *pœnitentiæ* ipsius *pœnitentia subit* qvandoqve: qvod & Erasmus observavit; *Mali pœnituisse sæpe pœnitet.* Qvam *pœnitentiam perversam*, cum Tertulliano *de pœnitent. c. 2.* h.e. *in perversum actam*, ut Hieronymus *ad*
D *Sabin.* vel etiam *pœnitentiam pœnitentiæ*, cum eodem *ibidem c. 5.* dicere licebit. Sic enim eô loci Septimius; *Ita, qvi per delictorum pœnitentiam instituerat Domino satisfacere; diabolo per aliam pœnitentiæ pœnitentiam satisfaciet.* Ita & Plinius minor, *l. 7. Ep. 10. Superest, ne rursus provincia, qvod damnasse dicitur, placeat, agatqve pœnitentiam pœnitentiæ suæ.* Curtius *l. 10. c. 7. n. 12. Nec velle, nec nolle qvicqvam diu poterant: pœnitebatqve modo consilii, modo pœnitentiæ ipsius.* Salvianus *de Provident. l. 5. c. 9. Taliter fermè omnia agunt, ut eos non tam putes antea pœnitentiam criminum egisse, qvam posteà*
E *ipsius pœnitentiæ pœnitere: nec tam prius pœnituisse, qvod malè vixerint, qvam posteà qvod se promiserint bene esse victuros.* Hinc Ambrosii monitum illud, *de Pœnitent. l. 2. c. 9. Eos qvi pœnitentiam agunt, hoc solum pœnitere non debet; ne ipsius pœnitentiæ agant pœnitentiam.* Qvo loco vas sincerum incrustant, qvi pro *pœnitere non debet*, substituunt, *timere oportet*, qvum verba satis aperta sint, *hoc solum pœnitere non debet, qvod pœnitentiam* utiqve *egerint*; ne (contra scilicet dictamen Apostolicum) *pœnitentiæ ipsius pœnitentiam agere* deprehendantur. Itaqve qvod Apostolus *μετάνοιαν*
F *ἀμεταμέλητον*, Clemens *Stromat. l. 2.* *μετάνοιαν ἀμετανόητον* dixit. *Μετάνοια* avtem *ἀμεταμέλητος*, vel etiam *ἀμετανόητος* (nam utrum dixeris eccum havd interdum) i.e. *pœnitentia non pœnitenda*, qvomodo dicatur, variè solet explicari. Siqvidem primo Clemens *μετάνοιαν ἀμετανόητον* videtur dixisse, *pœnitentiam non iterandam*: sive pœnitentiam, qvæ semel tantum peccanti data, avt concessa sit: sicut *πίστιν τὴν ἅπαξ παραδοθεῖσαν*, *fidem qvæ semel tradita fuerit*, Judas Epist. v. 3. Sic enim ille loco superius indicato, ubi à *pœnitentiâ remissionem* peccatorum distingvere
G molitur; *pœnitentiam duplicem* statuit: *Primam in conversione* primô peccatoris ad Deum, de delictis *fidei professionem susceptam antegressis*, *alteram* de eis, in qvæ carnis infirmitate, dæmonisqve impulsu, *post susceptam eam* lapsus qvis fuerit: hanc Deum pro misericordiâ suâ *μίαν εἰς μετάνοιαν ἀμετανόητον*, *unicam ultra pœnitentiam non pœnitendam* concessisse: qvam idcircò *non iterandam* repetendamqve sæpius, utpote qvæ unica tantum indulta sit, in seqventibus contendit. Verum ista coacta nimis est interpretatio, & qvam vis vocabuli nevtiqvam admittat.

Secundo itaqve Primasius, *pœnitentiam impœnitibilem*, ut ipse reddit, *perseverantem pœnitentiam* interpretatur: qvâ scilicet de admissis jugiter pœnitendo doletur. Ut de pœnitentiæ ipsius actu & exercitio continuato intelligatur.

Atqe hoc est, qod sub Argustini nomine *lib. de ver. & fals. poenitent. c. 19.* dicitur; *Continuò dolendum esse de peccatis declarat ipsa dictionis virtus: poenitere enim est poenam tenere, ut semper puniat in se ulciscendo, qod commisit peccando. Ille igitur, poenam tenet, qi semper punit qod commisisse dolet.* Et *c. 13. Poenitentia dolor non nisi cum vitâ finiatur: ubi enim dolor finitur, deficit & poenitentia. Si autem poenitentia finitur, qid de veniâ relinqitur? poenitens ergo semper doleat, & de dolore gaudeat, & de doloris poenitentiâ, si contigerit, doleat. Nec sit satis qod doleat, sed non semper doluisse doleat.* Ita poenitentia ἀμεταμέλητος fuerit, qâ *nunqam non poeniteat:* qo modo Cato apud Plinium *lib. 18. c. 5. Qod malè emptum est, semper poenitet.* Qod Plinius minor *l. 1, Ep. 24. Mala emptio semper ingrata est, qia exprobrare stultitiam domino videtur.* Sed & hoc à vocabuli significatu abscedit nimis.

Tertiò μετανοίας ἀμεταμελήτου nomine intelligi potest ea, *cujus nunqam qenqam possit poenitere:* qod de sapiente ex Stoicorum mente, Cicero *Tuscul, l. 3. Sapientis est proprium, nihil qod poenitere possit, facere.* Atqe ita Stephanum interpretatum diximus, cum ad εὐπάθειαν retulisset. Ita certè de virtute & sapientiâ Seneca, *Epist. 50. Semel traditi boni perpetua possessio est: non dediscitur virtus; virtutes receptæ exire non possunt.* Et *Epist. 76. Sapientia non amittitur: in stultitiam non revolvitur.* Et *Epist. 72. Hoc interest inter consummatæ sapientiæ virum aliumque procedentis; qod inter sanum, & ex morbo gravi ac diutino emergentem, cui sanitatis loco levior accessio: hic nisi attendit, subinde gravatur, & in eadem revolvitur: sapiens recidere non potest, ne incidere qidem ampliùs. Corpori enim ad tempus bona valetudo est; qam medicus etiamsi reddidit, non præstat: animus semel in totum sanatur.* Idemqe ferè de gnostico suo Clemens *Strom. l. 7. pag. 741. B.* Ταύτῃ οὐδέποτε, περιστάσεως γενομένης, τὴν ἰδίαν ἕξιν ὁ γνωστικὸς ἐξίσταται. ἐμμονὸς γὰρ καὶ ἀμετάβλητος ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιστημονικὴ κτῆσις. *Ea facit, ut si qis casus evenerit, à proprio habitu nunqam excedat is qi est præditus cognitione: est enim solida & immutabilis boni, qæ scientiam constituit, possessio.* Verum, ut ne excipiam, etiam *pænitentiæ poenitere* mortales qandoqe qod supra indicavimus. Non audemus de *resipiscente* nostro tantum nobis polliceri, qantum illi de *sapiente* suo: præsertim cum consummati ideam illi proponant sibi, qalem nos in terris nullum agnoscimus. Qin etiamsi concessum fuerit, qod eum qi ad veram minimeqe fucatam (*caduca sunt* enim reverâ, *qæ fucata sunt omnia,* ut verè Cyprianus *l. 2. Ep. 2.*) licet non numeris omnibus absolutam, mentis sanitatem reversus fuerit, de eo qod sit reversus, pœnitentia nulla unqam subeat seria, nec subire planè possit; at per tentationis tamen vim, desertionisve tempestatem, oboriri possunt qandoqe spectantes eò cogitationes; sed qas fides ratioqe recta refellant subinde, & revellant etiam: videantur Asaphi illa Hymno 73. 1, 2, 13, 15, 16, 22, 28. Sed nec illuc respexisse Apostolum existimo, cum *pænitentiam* hanc ἀμεταμέλητον dixit.

Qartò itaqe μετάνοια ἀμεταμέλητος dici potest, cujus etiamsi aliqo modo possit, *nunqam* tamen futurum est *ut pæniteat,* aut ab eâ denuò recedatur. In qam mentem Cicero *ad Cælium l. 2. Ep. 16. Hujus me constantiæ puto fore, ut nunqam pæniteat.* Ex viri probi personâ Seneca *de Benef. l. 4. c. 22. Habeo qod volui, qod petii* (ubi benè me gessi) *non pænitet, nec pænitebit: nec ullâ iniqitate me eò fortuna perducet, ut hanc vocem audiam. Qid mihi volui? qid mihi nunc prodest bona voluntas?* Et apud Plautum ille, *Trinum. 2. 2.*

Is probus est, qem non pænitet qam sit probus.

i. e. qi constanter probus est. Lambinus. Qanqam ulterius aliqid etiam comicus insinuasse videtur formulâ illâ; cui geminum est Ciceronianum istud in *Præf. Offic. Disces qamdiu voles; velle autem debebis, qoad te, qantum proficias, non poenitebit.* i. e. dum nondum satis adhuc profecisse te, qantumcunqe profecens, autumabis. Atqe ita ille, qi qantumvis probus fuerit; nunqam nimis se probum vel fuisse, vel esse, reputat. De Christianis Tertullianus *Apolog. c. 1. Neminem poenitet, nisi planè retro non fuisse.* Ita

A Photius; Ὥστε εἰ κατὰ Θεὸν ἐλυπήθητε, δείξετε νῦν ὑμᾶς ἀπὸ τῆς καλῆς ἐκείνης μετανοίας ἀποστῆναι, ἢ εἰς τὸ ἐναντίον περιτραπῆναι καὶ μεταμεληθῆναι. *Proinde si secundum Deum contristati estis, hoc ipsum indicaturi estis, à poenitentiâ bonâ sive honestâ illâ nunqam recedendo, aut in contrarium circumvertendo, deqe eo qod factum est poenitendo.* Et Oecumenius; sed ut ad λύπην, sive *tristitiam,* μετανοίας caussam procreatricem referat; Οὔτε γὰρ ὁ λυπηθεὶς κατὰ Θεὸν μεταμεληθείη ποτέ, ἢ καταγνοίη ἑαυτοῦ, τί δή ποτε λελύπηται· ὅπερ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου λύπης συμβαίνειν εἴωθεν. *Neqe secundum Deum*

B *contristatum unqam poenituerit, neqe seipsum damnaverit, qod aliqando tristis fuerit, qod hoc in mundi poenitentia contingere consuevit.* Eodemqe concedit Theodoretus: nec non Joannes Chrysostomus, à qo Oecumenius videtur mutuatus; adjecto etiam, qid ἀμεταμέλητον dixit, respexisse Apostolum, qod prius dixerat, εἰ μετεμελόμην, οὐ μεταμέλομαι. *Qod vos tristitiâ affecerim, jam non me poenitet, etiamsi priùs poenitebat.*

Qintò μετάνοια dici potest ἀμεταμέλητος, *cujus nunqam qenqam pænitere debeat;* qâ nimirum notione *justitiam non pænitendam,* dixit Tertullianus *adv. Marc. lib. 2. c. 24.* ubi sub hæretici personâ Deo detrahenti, qod de sententiâ adversus Ninivitas excidium jure commeritos prolatâ pœnituisse dicitur; *Sic qoqe,* inqit, *culpandus est, qi justitia non pænitenda, pænitentiam gessit.* Eadem & *ad Atticum l.* Ep. Cicero. *Qare celeritas nostri reditus ἀμεταμέλητος debet esse.* Ut sicut ἀμέλητος, (qod apud Lucianum Nigrinus) sic ἀμεταμέλητος, innuatur esse debere, ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον ὁρμή. Siqidem, ut Augustinus *Homil.*

D *28. Qos bene fecisse & pænitentiam egisse pænitet, perversâ sunt, qod mulserunt.* Itaqe Cicero *pro Milone, Viri fortis est; ne suppliciis qidem moveri, ut fortiter fecisse pæniteat.* In hanc mentem Tertullianus *de Pænit, c. 5. Hoc dico, poenitentiam, qæ per Dei gratiam ostensa & indicta nobis, in gratiam nos Domino revocat, semel cognitam atqe susceptam, nunqam posthac iteratione delicti, resignari oportere.* Qi & ideo, *c. 6. Poenitentiam semel capessendam, perpetuo continendam* suggerere se profitetur.

Ultimò denique μετάνοια potest esse ἀμεταμέλητος (atqe

E hoc mihi potissimum) *cujus cur qenqam poeniteat, nihil* qicqam *unqam futurum sit.* Qo modo ἡδονὴν ἀμεταμέλητον Menander, laudante Athenæo *l. 12.*

> Ἀγαθὸν, ἀμεταμέλητός ἐστιν ἡδονή.
> *Bonum est voluptas, cujus poenitere te*
> *Nihil opus est futurum.* ——

Et προαίρεσιν ἀμεταμέλητον Polybius in *Legat. Excerp. fragm. 22.* Ἔσεσθαι γὰρ ἀμεταμέλητον αὐτοῖς τὴν τούτων προαίρεσιν. *Nunqam enim fore, cur ejus consilii ipsum pæniteat.* Qod Alexander Jadduo Judæorum Pontifici, à qo commeatum

F suis postulabat, eademqe sibi præstari qæ Dario ante præstiterant, ὡς μετανοήσειν ἐπὶ τούτοις. Joseph. *Antiq. l. 11. c. 8.* i. e. *non futurum, ut istius facti eos unqam pæniteat.* Et Didoni Troes *Æn. l. 1.*

> —*officio nec te certasse priorem*
> *Pæniteat.* ——

h. e. cur in posterum pœniteat nihil caussæ futurum esse: neqe enim adhuc benignè fecerat qicqam, cujus pœnitere jam poterat. Sic Davidi Regi Abigail, nullam fore dein-

G ceps caussam, cur *pænitentiæ* suæ, consiliive mutati, *pæniteat* se, si à vindictâ (qam in animo tunc habebat) exeqendâ sese coercuerit. 1 Reg. 25. 30, 31. Hoc est qod Epictetus apud Stob. *tom. 2. tit. 2.* Οὐδὲν ἄγριον δράσας, ἀμετανόητος καὶ ἀνεύθυνος διατελέσεις. *Qum nihil inhumane feceris, nunqam te pænitebit, & rerum a te gestarum rationem nunqam reddere cogeris.* Et Basilius *Orat de irâ:* Ὁ μὲν μετανοήσεται, ἐφ' οἷς ἐφθέγξατο. σὺ δὲ οὐδέποτε μεταμελήσῃ τῆς ἀρετῆς. *Si conviciantem patienter tuleris, convitii qidem illum pænitebit olim; at te virtutis nunqam.* Nec fuit qod Erasmi versionem Beza repudiaret, qâ *pænitentiam non poenitendam* reddidit: ea enim est *non poenitenda poenitentia, cujus non est ut qisqam poenitere unqam vel debeat, vel opus habeat, vel meritò possit.* Qo sensu sumendum & Periandri illud apud Stobæum *tom. 2. tit. 3.* Πρᾶττε ἀμεταμέλητα.

qod

qod apud Sosiadem, Περὶ τῆς ἀμεταμελήτου, effertur. Atqe περὶ μετανοίας ἀμεταμελήτου ista suffecerint.

Restat alterum de loco Apostolico ζήτημα, num septem illa ab Apostolo *vers.* 11. posita, σπουδή, ἀπολογία, ἀγανάκτησις, φόβος, ἐπιπόθησις, ζῆλος, ἐκδίκησις, *studium, defensio, indignatio, timor, vehemens desiderium, zelus, vindicatio*, sint *poenitentia* genuinæ γνησίας ἀδιάκριτα, effectusqe necessarii. Tradiderunt hoc viri magni, inter qos agmen ducere venerandus vir Joannes Calvinus videtur; qem secuti sunt è nostris ei, qos supra memoravimus. Verum ubi ad explicationem applicationemqe singulorum devenitur, sudant satis; utqe in omnes partes se versent, rationem commodam satis qo pacto eliciant, in qibusdam non reperiunt. Ut de voce ἐκδίκησις, qæ ultionem sive vindictam significat, nihil dicam: Piget recitare, de voce ἀπολογία, qam *defensionem* vetus interpres, *excusationem* Beza reddidit, qalia argutentur. Nam Ambrosii nomen qi præfert, se planè ipse refellit, qum ait, *Excusationem. rectè. qia poenitentia non habet excusationem, sed confessionem.* Qod si verum fuerit, & verissimum esse constat, qomodo *excusatio*, sive *defensio*, *poenitentia* vel nota, vel pedisega, vel comes etiam rite reputabitur? ut frustra planè fuerit Oecumenius, qi in reliqis Chrysostomum secutus, hic, Ἀπολογήσασθαι γάρ, inqit, τῇ μετανοίᾳ. qod est *oppositum* planè, qod ajunt, *in subjecto*. Qanqam Epiphanius in *Ancorat. sect.* 38. Deum asserit de Abele fratre Cainum esse percontatum, ὅπως δώῃ αὐτῷ τόπον μετανοίας εἰς ἀπολογίαν. qod Petavius vertit, *Ut ad sui excusationem locum aliqem poenitentia tribueret*: at excusationi cum *poenitentiâ* reverâ covenire qî possit, ego nullus video. Qin & Apostolus ipse, cum eis verbis περιοχὴν istam claudit, ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι, *omninò comprobastis vos in negotio isto puros, sive insontes, esse*: apertè indicat, alio planè fine ista hoc loco commemorari, non autem tanqam poenitentiæ indicia effectusve proponi. Nec inficior tamen, cum ex his nonnulla *poenitentiam*, qæ qidem genuina sit, jugiter conseqi, tum reliqa etiam tanqam *tristitia* piæ *effectus* fructusve in Corinthiis prædicari. Cæterum, nec *tristitia pia* est *poenitentia* solus, nec *poenitentia* naturæ convenire potest, qæ in his recensetur, ἀπολογία. Ut Apostoli mentem ergò pavcis aperiam. Incestu contaminato favisse Corinthios suspicatus fuerat Apostolus: eâqe de re per Epistolam illos acriùs pavlò increpuerat: suspicio ista, indeqe orta increpatio Apostolica, magnam universorum, tum sontium, qam & insontium animis *tristitiam* incusserat. Porro *tristitia* istius qoad utrosqe *fructus*, salubres admodum, sed diversi tamen, extitere: alteri enim ad *poenitentiam* & *emendationem* sunt adducti: alteri, cum ad *studium* suum ac *desiderium* erga Apostolum uberiùs declarandum, qod & inter alia sedulâ sui *purgatione*, qo suspicio illa tolleretur, effectum est; tum ad facinoris *indignationem* ampliorem, cum *timore fervoreqe* conjunctam, & *vindictam*, sed Christianam, qæ censurâ nimirum severiore constabat, de facinoroso sumendam, excitati sunt. Chrysostomus. Ἀπολογίαν, περὶ ἐμέ. ἀγανάκτησιν, περὶ ἐκεῖνον τὸν ἡμαρτηκότα. ἐπιπόθησιν τὴν εἰς ἐμέ. ζῆλον, τὸν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ. ἐκδίκησιν, καὶ γὰρ ἐξεδικήσατε τοῦ Θεοῦ νόμους ὑβρισθέντας. Ita constat planè de septem illis, ex Apostoli mente qid sit statuendum; fuisse utiqe in Corinthiis illis *tristitia pia*, non & *poenitentia effectus*.

CAPUT XXX.

A nominibus discitur rerum ipsarum natura. Nomen unde dictum. *In* Poenitentiæ nomina *cur tam anxiè qæsitum.* Dolor, *plurs etiam, non unus; nec* poenitentiæ *solius.* De poenitentiæ *propriè dictæ* objecto *peculiari instituta disqisitio.* Poenitentiam *non esse de alienis, sed de suis cujusqe, etiamsi de illis καταχρηστικῶς usurpetur. Obiter, de lectione Plavtinâ suspicio: non esse de præsentibus, sed de præteritis. Ita in nonnullis abusivè usurpari, in aliis τὸ νοῦ cum latitudine sumi. Ciceronis locus perperam acceptus, qi supplendus. Spiritus remissus, & conscientiæ remorsus interagendum, à poenitentiâ distingvendus: non esse de futuris. Avgustinus emendatus; locutionis impropria notatus. Svetonius explicatus, non esse de perpessis, sive de poenis; nec de aliunde obtingentibus. Plato à Stephano solicitatus. Non esse de affectionibus, sed de actionibus. Cicero à qorundam reprehensionibus vindicatus: an natalium poenitere qenqam possit. Locutionis impropria idem notatus tamen; & ratiocinationis infirma. Helenæ votum. Vitii nativi an poenitentia dici qeat: ab insanabilitate ratio ducta, utrinqe minus sana. Præterita revocata εἴδωλα. Eo magis eorundem poenitere. Solonis de luctus inanitate luctus amplior.* Habuisse, fecisse, *æternum utrumqe: non esse nisi in spontaneis. Judæorum de Lamecho fabula ex Gen. 4. 23. de Cephalo Græcorum havd absimilis. Ludo tesserarum comparata vita humana.* Non esse de spontaneis, *de qibus pensi parum habemus facta an infecta fuerint. De eis esse solis, qæ infecta velimus. Æthra votum. Plutarchus emendatus. Flaccus itidem Mureto. Ira insaniæ species*: dolor, pro ira. כעס pro moestitia. *Adagium Hebraicum. Poenitentiam tam de omissis qam de commissis esse: tam de silentio, qam de sermone, tam otii qam negotii rationem reddendam.* Amyclas silentium perdidit. *Proverbium. Tam de actibus internis, qam externis, voluntate qam executione exigi poenitentiam.*

Πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν, δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα, inqit Plato in Cratylo. *De nominibus primo loco habenda est disqisitio, qo res ipsa rectiùs addiscantur.* Supidem ut Diodorus apud Thucydidem, *l.* 3. Οἱ λόγοι διδάσκαλοι τῶν πραγμάτων γίγνονται. *Verba rerum magistri fiunt.* Et, ut Plato idem, Διδάσκειν δύναμιν ἔχει. ὅς ἂν ἐπειδάν τις τὰ ὀνόματα ἐπίστηται, ἐπίσταται καὶ τὰ πράγματα. *Habent nomina vim res docendi: ut qi nomina rerum rite norit, res qoqe ipsas perspectas habeat.* Itaqe Isidorus *Origin. l.* 1. *c.* 6. *Nomen dictum qasi notamen* (qanqam dextrè magis hoc Julius Scaliger *de cavss. ling. Lat. c.* 76. *ut à moveo, movi, movimen, momen; sic à nosco, novi, novimen, nomen*, & Jacobus Curtius εἰκαστῶν *tom.* 1. *l.* 1. *c.* 26. *Nomen à noscendo, ut stamen à stando, stramen à sternendo*: avt certe Ang. Caninius in *Hellenism.* ὄνομα *nomen*, (*ut* ὄπισθεν *post*, ὀρύω *ruo*, ὄρμενος *ramus*) *qod nobis vocabulo suo res notas efficit: nisi enim nomen scieris, rerum cognitio perit.* Et Plutarchus in *de Iside & Osiride*, nec id ex suo solus sed ex veterum Philosophorum scito; Τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν. *Eos, qi rerum vocabula non curent intelligere, in rebus qoqe ipsis facillimè errare.* In hanc eandem ferè sententiam Julius Scaliger de Subtil. Exerc. 1. Sect. 1. *Oportet prius vocis ipsius usum cognoscere: à qo sæpenumero provehimur in rei perceptionem.* Idemqe in Theophr. de cavss. plant. lib. 5. c. 14. *Est à nominis origine rei natura sæpe manifesta.* Itaqe qo *poenitentiæ natura* foelicius indagaretur, *nominibus*, qibus ea insignitur, discutiendis, in capite prægresso, operam aliqam, nec infoelicem avt inutilem prorsus eam (uti spes est) insumpsimus. In eadem ab *objecto* circa qod versatur, ulterius investigandâ, hoc capite cum Deo bono, progredimur.

Tristitiam piam diximus in superioribus multiplicem esse, nec eam solam qæ *poenitentia* est. Clarius avtem hoc fiet, si *objectum* istius distinctiùs pavlò definierimus: qod hoc capite conabimur.

Primò itaqe, *poenitentia* strictè sumpta, qatenus τῇ μετανοίᾳ τῇ ἀμεταμελήτῳ respondet, non est *de alienis*, sed *de cujusqe suis* duntaxat. Appositè Naso, *Pont. lib.* 1. *eleg.* 1.

Poenitet: & facto torqeor ipse meo.

Neqe est itaqe *poenitentia dolor*, is, qem ex aliorum dictis, factis, erratis, delictis, miseriis, calamitatibus, dignitatibus, percipimus. Neqe ad *poenitentiam* proinde qicqam spectant illa, qô tamen qi referant, non desunt; qæ de *dolore* suo profitentur passim in sacris codicibus viri sancti, ob *aliena*, vel suorum vel hostium etiam cum faci-

cinora, tum & calamitates propter eadem eisdem impendentes vel obtiogentes etiam. Cujusmodi sunt illa, Hymn. 119. 136, 158. Esaj. 24. 16. Jerem. 9. 1. &c. Qin & majorum delicta etiamsi agnoscant & deprecentur etiam sæpenumero pii. Hymn. 106. 6, 7. Jerem. 3. 25. populi etiam sui, acsi sua planè essent, qod ad Malach. 1. 9. in Mose Exod. 34. 9. observat Camius: at *suorum duntaxat poenitmisse* κυρίως λεγόμενον *dicentur*. Inde Scholia. *De peccatis alienis non est contritio.* Thomas *Supplem. q. 1. art. 5.* Corinthios itidem tristes admodum habuit, qod malè de ipsis fuerat suspicatus Apostolus: cæterum non *suspicionis Apostolicæ poenituisse* illos qisqam propriè loqendo dixerit: sed, qod occasionem seciùs de ipsis suspicandi dederant, eos, à qibus id est admissum. Proinde illa non nisi καταχρηστικῶς dicta intelliguntur. Ciceronis *Philippic. 2. Dignitatis tuæ non me poenitet.* Nam illud ejusdem *pro Plancio*; *Vide qam me verbi tui non poeniteat.* aliud est: Ejus rei, nempe, qam verbo illo mihi objecisti Plavt. *Milit. 3.*

Nihil me poenitet jam, qanto sumptui fuerim tibi.

qod ἰσοτιμαστικῶς ego qidem legendum censuerim. Et *Pseudol. 1. 3.*

Eho, an poenitet te, qanto hic fuerit usui?

Et *Truncul. 2. 6. 52.*

Poenitet ne te, qot ancillæ sunt jam?
Qmne etiam superadducas, qæ mihi comedint cibum?

Secundò, non est *de præsentibus poenitentia* strictè proprièqe dicta, sed *de præteritis* tantum. Itaqe nec *poenitendi* verbum est hoc sensu sumendum in illis formulis, qæ apud Latinos, optimæ etiam notæ, scriptores occurrunt, *Mei memet poenitet.* Cicero *de Orat. lib. 3.* Et, *Suæ qemqe fortunæ maximè poenitet, nemoqe est, qui ubivis, qam ibi ubi est, esse malit.* Idem *ad Torqat. lib. 6. Ep. 1.* Et,

Nostri nosmet poenitet.

Terent. *Phorm. 1. 3.* hoc est, nostra nobis minùs arrident, minùs placent. juxta illud P. Syri,

Aliena nobis, nostra plus aliis placent.

Et,

Me qidem hac conditione nunc non poenitet.

Plavt. *Stich. 1. 1.* Et,

Poenitet exornatæ ut simus?

idem *Poenul. 1. 2.* pro eo qod est simpliciter, tædet, angit, displicet. Hujus generis est, qod Naso *Ponti l. 2. Eleg. 3.*

Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Non movet, & gratis poenitet esse probum.

poenitet. i. e. piget, grave est, molestum est, qo modo idem *Ep. 14.*

—— non est, qam piget esse piam.

Deest ejusmodi aliqid in dicto vulgari illo à Cicerone *de finib. lib. 2. laudato: Nosti credo, illud; Nemo pius est, qi pietatem.* Deest, non gratis colit, vel qæstui habet: Ὁ νομίζων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν· *qi rem qæstus esse pietatem existimat.* Ut Apostolus ad Timoth. Ep. 1. c. 6. v. 5. is enim est genuinus phraseos Apostolicæ sensus: qem non assecuti sunt, qi reddidere, *existimantium qæstum esse pietatem.* Qod autem apud Oratorem legitur, *qi pietatem cavet*, à manu malâ est vocis proximæ seqentis occasione infarctum. *Cave qidqam putes esse verius.* Pertinet huc & Plinii illud, qod *lib. 1. Ep. 8.* *Subitæ largitionis comitem, poenitentiam* dixit: cum sit affecla potiùs; nisi cum latitudine aliqâ capiendum est. Qomodo & Plutarchi illud, qi in lib. *de verecundiâ*; Τὸ μετανοεῖν οὐχ ὕστερον, ἀλλ' εὐθὺς ἐν αὐτῷ πράττειν μᾶλλον. *Non postea, sed statim, in eis qæ fiunt, adest poenitentia.* Hoc enim vult tantùm, ita contiguam esse rei gestæ poenitentiam, eamqe è vestigio tam prope conseqi, ut paribus qodammodo passibus incedere simul videantur. Qomodo in tractatu *de tardâ numinis vindictâ*; *pag. 553. F.* dicendum ait, non tam, cum Platone *de legib. lib. 5.* Ἀδικίας ἀνάδεσμον τιμωρίαν εἶναι λεγομένην. *Peccati comitem sentire ultionem esse*, sive δίκην, (sic enim ex Platone locus ille restituendus est) qam, cum Hesiodo, Ἡλικιῶτιν, ἐκ τῆς αὐτῆς ὁμοῦ χώρας καὶ ῥίζης συναναφυομένην. *Sed ultionem delicti æqalem simul eodem e*

A *eo eademqe radice enasci.* Atqe ita τὴν πονηρίαν συγγεννῶσαν τὸ λυπεῖν ἑαυτῇ καὶ κολάζειν, οὐχ ὕστερον, ἀλλ' ἐν αὐτῇ καὶ τῇ ὕβρει τὴν δίκην τοῦ ἀδικεῖν διδόναι. *Malitiam simul secum gignentem id qod animum mordet atqe vexat, non subseqentem, sed in ipso malefacto præsentem poenam habere.* Qæ novissima sunt prioribus illis gemina planè geminoqe sumenda sensu.

Proinde distingvendus, à *poenitentiâ* propriè dictâ, *dolor* est ille, qi ex carnis reluctatione adversus spiritum inter benè agendum oboritur. Galat. 5. 17. Rom. 7. 23, 24. B sicut & à *remorsu* conscientiæ, qi inter peccandum etiam pravè affectis nonnunqam sese ingerit, ubi cum veneficâ illâ;

—— vident meliora probantqe,

Sed deteriora amplexantur & sequntur tamen. Distingvendus, & qi ex conditionis præsentis, dum à Domino peregre agimus, intuitu nos angit. 2 Cor. 5. 4, 6. Itaqe minus propriè locutus est Avgustinus *de poenitent. medicin. c. 3. Qid cupimus, nisi ita non esse ut tunc* (legendum *nunc*) *sumus? qid ingemiscimus, nisi poenitendo, qia ita sumus? poe-* C *nitendo*, dixit, pro male habendo, ægre ferendo.

Tertiò, nec *de futuris* est *poenitentia*. v. g. Judam Iscariotem, postqam pretio accepto, Dominum prodiderat, inqe manus eorum qos capitali odio eundem proseqi norat ipse, tradiderat; fore sperans, uti conjicere est, ut is, pro eâ qâ pollebat virtute qamqe sæpius ipso coram spectante exeruerat, facilè semet è manibus illorum, si qid per vim molirentur; foret expediturus; ubi, præter expectationem suam, morti addictum rescivit, nec qo minùs sententia capitalis ea executioni daretur, qod obstaret, D qicqam comparebat; *poenitentiâ* correptum, laqeo spiritum sibi interclusisse refert historia Evangelica. Nec tamen avt cædis Domini sui à se proditi, qam secuturam jam ariolabatur, avt suæ etiam, qam sibi consciscere apud se statuerat, avt poenarum, qas instare sibi mens conscia dictabat, *poenitentia* hæc fuerat; cum hæc omnia tamen miserum misere torqerent; sed ante à se gestorum, potestatis aditæ, pacti initi, pretii accepti, domini proditi traditiqe, sangvinis insontis reatus contracti: qod & Evangelistæ verba claré satis insinuant. Matth. 27. 3, 4.

E Proinde, qod de P. Vitellio Svetonius in *Vitel. c. 2.* *In custodiam fratri datus, scalpro librario venas incidit: nec tam mortis poenitentiâ, qam suorum obtestatione, obligari curarique se passus, in eadem custodiâ morbo periit.* Non sic accipiendum est, qasi mortis ipsius mox secuturæ, si in cepto perstitisset, *poenitentia* diceretur; neqe enim rei futuræ, necdum peractæ *poenitere* potuit. Verum hoc vult, *non poenituisse* Vitellium *mortis consultæ ceptæqe*, sive consilii, qod de morte admittendâ ceperat, ceptiqe, qo mortem sibi procurare jam ceperat, & nisi suorum importunitate im- F peditus, omninò procuraverat.

Qartò, non est *poenitentia de iis qæ perpessi sumus*, sive qæ aliunde *contingunt nobis*: sed *qæ egimus* ipsi. Neqe enim ubi qis inter luctandum talum distorserit, *poenitere* hunc dixeris, qod talus ei distortus fuerit; sed qod luctam, per qam id est factum, inierit. Nec qi itineris celeriùs absolvendi cupidior, qum nocte adhuc intempestâ in viam se dederit, si in latrones incidendo rebus suis fuerit spoliatus, *poenitere* se dixerit, qod vel illos obvios habuerit, vel sua amiserit, sed qod tam intempestivè temerèqe iter fuerit in- G gressus. Nec adolescens, qi sibi relictus, malè rem egerit, qod à suis sit neglectus; sed qod ipse sibi non consultiùs prospexerit. Eos etiam, qi apud inferos jam per tot annorum millia cruciatus perpessi sunt, non *poenarum* ipsarum, qas tam diu jam subierunt, sed delictorum *poenitet*, qibus eas sibi accersiverint. Atqe hoc est qod in Scholâ dicitur; *De poenis peccati dolor est, non contritio.* Thomas *Supplem. q. 1. art. 2.* *In tesserarum ludo*, cui vitam humanam similem prædicant, Socrates apud Stobæum, adductus supra, Plato *Politic. l. 10.* Plutarchus *ad Apollon. consolatorio*, & *de tranqillitate*, Terentius *Adelphis 4. 7.* *jactus infoelicis* nemo se dixerit *poenitere*, *calculi incommodè promoti*, qod supra indicatum, *poenitere* dici poterit: qia *fortis* illud, hoc *artis* est. Terentius;

Ita vita est hominum, qasi cum ludas tesseris,
Si illud, qod est maximè opus, jactu non cadit,
Illud qod cecidit forte, id arte ut corrigas.

Illud fati est, hoc consilii: Τῷ βουλεύεσθαι ἐπανορθοῦν τὰ πεσόντα, καὶ τίθεσθαι, ὅπῃ ὁ λόγος ἱρεῖ (αἱρεῖ, Stephanus) βέλτιστ' ἂν ἔχειν. *Deliberate ut, id qod acciderit, emendes & disponas, qocunqe ratio dictabit, optimum est.* Plato. illud in nostra non est potestate, istud nostri est & arbitrii & officii. Τὸ μὲν βαλεῖν τὰ προσπεσόντα οὐκ ἐφ' ἡμῖν· τὸ δὲ προσηκόντως τὰ πεσόντα δέχεσθαι, καὶ νέμειν ἑκάστῳ τόπον, ἐν ᾧ μάλιστα ὠφελήσει, ἡμέτερον ἔργον ἐστί. *Jacere qidem ea, qa in rem nostram sint, in nobis situm non est: illa vero qa ceciderint, decenter excipere, & unicuiqe tribuere, qo maxime prodesse poterit, locum, est nostrum.* Plutarchus. Et de vitâ vitæqe casibus pariter dictum esto. Qanqam de Plutarchi dicto infra amplius videbitur.

Qintò non est propriè *de affectionibus*, sed de *actionibus* duntaxat: v. g. Astrologus nemo *poenitere* se dicet, qod qatuor illos Jovis satellites, à Joanne Mario & Galilæo Galilæi perspicilli an prospicilli ope nuper deprehensos, hactenus ignoraverit; pœnitere dicet, qod non aute diligentiùs in istiusmodi inqisiverit: nec *poenitere* se dicet, qod de terræ-motu opinione falsâ hactenus fuerit imbutus, sed qod Copernicianas partes forsan secutus sit, vel qod de terræ-motu, vel statuentibus temerè fuerit assensus, vel etiam tam fidenter ipse pronunciaverit. Nec pariter, proprie loqendo, *poenitere* qisqam se dicet, qod Dei hactenus nescius extiterit, vel de eodem secus senserit, sed qod Deo investigando, qod factum oportuerat, Act. 17. 27. veritatiqe indagandæ, qo errore liberaretur, operam hactenus, vel nullam, vel minùs sedulam, dederit. Sed nec qod ingenii stolidi, indolisve perversæ, fuerit, sed qod ingenio excolendo, indoli corrigendæ, vel non omninò, vel non strenuè magis incubuerit. Hinc Ciceronem reprehendendi ansam arripuisse Gallum Asinium & Largium Licinium refert Gellius, *Noct. Attic. l. 17. c. 1.* tanqam impropriè locutum, cum in *Orat. pro Coelio* dixit, *Nam qod objectum est de pudicitiâ, qodqe omnium accusatorum, non criminibus, sed vocibus maledictisqe celebratum est: id nunqam tam acerbè feret M. Coelius, ut eum poeniteat, non deformem esse natum.* Hoc avtem ideò illi non *impropriè* tantum, sed *inepte esse dictum* ajebant: qia *poenitere tum dicere solemus cum qa ipsi fecimus, avt qa de nostrâ voluntate, nostroqe consilio facta sunt, ea nobis postcà incipiunt displicere, sententiamqe in eis nostram demutamus. Nemo avtem rectè ita loqitur, poenitere sese qod natus sit,* (& sic tamen Symmachus locutus est, si γνήσιος saltem est illa *lib. 4. Ep. 56.* qasi possit id dici; *Natum esse non poenitet.* Nec aliter ferè Flaccus *Serm. l. 1. Sat. 6.*

Nil me poeniteat sanum patris hujus.)

avt, poenitere qod mortalis sit, avt, qod ex offenso forte vulneratoqe corpore dolorem sentiat: qando istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum, nec arbitrium, sed ea ingratiis nostræ vi ac necessitate naturæ nobis accedant. Sic avtem non voluntarium fuit M. Coelio qali formâ nasceretur, cujus eum Cicero dixit non poenitere, tanqam in eâ cavssâ res esset, ut rationem caperet poenitendi. Hoc est, qod Helvius Lamia apud Ciceronem *de Orator. l. 2.* *Non potui mihi formam ipse fingere: ingenium potui.* Verum ita Ciceronem excusat Gellius, ut non neget, esse eam qidem, qam dicunt, verbi hujusce sententiam, & *poenitere nisi in voluntariis rebus non propriè dici, tametsi antiqiores verbo ipso alio qoqe modo usitati sint. Nec tamen idcircò ineptum hoc esse, sed festivissimum adeò & facetissimum qod Cicero dixit, sub hac eadem significatione, qa vulgò nota est. Nam cum adversarii & obtrectatores M. Coelii, qoniam erat pulchro corpore, formam ejus & faciem in suspiciones impudicitiæ accerserent, illudens,* inqit, *Cicero tam absurdam criminationem, qod formam qam natura fecerat, vitio darent; eodem ipso errore, qem illudebat, sciens usus est:* & non pœnitet, *inqit*, M. Cœlium non deformem esse natum: *ut vel hac ipsâ re, qod ita dicebat, exprobraret adversariis, ac per facetias ostentaret, facere eos ridiculum, qod proinde Coelio formam crimini darent, qasi arbitrium ejus fuisset, qali forma nasceretur.* Hæc pro Cicerone Gellius; qem tamen verbo illo minus propriè usum interdum & supra posita ostendunt, & liqet amplius ex eis *Philip. 1. Num hujusce, cum pro salute reipublica tanta gessisses, fortuna te, num amplitudinis, num charitatis, num gloria pœnitebat?* Siqidem rerum gestarum *pœnitere* propriè, fortunæ, charitatis, gloriæ, inde natæ propriè non poterat, cujus commatis est, & illud Maximi Tavrinensis *in increpat. de Calend. Jan. Vir virium suarum vigore mollito, totum se frangit in fœminam, tantoqe illud ambitu atqe arte agit, qasi pœniteat illum esse qod vir est.* Sed nec firmum satis argumentum illud, qo iram non esse naturalem contendit, *Tuscul. lib. 4. Si ira naturalis esset, qomodo qenqam pœniteret, qod fecisset per iram.* Siqidem tam corporis, qam & animi vires, cum à naturâ insitas habeamus, pro arbitrio nunc commodè, nunc incommodè utimur, à qo usu, prout placuit, vel displicuit, qod gestum est, dispicientibus, *pœnitentia* sæpenumero, nec id immeritò oboritur. Interim qod de *pœnitentia* ratione monent illi unanimes, verissimum est. Itaqe formam suam deflere Helena poterat, optareqe plane ne tam formosa vel edita fuisset, vel etiamnum videretur, verbis illis apud tragicum,

Εἴθ' ἐξαλειφθεῖσ' ὡς ἄγαλμ', αὖθις πάλιν
Αἰσχίον' εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λάβω.
Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι διὰ τὸ κάλλος εὐτυχεῖς
Γυναῖκες, ἡμᾶς δ' αὐτὸ τοῦτ' ἀπώλεσεν.
O si obliteratâ specie mi, statua velut,
Possem in deterius denuò diffingier.
Alias fœlices namqe qa facere solet
Mulieres, ipsa me eadem forma perdidit.

At *pœnitere*, qod tam venusta vel nata esset, vel nunc etiam, cum ea loqeretur, existeret, non poterat. *De vitio originali* gemina planè dici qeunt: Itaqe Scholastici, qos dicimus, statuunt, *de peccato originali displicentiam ac dolorem esse, contritionem,* propriè loqendo, *non esse.* Ita Thomas *supplem. q. 2. ar. 2.* & Alexander Alensis, *par. 4. q. 69. m 4.* Bonaventura *in sent. lib. 4. dist. 16. divis. 2. Qæst. 1.* Et e nostris etiam F. Marburius tract. *De pœnitent.* disertè negat, *de peccato originali pœnitere nos propriè posse dici. Lamentari ac deflere,* inqit, *conditionem ab eo nostram possumus:* qanqam ratio altera, qam subjungit, nevtiqam placet. *Non potest,* inqit, *pœnitere illius, qod est incorrigibile.* At verò utraqe ex parte labascit ratio ipsa. Neqe enim avt originale vitium est αἰώνιον prorsus καὶ ἀνήκεστον, qum gratiæ interventu opeqe, istic etiam ex parte sanetur: nec aliena est ab eis qoqe, qæ nullâ ratione corrigi possunt, pœnitentiæ ipsius ratio. Qid enim? *Inemendabilis est error,* inqit Valerius Maximus, *lib. 7. c. 2. qi Martis violentiâ committitur.* Ergo nulla futura est in bello admissorum pœnitentia? De præteritis qam passim avdias, apud exteros nostros? τὸ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι. *Qod factum est impossibile non esse factum.* Aristoteles *Ethic. l. 7. c. 2.*

Τὸ γὰρ γεγενημένον οὐκέτ' ἄρεκτον ἔσται.
Qod enim factum est, non item infectum erit.

Simonides apud Sophoclis Scholiasten, Ajace, & Suidam:

— — τὸ γὰρ
Φανθὲν τίς ἂν δύναιτ' ἀγένητον ποιεῖν.
— — *Nam qod*
Factum est id infectum fieri non potest.

Sophocles *Trachin. v. 752.* & Scholiastes ibi ex Pindaro. Τῶν δὲ πεπραγμένων ἀποίητον οὐδ' ἂν Χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος. *Nihil eorum qa facta sunt infectum tempus omnium pater potest facere operum finem,* qod contractiùs Evstathius *ad Odyss. Θ.* Τὸ πεπραγμένον οὐκ ἔστιν ἀποίητον γενέσθαι, ὡς που γνωματεύει καὶ Πίνδαρος. *Qod factum est, non potest fieri infectum, ut alibi sententiam profert Pindarus.* Lucianus *de Hist. scribend. pag. 629.* Ἀλλ' εἴρηται, τὰ μὲν πραχθέντα οὐδὲ Κλωθὼ ἂν ἐπανακλώσειεν, οὐδ' Ἄτροπος μεταστρέψειεν. *At puto, qa facta sunt, neqe Clotho revolvat denuo, neqe Atropos immutet.* Libanius *Orat. 28.* Ἀναλῦσαι τὰ πεπραγμένα, καὶ ποιῆσαι μὴ γεγενῆσθαι οὐδὲ θεῶν τῶν ἄλλων δύναμις. *Destruere qa facta sunt, & face-*

re ut non sint facta neqe deorum aliqis poterit. Agatho.

> Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ Θεὸς στερίσκεται.
> Ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.
> *Una hac potestas desit ipsi etiam Deo,*
> *Infecta facere, facta qa jam sunt prius.*

τὸ γὰρ γεγενημένον οὐδὲ Θεῷ δυνατόν ἐστι ποιῆσαι ἀγένητον. *Qod factum est neqe Deo possibile est ut non sit factum facere.* Plutarchus ad Apollon. Plautus *Aulul.* 4. 10.

> *Qod factum est, fieri infectum non potest.*

Plinius *Hist. Nat. l.* 2. *c.* 7. *Ne Deum qidem posse omnia: nec facere posse, ut qi vixerit, non vixerit: nullumqe habere in præterita jus, præterqam oblivionis.* Flaccus *carm. l.* 3. *od.* 29.

> — *cras vel atrâ*
> *Nube polum pater occupato,*
> *Vel sole puro; non tamen irritum,*
> *Qodcumqe retro est, efficiet, neqe*
> *Diffinget, infectumqe reddet,*
> *Qod fugiens semel hora vexit.*

Basilius Cæsariensis *Epist.* 264. Τίς γὰρ γένοιτο μηχανὴ, μὴ γεγενῆσθαι τὰ πεπραγμένα. ὁ Θεὸς τὴν πορνεύσασαν οὐ δύναται ποιῆσαι τὸ μὴ γεγενῆσθαι πόρνην. ὅτι οὐ, τὸ ψεῦδος δύναται ἀληθὲς ποιῆσαι. *Qo modo enim fieri posset, ut, qa facta sunt, facta non sint. Deus non potest facere, ut, qa scortata est, scortum non fuerit: qia mendacium non potest facere.* Cyrillus ad *Calosyr. c.* 13. Augustin. *contr. Faust. lib.* 26. *c.* 5. *Qisqis ita dicit, si omnipotens est Deus, faciat, ut qa facta sunt, facta non fuerint; non videt hoc se dicere, si omnipotens est, faciat, ut ea qa vera sunt, eo ipso qo vera sunt, falsa sint.* Itaqe ut Bernardus *de considerat. l.* 5. *Qod factum est, factum non esse non potest.* Qid? ergo, de præteritis nulla subierit pœnitentia, cum nisi de præteritis nulla sit pœnitentia? cum hoc ipsum pœnitentiæ sit peculiare, infecta velle, qæ jam facta sunt, etiamsi id planè ἀμήχανον sit? Itaqe de Dario post Charidemum ipsius jussu è medio sublatum, Diodorus *l.* 17. *c.* 30. Ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτίκα τοῦ θυμοῦ τὴν ψυχὴν, εὐθὺς μετενόησε, καὶ κατεμέμφετο ἑαυτὸν ὡς τὰ μέγιστα ἡμαρτηκότα. ἀλλ' οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν τὸ γεγονὸς διὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ἀγένητον κατασκευάσαι. *Regem ubi ira jam remiserat, pœnituit, seqe errati gravissimi admissi damnabat: ac ut qod factum fuerat, potestate qa pollebat regia infectum redderet, fieri non poterat.* Verum, uti Philosophus Ethic. *l.* 3. *c.* 2. Βούλησις ἐστὶ καὶ τῶν ἀδυνάτων. *Volunt homines etiam ea qa fieri neqeunt.* Qem autem seriò pœnitet, *Infectum esse volet*, qod fecit, uti ex Flacco mox videbitur. Imò qo modo Solon, referente ex Dioscoridis *Commentariis* Laertio, de luctu in filii obitu vano ac frustaneo cum redargueretur, ὅτι οὐδὲν ἀνύτει, *neqe enim lugendo qicqam proficere*; respondit, Δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο δακρύω, ὅτι οὐδὲν ἀνύτω, *hoc ipsum lugere se, qod lugendo nihil proficiat.* Ita à pœnitendo si qem revocare velis, eâ ratione usus, qâ ille apud tragicum in *Ajace*,

> Τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις;
> Οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν.
> *Qorsum dolere de peractis attinet?*
> *Sic namqe qin sese habeant, jam fieri neqit.*

responderit ille forsan, hoc ipsum esse, qare pœniteat vehementiùs, qia peracta jam revocari, atqe in integrum restitui non possint. Sicut enim Seneca *Epist.* 98. *Habere eripitur, habuisse nunqam.* ita, peccare cessat, peccasse nunqam, atqe hac ratione Nasoni dictum *Pont. l.* 1. *eleg.* 2.

> — *culpa perennis erit.*

qia scilicet

> *Ne non peccarim, mors qoqe non faciet.*

Nam etsi facere in tempere tuo, sed fecisse in sempiternum manet. In æternum ergò necesse est cruciet, qod perperam egisse qis in æternum meminerit. Bernardus *de consid. l.* 5. adjicere licet. & qod in æternum non egisse voluerit; sed frustra. Eo utiqe gravior est apud inferos positis pœnitentia, qia vana ea & inefficax prorsus. Qænam enim esse potest, vel pœna acrior, vel pœnitentia acerbior, qam, uti idem *ibidem*, *semper velle qod nunqam erit, semper nolle qod nunqam non erit.*

Sextò itaqe, non est propriè *nisi in spontaneè admissis pœnitentia.* Nemo sagittarius pœnitere se dicet, qod signum propositum non attigerit: pœnitere dicet, qod non consultius miserit, qod arcum non validius adduxerit, nervum non accuratius strinxerit. De tesserarum ludo qod supra diximus, horsum etiam trahi non incommodè potuerit, siqidem Plutarchus ibi laudatus, non τὸ βαλεῖν ἁπλῶς οὐκ ἐφ' ἡμῖν, *jacere* simpliciter *in nobis situm esse* negavit, sed τὸ βαλεῖν τὰ προσφορα, *ea jacere, qa in rem nostram sint.* Jacere, vel non jacere simpliciter, est in potestate nostrâ. Itaqe jactus, sive jecisse simpliciter, sicut & ludo immiscuisse se, potest pœnitere: at Venerem Caniculamve jacere non est. Proinde hujus vel illius jactæ, sive à jactu exilientis, pœnitere κυρίως non dicitur. In vitæ communis negotiis pariter se habet. Lamechum senem, cum oculis captus, venatui tamen addictus esset, Tubal-caino, sive Vulcano, filio ductore ac directore usum, fabulantur doctores Judæi, inter qos Jairus, Cainum atavum in vepreto delitescentem, qem ex motu feram puer opinabatur, sagittâ missâ imprudentem confecisse: qod ubi factum resciverat, manus eo cum impetu invicem complosisse, ut filium tenellum propiùs, qam suspicabatur, adstantem, inscius itidem interemerit: hos autem duos esse, virum illum, puerum istum, qos trucidasse se ajat. Genes. 4. 23. Nec dispar fabula de Cephalo illa, qam narrant Hyginus *fab.* 189. & Naso *fabul. l.* 7. Procrin conjugem, cum zelotypiâ percita, virum in saltus venatum profectum, clam fuisset prosecuta, inter virgulta latitantem, feram ratum, illam pari modo confixisse. Jam dato, ista prout narrantur, contigisse: manuum inconsultè complosarum alterum, teli temerè missi utrumqe, cædis insecutæ neutrum, etiamsi qam acerrimè dolere potuerit, *pœnituisse* dici poterit, si propriè strictèqe loqi libuerit. Proinde minus propria est illa ex Alexandri personâ dictio Curtiana lib. 4. cap. 13. *Malo me fortunæ pœniteat, qam victoria pudeat.* Nisi qod Latini in *dolendi* notione laxius sumptâ *pœnitendi* verbum qandoqe usurpent: prout in aliis itidem monuimus. Pœnituit Alexandrum per ebrietatem & iram occisi Cliti: (*vix à se manus abstinuit*, inqit Cicero *Tuscul. l.* 4. *Tanta vis fuit pœnitendi*: qod Synesius *Epist.* 243. οὐκ ἰσχυρὸν μετάνοια) at non Herculem *pœnituisse* dices interfectæ per furorem Megaræ. Ajacis furiose nimis acti Pantomimum, de qo Lucianus supra, *pœnituit*, idqe tam vehementer, ut à tristitiâ eâ morbum prope letalem contraxerit: at Ajacem qem is egerat, in tantum piguit qidem puduitqe rerum per furorem gestarum, ut lucem conspectumqe amplius sustinere impotens, necem ipse consciverit sibi; qem tamen aut furoris ipsius, aut per furorem gestorum *pœnituisse* qi dixerit, vix qenqam reperias.

Septimò, nec in qibusqe *actibus* etiam *spontaneis pœnitentia* hæc ostenditur. Neqe enim in eis, *qa nullius nobis momenti* videntur, hoc an illo modo fiant, hunc an illum eventum sortita sint: sed in eis, qæ ita animum afficiunt, ita facta displicent, ut infecta esse omnino qis velit: qo modo Ino (sic enim Ἰνοῦς, non Οἰνοῦς, apud Plutarchum *de tard. num. vindict. pag.* 556. *A.* legendum) in tragœdiâ,

> Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους
> Ἀθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγμένων
> Δράσασα μηδέν;
> *Qonam modo, cara mulieres, denuò*
> *Athamantis ædes incolam, qa sunt retrò*
> *Factis infectis?* ——

Et qod de scelestis qibusvis subdit Plutarchus; Ταῦτ' εἰκός ἐστι τῶν πονηρῶν ἑκάστου τὴν ψυχὴν ἀναπολεῖν ἐν αὑτῇ, καὶ διαλογίζεσθαι, πῶς ἂν ἐκβαλοῦσα τὴν μνήμην τῶν ἀδικημάτων, καὶ τὸ συνειδὸς ἐξ ἑαυτῆς ἐκβαλοῦσα, καθαρὰ γενομένη, βίον ἄλλον ἐξ ἀρχῆς βιώσειεν. *Nonne hoc modo etiam qavis improba anima secum versat atqe rationes init, qomodo excussa delictorum memoria, ejectaqe conscientia, puritatem nacta aliam alio ab initio vitam posset vivere?* Flaccus lib. 1. Ep. 2.

> —— *qi non moderabitur iræ;*
> *Infectum volet esse, dolor qod suaserit & mens.*

sive,

five ; ut Muretus *var. lect. l.* 18. *c.* 3. legi mavult, *amens* : qin feqitur,

Ira furor brevis est. ——

h. e. de eo, qod fecerit, pœnitebit ipfum. Qo loco etiam obfervare licuerit, dolorem pro irâ ufurpari; ficut contra Hebræis כעס qod *iram*, five *indignationem* propriè fignificat, uti patet ex dicto apud eos vulgatiffimo illo, בכיס בכוס בכעס *in crumenâ, in calice, in irâ*, mores cujufqe maximè dignofci; at pro *dolore, moestitiâ, luctu* qandoqe ufurpari: ut Ecclef. 7. 3. & Prov. 17. 25.

Deniqe tam *de omiffo*, qam *de admiffo poenitentia* eft: qod Avfonianâ imagine illâ iodicatur, qa occafionem elapfam pœnitentia ftatim infecuta piog tur. Eaqe effe dicitur, qæ *tam non facti, qam facti, poenas exigit.* Qo modo & ἐπὶ τῷ παρέργῳ χρησίμῳ τινὶ ἐπιλήψει, μετάνοιαν definiiffe Marcum monuimus.

Nec citra exceptionem itaqe admittendum qod Menandro tribuitur, illud,

Ἅπαντα μεταμέλειαν ἀνθρώποις φέρει.
Μονὴ σιωπὴ μεταμέλειαν οὐ φέρει.
Rei nullius non est poenitentia:
Immune conftat folum ab hac filentium.

Cui concinit & Simonidis de fe profeffio, ὅτι λαλήσας μὲν πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δ' οὐδέποτε. Plutarchus *de garrul.* five ut Stobæus, *tom.* 2. *tit.* 33. & Antonius *Meliffa lib.* 1. *cap.* 73. Μὲδ' ὅτι μὲν αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις. *Sermonis fæpe poenituiffe; filentii nunqam.* Et qod tanqam Plutarchi, Antonius idem *ibidem* exhibet, Σιωπήσας μὲν, οὐδεὶς μετενόησε. λαλήσαντες δὲ, παμπληθεῖς. *Silentii neminem unqam poenituiffe; at fermonis qam plurimos.* Sicut nec illud, five Avfonii, qod Avfonio Popmæ placet; five Dionyfii Catonis, qod Jofephus Scaliger mavult, nifi εἰς ἐπὶ τὸ πολὺ, concedendum,

Nam nulli tacuiffe nocet; nocet effe locutum.

Tam enim tacuiffe, qam & locutum nocuit: tamqe *Amyclas evertere filentia*, ut Silius *Bel. Punic. l.* qam *Athenas* fub Syllâ, qod Plutarchus refert, *peffundedit garrulitas.* unde ortum proverbium, Τὰς Ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή. & Lucilius, *Mihi neceffe eft loqi: nam fcio Amyclas tacendo periiffe.* Videatur Servius ad illud *Æneid. l.* 10.

—— *& tacitis regnavit Amyclis.*

Periere fcilicet ab hoftibus inopinato occupati & oppreffi, dum turmas adventantes indicare nemo, vel avfus eft, vel volebat. Certè qos fpeculatores populo fuo Deus præfecit, *in magno funt, non periculo, fed exitio conftituti*, ut Avguftinus *Homil.* 28. *fi tacuerint.* Utpote qorum *filentium, aliis in damnum, ipfis in damnationem, cefforum fit*, ut Bernardus in *Serm. folenn.* 99. Videantur Jerem. cap. 1. verf. 17. Ezek. cap. 2. verf. 18. & cap. 33. verf. 2 —— 9. & Ambrof. *Epift.* 29. Æthra apud Evripidem *Supplicibus*,

Οὔτοι σιωπήσ', εἶτα μέμψομαί ποτε
Τὴν νῦν σιωπὴν, ὡς ἐσιγήθη κακῶς.
Ego igitur havd filebo, ne me in pofterum
Taciturnitatis pigeat & pudeat mea.

Celebre admodum eft Catonis illud ex *Origin. l.* 1. qod in *Orat. pro Plancio* pofuit Cicero, *Clarorum virorum atqe magnorum, non minus otii, qam negotii rationem extare oportere.* Qod Columella *rei ruftic. l.* 2. *c.* 22. latius etiam extulit, & ad omnes in univerfum, havd fruftrâ, extendit; *Tam otii qam negotii rationem reddere majores confuerunt.* Itaqe Symmachus, Patri, *l.* 1. *Ep.* 1. *Libet, non minus otii, qam negotii praftare rationem.* Et Attico Cicero *l.* 5. *Ep.* 20. *Ut habeam rationem, non modo negotii, verum etiam otii tui.* Sane tam otii qam negotii; tam *filentii* qam & *fermonis* ratio, ad tribunal cœlefte eft aliqando reddenda: tamqe *omiffum* in utroqe officium, qam adverfus id qod oportuit *admiffum* qodcunqe, difcrimen damnumqe etiam capitale creabit. ut de utroqe meritò *pœnitere* & poffit & debeat.

Sed & tam *de animi*, qam *de corporis*, *de interius actibus*, qam de *exterius pœnitentia* eft. Proin Petrum Magum monet Petrus Apoftolus, etiam male cogitati pœnitentiam agat. Act. 8. 20. Optime Tertull. de *pœnit. c.* 3. *Non minor alteri, qam utriqe parti, fiqid deliqerit, pœnitentia neceffitas impendet: communis reatus amborum eft, communis & judex, Deus fcilicet: communis igitur & pœnitentia medela. Nec facti folum, verum & voluntatis delicta, pœnitentiâ purganda funt, mediocritas humana facti folum judicat, qia voluntatis latebris par non eft. Deus in omnia fufficit. nihil à confpectu ejus remotum, unde omnino delinqitur, qia non ignorat, nec omittit qo minus in judicium decernat, diffimulator & prævaricator perfpicacia fua non eft. Qid, qod voluntas facti origo eft? Videsint enim, fi qa cafui, avt neceffitati, avt ignorantia deputantur; qibus exceptis, non nifi voluntate delinqitur. qa ne tunc qidem liberatur, cum aliqa difficultas perpetrationem ejus intercepit. Ipfa enim fibi imputatur, nec excufari poterit per illam perficiendi infœlicitatem, operata qod fuum fuerat. Omnibus ergo delictis, fev carne, fev fpiritu, fev facto, fev voluntate commiffis, qi pœnam per judicium deftinavit, idem & veniam per pœnitentiam fpopondit.* Hæc ille, qibus ifta clavdemus.

CAPUT XXXI.

Μετανοεῖν ἀπὸ τῆς κακίας, &, μετάνοια εἰς τὸν Θεὸν, qâ ratione dicatur. Beza à Bellarmino fine cavffâ reprehenfus. Pœnitentiam agere *fcriptoribus avi medii Latinis qid velit. μετανοῆσαι ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ qid proprie defignet.* Lamentari poft Jovam, *qid.* Qid, fievit difcedere, *Maroni, à Linacro in hoc difceffum; à Junio in illo. Syllepfi qadam notiones plures voce unicâ comprehendi. Strictius agere, qi motum ad locum connotari.* Defleruit *Perfio qid. Explicata hinc varia Scriptura loca,* 1 *Cor.* 5. 2. 2 *Tim.* 2. 26. *de qo Lesfildi argmta rejecta. εὖσαι, διασεῦσαι, σωθῆναι, & διασωθῆναι, fcriptoribus facris exterifqe qomodo ufurpentur.* 2 *Tim.* 2. 18. *à plerifqe minùs accurate redditum. Sophocles inde à Scholiafte, ἐπιτροπεία Platoni in eadem fyntaxi, qâ μετάνοια Luca. Syllepfis eadem Gen.* 12. 15. *&* 15. 10. *&* 18. 12. *&* 27. 20. 2 *Reg.* 2. 18, 22. 4 *Reg.* 9. 28. *Hymn.* 63. 9. *&* 68. 19. *&* 89. 44. *Efaj.* 1. 4. *&* 14. 12. *&* 38. 17. *Jer.* 41. 16. *Matth.* 4, 5. 8. *Marc.* 3. 3. *Luc.* 12. 17. *Cui partlis Hefiodi locus. τὸ λαμβάνειν ufus minus obfervatus. Pietatis opera qæftui effe. de Act.* 7. 9. *&* 17. 30, 31. *à viris doctis difceffum. emploce utrobiqe. qalis & Matth.* 2, 4. *& ea qanam.*

MEτανοεῖν ἀπὸ τῆς κακίας, i. e. *pœnitere à pravitate*, a Petro apud Lucam, Act. cap. 8. v. 22. monuimus dictum, pro eo qod eft τῷ μετανοεῖν, ἢ τῷ μετανοήσαντα, ἀποστρέφειν, vel ἀποστρέφεσθαι ἀπὸ τῆς κακίας, *pœnitendo à pravitate averti*, ibid. c. 3. v. 26. fed & Joanni pariter in eandem mentem μετανοεῖν ἐκ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν, Apoc. c. 9. v. 20. pro eo qod eft *à perperam prius perpetratis pœnitentem recedere.* Nec fecius, τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν, *pœnitentiam ad Deum*, Act. cap. 20. v. 21. ἀντὶ μετανοίας, ἣ πᾶς τις καθ' ἣν τις ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐπιστρέφεται. pro *pœnitentiâ, qâ ad Deum qis revertitur.* Ibid. c. 3. v. 19. & c. 14. v. 15. & c. 26. v. 20.

Proinde nihil erat, qod tam acriter Bezam perftringeret Bellarminus *de pœnit. l.* 1. *c.* 7. qod verba Evangelitæ illa Matth. 11. v. 21. ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν *abfurde* (fic ille) *reddiderit, cum facco & cinere fedentes refipuiffent. Qid enim eft*, inqit, *in cilicio & cinere fedendo refipifcere?* Certe *refipifcentia* fi propriè accipiatur, *faccum & cinerem* præcedit: nemo enim faccum induit, & in cinere fedet, nifi anteà refipuerit. Vult itaqe verti, *in cilicio & cinere, pœnitentiam egiffent.* Atqi μετανοεῖν qin id fignificet, qod Beza dixit, negari non poteft. Nec valet qicqam, qod luctus infignia & indicia illa refipifcentia ea antevertat. actus enim gemini certè loco illo voce unâ defignantur: & *mentis immutatio*, & *in cinere cum cilicio feffio*, qæ mentem proderet immutatam: fed nec fi vulgatâ admiffâ verfione legerimus, *in cilicio & cinere pœnitentiam egiffent. pœnitentiam agere*, qum τῷ μετανοεῖν refpondere debeat, aliud qam *pœnitere* fignificaret, qo modo

do apud medii ævi Latinos scriptores formulam illam usurpari in prægressis ostendimus. neqe enim *cruciassent se*, aut *vindictam à semet cepetissent*, qod Jesuita eo vocabulo vult denotatum, commode satis reddi poterat. Siqidem etiamsi *pœnitentia* nomen *pœnam molestiamqe animi de re perperam gestâ sibi displicentis*, manifesto præferat, at *pœnitere* tamen, sive *pœnitentiam agere*, pro *pœnam*, vel *vindictam de se sumere*; nusqam positum reperitur: mihi optio si detur, missâ utrâqe, sic verterem, *Mente mutata in cilicio & cinere consedissent.*

His non absimilis est phrasis illa Reg. l. 1. cap. 7. v. 2. *Lamentabatur domus Israël post Jovam.* De Virgiliano illo, *Eclog.* 3.

—— nam me discedere flevit,

observat Thomas Linacer noster Grammaticus sanè acutissimus, & accuratissimus, *de Emendat. structur. l.* 4. *c.* 4. *Verba per Metalepsin sæpe constructionem mutare*: ut sit *flevit* pro *doluit*. Verum hoc istic non satisfacit: Omnino enim *flevisse* poeta voluit: itaqe est *Ellipsis*, vel *Syllepsis* potius qam *Metalepsis*. *Flevit discedere*: i. e. *flevit dolens discedere me*. Sic, *lamentabantur post Deum*; i. e. *lamentabantur Deum seqitendo*: vel, *lamentantes Jovam qæsitum ibant*: ita malim, qam cum Junio, *lamentantes Jehovam inclamabant*. Inde colligimus verbo uno eodemqe actus, sive notiones plures sæpenumerò comprehendi. arctè siqidem nimis constringunt, qi ajunt; *Verbis qibusqe præter significatum proprium motum à loco in locum connotari*. Tale est de Ennio Persianum illud, *Sat.* 6. *v.* 10.

—— postqam destertuit esse
Mæonides.

h. e. postqam stertere, sive dormire, & inter dormiendum somniando, Homerus esse videri destitit.

Pertinet huc formula illa ad Corinth. Epist. 1. c. 5. v. 2. Ὑμεῖς οὐχὶ ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. *Vos non luxistis*, (h. e. lugentes, sive cum luctu, operam dare ivistis, id procurastis) *ut è medio vestri tolleretur, qi rem istam perpetravit.* Sed & illud ad Tim. Ep. 2. c. 2. v. 26. Καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος. *Et resipiscant ex Diaboli laqeo.* i. resipiscentes è diaboli laqeo expediant sese. Et qod præcesserat ibidem vers. 25. Ἐν πρᾳότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν. *Cum lenitate erudientem eos, qi adverso animo sunt affecti, num aliqando Deus illis resipiscentiam, sive mentem meliorem, sit daturus.* h. e. ut Beza, experturus, sive periculum faciendo. qam Ellipsin an Syllepsin D. Joannes Leyfildus ὁ μακαρίτης non advertens, ad participium prægressum illud μήποτε referebat, ut sensus foret, *Eos qi adverso ad hos sunt animo affecti, ne Deus ipsis mentem det meliorem*, qod à mente Apostoli, opinor, longè abit. Illa itidem Act. c. 2. v. 40. Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης. *Servamini*, sive *servate vos* (recedendo scilicet vel separando vos) *à generatione pravâ istâ.* cui affine illud, ἐκ μάχης, ἐκ πολέμου σώζεσθαι. Plato. πῶς ἐσώθης ἐκ τῆς μάχης; *qomodo è pugnâ incolumis evasisti?* Herodian. *l.* 7. Οἵτινες ἐσώθησαν ἐκ τῆς μάχης. & Flavius in *vitâ suâ*: τοὺς διασωθέντας ἐκ τῆς μάχης. *qi è pugnâ salvi & incolumes reversi*, vel *reducti sunt*. Et Diodorus Siculus, *lib.* 19. *cap.* 57. Τοὺς ἐκ τῆς τροπῆς διασωθέντας ἀνέλαβε. *à fugâ qi servati sunt* (i. e. incolumes evaserant) *recepit*. Jerem. cap. 30. vers. 10. *Servabo te à longinqo, & semen tuum è terrâ captivitatis ipsius*, Græcus. Ἐγὼ σώζω σε ἐκ γῆς μακρόθεν, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν. pro eo qod est, *servabo eos reducendo è terrâ*, &c. Sic Act. cap. 23. vers. 24. Κτήνη τε παραστῆσαι, ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον, διασώσωσι πρὸς Φήλικα. *Et jumenta prabeant, qibus Paulum impositum ad Felicem conservent*: i. e. *salvum incolumemqe perducant*. uti rectè, cum vetus interpres, tum & recentiores reddiderunt. qo modo & illud verti debuerat Pauli ad Timotheum, Epist. 2. cap. 4. vers. 18. Καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον. *Salvumqe perducet me ad regnum suum cæleste.* Neqe enim clarè plenèqe satis aut Vetus, *salvum faciet*; aut Tigurinus, *servabit, in regnum suum cæleste*, sive, *regno suo cælesti*, ut Beza & Piscator; aut Castalio etiam, *ad regnum suum cæleste conservabit*. Sic deniqe Act. cap. 27. vers. 44. Οὕτως ἐγένετο πάντας διασωθῆναι εἰς τὴν γῆν. *Ita factum est, ut omnes ad terram servarentur*: i. salvi evaderent, terram incolumes pertingerent. Nec aliter exteri. Sic enim Herodotus lib. Σωθέντος ἐμοῦ ὀπίσω εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐμόν. *ubi domum meam servatus fuero*: i. salvus rediero. Plato Gorg. Ἐὰν ἐξ Αἰγίνης δεῦρο σώσῃ. *Si ab Æginâ huc salvum perduxerit.* Apud Sophoclem Philoctetes,

—— ἀλλ' εἴ σε θεῖλ σῶσαι μ' ἐς οἶκον ——

Ubi Schol. ἀποσῶσαι εἰς τὴν πατρίδα. *in patriam bene evehere.* Verùm amplius est qod verba volunt:

Incolumem nemo vehere vult istinc domum.

sive,

Servare nemo me vehendo vult domum.

qod postea pleniùs extulit verbis illis:

Ἀλλ' εἴ με σῶσον εἰς δόμους σοὺς μ' ἄγων.

Ad ædes tu me serva ducendo tuas.

Isocrates in *Evagora*. Διαφυγὼν δὲ τὸν κίνδυνον, καὶ σωθεὶς εἰς Σόλους. *Cum periculum effugisset, Solosqe esset servatus*: i. incolumis pervenisset. Thucydid. *l.* 1. Ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν πορευόμενοι διὰ τῆς Λιβύης ἐς Κυρήνην ἐσώθησαν. *E multis pauci per Libyam profecti in Cyrenem servati sunt.* i. salvi evaserunt. Diodorus Siculus ubi supra. Οὐκ ἀδυνατῶν εἰς Συρακούσας διασωθῆναι. *Cum Syracusas usqe servari* (i. Syracusas profectus ibi incolumis esse) *posset*. Laertius Platon. Γράψας ἐπιστολὴν πρὸς Διονύσιον, παρῃτήσατο, καὶ διέσωσεν εἰς Ἀθήνας. *Scriptâ ad Dionysium Epistolâ, exoravit eum, Platonemqe Athenas servavit*. i. ut Athenas incolumis perveniret, effecit. Plutarchus *de Socrat. genio*. Φιλόλαος μὲν εἰς Λευκανοὺς φυγὼν, ἐκεῖθεν ἐσώθη πρὸς τοὺς ἄλλους φίλους. *Philolaus qidem ad Lucanos fugiens; inde ad reliqos amicos suos servatus est*. i. salvus pervenit. Galenus de affect. dignosc. & curand. c. Ἐκείνους μὲν οὖν ἡμεῖς διεσώσαμεν εἰς τὰς Ἀθήνας. *Illos itaqe nos Athenas servavimus*. i. salvos perduximus. Procopius *Bell. Gothic. lib.* 4. Οἱ δὲ λοιποὶ φεύγοντες. — εἰς τὰς ναῦς διεσώθησαν. *Reliqi fugâ sibi consulentes, — ad naves servati sunt*. i. salvi atqe incolumes pervenerunt. Julianus de Cynismo *Orat.* 1. Καίτοι καὶ οἱ νόμοι τούτοις δεδώκασι τὴν ἐλευθερίαν σωθεῖσι καὶ οἴκαδε. *Qamqam & leges his libertatem largiuntur, ubi domum servati sint*. i. salvi pervenerint. Nec dispar nominis σωτηρία Syntaxis apud Platonem, *Epist.* 3. Ταῦτα μὲν οὕτως ἔχοντα, τῆς ἡμῶν εἰς Συρακούσας ἀποδημίας πέρι τῆς προτέρας, καὶ τῆς πάλιν οἴκαδε σωτηρίας. *Hæc ita se habent, de primo meo ad Syracusas accessu, & de domum rursus incolumitate*. h. e. reditu incolumi. Qod est geminum planè illi Apostolico τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν. Qin & apud Hebræos non minus freqentes, vel etiam crebriores sunt locutiones istiusmodi. Hujus enim ejusdem νόμου [illegible] sunt illa Genes. 18. 6. ubi Abraham Saræ, מהרי *festina tria sata*. i. e. cum festinatione apparato uti v. 7. dicitur, *festinavit apparare*. Et c. 38. v. 9. *Corrumpebat semen suum in terram*. Dejiciendo scilicet. Hymn. 89. v. 44. *prophanasti* (dejiciendo scilicet) *coronam ejus in terram*. 2 Reg. 2. 22. *Qare percuterem te ad terram?* i. percutiendo in terram dejicerem, terræ illiderem? Et c. 18. v. 11. *Cur non percussisti eum* (percutiendo dejecisti) *in terram?* Qibus geminum est illud Herodoti *l.* 9. Ἁρπάζει μέσον καὶ ἐξάειρε, παίει ἐς τὴν γῆν. *Corripuit medium, & ubi sustulerat, percussit ad terram*. i. e. percutiendo dejecit ad terram, sive dejiciendo ad terram elisit. Id qod alibi *l.* 4. Προσούδισε dixit: sic Esaj. 14. 12. de Rege Babylonio, *Qomodo excisus es ad terram?* i. e. *excisus & ad terram* dejectus: ut rectè Junius. Hymn. 63. 9. דבקה Græci. Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. *Adhæret anima mea post te*, i. e. continenter seqitur, indivulsè assectatur te. Et Jerem. 42. 16. *Gladius asseqetur vos in Ægypto; & fames adherescet vobis* (i. e. indesinenter, sive inseparabiliter perseqetur vos) *in Ægyptum*. Contra Esaj. 1. 4. *Abenati sunt retrorsum*. i. e. ut rectè Junius, *Abenaverunt se recedentes retrorsum*. Et c. 38. v. 17. *Dilectione prosecutus es animam meam à foveâ*. h. e. amore prosecutus à foveâ reduxisti. Qo modo David Hymn. 30. 4. *Eduxisti è sepulcro animam meam*. Gen. 12. 15. *Et capta* (i. e. capta perducta est) *mulier in domum Pharaonis*: (prout Ester 2. 16. *Et assumpta est* (i. assumpta de-

delata est) *Ester in ædes regias.*) Et c. 15. v. 9. *Sume mihi* (i. sumptam afferto & offerto mihi) *vitulam trimum.* &c. Et c. 27. v. 9. *Curre ad gregem, & sume mihi hædos duos,* i. e. *sumptos afferas.* Et c. 43. v. 4. *Et accepit fercula* (i. e. accepta mittebat) *ad eos.* Exod. 18. 12. *Et accepit victimas Deo.* i. e. acceptas obtulit. Et c. 27. v. 20. *Accipiant ad te oleum.* i. e. acceptum ad te afferant. Hymn. 68. 19. *Accepisti dona hominibus,* i. e. accepta dedisti. Sic enim Apostolus ad Ephes. 4. 8. Ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. at LXX. ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. 4 Reg. 9. 28. de Achaziâ interfecto dicitur: *Currus imposuerunt eum* (i. e. curru
B
impositum devexerunt) *Hierosolymam.* Sic Matth. 4. 5. Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν. *Assumpsit eum* (i. assumptum transtulit) *in civitatem sanctam.* Et v. 8. Παραλαμβάνει αὐτὸν εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν. *Assumpsit eum* (i. assumptum transtulit) *in montem excelsum.* Marc. 3. 3. Ἔγειραι εἰς μέσον. *Exurge in medium.* i. e. exurgendo in medium prodi. Sic Demosthenes *Olynth.* 1. Ὑμεῖς δ᾽ οὕτω πῶς ἀπὸ τῶν πραγμάτων λαμβάνετε εἰς ἑορτάς. *Vos rebus neglectis accipitis* (i. e. accepta, collecta, contributa impenditis) *in festivas solennitates.* Ubi observes licet,
C
qod Lexicographos fugit, τὸ λαμβάνειν eodem sensu usurpatum Græcis, qo *sumo* Latinis. Plavt. *Milit.* 3. 1.

In malâ uxore atqe inimico, si qid sumas, sumptus est:
In bono hospite, atqe amica, qæstus est, qod sumitur:
Et, qod in divinis rebus sumas, sapienti lucrum est.

Ita τὸ λαμβάνειν, & *qæstum facere,* sive *acqirere,* (unde λῆμμα *qæstus* qod alibi monuimus) &, *sumptum facere,* sive *impendere* ac *insumere,* etiam qandoqe designat, utriusqe saltem notionem ex usu in se gerit. Comici dicto affi-
D
ne est, qod Apost. 1 Tim. 6. 6. ubi *pietatem qæstum,* & insignem qidem prædicit. Apud Luc. 12. 17. locuples ille; Οὐκ ἔχω, ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου. *Non habeo, ubi cogam fructus meos,* i. coactos recondam. Et v. 18. Συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γενήματά μου, Et disertissimè Hesiodus oper. & dier. l. 2.

— τότε πάντας ἀποδρέπειν οἴκαδε βότρυς.
Tunc omnes domum, sive, in ædes, decerpito racemos.

i. e. τέμνων κόμιζε εἰς τὸν οἶκόν σου. Proculus & Moschopulus *decerptos domum feras.* Sic Act. 7. 9. Τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο
E
εἰς Αἴγυπτον. *Josephum vendiderunt in Ægyptum. abducendum* scilicet inqit Theodorus Beza. nec dissentit Isaacus Casavbonus. *hac est,* inqit, *servorum venditio ἐπ᾽ ἐξαγωγῇ, quum eâ lege venduntur mancipia, ut in longinqas terras deportentur.* Sic Homer. *Odyss.* σ. v. 366.

Τὴν μὲν ἔπειτα Σάμηνδ᾽ ἔδοσαν. —
Hanc qidem postea in Samum nuptum dederunt.

ibid. ρ. v. 442.

Αὐτὰρ ἐμ᾽ εἰς Κύπρον ξείνῳ δόσαν ἀντιάσαντι.
At me in Cyprum deferendum hospiti dederunt occurrenti.
F

Verum aliqid hic aliud subesse videtur. Neqe enim sub eâ lege vendiderunt fratrem suum illi, ut in Ægyptum deportaretur: avt qicqam illis curæ fuit, in Ægyptum ne, an in patriam suam, Ismaelitæ illi Josephum jam coemptum abducerent. Sed vendebant illi simpliciter fratrem suum, qi eâ occasione in Ægyptum perductus est, dum qi eum ab ipsis emerant, merces suas distracturi, eò proficiscuntur. Ergò, *Vendiderunt Josephum in Ægyptum;* brevitate in sacro codice havd infreqenti; pro eo qod est: vendiderunt
G
Josephum, qi occasione eâ in Ægyptum perductus est. Subest enim ἐμφατικὴ qædam, qâ aximota duo in resolutione distingvenda, sibi invicem qodammodo implicantur. Sic Malach. 2. 4. *Et cognoscetis me misisse ad vos mandatum istud, ut pactum meum cum Levi consisteret.* h. e. cognoscetis me misisse ad vos mandatum istud; (ubi nimirum violati pœnas lueritis) ideo avtem miseram, ut pactum meum (vobis scilicet resipiscentibus) cum Levi olim initum consisteret. Neqe enim hoc cognituri erant, *ut consisteret pactum hoc;* sed ideò missum est, qo posset constare, si violati illos pœnituisset. Sic Act. 17. 30, 31. *Deus igitur, qi ignorantiæ tempora insuper habuerat, nunc omnibus ubiqe hominibus denunciat, ut resipiscant. Eo qod diem constituit, qo est orbem terrarum juste judicaturus.* h. e. omnibus ubiqe nunc
A
dierum (perperam enim capiunt, qi *nunc* illud ad *resipiscendi* verbum referunt, qasi citra dilationem pœnitendum innueretur) denunciat, ut resipiscant: ideò avtem eis, qibus hoc denunciatur, resipiscendi incumbit necessitas, ni in æternum perire velint, qia dies est à Deo designatus, qo mortales omnes judicandi sunt. Verba avtem illa, Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεός, verto ut supra, *Deus igitur, qi ignorantiæ tempora insuper habuerat.* Ut sit ὑπεριδεῖν, ὀλιγωρεῖν, ὀλιγώρως ἔχειν. Hesychius. Ὑπερορᾷ, παραβλέπει. Æschines in Timarchum, *pag.* 270. E. Καταφρονοῦντας μὲν τῶν Θεῶν, ὑπερορῶντας δὲ τοὺς νόμους, ὀλιγώρως
B
δ᾽ ἔχοντας πρὸς ἅπασαν αἰσχύνην. *Despicientes Deos, contemnentes leges, parvi facientes omnem prorsus verecundiam.* Metaphora ab eis ducta, qi rem aliqam, qam neglectim habent, ne aspectu qidem, nedum respectu, dignantur, sed obtutibus, vel in obliqum deflexis prætervehuntur, vel ulteriùs protelatis supermeant. Itaqe nec, temporibus istius ignorantiæ *connivendo dissimulatis,* cum Bezâ verterim: & multò minùs cum D. de Dieu: *Qum iratus esset Deus temporibus ignorantiæ hujus, seqe ab illis absconderet.* Qi
C
vir magnus, cum qod rectum esset, pervidisset, tamen ex κακοζηλίᾳ qadam Novi Instrumenti vocabula ad eam significatuum varietatem cogendi, qâ Septuaginta, qos dicimus, Veteris interpretes sunt abusi, & istic & alibi interpretationes duras nimis longèqe petitas extundit.

CAPUT XXXII.

D
Iniqitas hominum de ceptis consiliisqe ex eventu judicantium: alia mens sapientibus; alia & Deo. Fieri dicitur in Scripturis, qod tentatur, qod intenditur. Pythia responsum Glavco datum. Peccata Deum celare qâ ratione *dicatur. Deum nec cogitata latent.* Sphæra *qalis Deus. Lux nunqam occidens?* Deum pollucre, *qi, qâqe ratione dicantur.* Sacrilegi *pœnas cur dent. Conspectus impudicus, adulterii; odium homicidii rationem habet. Cogitatio facti crimen habet. Josephi dictum minus probum. Propositi cœptiqe pœna legibus, cum divinis, tum humanis indicta. Co-*
E
gitatio & conatus in qibus plectatur. In maleficiis voluntas spectatur non eventus: & punitur affectus, licet non seqatur effectus. Vulnerans tantum, occidendi animo damnatur, qum citra voluntatem occidens absolvatur. Maronis locus variè explicatur. Locus Josh. 24. 9. *an huc pertineat, eò à pluribus tractus: in eo lapsus memorialis Drusii. Severi qadam sub hac notione intelligenda: & Apostoli illa ad Hebr.* 11. 17. *Josua verba aliter posse sumi, & sumenda videri.* Et, *pro* Ut, *Hebrais crebrum. Sic posse Ruth* 1. 6. *Devt.* 13. 10, 11. *qo loco à Junio & Piscatore de voculâ unâ discessum. Esse necessario Mal.* 1. 9.
F

Est omninò iniqum (inqit Plinius l. 5. Ep. 21.) *sed usu receptum, qod honesta consilia vel turpia, prout malè avt prosperè cedunt, ita vel probantur, vel reprehenduntur. Inde plerumqe eadem facta, modò diligentiæ, modò vanitatis, modò libertatis, modò furoris nomen accipiunt.* Penelope itaqe Nasoniana, cum ex usu humano dixisset,

Exitus acta probat. —

G
Subjunxit tamen, usum hunc erroris redarguendo,

— *careat successibus opto,*
Qisqis ab eventu facta notanda putat.

Cæterum apud Deum rectissimum atqe æqissimum rerum æstimatorem, non ex exitu ac eventu, sed ex intentione & conatu pensantur censenturqe actiones humanæ. Sed & apud prudentes καὶ φιλοσόφους qosvis. Diodorus Siculus. Οὐκ ἀπὸ τῶν ἀποτελεσμάτων κρίνειν δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς προαιρέσεως. *Ex intentionibus, non ab eventibus de viris bonis est judicandum.* Isidorus Pelusiota l. 3. Ep. 205. Οἱ σοφοὶ οὐκ ἀπὸ τῆς συμβάσεως, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς προαιρέσεως τὰ πράγματα κρίνουσι. *Negotia non à confectione, sed ab institutione censent sapientes.* Et l. 5. Ep. 319. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἀποτελεσμάτων, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἐπιχειρημάτων τὰ πράγματα, εἰ τὰ

τὸ πᾶθαι, κρίνεται. *Neque enim ab eventibus, sed à conatibus res ut plurimum judicantur.* Hinc regula illa Scripturas sacras interpretandi, qam Franciscus Ribera dat ad Amos c. 9. v. 5. *Fieri sæpe dicitur, qod tentatur, avt intenditur.* Ita Pythia Glavco apud Herodotum *l.* 6. Τὸ πειρηθῆναι τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύναται. *Deum tentare,* (an velit scilicet malè agendi copiam concedere) *& malè facere ipsum, perinde se habent.* Sic Parœm. 28. 13. *Qi peccatum suum celaverit, non prosperabitur.* i. qi celare expetierit & conatus fuerit: alioqi Deum, ut Evripides, ni Clemens, in *hortator. pag.* 45. *B.* fallat, Philemon; si Justino *de Monarch.* fides.

Τὸν πάνθ' ὁρῶντα, καὐτὸν οὐχ ὁρώμενον,
Qi cuncta cernit, ipse sed non cernitur.

qis qicqam celaverit? Thales interrogatus, Εἰ λάθοι Θεὸν ἄνθρωπος ἀδικῶν. *An malè agens qis Deos latere posset,* respondet, οὐδὲ διανοούμενος, *nec cogitans qidem.* Justinus *Apolog.* 2. Θεὸν ἀδύνατον λαθεῖν τι, οὐ μόνον πράττοντα, ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον. *Deum latere impossibile est qid non solum agentem, verum etiam deliberantem.* Epictetus *Dissert. l.* 2. *c.* 14. Οὐκ ἔστι λαθεῖν αὐτὸν, οὐ μόνον ποιοῦντα, ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενον, ἢ ἐνθυμούμενον. *Ac non modo facta, sed ne cogitationes qidem ac motus animorum eum latere posse.* Sperates denique (avtore Xenophonte *Memoral. l.* 1. *pag.* 711. C.) Πάντα Θεοὺς εἰδέναι τά τε λεγόμενα, πραττόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα. *Deos omnia, qæ vel dicerentur, vel agerentur, vel clam deliberarentur, scire.* Sic Amos 9. 3. *Si celaverint se in Carmeli summitate.* i. celare voluerint, vel qæsierint. alioqi, qi à facie illius sese ullibi qisqam abscondent, qi essentiâ præsentiâqe suâ *cœlum terramqe implet* universam? Jerem. 23. 25. cum sit, ut juxta Empedoclem, Trithemius *ad Cæsar. qæst.* 1. *Sphæra, cujus, centrum ubiqe, circumferentia nusqam.* Cujus *oculi in omni loco* adsunt, *tam bonos qam & malos intuentes.* Parœm. 14. 3. Itaqe Clemens *Pædag. l.* 2. *c.* 10. Λέγεται ἴσως τὸ αἰσθητὸν φῶς τις. τὸ δὲ νοητὸν, ἀδύνατόν ἐστι λαθεῖν. *Lucem sensui objectam lateat qis forsan; intellectu solo apprehensam haud potest.* Et Heraclitus, Τὸ μὴ δῦνόν ποτε πῶς ἄν τις λάθοι; *Qa nunqam occidit lucem, eam qomodo qis lateat?* Sic *Deum polluere & profanare* dicuntur homines, Malach. 1. 7. *Polluistis me.* Et Ezek. 22. 26. *Profanabunt sancta mea; & ego prophanor inter eos,* sive, *in eis.* sacris scilicet sanctisve meis. Ubi Hieronymus, *Dum sacramenta violantur, ipse cujus sunt sacramenta violatur.* non qod numen divinum, cum sit extra omnem noxam positum, pollui, profanari, violari possit; sed qia homines res sacras perperam habendo, hoc ipsum, qantum in se est, admittant & perpetrent. Seneca *de Benef. l* 5. *cap.* 14. *Sacrilegi dant pœnas, qamvis nemo usqe ad Deum manus porrigat.* Et *l.* 7. *c.* 7. *Injuriam sacrilegus Deo qidem non potest facere, qem extra ictum sua divinitas posuit: sed tamen punitur, qia tanqam Deo fecit opinio illum nostra, ac sua, obligat pœna.* Videatur idem & *de constantiâ Sapient. c.* 4. *Ita qi uxorem alienam concupierit,* (qod est minus etiam qam conatum esse, avt intendisse) *adulterii reus tenetur.* Matth. 5. 28. *qi fratrem oderit,* (qem oderunt avtem, *perisse cupiunt*) *homicida.* 1 Joan. 3. 15. *impurâ nimirum mente,* licet *purâ manu:* ut scitè Apul. in *Apolog.* Itaqe Avgustinus *de verb. Dom. serm.* 43. *Res mira, casta est mulier, tu tamen adulter es: vivit homo, tu tamen homicida es.*

Nam scelus intra se tacitè qi cogitat ullum,
Facti crimen habet. ——

Juvenalis *Sat.* 13. Et Minutius noster *Octavio: Apud nos & cogitare, peccare est.* Maleqe Josephus *Antiqit. Judaic. l.* 12. *c.* 13. Τὸ μηκέτι ποιῆσαι τὸ ἔργον βουλευσάμενον, οὐκ ἔστι τιμωρίας ἄξιον. *Malè consultum, ni qis effectum dederit, non est supplicio dignum.* Nam propositi conatusqe rationem habent, non divinæ duntaxat, sed leges etiam humanæ. Devter. 19. 12. de eo qi falso testimonio alienis, vel facultatibus, vel vitæ, insidias struere deprehensus fuerit, *Facietis,* inqit, *illi,* (non *prout feceras,* sed) *prout facere fratri suo cogitaverat.* Sed & Tryphonius *disp. l.* 1. *de Verb. signif. l.* 225. *Et furem, & adulterum, ex animi propositione cujusqe sola dicere qis possit etiam hunc, qi nunqam alie-*

A *nam rem invito Domino subtraxerit, qi nunqam alienam matrem-familias corruperit, si modo ejus mentis sit, ut occasione datâ id commissurus sit.* Verum hoc nisi ex dictis avt attentatis innotescere non potest. Itaqe cogitationis nudæ, nisi modo aliqo nudatæ pœna nulla statuitur: unde dictum vulgare, *Cogitationes esse liberas.* Glossa *ad Codic. l.* 1. *tit.* 15. *l.* 5. ad Leonis Imperatoris illa, *His qi hoc moliri avt facere, avt nudâ saltem cogitatione atqe tractatu avsi fuerint attentare. Avt* (inqit) *est cogitatio adeò nuda, ut non transierit in aliqod conamen, & tunc non punitur.* De pœnis F.
B l. 48. tit. 19. l. 18. ex Ulpiano: *Cogitationis pœnam nemo patitur, avt transivit in conamen, licet non venerit in effectum, & tunc in gravioribus punitur: qia in maleficiis voluntas spectatur, non exitus.* Ex Hadriani mente Callistratus, F. ad Leg. Corn. de Sicar. l. 48. tit. 8. l. 14. *In minoribus avtem non punitur affectus, nisi seqatur effectus. Qid enim obfuit conatus,* (inqit Ulpianus ad Edict. l. 3. in F. l. 2. tit. 2. l. 1.) *cum injuria nullum habuerit effectum?* F. de pœnis, l. 16. Cl. Saturninus. *Non minus lex eum, qi occidendi hominis cavsâ cum telo fuerit, qam eum qi occidit, punit.* juse.
C Siqidem, ut Seneca de Benefic. l. 5. c. 14. *Latro est, etiam anteqam manus inqinet, qi ad occidendum jam armatus est, & habet spoliandi atqe interficiendi voluntatem: exercetur* (sive exeritur) *& aperitur opere neqitia, non incipit.* Et ad Leg. Corn. de Sicariis l. 1. Martianus, ex Hadriani rescripto: *Eum qi hominem occiderit, si non occidendi animo hoc admiserit, absolvi posse: & qi hominem non occiderit, sed vulneraverit ut occidat, pro homicidâ damnandum.* Qod Isidorus Pelus. l. 2. c. 289. Ἀπὸ τῆς γνώμης τὸ πρᾶγμα κρίνεται. διὸ τοῦτο ὁ τρώσας μὲν ἑκὼν, οὐκ ἀνελὼν δὲ, τοῦ ἀνελόντος
D μὲν, οὐ βουλευσαμένου δὲ, ἐναγέστερος εἶναι κρίνεται. τῷ τὸν μὲν ἑκούσιον τρώσαντα πάντως κολάζεσθαι, τὸν δὲ ἀκούσιον ἀποκτείναντα συγγνώμης τυγχάνειν. οὕτως ὁ ἐπιβουλεύων, κἂν μὴ εὑρὼν ἐπιτίθεσθαι ἀπέλθῃ, οὐκ ἂν διαφύγοι τὸ ἀνδροφόνος εἶναι. ἐκ γὰρ τοῦ ἐγχειρήματος, οὐ τοῦ ἀποτελέσματος, τοιοῦτος εἶναι κρίνεται. *A mente, sive instituto res censetur: proinde qi hominem volens vulneraverit, etsi non occiderit, eo qi occiderit qidem verum id nevtiqam instituerit, scelestior habetur: qum is qi volens vulneraverit, omninò puniatur, ei avtem qi nolens occiderit, ignoscatur: ita & qi insidiatus fuerit, etiamsi no-*
E *mine non invento re infectâ abscesserit, homicidæ notam non effugerit: ex conatu enim, non ex eventu talis esse judicatur.* Trahit huc Alciatus *ad de Verb. signific.* illud Ciceronis *in Arat.*

Ut qondam Orion manibus violasse Dianam.

i. e. violare appetiisse. Cui convenit qod Bartoli Glossa habet *ad Cod. l.* 1. *tit.* 6. *leg.* 5. ubi ex Joviani *Edicto* capitalis pœna in eos decernitur, qi *virgines sacratas,* non *rapere,* sed *attentare* tantum, *jungendi matrimonii cavsâ, præsumpserint: Punitur affectus, licet non seqatur effectus.* Trahit
F & Maronianum illud *Æneid. l.* 8.

Galli per dumos aderant, arcemqe tenebant.

i. e. tenere affectabant. At Servius, *Deest pene, nam prope tenuerunt.* Trahunt & illud Josuæ, c. 24. v. 9. *Surrexit Balac Rex Moabitarum, & bellum gessit cum Israele,* cum tamen Balac Israelem nunqam fuerit adortus. Sic enim Ammonitarum Regi disertè Jephtha, Judic. 11. 27. *An unqam,* inqit, *Balac contendit cum Israele? num pugnavit unqam contra nos?* Sed ex Balaamo ad maledicendum ipsis conducto, animum id faciendi non defuisse liqidò demon-
G stravit. Ita Andreas Masius ad Josh. 24. *Conatus illi bellum vocantur hoc loco.* Qod idem ferè & David Camius: qi ex Numer. 22. 6. probat non defuisse Balaco voluntatem, si facultas affuisset. Itaqe inqit, המחשבה למעשה *cogitatio, sive machinatio, pro opere reputatur.* Joannes Drusius item ad illud Ruth. 1. 6. *Surrexit ipsa cum nuribus suis, & reversa est, i. e. reverti cogitavit: sicut pugnavit Israel cum Balac, i. e. pugnare cogitavit.* Forsan per memoriæ lapsum, vel incogitantiam etiam, *pugnasse Israelem cum Balaco* dixit, cum *Balacum cum Israele* vel debuisset vel voluisset. Ita certè sumendum videtur, qod Sulpitius Severus *Hist. sacr. l.* 1. de Cora, Dathane & Abiramo; *Adeo ut tabernaculum, qod erat nefas nisi sacerdotibus introire, irrumperent.* Et qod de Oziâ Rege idem, *Illicita præsumens,*

mens, incensum Deo obtulit. Cum tamen nec tabernaculum irruperint illi, nec incensum hic obtulerit: occepisse tantùm utrosqe, qod designasse prohibiti sunt, certum sit. Ita certò sumendum, qod de Abrahâ Apostolus ad Hebr. c. 11. v. 17. Προσενήνοχε τὸν Ἰσαὰκ, & τὸν μονογενῆ προσέφερεν. *Isaacum obtulit, primogenitum offerebat:* qia per eum scilicet nihil obstabat, qin mactatus, oblatus, immolatus fuisset, Gen. c. 22. v. 9. 10. Verum aliò pertinere potest dictum illud Josuæ de Balaco. *Surrexit Balac, & pugnavit cum Israele.* pro eo qod est; *Surrexit, ut cum Israele dimicaret.* Etiamsi non dimicaverit, tamen ad prælium scilicet accinxerat sese, sed Balaamiticam præstolabatur execrationem, cujus si compos fuisset, ad bellum perrexisset; impos factus, vi inferendâ abstinuit. *Et* pro *ut;* formulâ Hebræis cumprimis familiari: ita enim explicari potest & illud Ruth. c. 1. v. 6. *Surrexit, & reversa est.* i. *surrexit, ut reverteretur.* Junius. Sic Devter. c. 13. v. 10, 11. *Lapidato eum.* i. e. lapidibus cædito (ita malim, qam cum Junio, *Lapidibus obruet;* avt cum Piscatore, *obruito:* neqe enim ut lapidum acervo obruerentur opus erat facto, avt fieri etiam solenne fuit) *donec moriantur: & avdient & videbunt Israelitæ omnes, nec ulterius malum istiusmodi facient.* i. e. *ut avdiant, nec faciant:* ut rectè Junius, & Genevensis. finis enim magis qam eventus exprimitur: ut pœna ad pavcos, metus ad omnes perveniat: uti Salvianus *de provident. l. 1.* Sic certè sumendum, Malach. cap. 1. ver. 9. *Nunc avtem Deo supplices estote, & miserebitur nostri.* i. *ut misereatur.* Nihil enim sanè minùs volebat vates, qam fore ut ad ipsorum supplicationem Deus populo suo propitius fieret: subjungit enim, *hoc à nobis factum est:* (q. d. vestri cavssâ Deus succenset nobis; sive, vestrâ culpâ factum est, ut Deus nobis succensuerit.) *num vultum vestrum suscepturus est?* i. vos cum petitionibus vestris gratos habiturus, earumqe intuitu populo suo gratiam facturus? ubi interrogatio negationis vehementioris vicem habet. q. d. nullo modo id futurum est. Gregorius Romanus *l. 1. Ep. 24. Gravius formidandum, ne cum is, qi displicet, ad intercedendum mittitur, irati ad deteriora animus provocetur.*

CAPUT XXXIII.

Catonis à Paterculo elogium. Jobi de se professio. Joannis de regenito qovis assertio; hunc nec peccare, nec id posse. Ἐναντιοφανῆ ejusdem dicta qi concilientur. Conciliandi rationes minùs sanæ rejectæ. 1. *De officio* non posse, i. non debere. 2. *De indecoro* non posse, *qui absurdum ut faciat.* 3. *De vitâ futurâ, & perfectionem adepto.* ἀδυνατία *Matth. 19. 26. qo referatur, & qid velit. Variæ eâ de re sententiæ. Vox ea Stoicis familiaris. Christi verba Joan. 14. 20. & 16. 13. qomodo sumenda. Apostoli qi fuerint ab errore immunes, cum ex parte tantum scirent. Vatibus qi præcesserant qâ ratione hac in parte superiores.* 4. Renatum, qam diu talis persistat, non peccare. *Creperam, dum hic agunt, esse piis lucem.* 5. Peccato graviore non peccare. *Eadem qæ hodie, sanctorum ante Christum sors. Foliis decussis, radix superstes.* 6. Adversus charitatem non delinqi. de peccatis charitate coopertis. *Penus qid voluerit.* Tractatus de natur. & dignitat. amoris divin. *avtor qis sit.* 7. Non peccare ad mortem. 8. Peccata charitate cooperiri. 9. Non imputari. Semen Dei, *qid. Ad Demetriadem epistola cujusdam sit. Conciliationis ratio commodior.* Non peccare eo modo regenitos, qo solent irregeniti. *Discrimen qadruplex;* ante peccandum, *in proposito:* inter peccandum, *in remorsu:* in peccato, *sive operam non dando:* à peccato *in regressu.* peccatum facere, *qid. Animus spiritu afflatus, stylus magnete attactus.*

PRæclarum est illud Vellejî Paterculi *Hist. l. 2.* de M. Catone minore elogium; *Homo virtuti simillimus, & per omnia ingenio Diis qam hominibus propior; qi nunqam rectè fecit, ut facere videretur, sed qia aliter facere non poterat.* Nec admiratione minùs dignum, qod de se tam fidenter, etiam ad Deum provocatione factâ, Job pronunciasse refertur, prout tralatores Genevenses exhibent, 10. v. 7. *Ipse nosti, non posse me improbè agere:* qanqam reverâ Hebraica veritas pavlo aliter se habeat. Cæterum nihil amplius de alterutro prædicatur utrobiqe, qam qod de *regenito* qovis *disertè* Joannes Apostolus Epist. 1. c. 3. v. 9. *Qi ex Deo genitus est, non peccat:* (qod & ipsum prius dixerat ver. 6. & inculcat denuo, c. 5. v. 18.) *qia semen Dei in ipso manet, nec potest peccare; qia genitus est ex Deo.* Cui contradicere planè videri possit, ut alia omittam, qod Joannes ipse Epist. ejusdem, c. 1. v. 8. *Si dixerimus, qod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, nec adest nobis veritas.* Proinde Avgustinus in Joan. Ep. 1. tract. 5. *Est hæc non parva qæstio: qid enim facturus est, qem utreqe sermo ex eadem epistolâ in medio constrictavit? si se confessus fuerit peccatorem, timetne dicatur illi, non ergo ex Deo natus es; qia scriptum est. Qi natus est ex Deo, non peccat: si avtem dixerit se justum, & non habere peccatum, accipiet ex aliâ parte plagam ex eâdem epistolâ: Si dixerimus, qod peccatum non habemus, seducimus nos, & veritas in nobis non est. Nec ait, non habuimus, (sed, non habemus,) ne forte de præteritâ vitâ dictum videretur: habuit peccatum homo iste, sed ex qo natus est ex Deo, cœpit non habere; habuit peccatum, sed modò non habet. Positus ergo in medio, qid confiteatur, qid profiteatur, non invenit: profiteri se esse sine peccato, mendosum est, periculosum est: confiteri se peccatorem, est negare se de Deo natum. Denique Joannes ipse, non ex Deo natus erat? avt non ex Deo natus ista scribebat?* Hunc nodum qo solvant, alia alii afferunt.

Primo itaqe, non desunt, qi exponant; *renatus non peccat, sive peccare non potest,* i. e. *peccare non debet.* Ita Marcellius, an Marcellinus, nescio qis: huic enim adscribit Orosius in *Apologet.* qod refert & Avgustinus *de natur. & grat. c. 14.* nec improbandam esse interpretationem hanc, horum censet uterqe. *Qis enim, ajunt, insanus dicat, debere peccari, cum ideò sit peccatum, qia non debet fieri?* Atqi primo, hoc ipsum, qo subnixum eunt, interpretationem hanc cumprimis subvertit: qorsum enim tam sedulò, tam solicitè id inculcaret toties, nec simpliciter inculcaret tantùm, sed argumentis etiam variis confirmare anniteretur Apostolus, qod nemo, mentis impos etiam, non ultro concesserit? Tum qid fiat, avt possit etiam, non qid fieri debeat; qid sit indolis, non qid officii, monere Apostolum, luce meridianâ ipsâ clarius existit. Denique peccati interdictum universale est, tamqe irregenitos, qam & regenitos concludit: Qo modo avtem id regeniti peculiare censetur, qod est ei cum irregenito qovis commune?

Secundò itaqe alii, qoad *regenitos,* notione magis peculiari, referatur, exponunt, *non peccat, nec peccare potest à Deo natus,* i. e. *absurdum est, ut ab eo, qi à Deo est natus, id fiat.* Ita Patricius Cocburnus *de Script. Sacr. Phras. Vulg. l. 1. c. 11. Sect. 101. Hyperbolicâ locutione fieri non posse id dicitur, qod absurdum, si factum fuerit, & præter decorum videatur. Si pavlò fortè importunius à qopiam interpellemur, ad dicendum, avt faciendum qidqam, contra cognatum, avt eum, qem ex animo diligimus, amicum, respondemus, nos illud facere dicereve non posse: non qod omninò sit impossibile, sed qod cognationis, amicitiæ, & beneficiorum acceptorum memoria, id ne fiat, impedit; ratio dissvadet, honestum & decorum vetat. Trivialem hunc loqendi modum imitatus Joannes, ajebat, Qi natus est ex Deo, non potest peccare; cum tamen alibi dicat, Si diximus, qod peccatum non habemus, &c. Et Jacobus, In multis offendimus omnes. Et, communis est omnibus, qam præscripsit Dominus, precatio; Remitte nobis debita nostra. Attamen, non potest inqit, peccare, propterea qod semen Dei, spiritus Dei, in eo manens, illum conservat: q. d. qi potest fieri, ut is, qi persvasum habuerit, Deum sibi factum propitium, in gratiam recepisse, ultro dedisse, pro redimendo rebelli gratis, filium unigenitum, dominum sic amantem sui velit offendere, à fide & clientelâ ejus desicere, ad iracundiam provocare? absurdum est, incongruum est, ratio dissvadet, natura sensus abhorret, cælum & terra detestantur. Ideò, inqit, peccare non potest; cum peccasse tamen & à fide defecisse multos Scri-*

ptura

piura passim testetur: qemadmodum bonus filius se non posse facere dicit, qod factum benigno patri displiceret; pius pater so non posse facere qod factum nocere filio plurimum videretur. Hæc ille. In qibus havd ipse sibi constat satis: modò enim *peccandi* verbum pro *offendere* simpliciter, modò pro *à fide prorsus deficere*, sumit. Tum contradicere sibi videtur, qum ex his ipsis, qos *Spiritum Dei conservare* asserit, *ne peccent*, mox non *peccare* tantùm, sed & *desciscere* prorsus non pavens præsumit. Deniqe, qod adversus solutionem priorem exceptum est; non qid cum renati officio sit conjunctum, Apostolus hic disserit, sed qodnam sit illius vitæ institutum, exponit. Nec admittit omnino istum, qem dat, sensum dicti Apostolici, prout ipse proponit, *Qi ex Deo natus est peccare non potest*, i.e. *absurdum, ut peccet, & indecorum est; propterea qod semen Dei in eo manens, ipsum conservat.* Qis enim non videt, rationem subjunctam indicare, de eo, qid fiat, vel non fiat; possit, avt ne possit qidem, sermonem institui?

Tertiò itaqe, havd multo commodè magis exponunt alii; *renatus non peccat, nec peccare potest*, h.e. *nevtrum hoc admittit, qi est perfectè renatus.* Ita Ambrosius *in Esaj. c.* 1. referente Avgustino *ad Pelag. Epist. l.* 4. *c.* 11. illud, *ex Deo natum non peccare*, non de istâ, sed de vitâ futurâ vult dici; *Diversa sunt*, inqit, *generationes: alia istic, introitus in vitam, receptor delictorum, in tantum ut spernatur etiam ille qi genuit: alia post vita hujus circulum, qa delicta non recipit; regeneratio illa scilicet de qâ dictum est, In regeneratione cum sederit filius hominis in throno gloriæ suæ.* Matth. 19. 28. De qo loco Avgustinus ad Epist. easdem l. 3. c. 3. *Regenerationem hoc loco, ambigente nullo, novissimam resurrectionem vocat.* Et reverâ concedunt huc, cum antiqiores, tum & recentiores, plerique. Sed ut παλιγγενεσίαν istam modo non omnes sumant. Siqidem alii ad hominem restringunt, qi tunc planè & ex utrâqe parte sit ὁλόκληρος renovandus. Origenes in Matth. Orat. 9. *Resurrectio mortuorum ipsa est generatio, & nova qædam nativitas constituta, qando & cælum novum, & terra nova creatur his, qi seipsos renovaverunt. Nam secundum carnalem hanc nativitatem, nemo mundus est à sorde*, Job. 14. 4. Hymn. 51. 5. *Secundum regenerationem avtem baptismatis, omnis qidem est mundus à sorde, qi baptizatus fuerit ex aqâ & Spiritu; sed per speculum, in ænigmate.* Joan. 3. 5. Tit. 3. 5. *Secundum tertiam avtem regenerationem, qando sederit filius hominis in sede gloriæ suæ, omnis qi in illam regenerationem venerit qæ est in Christo, mundissimus erit à sorde, baptizatus in Spiritu Sancto & in igne.* Matth. 3. 11. De triplici hac generatione & Bernardus de bonis deserend. *Qid est, qod dicit, in regeneratione? avt qænam est hæc nova regeneratio? neqe enim jam ignoramus, qoniam oportet hominem nasci denuò, non ex sangvinibus, neqe ex voluntate viri, sed ex aqâ & Spiritu Sancto*, (Joan. 1. 13. & 3. 5.) *cæterum, cum nullatenus ad eam regenerationem valeat hæc promissio pertinere, fortè & alterâ regeneratione opus esse videtur: nec solum denuò, sed & tertiò hominem nasci necesse est: infœlix ego homo, & miserabilis casus meus, cui non una sufficit, sed duplex est necessaria regeneratio: nimirum ex corpore & animâ constitutus, cecidi totus simul; simul totus omninò resurgere non possum, an non vero dignum est, ut ea qæ videtur potior portio, prior reparetur?* (ita enim legendum, qod perperam habetur, *potior priorqe portio, reparetur*) *At ipsam sanè animam esse nemo sanæ mentis ignorat: prior ergo reparetur, qæ & prior corruit. — regeneretur ergo jam anima: caro in spe reqiescat, hujus merito aliqando regeneranda. In regeneratione*, inqit, &c. Hæc ille. Sic & Avgustinus de Civit. Dei, l. 20. c. 5. *Qod ait, in regeneratione, proculdubio mortuorum resurrectionem nomine voluit regenerationis intelligi. Sic enim caro nostra regenerabitur per incorruptionem, qemadmodum est anima nostra regenerata per fidem.* Et de peccat. mer. & remis. l. 2. c. 7. *Corporis renovationem, qæ fiet in resurrectione, regenerationem vocat Dominus.* Hieronymus in Matth. l. 3. *In regeneratione, i.e. qando mortui de corruptione resurgent incorrupti.* Gregorius Romanus I. in Job. l. 4. c. 26. *Si ipsa carnis nostræ resurrectio qasi qædam nativitas non esset, de eâ veritas non dixisset, In regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis suæ.* Strictim Theophylactus, παλιγγενεσίαν τὴν ἀνάστασιν νοεῖ. Et Euthymius, *Regenerationem dicit à mortuis resurrectionem.* Qod & idem Lyranus, & Hugo Cajetanus, *In regeneratione, non per baptismum, sed per resurrectionem: illa enim erit verè regeneratio hominum eorumdem secundum suamet corpora, qæ ante mortem habuerant; ita qod sicut modo generantur homines in esse naturali: ita tunc regenerabuntur in esse naturali. baptismus avtem est spiritualis tantùm regeneratio animæ.* Qod contractius Jansenius concord. Evang. cap. 100. *Per regenerationem intelligenda est resurrectio ex mortuis: qa velut secunda generatio hominis erit secundum corpus; qemadmodum in baptismo est secunda hominis secundum animam generatio.* Petrus Martyr in 4 Reg. 4. *Resurrectio mortuorum nova qædam est nativitas. Nam sicuti nativitate priore homo constans animo & corpore productus est: ita in resurrectione, qæ est altera nativitas, idem reparabitur. Incipit qidem nunc regeneratio qoad animam: sed tunc qoad corpus perficietur.* Victorinus Strigelius, *Regeneratio hic significat totius naturæ instaurationem, abolito peccato & morte.* Flaccus Illyricus; *Regeneratio significat illam gloriosam vitam, ubi erit plena hominis & regni Dei instavratio.* Beza deniqe; *Die eo qo incipient electi reipsa toti novam illam vitam vivere; qum videlicet corpore & animo fruentur hæreditate illâ cælesti.*

Alii ad *creaturæ* totius *renovationem* extendunt: de qâ Petrus Ep. 2. c. 3. v. 13. Dionysius personatus *de Hierarch. Eccles. c.* 7. Αἱ μὲν γὰρ ἱεραὶ ψυχαὶ πρὸς τὸ ἐπὶ τὰ χείρω κατὰ τὸν τῇδε βίον δυνάμεναι καταπίπτειν τροπὴν, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τὴν ἐπὶ τὸ ἄτρεπτον ἕξουσι θεοειδεστάτην μετάστασιν. *Nam sanctæ qidem animæ qum in hac vita degentes adhuc perverti possunt, in regeneratione illa ad statum immutabilem, Deoqe maximè conformem transferentur.* Epiphanius, *l.* 1. *tom.* 3. *Hæres.* 37. *Sect.* 1. Ἔδει γὰρ τὸν ὄντως ὄντα τεχνίτην, κεραμέως δίκην, ἐπιμελούμενον τοῦ ἰδίου διὰ χειρῶν πεπλασμένου αὐτῷ πλάσματός τε καὶ ἄγγους, ὅτι ὕστερον ἐν ἐλαττώματι γεγονὸς διὰ τῆς παραβάσεως, καὶ ἀσθενοῦν, ἔτι πηλοῦ ὄντος, καὶ ὡς ὑπὸ ῥαγάδα [καὶ Petavius] ἀπόῤῥυμα γεγονότος τοῦ ἄγγους, μὴ ἐάσῃ οὕτως, ἀλλὰ μεταβαλεῖν εἰς τὸ ἀρχαῖον φύραμα, ἵνα αὖθις ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ἀνασκευάσῃ τὸ ἄγγος ἐν τῇ ἀναστάσει εἰς τὴν ἀρχαίαν φαιδρότητα. *Siqidem rationi consentaneum fuit, ut ille verus artifex, figuli instar, operis ejus ac vasis, qod manibus finxerat, curam gerens, id ipsum ex præcepti violatione imminutum, qamdiu molle adhuc, ut ita dixerim, lutum erat, atqe ex fissura qædam ac rima perfluere cœperat, non ita destitueret, sed in pristinam massam redigeret: ut in instaurata illa generatione, hoc est mortuorum excitatione vas illud priorem ad pulchritudinem nitoremqe revocaret.* Basilius Cæsar. *de Creat. Orat.* 1. *pag.* 6. C. alludens, credo, qod Lucas refert Act. 17. 18. Οἱ δὲ πλατὺν γέλωτα καταχέουσιν ἡμῶν περὶ συντελείας τοῦ κόσμου τούτου καὶ παλιγγενεσίας αἰῶνος ἀπαγγελλόντων. *Ut qoties cum illis conferimus de mundi consummatione, deqe regeneratione seculi, in effusissimum risum se resolvant & laxent.* Piscator; *In regeneratione, i.e. in mundi renovatione.* Qi tamen subjicit, *potissimum intelligendum videri, de corporum restitutione & resurrectione.*

Hanc avtem mundi παλιγγενεσίαν, nec unam eam, qod agnoscimus Christiani, sed multiplicem, statis spatiis ac intervallis definitis redeuntem, statuunt etiam Stoici. Marcus Imperator *Commentar. l.* 11. *sect.* 1. de animâ humanâ; Εἰς τὴν ἀπειρίαν τοῦ αἰῶνος ἐκτείνεται, καὶ τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων ἐμπεριλαμβάνει. *In ævi immensitatem se porrigit, & universi per intervalla certa renovationem comprehendit.* Evsebius *Præpar. Evang. l.* 15. *c.* 19. ex Numenio *de bono l.* 1. Ὅπως δογματίζουσιν οἱ Στωικοὶ περὶ τῆς παλιγγενεσίας τῶν ὅλων. *Qemadmodum Stoici de iterato universi ortu philosophantur.* Philo etiam Judæus eodem vocabulo de eadem re, ut Stoicis familiari, usus est non semel; lib. *de mund. immortal. pag.* 940. B. Δυοῖν τοίνυν ὄντων κατὰ τοὺς Στωικοὺς, ὁ μὲν τοῦ κόσμου ἀΐδιος, ὁ δὲ τις φθαρτὸς λέγεσθαι. Φθαρτὸς μὲν, ὁ κατὰ τὴν διακόσμησιν. ἀΐδιος δὲ, ὁ μετὰ τὴν ἐκπύρωσιν παλιγγενεσίαις καὶ περιόδοις ἀθανατιζόμενος, οὐδέποτε λήγοντος. *Juxta Stoicorum opinionem potest dici alter mundus sempiternus, alter corruptibilis: corruptibilis, ut nunc est ornatus & dispositus, sempiternus, post exustionem reparabilis, ut nunqam desinat.*

Et

Et rursus de eisdem: *pag.* 951. *A.* Οἱ τὰς ἐκπυρώσεις καὶ παλιγγενεσίας εἰσηγούμενοι τοῦ κόσμου. *Qi mundi exustiones instavrationesqe inducunt.* Et, ex eorundem sententia, *pag.* 940. *B.* Τὴν ἐν τοῖς οὖσι πυρὸς δύναμιν, χρόνων μακραῖς περιόδοις ἀναλύειν τὰ πάντα εἰς ἑαυτήν, ἐξ ἧς πάλιν αὖ ἀναγεννᾶσθαι κόσμον ἱστοροῦσι, προμηθείᾳ τοῦ τεχνίτου. *Vim ignis rebus insitam, post longas temporum ambages absumpturam, & in semet mutaturam omnia: ex qa denuo mundum instavraturam opificis providentiam.* De eisdem Basilius *in Creat. Orat.* 3. *pag.* 41. *B.* Οἱ τὸ πᾶν ἐκπυροῦσθαι λέγοντες, καὶ ἀναβιώσκεσθαι πάλιν ἐκ τῶν σπερματικῶν λόγων τῶν ἐναπομενόντων τοῖς ἐκπυρωθεῖσιν. ὅθεν καὶ ἀπείρους φθορὰς κόσμου καὶ παλιγγενεσίας εἰσάγουσι. *Qi mundum universum comburi, & reviviscere rursum e seminalibus iis rationibus, qa remanent in ipsis rebus combustis dicunt. Unde & infinitos occasus mundi & regenerationis identidem introducunt.* Eandem hanc παλιγγενεσίαν Petrus apud Lucam Act. 3. 21. Τὴν τῶν πάντων ἀποκατάστασιν vocat (qod & Gvalterus hic observat,) qo vocabulo & Stoici in eandem mentem utebantur. Sic enim Numenius ex illorum placitis, ad annum maximum redeuntem, primo ἀνάστασιν, non *resurrectionem* illam, sed *eversionem* rerum omnium, futuram, igne utiqe absumptarum; qem tamen ἀποκατάστασιν sive *restitutio* totius è vestigio sit consecutura.

Cæterum de dicti Dominici interpretatione istâ, havd videtur esse verum, qod affirmavit Avgustinus, neminem ambigere. Etiamsi enim de veteribus pleriqe eam admittant, nec refragatur recentiorum etiam pars maxima: Non desunt tamen ex utrèqe classe, qi in partem adversam discedant, dum post παλιγγενεσίᾳ στιγμὴν collocatâ, sic legunt. Ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, &c. Certè distinctio ista simplicior ac proclivior videtur: eamqe Græci codices pleriqe exhibent. Sed & vulgatæ Latinæ editiones qædam ita distingvunt, *Vos qi secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis sua, sedebitis & vos super sedes duodecim.* Nec secus reperitur apud Gavdentium *Præfat. in Exod.* in *Bibliothecâ Patrum editionis Bignianæ tom.* 2. Hanc distinctionem qi sequuntur, aliô trahunt: qanqam nec ipsi etiam sibi invicem consentientes prorsus. Hilarius enim *in Matth. Can.* 20. de *regeneratione, qa fit lavacro baptismi, & fidei sanctificatione*, interpretatur. Nec aliter fere Avtor *operis imperfecti*, qod inter Chrysostomi scripta habetur, *in Matth. Orat.* 33. *Illud est tempus regenerationis, qando homines regenerati per baptismum facti sunt ex filiis hominum filii Dei.* Nisi qod hic distinctionem alteram seqitur, nec ad Apostolos jam initiatos; sed ad alios ipsorum operâ & ministerio initiandos refert. Illum Thomas, hunc transcripsit Hugo. E recentioribus Joannes Calvinus, *regenerationis* nomine *renovationem* illam intelligit, *qâ ad Christi adventum priorem, mundus ceperat renovari, & ex mortis tenebris Ecclesia in vita lucem emersit.* De qâ Esojas c. 65. v. 17. & c. 66. v. 22. Arctius exponit de *vocatione ad agnitionem Christi, pœnitentiâ, & professione nova doctrina, qam Christus vocatis discipulis proposuit. q. d. vos qi secuti estis me in principio doctrina mea, in tanta pericula, in odium & invidiam omnium mortalium, & de novo nati contempsistis omnia impedimenta, meo ductu, spiritu.* Gvaltero soli, sed ratione ipsâ refragante, *utramqe regenerationem* intelligi placuit, tam *præsentem* hanc, qam & *futuram* illam: qod constare non potest, cum lectio altera tantùm genuina sit.

Verum de Matthæi loco illo utcunqe se habeat, Joannis verba interpretationem Ambrosianam respuunt omnino. Agit enim hic Apostolus de *indiciis* qibusdam, qibus *Dei soboles genuina, & Diaboli proles spuria*, dum istic unâ qasi confertim degunt, possint à se invicem dignosci. Itaqe in hac explicatione, qâ od vitam futuram hoc rejicit, solitarius incedit Ambrosius: qomodo & Avgustinus, qum de promissione Dominicâ, idem avtumat, qâ Apostolis is suis pollicetur, *missurum se eis post obitum suum Spiritum Sanctum, qi in omnem ipsos veritatem inducturus sit.* Joan. 16. 13. sive *veritatem omnem eos edocturus sit.* Ibid. c. 14. v. 26. *Ego*, inqit, *non arbitror in hac vita in cujusqa mente posse compleri, ut omnem cognoscat veritatem; cum Apostolus dicat, Ex parte scimus.* 1 Cor. 13. 9. Avgustinus *in Joan. tract.* 96. Itaqe *pignus potiùs rei post hanc vitam futura, qam rem ipsam, Spiritu misso dandum* intelligit; qod & Christianis qibusqe cum Apostolis commune sit. Possimus hic Avgustino Avgustinum objicere; qi *adversus Favst. l.* 13. *c.* 17. & *de utilit. credend. c.* 3. agnoscit *promissionem hanc in Apostolis statim à Christo in cœlos recepto, peculiari qadam ratione impletam.* Verum Apostolum cum Christo, discipulum cum domino, qâ ratione conciliare poterimus, pavcis dispicere, havd inutile fuerit. Neqe verò cum pollicitatione Dominicâ pugnat qicqam enunciatio illa Apostolica. Neqe enim necesse fuit, ut Spiritus Sanctus, qo in omnem Apostolos veritatem induceret, dogmatum omnium in universum notitiam semel simulqe eis impertiretur: suffecerat, ut qoties id opus erat, in ambiguâ re qaqe veritatem eis suggereret: atqe ita accipiendum, qod dictum est, *docebit vos omnia.* Non omnia tantum ad salutem vestram necessaria. Qomodo & Christianos omnes edocet, 1 Joan. 2. 27. Sed nec ea omnis tantum, qæ ad Pastoris ac prædicatoris Evangelici officium exeqendum sunt cognitu necessaria: nam & prius munus hoc executi fuerant; & utrâqe hac ratione Spiritu jam erant imbuti. *Vos*, inqit, *eum nostis, qia jam manet in vobis.* Joan. 14. 17. Sed omnia in universum, qæ od munus Apostolicum obeundum, in Ecclesiis fundandis, ritibus instituendis, fidei morumqe dogmatibus vel verbo vel scripto tradendis, consultis qorumcunqe expediendis, dubiis qibuscunqe constituendis, ambiguis solvendis, controversiis dirimendis, necessaria futura erant; non ut universa hæc confertim simul insinueret Spiritus Sanctus, sed ut, prout occasio ferebat, ἀδιαλείπτως suggereret, qod ad erroris discrimen omne depellendum abunde satis suppetebat. Hoc ergò distabat Apostolorum conditio cognitionis ratione, à spirituum in cœlestibus jam agentium statu. Viatori ejusmodi similes sunt isti, qi viæ totius, qam emensurus est, notitiam habet exactissimam, ut nullus vicus, nullum diverticulum, qod in itinere occurrit, hominis notitiam suffugiat: viatori illi istiusmodi, qi viæ ejusdem notitiam havd mediocrem teneat, & ejusdem cum semitas, tum & anfractus etiamsi non universos, norit tamen qam plurimos, sed itineris comitem habeat, qi ista calleat universa; & ubi ambigui qid occurrerit, qa eundum sit, jugiter moneat: ab erroris periculo tutus esse poterit tam iste, qam & ille. Hoc etiam distabat *Spiritus Apostolicus à Spiritu Prophetico*: qod Apostolis Spiritus paracletus semper aderat; eundemqe præsto ad omnia disponenda habebant. At Spiritus Propheticus prophetis aliqando deerat; nec semper mentibus eorum præsto aderat. Gregorius *in Ezek. l.* 1. *homil.* 1. qi & idem in Dialog. l. 2. c. 21. *Prophetia Spiritus prophetarum mentes non semper irradiabat.* Et in l. 1. Reg. l. 4. c. 1. *Qi spiritum prophetia habebant, eundem spiritum ad omnia disponenda non habebant.* Factum hinc ut gemino errori obnoxii fierent isti qandoqe, à qo utroqe illi prorsus immunes erant. Prophetæ, cum non essent missione solenni instructi, vel etiamsi essent, præter ea qæ in mandatis jam acceperant, de re aliâ aliqâ consulti, responsa minus certa poterant referre. Gregorius in *l.* 1. *Reg. Aliqando propheta dum consuluntur, ex spiritu suo qadam proferunt, & se hac ex prophetia spiritu dicere suspicantur: confirmatur exemplo. Nathan Davidi respondit, ut templum ædificaret, cum tamen Dominus id non jussisset, sed statim per eundem prophetam prohibuerit.* 2 Reg. 7. 3. At non sic Apostoli. Præter ea, qæ in mandatis expressa acceperant, de aliis etiam qibusqe ad fidem praxinve Christianam spectantibus consulti, poterant certò, citra erroris periculum, pronunciare, cum Spiritus, qod statuendum erat, constanter suggereret: itaqe Pavlus a Corinthiis de conjugio, cælibatu, fidelibus infidelibus junctis, &c. consultus, sententiam suam referendo, Δοκῶ, inqit, κἀγὼ πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. *Et ego me avtumo Dei Spiritum habere.* 1 Cor. 7. 40. idqe etiam, ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχων, *cum mandatum speciale à Domino* de horum nonnullis, prout ipse *fatetur, nullum haberet* Ibid. v. 25. Sed & Apostolorum

cœtus de ejusdem genii institutis qibusdam statuentes, *Visum est*, aiunt, *Spiritui Sancto & nobis*. Act. 15. 28. Deinde, poterant & prophetis qandoqe, etiam post missionem solennem & mandata accepta, ita imponi, ut revocatum suspicarentur saltem eorum aliqid, qæ in mandatis acceperant. Ita 3 Reg. 23. 18, 19. Propheta Samariam à Deo missus, cum nullis muneribus induci à rege potuisset; ut eò loci qicqam gustando, interdictum divinum violaret, prophetæ tamen mendacis, qi interdicti relaxationem divinitus datam obtendebat, officiis seductus, hoc ipsum in caput suum admittebat, qod nec prece nec pretio extorqere prior Rex poterat; qem *fallax sermo non decepisset, si prophetia Spiritum præsentem habuisset*, inqit Gregorius *in Ezech.* At non sic Apostoli; non sic Pavlus, qam sic fidenter is de eis qæ apud Galatas docuerat? *Si qis*, inqit, *non homo tantum mortalis, sed angelus* etiam cœlitùs demissus, *eis, qa à me accepistis, obnunciaverit qicqam, (iteratò id dico) execrabilis esto.* Galat. 1. 8, 9. Ita, qod probandum suscepimus, & Christi promissum, contra qam Avgustinus, & Joannis pronunciatum, contra qam Ambrosius, ad statum vitæ præsentis pertinet utrumqe. Et Spiritum Apostoli, adhuc in terris agentes, habuerunt, *qi veritatem eos omnem edoceret: nec avt peccare, avt peccare posse*, de *regenitis* adhuc in carne mortali constitutis, pronunciavit Apostolus: alius ergo dictionis Apostolicæ sensus est necessariò indagandus.

Qartò itaqe, alii *Qi ex Deo natus est*, inqiunt, *non peccat, qamdiu renatus est.* Hieronymus *adversus Jovinian. l. 2. q. 2. Propterea scriptum esse, Omnis qi natus est ex Deo, non peccat, ut non peccent; & tamdiu sciant se in generatione Domini permanere, qamdiu non peccaverint.* Imò, *qi in generatione Domini perseverant, peccare non posse: qia si peccaverimus, & per peccati jannam ingressus fuerit Diabolus, protinus Christus recedit: unde & David post peccatum, Redde mihi, ait, lætitiam salutaris tui, scilicet qam peccando amiserat.* Hymn. 51. 12. Hæc Hieronymus: qem & Beda secutus in 1 Joan. 5. *Dicendum tamdiu nos in generatione Dei permanere, qamdiu non peccaverimus.* Verum ista ex suâ, an ex adversarii mente proponat Hieronymus, incertum est; differendo, an asserendo, laqeum nectendo, qo opponentem constringat, an scutum opponendo, qo ejusdem tela repellat: amat enim nimiopere in istis rhetoricari Hieronymus, & dissertationis seriem ita pertexere, ut qid statuat, qid rejiciat, havd expiscari sit proclive. Ambiguum magis hic facit, qod mox subjicit. *Qi dicit se in ipso manere, debet; sicut ille ambulavit, & ipse ambulare* (c. 2. v. 6.) *eligat adversarius è duobus qod vult. Optionem enim damus: manet in Christo, an non manet? si manet, ita ergò ambulet, ut Christus. Si avtem temerarium est, similitudinem virtutum illius polliceri, qi peccatum non fecit, &c. non manet in Christo, qi non ingreditur, ut Christus.* Verum utcumqe istud se habuerit, & ex cujuscunqe personâ prolatum fuerit, rigida certè nimis videtur censura, nisi explicatione aliqâ benigniore mitigetur & molliatur. Monet reverâ ad qos hæc scribit Apostolus, operam dent, ut ne peccent, i. e. à peccato se, qantum poterunt, immunes custodiant, cap. 2. v. 1. subjungit tamen è vestigio, *Si qis avtem peccaverit, advocatum habemus apud Deum Patrem Jesum Christum justum.* Cæterum nisi Dei filii, opinor, Dei filium apud Deum patrem advocatum non habent: qin & tam Filius, qam & Spiritus, interpellat uterqe pro sanctis. Joan. 17. 9. Rom. 8. 26, 27, 34. & Apoc. 8. 3. Non ergo avt Dei filii, avt sancti esse desierunt, pro qibus etiam peccantibus justus ille interpellat. Qin & Hieronymus ipse ibidem: *Non dicit, si qid peccaveritis, advocatum habetis, & ipse est propitiatio pro peccatis vestris. Sed, advocatum, inqit, habemus, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; & non solum pro Joannis illorumqe peccatis, sed etiam pro totius mundi: in toto avtem mundo & Apostoli sunt, omnesqe credentes, frustra avtem habent advocatum Jesum Christum, si peccare non potest.* Peccant ergo & Apostoli, ut de reliqis credentibus nihil dicam, qos tamen è numero filiorum Dei esse unqam desiisse, nemo, opinor, pius sanusve dixerit. Certè Jacobus c. 3. v. 2. *In multis offendimus, sive impingimus, omnes. Non in uno, sed in multis, nec qosdam, sed omnes offendere docet.* Avgustinus *Epist.* 29. Et Beda: *Non dixit, offenditis; sed offendimus, inqit: &, in multis, præmisit; omnes, subjunxit.* Lubricus itaqe & versatilis admodum fuerit sanctorum status, si qoties impegerint, toties generatione divinâ excidant. Nam Davidem qod attinet, etiam *spiritus* lætitiam, non tamen, avt *spiritum* ipsum *salutarem*, avt jus adoptionis, peccando amiserat. Ut ne adjiciam, Davidem, hoc cum diceret, de peccato admisso jam pœnituisse, & veniam etiam à Domino consecutum. qod & Hymni ἐπιγραφὴ liqidò docet. Hieronymus ipse eodem in opere; *Postea tentatur à Diabolo, & post peccatum pœnitens loqitur, Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Magnum peccatum magnâ deleri vult misericordiâ.* Nolo istic disceptare, verè *renatus*, an *denascatur* unqam. Nolo cum Joanne Dunæo nostro sciscitari, *si qamdiu regenitus qis manserit, non peccet, qâ ratione tandem degener fiat, ut peccet.* Neqe enim controversiis hisce jam operam damus. Verùm Joannis mentem qod attinet, nodum ista non solvunt; sed constringunt magis. Sicut & qod Hieronymo prior Origenes *in Rom. cap. 4. Si; qi credit qod Jesus est Christus, ex Deo natus est.* (Joannes *Epist. 1. cap. vers. 1.*) *&, qi ex Deo natus est, non peccat: manifestum est, qod, qi credit Jesu Christo, non peccat. qod si peccat, certum est, qod non credit ei. Indicium igitur fidei veræ est, ubi non delinqitur: Sicut è contra ubi delinqitur, infidelitatis indicium est.* Immite certè nimis hoc, si strictè absoluteqe sumatur. Nam qod præmisit ex ad Corinth. Ep. 2. c. 6. v. 14, 15. & Hieronymus pariter suis subjunxit, (unde suspicio est, hæc, ut alia havd pauca, Hieronymum ab Origene mutuatum) *Nulla pars est fidei cum infidelitate, nulla justitia cum iniqitate communio; sicut nec luci cum tenebris esse potest societas.* Ut nihil dicam de Apostoli mente, qi eo loci hoc tantum agit, ut Corinthios dehortetur à consociando sese idololatris, qibuscum degebant, in sacris ipsorum execrandis, uti patet ex Ep. 2. c. 8. v. 10. & c. 10. v. 20. iniqitatis & infidelitatis etiam reliqias in piis optimis etiam & perfectissimis, etiamsi fuerint regeniti, superesse, negari non potest: qin & lucem cum tenebris, sed in gradu remissiore utrumqe posse simul in eodem subjecto consistere, cum experientia ipsa clamat, tum & Nasonianum illud monet, *Fabul.* 4.

Jamqe dies exactus erat, tempusqe subibat,
Qod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

Mitto, qia ejusdem farinæ, an furfuris, est, qod Epistolarum ex concionum qarundam fragmentis concinnatarum, qæ Ambrosii nomen præferunt; Avtor habet *Epist.* 74. *Si is, qi credit, qi Jesus Christus est, de Deo natus est: &, qi de Deo natus est, non peccat; utiqe is, qi credit, qia Jesus est Christus, non peccat. Si qis avtem peccat, non credit: qi avtem non credit, non diligit: ergò non diligit, qi peccat. Charitas enim multitudinem operit peccatorum.* At verò qid operto opus est, qod non est?

Qintò, superioribus illis mitiores nonnulli *peccare* qidem *ex Deo renatum* non negant sed *non peccare graviori avt atrociore aliqo peccato*: atqe hoc esse qod Joannes voluit, dicendo, *Omnis qi ex Deo nascitur, non facit delictum*; Et, *Qi facit delictum, ex diabolo est.* Ibid. v. 8. Ita Tertullianus *de pudicitiâ, c. 19.* Sunt *qædam delicta qotidianæ incursionis, qibus omnes sumus objecti; cui enim non accidit, avt irasci iniqè, & ultra solis occasum; avt & manum immittere, avt facilè maledicere, avt temerè jurare, avt fidem pacti destruere, avt necessitate mentiri? In negotiis, in officiis, in qæstu, in victu, in visu, in avditu qanta tentamur? ut si nulla sit venia istorum, nemini salus competat. horum ergò erit venia per exoratorem Patris Christum. Sunt avtem & contraria istis, ut graviora & exitiosa, qæ veniam non capiant; homicidium, idololatria, fravs, negatio, blasphemia, utiqe & mœchia & fornicatio, & si qa alia violatio templi Dei. Horum ultra exorator non erit Christus; hæc non admittet omnino, qi natus ex Deo fuerit; non futurus Dei filius si admiserit.* Ita *Joanni ratio constabit diversitatis, distinctionem delictorum disponenti,*

cum

cum delinqere filios Dei, nunc adnuit, nunc abnuit. Hæc ille.
Verum primò, meminerimus illa scripsisse Sepomium, post-
qam ad fæcem Montani à sana sentientibus recesserat. Tum
havd accuratè satis delicta dispescuisse videtur: qantulum
enim interezit, inter *pacti fidem destructam*, qam in alterâ, &
fravdem, qam in alterâ classe constituit? avt an non *Dei tem-*
plum violant, ira injusta & immodica, mendacia, maledicta &
juramenta temeraria, fides pacta destitutio, immissio manus vio-
lenta, &c? Deniqe Dei filium neminem in *fornicationem*, avt
negationem, unqam fuisse prolapsum, avt nec, si fuerit prola-
psus, *Christum exoratorem habere*, hæc avdire vix sustinent
avres Christianæ. Qid enim Davide fiet? de qo supra dixi-
mus. Neqe sufficerit hic Septimiana illa præscriptio *ibid.*
cap. 6. Dignum, inqit, *non est, peraqari nunc qoqe gra-*
tiam circa retro indulta, si de pristino aliqo exemplo venia mœ-
chia vindicatur. non corpus Christi, non membra Christi, non
templa Dei vocabatur, cum veniam mœchia conseqebatur. Re-
ctè enim Hieronymus in hoc ipso argumento *adversus Jo-*
vinian. l. 2. Qui ignorat sub alterâ dispensatione Dei, omnes
retro sanctos ejusdem fuisse meriti, cujus nunc sunt Christia-
ni? Qid Petro? cui tamen Dominum abneganti, non di-
co, Domino condonante, venia concessa est, sed nec,
eodem cum poscente, tum & donante, fides etiam tunc,
cum Dominum negaret, defecit? *Ego*, inqit, *pro te ro-*
gavi, ne deficiat tua fides Lucæ cap. 22. v. 32. Ubi optimè
Theophylactus: Εἰ καὶ πρὸς μικρὸν μέλλεις σαλευθῆναι, ἀλλ᾽
ἔχεις ἐναποκείμενα τὰ σπέρματα τῆς πίστεως, κἂν τὰ φύλλα ῥίψῃ
τὸ πνεῦμα τοῦ ἐπηρεάζοντος, ἀλλ᾽ ἡ ῥίζα ζῇ, καὶ οὐκ ἐκλείψει
ἡ πίστις σου. *Qamvis ad breve tempus concutiendus sis, habes*
tamen recondita fidei semina; etiamsi folia dejiciat insultan-
tis ventus, radix tamen vivet, nec deficiet fides tua. Itaqe
de Petro lapso Avgustinianum illud *in Joan. Ep. 1. tract. 9.*
usurpare licuerit; *Putas, fides hic est? non potest non esse.*
sed latet. hyems est; intus in radice viriditas est. Certè, si
nec negante Petro, Petri fides defecerat, qæ Dei filios
constituit, Joan. 1. 12. Gal. 3. 26. nec tunc qidem, cum
Dominum negaret Petrus, destiterat esse Dei filius.

Sextò, alii Tertulliano adhuc etiam sanctis delinqenti-
bus minus iniqi ad *unum* saltem aliqod *peccatum* restringunt.
Ita, (sed cunctabundus) Avgustinus ad Joan. Epist. 1.
tract. 5. *Fortassis non secundum omne peccatum, dixit, non*
peccat, sed secundum certum qoddam peccatum, qod non po-
test admittere homo, qi ex Deo natus est. & qo non admisso
solvuntur cætera: qod est avtem hoc peccatum? facere contra
mandatum novum: qod est mandatum novum? ut invicem di-
ligamus; Joan. c. 13. v. 35. *hoc ergo peccatum, est charita-*
tis violatio. itaqe qi facit contra charitatem & dilectionem fra-
ternam, non avdeat gloriari & dicere natum se esse ex Deo:
qi avtem in dilectione fraternâ constitutus est, certa sunt pec-
cata, qa non potest admittere, & hoc maximè ne oderit fra-
trem; Joan. Ep. 1. c. 2. v. 11. & c. 3. v. 15. *de cæteris pec-*
catis, avdiat securitatem, charitas cooperit multitudinem
peccatorum; Petr. Ep. 1. c. 4. v. 8. Idemqe ibidem tract.
6. *De certo peccato dixit, non de omni, & habemus exem-*
plum de Evangelio manifestum, qande ait Dominus, Si non
venissem, peccatum non haberent: (Joan. c. 15. v. 22.) *qid*
enim? ad innocentes venerat? avt si ipse non venisset, pecca-
tum non haberet? sed certum qoddam peccatum voluit intelli-
gi: qod in eum non crediderunt, qod præsentem contempse-
rint. Sic & hic non omne peccatum intelligit, sed certum qod-
dam peccatum, qod omnis qi ex Deo natus est non facit, vio-
lationem utiqe charitatis. Qod & Beda secutus, *Non pec-*
cat, inqit, *peccato, qo violatur fraternitas.* Cæterum qod
istic de *charitate* Avgustinus, idem alibi de *fide* dixit. Si-
qidem in *Joan. tract.* 89. Exponens, ut supra, Christi il-
lud, *Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non*
haberent. Numqid ergo, inqit, *sine peccato erant, ante-*
qam Christus ad eos in carne venisset? de his hoc vel stultissimus
dixerit? sed magnum qoddam peccatum, non omne peccatum,
qasi sub generali nomine vult intelligi: hoc est enim peccatum,
qo tenentur cuncta peccata, qod unusqisqe si non habeat, di-
mittuntur ei cuncta peccata: hoc est avtem, qia non credide-
runt in Christum, qi propterea venit ut credatur in eum: hoc
peccatum; si non venisset, non utiqe haberent. Vides idem

A ab eodem *avtore*, nunc *charitati* sive *dilectioni*, nunc *fidei*
attribui: ut hac ratione, tam de peccato adversus fidem,
qam de peccato adversus charitatem, admisso intelligi pos-
sint Apostoli verba. Tum, ut de verbis Domini apud
Joannem impræsentiarum nihil dicam, Petri locus ille de
dilectione peccata cooperiente, peccata aliena, fraterna uti-
qe non sua cujusqe, loqitur. Qod ex Salomone, à qo
Apostolus id mutuatus est, discimus. Sic enim is Parœm.
10. 12. *Odium contentiones excitat, dilectio verò defectiones*
qasvis obtegit. Hoc est, dissimulat hactenus & obvelat
B cas, ne animi offensam, unde lites possint oriri, contra-
hant. Porrò, qodnam, rogo, peccatum adversus qen-
qam admittitur, qo non *violetur charitas*? Siqidem enim
tabulæ secondæ, qâ officia erga proximum continentur
universa, *charitas sit summa*; prout Pavlus monet, Rom.
13. 9. non potest in proximum admitti qicqam, qo adver-
sus charitatis legem non delinqatur. Deniqe odia etiamsi
in renatis regnum non obtineant, nec dilectionis affectum,
qo modo nec fidei sive fiduciæ habitum, ei unqam prorsus
excutiant: tamen & ipsi non rarò charitatis leges planè
C transgrediuntur; imò in tantum qandoqe violant, ut, non
apud Deum solum, sed apud hominem etiam, homicidii
rei peragantur. Facit huc qod Gvilielmus de S. Theodo-
rico (is est enim avtor scripti illius, qod Bernardi nomi-
ne circumfertur, uti ex Trithemii *Catalogo* discimus) *de*
natur. & dignit. divin. Amor. c. 5. Petrus cum peccavit, cha-
ritatem non amisit, qia peccavit potius in veritatem qam cha-
ritatem, cum se ejus non esse mentitus est in ore, cujus totus
erat in corde: ideoqe negationem falsitatis continuò lachrymis
lavit veritas charitatis: sic & David cum peccavit, charitatem
D *non perdidit, sed obstupuit qodammodo in eo charitas ad vehe-*
mentem tentationis ictum; & charitatis in eo neqaqam facta
est abolitio, sed qasi qadam soporatio; qa & ad vocem pro-
pheta arguentis mox evigilavit, & in ardentissima charitatis
confessionem erupit. Qanqam, qod *Petrum in charitatem*
peccasse negare videtur, havd est ita veritati consentaneum:
minus enim qam oportuit; Christum diligebat, qi pro
Christi confessione mortis discrimen adire non sustinebat.
Nam qod Bernardus *de grat. & lib. arb. Peccavit Petrus,*
non spernendo avt odiendo Christum, sed se nimis amando.
E *Siqidem avt negare; avt mori necesse fuit: mori nolens nega-*
vit; nolebat qidem negare; sed magis nolebat mori; & in hoc
culpabilis fuit, qod mentiri qam mori maluit. Idem planè
& de Davide dici poterit; Uriam non oderat, sed sese
famamqe suam nimis amabat, qam qo sartam tectam con-
servaret, Uriam è medio tollendum procuraverat.

Septimò, adjici potest, qod cum aliis & iidem illi sug-
gerunt, *peccare* qidem *renatum*, sed *non peccato ad mor-*
tem, de qo Joannes ipse c. 5. v. 16. Ita Beda *in 1 Joan.* 5.
18. *Non peccat, peccatum videlicet ad mortem.* Sic & Ter-
F tullianus loco prius indicato: *Prospiciebat clavsulam litera-*
rum suarum, & illi præstruebat hos sensus, dicturus in fine
manifestius: Si qis scit fratrem suum delinqere delictum non
ad mortem, postulabit, & dabit ei vitam Dominus, qi non ad
mortem delinqit: est enim delictum ad mortem: non de eo di-
co, ut qis postulet: meminerat & ipse Hieremiam prohibitum
à Deo deprecari pro populo mortalia delinqente. Omnis inju-
stitia delictum est: & est delictum ad mortem: scimus avtem,
qod omnis qi ex Deo natus sit, non delinqit; scilicet delictum
qod ad mortem est. At vero & in mortalia ista, qæ appel-
G lat Septimius, sanctos qoqe incidere qandoqe supra osten-
dimus: nec repetito hic opus est. Itaqe Beda, *de omni*
crimine capitali cum *intelligi posse* dixisset; mox retractavit;
Davidis exemplo permotus, qem *crimen mortale admisisse*
agnoscit. Cæterum Avgustinus, qi & idem locum hunc
adducit, *de corrept. & grat. c. 12. peccatum hoc ad mortem,*
qod peccare *à Deo natus* negetur, aliter accipit. *De hoc,*
inqit, *peccato, qoniam non expressum est, possunt multa &*
diversa sentiri: ego avtem dico id esse peccatum, fidem, qa
per dilectionem operatur, deserere usqe ad mortem. Sed &
Beda; *Peccatum ad tempora mortis protractum, diximus re-*
ctè posse intelligi, qo omnis qi natus est ex Deo, non peccat.
Verum cùm istud *non peccare*, tanqam nota & indicatura
illic proponatur, qâ dignoscat se qis, an cælitùs sit regeni-

tus necne, non potest aptè satis ab eâ affectione sumi qæ nisi à vitâ jam terminatâ non poterit deprehendi.

Octavò, ideô *non peccare* qibusdam *renati* dicuntur; qia *qa peccant charitate cooperiuntur*: hoc insinuavit Augustinus loco prius adducto, cui suffragari videtur & Avtor *Epistola ad Demetriadem virginem* inscripta, qæ inter Ambrosianas 84. habetur. Eam Pelagii esse fidenter qidem sed temerè nimis, affirmat Baronius *Annal. tom.* 5. ad *An.* 397. *Sect.* 39. cum eo nomine Bellarminus contra *de Script. Eccles. ad An.* 374. Ambrosio abjudicet, qia *Pelagianorum mentionem faciat*, (qos & clarè perstringit) *qi Ambrosio noti non fuerint.* Cotterius Prosperi esse pronunciat; qem ad Demetriadem tamen scripsisse, havd verisimile videtur. Verum hujus, qicunqe fuerit, hæc sunt verba. Postqam duo illa loca Apostoli proposuisset, specie tenus pugnantia; *Utrumqe verum est; qia & nemo sine peccato est, in eo qod nemo est sine lege peccati: & qi natus est ex Deo, peccatum non facit, qia per legem mentis,* i. e. *per charitatem, qe Dei semen est, peccatum non facit. Charitas enim operit multitudinem peccatorum: sine qâ nullum prodest bonum, & per qam deletur omne peccatum.* Verum ad hanc conciliationem rejiciendam satis, opinor, est superius dictum. Ad aliam itaqe transimus.

Nonò, ideo *non peccare* dici volunt nonnulli *renatos*, qia, *etiamsi peccent, peccata illis nevtiqam imputentur.* Inculcat hoc non uno in loco Bernardus. *In Septuages. Serm.* 1. *Non peccat.* i. e. *tantundem est acsi non peccet: pro eo, scilicet, qod non imputatur ei peccatum.* Idemqe plenius *de grat. & lib. arbitr. Dictum hoc est de prædestinatis ad vitam: non qod omninò non peccent, sed qod peccatum eis non imputetur, qod vel punitur condignâ pœnitentiâ, vel in charitate absconditur. Charitas qidem cooperit multitudinem peccatorum: &, beati qorum remissa sunt iniqitates, & qorum tecta sunt peccata: &, beatus vir, cui non imputavit Deus peccatum:* (Hymni, 32. v. 1, 2.) Et ne charitatem intelligamus; qam superiores illi; idem explicatiùs adhuc *in Cantic. Serm.* 23. *Sufficit mihi ad omnem justitiam, solum habere propitium, cui soli peccavi. omne qod ipse mihi non imputare decreverit, sic est qasi non fuerit. Non peccare, Dei justitia est: hominis justitia, indulgentia Dei. vidi hoc, & intellexi illius sententiæ veritatem: Omnis qi natus est ex Deo, non peccat: qia generatio cœlestis servat eum. Generatio cœlestis æterna prædestinatio est; qâ electos suos Deus dilexit & gratificavit in dilecto filio suo ante mundi constitutionem: hos ergò adverti qasi nunqam peccasse, qoniam etsi qa deliqisse videntur in tempore, non apparent in æternitate, qia charitas patris ipsorum cooperit multitudinem peccatorum: & dixi beatos, qorum remissa sunt iniqitates, & qorum tecta sunt peccata.* Hæc ille. qi nec persuadet tamen, hanc esse veram dicti Apostolici mentem: neqe enim admittit hanc Apostoli clavsula illa, *ideo non peccare, qia semen divinum in ipsis residet.* Neqe enim *prædestinatio divina* est in prædestinatis, sive in regenitis etiam; cum sit ipsorum non regeneratione, sed generatione etiam longè antiqior. unde & Avgustinus *de correpc. & grat.* c. 9. ex Joan. c. 11. v. 52. *Præsciti, prædestinati omnes, non dico, nondum renati, etiam nondum nati, jam filii sunt Dei, in memoriali patris sui inconcussâ stabilitate conscripti.* aptiusqe multò, *semen Dei, Spiritum Dei* interpretatur Irenæus *Adv. Valent. l.* 4. *cap.* 51. juxta Christi dictum Joan. c. 3. v. 5, 6. qanqam nec ineptè, *verbum Dei*, Avgustinus *in Joan. Ep.* 1. *Tract.* 5. de qo Jacob. c. 1. v. 18. non scilicet qâ codicibus sacris inscriptum continetur, sed qâ fidelium cordibus insitum atqe insculptum habetur, Jacob. c. 1. v. 21. & Pet. Ep. 1. c. 1. v. 23, 25.

Ut ergò sententias recensitas hactenus & rejectas, pavcis recolligamus; nec de *renati officio*, sed de *instituto atqe exercitio* Apostolum hic loqi: nec avt *ad vitam futuram*, avt ad *præsentis exitum*, qod dixit, referendum videri: nec de *peccato*, peccative genere *peculiari* aliqo, *qod non admittatur*; avt de *admisso* qidem, sed vel *charitate obtecto*, vel *non imputato* agi, liqido satis, opinor, in præmissis ostendimus. Proinde, missis hisce sententiarum dissidiis, adjiciemus ultimò, qod Apostoli scopo mentiqe maximè consentaneum censemus. De *peccandi modo* dixisse avtumamus Apostolum: *non eo* scilicet *modo peccare hominem regenitum, qo irregeniti peccent, avt qo ipse etiam, nondum regenitus, peccabat.* Minus explicatum hoc forsan videtur. Discrimen vis designatum? suppeditabunt id, etiam ex eis, qos superiùs adduximus. Horum enim suffragia, licet adversus se qoqe, istic nobis non deerunt. Dispescuntur itaqe à se invicem, *peccata*, qibus obnoxii sunt utriqe, qod attinet, variis rationibus, *regeniti* & *irregeniti.*

Primò, *ante peccandum*: *non peccat regenitus*, qia *non vult peccare.* Regeniti enim voluntas, desiderium, consilium, institutum est, ne peccet. At irregeniti, in adversum ista sunt omnia: itaqe & peccato ultrò se dedit, & peccandi captat occasiones. Hoc est, qod Avgustinus de verb. Dom. Serm. 43. explicando Apostoli verba illa, Gal. c. 5. v. 17. *Caro concupiscit adversus Spiritum, Spiritus avtem adversus carnem; & hæc sibi invicem adversantur; ut non ea, qa vultis, faciatis.* & Rom. c. 7. v. 15. *Non qod volo, hoc ago; sed hoc ago, qod odi. Qid est, ut ea qa non vultis, faciatis? &, qod non volumus, facimus? qia vultis ut non sint omnino concupiscentiæ malæ: sed non potestis: volumus ut nulla sint concupiscentiæ, sed velimus nolimus, habemus illas.* Et de verb. Apostoli Serm. 3. *Hæ invicem adversantur, ut ea qa vultis facere, ut nulla sint in vobis prorsus rerum illicitarum concupiscentia, non possitis.* Certè, qi, ut nec concupiscentiæ stimulos sentiant; volunt, ne consentiant eisdem peccando, multo magis & enixè cupiunt & obnixè conantur. Ita Estius noster in *scriptis posthumis*: *non peccat.* i. e. *non peccare, proponit sibi: hoc illi vitæ ac instituti scopus est, ne peccet. Joan. Ep.* 1. c. 2. v. 1. Itaqe qod de se Seneca *Epist.* 8. *Non vaco somno, sed succumbo*; Non vacat, sed succumbit, peccato: cui irregenitus vacat, nec succumbit, sed ultro se dedit. Ephes. c. 4. v. 18.

Secundò, *inter peccandum*: *non peccat*; i. e. *non totus peccat: in qantum renatus est, in tantum non peccat.* Hoc est, qod ubiqe ferè Avgustinus inculcat, in Joan. Ep. 1. Tract. 4. ad cap. 3, v. 6. *Omnis qi in ipso manet, non peccat. In qantum in ipso manet, in tantum non peccat.* Et de verb. Dom. Serm. 60. *Qi credit in filium Dei, & credendo nascitur ex Deo, & fit filius Dei, in qantum adhæret illi, in tantum non peccat.* Idem de perfect. Justit. propos. 16. *Secundum id qod ex Deo nati sumus, in eo qi apparuit ut peccata tolleret,* i. e. *in Christo manemus,* & *non peccamus: hoc est avtem, qod interior homo renovatur de die in diem. Secundum avtem qod de homine illo nati sumus, per qem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, sine peccato non sumus; qia sine illius infirmitate nondum sumus, donec illâ renovatione, qa fit de die in diem, qoniam secundum ipsam ex Deo nati sumus, infirmitas tota sanetur.* Idem contra mendac. c. 20. *Secundum hanc gratiam, qâ natus est ex Deo, non peccat: hæc enim nativitas, si sola esset, nemo peccaret; & qando sola erit, nemo peccabit. Nunc avtem adhuc trahimus, qod corruptibiles nati sumus, qamvis secundum id qod renati sumus, de die in diem renovamur ulterius.* Idem ad Pelag. Epist. lib. 3. cap. 3. *Peccant & filii Dei: sed eâ conditione peccant, qâ sunt filii adhuc hujus seculi; qâ verò gratiâ sunt filii Dei, non utiqe peccant.* Qod idem habet & de peccat. merit. & remiss. lib. 2. cap. 7. Idem de grat. Christ. lib. 21. *Charitas ex Deo est; & omnis qi diligit, ex Deo natus est.* (Joan. Ep. 1. cap. 4. v. 7.) *Secundum istam charitatem, melius intelligitur dictum; Qi natus est ex Deo, non peccat: & ideo non potest peccare, qia charitas, secundum qam natus ex Deo est, non agit perperam, nec cogitat malum.* (Cor. Epist. 1. c. 13. v. 5.) *cum ergo peccat homo, non secundum charitatem, sed secundum cupiditatem peccat, secundum qam non est natus ex Deo.* Qod idem ferè & *Epistola* illius, qæ pro *Ambrosianâ* habetur, Avtor supra lavdatus: *Qi natus est ex Deo, peccatum non facit.* i. e. *per charitatem, qa Dei semen est, peccatum non facit.* Qamvis in mox subjectis allò declinet. Bernardus itidem de grat. & lib. arbitr. *In qantum regnum gratia dilatatur, dum interior homo de die in diem renovatur, in tantum peccati potestas minuitur: In qantum verò minus est adhuc propter corpus mortis, qod aggravat animam, etiam perfectiores qi videntur, necesse habent confiteri*

& dicere, In multis offendimus omnes; &, si dixerimus, qia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed omnium clarissimè de S. Theodoric. de nat. & dign. amor. divin. cap. 6. *Infirmitas carnis ex vitio primæ originis sæpe offendit, sæpe cadit, sæpe lædit graviter, & læditur, mente interius dolente, & patiente potius qam agente, qod perperam foris geritur, nec tamen charitate perdente, sed ex charitate gemente & clamante ad Deum, Infælix ego homo, qis me liberabit de corpore mortis hujus? unde dicit Apostolus; Ego mente servio legi Dei, carne avtem legi peccati.* (Rom. cap. 7. vers. 24, 25.) *& rursum, Non ego operor illud, sed qod habitat in me peccatum.* (Ibid. vers. 17.) *Itaqe qisqis ille est, secundum hoc qod natus est ex Deo. i. e. secundum interioris hominis rationem, in tantum non peccat, in qantum peccatum, qod corpus mortis foris operatur, odit potiùs qam approbat, semine spiritualis nativitatis, qo ex Deo natus est, eum interius conservante. Et notanda vis verborum: Omnis qi natus est ex Deo, peccatum non facit: Non enim peccatum facit, qod patitur potius qam facit. Verum de formulâ istâ deinceps amplius videbitur.* Hieronymus Zanchius Miscel. tom. 1. lib. 2. tract. de persever. Sanct. cap. 1. *Qi natus est ex Deo, non peccat, hoc scilicet peccato, qod fit ex toto animo & plenâ voluntate: nec potest ita peccare; qia fideles partim sunt Spiritus, partim caro: impii verò toto animo peccant, qia toti sunt caro.* Et lib. 3. de persever. cap. 3. Qæst. 2. *Qatenus renovatus & regeneratus est in Christo, malum qod facit, odit. Itaqe non tota voluntate, totove pectore peccat.* Martinus Bucerus in Matth. cap. 8. *Pii etiam dum peccant, oderunt animo qod agunt.* Rom. c. 7. v. 15. Idemqe in Rom. c. 7. *Duplex est in homine (renato) voluntas: altera, qâ consentit legi, altera, qâ facit qod detestatur.* Qod & multis differit ibidem, illustratqe exemplis, tum Davidis, tum Petri.

Tertiò, *in peccato*, sive *peccati praxi. Non peccat renatus, qia non dat operam peccato*; qod Pavlus dicit, *In peccato vivere, & secundum carnem ambulare & vivere* Rom. cap. 6, v. 2, *Qi mortui sumus peccato, qomodo adhuc vivemus in eo?* Et cap. 8. v. 1. *Qi sunt in Jesu Christo, non secundum carnem ambulant.* Et vers. 13. *Si secundum carnem vixeritis, morituri estis.* Itaqe rectè monet Joannes Calvinus in Joan. Ep. 1. cap. 3. *Apostolum, non de uno aliqo actu, sed de continuo vitæ tenore agere: in qâ vim gratia regenerantis facere, ne vincat, prævaleat, regnum obtineat caro, & per carnem peccatum.* Avgustinus de pœnit. medicin. cap. 5. *Utrumqe verissimè scriptum est; &, Qi natus est ex Deo non peccat! &, si dixerimus, qia peccatum non habemus, &c. Illud ergò ex primitiis novi hominis; hoc ex reliqiis veteris dictum est: utrumqe enim agimus in hac vitâ. Pavlatim avtem novitas accedit, & pavlatim, vetustate cedente, succedit. Dum verò utrumqe agitur, in stadio sumus, nec solum percutimus adversarium bonis operibus, sed etiam incavtius evitando percutimur. Neqe nunc qis nostrum vicerit, sed qis crebriùs feriat, qis fortius confligat, attenditur, donec alios secum in sempiternam mortem pertrahat, qi bonum stanti lapsus invidet, ab aliis de ipso in fine triumphetur.* Idem de correpc. & grat. c. 12. *Accipiunt* (renati) *tantam per hanc gratiam libertatem, ut qamvis, qamdiu hic vivunt, pugnent contra concupiscentias peccatorum, eisqe nonnulla surrepant, propter qæ dicunt qotidie, Dimitte nobis debita nostra, non tamen ultro serviant peccato, non primâ conditione, sicut primus Adam, liberi, sed per secundum Adam Dei gratiâ liberati, & istâ liberatione habentes liberum arbitrium, qo serviant Deo, non captiventur à Diabolo.* Clavdius Tavrinens. in Galat. c. 5. *Peccatum habitat, etiam ubi non regnat. aliud est enim non peccare, aliud peccatum non habere. Nam in qo peccatum non regnat, non peccat; qia non obedit desideriis ejus.* Rom. c. 6. v. 12. *In qo avtem non existunt omnino ista desideria, non solùm non peccat, sed etiam peccatum non habet: qod ex omni parte non nisi in resurrectione peragetur.* Favet huic sensui phrasis Apostolica, *ἁμαρτίαν ὐ ποιεῖ*. qod Beza optimè vertit, *non dat operam peccato, qi genitus est ex Deo.* Sicut vers. 8. *ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, Qi peccato dat operam, servus est peccati.* cui opponitur, vers. 7. *ὁ ποιῶν δικαιοσύνην, Qi dat operam justitiæ.* qod etiam vertere licuerit,

A *Qi justitiam facit*; qemadmodum *ποιεῖν τὴν ἰατρικὴν, medicinam facere* dicitur, qi eam profitetur, & in ejusdem praxi versatur: & *Mathematicam facere*, Lampridius alicubi dixit, pro in disciplinam eam se dare, eidemqe sedulò studere. & *schænobaticam*, Cælius ad Ciceron. *lib.* 8. *Epist.* 1. & *præconium*, Balbus apud Cicer. *lib.* 6. *Epist.* 18. & *aruspicinam* Cicero ipse, *ibid.* & *argentariam*, idem *Verrin.* 7. & *mercaturam*, *ibid.* & *piraticam*, *Orat. pro redit.* *facere*, pro *exercere* dixerunt: & diverbio vulgari dicitur,

Artem pudere proloqi, qam factites.

B Perinde avtem justitiæ pietatiqe, non avtem peccato, qod est irregenitorum, dant operam regeniti: at qum peccant, qasi alienæ, cui minus assvevere, artis operi manum admovere videntur.

Qartò, *post peccatum* admissum: *non peccat, qia non in peccato cubat.* qo modo de mundanis sive irregenitis Joannes ibid. cap. 5. vers. 19. *κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. Mundus totus in malo cubat*; at regenitus, etiamsi *in malum cadat, in malo non cubat*: qod de se senex ille in comicis Nebulis. 1. 2.

C *Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πεσών γε κείσομαι.*

At non jacebo, qamvis ceciderim, tamen.

Ita Bernardus *in Septuages. Serm.* 1. *non peccat*; i. e. *non permanet in peccato.* Idemqe *Serm. de triplici cohærent. Ex his nullus peccat*; i. e. *in peccato perseverat.* Gvilielmus item à S. Theodoric. *de nat. & dignit. Amor. div. cap.* 6. *Omnis qi ex Deo natus est, non peccat: qod, etsi aliqando incursu peccati læditur & atteritur, radice tamen charitatis in altum defixâ, non perit: imò statim fæcundiùs & vivaciùs convalescit & surgit.* Et rursus; *Non potest peccare, perD severando scilicet in peccato; dum legi Dei*, cui mente servit, etiam carnem *festinat subigere, qa tentatione & peccato incurrente legi videbatur servire.*

Hoc est ergò, qod de *regenito* qoqe Joannes; *Non peccat; vitam peccato immunem, qantum potest, sibi proponit; nec peccato unqam sponte dat operam; qod si qando præter animi propositum deliqerit, nec in peccatum totus proruit, nec in eodem persistit, sed errore agnito, ad institutum mox pristinum, qam primum qantumqe potest, festinus revertitur.* Vis vivam affectionis hujusce imaginem? Animus spiritu afflaE tus, stylus magnete attactus: hic, cum ad qamvis cœli plagam perinde prius se haberet, jam arcanâ qadam vi insitâ polum arcticum versus rectâ fertur; eo sponte suâ constanter inclinat; in hoc situ solo conqiescere novit. Verum, cum vel de filo subtilissimo pendeat, vel aciculæ fastigio tenuissimo insideat, concussione etiam levissimâ, à situ illo, qem solum intendit, & in qo solo conqiescit, in has vel illas partes facillimè dimovetur: qod tamen ubi contigerit, nusqam potest consistere, nusqam qiescere, sed motitatione tremulâ jugiter fluctuat, donec situm ilF lum occupaverit denuò, in qo solo consistere & conqiescere potest. Pari planè modo ad legem divinam afficitur mens spiritu afflata afflatuqe ejusdem reformata & regenita: huc constanter collimat; huic observandæ seriò sedulòqe incumbit: interim cum in lubrico ac versatili consistat per carnis imbecillitatem tentationisqe vehementiam, si qando statu suo exciderit, qasi à situ debito depulsa, trepidare non cessat, donec pœnitentiæ intervenientis ope operâqe, in pristinum statum sese denuo restituerit. Habes exemplum in Davide, 2 Reg. 24. 10. & Hymn. 18. 22, 23. G & 119. 6. cum Hymn. 32. 2, 3. & 51. 3, 4, 7, 10. 12, 17. habes in Petro, Matth. 26. 33, 35. 75.

CAPUT XXXIV.

In dramaticis personas interloqentes distingvere nonnunqam haud promptum. Illyrici in Hosio hac ratione lapsus, Bellarmino atrociter exagitatus. Ipse cum Episcopio in Epiphanio erroris ejusdem reus uterqe, dum Proclo hæretico ea tribuunt, qæ sunt Methodii: eosdem Pavlum ipsum hæreseos arguere. Concupiscentiam in renatis, qæ est pars peccati originalis, peccatum formaliter dici, Cajetanus. Pavlus

cum Jacobo conciliatus. Concupiscentia duplex, habitualis, actualis. A genere lupino imagine ducta, distinctio ea illustrata. Eam in regenitis manere, priscorum suffragia. Methodii in hanc rem similitudo elegantissima, a caprifico desumpta. Pauli etiam testimonio in rem eandem accersito. Methodii esse, qa Proclo affingunt illi; ex Photii relatione, Petavii etiam confessione. Scriptis Methodiani methodus. Theophilus *in eo nomen proprium; non commune ut Petavius. Epiphanius ex conjectura suppletus. Lemma mendi Petavio frustra suspectum. Epiphanii codices mutili, vitiati etiam, ex Photio emendandi. Ex Epiphanio citati, qa apud eum nulla sunt: ex Methodio, qa ipsius menti planè contraria sunt.* Proclus *nomen nec Græcum, nec Latinum.* Proculus *nomen Latinum, unde* Πρόκλος *corruptum Græcis: alia κόμματος ejusdem. Nominis ratio. Epitaphium aditui cujusdam Germani. Seminum exiguorum vis. Caprifici monumentis innascentes. Meursii de his error. Ex olea nucleo oleaster, ficus papavere caprificus. Tertulliani locus à Rigaltio aliter longè, qam aliis, ante, conceptus: lapsus idem in* ficus papavere.

PRoclive nimis est, in scriptis dramaticis, ubi plures interloquntur, personas confundere, & unius pro alterius dicta accipere, ni dictionis seriem qis diligentiùs inter legendum attenderit. Atqe hoc est qod Robertus Bellarminus Cardinalis Flacco Illyrico aliisqe qibusdam objicit *præfat. ad tom. 1. controversiam qartam de Concil.* qod verba qædam sub Svenkfeldii hæretici personâ à Stanislao Hosio Cardinale posita in libro *de expresso Dei verbo*; in qo ipse qoqe de verbo Dei scripto parum honorificè loqitur havd semel, pro Cardinalis ipsius habuerint. Cæterùm errorem eundem planè erravit ipse Bellarminus, qi *Controversiæ ejusdem lib. 4. c. 9. Sect. 23. Hæres. 5.* qo nos Hæreticis priscis affines faceret, ait *Proclum hæreticum apud Epiphanium Hæres. 64.* dixisse, *peccatum in renatis semper vivere: concupiscentiam etiam verè esse peccatum, nec tolli per baptismum, sed sopiri per fidem.* Et tom. 2. controv. 2. de Bapt. l. 1. c. 13. *Ita habet*, inqit, *Proclus qidam Origenista apud Epiphanium Hæres. 64. ubi etiam ponit refutationem hujus hæresis ex libro qinto Methodii Martyris de resurrectione.* Sed & acriùs rem urget Gvilielmus Episcopus, qi Doctorem se Theologum indigetat, *adversus piæ memoriæ D. Gvilielmum Perkinsium* nostrum: primo in *Epistolâ ad Jacobum Regem dedicatoriâ. Proclus qidam*, inqit, *Origenista erroneus, docuit peccatum in baptismo non tolli sed tegi: prout sanctus ille antiqus Pater Epiphanius scripto prodidit.* Tum in Operis ipsius *cap. 2. sect. 9. Refert*, inqit, *antiqus ille sanctus Episcopus Epiphanius, Proclum qendam vetustum putridumqe sectarium docuisse, peccata in baptismo non tolli, sed tegi tantum, qod idem est acsi dixisset, manere qidem in homine renato, sed non eidem imputari: qod est idem prorsus Perkinsii ac Protestantium dogma.* Adeone homines ex malitiâ odioqe non cæcutire, sed insanire, ut etiam Christi Apostolo, Christianos Apostolicosqe ipsi semet professi, non mendacii, sed hæreseos etiam notam affingere atqe inurere velint? An non enim Pavlus Apostolus ipse, ad Rom. c. 7. hæc eadem affirmat, qi & peccatum in se, renato jam licet, *manere*, & vivere, (*operari* enim) disertè profitetur? & *concupiscentiam* istam *peccati* nomine decies minimùm ibidem nuncupat? unde Thomas qoqe de Vio Cajetanus, Cardinalis & ipse, fateri cogitur, *fomitem internum, sive concupiscentiam, etiam in baptizatis & justis & sanctis viris*, imo *in homine qamumcumqe justo manere; nec caussaliter tantum, sed & formaliter peccatum appellari, pro qanto est pars peccati originalis*: Atqe hic obiter Pavlum cum Jacobo, non tam committere qam conciliare, operæ pretium forsan fuerit. Pavlus ait *peccatum parere concupiscentiam* Rom. 7. 8. Jacobus vice versâ, *concupiscentiam parere peccatum.* c. 1. v. 15. Dissentire videri possunt; consentiunt tamen pulcherrimè, & adversus adversarios nostros hac in parte conspirant. Duplex est igitur *concupiscentia*, (qod & Cajetanus ipse adverterat) *habitualis* & *actualis*; illa *affectione* sive *dispositione* pravâ, hæc *affectu* sive *cupidine* & *desiderio pravo* definitur.

A Illam Pavlus *peccatum*, hanc *concupiscentiam*; at illam Jacobus *concupiscentiam*, hanc *peccatum* nuncupat: ita tam ista, qam & illa, *peccati* nomine censetur. Illustremus simili, eâ nisi imagine, qam Avgustinus toties usurpavit, *de verb. Apost. Serm.* 15. & 19. & alibi; ejusdemqe nomine nescio qis, *ad frater. Eremit. serm.* 35. Zvinglius item (qem hac in parte suggillat & flagellat Bellarminus *de amiss. grat. & stat. pecc. l. 5. c. 2.* sed immerentem, uti ex Gvalteri *Apologiâ* videre licet) *adv. Catabapt. & Epist. ad Urban. Regium.* Lupus, etiam dum in lustris delite-

B scens & dormiens qietem agit, interim lupus est; sed & lupi catulus, prædæ adhuc & ineptus & inscius, qia indole lupinâ, ingenio rapaci præditus uterqe. Habes affectionem sive dispositionem rapacem: Idem, ubi jam adoleverit alter, alter expergefactus processerit, ovium grege conspecto, prædam appetere occipit, avet istinc aliqid rapere: habes amplius affectum rapacem, ex affectione sive dispositione rapaci illâ enatum. Neqe enim in bove avt eqo ovis conspecta affectum istiusmodi suscitaret avt eliceret. Itaqe scitè Avgustinus, *Etiamsi*, inqit, *qia vigilant forsan pa-*

C *stores, latrant canes, qi fremens venerat, tremens redeat, tamen & fremens & tremens lupus est.* Verum pergit porro lupus idem, & ovem à grege reliqo palantem qum offenderit, corripit; habes à rapaci affectu illo actum etiam eidem congenerem productum. Pari modo in homine nondum regenito vel infante, vel etiam sopito, *affectionem* sive *dispositionem vitiosam* deprehendas; in adulto, vel expergefacto eodem, *affectum* parilem, ubi occasio tulerit, inde provenientem: in eodem, qod jam libuerit & animo insederit, ubi nihil qod impediat, intervenerit, executo,

D *actum*, qi utrumqe illum parentem agnoscat. Primam illam, in renatis ipsis, ex parte & manere, & vivere, & plus nimio aliqoties vigere, & affectus vitiosos suscitare, actus pravos etiam qandoqe producere, fateamur necesse est, ni velimus (ut Pavlum de sese id disertè fassum præteream) Joanni ac Jacobo Apostolis qoqe contradicere; qorum alter, *Si dixerimus*, inqit, *qod peccatum non habemus*, (*nec, habuimus, sed, habemus, dixit, ne qis de vitâ præteritâ dictum suspicetur*, qod & Avgustinus observavit) *nosmet ipsos fallimus, & veritas in nobis non est.* Alter,

E *In multis*, inqit, *offendimus omnes.* De qo loco Avgustinus *Epist.* 29. *Non in uno, sed in multis, nec qosdam, sed omnes offendere, dicit.* Et Beda; *Non dixit, offenditis; sed offendimus, inqit: Et, in multis, præmisit; omnes subjunxit.* Adjicere his liceret, è priscis havd pavca, qale illud Avgustini *de verb. Apost. serm.* 6. *Peccatum, qantum ad sanctos attinet, in hac vitâ regnum perdit, in aliâ perit.* Et ejusdem illud *de nupt. & concupisc. l. 1. c. 25. Dimittitur in baptismo carnis concupiscentia, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur.* Qo loco & *cap. proximo* ostendit, qa ratione

F in qibusdam *peccatum cum transierit actu, maneat reatu; in aliis transeat reatu, etiam cum maneat actu.* Illud item Bernardi *in Psalm. 90. serm. 10. Habitat; sed non regnat: manet, sed non dominatur, avt prævalet: evulsum qodammodo, necdum tamen expulsum; dejectum sed non prorsus ejectum tamen. Eradicari enim avt extirpari è cordibus nostris omninò malitia non poterit, donec in mundo fuerimus.* Idem *in Qadrages. serm.* 6. Sed controversias jam non scribemus. Ad *Hæresin Proclianam*, qæ dicitur, redimus. Periculosa scilicet hæresis & perniciosa mirum ni, qam & Apostoli ipsi & Pa-

G tres prisci illi promulgaverint, & tam pertinaciter propugnaverint. Apud Epiphanium ergò non *Proclus Origenista, qem Methodius refutat*, sed Methodius ipse, qi Proclo adversatur, ea profert & affirmat, qæ tanqam hæretica suggillant isti, qô hæreticam nobis labem vel efficaciùs vel speciosiùs saltem, affingant & appingant. Sic enim ille apud Epiphanium *Hæres. 64. sect. 28.* Ἐφ' ἡμῖν γὰρ οὐ τὸ ἀφανίσαι τὴν ῥίζαν τῆς πονηρίας τελείως, ἀλλὰ τὸ μὴ πρὸς ἔκτασιν αὐτὴν ἐᾶσαι φῦναι, καὶ καρποφορεῖν. ἡ μὲν γὰρ καθόλου καὶ παντελὴς ἄχρι ῥιζῶν αὐτῆς ἀναίρεσίς τε καὶ ἀπώλεια, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὴν τοῦ σώματος, ὡς εἴρηται, διάλυσιν γίνεται. ἡ δὲ ἐκ μέρους, πρὸς τὸ μὴ οἷον βλαστεῖν, ὑφ' ἡμῶν. *In nobis enim est situm, non ut improbitatis radices penitus evellamus, sed ut ne excrescere ulteriùs & fructus edere permit-*

mittamus. Siquidem absoluta atque universalis hujus unà cum radicibus ipsis sublatio & perditio à Deo, uti dictum est, in corporis dissolutione perficitur: qa autem ex parte fit, ne progermines scilicet, à nobis procuratur. Id elegantissimâ prius imagine illustraverat, *sect.* 25. verba cum non orichalco tantum, sed avro obrusso, cara non sint, prolixiùs transcribere nevtiqam gravabor. Καθάπερ γὰρ ἐν οἰκοδομήμασι ναῶν καλῶν συκῆ γεννηθεῖσα, ταῖς ἐκζέσασι, καὶ μέγεθος ἀναθραφεῖσα, καὶ ἐπὶ πάσας τὰς ἁρμονίας πολυπλοκήτους ῥίζας τῶν λίθων κεχυμένη, οὐ πρότερον τοῦ φύειν παύεται ἕως πάντα ἀποσπασθῇ, λυθέντων τῶν καθ' οὓς ἐβλάστησε τόπους τῶν λίθων. Δυνατὸν γὰρ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ ἑαυτῶν ἐναρμοσθῆναι τόπους τοὺς λίθους, τῆς συκῆς ἀφῃρημένης. ὅπως ὁ μὲν ναὸς σώζηται, μηδὲν τῶν ἀφανιζόντων αὐτὸν κακῶν ἔτι μηκέτι φέρων, ἡ δὲ συκῆ πάντα πρόρριζος ἀποσπασθεῖσα ἀποθάνῃ. κατὰ ταῦτα καὶ ὁ Θεὸς ὁ τεχνίτης τὸν ἑαυτοῦ ναὸν τὸν ἄνθρωπον, δίκην ἀγρίας συκῆς, τὴν ἁμαρτίαν βλαστήσαντα, διέλυσε, θανάτῳ πεπονημένον παραβολαῖς ἀπολύειν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ζωοποιῶν. ἵνα πάλιν τῆς αὐτῆς ἡ σὰρξ μορφῶν, μετὰ τὸ ξηρανθῆναι καὶ ἀποθανεῖν τὸ ἁμάρτημα, δίκην ἀνακαινοποιηθέντος ναοῦ, ἄφθαρτος, καὶ αἰτηίμων (legendum *ἀπήμων*) ἐγερθῇ, τελέως ἐκ βάθρων ἀπολομένης τῆς ἁμαρτίας. *Sicut enim templorum angustiorum structurâ innascens ficus, & in amplitudinem insignem feliciter aucta, ubi in juncturas lapidum universas radicum fibris multiplicibus immiserit sese, non potest prius supprimi prorsus, qam lapidibus eo loci, è qo prodierit, disjectis, tota penitùs evulsa fuerit: possunt enim locis suis lapides restitui denuò, ficu sublatâ, ut & templum ipsum incolume servetur, cum nihil jam ex eis ferat, qæ eidem adversa, ipsum corrumpant, & ficus tota radicitùs evulsa intereat: ad eundem planè modum artifex ille Deus, hominem templum suum, ex qo peccatum, caprifici instar, progerminaverat, dissolvit, ac mortis impressionibus ad tempus occidit, & vivificat, ut Scriptura loqitur; ut rursus caro eisdem constans partibus, ubi jam exaruerit atqe intermortuum fuerit peccatum, templi instar denuò instavrati, immortalis atque incolumis erigatur, subruto prorsus à fundamentis ipsis peccato.* Seqitur; Ζῶντ@ γὰρ ἔτι τοῦ σώματος πρὸ τοῦ τεθνήξεσθαι, συζῆν ἀνάγκη καὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἔνδον τὰς ῥίζας αὐτῆς ἐν ἡμῖν ἀποκρύπτουσαν, εἰ καὶ ἔξωθεν τομαῖς ταῖς ἀπὸ τῶν σωφρονισμῶν, καὶ τῶν νουθετήσεων ἀνεστέλλετο. ἐπεὶ οὐκ ἂν μετὰ τὸ φωτισθῆναι συνέβαινεν ἀδικεῖν, ἅτε παντάπασιν εἰλικρινῶς ἀφῃρημένης ἀφ' ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας. νῦν δὲ καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι, καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἐλθεῖν τοῦ ἁγνισμοῦ, πολλάκις ἐν ἁμαρτίαις ὄντες εὑρισκόμεθα. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἁμαρτίας ἐκτὸς εἶναι ἑαυτὸν καυχήσεται, ὡς μηδὲ κἂν ἐνθυμηθῆναι τὸ σύνολον ὅλως τὴν ἀδικίαν. ὅθεν συνέστηκε, συστέλλεσθαι μὲν, καὶ κατευνάζεσθαι τῇ πίστει νῦν τὴν ἁμαρτίαν, ὡς τὸ μὴ εἰσαγαγεῖν καρποὺς βλαβερούς, οὐ μὴν ἀνασπᾶσθαι, καὶ τῶν ῥιζῶν ἄρχει. νῦν μὲν ἐνταῦθα τὰς βλάστας αὐτῆς. οἷον τὰς ἐνθυμήσεις τὰς πονηρὰς συστέλλομεν, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλήσῃ μὴ ἐῶντες ἀναμύειν, καὶ διοιγνῦσθαι τὰ μεμυκότα σπέρματα πρὸς τὰς ἐκφύσεις τοῦ λόγου, δίκην ἀξίνης πρὸς τὰς ῥίζας αὐτῆς τὰς κάτω φυομένας τέμνοντ@. τότε δὲ καὶ τὸ ὅλως ἐνθυμηθήσεσθαι περὶ κακίας ἀφανισθήσεται. *Etenim qamdiu corpus nondum morte occupatum vixerit, etiam peccatum unâ vivere necesse est, cum radices suas intra nos abditas habeat, etiamsi extrinsecus castigationum reprehensionumqe putationibus qibusdam coerceatur: alioqi post lumen* (i. Baptismum) *collatum nihil injusti perpetraremus; utpote cum peccatum à nobis planè pureqe sublatum esset: nunc verò etiam post fidem susceptam, & ad aqa sanctificantis lotionem accessum, peccatis occupati sæpenumero deprehendimur. Neqe enim ita qisqam peccato immunem semet gloriabitur, ut nihil unqam injusti prorsus vel cogitatione tenus admittat. Unde consit, coerceri qidem & sopiri nunc fidei ope peccatum, ne fructus noxios emittat, non tamen, & radicitus sublatum esse. Proinde nunc qidem germina ejus, cujusmodi sunt cogitationes improba, compescimus, ne qa radix amaritudinis erumpens molestiam nobis facessat, dum dehiscere, ac dehiscendo ad pullulandum aperiri oscula prohibemus, sermonis divini ope ad id usi, qi securis instar ad radices posita germina inde identidem progerminantia excidit: tunc verò mali etiam cogitatio omnis prorsus abolebitur.*

Hæc avtem ne ἀμάρτυρ@ affirmet Methodius, Pavlum

A Apostolum in partes advocat, qi & ipse nôrit, *μηδέπω τὴν ῥίζαν ἐξ ἀνθρώπων τῆς ἁμαρτίας ἀνῃρῆσθαι*, *peccati radicem nondum esse ex hominibus omnino sublatam.* Hujus de se verba in eam sententiam clarissima ex *ad Romanos cap.* 7. *v.* 18, 19, 20, 22, 23. (qæ cum in nostri omnium manibus Apostoli scripta versentur, & ubiqe præsto sint, transcribere supervacaneum fuerit.) ubi recitaverat, subjungit denuò, *sect.* 26. ἄτας οὐδέπω τῆς ἁμαρτίας αὐτόπρεμνον ἐκ ῥιζῶν διηρῆσθαι συνίζη. οὐ γὰρ εἰς τέλος ἀπέθανεν, ἀλλὰ ζῇ. πῶς γὰρ περὶ τοῦ &c. ἔχων ἐξηγερθῇ. *Ita nondum stirpitùs*
B *ac radicitùs excisum peccatum: neqe enim emortuum est planè, sed vivit: qomodo enim id fieret, priusqam homo morte fuerit occupatus? ut unà cum ipso marcescens ac contabescens peccatum, ipsum qidem prorsus intereat & aboleatur, ad stirpis instar, ubi solutum jam est illud, in qo abditas sese radicibus conservabat; homo verò, nullâ jam amaritudinis radice instructus, ipse denuò erigatur.* Atqe hæc qæ nostris asserentibus *hæresin impuram sapiunt, hæreticam spirant pravitatem, non Proclus qidam Origenista, vetustus putridusqe sectarius; sed Methodius sanctus Martyrqe* idem (utriusqe ab adversa-
C riis elogia habemus) adversus Proclum illum, qisqis is fuerit, ejusdemqe σύμμαχον Aglaophontem differendo. Id qo dilucidiùs patescat, sciendum Methodium Olympi primùm, mox Tyri Episcopum, eundemqe Martyrem, adversùs Origenem, qi de resurrectione perperam senserat, scripsisse: ut Hieronymus cum in *catalogo*, tum *adv. Rufin. Apolog.* 1. docet. Id scriptum in *dialogi* formâ concinnatum est, in qo interloquntur, ex alterâ parte *Aglaophon & Proculus* Origeni συναγωνισταὶ, ex alterâ *Avxentius & Evbulius*, qo se nomine *Methodius* ipse nuncupaverat. Idqe
D sub *Theophilo* qodam arbitro, ad cujus censuram disputatio tota deferebatur. Sic enim *sect.*17. loqitur: Ἀκηκόατε γὰρ ὑμεῖς τῶν λόγων, ὦ κράτιστε Θεόφιλε, καλῶς. qo loco aliqid deesse liqet; *Vos enim sermonum nostrorum judices, teqe inprimis optime Theophile pronuntio.* forsan, καὶ οἱ δὴ, ὦ κ. Θ. sic enim *sect.* 38. ὦ κράτιστε Θεόφιλε, καὶ οἱ λοιποὶ κριταὶ τῶν λόγων. *Optime Theophile, vosqe ceteri sermonum nostrorum arbitri.* Itaqe frustra est Petavius, cum *Theophili* nomen hîc appellativum esse opinatur. Patet hoc ex Epiphanio *ibidem sect.* 40. & *sect.* 63. Hunc magna ex parte
E τῷ λέξει transcriptum, operi suo, laboriosissimo profectò, Epiphanius inseruit. Ac primo loco Origenis ex *commentariis in Psalmum primum* de corporum resurrectione dissertationes à Methodio recensitas proponit, à *sect.* 12. ad *sect.* 16. inclusivè. Ibi lemma hoc seqentibus præfixum reperitur. Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ. Eam *inscriptionem mendosam* esse pronunciat Dionysius Petavius. Ego secùs sentio: sed qare mendosam esse vult? *Neqe enim*, inqit, *ex illius Procli disputatione, qa sequntur, exscripta sunt, sed ex ejusdem Methodii lucubratione, in qâ loqentes introduxerat Aglao-*
F *phontem, Proclum, Avxentium & semetipsum.* Bene habet: & *ex Methodii lucubratione* illâ esse nemo negaverit: nec ideo tamen minùs Procli fuerint, qi Origenis partes in hoc dialogo tutatur. Is igitur cum Origenis dicta in compendium redacta recitasset; ab hoc loco ex scripturis sacris eadem stabilire ac statuminare contendit: atqe hoc ad mediam usqe *sectionem* 17. ex professo agitur: qod Methodii ipsius esse non potest. Ista verò Procli dissertatio mutila, & magnâ ex parte, non ab avtore omissa, sed temporis injuriâ, an exscriptorum incuriâ, amissa videtur. A *me-*
G *diâ sectione* (qas illi havd commodè satis statuerunt) orditur, sed ἀκέφαλ@, puto, Methodii, sub Avxentii an Evbulii personâ responsio, qâ hæretica qæ pronunciantur illa comprehenduntur. Ea avtem, qæ hinc orsa, filo perpetuo ad paginas aliqam multas pertexuntur, ad *sectionem* scilicet 39. (Nam à 40. novum dictionis initium, novo itidem lemmate præfixo, habetur) Methodii ipsius adversus Origenem differentia esse, docet Photius avtor diligentissimus, qi ex Methodii *dissertatione* hac plurima sparsim delibavit, ab hoc ipso loco *excerptorum* suorum ducto initio: uti videre est in *Myriobiblo* ejusdem, *codice* 234. unde & in Epiphanio viriata, possunt restitui, non pavca. Verum hac in re satagere nihil opus fuerit, cum Jesuitam ipsum Petavium confitentem habeamus, hæc

esse

esse *Methodii Proclum oppugnantis, nec posse esse Procli, qi Origenis cavssa patrocinatus* inducitur. Nostra igitur his consona si hæreseos damnare voluerint, eadem operâ simul & Methodium & Apostolum, qem is testem advocat, vel avtorem potiùs lavdat, notæ ejusdem insimulaverint: nosqe qod ille olim, apud *Plutarchum Apophth. pag. 189. A.* Ὀυκ ἀγαπᾷς μετὰ Φωκίωνος ἀποθνήσκων; Ἀγαπῶμεν, μετὰ τούτων αἱρετικοὶ ἀποδεδειγμένοι. *Pigetne te cum Phocione mori? Non contenti sumus cum illis heretici definiti.* Interim en fidem Pontificiam. Citavit Illyricus per errorem tanqam Hosii dicta, qæ sub Svenckfeldii personâ ille enunciaverat. Sed nunqid hæretica illa, tanqam orthodoxa, probavit? nunqid aliqid adjecit, qod apud Hosium non legerat? at Doctor Pontificius, eoqe prior Jesuita Cardinalis, *de Bapt. l. 1. c. 13. Proclum hæreticum apud Epiphanium dixisse, peccata per baptismum, non tolli, sed solum tegi.* Qod apud Epiphanium non reperitur, sed è suo ipsi commenti sunt cerebro. Tum tanqam *hæretica* damnant, in odium nostri, qæ vel maximè sunt orthodoxa. Tertiò Cardinalis ipse, *hæresis* hujusce, qam confinxit ipse, *refutationem* affirmat *ab Epiphanio poni ex libro sancti Methodii Martyris de resurrectione.* Qum hæc ipsa, qæ ille pro hæreticis habet, sint Methodii ipsius ex eodem libro, nec Epiphanius eis qicqam opponat, nedum ut ex Methodio ponere potuerit, nisi ipse sese, eodem in opere sibi contrarius, refutasset. Ista ergo non sunt lapsus meri, avt errores per imprudentiam atqe incogitantiam admissi, sed fravdes manifestæ, & ex malignitate conficta consultò mendacia. Cæterum en amplius, non jam fidem, dico, Pontificiam, sed frontem Jesuiticam. Ad illa Methodii verba *sect.* 57. Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὅλως τὸ ἐνθυμεῖσθαι, ἢ μὴ ἐνθυμεῖσθαι, ποιεῖν τὰ ἄτοπα, ἀλλὰ τὸ χρῆσθαι ἢ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἐνθυμήμασι. *Neqe enim in nobis ullo modo situm est abhorrentia cogitare, vel non cogitare; sed uti, vel non uti cogitatis.* Dionysius Petavius homo è societate Jesu, *Præclara*, inqit, *& catholica Apostolici illius dicti sententia, qam Methodius exponit, & adversus hodiernæ hæresis inscitiam atqe improbitatem observanda diligenter, qi concupiscentiam, & qa ex illius contagione invitis nobis obrepunt, verè esse peccata definiunt: qo nomine non tam καθαροὺς, sed ἀκαθάρτους & impurissimos se esse meritò profitentur.* At primò bene habet, qod nihil ampliùs profiteantur hæreseos hodiernæ illius patroni, qam qod de se eis prior Apostolus ipse, qi & *concupiscentiam* illam ἁμαρτίαν, & inde enascens id, qod intra se agi qeritur, κακὸν nuncupat. Rom. 7. 17, 19. Tum nihil qicqam omninò in Methodii, vel loco isto, vel scripto etiam toto deprehenditur, qod dogmati nostro isti adversetur: qæ adfirment & patrocinentur qam plurima. Uti ex supra positis, qibus plura multo adjici poterant, liqet clarissimè. Qin & Cardinalem ex eadem societate confitentem habemus, non jam Proclum ampliùs, (hoc enim Jesuita ipse negavit) sed Methodium ipsum hac in parte paria planè nobiscum sensisse. Sed malitiâ occæcati in se invicem arietant, dum alter hæreseos hodiernæ Methodium reum peragit, alter ex eisdem ipsis ejusdem dictis hæresin (uti appellat) eandem oppugnat.

Cæterum missis illis, postqam Methodium à Proclo sejunxerimus, & ab hæreseos notâ vindicaverimus, de hæretici nomine, orthodoxi imagine, verbulum unum avt alterum subnectemus. Nec Πρόκλος Græcum nomen, nec Latinum etiam *Proclus.* Illud origine Latinum, sed contractione corruptum. Sicut *sæcula*, φίκλα. φίκλα, τεῦξ. Svidas. *tabula*, τάβλα. τάβλα, ὄνομα παιδιᾶς. Hesychius. *regula*, ῥίγλα. ῥίγλαι, σίδηροι, ἢ ῥάβδοι. Idem. *speculum*, σπέκλον. σπέκλον ὕελον. Svidas. *titulus*, τίτλος, Joan. cap. 19. vers. 19. qod ἐπιγραφὴν Lucas Evang. c. 23. v. 38. Ita *Proculus*, Πρόκλος. Et contra, qem Græci Ἀσκληπιὸν, Latini *Æsculapium*; qem illi Ἡρακλῆ, hi *Herculem* appellant: itaqe rectè philosophum illum, qem *Proclum* vulgò dicunt, *Proculum* vocat Capnio *de verb. mirific. l. 2.* Et Πρόκλον Patriarcham Constantinopolitanum *Proculum* apud Zonaram Hieronymus Volphius. Qin & qem Livius, *l. 5. Proculum Julium*, cum Ἰούλιον Πρόκλον appellat Plutarchus in *Romulo.* Et nominis ipsius rationem qod

A attinet, qod Plutarchus idem in *Coriolano*, Πρόκλον καλοῦσιν, ἐὰν ἀποδημοῦντος πατρὸς γένηται. Id Festus, *Proculum inter cognomina eum dicunt, qi natus est patre peregrinante à patriâ procul.* Et Dunæus noster in *notis ad Chrysost. Proculos sunt qi credant ideò dictos, qi patribus senibus, qasi procul progressis ætate nati sunt.* Ita *Proclus* Latinis idem fuerit, qi τηλύγετος Græcis: Siqidem τηλύγετος, παῖς (ut Eusthathius *ad Iliad. ι.*) ὁ πόῤῥω τῆς ἡλικίας γεννηθεὶς τοῖς γονεῦσιν. ἢ ὁ τῆλε ὄντι τῷ πατρὶ γεννηθείς. Τηλύγετος, *puer parentibus jam ætate provectis genitus: vel qi natus est patre*
B *à patria procul peregrinante.* In Germaniæ civitate qadam celebri, æditui cui nomen hoc, campanæ Sancto cognomini dicatæ pessulo in pulsantis caput delapso interfecti, & in ædis vestibulo sepulti, epitaphium hoc visitur;

Si procul à Proculo Proculi campana fuisset,
Jam procul à Proculo Proculus ipse foret.

Sed ad Methodium redimus.

Imago qam attulit, à caprifico desumpta, qæ ædificiorum parietibus, monumentorumqe structuris innasci solet, ab aliis itidem usurpata reperitur. De re ipsâ Sene-
C ca Natur. Qæst. lib. 2. c. 6. *Parvula semina, & qorum exilitas in commissurâ lapidum vix locum invenit, in tantum convalescunt, ut ingentia saxa distrahant & monumenta dissolvant. scopulos rupesqe radices minutissima ac tenuissima.* Et Cassiodorus Variar. lib. 2. Ep. 39. *Virgulta qoqe noxiâ importunitate nascentia evulsis cespitibus averantur: ne radicum qidam capilli pavlatim turgentes, fabricarum visceribus inserantur, & more vipereo prolem sibi fœcunditate contrariâ nutriat, unde se compago casura disrumpat.* De *caprifico* id notissimum. Nec aliam voluit Methodius, qi qod συκῆν
D primo, post ἀγρίαν συκῆν dixit; qod Casavbonus non advertit. Martialis *lib. 10. Ep. 2.*

Marmora Messala findit caprificus, & avdax
Dimidios Crispi mulio ridet eqos.

Propertius *l. 4. Eleg. 5.*

Sit tumulus lenæ curto vetus amphora collo:
Urgeat hunc supra vis, caprifice, tua.

Aliud agebat Vir doctissimus Joannes Mevrsius, cum duo loca ista *de funere c. 29.* de *caprifici foliis* accepit, *qæ inimicos tumulis eorum, qibus erant infensi, ingerere solitos* is av-
E tumat, *cum ea sepultis gravia esse existimarent.* Nec de ritu istiusmodi qicqam, puto, reperitur. Juvenalis *Satyr. 10.*

—— patriam obruit olim
Gloria pavcorum, & lavdis tituliqe cupido
Hæsuri saxis cinerum custodibus: ad qæ
Discutienda valent sterilis mala robora ficus.

De Canidiâ veneficâ Flaccus *Epod. 5.*

Jubet sepulchris caprificos erutas
Flammis aduri Colchicis.

F Ad caprificus ejusmodi è saxeis, vel muris, vel monumentis erumpentes allusit Persius *Satyr. 1.*

Qô didicisse, nisi hoc fermentum, & qæ simul intus
Innata est, rupto jecore, exierit caprificus?

i. γνῶσις ψευδώνυμος, ut Apostolus loqitur, ad 1 Tim. 6. 20. inanis, sterilis, vana, ventosa scientia, cujus intus prurigine laboras nec continere te potes, donec tanqam è parietinis caprificum erumpentem, extrudas.

Ut avtem in hæresin, unde exorsi sumus, desinamus; hanc, sed aliâ ratione, caprifico confert Septimius *Præscript.*
G *adv. hæretic. c. 36. Etiam de oliva nucleo mitis & opima & necessaria, asper oleaster oritur: etiam de papavere ficus gratissima & svavissima, ventosa & vana caprificus exurgit. Ita & hæreses de nostro fructificaverunt, non nostra; degeneres veritatis grano, & mendacio Sylvestres.* Ut Franciscus Junius & Beatus Rhenanus legunt: sive, ut Nicolaus Rigaltius, *Ita & hæreses de nostro frutice, non nostro genere, veritatis grano, sed mendacio Sylvestres.* Qi Vir eruditissimus frustra est, qum *papaveris* nomine vel *ficus pomum*, uti Cato dixit, *vel grossum* etiam, de qo Plinius, hoc loco intelligi existimavit, *Qia hujus capitibus & formâ, & colore, & seminalibus granis, & lacte, persimilis est nondum matura ficus:* qum *papaveris* nomine *granum* sive *semen* duntaxat designaverit, (*frumentum*, Plinius *l. 15. c. 19.*)

cui

cui *oliva nucleus* ὀκ πυρῆνῶν respondet: qod & Junius vidit.

CAPUT XXXV.

Græcis & Latinis usitatum, vocabula peregrina corrumpere, dum ad formulas sibi familiares inflectunt: Inde Byrsa *Καρχηδὼν & Cartago qid sonent. Inde* Massinissa, Xerxes, Darius, Jon; *de qo notatus Cheradamus. In terminationibus id creberrimum. Inde* Ἄννας, Ἀννίβας, Ἀσδρύβας, Helles, ἐλέφας; elephas, *de cujus origine ac deductione varia dantur sententia.* Boves Lucæ *unde dicta. Erasmi lapsus; Varronis error: Baronii ineptia.* Lucas, Antipas, Artemas, Demas, Sylas, *unde. Articulus in deductionibus qandoqe asservatus.* Aqa, temetum, avca, manacus, *an* menacus, almegiste, alembik, almanach, *unde. in novissimo Stephani argutia.* Jesus *&* Jason, *unde.* Sufes שפט *non* צופה·שופטים *&* שוטרים, *qi. In* Manis *an* Manetis *haretici nomen inqisitum.* Insaniæ *notionem habere frustra opinantur nonnulli.* Manes, *nomen servile. Servorum nomina, vel patria, vel à patria.* Manes *alii Phrygium nomen, alii Persicum arbitrantur, alii Babylonicum.* Apella, *unde. nec ab* insaniâ *servile nomen* Manes. *Mana* à Manes, *prima producta.* Mania, *Larium mater. Μανιῶ qid Phrygibus sonet. Cyrilli Hiero. Κατηχήσεις suspecta.* Manes *nomen Haretici non ab origine; sed* Urbicus, *vel* Cubricus *potius. Hebraice id qod sonaret: cur probrosum haberetur.* Cupa *Latinum unde.* Manes *nomen Hebraicum videri; & τῷ* מנחם *respondere.* Manaim, Manes, *ut* Joseph, Joses; Mane, *ut* Miriam, Maria. *Sic* Boanerges, Abrahas, Adas: Ἄδης, *& hoc &* Adonis *ab* Adon. *nugari qi* Ἄδην *ab* Adâ, *vel ab* Adamâ *etiam deducunt. Syrus Interpres non semel notatus. Nomen id cur sumpserit hereticus. Impostores ante Christum pro Messiâ complures venditasse. ab ascensu pro* paracleto. παράκλητος *advocatus. unde sic dictus. Ita in Talmudicis usurpatum, ubi & τῷ κατηγόρῳ opponitur. Prisci etiam* consolatorem *reddunt. Ita Hebraico* מנחם *parallelum esse* παρακαλοῦντα *in eâ notione Græcis. Id nomina sibi hereticum ille asscivit, qò pro* Paracleto *haberetur. De* Machmedis *an* Muchammedis *nomine haud absimilis suspicio. Fulleri de* Manichæi *an* Mannichæi *nomine ejusdem notatione, qo pro Christo ipse se venditaret, assumpto, conjectura. Et* Manes, *&* Manichæus, *à* Menachem *profluxisse videri utrumqe. Nec pro* Christo *ipso, sed pro* Christi Apostolo *&* Paracleto *impostorem illum se gessisse.*

VOcabula exotica, atqe ut ipsi censent, barbara, qam vitiosè enuncient Græci ac Latini, qo ad suas formulas flexionesqe effingant, notius est qam ut multis demonstrari necesse sit. Sic קרתא־חדתא *i. e. καινὴ πόλις*, ut Stephanus Byzantinus, sive Νεάπολις, est Græcis Καρχηδὼν, Latinis Carthago. Solinus *c.* 27. *Karthadam dixit, qod Phœnicum ore exprimit Novam civitatem.* בוצרה *ἄκρα, arx, locus munitus, βύρσα*: unde figmentum Maronianum, de vocis ratione, ac si a *byrsa*, sive *corio taurino* nomen traxisset. מנשה Μανασσῆς Diodoro Siculo lib. 32. apud Photium *cod.* 244. qi Latinis *Massinissa.* אחשורוש Ὀξυάρης, & Ξέρξης. *Xerxes.* דריוש Δαρεῖος, *Darius.* יון Ἰών, à qo *Iones.* Frustra est enim Joannes Cheradamus in *Alphab. Ling. Sanct.* qi (post Huld. Zvinglium Præfat. ad Esajam Apologet.) Hebraica in istis à Masoritis recentioribus, ut ille avtumat, depravata, ad exterorum enunciationem refingi postulat; qum & Josephus, istis antiqior multo, Ἰαυὰν nomen agnoscat. Ἴωνες Ἰαυάνου Ἴωνία. *Antiqu. l.* 1. *c.* 7.

In terminationibus avtem ut plurimùm solent præcipuè peccare, literam novissimam, vel abradendo, vel in his apud assvetam magis demutando. Sic ex חנן Ἄννας procuderunt, de qo Drusius *Prateterit. lib.* 5. ex חני־בעל Ἀννίβας, qod Latini originem propius *Annibal*, ex עזרו־בעל

A Ἀσδρούβας. qod Latini *Asdrubal*: ex אל־פיל Arabico ἐλέφας. non literis transpositis, uti Casavbonus *ad Histor. August.* censuit, ut sit ἀφίλας vel ἐφίλας pro הפיל neqe enim avt *Phil* est nomen Hebraicum, avt *Ha* articulus Arabicus. Sed elisâ literâ *l*, qæ dictionem clavdit, ut rectè Drusius *Observ. l.* 9. *c.* 9. *Elephas* pro *Elphil*, vel *Alphil*; ut Ἀννίβας pro *Hannibal*, Ἀσδρούβας pro *Asdrubal*, *Helles* in Gloss. ordin. Judic. c. 12. v. 13. per *Hillel*, sive *Hellel.* Qanqem Stephanus Gvichardus, & Georgius Crucigerus ab Hebraico אלף qod *bovem significat* τὸ ἐλέφας deducunt.
B qia Job. c. 40. v. 10. *fœnum elephas* dicitur *vesci, ut bos.* Idemqe priscis Latinis *Lucas bos* dictus: in qo lapsus est Erasmus, qi codice, ut videtur, non consulto, ex Varronis *de Ling. Lat. lib.* 3. (vel 6. potiùs) Ennii istud proverbiale citat *Chil.* 2. *cent.* 1. *Adag.* 89. *Prius locusta pariet lucam*: qod ipse interpretatur, *bovem.* Nam *Lucas*, inqit, *antiqi appellabant boves ob magnitudinem.* qod nec verum est, nec rationem habet probabilem, cum Lucæ nomini nulla insit notio *magnitudinis.* Sed nec Ennius *Lucam* simpliciter, sed *Lucam bovem* dixit, & Varro, *Luca*
C *bos, elephas.* ex qo emendandæ Glossæ: ἐλέφας, *Elefantus, Voluca,* (legendum *Bos Luca,*) *Barrus.* Sic Lucretius *lib.* 5.

> *Inde boves Lucas turrito corpore tetros,*
> *Angvimanos, belli docuerunt volnera Pœni*
> *Sufferre, & magnas Martis turbare catervas.*

Et rursus:

> *Ut nunc sæpe boves Lucæ, ferro malè mactæ,*
> *Diffugiunt, fera facta suis cum multa dedere.*

unde emendandus Hieronymus *in Galat. c.* 4. *Qi lucam bo-*
D *ves creavit & culicem.* legendum vel *Lucas boves*, vel, *Lucam bovem.* Frustra avtem est Varro. qi *Lucas à luce* dictos avtumat, *qod longè relucebant propter inavratos clypeos, qibus eorum ornata erant turres.* Nec meliùs C. Ælius, qi *qasi Lybicas Lucas* nuncupatos censet. rectè Vergilius, an Virginius, à Varrone lavdatus, qem & Plinius secutus est, *lib.* 8. *c.* 6. à qo Solinus accepit, *c.* 25. *qod sub Pyrrho Rege in Lucania Romani cum primum vidissent elephantes, nec bove majorem qadrupedem nossent, à magnitudine boves, à Lucania Lucas, qasi Lucanos, nominavere.* Nec repu-
E gnat analogia; qod Varroni imposuit. nam, ut V. C. Salmasius docet in *Exercit. Plin. dictum est primo pro Lucanus Lucans, ut pro Picenus Picens, pro Campanus Campans; tum Lucans Lucas, ut pragnans pragnas.* Ineptissimè verò Baronius Cardinalis qi *ad ann. Christi* 58. commentum illud putidum qo *Luca Evangelista bovis faciem* insigne tribuunt, qia à sacerdotii sui ministerio Evangelium auspicatur, inde stabilitum it, qod *antiqâ voce in Italiâ, & Varronis avtoritate, bos Luca consveverit appellari*; qasi inde scilicet *Lucas* nomen traxerit. Neqe enim Varro id dicit, ut
F supra indicatum est: & *Lucas* est *Lucius*, qod & ipse alibi ex origene agnoscit, ut *Rufus* Ῥοῦφος, *Antipater Antipas, Artemidorus Artemas, Demetrius Demas, Silvanus Silas,* &c. Proclivis itaqe ab *eleph* bove Hebraicè, ὁ ἐλέφας deductio; sicut & ὁ ἔλαφος, qod & inde tractum vult Gvichardus. Sed ab Arabico malim, qia eadem utrobiqe est species: nisi si à Græcis Arabes acceperint, à Pœnis Græci, ab Hebræis facti metathesi Pœni, qod non est prorsus improbabile. Servatur avtem non raro in derivationibus articulus; qod observavit Æmilius Porta περὶ συμπεριφορῆς,
G in ἁ χοῦ, *aqa*; τὸ μέθυ, *temetum*; ὁ χλοῦ *occha* Italis, & seqioris ævi scriptoribus, *avca.* Schola Salernitana *de valetud. conserv.*

> *Si vox sit ravca, bibo potum, qem bibit avca.*

Præfigitur etiam havd rarò in aliunde traductis: sicut in his, qæ à Græcis mutuati sunt Arabes. *Almageste* Ptolomæo, ἡ μεγίστη πραγματεία. *Alembic* chymicis; unde *lembick* nostris: ab ἄμβιξ, cujus in eo opere mentio Dioscoridi *l.* 5. *c.* 110. אלמנח *Almanach* Astrologis. Vitruvius *l.* 9. *c.* 8. *Circulatio circuli menstrui, Manacos dicitur. Manacus*, sive *Manacus*, Μηνιαῖος; ut, Βαρδιαῖος, *Bardiacus*: Σπαρτιαῖος, *Spartacus.* Scaliger *ad Propert.* Porphyrius tamen in *Epist. ad Anebonem*, referente Evsebio *Praparat. l.* 3. *c.* 4. ὧν καὶ ὀνόματα ἐν τοῖς Ἀλμενιχιακοῖς

φήρεται. *Qorum nomina Almenuchiacis continentur.* Itaqe Salmasius mavult ab Hebraico מנה *numerare, supputare* deductum: & apud Vitruvium non *Manacus*, sed *Menacus*, qod μηνιαῖος sit, legi. Cæterum neqeo, Viro doctissimo Henrico Stephano calculum hic dare, qi *expostulationis de Latinit. suspect. c. 3.* à Germanico *Als man nach* conflatum & coalitum contendit; etiamsi neminem affirmet eorum qibus hanc derivationem suam communicaverat, à se dissensisse. Verum ut ad priora illa redeamus, qod יהושע vel ישוע Hebræis, id Græcis est nostris Ἰησοῦς, cæteris Ἰάσων, Latinis *Jesus*, & *Jason*. qod שופט *shophet* Hebræis; & Pœnis שופט *suphet*. (ut בצרה בצרה *botsrah botsrah*, βύρσα) idem Latinis est *Sufes*. Festus: *Sufes dictus Pœnorum linguâ summus magistratus* (*Consul*; Pavlus) *ut Oscorum Medix.* Calidius *Orat. in Q. Cæcilium*: *Senatus censuit referentibus Sufetis.* minùs enim dextrè hic ariolati sunt viri magni, Josephus Scaliger *ad Festum*, & Joannes Drusius *Animad. lib. 2. c. 24.* qum à צופה sive צופה *Sufes* formatum voluere; ut *Jamre*, *Jambres*; *Mamre*, *Mambres*; qasi ἔφορον, ἐπίσκοπον, *inspectorem* designet. fœlicius Scaliger idem ad *Euseb. Chronic.* *Sufetes Pœnis, qi Hebræis שופטים & eadem origine: scilicet præfecti, sive summi magistratus utrisqe ita dicti, qasi κριταὶ, judices.* Act. cap. 13. v. 20. & Devt. 16. 18. ubi שפטים *Sufetes*, κριταὶ, *judices.* שטרים *lictores*, sive *apparitores*: qi judicibus ministrabant.

Usus istius consideratio in nomen hæretici illius teterrimi, cujus dogmata pestifera populi Christiani portionem non contemnendam corrumperant, inqirendi ansam præbuit. *Manes* is dicebatur. Sed unde nominis id desumptum, ambigitur. Patres prisci, qi dogmata illius vel propalarunt, vel refutarunt, μανίας ἐπώνυμον subinde appellant. τύχῃ εἶμαι, inqit Epiphanius *Hæres. 65.* Ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας, τὸ μανιῶδες ἑαυτῷ ἐπισπασάμενος ὄνομα. *Ex Dei dispensatione furiosum sibi cum traxisset nomen.* Eusebius itidem *Eccles. Histor. l. 7. c. 31.* Et ex Eusebio Nicephorus *l. 6. c. 31.* Ἐν τούτῳ καὶ ὁ μανεὶς τὰς φρένας ἐπώνυμός τε τῆς δαιμονιώδους αἱρέσεως; *Iisdem temporibus ille merito dictus Manes, id est, furiosus, qi dæmoniacam hæresim nominis sui condidit.* Et mox, Τὸν τε φύσιν δαιμονικός τις ὢν, καὶ μανιώδης; καὶ τυφούμενος γε ἐπὶ τῇ μανίᾳ. *Et suapte natura dæmoniacus & furiosus, præter insaniam superbia etiam elatus.* Sed & Avgustinus *de Hæres. c. 46.* *Manichæi à qodam Persâ extiterunt, qi vocabatur Manes. Qamvis & ipsum cum ejus insanâ doctrinâ cepisset nomen prædicari.* Vult nomen illud sumpsisse sibi, qando dogmata sua promulgare ceperat, cum alio prius vocaretur. Subjicit discipulos ejus in Græciâ, *qo nomen insaniæ vitarent, Mannichæum qasi manna fundentem, pro Manichæo, id est, insano, appellasse.* Qod & idem refert, *adversus Faust. lib. 19. c. 22.* Verum non est verisimile, nec id patres illi voluerant, nomen sibi nebulonem illum vaferrimum, qod *insaniæ* notionem haberet, consultò sibi indidisse, sed peregrino vocabulo ita nuncupatum, qod apud Græcos ejusmodi aliqid sonaret: qod à vero non divertit. Eodem enim allusisse Aristophanem Scholiastes monet, ubi dixit in *Ranis*, Μεγαινέτης δ' ὁ Μάνης. Τὸν Μεγαίνετον Μάνην εἶπεν, οὐ πάντως βάρβαρον, ἀλλ' ἀναίσθητον καὶ μανικόν. *Meganetum Manem vocat, non omnino barbarum; sed stolidum & furiosum.* Allusit disertè versibus illis in *Avibus*.

> Οὕτως ὑμᾶς πάντας πρότερον μεγάλους ἁγνοὺς νομίζων.
> Νῦν δ' ἀνδράποδ', ἠλιθίους, μανᾶς.
> Ὥσπερ δ' ἤδη αὐτὸν μαινομένους,
> Βάλλουσ' ὑμᾶς, ——
> *Sic vos omnes prius magnos sanctosqe putabam,*
> *Nunc avtem mancipia, stolidos, insanos,*
> *Tanqam avtem jam furiosos*
> *Percutiunt vos.*

Ubi idem, ὄνομα δουλικὸν Μάνης, *nomen servile*, esse adnotat: Qod & aliunde satis patet. Sic enim Pherecrates ἐν Ἀγρίοις apud Athenæum *l. 6.*

> Οὐ γὰρ ἦν τότ' οὔτε Μάνης, οὔτε Σηκὶς οὐδενί.
> Ἀλλ' ἔδει αὐτὰς μοχθεῖν ἅπαντα τ' ἐν τῇ οἰκίᾳ.
> *Nullus erat tum Manes, avt Saca: i. servus nullus;*
> *Sed ipsæ sibi ancillabant matres familiæ.*

Antholog. *l. 3. c. 13.*

> Μάνης οὗτος ἀνὴρ ἦν, ζῶν ποτε. νῦν δὲ τεθνηκὼς,
> Ἶσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.
> *Hic Manes* (i. e. servus) *dum vixit, erat nunc mortuus idem,*
> *Dario magno non minùs ipse valet.*

Qod personâ tantum mutatâ, eoqe Darii loco substituto qi Darium ipsum pessundedit, Marcus Imperator *Comment. l. 6. sect. 23.* sic extulit; Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν καὶ ὁ ὀρεωκόμος αὐτοῦ, ἀποθανόντες εἰς ταὐτὸ κατέστησαν. *Alexander Macedo, ejusdemqe mulio, ubi obierant, eodem redacti sunt.* Græcis itaqe *Manes* nomen est servile: & peregrinum etiam, prout & *Manes* ipse. Siqidem Græcis, & Romanis etiam, servorum nomina pleraqe, avt gentilitia fuerunt, ut *Syrus*, *Davus*, *Saca*, *Geta*, avt peregrina saltem, qia è peregrinis servi plerumqe, ut *Manes*, *Midas*, *Babys*, *Tibius*, *Telus*, *Libanus*, *Apelles*, sive *Apella*. In hoc enim genere & istud censendum. Flaccus *Serm. l. 1. Sat. 5.*

> —— *credat Judæus Apella,*
> *Non ego.*

Nugantur verò, qi λεπίδερμον ἤτοι ἀπεψωλημένον. i. e. *verpum* sive *recutitum*, qasi *sine pelle*, designari opinantur. Frustraqe sunt pariter, ut qi *Apelles* à Latinis, sic qi *Mana* an *Manis* an *Manetis* vel *Manentis* etiam (nam tam variè enunciatur) nomen à Græcis deducunt. In qibus est Evstathius qi ad *Iliad. ε.* & rursus ad φ. Παρὰ τὸ μαίνεσθαι Μάνης ὁ δοῦλος, (qod & antiqis probatum asserit) ὅτι δεῖ, δοῦλα τὸ μὴ φρενήρη αὐτὸν εἶναι, ὡς ἐπὶ πολύ. *Manem servum dictum vult ab insaniâ: qod ei plerumqe mente parum valeant.* Aliunde certè arcessendi sunt utriusqe natales. Proinde Μάνη affirmat Epiphanius lingvâ Babylonicâ σκεῦος, i. e. *vas* significare. Et certè Chaldæis Syrisqe מן & מאן & מאנא est σκεῦος *vas*: nec hinc tamen existimem *Manem* illum nomen sibi id adscivisse. Etiamsi ita censuerit Vir doctissimus Nicolavs Fullerus *Miscel. lib. 2. cap. 18.* At Casavbonus *ad Athen. lib. 13. cap. 5.* Phrygium esse statuit ex Machonis comici illis;

> Ἴσως δ' ἂν ἀπορήσειέ τις δ' ἀλόγως ἅμα
> Τῶν νῦν ἀκροατῶν, ἥτις Ἀττικὴ γυνὴ
> Προσηγορεύετ' ἢ ἐνομίσθη Μανία.
> Αἰσχρὸν γὰρ ὄνομα Φρυγιακὸν γυναικὶ ἔχειν,
> Καὶ ταῦθ' ἑταίρᾳ ἐκ μέσου τῆς Ἑλλάδος.
> *Fortassis dubitaveris nec immerito qidem,*
> *Ex avditoribus qi nunc adsunt qispiam, qa mulier Attica*
> *Est appellata & credita Mania.*
> *Turpe namqe est Phrygium mulieris nomen,*
> *Meretricis, qa in media sit orta Græcia.*

Μανίαν enim, α producta, cum in μανία corripiatur, tanqam à Μάνης masculo dictam: sicut & Latinis à *Manus* fœmininum *Mania*, de qo Varro Origin. l. 8. *Unde Mania Larum Mater, in carmine Saliari.* Accedit, qod Plutarchus *de Isid. & Osirid.* Phryges τὰ λαμπρὰ καὶ θαυμαστὰ τῶν ἔργων, *splendida & suspicienda qæqe*, Μανικὰ dicere à *Mane* qodam (qem & *Masden* alii) Phrygiæ Rege antiqo, qi virtute potentiâqe pollebat eximiè. Sed & Strabo *Geograph. lib. 7.* Ἐξ ὧν γὰρ ἐκόμιζον, ἢ τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις ὁμωνύμους ἐκάλουν τοὺς οἰκέτας, ὡς Λυδὸν καὶ Σύρον. ἢ τοῖς ἐπιπολάζουσιν ἐκεῖ ὀνόμασι προσηγόρευον, ὡς Μάνην ἢ Μίδαν, τὸν Φρύγα, Τίβιον δὲ τὸν Παφλαγόνα. *Servis nomina imponebant, vel gentium earum unde advecti fuerant, ut Lydum, Syrum; vel apud gentes illas usitata, ut Phrygi, Manem avt Midam, Paphlagoni Tibium.* Petrus verò Siculus in *Hist. Manichæorum*, ex Catechistâ, puto, qi Cyrilli Hierosolymitani nomen, sed suspectum non immeritò, præfert, (apud hunc enim eadem verbis ferè totidem *Catech. 6.* reperiuntur) nomen Persicum esse tradit; qod eâ lingvâ ὁμιλίαν, *i. e. sermonem*, sive, *sermonis collationem ac dissertationem* significet: qasi ὁμιλητὴς ἀγαθὸς, *dialecticus bonus, & disserendi peritus* haberi vellet. Danæus itidem

Per-

Persicum esse putat, in *Comment. ad August. de Hæres.* eo nixus argumento, qia *Persa Manes* ipse fuit. Qod tamen non est necessarium. Neqe enim scelesto illi ab origine suâ nomen hoc hæserat; sed ubi virus suum à Scythiano acceptum spargere ceperat, tum demum nomen sibi illud in dogmatis sui commendationem arripuit, cum alio ante nuncuparetur. De primævo nomine inter scriptores havd ita convenit. Avgustinus *Urbicum* ante vocatum refert: qod nevtiqam est vero simile, Persæ homini Latinum nomen à parentibus inditum. Sed Epiphanius, Socrates *Histor. Eccles. l. 1. c. 22.* Catechista superius pavlò indicatus, & Petrus Siculus in *Histor. Manich.* Κούβρικον ab origine dictum ferunt. Nam qod Theodoretus *Hæretic. Fabul. l. 1. c. 35.* indeqe (ut verisimile est) Svidas, *Scythianum*, dum servus esset, appellatum refert, vel est avtoris σφάλμα μνημονικὸν, qi qod Magistri & antecessoris erat, discipulo eidemqe successori adscripsit, vel librarii γραφικὸν ἁμάρτημα, qi pro *Cubrico Scythianum* substituerat. Ita enim præcise cum Catechista, tum & compilator ejusdem Historicus, Ἵνα μὴ τὸ τῆς δουλείας ἐκ Κουβρίκου ὄνομα ἐπονείδιστον ᾖ, ἀντὶ τοῦ Κουβρίκου, Μάνην ἑαυτὸν ὀνόμασεν. *Cubrici nomen* ἐπονείδιστον dicit, vel qia *probrosum* aliqid sonare videretur, vel qod servus adhuc cum esset, id ei nominis fuisset; unde conditionis servilis memoriam refricare videbatur: alioqi Hebraicam originem si agnosceret, poterat קבריק vel קבריק σκεῦος κενὸν, *vas vacuum*, vel *ventrem* etiam *inanem* designare. Siqidem קב Hebræis *vas à cavitate* sic dictum, & inde mensuræ genus certum. 4 Reg. 6. 25. & קבה sive קובה & forma Syris magis familiari קובא (ut בוצרה בוצרא Βόσρα) *venter*, sicut κοιλία Græcis, eadem ratione sic dicta. Devt. 18. 3. & Num. 25. 8. Sed & כב & כובא Chaldaicè pro *vase vinario* usurpatur: & inde *cupa* Latinum promanasse vult Stephanus Gvichardus in *Harmon. lingv.* qum tamen orientales à Romanis mutuatos malit Fullerus noster; & vel ab Hebræo קוב pro *ventre* vel Chaldæo hoc pro *vase* nomen suum nebulonem istum traxisse. Babyloniis certè, apud qos *Cubricus* iste, ex Socratis *Histor. l. 1. c. 22.* & natus & enutritus videtur, verisimile est familiare fuisse. Verum qamvis *Cubricus* illud Persicum esse detur, ut *Manes* etiam sit pariter, nihil est necesse. Probabile est, cum Christianis se cumprimis venditare vellet præstigiator iste, nomen aliqod adscivisse sibi, qo eis acceptum sese faceret. Nomen itaqe *Manes* ego Hebraicum esse existimo; eundemqe esse qod מנחם Judæis dicitur; qo nomine insigniti sunt, unus ex Regibus Israeliticis, 4 Reg. 15. 17. & è vatibus Evangelicis qidam, qi in Herodis avlâ educatus perhibetur. Act. 13. 1. nec non è doctoribus Judæis insignis qidam, qi in legis libros commentarios edidit. Sed & de sectâ Essæorum qidam, qem nobilem fecit regnum Herodi magno puero adhuc prædictum. Μανάημος is Josepho dicitur, *Antiq. l. 15. c. 13.* Qin & מנחם nomine Messiam insignitum iri, Judæos veteres tradidisse, ex *Talmud. cod. Beracoth*, & *Ecah Rabbathi*, sive Thren. 1. 2. monet Raymundus in *Pugion. fid. part. 2. c. 6. sect. 1.* De Rege Severus Sulpitius *Histor. sacr. l. 1.* *Mane* (vel, ut alii codices, *Manes*) *ereptum Sallo imperium tenuit.* Ad qem locum Drusius; *Manaem, Manes, ut Joseph, Joses,* (Act. 4. 36. Ἰωσῆς) *avt Mane, ut Jose,* (Luc. 3. 29. Ἰωσῆ;) *sic Mariam* (מרים) *Maria: qa & Μαριὰμ Lucæ dicitur c. 1. v. 27. Græci interpretes Μαναήμ, Lucas Μαναὴν vocat. Syro enim fides non habenda videtur, qi* מנאיל *reddidit.* Par planè ratio vocabuli cum illo, Βοανεργές, Marc. 3. 17. h. e. בנירגעם sive בנירעם sic enim Hieronymus *in Esaj. 62.* & in *Dan. 1.* *Benereem*, υἱοὶ βροντῆς *filii tonitrui*: *Græci*, inqit Drusius, *ad voces N. T. Comment. 2. c. 17. qibus nomen nullum in μ exit, vel abjectâ ultimâ, ut in Μαρία, e addiderunt, vel Mem in e mutatâ.* Nam ע in γ familiaris est mutatio, ut Γομόῤῥα; Ῥαγουὴλ. Nec avdiendus Syrus, qi בני רגשי reddidit, acsi esset à רגש. Siqidem רעם aliud רגש nec hoc, sed illud *tonare* significat. Qomodo de Pericle Aristophanes *Acharn.* ἤστραπτ᾽, ἐβρόντα. Geminâ deniqe ratione Græci iidem ex Hebraico קרן κέρας fecere, *nun* vel abraso vel in *e* verso, qod in *cornu* suo retinuere Latini. Ex *Cain*,

A Josepho Κάϊς; & *Abraham*, Ἀβραὰς, *Abrahas*, *Abraha*; *Adam*, *Adas*, *Ada*: adjici potest & qod in *Oraculorum* qæ Sybillis tribuuntur, *lib. 1.* Græcorum Ἅδης, ab *Adam* deformatus dicitur. Sic enim ibi legitur;

—— σὺν δ᾽ αὖ ὑπεδέξατ᾽ Ἅδης.
Ἅδην δ᾽ αὖτε καλοῦσιν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἀδὰμ,
Γευσάμενος θανάτου, γαῖα δὲ μιν ἀμφεκάλυψε.
Qos Orcus cepit; Grajis qi nomine dictus
Est Hades, qod eo primus descenderit Adam,
Vitâ defunctus, qando est tellure repostus.

B Sed & qod Ἅδης Græcorum esse Hebræorum אדמתה *adamah*, contendit Hugo Sanfordus noster *de descens. Christi ad infer. l. 1. sect. 6. & 25.* qod luce qoqe clarius ut is esse fidentissimè asseverat, mihi tamen nondum persvasum est. Malim ab אדון *adon*, qod & אדוני unde & Ἀδωνις, *Adonis*, cum eidem *ibid. sect. 8. & 9.* tum & Fullero *l. 1. c. 14.* Verum ista qomodocunqe se habeant, de usu ipso ex aliis liqidò constat. *Manes* ergò Hebræorum *Manahem*, sive *Manaem* fuerit, deflexione non insvetâ. *Hieroboam*, *Hieroboas*, *Hieroboa*, de qibus V. Cl. Grotius *ad Matth. 1.* C 16. sed & Drusius idem *prætor. l. 2.* Verum qæri potest ulteriùs, qâ de cavsâ potissimum, nomen hoc sibi impostor ille arrogaverit. Eam ex meâ mente sic habeas. Παράκλητον Christus suis missurum se pollicitus est *Spiritum* utiqe *Sanctum*, qi necessariam veritatem omnem eos esset edocturus. Joan. 14. 26. & 16. 13. Inde ansam arripiebant tenebriones vafri, qo somnia ac deliria sua Christiano populo efficaciùs obtruderent, pro *Paracleto* isto venditandi sese: qomodo ante Dei Filium carne humanâ indutum pro *Messiâ* à vatibus sacris prænunciato, atqe Deo pro- D misso, nebulones non unus & alter tantum se gesserant, donec fravde detectâ cum sectatoribus suis malè mali periissent. Primus enim Simon ille Samaritanus, qo apud cujusqe sectæ ac religionis homines gratiam dogmati suo conciliaret, apud Samaritanos suos pro *Deo Patre*, apud Judæos pro *Filio*; apud Christianos Helenam scortum suum pro *Spiritu Sancto* venditabat: ut avtor est Epiphanius *Hæres. 21.* Nec secùs Montanus, cum scortillis suis Prisca & Maximilla, pro *Paracleto* se ferebat à Christo promisso. Epiphanius *Hæres. 48.* & Avgustin. *de Hæres. c. 26.* Ter- E tullianus etiam *de virg. veland. c. 1.* & *adv. Prax. c. 1.* & *de jejun. c. 1.* Hos ergo cum imitari in animo haberet *Cubricus* iste, ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι τὸ πνεῦμα, τὸ παράκλητον, *Spiritum Paracletum* sese esse jactitabat. Epiphanius *Hæres. 65.* Et Socrates *Hist. Eccl. l. 1. c. 22.* Ἑαυτὸν Παράκλητον ὀνομάζει. *Paracletum se nuncupat.* Hieronymus adversus Vigilant. l. 1. *Sicut aliæ hæreses Paracletum in Montanum venisse contendunt, & Manichæum ipsum dicunt esse Paracletum.* Disertissimè Avgustinus Hæres. 46. *Promissionem Christi de Paracleto Spiritu Sancto in Manichæo dicunt esse completam.* Et F contra Favst. l. 13. c. 17. *De Christo, cujus jam nomen ubiqe dulciter clarum est, Manichæum semper commendare conati, ut hoc melle scilicet venenati sui poculi labra perungerent. Cum enim Christus promiserit suis, missurum se Paracletum, i. e. consolatorem vel advocatum, Spiritum veritatis, per hanc promissionis occasionem, hunc Paracletum dicentes esse Manichæum vel in Manichæo, surrepunt in hominum mentes, ignorantes, ille à Christo promissus, qando sit missus.* Qod & idem habet de utilit. credend. c. 3. Petrus item Siculus; *Scythianum Deum patrem, Buddam Dei filium è virgine na-* G *tum, se verò Spiritum Paracletum, esse dicebat.* Sed nec munus tantùm & potestatem, sed muneris qoqe nomen, & potestatis indicem appellationem, assumere sibi gestiebat. Ut etiam hac ratione populo simplici minùsqe cavto faciliùs imponeret. Respondet avtem τῷ παρακλήτῳ qodammodo τὸ מנחם. Nam & τὸ נחם qatenus *consolationis* significatum obtinet, Græci interpretes plerunqe per verbum παρακαλῶ reddunt: & נחמות cum reliqis inde deductis nominibus *consolationem* significantibus, per παράκλησιν. qin & Jobi 16. 2. מנחמים *consolatores*, παρακλήτορας verterunt.

In hac avtem meâ de Hæresiarchæ illius appellatione conjecturâ non mediocriter sum confirmatus, ubi in summi illius, qod multis post ista à me scripto consignata an-

nis in publicum prodiit, elaboratissimo atqe accuratissimo opere Chronologico, Jacobi Præsulis Armachani, viri in qo eruditionis omne genus, lectionis immensæ, judiciiqe acerrimi dotes eximiæ, cum pietate, humilitate, candore, comitate unâ commissæ de primatu secum invicem contendunt, dum in amicitiæ tesseram donn liberaliter datum evolvo, ad *annum mundi* 3232. Severo utriqe prælucente, in hæc verba reperirem; *A Severo Sulpitio lib.* 1. *Historia sacra* Manes *hic appellatur*; (Rex utiqe Israeliticus ille) *eodem qo* Manes, *vel* Manichæus *Hæresiarcha nomine: utriusqe vero nomen* paracletum *sive* consolatorem *significat.* Nec inficias tamen iverim, τὸ παράκλητος in Evangelin *Advocatum* potiùs, qam *consolatorem* sonare. Nam (qod & Majum nostrum olim monuisse memini) παράκλητος formam non ἐνεργητικὴν, sed παθητικὴν gerit: diciturqe ὁ παράκλητος, ἀπὸ τοῦ καλεῖσθαι εἰς τὸ παρεστάναι τινι, *qi ad hoc vocatur ut assistat alicui.* Itaqe Ulpianus, ad illud Demosthenis *adversus Æschin. de male obit. legat.* *Αἱ τῶν παρακλήτων αὗται δεήσεις καὶ σπουδαὶ, τῶν ἰδίων πλεονεξιῶν ἕνεκα γίγνονται. Advocatorum supplicationes & contentiones istæ, lucelli proprii cavssâ instituuntur.* Τῶν παρακλήτων, inqit, ἤγουν τῶν ἐπὶ παρακλήσεως ἐλθόντων συνηγορῆσαι. *Paracletorum, sive eorum, qi ad eorum, qorum res agitur, advocationem, sive compellationem, oraturi adsunt.* Itaqe Beza qamvis *Confess. c.* 4. *sect.* 52. *Spiritum Sanctum, qasi consolatorem, Paracletum dici tradat,* cuiqe ita dicatur, pluribus exponat; in versione tamen, qam posteà adornavit, παράκλητον perpetuò *advocatum* reddidit. Tertullianus etiam *adversus Prax. cap.* 9. & *de Monogam. cap.* 3. qanqam *de Pudicit. cap.* 19. idem, *exoratorem.* Qin & vetus interpres *Advocatum* vertit, in Joannis Epist. 1. cap. 2. vers. 1. cum in Evangelio *Paracleti* vocem retineat: nec erat qod interpretes nostri in historiâ Evangelicâ aliter qam in Epistolâ exprimerent. Avgustinus *in Joan. tract.* 74. *ad c.* 14. *v.* 16. Qod ait, *Rogabo patrem, & alium Paracletum dabit vobis; ostendit & seipsum esse Paracletum. Paracletus enim Latinè dicitur Advocatus: & dictum est de Christo: Advocatum habemus ad patrem Jesum Christum justum.* In eundem sensum usurpant & Doctores Talmudici. In *Pirke Aboth*, sive *dictis Patrum*, *l.* 4. *c.* 11. *R. Eleazar Jacobi filius dixit*; העשה מצוה אחת קנה לו פרקליט אחד והעובר מצוה אחת קנה לו קטיגור אחד ubi Scholiastes: פרקלים מלאך מליץ טוב *Paracletum, angelum, oratorem bonum.* Et R. Judas in lib. *Musar* dictum hoc idem lavdans מליץ טוב שיליץ בעדו *Oratorem bonum, qi pro ipso peroret, qi cavssam suam apud Deum dicat, agat. Qi legis*, inqit, *præceptum unum observat, is* παράκλητον *advocatum unum acqirit sibi: at qi præceptum unum violat, is* κατήγορον *accusatorem unum acqirit sibi.* Vocabula Græca utrobiqe adhibuit, & *categoro* sive *accusatori paracletum* opposuit: qo modo סניגור συνήγορον Camius in *explicatione visi Ezekielis oblati*, verbis illis, קטיגור נעשה סניגור h. e. Ὁ κατήγορος ἐγένετο συνήγορος. *Advocatus sive patronus factus est, qi accusator fuerat.* Et contra in *Vaikra Rabba*; שעשה לו אוי קטיגור סניגורו *Va illi, cujus advocatus fit accusator ipsius.* Sicut & ὁ παράκλητος τῷ κατηγόρῳ opponitus passim apud Græcos oratores, Demosthenem nominatim loco superius indicato, nec secus usurpasse videtur Chaldæus Jobi 16. 20. ubi Hebraicum מליץ eadem voce reddidit. Cæterum doctores Christiani ita plerunqe acceperunt; ac si παράκλητος *consolationis* sensum in se contineret, & Hebræorum מנחם responderet: Origenes *de principiis l.* 2. *c.* 7. *Paracletus qod dicitur Spiritus Sanctus, à consolatione dicitur. Si qis namqe de Spiritu Sancto participare meruerit, cognitis ineffabilibus sacramentis, consolationem sine dubio & lætitiam cordis assumit.* Epiphanius ubi *paracleti* promissionem in Apostolis per Spiritum Sanctum, non in Manichæo, impletam ostendit; Ἐπεκάθιζε τὸ Πνεῦμα ἐφ' ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἕκαστος διὰ τοῦ Πνεύματος παρεκαλεῖτο. *Insidebat eorum unicuiqe Spiritus, & ejusdem operâ singuli consolabantur.* Joannes Chrysostomus *in Joan. Orat.* 75. Συνεχῶς δὲ παράκλητον καλεῖ, διὰ τὰς συνεχούσας αὐτοὺς τότε θλίψεις. *Paracletum subinde vocat, ob afflictiones, qa tunc ipsos constrictos tenebant. Consolabuntur ergo*

A *Spiritu Sancto, qi maximè propterea paracletus nominatur,* i. e. *consolator.* Avgustinus de serm. Dom. in mont. lib. 1. & in Joan. tract. 94. *Consolator ergo ille, vel advocatus; utrumqe enim interpretatur qod est Græcè paracletus, Christo abscedente fuerat necessarius.* Isidorus Hispalensis Origin. l. 7. c. 3. *Spiritus Sanctus, qod dicitur paracletus, à consolatione dicitur.* παράκλησις *enim Græcè, Latinè consolatio dicitur. Christus enim eum Apostolis lugentibus misit, postqam ab eorum oculis ad cælum ascendit: Consolator enim tristibus mittitur; item paracletus, pro eo qod consolationem præstet animabus.* B qi subjungit tamen; *Alii Paracletum Latinè oratorem vel advocatum interpretantur.* Et cap. prægresso: *Paracletus Græcum est, qod Latinè dicitur advocatus: qod nomen & Christo & Spiritui Sancto tribuitur.* Ita παράκλητος nunc מליץ illis, nunc מנחם Proinde qemadmodum Jesum Christum falsò impieqe calumniabatur Marcion ille perditissimus, referente *adversus eundem, lib.* 3. *cap.* 15. Septimio) *solenne apud Judæos & familiare nomen sumpsisse, qo expectabili apud eos nomine, in ipsorum fidem irreperet.* Ita revera, qo fucum meliùs faceret scelestus iste, Μάνης & C Μανιχαῖος dici se voluit, qod utrumqe τὸ מנחם ad formulam Græcam deflexum, havd infœliciter exprimit, qo pro *paracleto* illo exciperetur fidentius, cujus nomen gerere videbatur.

Qin & aliis dispiciendum dimitto, an non tale qid & Saracenus ille Impostor machinatus sit, cum *Machmetis* an *Machammedis* sibi nomen imposuit. Etiamsi enim מחמד Arabicè *celebrem* & *lavdabilem* significare dicatur: potuit tamen Impostor ille, qo gentibus se missum, prout Judæis Jesum, (hoc enim disertè professus est) isto nomine D eo fine se insignivisse, ut videri posset is esse, qem חמדת כל־הגוים *gentium omnium desiderium*, sive *gentibus universis desideratum*, vates sacri nuncupaverant. Hagg. c. 2. v. 7. Nec abscedit hinc multum Johannes Hottingerus, cujus in *Thesavr. Philolog. lib.* 1. *cap.* 1. *sect.* 9. hæc sunt: *Vox* מחמד *ab Hebræo-Arabico* חמד *desideravit, amabilis, desiderabilis fuit.* ut idem sit, איש חמודות Græce ἱμερτός, Latine *Desiderius. Ingenium nempe præstigiosum Agyrta secutus est omnium Hæresiarcharum, qibus nominis affabilitate alios in sui admirationem pellicere solenne fuit.* E Hæc ille. Interim viri doctissimi, qem supra lavdavimus, Fulleri nostri de hæretici illius nomine sententiam non celabo. Vult ergo ille non *Manis* sectatores, sed *Manem* ipsum *Manichæi*, sive *Mannichæi* nomen sibimet indidisse; nec id qasi *manna fundentem*, qod Avgustinus avtumavit, sed si Manichæus dicatur, qasi *vas*, sive *instrumentum vivum*: מאנא חיא qod optimè illi competat: qum servus omnis sit ὄργανον ἔμψυχον, ut Aristoteles *Polit. l.* 1. *c.* 4. vel, si *Mannichæus* per duplex [*n*] scribatur, qasi *manna vita*, sev *manna vivum* denotaret: hoc esse enim F מנא חיא. *Cum enim*, inqit, *Agyrta execrabilis ille, non tantum pro Christo se coli vellet, qi manna verum & panem vivum se dixerat,* Joan. c. 6. v. 32, 51. *sed & tanqam Spiritum illum à Servatore promissum sese prædicaret; qi tanqam manna è cælo depluit, & vivificandi vim insitam habet; ideo nomen istud sibi adoptavit: qod horum utriqe scilicet commodissimè competeret.* Et reverâ Eusebius *Hist. lib.* 7. *cap.* 31. Χριστὸν αὐτὸν μορφάζεσθαι ἐπεχείρει. *Christi ipsius formam qandam sive personam induebat.* Sed hoc qâ ratione? aliqando enim *Spiritum Sanctum Paracletum esse semet* G *prædicabat*: aliqando verò, qo modo Christus, *duodecim sibi pravitatis novitia consortes adsciscebat.* Christum itaqe in qibusdam imitari volebat. Sed pro *Paracleto*, non pro *Christo*, sese venditabat. Neqe consentaneum erat, ut unus idemqe *Manes*, & pro *Paracleto* à Christo promisso missoqe, & pro *Christo* qoqe ipso, à qo is & promissus fuerat & mittendus erat, haberi se affectaret. Porro *Christum* potiùs, qam *Paracletum* prædicanti sese, nominis id conveniret. Qanqam avtem Avgustinus *contr. Epist. fundam. c.* 8. suspicari se ait, *Manichæum pro Christo se coli velle.* At Manichæus ipse in *Epistola* illius *Epigraphe*, qo modo & apud Epiphanium, in *Epist. ad Marcellum*; non *Christum* se, sed *Jesu Christi Apostolum* indigetat. denique & Μανιχαῖον Græci, & *Manichæum* scribunt Latini (non

Man-

Μανιχαῖον, avt *Manichaeum*) qod ad מנחם Hebraicum propiùs accedit, estqe & deductio facilior, & simplicior notatio.

CAPUT XXXVI.

Epiphanius locis haud pavcis illustratus, emendatus, restitutus. ἅπτεσθαι, θιγγάνειν, ψαύειν, ψάλλειν, ἐπαφᾶσθαι, ψηλαφᾶν, *de musicis instrumentis usurpata. Latinis itidem* tangere, attingere, κρούειν, πλήττειν, ἐπιπλήττειν, pulsare, increpare. θίξις, ἡ κροῦσις, *Plutarcho qid: is ex conjecturâ emendatus.* ψηλαφητά, tactilia. נגינות pulsatilia. נחילות inflatilia. κηλεφός, leprosus, elephantiacus. κηλεφία, lepras, elephantiasis; ex ἐλέφας *corrupta videri.* μυοχάλη, *qid. Alexidis & Laertii versus de Pythagoreâ ab animatorum esu abstinentia. Anima una eademqe rerum omnium, Manichaeo. Ejusdem* περὶ μεταγγισμοῦ, καὶ περὶ ψυχῶν διαμεταμορφώσεως, *ac de* Sole ac Lunâ, deliria. *Veritatis constantia; falsitatis inconsistentia. Bajulus Manichaeorum qi terram sustineat, ut Atlas caelum: terra-motus unde illis. Defunctorum in exeqiis ciendorum ritus.* Verba novissima, *qanam.* γλωττίς, *&* γλωττίς, *Epiphanio diversa. Origenis de corporis resurrectione, dogma ἑτερόδοξον. Corpora nostra in fluxu jugi.* Dentium stridor, *apud inferos qalis.* ἔκφρων, amens, ebrius; ζώφρων sobrius. *Phidias qâ arte simulacro perennitatem conciliare voluerit. Saturni simulacrum oleo repletum. Granum nudum qod seritur, qâ specie resurgat.* μανθάνειν *&* διδάσκειν tam docere, qam *&* discere, *utrumqe.* Μακρὸν τοῦ αὐλοῦ ἐπιλήθεται τὸ στόμιον; *Proverbium.* Odiosa pompa Circensibus. *Epiphanius ex Photio, Photius ex Epiphanio sapiusculè vicissim emendati. Dicta qadam Pavlina à Methodio secus accepta.* Homo qadratus, *qis dicatur.* σωματῶσαι, *vox proba, qid. Epiphanius ex Irenao emendatus. Sortibus rex in symposiis designatus, & in Saturnalibus itidem.* Βασιλίνδα, *ludi genus. Marcianorum ritus.* Συμψέλλιον, subsellium. Ἀμβακούμ, *&* Σαμψαῖοι. *Mel ictericis & febricitantibus amarum. Verba Mic. 2, 7. illustrata, ex Dione Prusao. Nestoris dictio qalis in se, qalis Agamemnoni & Achilli.* ἢ ὑπὸ *ellipsis. Ex Job. 12. 11. & 34. 3. firmata Epiphanii lectio recepta. Casavbonus & Grotius in Epiphanio interpretando lapsus uterqe. Spanhemius itidem, illum secutus. Epiphanius optimus sui interpres. De Mariâ sorteito nuptum datâ fabula, errore gemino ab Epiphanio suffulta. Coacta mentis Matth. 1, 25. ab Epiphanio data interpretatio. De Chrysippi & Cleanthis dogmate, qid Epiphanius. Cardium, nisi verum, nullum. Hoc sapientis solius. In Imperatorum serie recensendâ corruptelis variis tollendis mutua ab Epiphanii scriptis sibi invicem collatis suppetia.* Holosphyraton. *qid:* ὁλοσφύρατον, *qid. Maria in Christi conceptu, ut tellus, ut vellus. In frugibus resurrectionis icon. Jupiter omnium mulierum vir.* Ancoratus ex Arcula, *Arcula ex Ancorato, restituta.*

EX Sectarum harumce nominumqe, qæ earum avtores primi sibi imposuerant, occasione, Epiphanii loca qædam vel illustrare, vel emendare conabimur. In *Haresi 48.* qæ est *Montanistarum*, *sect.* 4. Montani qædam in hanc sententiam verba producit: Ἰδοὺ ἄνθρωπος ὡσεὶ λύρα, κἀγὼ ἐφίπταμαι ὡσεὶ πλῆκτρον. ὁ ἄνθρωπος κοιμᾶται, κἀγὼ γρηγορῶ. Ἰδοὺ Κύριός ἐστιν ὁ ἐκστάνων (in marg. Reg. ἐπιζῶν. Sed legendum ἐξιστάνων) καρδίας ἀνθρώπων, καὶ διδοὺς καρδίας ἀνθρώποις. Qæ Petavius sic vertit, *Ecce homo tanqam lyra, ego verò ceu plectrum volo. Homo dormit; ego verò vigilo. Ecce Dominus est, qi corda hominum in stuporem vertit, & corda dat hominibus.* Et pavlo post; Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ἐφίπταμαι, καὶ πλήσσω, καὶ γρηγορῶ, καὶ ἐξιστᾶ Κύριος καρδίας ἐκστατικοῦ ῥήματα. Petavius. *Atqe hac ipsa verba, volo, & percutio, & vigilo, & Dominus corda in stuporem vertit, furiosi hominis verba sunt.* At tu meo periculo rescribas, ἅπτομαι, & ἐφάπτομαι. Ecqid enim cum aliis

A avt volatu plectro? Vertatqe licet, *Ecco homo est instar lyra, qam ego, plectri instar, tango.* Et, *Verbo cum illa, Tango, & ferio; & corda externo, sive in furorem ago, sunt externati, sive furore perciti.* Ita ille,

> *Assvetam digitis pollice tange lyram.*

Lyram tangere eadem mente dixit, qâ Græci ἅπτεσθαι, θιγεῖν, ψηλαφᾶν. Et qâ; *pollice chordas pulsare* Statius *l. 5. Sylv. 5.* Ita planè Epictetus *Dissert. l. 3. c. 16.* Ἐχὶ ὡς ὁ μουσικὸς περιγενέσθαι, ὅταν ὁ κιθαριστὴς τὴν λύραν λαβών, ὡς εὐθὺς ἅψηται τῶν χορδῶν, γνώσεται τὰς ἀσυμφώνους. *Cithar-* B *rista peritus, lyrâ sumptâ, statim ac chordas tetigerit, qanam absona sint, deprehendit.* Et de Masurio Athenæus *l. 14.* Περὶ τὴν μουσικὴν ἐνδιατρίβων ἀεί. ἅπτεται καὶ τῶν ὀργάνων. *Musica operam assiduè navat; & organa feliciter tangit tractatqe.* Evstathius ad Iliad. ζ. Τὸ ψηλαφᾶν λέξιν μουσικὴν εἶναι, καὶ κυρίως ἐπὶ χορδῶν λέγεσθαι. *Esse musicum vocabulum, & de chordis primariò usurpari.* Et rursus ad Iliad. λ. Τὸ ψηλαφᾶν κυρίως τὸ ψάλλειν ἐπαφώμενον χορδῶν, ποιεῖν δ' ἀκοὴν, ψάλλειν χερσί. *Ψηλαφᾶν est primariò psallere chordas attingendo, vel qod idem est, manu tangendo.* Ut C τὸ ψάλλειν qoqe παρὰ τὸ ψῶ, τὸ ἅπτομαι ortum habeat; qod & alibi non semel monuit: Ψαύειν, & ἐπαφᾶσθαι, dixit, qod ἅπτεσθαι & ἐφάπτεσθαι, Montanus & Epiphanius. Idemqe Polluci, *lib. 4. c. 8.* πλήττειν & ἐπιπλήττειν. unde πλῆκτρον, *plectrum.* Naso *Epist. 3.*

> —— *digitis increpuisse lyram.*
>
> Ἐπιπλῆξαι.

Sicut avtem παρὰ τὸ ψηλαφᾶν, ψηλαφητὰ instrumenta musica, qæ vel plectro vel pollice, sive digitis tanguntur; qasi *tactilia* dixeris. Ita παρὰ τὸ ἅπτεσθαι καὶ καθάπτεσθαι D τὰ καθαπτά. qæ & ἐντατὰ, τῶν ὀργάνων, *tactilia organa* Athenæo *lib. 4.* qæ τῶν ἐμπνευστῶν προκρίνεσθαι, *inflatilibus praferre*, ait Aristoxenum: sed & παρὰ τὸ θιγεῖν, sive θιγγάνειν, qod idem valet; & θίξις *actio*, qâ *tanguntur* ejusmodi organa; qam εὔθικτον (ἀκριβῆ θίξιν, forsan) ἐν κρούσεσι καταφαίνεσθαι postulant Musicorum filii, avtore Plutarcho in *monitis politic.* qanqam τὸ κρούειν, sicut & *pulsare* Latini, tam de eis usurpant, qæ bacillis cæduntur, qalia sunt *tympana*, qam & de eis qæ digitis plectroqe leniùs attinguntur: & Hebræi τῷ נגינות qasi *pulsatilia* dixeris; E genus utrumqe comprehendere videntur: à qibus distingvuntur נחילות τὰ ἐμπνευστά, *inflatilia.*

Ibid. sect. 12. ὁ γὰρ λέγων, Μὴ ἀκούσητέ μου, δῆλον τὸ ἀνθρώπινον λέγει. deest ὅτι. τὸ α. ε. *Qi dicit, Ne avdiatis me, patet qod humanum qiddam dicit.*

Ibid. sect. 15. τὸ μὲν ἰὸν, καὶ τὰ ἀγκιστρώδη τῶν ὀδόντων αὐτῆς φάρμακα ἐν τῷ τῆς ἀληθείας ἢ σταυροῦ ξύλῳ καταθλάσαντες, τῇ αἱμαῤῥοΐδι ἐχίδνῃ ἐοικυῖα, ἧς ἡ λύμη τῶν δεδηγμένων πᾶσαν τὴν τοῦ σώματος ἐκκενοῖ, καὶ οὕτως τὸν θάνατον ἐκβάλλει. Nec integra, nec sincera ista meritò censet Peta- F vius: in inciso secundo aliqid desiderari monet; sed qod suppleatur, nihil designat. In tertio αἷμα deesse avtumat. in novissimo, εἰς τὸν θ. ἐμβάλλει, legi postulat. De αἷμα interserendo, assentior planè. in novissimo εἰς interjecto nihil est opus. sufficit, οὕτως τὸν θάνατον ἐμβάλλει. peritqe dicti ex parte venustas, si εἰς τὸν θάνατον legas. *Sangvinem*, inqit, qæ est vita animantis, Gen. cap. 9. vers. 4. & Levit. cap. 17. vers. 11. 14. *exhavrit, & istius qasi vice mortem immittit.* Cæterum pro λύμη λύμη legendum, καὶ τυφλῷ δῆλον. nec in prioribus qicqam desiderabitur, si pro G καταθλάσαντες, καταθλάσουσα (nam qid facturus sit in insequentibus, præmonet) pro ἐοικυῖα ἐοικυίας legeris. *Hujus*, inqit, (qæ seqitur, nimirum) *hareseos virus, dentiumqe ejusdem hamata pharmaca veritatis crucis Dominica ligno comminuturi, hamorrhoa vipera speciem geremis, cujus pestis eorum, qui momorderit, è corpore sangvinem omnem excernit, eaqe ratione mortem immittit.*

Epiphanius idem Hæresi 66. qæ est Manichæorum, sect. 9. ζώων ἀποχὴν καὶ μετεμψύχωσιν, qas cum Pythagoricis communes habebant Manichæi, Manichæi ipsius verbis his narrat: εἴ τις, φησὶν, ἐφονεύσεν ἄνθρωπον, μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴν, αὖθις καταστρέφεσθαι τὴν αὐτοῦ ψυχὴν εἰς κηλεφοῦ σῶμα, ἢ εἰς μῦν, ἢ εἰς ὄφιν, ἢ τι τοιοῦτον αὖθις ἔσεσθαι, ὅσπερ καὶ ἐφόνευσεν. Petavius: *Qi hominem occiderit,*

ubi

A *ubi ex hac vitâ decessit, in celephi corpus demigrat, avt muris, avt serpentis, avt aliud denique sit ejusmodi, quale id est qod interfeceras.* Vox κελεφὸς corruptelæ suspicionem istuc Petavio injecerat, donec animadverteret; eandem rursus adhiberi infra, sect. 28. ubi ista reperiuntur. Ἐὰν δὲ ἡ φονεύσασα ψυχὴ, εἰς κελεφῶν σῶμα μεταφέρεται. ἐὰν δὲ θερίσασα εὑρεθῇ, εἰς μογιλάλους. qæ vir doctissimus sic reddidit: *Ac si homicidium anima perpetraverit, in celepborum corpus transfertur: si messuisse deprehendatur, in balbos ac linguâ præpeditos.* Vocem κελεφὸς retinuit, qia qid id vellet, nesciebat, donec Græcos qosdam consuluisset, à qi-B bus didicerat vulgari Græcorum idiotismo κελεφὸς appellari τὸν λεπρὸν & κελεφίαν λέπραν; qo vocabulo itidem usus est Epiphanius hæres. 55. sect. 9. εἰς λώβησιν κελεφίας. Mihi avtem videtur, ὑπὸ ἐλέφας corruptum utrumqe. ἐλέφας enim Græcis cum animal ipsum, tum & morbum qendam designat; qem usitatiùs ἐλεφαντίασιν, sed & ἐλεφαντίαν, avtore Celso, *l. 3. c. 25.* nuncupant, inde dictum, qod *elephantis corio* corpus reddat consimile. multa enim etiam magis depravata retinet Græcorum idiotismus vulgaris. C Estqe *Elephantiasis* ista *lepra* qædam, eaqe omnium deterrima ac teterrima: unde & τὸν λεπρὸν nunc *lepresum*, nunc *elephantiacum* reddidit Petavius, infra sect. 57. atqe ego certè ante lectum Petavii illud existimaveram, ἐλέφαντος altero loco, ἐλεφαντίας altero restitui debere: eo magis, qia animalis genus aliqod τῷ κελεφῷ nomine designari avtumabam: qam opinationem denuò ferè excusserat locus ille, qo οἱ κελεφοὶ καὶ οἱ μογίλαλοι in μονογενεῖ Manichæorum illo pariter ponuntur. Itaqe cum Petavio de hoc gemina ego planè sensissem: nisi & μογιλάλων illud nec citra cavs-D sam id suspectum haberem. Qum havd ita multò post dicatur, ἀνάγκη αὐτοὺς (τοὺς θεριστὰς) μεταγγισθῆναι εἰς χόρτον, ἢ εἰς φασίολον, ἢ εἰς κριθὴν, ἢ εἰς στάχυν, ἢ εἰς λάχανα, ἵνα θερισθῶσι, καὶ κοπῶσι. *Messores necessariò in fœnum, vel phaseolos, vel hordeum, vel spicam, vel olera transfundi, ut metantur succidanturqe.* Etiamsi enim Manichæi dogmata, qod & Epiphanius non semel monet, sint ἀσύστατα, τῶν μὲν πρώτων τοῖς δευτέροις καταλυόντων, τῶν δὲ δευτέρων παρὰ τοῖς πρώτοις φθεγγομένων. *Parum sibi constent, prioribus qidem posteriora destruentibus, posterioribus avtem à E prioribus diversa sonantibus.* In isto tamen vix est, ut tam subitò desultoriam egerit, avt sui oblitus fuerit, cum εἰς κελεφῶν σῶμα, ἢ εἰς μῦν, ἢ εἰς ὄφιν diceret, ut non animal aliqod κελεφῶν nomine designatum vellet. Perpendant itaqe eruditi, an non pro μογίλαλοι & μογιλάλων, μυγαλαῖ & μυγαλῶν legendum sit. μυογάλη enim est Dioscoridi *lib. 2. cap. 72.* qæ freqentiùs μυγαλῆ & μυγαλῆ dicitur, *mus araneus.* Hypothesi certè Manichæanæ qam aptissimè conveniret, cum *mures agrestes* (è murium avtem genere *esse mygalen*, sive *myogalen* nomen ipsum in-F dicat) etiam messes populari tum Plinius scribat *lib. 10. c. 65.* tum & experientia attestetur. ut *messores* in *mygalas* transire rationibus Manichæanis apprimè consentaneum sit. Ego itaqe in conjecturâ pristinâ persto κελεφὸν Manichæis *elephantem* denotare, & κ præfixo ab ἐλέφας deductum, qemadmodum & Græcis ipsis ab ἴω, κίω, ab ἐλέθω κίλεθος & Latinis ab αὐλὴ *cavla.*

Cæterum de sensu ac versione verborum dictorum, est in qo Petavio assentiri non possum. Ac primò periochæ prioris verba prima sunt vitii manifestaria; novissima etiam suspe-G cta meritò. legendum omninò, non εἴ τις ἐφόνευσεν ἄνθρωπον, neqe enim de *homicidio* agitur propriè sic dicto; sed εἴ τι ἐφόνευσεν ἄνθρωπος, *si qis homo qicqam necaverit.* hoc monere poterat, qæ præcesserant, de esu animantium, τὸν ἐσθίοντα σάρκας, ψυχὴν ἐσθίειν. καὶ εἶναι αὐτὸν ἔνοχον καὶ αὐτὸν τοιοῦτον γενέσθαι. *eum qi carnibus vescitur, etiam animam manducare: eiqe pœnæ obnoxium fieri, ut in ejusmodi qidpiam & ipse vertatur.* Ut frustra fuerit ille apud Alexin Comicum in Atticâ, qi superstitioni Pythagoricæ satis se fecisse avtumabat, qia nihil comederet, qod non priùs animâ destitutum esset. Versiculos, qia festivi sunt, prout Athenæus *lib. 9.* retulit, adscribere non pigebit. in argumento enim ridiculo ridere nevtiqam fravdi fuerit. hi sunt:

Ὁ πρῶτος εἰπὼν ὅτι σοφιστὴς οὐδὲ εἷς
Ἔμψυχον οὐδὲν ἐσθίει σοφός τις ἦν.
Ἐγὼ γὰρ ἥκω νῦν ἀγοράσας οὐδὲ ἓν
Ἔμψυχον. ἰχθῦς ἐπριάμην τεθνηκότας
Μεγάλους, κρεάδια δ' ἀρνὸς αὐτὰ πίονος,
Οὐ ζῶντος. οὐχ οἷόν τε γάρ. τί δ' ἄλλο; ναί.
Ἧπαρ που ὀπτὸν προσέλαβον τούτων ἐὰν
Δείξῃ τις ἢ φωνήν τιν' ἢ ψυχὴν ἔχον,
Ἀδικεῖν ὁμολογῶ, καὶ παραβαίνειν τὸν νόμον.
Qi primus dixit neminem sapientium
Animatis vesci, sapiens ante alios fuit.
Ego de foro nunc venio, nec qicqam affero
Animatum: pisces emi, verum mortuos,
Ingentes. deinde pingvem agninam: sed nec hac
Vivebat. nam qî posset? numqid præter hæc?
Aliqid, bene tostum jecinor. esse in rebus his,
Qod habeat vocem avt animam si qis docuerit,
Commisi in legem, nec supplicium deprecor.

His consentanea sunt & Laertii illa, qibus se cum aliis qibusvis Pythagoræ ejusdemqe asseclis hac in parte pares facit:

Οὐ μόνος ἐμψύχων ἀπέχεις χέρας. ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς,
(Τίς γὰρ ὃς ἐμψύχων ἥψατο;) Πυθαγόρα.
Ἀλλ' ὅταν ἑψηθῇ τι, καὶ ὀπτηθῇ καὶ ἁλισθῇ,
Δὴ τότε, καὶ ψυχὴν μὴ ἔχον, ἐσθίομεν.
Nos qoqe, non solus tu animatis abstinuisti,
Pythagora. ecqis enim nostrum animata vorat?
Verum ubi qid tostum, avt elixum est, ac sale sparsum;
Tunc edimus, cum jam spiritus omnis abit.

At verò Manichæus, sapientum octavus, etiam cum mortuorum carnibus animam, qæ jam excesserat, unâ esitasse, nocte utiqe etiam illuni qavis clariùs demonstrasset. Sed ad Epiphanium, ejusdemqe interpretem redeamus. Erroris poterant monere & verba novissima, etiamsi nec illa sana prorsus videantur. ἤ τι τοιοῦτον αὐτὸς ἐστὶν, ὅμοιος καὶ ἐφόνευσεν. *Si tale qid futurus est, qale id qod necaverit; qi hominem occiderit, qo modo in murem, vel angvem transire dicitur homicida?* sed sensus utrobiqe clarus est satis. qem & omninò firmat, qod sect. 28. dicitur, ἐάν τις φονεύσῃ ὀρνίθιον, ὀρνίθιον ἔσται. εἴ τις φονεύσει μῦν, καὶ αὐτὸς μῦς ἔσται. *Si aviculam qis necaverit, avicula futurus est; si murem, mus & ipse erit.* tantum pro ὅμοιος, ὅμοιον legendum, ut respondeat τῷ τοιοῦτόν τι. Itaqe & in periochâ illâ posteriori, ἐὰν πεφονευκυῖα ψυχὴ non debuerat verti, *si homicidium perpetraverit*, sed *si cædem fecerit*; animantis utiqe cujusvis. qomodo in seqenti membro de *satorum messe* patria fere delirat. Nisi si *homicidium* eo sensu sumere libuerit, qo Avgustinus *de Hæres. cap. 46.* de his ipsis verba faciens: *Unde agriculturam, qa omnium artium est innocentissima, tanqam plurium homicidiorum ream dementes accusant.* Et mox: *Ipsi electi nec in agris operantes, nec poma carpentes, nec saltem folia ulla vellentes, expectant hæc afferri usibus suis ab avditoribus suis, viventes de tot ac tantis secundum suam vanitatem homicidiis alienis.* Animam enim Manes iste unam planè eandemqe non in hominibus tantùm, sed in animantibus qoqe satisqe qibusvis somniabat. αὐτὴν εἶναι τὴν ψυχὴν τὴν ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἐν παντὶ ζώῳ, ἀλλὰ καὶ πετεινοῖς, καὶ ἑρπετοῖς καὶ κνωδάλοις. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς, &c. Epiphanius sect. 8. & sect. 33. Μίαν ἐν ἅπασι τυγχάνειν, ἔν τε ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι, καὶ θηρσὶ, καὶ πετεινοῖς, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ζώοις, ἐνύδροις τε καὶ ἐναλίοις, κνωδάλοις τε καὶ ἐν σπέρμασι φυτευμάτων, ἐν ξύλοις τε, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀοράτοις. *Unam omnibus animam inesse, hominibus, jumentis, feris, volucribus, reptilibus, animantibus, volatilibus, aqatilibus, vermibus, plantarum seminibus, stirpibus, aliisqe visibilibus universis.*

In eâdem periochâ: καὶ οὕτως τὰς ψυχὰς τὰς διὰ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης διαπορθμευθείσας. διὰ γὰρ τῶν ἐν γενέσει λέγει τῆς αὐτοῦ χυδαιολογίας, ταύτας καθαρθείσας κατεξιοῦσθαι τῆς διαπορθμεύσεως, &c. locum; qem non immeritò vitiatum censet, Petavius sic corrigit. ut conjunctione expunctâ, distinctione sublatâ, legatur. διαπορθμευθείσας διὰ τῶν ἐν γενέσει λέγει, &c. qod minus placet, qia duo qædam distinctè ex Manichæorum commentis proponit Epiphanius.

alte-

alterum, *animas per solem lunamqe, qæ navigia esse fingebant, transvectas ad salutem pertingere.* alterum, *transvectionis istius participes fieri illorum duntaxat animas, qi dogmatum suorum cognitione eas ante præparatas & purgatas habebant.* Itaqe nihil demendum; supplendum potius aliqid existimo. καὶ οὕτω [σωθῆναι] τὰς ψυχὰς τὰς διὰ τοῦ ἡ. καὶ τῆς σ. διαπεραιωθείσας. Sic enim mox seqitur, πάλιν δὲ ψυχὴν οὐκ ἔτι σώζεσθαι, εἰ μή τι ἂν τῆς γνώσεως τῆς αὐτῆς μετάσχοι. qod nisi cognitionis illius particeps fuerit, *anima negat spem ullam salutis esse propositam.* adhæsit τῷ οὕτως sigma, ἐκ τοῦ σωθῆναι vel etiam τοῦ σώζεσθαι, qod per librariorum oscitantiam intercidit.

Supplendum aliqid etiam in præcedentibus illis. Ἔφασκε δὲ πάλιν, ὅτι ἡ σοφία ἡ ἄνωθεν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ βουλευομένη τὴν ψυχὴν τὴν ἐν ἅπασι διακεχυθεῖσαν. qod & vidisse patet interpretem, qum vertit, *Qin hoc insuper asserebat, cælestem illam boni Dei sapientiam, cum animam per omnia dissipatam colligere vellet,* qasi συλλέγειν, & βουλομένην legendum censeret: forsan avtem & istic σώζεσθαι vel σωθῆναι interserendum: cum animam per omnia diffusam vellet salutem adipisci. similitudo in θεῖναι & σωθῆναι literarum exscriptori supino forsan ansam dedit vocem alteram insuper habendi.

Ibid. sect. 10. Διὰ τὴν περὶ Θεὸν πολυπλοκίας γνῶσιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δι' ἣν προσεπαιδεύθη παρὰ τοῦ Τύρβωνος ἀκριβῶς μεμαθηκὼς τὰ περὶ τῆς ἀθέσμου γοητείας τὰ πάντα. *Partim qod a multiplici divinarum rerum scientia paratissimus erat, partim qod a Tyrbone perdoctus ante fuerat, & omnes nefarii hominis præstigias accurate didicerat.* Mendum subesse animadvertit Petavius in voce προσεπαιδεύθη. rescribendum putavit, προσετύγχανε. forsan προσεπεδείκνυε *insuper adjecit*, vel πρὸς ἣν κατεθήκατο, *nuper contulerat.* Ego mendum aliud in iis τὴν περὶ Θεὸν γνῶσιν deprehendisse videor. Qid est enim ἡ περὶ Θεὸν γνῶσις? *rerum divinarum scientiam* vertit interpres. Ita esset, τὴν τῶν περὶ Θεὸν γνῶσιν. certè avt τὴν περὶ Θεὸν γνῶσιν, *scientiam qa circa Deum versatur,* avt τὴν παρὰ Θεοῦ γνῶσιν, *scientiam divinitùs datam,* sive qam à Deo adeptus fuerat, legendum videtur.

Ibid. Αὐτοσυστάτως οὔσης τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ δυναμένης καθαιρεῖσθαι, κἂν τε ἀνθιστᾶται ἡ ἀνομία ἀναισχυντίᾳ φερομένη τῷ τῆς ἀληθείας δεσμῷ, τοῦ ψεύδους μὴ ἔχοντος ὑπόστασιν μηδὲ βάσιν, &c. forsan pro ἀναισχυντίᾳ, qod proculdubio vitiosum est, ἀναντιλέκτως legendum: ἀναντιλέκτως eâ formulâ dictum, qâ ἀναντιρρήτως. habet enim ejusmodi non pavca Epiphanius, qæ vix alibi reperias. Qod genus hoc ipso in loco est illud αὐτοσυστάτως. *Veritas,* inqit, *cum per se,* sive suâ vi, *consistat. nec subrui possit, etiamsi iniqitas sese opponat, dum irresistibiliter veritatis vinculo trahitur, mendacium avtem nec subsistentiam nec stabilimentum habeat,* &c. sed & mutatione leviori potest ἀναισχυντῶς legi, sicut Hæres. 69. sect. 12. de Ario dixit, ἀναισχυντῶς φερόμενος. sed distinctione interstitâ, *etiamsi improbitas obsistat impudenter, dum veritatis vinculo abripitur.*

Ibid. sect. 17. Ἅμα δὲ οὐ συγκοινωνήσει ὅλως τῇ ζωῇ, οὐδὲ ἅμα ζωῆς ἀγαθότητος, ὅτι ἀγαθότης. corrigit Petavius ἅμα ζωῇ, rectè: qo modo σὺν Θεῷ ὤν supra dixerat, *sect.* 16. Sed & ἀγαθότητι qoqe tum legendum. *Simul avtem nec vita communicabit omnino, nec cum vitâ ac bonitate simul deprehendetur.*

Ibid. sect. 22. Εἰ δὲ ἐκ φύσεως, ἢ κατὰ συνήθειαν οἱ σεισμοὶ ἐγίγνοντο, πολλάκις οὖν ὅτι σεισμοὶ κατὰ χώρας γίγνονται, συνέβη [δὲ] καὶ ἐπ' ἐνιαυτὸν ὁλοτελῆ καθ' ἑκάστην νύκτα πολλάκις σαλεύεσθαι τὴν γῆν. ἄρα γοῦν τετραυματισμένον τὸν τοῦ ἀμοφόρου ὦμον, ἀφορμήσαντας ἄγειν ἐνδελεχοῦς πόνου τὸν σάλον; sincerum vas istic incrustat Petavius, dum pro ὅτι σεισμοὶ, legendum avtumat εἴ τι σ. & δὲ particulam è contextu extrudit: continuanda tantum sententia, periodo mediâ immutatâ. fabulabantur Manichæi bajulum nescio qem humeris suis terram sustinere, qomodò Atlantem poetæ cœlum. cui cum id muneris molestiam havd modicam facessat, singulis annis tricenis ab humero altero ad alterum onus suum, qo prematur, dimovendo transferre. Sed & interim qoqe τρέμειν καὶ μεταυτέον, *sect.* 26. *Sub oneris incumbentis pondere gravi tremore concuti* qandoqe: hisce de cavsis terræ-motus existere. At, inqit Epiphanius, si ex naturâ usuqe istiusmodi, qalem vos somniatis, terræ-motus fiunt, *ergo sæpenumerò qum terræ-motus existant, (contigit verò qandoqe ut & per annum integrum singulis noctibus terra sæpè concussa fuerit;) num (inqam) toties bajulo vestro humeris sauciatis, cum doloris tædium ferre neqeat, motum ciet istiusmodi?* familiare est Epiphanio voces easdem in eadem pericchâ repetere, sicut τὸ οὖν istic. qod in sectione hac ipsâ factum non semel deprehendas.

Ibid. sect. 25. in Tyrbonis *narratione dogmatis Manichæani* ex Archelai *antilogiâ.* Μῖξιν δὲ ἔτι σύγκρασιν τούτων λέγει γεγονέναι τῶν τριῶν — legendum τούτων τούτων. festinans exscriptor, avt superfluum avtumans, omisit alterum. *mistionem* sive *compositionem horum, hoc modo factam refert.*

Ibid. sect. 30. de Prophetis nostris impostor ille teterrimus, à spiritu tenebrarum profectos esse. καὶ διὰ τοῦτο, inqit, πλανηθέντες οὐκ ἐλάλησαν. ubi Petavius οὐκ expungit. Ego retinendum existimo, sed interjiciendum τὰ ἀληθῆ ante οὐκ. *Atqe hac de cavssâ errore abrepti veri nihil locuti sunt.*

Ibid. sect. 33. Ἀλλ' εἰδὼς μὲν αὐτὸς τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων σώζειν, ἣν συλλαβεῖν συνείληφεν, διὰ τοῦ αἰνιγματώδους ἔφη, οὐκ ἦλθον, εἰ μὴ διὰ τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλὸς, ἵνα εἴπῃ πᾶσαν φύσιν ἀνθρωπείαν. vitium subesse suspicatur vir doctissimus & ὃ συλλαβεῖν legendum avtumat, qod nihil est opus. ἣν enim φύσιν ἀνθρωπείαν respicit, in τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων inclusam, verbis avtem mox adjectis disertè nominatam: de Christo loqitur; *At ille animas hominum servare noverat, qorum naturam generatim comprehendit, ænigmatice dicendo, non venisse se nisi perditam ovem servatum; qo vocabulo naturam humanam universam nuncupavit.*

Ibid. sect. 34. de Lazaro; Μετὰ δὲ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν, ἄλλα τριάκοντα ἔτη ἔζησε, καὶ οὕτω πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε κοιμηθεὶς ἐκλήθη μετὰ σεμνοῦ ὀνόματος, καθάπερ πάντες ἕως τῆς ὥρας τῆς ἀναστάσεως. deesse καὶ ante κοιμηθεὶς rectè adnotatur. Sed vitium aliud non est animadversum. vertunt; *Qum à mortuis excitatus est, triginta aliis annis vixit atqe ita mortuus ad Dominum rediit, & cum illustri nominis summâ vocatus est, ut cæteri omnes ad ultima resurrectionis usqe tempus,* si de extero aliqo sermo haberetur, ferri posset κοιμηθεὶς ἐκλήθη, *fato defunctus jam vocabatur,* vel *ciebatur.* hoc enim in exterorum exeqiis solenne erat, ut defunctum nominatim cierent. Sic *Æneid. l.* 3.

— *animamqe sepulcro*
Condimus, & magnâ supremùm voce ciemus.

Et ibid. lib. 6.

— *& magnâ manes ter voce vocavi.*

qod ab Homero mutuatum est, apud qem *Odyss.* I. *v.* 65. Ulysses de sociis suis à Cyclope cæsis,

Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι.
Priusqam horum miserorum sociorum ter unumqemqe vocassem.

Servius; *Dicimus more solenni, i. e. tertio;* (forsan, *ter,* *Tu, vel ille,* ὁ δεῖνα, nominatim defunctum compellando) *Vale: nos te ordine, qo natura permiserit* (*præmiserit,* legendum) *cuncti seqemur.* Hæc sunt ergò *novissima* illa *verba, ibid. l.* 6.

—— *dixitqe novissima verba.*

Verum apud Dei populum nullus is ritus. Itaqe omninò legendum ἐκλίθη, *Ita ad Dominum profectus est,* (animam utiqe qod attinet; corpus verò qod spectat) *sopitus decubuit, venerandâ sui relictâ memoriâ, qemadmodum & cæteri omnes, ad resurrectionis usqe tempus.*

Ibid. sect. 45. Φαντάζονται δὲ ἀπὸ τῶν ἰδίων λογισμῶν οἱ κληρονόμοι ἐν ἱερῷ τοιαῦτα εἶναι, ἅτινα καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὑπάρχει. ἃ ἵνα οὐκ ἐπιδέχεται. (Petavius ἐνδέχεται, qod non est necesse) ὡς ὁ θεῖος λόγος πάντη διδάσκει. λέγει δὲ (καὶ) σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια. ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων. καὶ οὕτω (legendum οὕτως) ὅλως τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν διηγήσατο. ἀλλὰ περὶ τῶν φαινομένων τούτων τῶν σώμα (σωμάτων f.) ὑπάρχοντων, ἥλιον. λέγω, ἢ (καὶ) σελήνης, ἢ τῶν ἐπὶ γῆς ἄλλων, καὶ τῶν σωμάτων τῶν ἁγίων. οὐ γὰρ διαφερόμεθα τοσοῦτον.

ei ἢ καὶ τῶν ὑπὲρ οὐρανὸν ἴσως λόγος, ὅσῳ τὸ ἐν αὐτῷ τῷ Ἀποστόλῳ τῆς γνώσεως βαθύτατον χάρισμα, ὃ πάντως ὀρεγόμεθα. ὁμοῦ (l. ὅμως) πολλὰ τῶν ἐπιγείων λέλειπται (l. διαφέρετο, καὶ) πόσῳ μᾶλλον τὰ ὑπουράνια τῶν ὑπερουρανίων πέφυκε δύνασθαι τοῖς ἐπιγείοις ἀπεικάζεσθαι, ὦ οὗτος; *Et rationibus suis brutus homo talia in cælo imaginatur, qalia & in terris existunt: qod locus ille non admittit, ut sermo divinus omninò docet: dicit enim, sunt & corpora cælestia, sunt & terrestria; sed alia est cælestium gloria, alia terrestrium. Nec verò de supercælestibus disserit, sed de visibilibus hisce loqitur, qa & corpora sunt, solem, dico, & lunam, vel de eis qa in terrâ sunt, & sanctorum corporibus; qemadmodum nos pro tenuitate nostrâ utiqe intelligimus; qanqam utrum & de supercælestibus Apostolus sermonem habeat, ob profundam in ipso cognitionis capacitatem, nihil certi statuimus: veruntamen multum ista à terrestribus distare dictum est: qanto magis ergò qanam ratione poterunt supercælestia terrestribus, qisqis es, assimulari?*

Hæresi 64. qæ est Origeniana, *sect.* 7. adducuntur ex Origenis *in Hymnum primum commentariis*, vel *præfatione* potiùs *ad librum Hymnorum*, ista; Ἀξιοῦμέν τοίνυν, ἐπεὶ μηδὲν χωρὶς Θεοῦ καλὸν εἶναι δύναται, καὶ μάλιστα νόησις γραφῶν θεοπνεύστων, ὅπως τῷ πατρὶ τῶν ὅλων Θεῷ, διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ ἀρχιερέως, γενητοῦ Θεοῦ προσελθεῖν, αἰτήσῃ δοθῆναι ἡμῖν πρῶτον καλῶς ζητεῖν. *Qamobrem qum nihil sine Deo esse possit egregium, præsertimqe divinarum literarum intelligentia; abs te etiam atqe etiam petimus, ut parentem omnium Deum per Salvatorem nostrum ac pontificem, genitum Deum, obsecrare velis, idqe ab eo nobis impetrare, ut inprimis rectè qærere possimus.* ubi Θεὸν γενητὸν Petavius *Deum genitum*, reddidit. Et mox *sect.* 8. ubi Origenis refutationem aggreditur Epiphanius, πρῶτον περὶ γενητοῦ Θεοῦ, *prima de genito Deo tractanda disputatio est.* In qo cum Origeni nimis favet; tum avtoris qem transfert, proposito adversatur. Hoc enim ille Origeni objicit, qod γενητὸν dixerit, cum γεννητὸν debuisset; perinde acsi γενητὸν, i. e. *factum*, & γεννητὸν, i. e. *genitum* idem prorsus valerent, qod Epiphanius disertissimè pernegat, Τὸ γενητὸν, inqit, Θεὸν εἰρηκέναι αὐτὸν, σαφές ἐστιν, ὅτι κτιστὸν ὁρίζεται. *Eo qod Deum factum dixit, liqet conditum esse eundem, statuisse.* Et rursus; Ὡς γάρ τινες ἡμᾶς βούλονται σοφίζεσθαι καὶ λέγειν, ἴσον τὸ γενητὸν εἶναι τῷ γεννητῷ, οὐ παραδεκτέον ἐπὶ Θεοῦ λέγειν, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τῶν κτισμάτων μόνον. ἕτερον γάρ ἐστι γενητὸν, καὶ ἕτερον γεννητόν. *Qod enim nonnulli nos argutiis circumvenire conantur, dicentes, idem planè valere γενητὸν & γεννητὸν, factum & genitum, id verò de Deo non est admittendum, sed apud creaturas tantùm: aliud enim est γενητὸν factum, aliud γεννητὸν genitum.* Perperam itaqe apud Origenem ab Epiphanio citatum γενητὸς *genitus* vertitur. Cæterum dictio Origeniana etiam manca videtur, nam illa, ὅπως τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων Θεῷ — προσελθεῖν, αἰτήσῃ, &c. desiderant aliqid, qod infinitum illud sustineat, scilicet θέλων προσελθεῖν, vel προσελθεῖν βουληθεὶς, nisi si (qod magis placet) τῷ geminum fuerit, qorum alterum interciderit; τῷ τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων Θεῷ — προσελθεῖν, sed omninò αἰτήσαις scribendum: *Obsecramus, ut Deum Patrem per Christum adeundo, supplex petas concedi nobis, ut rite qæramus.*

Ibid. sect. 12. ex eodem Origene: Εἰς τὸ τῷ Θεῷ ποιεῖν ἃ βούλεται προστρέχουσι. Locus vitiatus magis qam mancus. Neqe necesse cum Petavio ἐπιτρέπειν interjicere, ut sit εἰς τὸ τῷ Θεῷ ἐπιτρέπειν ποιεῖν. cum emendatio sit proclivior, εἰς τὸ τὸν Θεὸν ποιεῖν. *ad illud confugiunt, Deum facere qa velit.* Ita mox, *sect.* 13. Ἐπὶ τὸ πάντα δυνατὰ εἶναι τῷ Θεῷ καταφεύγουσι. *Eo se referunt, ut omnia Deo possibilia esse dicant. Sect.* 12. Καὶ οὕτως εἰς βυθὸν φλυαρίας ἡμᾶς ἀλόγως συμβαίνει ἐμπεσεῖν. *Ita nos velut ratione destituti in altissimas qasdam nugas atqe ineptias devolvimur.* emendant, ἀλόγους. ἀλόγως malim; ut ad φλυαρίας referatur.

Ibid. sect. 14. Χρὴ δὲ πάντα τὸν φιλαλήθη κατ' αὐτὸν τίθεσθαι τὸν νοῦν ἐπιστήσαντα. lectionem hanc frustra solicitant, κατ' αὐτοῦ adscribendo, cum scriptura sincera sit. *Oportet veri amantem qemqe apud se,* κατ' αὐτὸν vel καθ' αὑτὸν, (nam utrumvis ferri potest) *istuc ubi animum adjecerit*, &c.

A *Ibid. sect.* 15. Ἴσως μὲν γὰρ ἔσται περὶ τὸ τῆς ἁγίου διαχαρακτηριζόμενον ὑπὸ τοῦ εἰδοποιοῦντος τὴν σάρκα. Locus est Petavio conclamatus: vetatqe princeps medicorum, τὰ ἀνίκητα θεραπεύειν. tentabimus tamen medelam facere; havd dedecori futurum apud æqos qosqe sperantes, si minùs illud expediverimus, qod viri summi, qasi despondendo, deposuerunt. Sic ergò legendum suspicor; Ἴσως μὲν γὰρ περιέσται τι τῶν ἁγίων, διαχαρακτηριζόμενον ὑπὸ τοῦ εἰδοποιοῦντός ποτε τὴν σάρκα. *Forsan enim supererit sanctorum aliqid, retentum obnixè ab eo, qod carnem qodammodò appropriat sibi.* Vel potiùs;
B Ἴσως μὲν γὰρ περιέσται τι τῶν γηΐνων, διαχαρ. ὑ. τ. ἰ. π. τ. σ. *Forsan enim supererit terrestre aliqid, ab eo obnixè retentum qod carnem olim sibi appropriabat.* Vel etiam ὑπὸ τοῦ εἰδοποιοῦντος, i. χαρακτηρίζοντος. uti mox subjicit, Σὰρξ δὲ οὐκ ἔτι, ἀλλ' ὅπερ ποτὲ ἐχαρακτηρίζετο ἐν τῇ σαρκὶ, τοῦτο χαρακτηρισθήσεται ἐν τῷ πνευματικῷ σώματι. *Caro tamen amplius non erit, sed qod in carne velut propria qadam nota erat impressum, hoc idem in spirituali corpore consignandum erit.* ut sensus sit, *retentum ab eo, qod carnem configurabat; sive, figuram & speciem ei tribuebat.* Et hoc omninò rectum est. Sic enim
C in superioribus *sect.* 14. dixerat, verbis illis, qæ tamen aliqâ ex parte postulant emendari. Οὐ κακῶς ποταμὸς εἴρηται τὸ σῶμα. διότι ὡς πρὸς τὸ ἀκριβὲς τάχα, οὐδὲ δύο ἡμερῶν τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ταυτόν ἐστιν ἐν τῷ σώματι ἡμῶν. Καί τοι γε δὲ οἷον ὁ Παῦλος ἢ Πέτρος ἀεὶ δὲ αὐτός ἐστι, οὐ κατὰ ψυχὴν μόνη, (legendum μόνον) — τῷ (δὲ) τὸ εἶδος τὸ χαρακτηρίζον τὸ σῶμα ταυτὸν εἶναι. ὡς καὶ τοὺς τύπους μένειν τοὺς αὐτοὺς, τοὺς τὴν ποιότητα Πέτρου καὶ Παύλου τὴν σωματικὴν παρασταίνοντας. καθ' ἣν ποιότητα — περιτίθεμένον. — τοῦτο τὸ εἶδος, καθ' ὃ εἰδοποιεῖται ὁ Πέτρος καὶ ὁ Παῦλος, τὸ σωματικὸν, ὃ ἐν
D τῇ ἀναστάσει περιτίθεται πάλιν τῇ ψυχῇ, ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβαλόν. *Havd absurdè fluvium corpus dixerunt, eo qod, si accuratè rem perpendamus, prima corporis materia nec ad biduum qidem eadem exstat; Petro tamen vel Pavlo puta eodem semper existente, non ratione animæ tantùm, sed eo qod species ipsa qa corpus effigiat eadem existat; adeò ut figuræ, qa Petri avt Pavli corpoream qalitatem constituunt, eadem maneant: secundum qam qalitatem species illa corporea, secundum qam Petrus avt specificatur (sive, conformatur) manet; eâdemqe in resurrectione animæ denuo induitur, sed in melius*
E *immutata.* Hoc omninò voluit, in resurrectione corpora habituros istis, qæ nunc gerimus, specie tantùm conformia, non tamen qæ ex eisdem qibus nunc constant, carnibus, ossibus, nervis, &c. consistant. Sic enim concludit, εἶδος ταυτὸν εἶναι τῷ μέλλοντι, πλεῖστην ὅσην ἐσομένης τῆς ἐπὶ κάλλιον μεταβολῆς. *Præsentem corporis speciem eandem esse cum futura: cum eo tamen, ut incredibilis in melius sit futura mutatio.* Denique Sect. 38. refertur ex Origene *in Hymn.* 65. Τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ μόνου τοῦ εἴδους σώζεσθαι δεῖ προσδοκᾷν. *Illud tantùm in resurrectione expectandum, ut corpo-*
F *ris species sive effigies sola servetur.* Tum ubi imaginem pellis aqâ repletæ, qæ si sensim defluens aliâ jugiter ingestâ suppleatur, figura eadem prorsus sit mansura, proposuerat; Ὡσαύτως, inqit, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς τροφῆς ἀναπληρούμενα, ἀντὶ τῶν ὑπεξελθουσῶν σαρκῶν, εἰς τὸ σχῆμα τοῦ περιέχοντος εἴδους μεταβάλλονται. — ὅθεν τὸ αὐτὸν ἕκαστον φαίνεσθαι, οὐχ ὡς ἰσχυρῶν τῶν σαρκικῶν ἐν ταυτῷ τῷ πρώτῳ ὑπομενόντων, ἀλλὰ τοῦ εἴδους, καθὸ εἰδοποιεῖσθαι τὰ συγγεγενημένα. *Eodem modo alimenta, qa carnium amissarum loco substituuntur, in continentis speciei figuram mutantur: —— unde efficitur, ut idem*
G *qisqe videatur, cum tamen carnes, qa prima erant corporis materia, in eodem non persistant, sed species dumaxat, secundum qam figurantur ea qa corpori accedunt.*

Mox ad resurrectionis statum accommodans hæc omnia: Τοίνυν οἱ μὴ οἱ αὐτοὶ, κἂν ἐπὶ ὀλίγας ἡμέρας, τῷ σώματι, ἀλλὰ τῷ εἴδει ἐν τῷ σώματι. τοῦτο γὰρ μόνον ἔσχηκεν ἀπὸ γενέσεως. πόσῳ γε μᾶλλον, οὐδὲ τότε οἱ αὐτοὶ κατὰ τὴν αὐτὴν σάρκα ἐσόμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ εἶδος τὸ καὶ νῦν ἀεὶ διασωζόμενον ἐν ἡμῖν καὶ μένον; *Proinde si non idem, vel ad dies parcissimos, maneamus, corpus qod attinet, sed figurâ dumtaxat corporis: hoc enim unum ab ortu persistit: qanto magis ne tunc qidem carnis ejusdem ratione idem futuri sumus, sed figuræ ratione, qa nunc etiam in nobis perpetim servatur ac permanet?* Qod avtem dixit, & pavlò post inculcat denuò, ποταμὸν εἰρῆσθαι σῶμα,

μα, ὅτι οὐδὲ δύο ἡμερῶν ταυτὸν εἶναι δύναται τὸ πρῶτον ὑποκείμενον. *Fluvium idcirco corpus humanum esse dictum, qod prima illius materia ne per biduum qidem una eademqe esse possit*; ab Heraclito sumptum est, cujus celebre est istud; de qo videatur *ad Marcum lib. 2. sect. 17.* Ἡ οὐσία, ῥεῦμα. *materia fluida.* & τὰ τοῦ σώματος, ποταμός. *Omnia corporis qidem fluvius.* Sed & *ad l. 4. sect. 43.* Ποταμός τις καὶ ῥεῦμα βίαιον ὁ αἰών. *Flumen qoddam & torrens rapidus est avum.*

Ibid. sect. 16. Origenes, qo corpora, non qalia nunc sunt, resurrectura astruat; dum respondet locis illis, qibus dentium stridor apud inferos damnatis tribuitur; οὕτως (i. e. ἀλληγορικῶς) ζητητέον, inqit, τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, τῆς ψυχῆς δύναμιν μασητικὴν ἐχούσης, ἥ ὅτε ἐν καιρῷ τῷ ἐλέγχῳ περὶ τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τὸν συγκρουσμὸν τῶν ὀδόντων, [ὡς ἔφρονεν] βρύξει τοὺς ὀδόντας. lego, μασητικὴν οὐκ ἐχούσης, ἥ τις &c. nec ejicio illa, ὡς ἔφρονεν, sed diffingendo scribo, ὡς ἔκφρων ἂν vel ὡσεὶ ἔκφρων ᾖ. *Qarendum idem* (allegoricum nempe aliqid) *in stridore dentium; qum anima utiqe mandendi vim nulla habeat; qâ qis tempore illo qo de peccatis coarguetur, prout collidi solent dentes* (inter mandendum scilicet) *acsi amens esset, dentibus stridebit.* Svidas; Ἔκφρων, ἐξεστηκώς, παραπαίων, ἔξω φρενῶν. *Ἔκφρων, ex sano mentis statu egressus, delirans, extra mentem existens.* sicut contra, ἔμφρων, *mentis compos.* adducit ex avtore incerto exemplum. ὁ δὲ ὑπὸ μέθης ἔκφρων γενόμενος. *ille à temulentiâ amens factus.* rectè. inde ἔκφρων *ebrius*, ut σώφρων *sobrius.* Nam de *briâ* qod Grammatici oggannimt, est plane nugatorium, qanqam potest & absqe negativâ legi, ut δύναμιν qandam μασητικὴν etiam animæ pro more suo tribuerit Origenes, unde affectio in animâ istiusmodi profluat, qalis in dentibus corporeis deprehenditur, ubi acerbi aliqid degustatum fuerit. tale qid enim, sed obscuriùs, insinuare videtur, oratione qadam, qâ verba illa Matth. c. 22. v. 13. exponit.

Ibid. sect. 18. de Phidiâ. Οὗτος μετὰ τὸ κατασκευάσαι τὸ Πισαῖον εἴδωλον (ἐξ ἐλέφαντος δὲ ἦν τοῦτο) ἔλαιον ἐκχεῖσθαι προσέταξεν ἀμφὶ τοὺς πόδας ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος, ἀθάνατον εἰς δύναμιν φυλάσσεται αὐτό. Petavius, φυλάσσων mavult: ut cum οὗτος conveniat. Ego, τοῦ ἀθάνατον εἰς δύναμιν φυλάσσειν αὐτό, malim. τοῦ pro ἕνεκα τοῦ, tritissimum est. Alioqi φυλάξων potius qam φυλάσσων diceretur. Accedit conjecturæ nostræ Photii metaphrasis, ὥστε ἀθάνατον εἰς δύναμιν αὐτὸ φυλάσσεσθαι. *Iste postqam idolum Pisæum absolverat (ex ebore avtem fiebat) oleum jussit circa pedes ante statuam effundi, qo immortalem illam, qantum poterat, efficeret.* De hoc Phidiæ machinamento nihil dum alibi offendimus. Plinius tantùm *l. 15. c. 17.* *Existimatur & oleum vindicando à carie utile esse.* Certè simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est. qod & Petavius observavit.

Ibid. sect. 26. qod pro καθάπερ ἐλέχθη, ὁ Ἀθηναγόρας, καθάπερ ἐλέχθη τῷ Ἀθηναγόρᾳ ex Leopardo Petavius legendum monet; id & ex Photio adfirmatur, qi sic habet, καθάπερ καὶ Ἀθηναγόρᾳ ἐλέχθη. mox ex eodem legendum, ὥσπερ δὴ (non δὲ) καὶ οἱ λοιποί, &c. Et rursus, prout & apud Athenagoram legitur, ἵνα τὴν παντελικὴν καὶ γενικὴν (non γνωστικὴν) ὁ Θεὸς ἔχων τῶν ὅλων πρόνοιαν, ἡ τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος ἁπάντων αὐτὸς ἀπονεμόμενος. *Ut universam communem ac generalem omnium curam susciperet Deus, qi in omnia dominatum atqe imperium obtineret.* Verum tam ἡ illud, qam & ὁ in Epiphanii codicibus, utrumqe vitiosum est, melius ex conjecturâ Petavianâ fuerit legere ἔχων τὴν ὅλων πρόνοιαν ἡ. τὸ κ. &c. ἔχων ᾖ i.e. ἔχῃ.

Ibid. sect. 22. de Adæ lapsu: Ἐλθὼν εἰς αὐτὰ εἰς τὸ φαγεῖν, τοῦ διαβόλου δὲ δελεασαμένη ἡ σοφία ποικίλως πρὸς παρακοὴν πείσαντι, ἠθέτησε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ. locum corruptum monent editores, manus medicas abstinent. nos qid possimus, experiemur. lego igitur; τοῦ διαβόλου δὲ δελεαζόμενος τῇ σοφίας ποικιλότητι πρ. παρ. πείσαντι. &c. *Inde ad vescendum inclinans, diaboliqe svadentis calliditate multiplici ad inobedientiam illectus, Dei mandatum nihili fecit.*

Ibid. sect. 37. Κατάμαθε τὰ σπέρματα, πῶς γυμνά, φησί, καὶ ἄσαρκα βάλλεται, εἰς τὴν γῆν, καὶ πλεοφορούμενα πάλιν ἀποδίδοται. Petavius pro φησὶ φύσει legendum suspicatur frustra. alludit enim dictum Apostolicum. *Attendite*

A *semina, qam nuda, inqit, & carne destituta terra mandantur: sed consummata denuò redduntur.* Apostolus ad Cor. Ep. 1. c. 15. v. 37. οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον. Tertullianus *de Resurr. c. 52.* *Seritur solummodo granum, sine folliculi veste, sine fundamento spica, sine munimento arista, sine superbiâ culmi. Exurgit avtem copia fæneratum, compagine ædificatum, ordine structum, cultu munitum, & usqeqaqe vestitum.* Qod Marcus Imperator *l. 10. sect. 25.* Ἐξ οἵου οἷον; Neqeo interim dissimulare, suspectum esse mihi ἄσαρκα illud: nisi
B si forte ἄσαρκον pro *exili* sive *gracili* sumatur. Sed nihil temerè mutarim.

Ibid. sect. 38. Ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῦ πάλιν αὐτοῖς ψυχὰς ἐν τῷ κατ᾽ ἐξαγωγὴν ψαλμῷ προφητείᾳ ἐκ νεκρῶν, βεβαιωσάμενος αὐτὴν καὶ ἀνοικείως ἐκλαβόμενος, ὥς φησι, τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ μόνου τοῦ εἴδους ζητεῖσθαι δεῖ προσδοκᾶν. Locus conclamatus, absqe codicum ope: suspicionem tantum indicabimus nostram. Præmiserat; Λαβόμενος δὲ καὶ τὰ τίνος ἐφεξῆς ἀνάλυσιν, ὡς ἀφίστησι τοῦ δόγματος μακράν. Tum interposito, (θέσει γὰρ αὐτὸς πάλιν αὐτοῖς τὰς φωνὰς ἐν τῷ
C κ. τ. λ. ψ. π. καὶ π. β. α. καὶ α. ἐκτιθέμενος) ὥς φησι, τὴν α. ε. μ. ν. ἀ. ε. δ. π. *Sumamus avtem & qæ istis proximè adjecta,* [unde pateat] *qam longè à recto discesserit: (ponam enim ipsius rursus voces ipsas in prophetia qæ Psalmo 65. continetur, coactè eam incommodeqe exponentis) qod dicit, Resurrectionem in corporis specie solâ oportet expectare.* Seqitur; Καὶ ἵνα μὴ εἴπῃς, ὅτι οὐκ ἀεὶ μανθάνει ζητεῖν. ἐκεῖνος γὰρ ἔτι δίδαξεν, ἐγὼ δέ σοι σαφέστερον ὧδε τὸν νοῦν τοῦτον ἀποδείξομαι. Locus est havd uno modo vitiatus: & à vocibus, & ab interpunctione laborat. Petavius pro ὅτι οὐκ ἀεὶ μανθάνει
D ζητεῖν. ὅτι ἀεὶ διαλαμβάνει ζητεῖν. substitutum ibat: non assentior; negativam inducendam nullus diffiteor. Verbo mutato nihil est opus; lego. ὅτι οὐκ ἀεὶ (vel etiam οὕτως ἀεὶ) μανθάνειν ζητεῖ. siqidem τὸ μανθάνειν, qomodo & τὸ διδάσκειν, unde *disco* Latinum, tam *docere* significat, qam & *discere.* Evstathius *in Odyss. υ. Basil. Edit. pag. 722. v. 29.* Τὸ δίδασκον μέση λέξις ἐστί. καὶ νῦν μὲν ἀντὶ τοῦ ἐδίδαξε κεῖται. ὡς τὰ πολλὰ δὲ, ἀντὶ τοῦ ἔμαθεν, ἤγουν ἔγνω ἀπὸ μαθήσεως. οὕτω καὶ τὸ μανθάνειν, μέσως ἔχει παρὰ τοῖς μεθ᾽ Ὅμηρον. ὡς δηλοῖ τό, Μανθάνει γράμματα παρὰ τοῦ σοφιστοῦ. *Δίδασκον ex medio desum-*
E *pta vox est, & nunc ponitur pro ἐδίδαξε, docuit, ut sæpius avtem pro ἔμαθεν, didicit, sive ex institutione cognovit: similiter & μανθάνειν medium vocabulum est in illis apud Homerum, ut hoc indicat...* Et in *Odyss. ζ. pag. 261. v. 31.* Ὥσπερ γὰρ δίδασκον, οὐ μόνον τὸ ἐδιδάχθη, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐδίδαξεν. οὕτω καὶ τὸ μανθάνειν, ἄμφω ταῦτα δηλοῖ. *Sicut enim δίδασκον non solum doctus est, sed etiam docuit: ita etiam μανθάνειν utrumqe hoc significat.* Seqitur, ἐκεῖνος γάρ, forsan, ἐκεῖνός γε. Cæterum post δίδαξεν, figenda nota periodica: qæ seqvuntur enim sunt Origenis ipsius verba: qod interpres
F non advertit. *Et ne dicas, eum semper sic obscurè sua proponere; ipso istud edisseris. Ego, inqit, tibi clariùs hoc modo sensum istum expenam.* Seqiturqe imago, non Methodii, sed Origenis, qâ qid verbis parum perspicuis dixerat, exponit luculentius. Ea est, qod supra monuimus, à pelle aqâ repletâ, & cum sensim exhavstâ, tum & jugiter simul suppletâ denuò. Ea contractior pavlò facta sic habet; Δέρμα ζώου γεμισθὲν ὕδατος, ἐὰν πρὸς ὀλίγον κενούμενον, πρὸς ὀλίγον πληροῦτο, ἀεὶ τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ δείκνυσιν. οἷον γὰρ ἂν ᾖ τὸ περιέχον, ἀνάγκη πρὸς αὐτὸ καὶ τὸ
G ἐντὸς σχηματίζεσθαι. ὑπεκρέοντος γὰρ τοῦ ὕδατος, ὅ ἦν προσβάλλει τοσοῦτον, ὅσον ἐκχεῖται, μὴ ἐάσει τὸν ἀσκὸν ἀθρόως κενωθῆναι. τοῦ ὕδατος, ἀνάγκη τοῦτο φαίνεσθαι τὸ περιεχόμενον, οἷον καὶ τὸ πᾶν, δῆλον τὸ ἄσκον τὸ περιέχον τὸ αὐτὸ προσελθὸν, ῥεῖ καὶ. ἀντλεῖται τὸ ὕδωρ. Προσελθεῖν vocabulum mendosum esse monet Petavius: addo, non mendosa tantùm, sed lacera novissima: εἰσρεῖ καὶ ἀντλεῖται legendum nullus ambigo; εἰς cum prioribus coaluerat perperam; sed περὶ illo residuo, præpositione verbo suo redonatâ, qid fiet? Primò avtumabam; κἂν περιεισρεῖ etiamsi influat ac effluat aqa: jam muto sententiam, & mutatione levissimâ sic lego; περὶ, ὃ εἰσρεῖ, καὶ ἀντλεῖται, τὸ ὕδωρ. Ita verto, *Pellis animantis aqâ repleta, si sensim exhavsta pavlatim unà impleatur, speciem semper eandem præ se fert: huic enim*

qod continet, cujuscunqe fuerit figura, configurari necesse est id qod continetur. Siqidem aqâ effluente, si qis tantundem adjecerit, qantum elabitur, nec utrem confertim exinanıri permiserit, necesse est, ut id qod adjectum fuerit, ejusdem cum toto figura videatur; qum id, qod continet, idem sit circa eam, qa & influit & effluit, aqam. Seqitur apodosis, de qâ supra diximus. Cæterùm & hic etiam restituenda, qæ intercidit, particula negativa: ubi corpora qæ jam sunt, cum eis, qæ in resurrectione futura sunt, confert. Ὥσπερ οὖν νῦν τοῦ σώματος οὐκ ὄντος τοῦ αὐτοῦ, ὅμως ὁ χαρακτὴρ ὁ αὐτὸς σώζεται. οὕτως, εἰ καὶ ὄντος (lego οὐκ ὄντος) τοῦ σώματος τοῦ αὐτοῦ, ὡς τὸ ἐνδοξότερον τὸ εἶδος αὐξηθὲν, οὐκέτι ἐν φθαρτῷ, ἀλλ' ἐν ἀπαθεῖ καὶ πνευματικῷ δείχθήσεται σώματι. *Sicut igitur corpore jam non eodem existente, effigies tamen & figura corporis eadem servatur: ita, etiamsi non eodem existente corpore, species in statum excellentiorem evecta, in corpore, non jam ampliùs corruptibili, sed impassibili & spirituali comparebit.*

Ibid. *sect.* 41. Ἡ πῶς, ὦ Αὐξέντιε, ἔφην ἐγὼ, σοὶ ταῦτα πέπονθας; καὶ ὃς ἀπεκρίνατο. οὕτως καθάπερ καὶ σύ. Ubi deesse aliqid ad marginem ootatur: mutandum certè syntaxis svadet, & responsioois cum qæstione commissio. Lego itaqe, Πῶς σοὶ ταῦτα πέπονθεν; *Qo tu loco ista habes, ponis?* sive, *Qo modo de istis statuis?* Mox: Μακρὸν τὸ ἀκοῦσαι πάνυ τὸ προοίμιον, ἀλλ' ὠφέλιμον, ἔφην, ὦ ἄριστε. Est proverbium, qod & vitiarunt, & locum totum malè ceperunt cum interloqentium personas dictaqe confundunt. Dixerat Evbulius, qosdam esse qi dictione picturatâ, ut facie meretrices, illiciant homines & in fravdem ac perniciem etiam inducant, Sirenum non absimiles, qæ cantus svavitate attrahunt, qos pessundare cogitant. Hac de re ubi Avxentium percontatus esset, qid censeret, isqe annuisset; pergit Evbulius, & Sophistas hujusmodi pictoribus confert qi naves, navpegos, naviculariós, pingendo imitaotur, cum oavem vel extruendi vel gubernandi ipsi penitùs sint ignari. Hæc avtem ille dum latiùs persequitur, & ab Avxentio qærit, velitne, ut pueris qi ad picturas istiusmodi defixis oculis obstupescunt, abrasis coloribus ostendant, non esse qod simulant, oeqe navigia verè, neqe navicularios, sed parietem oblectamenti cavssâ picturâ istiusmodi obdoctum; nec esse pictores ipsos, qi coloribus finxerunt ista, navigii conficiendi peritos, sed simulacri tantùm navigii & gubernatoris imitatores, (ibi enim periodus, cum interrogandi notâ, figenda.) Avxentius, dictionem interrumpendo, Μακρὸν, inqit, τοῦ (non τὸ) ἀκοῦσαι πάνυ τὸ προοίμιον. *Longum est avdiendi avido proœmium.* Ibi enim denuò figenda periodus: cui Evbulius, Ἀλλ' ὠφέλιμον ὦ ἄριστε. *Utile tamen est, ô vir optime; etiamsi tibi forsan minùs arrideat.* At illi Avxentii verbis cum Evbulii commissis dictionis seriem, venustatemqe prorsus corruperunt. Proverbium apud Platonem reperitur *Politic. l.* 4. Μακρὸν τὸ προοίμιον τῷ ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι. Cui oon dissimile illud M. Senecæ *Præfat. ad controvers. Scio qam sit odiosa Circensibus pompa, ludos ipsos utiqe spectare cupidis.*

Ibid. *sect.* 42. Ἀλλ' εἰ ὑπομνήσειας ἐάν τι σοι φαίνωμαι μὴ μνημονεύων. οὐδὲ νῦν ὑπομνήσεως, ἂν ἔτι δέῃ. *Tu vero, si minus recordari videor, memoria mea subjicito. Nihil eare nunc qidem opus est.* Rectè emendavit Petavius. Ἄγ' ἂν οὖν ἐάν τι σοι, &c. Verum & nota distinctioois absolutæ post μνημονεύων statui debet: indeqe exorsâ, cum adversarii verba seqantur, responsione, legendum οὐδὲν νῦν, &c. *nihil nunc eâ re opus est*; ut rectè reddidit interpres. Mox; Τί δὲ καὶ καλῶς σοι τοῦτο καὶ ὀρθῶς, ἔφην, ἔγνωκα ἀπολογεῖσθαι; καὶ τί σοι, ἔφη, ἔτι διαφέρει; ἀλλὰ οὐκ ἐλέγξεις τὸν λόγον. οὐδὲ ψέγω σε, ἐγώ. ἀλλὰ δι' ἃ εἴρηκας, ὅπως ἐξετάζηται ὁ λόγος. Lego, τί δή; καὶ κ, &c. & mox, διαφέρει: qod & Petavius. Et, οὐδὲ ψέγω, ἔφην, ἀλλὰ δι' ἃ εἴρηκας, &c. *Qid ergo? num bellè colligo, inqiebam, id tibi dictum videtur? Neqid hoc, inqit, tuâ interest? qanqam id tu neqaqam refellere poteris. Atqi nec reprehendo qidem; inqiebam; recenseo tantùm qa dixeras, ut examini dictio subjiciatur.* Ex, οὐδ', ἔφην, ψέγω fecere, οὐδὲ ψέγω σε, ἐγώ. qod istic locum habere non potest. Et fortasse, qod Platoni est familiare, scripserat Epiphanius, οὐδὲ ψέγω, ὦ ἐγώ. Qod ad vulgatam scripturam accedit propius; & *sect.* 41. à Methodio etiam adhibetur.

Ibid. *sect.* 45. Verba novissima tanqam corruptelæ manifesta notantur; & sunt qidem, sed ut medela havd difficilis existat. Αὐτάρκως γὰρ ἱκανῶς, καὶ ἐξελεγχθέντος τοῦ λόγου, ἐν ᾧ δεσμὸν τῆς ψυχῆς εἰρήκασιν εἶναι τὴν σάρκα, λέλυται καὶ τὸ εἶναι μὴ δεσμεῖσθαι δι' αὐτὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ φωτὸς, ἣν ἀπολαμβάνοντες ἐσόμεθα, διὰ τὸ ἀνίστασθαι. Petavius τὸ εἶναι posterius delendum avtumat. Ego mutandum potiùs: λέλυται καὶ τὸ ὅτι ἵνα μὴ —— ἐσόμεθα, &c. *Hac enim sententia cum soluta fuerat, & evicta planè, qâ carnem animæ vinculum esse definiebant, etiam illud simul solvitur, non esse ideò nobis resurrectionem negandam, ne carne denuò receptâ in lucis regno captivorum instar in vinculis simus.*

Ibid. *sect.* 55. mendum tollemus; leviusculum id qidem, sed in qo vir tamen doctissimus operam frustra adhibuit. Ἴωμεν δὴ ἂν ἐπὶ τὰ πρῶτα εἰς τὸν Ἀπόστολον προεχειρίσθημεν. *Primum ad illa vemamus, qa de Apostolo sujecimus.* Petavius vitium subesse vidit, itaqe ἐφ' ἃ, vel εἰς ἃ legendum adnotavit: frustra: loco enim alieno, parti utiqe sanæ ac integræ, medicinam admovit; laborat vocula prima, literâ unicâ mutilâ: Scripturam germanam ex Photio Cod. 234. habemus, Ἴωμεν.

Seqitur pavlò post locus valdè depravatus, nam mendas interjectas unam & alteram à Petavio sublatas etiam Photius confirmat. Seqentia ergo in Epiphanii codicibus sic concipiuntur; Τὸ γὰρ μὴ ἔχον διωρισμένον, καθ' ὃ δεῖ πολιτεύεσθαι, μηδὲ ἐξουσίαν αὐτοθέλητον λογισμοῦ, μιᾶς χρῆσθαι αἱρετῇ πολιτεύματι, ἵνα ἐδικαίως ἐπαινεθῇ ἢ ψεχθῇ, ἀνυπεύθυνον πάντως δεινῶν [f. δεικτέον Petavius] ὑπάρχει ἔστω ἐγκλήματος. *Nam qod certa ac definita lege caret, ad qam accommodare vitam oporteat, neqe libera arbitrii facultate præditum est, ut ad qod velit se vivendi genus applicet: ex qo proprie honorem, vel vituperationem mereatur, extra omnem esse reprehensionem concedi necesse est.* At apud Photium pro ἔχον legitur ἔχων, perperam, opinor; pro λογισμοῦ, λογεῖν. Qod omnino rectum avtumo, & ad ἐντολὴν priùs dictam respicere. Neqe enim hominem vult Methodius rationis usu ab origine destitutum, sed citra legem vixisse, (qo modo ille, sed inepté satis Apostoli verba exponit,) donec mandatum illud accesserat de esu cohibendo. Itaqe λόγον istic est oraculum, edictum divinum. Ita *sect.* 56. Ἔζων ἀμέμπτως πρὸ τῆς ἐντολῆς, οὐκ ἔχων διωρισμένον, καὶ διαφέρειν, καθ' ὃν ἔδει πολιτεύσασθαι, ἵν' ἢ ὀλισθήσας ἁμαρτήσωμεν. *Ego vero ante legem sine reprehensione vivebam; qum nulla mihi esset sanctio, ac regula præscripta, ad qam comparari vitam oporteret, a qa si exciderem, peccatum committerem.* Tum pro μιᾷ χρῆσθαι αἱρετῇ. Photius habet tantum, μιᾷ δεῖ χρῆσθαι. Alterum illud si retineatur, αἱρεῖσθαι legendum, ut sit μιᾷ δεῖ χρῆσθαι αἱρεῖσθαι, *qo vita instituto uti eligere debeat.* Adhæc pro ἐδικαίως, δικαίως Photius exhibet, qod omninò est admittendum. Deniqe, pro δεικτέον, λέλειπται. Qæ & Scriptura est genuina. Summa est, qod Apostolus ad Rom. 4. 15. Οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. & c. 5. v. 13. Ἁμαρτία οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου. *Peccatum non imputatur, ubi nulla est* (qæ id prohibeat) *lex: qia ubi lex non est, nec est legis transgressio*: & per conseqens, nec peccatum; qoniam scilicet ἁμαρτία ἀνομία, *peccatum omne est legis* alicujus *transgressio.* 1 Joan. 3. 4.

Verum *sect.* 55. Epiphanius correctionis Photio gratiam rependet. Nam qod apud Photium habetur, Διὸ δὴ τὴν ἐπιθυμίαν καλοῦ οὐκ ᾔδειν ἐλέχθη, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, οὐκ ἐπιθυμήσεις. οὐδὲ ἐσθίειν, εἰ μὴ εἴρητο, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. Ex Epiphanio castigatiùs sic legitur, οὐκ ἐπιθυμήσεις. ὃ δή ἐστιν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. *Præclare ergo dictum est, concupiscentiam non noram, nisi lex dixisset, non concupisces, hoc est, non comedetis ex illo.* Legem hanc ab Apostolo indicari verbis illis vult protoplastis datam, qâ arbore illâ coocupiscendâ prohiberentur: qod sciolus aliqis menùs assecutus Methodii verba corruperat,

Ibid. Τί οὖν; τὸ ἀγαθὸν ἐμοὶ γέγονε θάνατος, ὃ τοῦ μεγίστου ὅμοιος αἴτιος ἐσόμενον ἀγαθοῦ κατεδόθη. *Qod bonum est,*

est, morti mihi atqe exitio fuit, lexqe illa constituta mihi est, qa pervnde ingens mihi commodum posset afferre. corrige ex Photio, ὃ τοῦ μεγίστου μοι εἰς αἴτιον, &c.

Ibid. Νεύσας πρὸς τὸ παρακοῦσαι μὲν τοῦ πνευματικοῦ νόμου, οἷον τῆς ἐντολῆς, ὑπακοῦσαι δὲ τοῦ ὑλικοῦ, οἷον τοῦ ὄφεως τῆς συμβουλίας. *Quum in id inclinassem, ut & spirituali legi, hoc est, mandato minime parerem, & terrena ac cum materia fece concreta, hoc est, serpentis monitis obtemperarem.* Photius ἐπακοῦσαι, & τῇ συμβουλίᾳ. & hoc rectius.

Ibid. sect. 57. Κωλῦσαι μὲν γὰρ μὴ ἐμπίπτειν εἰς ἡμᾶς τοὺς λογισμοὺς οὐ δυνάμεθα, πρὸς δοκιμὴν ἡμῶν ἔξωθεν εἰσπεμπομένους. *Nam ne nobis istiusmodi cogitationes obrepant, qa probandi nostri cavssa extrinsecus immittuntur, probibere non possumus.* Photius προσδεχομένων ἡμῶν, ex Epiphanio, corrigendus.

Mox: Τὸ μὲν θέλειν αὐτὰ μηδὲ ἐνθυμεῖσθαι, παράκειται. τὸ δὲ κατεργάζεσθαι, ἵνα μὴ καὶ αὖθις περὶ τὸν λογισμὸν ἀνέλθωσιν, ὅτι μὴ κεῖται ἔστιν ἐφ' ἡμῖν, ὡς ἔφην, ἀλλὰ τὸ χρήσασθαι μόνον αὐτοῖς πῶς, ἢ μὴ χρήσασθαι. *Qocirca ejusmodi ne cogitare qidem velle potestatis est nostra: id avtem assequi, ne nobis amplius occurrant, non est facultatis, uti diximus, nostra: sed certo modo duntaxat uti vel non uti.* plenius potiusqe Photius ἵνα μὴ καὶ αὖθις περὶ τὸν λογισμὸν μὴ ἀνέλθωσιν, ἀλλ' ὅτι μὴ κεῖται, &c.

Post: Ἐπειδὴ ἔστιν ἀγαθὸν καὶ ἄμωμον. κατὰ τὸ λεγόμενον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον χερσί τε καὶ νόῳ τετράγωνον. *Qoniam bonum istud est, ac reprebensione caret, ut illud dictum testatur; sine vituperatione factum manibusqe ac mente qadratum,* ἐσφράγισεν Photius ἐπειδὴ ἔστι τὸ ἀγαθὸν κατάμωμον. Optimè, *boni perfectio, labis omnis plane expers.* Est avtem qod subjunxit Simonidis dictum; Ἄνδρα ἀγαθὸν ἀληθῶς γενέσθαι, χαλεπὸν, ἄνευ ψόγου τετυγμένον, χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον. De qo multa disserit Plato in *Protagorâ*. Simonidem verò à Pittaco accepisse, avtores sunt Laertius *lib.* 1. & Plutarchus in *Symposio*. Inde natum ut vir undiqaqe perfectus, consummatæqe virtutis, τετράγωνος, i. e. *homo qadratus* proverbialiter dicatur, qod Aristoteles monuit *Ethic. l.* 1. *c.*11. & *Rhetor. l.*3. *c.*11. De Marco Imperatore usurpavit Julianus in *Cæsaribus*; de Agapio Damascius apud Photium *cod.* 242. de viro sapiente, Sopater *Epist. ad Demetr. fratr.* apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 46. de justitiâ ipsâ, Methodius, si Antonii codicibus fides, *Meliss. l.* 1. *c.* 13. nam Clementi tribuitur in Maximi *Collectan. c.* 2.

Ibid. sect. 58. Οὐ τὸ ποιεῖν ἃ μὴ ἤθελε καὶ πλεῖστον ὑπέθετο τὰ προειρημένα, ἀλλὰ τῷ μόνον λογίζεσθαι. *Ita non agendo committendoqe qa nollet, sed cogitando solum superiora illa proposuit.* τῷ pro τὸ rectè substituit Petavius, sed addendum ex Photio, οὕτως ὁ τῷ ποιεῖν, &c.

Ibid. sect. 59. Μέμνησθε γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὡς ὁριζόμεθα. *Meminisse enim vos arbitror, qid à nobis supra constitutum fuerit.* Μ. γ. ὡς ἐν π. τ. διηρχόμεθα. Photius.

Ibid. sect. 60. Ὁ πολύπλοκος—ὄφις. πολύτροπος. Photius. Mox; Ἐνεργεῖ. Photius, ἐνήργησε. Ἐπιπνοίας. ἐπίπνοιας. Illud potius, ut sectione proximâ εἰσπνεόμενος.

Ibid. sect. 61. Apostolus, inqit, Τρία νόμων γένη commemorat; Ἕνα μὲν τὸν κατὰ τὸ ἔμφυτον ἐν ἡμῖν ἀγαθόν. — ἕτερον δὲ τὸν ἐκ προσβολῆς ἐσπαρμένον τοῦ πονηροῦ. — καὶ τρίτον κατὰ τὸν κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας ἐνσωματούμενον ἐν τῇ σαρκί, ὃν ἁμαρτίας νόμον οἰκοῦντα ἐν τοῖς μέλεσιν ἐκάλεσεν. *Qorum unum est insito nobis bono consentaneum —— alterum est, qod ex neqissimi impressione conflatum —— postremum, qod per peccatum ex ipsa cupiditate in carne nostra occalluit, qam ille peccati legem habitantem in membris nostris nominat.* pro ἐνσωματούμενον, apud Photium σωματούμενον legimus. Qod H. Stephano suspectum habetur. At Heschœlio probatur, qi & ἀποπληρούμενον interpretatur, ex Hesychio, cui σωματοῦσθαι est ἀποπληροῦσθαι. Unde & Justino ἡ σεσωματωμένη φαντασία. Et Favorino, qi σωματοῦσθαι dici monet, ἐπὶ τοῦ ῥύπου τοῦ σφόδρα ἐμμένοντος καὶ δυσεκπλύτου. Qod huc apprime qadrat. Petavius. *Ex cupiditate, qa in carne nostra occalluit.*

Ibid. sect. 62. Leviuscula sunt illa, nec spernenda tamen. Ἐπιφέρει γοῦν εὐθέως ἀμέλει διαλεγόμενος, ὅπως θανάτου ἐγκλεισθείη μαθεῖν. *Qamobrem subinde in eadem disputatione subjicit, cujusmodi se a morte liberari cuperet.* Ubi non διαλεγόμενος sed διαλυόμενος, Photius.

Mox; Ἐπεὶ τί παραδοξότερον, ἢ πλέον ἀπὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἐσχήκαμεν; ἐπὶ τὶ παράδοξον. *Qid admirabilius, avt amplius ex illo Christi adventu consequti sumus?* Photius tum, pro δυνάμενος ἐκ τοῦ θανάτου ὑπὸ Θεοῦ ἐλευθερωθῆναι. *a morte eripi divino beneficio.* δυναμένου, Photius.

Deniqe qod τὸ [ἐξαφθὲν] tanqam furcillandum uncis incluserunt, refragatur Photius; cui & assentiendum videtur, cum interpunctione rite habitâ sensus optimè consistat. Ἵνα τὸ δυνάμενον τῆς κατὰ τὴν ἐντολὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἡμᾶς ὑφελκομένην (ἐφελκομένου, meliùs, Photius) φυσικοῦ νόμου φανερωθῇ ἐξαφθὲν, τὸ ἀσθενῆσαν, τῆς σαρκὸς κατακρατουμένης τῇ ἁμαρτίᾳ, πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, ταῖς ὑλικαῖς φροντίσιν ἐπιχωννύμενον. Frustra enim ἐπιχωννυμένου in margine legi postulant. *Ut jus legis naturalis, qod juxta praceptum ad bonum nos attrahit, redaccensum, sive exuscitatum appareat, qod infirmum fuerat, carne à peccato superatâ, ante Christi adventum, cum curis terrenis immisceretur, & cum eis qodammodo coalesceret.*

Haresi 34. qæ est *Marcosiorum, sect.* 1. Ex Irenæi *l.* 1. *c.* 8. de Marco sectæ Avtore habentur ista, Γυναῖκα γὰρ καὶ ἄνδρας ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένα τε καὶ ἀποπλανημένους ἐπηγάγετο, ὑπολήφθεὶς ὁ ἐλεεινὸς διορθωτὴς εἶναι τῶν προειρημένων διδασκάλων, μαγικῆς ὑπάρχων κυβείας ἐμπειρότατος. ἀπατήσας δὲ τοὺς προειρημένους πάντας, καὶ τὰς προειρημένας προσεῖχον αὐτῷ ὡς γνωστικωτάτῳ, καὶ δύναμιν τὴν μεγίστην ἀπὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκατονομάστων τόπων ἔχοντι. Ubi Petavius, qia sententia ἀναπόδοτος videbatur, post αὐτῷ deesse vult ἐποίησε, avt ἔπεισε. (ἐποίει, f. nam ἔπεισε qid velit, havd assequor.) ideò forsan hoc interserendum avtumabat, qod apud Irenæi interpretem legerat, *Alius qidam ex his qi sunt apud eos magistri emendatorem se esse glorians. Marcus est avtem illi nomen, magica impostura peritissimus, per qam & viros multos, & non pavcas fœminas seducens, ad se convertit, velut ad scientissimum & perfectissimum, & virtutem maximam ab invisibilibus Logis habentem fecit.* Verum nec Epiphanius in illis dictionis Irenæanæ seriem exactè tenuisse videtur, cum ad Avtoris illius verba αὐτολεξεὶ ex professo lavdanda nondum devenisset; & apud Interpretem Latinum, cujus dictio ἀσύνδετος est prorsus, *fecit*, illud qem locum habeat, nemo, opinor facilè dixerit. Apud Epiphanium certe intersito nihil opus erit; si interpunctio ea admittetur qæ genuina forsan fuerit. Illud interim observari poterit, pro eo qod ἀπὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκ. τόπων in Epiphanii Græcis habetur, apud Irenæi Latinum Interpretem, *ab invisibilibus Logis*, non *locis*, exhibetur, utpote qi λόγων, non τόπων legerit. Cui lectioni favere videatur, qod apud Epiphanium sect. 4. Αἰῶνας καὶ λόγους, legimus: at priori illi, qod in sect. eadem apud Epiphanium ἀπὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκ. τόπων, pro qo Petavius ex Irenæo τόπων substituit, cujus interpres, *ab invisibilibus locis*; qod & locus ipse postulare videtur. Istis itaqe in medio relictis, Epiphanii verba absqe supplemento ullo, sic distingvi veriqe posse existimo, Γυναῖκα γ. κ. ἄ. ὑ. α. π. τε καὶ π. ἐπηγάγετο, (ὑπ. ὁ ἐλ. δ. ε. τ. πρ. ἀποπτεύων, μ. ὑ. κ. ἐμπειρότατος. ἀπ. δὲ τ. πρ. π. καὶ πρ.) προσεῖχον αὐτῷ &c. *Mulierculas siqidem virosqe ab ipso seductas seductosqe adduxit (cum impostorum ante dictorum corrector haberetur, offuciarumqe magicarum peritissimus existeret, dictas avtem dictosqe omnes decepisset) ut sibi attenderent (prout Lucas de Simone Mago Act.* 9. 10. Ὧ προσεῖχον πάντες) *utpote qi & scientissimus esset, maximamqe sive, à locis, sive, à Logis, invisitatis innominatisqa vim seu virtutem obtineret.*

Ibid. sect. 1. ex Iren. *lib.* 1. *cap.* 9. ista habentur. Εἰ οὖν Μάρκος μὲν κελεύει, ἢ ἄλλος τις, ὡς ἐν δείπνοις ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦ κλήρου ὄντος πάντοτε παίζειν, καὶ ἀλλήλοις ἐγκελεύεσθαι τὸ προφητεύειν, καὶ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοῖς μαντεύεσθαι, ἔσται ὁ κελεύων μείζων καὶ κυριώτερος τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, ἄνθρωπος ὢν ὅπερ ἀδύνατον. Qod Vetus Irenæi interpres (neqe enim Latinè scripsit) sic reddidit; *Si ergò Marcus qidem jubet, vel alius qis, sicut solent in cœnis sortibus hi omnes ludere, & sibimet ipsis invicem imperare ut prophetent, & secundum suas concupiscentias eos sibi prophetare,*

tare, erit ille qi jubet major & dominantior, prophetico spiritu, cum sit homo; qod est impossibile. Unde perspicuum est, τῷ κλήρῳ legendum. Sed videtur etiam post ἐγκελεύειν distinctionem faciendam, qo dictionis series aptiùs procedat: ut sit, Εἰ ὁ Μάρκος μὲν κελεύει, ἢ ἄλλος τις, ὡς εἰώθασιν ἐπὶ τοῖς δείπνοις τῷ κλήρῳ ἀεί τινα παίζειν καὶ ἀλλήλοις ἐγκελεύειν, τὸ προφητεύειν, &c. *Si ergò Marcus jubet, vel qis alius (qomodo in cœnis sortibus solent isti semper ludere & sibi invicem imperare) prophetare, & ad ipsorum libitum sibi vaticinari, erit is qi jubet spiritu prophetico major ac præstantior, homo licet sit: qod esse non potest.* Respexit dubio procul ludum illum tam Græcis qam & Latinis familiarem, qi in conviviis, maximè Saturnalitiis, Regem sortito eligere consveverant, qi reliqis pro libitu, qicqid volebat, imperabat. Pollux *lib. 9. cap. 7.* Βασιλίνδα μὲν οὖν ἐστιν, ὅταν διακληρωθέντες, ὁ μὲν βασιλεὺς προστάττῃ τὸ πρακτέον, ὁ δ' ὑπηρέτης εἶναι λαχών, πᾶν τὸ προσταχθὲν ὑπηρετῇ. *Basilinda dicitur, lusus ille, in qo sorti re commissâ, cui regem esse sortitò obtigit, qod faciendum sit, imperat; cui inservire, qicqid is jusserit, exeqitur.* Epictetus *Dissert. lib. 1. cap. 25.* Ἐν Σατουρναλίοις λέλογχε βασιλεύς. ἔδοξε γὰρ παίζειν ταύτην τὴν παιδιάν. προστάσσει, σὺ πίε, σὺ κέρασον. σὺ ᾆσον. σὺ ἄπελθε. σὺ ἐλθέ. ὑπακούω, ἵνα μὴ παρ' ἐμὲ λύηται ἡ παιδιά. *Saturnalibus rex sortito factus est: visum enim fuit eum ludere ludum. Imperat, tu bibe, tu misce, tu cane, tu discede, tu ades. Obtempero, ne per me ludus dirimatur.* Cum avtem absurda minusqe decora sæpenumero, avt molesta etiam, à rege isto larvato præciperentur, inde Saturnus apud Lucianum in *Saturnaliis pag. 609.* prædicat qam insigne privilegium adipiscantur illi, qibus in sortitionibus ejusmodi favet ipse, dum ab mandatis hoc genus exeqendis sortis beneficio immunes fiunt. Ὁρᾷς οὖν ἤδη τὸ ἀγαθὸν ὅτι καὶ βασιλεῖα μόνος, ἐφ' ἅπασιν γενόμενος, τῷ ἀστραγάλῳ κρατήσαντα. ὡς μήτε ἐπιταχθείης γελοῖα ἐπιτάγματα, καὶ αὐτὸς ἐπιτάττειν ἔχοις, τῷ μὲν αἰσχρόν τι περὶ αὑτοῦ ἀναβοῆσαι, τῷ δὲ γυμνὸν ὀρχήσασθαι, καὶ ἀράμενον τὴν αὐλητρίδα τρὶς τὴν οἰκίαν περιελθεῖν. *Vide qantum sit bonum, qod etiam rex solus omnibus præficeris, talis victor, ut non solum ipse non feras ridicula imperata, sed etiam aliis imperare possis ipse: huic ut turpe aliqid de seipso vociferetur: illi ut saltet nudus, & sublatam in humeros tibicinam ter demum obambulet?* Tacitus *Annal. l. 13. Festis Saturno diebus inter alia aqalium ludicra, regnum lusu sortientium, evenerat ea sors Neroni. Is igitur cæteris diversa, nec ruborem illatura; ubi Britannico jussit, exurgeret, progressusqe in medium cantum aliqem inciperet, irrisum ex eo sperans pueri, sobrios qoqe convictus, nedum temulentos, ignorantis: ille constanter exorsus est carmen, qo evolutum eum sede patriâ rebusqe summis significabatur.* Ludo itaqe illi Marci asseclarumqe ipsius imperia, qibus mulierculis (istas enim plurimum adoriebantur) prophetas agere ac vaticinari imperabant, confert Irenæus.

Hæresi 46. qæ est *Tatianorum*, *sect. 2.* Καὶ εἰ ὁ Ἀδὰμ οὐ σώζεται, τὸ φύραμα, οὐδέ τι τοῦ φυράματος σώζεται. Petavius, deest, inqit, repetitum οὐ σώζεται, vel legendum οὐδὲ τὸ φυράματος. Mihi seciùs videtur, legendumqe, ἀφ' οὗ τὸ φύραμα. Itaqe, pro eo qod verterunt, *Nam si Adam salutem minimè est adeptus, hoc est, ipsa qodammodo generis massa;* (malim, *à qo massa est;*) *nec ulla massa hujus particula salutem conseqetur.* Seqentia firmant, πῶς τὸ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον μεθέξει σωτηρίας;

Hæresi 51. qæ est *Alogorum*, *sect. 6.* Ματθαίου μὲν γὰρ κηρύξαντος τὸν Χριστὸν γεννηθέντα, —— πλάνη τισὶ γεγένηται τοῖς μὴ νοοῦσιν. οὐ τοῦ εὐαγγελίου αἰτίου ὄντος αὐτοῖς εἰς τὸ πλανηθῆναι, ἀλλὰ τῆς αὐτῶν διανοίας πεπλανημένης, εἰς ἀφορμὴν τῆς περὶ τῆς αὐτῶν πληροφορίας, τὰ ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου κακῇ ἐπινοίᾳ ἐπινενοημένα. Deesse videri nonnihil, in margine monetur: mihi secùs videtur. Parenthesi potius includenda illa, (οὐ τοῦ εὐαγγελίου — usqe ad — πεπλανημένης) ita reliqa commodè satis cohæserint, πλάνη τισὶ γεγένηται τοῖς μὴ νοοῦσιν, εἰς ἀφορμὴν τῆς περὶ τῶν αὐτῶν πληροφορίας, τὰ ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου κακῇ ἐπινοίᾳ ἐπινενοημένα. *Cum Matthæus prædicasset genitum Christum, — erroris occasio qibusdam parum intelligentibus facta est.* vel etiam. *facta sunt, (non qod errandi cavssa ab Evangelio fuerit, sed à mente ipsorum erroneâ) ad firmamentum persvasionis suæ de rebus illis Evangelii dicta perperam intellecta.*

Ibid. ad finem *sect. 16.* qod itidem deesse nonnihil adnotatur, nihil id est necesse, si è verbis illis, ὡς πολλάκις ἔφην, καὶ ἀναγκάζομαι πολλάκις λέγειν, *Qod qum à me non semel est dictum, & cogor sæpe repetere*, illud καὶ duntaxat eximatur, qod περιττὸν videtur.

Hæresi 58. qæ est *Valesiorum*, *sect. 1.* Ἀρπάζοντες γὰρ τοὺς ξένους ἔνδον, καὶ ἐπισυμψελλίοις δήσαντες, μετ' ἀνάγκης τὸ χειρουργεῖν ἐργάζονται τῆς τῶν μελῶν ἀφαιρέσεως. ἐπισυμψελλίοις *vinculis* vertit Petavius. *ad marginem, vocem istam sibi qidem obscuram;* in *Animadvers. vel depravatam, vel ignotam sibi*, professus legendum ἐπὶ συμψελλίοις. *Hosce enim intus correptos, ubi ad subsellia alligaverint, membrorum mutilationem illam manu violentâ exeqitur.* συμψέλλιον nihil est aliud qam Latinorum *subsellium*. Latinis avtem vocabulis sæpe utitur Epiphanius, cujusmodi sunt λεκτίκιον & πουλλίον, *Hæres. 68. sect. 3.* κομμενταρήσιος *ibid. sect. 5.* κάρρος pro *curru*. *Hær. 79. sect. 1.* φόρον, *forum*. *Hær. 80. sect. 1. mem avtem & pi* Græci recentiores in vocabulis peregrinis sæpenumero interserunt, uti videre est in Ἀμβακούμ, Σαμψών, & similibus.

Hæresi 67. qæ est *Hieracitarum*, *sect. 4.* de Hieracâ sectæ hujus conditore dicitur, ὅτι οὐχ ὡς ἔχουσιν οἱ θεῖοι λόγοι, ἀλλ' ὡς ἡ προσπεπλεγμένη αὐτοῦ ἔννοια, τὰ φωτεινὰ σκοτεινῶς ἀνενοεῖτο. Scripturas eum adhibuisse, *non qo modo ipsæ se haberent, sed pro sensu earum adulterino, qem ille eis affingebat, qæ lucida erant tenebricosè intelligentem.* Fallitur enim interpres, cum tanqam *de eorum qæ per se clara erant, dissertatione obscurâ* dictum accepit. Sed cum veritas luci, error tenebris comparari consveverint, ideo *lucida tenebricosè intellecta* dici, qia qæ veritati erant consentanea, in sensum erroneum, qo dogmati suo favere viderentur, pervertebat. Patet hoc ex eis, qæ viciata tamen, adjiciuntur, qibus imagine eleganti illustrat ista. οὐ μεμπτὸν γὰρ τὸ μέλι, ὅτι πικρότατον, οὐδὲ αἱ ἐδωδαὶ ἐκ Θεοῦ ἐκτισμέναι αἱ καλλίους, διδόμεναι δὲ τοῖς πυρέττουσι πικραὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν φαίνονται, οὐ τῷ ἰδίῳ κεκερασμέναι, ἀλλὰ τῆς γεύσεως τοῦ πυρέττοντος πικρογενοῦς τὰ αὐτῷ διδόμενα. ὅτε καὶ πᾶς ὁ ἐκπεσὼν ἀπὸ τῆς ἀληθείας πικρός, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἠπάτηται, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν πικρῷ διανοήματι ἐγεύσατο, καὶ εἰς πικρίαν αὐτῷ μετεβλήθη. Verba, prout exhibentur, αὐτολεξεὶ sic sonant, ac si hoc vellet Epiphanius, *mel non esse incusandum, ne amarissimum qidem*, sive, *etiamsi amarissimum fuerit.* Cæterum ubinam gentium mel amarum? qin nec ad Epiphanii mentem qicqam hoc; ejusmodi sicubi deprehendi posset; adversum potiùs: lego igitur, οὐ μεμπτὸν γὰρ τὸ μέλι, ὅτι πικρὸν αὐτό. *neqe enim mel culpandum, neqe amarum est ipsum, neqe edulia à Deo condita lavtiora qæqe: febricitanti tamen porrecta in ore ipsius amara videntur; non qod dulcia ipsa amara sint facta, sed qod febricitantis gustus, qi eidem porriguntur, amaritudine infecit. pari modo qicunqe à veritate excidit, non est à veritate ipsâ in fravdem illectus; sed ad veritatem degustandam sensus attulit amaros, unde in amaritudinem illi ea est conversa.* Qod de *melle* dixit Epiphanius, idem & Gregorius Stasimus *Orat. de sede Constantinopol.* Τὸ μέλι οὐ πικρόν ἐστιν, ὅτι ἐνίοις νομίζεται, τοῖς τι κακῶς διακειμένοις; *Annon qibusdam interdum hominibus mel amarum est, nempe morbo laborantibus, maleqe affectis.* qæstioni avtem à Gregorio, non tanqam qærenti tamen, sed vehementiùs affirmanti, respondebit Sextus Empiricus *Pyrrhon. Hypothes. lib. 1. cap. 29.* Οὐδεὶς τολμήσει ἂν εἰπεῖν, ὅτι τὸ μέλι οὐ γλυκάζει τοὺς ὑγιαίνοντας, ἢ ὅτι τοὺς ἰκτεριῶντας οὐ πικράζει. *Nemo negare audeat, qin ex melle sani dulcedinem, icterici amarorem percipiant.* cavtiùs tamen Marcus Imperator Commentariorum *l. 6. sect. 57.* Ἰκτεριῶσι τὸ μέλι πικρὸν φαίνεται. *Ictericis mel amarum videtur.* Neqe enim mel ictericos avt febricitantes amarore afficit, sed ipsis gustatum amarum esse videtur, qia gustus organa sunt humore amaro infecta. Ita apud Svidam avtor innominatus: Τοῖς ἰκτεριῶσι πᾶς χυμὸς πικρὸς δοκεῖ. διὰ τὸ τὴν ὑγρότητα τὴν περὶ τὴν γλῶτταν τοῦτον ἔχειν τὸν χυμόν. *Ictericis omnis sapor amarus videtur, qia humor, qi est in lingva, hunc habet saporem.* Et disertiùs distinctiúsqe

qe de *melle* ipso Alexander, sive is Aphrodisæus, sive Trallianus potius, *Problem. lib.* 1. *q.* 101. Τὸ μέλι τὸ πᾶσι γλυκύτατον, τοῖς ἰκτεριῶσι πικρὸν φαίνεται. διότι χολὴν πικρὰν ἔχουσι πλεονάζουσαν ἐν παντὶ τῷ σώματι, καὶ ἐν τῇ γλώσσῃ. τὸ δὲ μέλι ἐσθιόμενον τὴν ἡσυχάζουσαν πικρὸν χυμὸν ἀνακινεῖ. καὶ ἡ γεῦσις λοιπὸν ἀντιλαμβανομένη τῆς πικρότητος τῆς χολῆς φαντασίαν ποιεῖ τοῦ νομίζεσθαι τὸ μέλι πικρὸν ὑπάρχειν. Optimè: *Mel inqit omnibus dulcissimum ictericis amarum videtur, qa abundat, flava bilis, cum in corpore toto, tum in linguâ icterici. Eam qiescentem excitat mel degustatum: tum gustus bilis amaritudine affectus, facit ut mel ipsum amarum esse videatur.*

Neqeo eqidem istic me continere, cum in argumentum istud de eloqiis divinis inciderim, qin Dionis Prusæensis periochen qandam adjiciam, qâ non minùs eleganti à mellis naturâ desumptâ imagine est usus. Eo magis, qod Scripturæ sacræ locum qendam illustrare cumprimis mihi videatur. Per Vatem suum Deus, Micheæ cap. 2. vers. 7. *An non bona sunt*, inqit, *verba mea, ei qi rectè ambulat?* Ita vetus, Genevensis, Tigurinus. minùs enim appositè, qem tamen nostri sequntur, Junius, *profutura essent.* meliùs aptiusqe Piscator, *accepta*, i. e. *grata, jucunda*: qo modo & Rex ille pietatis nomine notaqe insignissimus, *palato suo melle qovis suaviora ac dulciora fuisse* profitetur, Hym. 19. 10. & 119. v. 103.

Sed unde ergò factum, ut de Vate cognomine altero, cum tamen Dei verba sola loqeretur, Rex impius ille, *Aversor eum: nunqam enim mihi boni* (i. e. grati, *jucundi, accepti*,) *qicqam vaticinatur?* Reg. lib. 3. cap. 22. vers. 8. rationem Dione potiorem nemo assignaverit. Qærit is pari modo *Orat.* 57. cum de Nestore Homerus *Iliad.* α.

Τῦ καὶ ἀπὸ στόματος μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή,

qum inqam, *orationem ab eo melle suaviorem dicat profluxisse*, qi factum sit tamen, ut nec Agamemnoni nec Achilli à se invicem diffidentibus accepta fuerit, respondet; Τὸ μέλι τοῖς μὲν ὑγιαίνουσιν ἥδιστον καὶ γλυκύτατον εἶναι δοκεῖ. τοῖς δὲ νοσοῦσι καὶ πυρέττουσιν ἀηδέστατον. καὶ τὰ ἑλκώματα καὶ τὰ ῥυπαρὰ καθαίρειν καὶ δάκνειν πέφυκε. *Melle*, inqit, *cum sanis nihil sit suavius ac dulcius; at agrotis & febricitantibus nihil ingratius. Sed & ejus est natura, ut ulcerata & affecta mundet & mordeat.* itaqe τὰ παιδία, ὧν εἴη ἑλκωμένον τὸ στόμα καὶ διεφθαρμένον ὑπὸ ἕλκους, ἀγανακτεῖ καὶ βοᾷ μέλιτος γευόμενα. *Pueri etiamsi mel alias avidè appetant, tamen ubi os illis ulcere aliqo depastum ac corruptum fuerit; ad mel gustatum ægerrimè ferunt, & in clamorem erumpunt.* Idem autem heroibus illis contigerat. ὁ λόγος τοῖς ἄλλοις γλυκὺς φαινόμενος, πικρὸς ἔδοξε νοσοῦσι καὶ διεφθαρμένοις ὑπὸ τῆς ὀργῆς. *animos habuerant iracundiâ affectos & qasi exulceratos: atqe inde factum, ut Nestoris oratio, qæ aliis dulcis fuerat, eis amara videretur.* Cui attexere liceat, qod in *Homiliâ* nostrate Ecclesiasticâ *de Verbo Dei* in hæc verba habetur: *Sicut febricitantes qicqid comedunt bibuntve, etiamsi dulcissimum fuerit, eis tamen absinthii instar amarum videtur, non ratione amaritudinis alicujus qæ edulio insit, sed vitiosi ejusdemqe amari humoris, qi in ore linguâqe ipsorum versatur: ita verbi divini dulcedo amara est, non ex sese, sed eis solis, qi peccandi usu diuturno seculiqe amore affectas vitiatasqe mentes gerunt.*

Hæresi 69. qæ est *Arianorum sect.* 3. de Meletio; Οὐδὲν γὰρ ἦν διηλλαγμένος τῇ πίστει, ἀλλὰ μόνον προσχήματι ἐθελοδικαιοσύνης, ὅπερ καὶ αὐτὸς δῆθεν ἐπεγράψατο τοῦ βίου, ὡς ἤδη καὶ περὶ αὐτοῦ εἴπομεν. *Qum nihil à recta fide alienum & abhorrens teneret, sed sola affectata cujusdam justitiæ specie differret, per qam inhiberemus, ut antea qum adversus eum disputaremus ostendimus.* Petavius pro ὅπερ ὥσπερ legendum conjicit, vel pro αὐτὸς αὐτό. qid si ᾧπερ rescribamus? qo, προσχήματι scilicet. at mihi suspectum est insuper illud ἐθελοδικαιοσύνης vocabulum. Siqidem aliter de Meletio ipsiusqe vel sociis vel sectatoribus Epiphanius. etenim *Hæres.* 68. *sect.* 3. Ἦν μὲν τοῦ Πέτρου ὁ λόγος ὑπὲρ ἐλέου καὶ φιλανθρωπίας, καὶ τοῦ Μελητίου καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ, ὑπὲρ ἀληθείας καὶ ζήλου. *Petri qidem oratio ad clementiam humanitatemqe spectabat, Meletii vero et fautorum ejus veritatis ac divini ardoris patrocinium susceperat.* Et mox; οἱ περὶ τὸν Μελήτιον, ζῆλον θεοῦ περισσοτέρως φερόμενοι. *Meletiani ardentiore divini honoris stu-*

A *dio qod flagrarent.* Et sect. 6. οἱ αὐτοὶ οἱ τὴν ἀκριβοδικαιοσύνην τῆς ἀληθείας ἀναδεδεγμένοι Μελητιανοί. qo tamen loco ἀναδεδεγμένοι legendum arbitror; qod & interpres secutus videtur, qum vertit, *qi exactissimam justitiæ ac veritatis rationem professi fuerant.* Et mox; Οἱ καθηγούμενοι πίστεως, καὶ ἀκριβοδίκαιοι τῇ πίστει Μελητιανοί. *Meletiani sinceri qondam, fideiqe tenacissimi.* itaqe illic pro ἐθελοδικαιοσύνης, vel ἀκριβοδικαιοσύνης, vel ἀκριβοδικαιοσύνης legendum existimem.

B *Ibid. sect.* 41. καὶ ἡ φωνὴ λαλεῖ ἀκοήν. Petavius, εἰς ἀκοὴν, *vox aures ad audientiam componit.* legendum καλεῖ ἀκοήν. *audientiam invitat.*

Ibid. sect. 46. εἰδότες δὲ, καὶ ὁρῶντες ἀλλήλους ἐπεγίνωσκον. *. *. ἐπὶ μετὰ πολὺν χρόνον, φησὶν ἡ γραφὴ, καὶ ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Deesse aliqid monent asterisci, πῶς οὖν Petavius suggerit. vertitqe, *Et tamen: qod est aliud*, malim πῶς οὖν μ. π. χ. vult probare duplicem esse εἴδησιν. *Primi*, inqit, *norant se invicem primi parentes nostri, cum sese invicem intuerentur. qomodo ergo, longo post tempore, dicit Scriptura, & cognovit Adam Evam uxorem*
C *suam?*

Ibid. sect. 47. συναγαγεῖν τοὺς ἀσεβεῖς, ὡς ζιζάνια, δεσμάς. deest εἰς, supplendum ex Matth. 13. 30. *componere impios, ut zizania, in fasciculos.*

Ibid. sect. 52. ἐφόρεσε γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἄχραντον αὐτὸ συντηρῶν. Petavius ἄχραντον. forsan, τὸ ἄχραντον αὐτοῦ. *Ita corpus gestavit, ut puritatem ejusdem conservaret.*

Seqitur: εἰ γὰρ ὁ γέγονεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἁμαρτίας, τουτέστιν, ἐν τῷ Ἀδὰμ, οὐ τοῦτο ἐκ δημιουργοῦ τοῦ ἀναιτίου τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας, τοῦ ἁμαρτεῖν γέγονε, καὶ διὰ τοῦτο ἥμαρτεν.
D Hæc Petavio *non satis liqida*: qi & pro ὂν ὢν rescribendum autumat. Ego sic malim, ποῖον ὂν, ἐκ τοῦ δημιουργοῦ ὂν scilicet τοῦ ἁμαρτεῖν αἴτιον γέγονε, &c. de corpore loqitur, qod & Christus vitio omni immune gestavit. *Non enim, qod in primo homine, Adæ nimirum, ab initio extiterat, hoc utiqe à conditore peccati illius integro prorsus profectum, peccandi adæ caussa fuit, ideoqe peccavit.*

Hæresi 77. qæ est *Dimæritarum*, sect. 1. ὡς καί τις τῶν σοφῶν εἴρηται, ὅτι φθόνος ἀεὶ ταῖς μεγάλαις διηνεκῶς ἀντίπαλος. *Qam ad sententiam præclare sapiens qidam*
E *dixit: invidiam magnis perpetuo successibus adversari.* gnome passim prædicata. Verum pro τοῖς Petavius ὑπὸ legi vult. Potest & περί. Potest & καὶ τοῖς, tacitâ præpositione. Nam & hoc qandoqe fit. Qod & Eustathius observat ad illud *Iliad.* ε. — λελουμένος ὠκεανοῖο.

Ibid. Sect. 14. Ἡμεῖς δὲ εἰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα λέγομεν, ὅπερ καὶ αὐτὸ τὸ ἡμῶν εἴληφε παρ' αὐτῷ τὸ ἄχραντον αὐτοῦ σῶμα, ἐν ἡμῖν νοεῖ πεπλημμεληκότων, οὐ διὰ τὸ ἀλλότριον εἶναι τὸ σῶμα, καὶ ἀλλογενὲς τὸ ὑστερεῖν. καὶ ἠλαττωμένον, ἀλλὰ διὰ τὰ ἡμῶν ἁμαρτήματα, καὶ παραπτώματα τοῦτο εἴρηται.
F Vitium his verbis subesse monuit Petavius; amolitum haud ivit. Medelam tentabimus. Qid si sic legamus? Ἡμεῖς δὲ εἰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα λέγομεν, ὅπερ καὶ αὐτὸ τὸ ἡμῶν εἴληφε. vel αὐτὸ τὸ ἡμῶν τὸ σῶμα λ. ὅπερ καὶ αὐτὸς εἴληφε, παρ' αὐτὸ [δὲ] τὸ ἄχραντον αὐτοῦ σῶμα, ἐν ἡμῖν πεπλημμεληκόσιν, οὐ διὰ τὸ ἀλλότριον εἶναι καὶ ἀλλογενὲς, ὑστερεῖν καὶ ἠλαττωμένον, ἀλλὰ διὰ τά. Ut sensus sit. *Nos autem etiamsi idem esse cum nostro corpus illud dicimus, qod ipse suscepit; at præ illo ipsius puro corpore, in nobis qi transgressi sumus, non qod alienum aut alius sit generis, deficiens ac inferius esse, sed peccatorum ac delictorum nostrorum tantummodo respectu.*

Ibid. sect. 25. Ἐν ἀληθείᾳ δὲ σάρκα ἔχων, καὶ ψυχὴν, καὶ νοῦν, καὶ διὰ τῶν γεννητικῶν πόρων ἐν ἀληθείᾳ διερχόμενος. πεμπόμενος, Petavius. qid si ἐκπορευόμενος vel ἐκδιδόμενος. *Verè carnem habens, animamqe, & mentem: & per meatus partui destinatos reverâ editus.*

Ibid. Sect. 27. Νοῦς μὲν γὰρ ῥήματα διακρίνει, λάρυγξ δὲ σῖτα γεύεται. Legit Petavius vertitqe, *Mentis est verba discernere, uti faucium degustare cibos.* Rejecta editione vulgata, qæ νοῦς exhibet, ex versione Græcâ Jobi c. 12. v. 11. & c. 34. vers. 3. ubi οὖς διακρίνει, *auris discernit*, disertè legitur.

Hæresi 78. qæ est *Antidicomarianitarum*, sive Mariam ἀειπάρθενον *negantium*, *sect.* 4. de Judæis, eqos canibus ca-

 biosis

biosis confert. Πέρας οὖν, ὡς μεμηνότες κύνες, ἐπαιδεύσαντο. καὶ τὰς μὲν χεῖρας περιέπηξαν, ὡς αἰεὶ μετὰ μανίας ὁ κύων, ἀνακρεμάσας αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἐπέρχεται καὶ τὰ πρόσωπα τοῦ ἰδίου αὐτοῦ δεσπότου κατεγλύφησεν οὐκ αἰσχύνεται. παρέδωκαν ἑαυτῶν τὸν αὐτοῦ Κύριον σταυρωθῆναι. *Mendosus locus*, inqit Petavius: Estqe proculdubio. Mendas, si non prorsus sustulerimus, sensum tamen pleniùs pavlò exhibituros speramus. Sic ergò ex conjecturâ legendum existimo. Καὶ τὰς μὲν χεῖρας περιέπηξαν. ὡς δ' αἰεὶ μετὰ μανίας ὁ κύων ἀναχωρήσας (vel ἀνακαλλάμενος, vel ἀνακυκλώμενος) αὐτοῖς ταῖς χερσὶν ἐπέρχεται, καὶ τ. πρ. τ. ἰ. α. δ. καταδρύπτειν (sive καταδρύφειν) οὐκ αἰσχύνεται. παρέδωκαν δ. τ. ἀ. κ. σ. *Et manus qidem ejus confixerant: sicut avtem canis rabie affectus solet demulcentis, sive tractantis eum, manus invadere, nec dominorum suorum faciem lacerare veretur: ita & illi dominum suum crucifigendum tradiderunt.* Atqe hanc fuisse Epiphanii mentem (verba enim ipsa præstare non avsim) nihil ambigo.

Ibid. sect. 6. de Maria. Πῶς τολμῶσι τὴν ἀχείραντον παρθένον, καὶ τὴν οἰκητήριον κατηξιωθεῖσαν γενέσθαι τοῦ υἱοῦ, τὴν εἰς ταῦτα ἐκλεχθεῖσαν, ἐκ τῶν μυριάδων τοῦ Ἰσραὴλ εἰς σκεῦος καὶ οἰκητήριον ἐξαιρούμενος εἰς σημεῖον μόνον ὑπάρξῃ τοκετοῦ. *Qanam vero fronte incorruptam illam virginem aggrediuntur, qa Dei filii domicilium esse meruit? qa ex infinito Israelitarum numero ad id unum est electa, ut vas qoddam, & habitatio unus esset divino partui consecrata.* Locus & defectus & depravatus. primo deest verbum aliqod infinitum, in qod illud τολμῶσι transeat, ἐπιχειρεῖν puta, vel ejusmodi aliqod. Vidit id interpres, qi vertit, *Qanam fronte aggrediuntur?* novissima sic ex parte relingit Petavius; Εἰς Θεοῦ μόνον ὑπάρξῃ τοκετόν. Sed τοῦ ἐξαιρούμενος, qid fiet? forsan, ἐξαιρουμένην τῶν σημείων μόνον ὑπάρξῃ τοκετοῦ. vel ἐξαιρουμένη εἰς σημεῖον μόνον ὑπάρξῃ τοκετοῦ. Sic enim post *sect.* 8. Ὑποδεξαμένη τοιοῦτον μυστήριον σημείου ἱερουργίαν.

Ibid. sect. 7. dicitur ea Josepho παραδοθεῖσα, κλήρων εἰς τοῦτο ἀναγκαζόντων αὐτοὺς ἥκειν. qæ verba sic accepit V. C. Casavbonus, *adv. Baron. Exerc.* 2. *sect.* 13. acsi hoc ideo diceretur, qia virgo esset ἐπίκληρος, *cui extra cognationem nubere non licuerit.* Itaqe vertit, *cum jura hæreditatis, qam possidebat, eo ipsam adegissent.* Concedit eodem & Vir πολυμαθέστατος Hugo Grotius in *Annotatis ad Matth. c.* 1. *v.* 16. & *Lucæ c.* 3. *v.*23. ubi Domini nostri Jesu Christi stemma enarrat. Atqi nec hæreditatem ullam habuisse, avt potest probari, avt est etiam probabile: & aliud planè voluit Epiphanius, qi optimus ipse sui interpres. sorte nempe missâ Josepho virginem obvenisse; *sortiumqe necessitate adactam virginem, ut Josepho nuberet.* Sic enim idem in *ancorato sect.*60. ex traditione nescio qâ, figmento non minùs frivolo suffultâ. Οὗτος ὁ Ἰωσὴφ γέρων ὢν καὶ χῆρος, κατ' ἀνάγκην τῶν κλήρων βαλλομένων ἐπὶ χήρους καὶ ἀγάμους καθ' ἑκάστην φυλὴν εἰς τὰς ἀπὸ τοῦ ναοῦ παρθένους, ἐξ ὧν τὰ ἀφιερωθεῖσαι ἐν τῷ ναῷ ἀπὸ πρωτοτόκους παῖδας, ἄῤῥενάς τε καὶ θηλείας, ἔλαβε κατὰ κλῆρον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν. *Joseph iste jam senex vidvusqe, vi sortium qa in viduos cælibes tribus cujusqe jaciebantur, de virginibus qa in templo asservabantur; eo qod primogeniti qiqe liberi tam mares qam & fœmina in templo consecrari consveverant; virginem sanctam Mariam sortito ceperat.* Sunt ista reverà mera nugamenta; neqe enim primogenituræ ratione nisi mares soli erant Deo sacri. neqe qi erant Deo sacri, in templo educabantur; sed redemptione ex jure usuqe peractâ, ad suos liberi referebantur. nec avt virgines ullas in loco sacro asservari solitas, avt de nupturientibus sortitiones istiusmodi institutas, historia ulla, monumentumve fide dignum denarrat. Veruntamen patet hinc eam fuisse in loco altero illo Epiphanii mentem, etiamsi tam à rei veritate alienam eam, qàm mente ipsius fuit viri doctissimi utriusqe opinatio. Qod ego eo magis monui, qia V. Clar. Fridericus Spanheimius in *Dub. Evangel.* 14. *sect.* 5. Casavbonum in hac opinatione falsâ secutus, idem ex Epiphanio probare contendit.

Ibid. sect. 8. Θαυμάσαι δέ ἐστιν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς αἱ προφάσεις θηρεύονται αἱ πονηραί, καὶ ἂν οὐκ ἔστι χρεία ἱδρῶσι τὰς αἰτίας. καὶ ζητοῦσι τὰ μὴ ζητούμενα, ἀπὸ δὲ τῶν ἀναγκαίων τρέπονται ἐπὶ μωρὰς ζητήσεις, &c. in margine Petavius *Cor.* οἱ πονηροί. at in versione, *pravas qasdam occasiones ac species captantes.* forsan, οἷς αἱ πε. Itaqe verto, non ut Petavius. *Subit verò illos omnes admirari, qi &c.* Sed, *Cumprimis avtem,* sive, *Omnium verò maxime, id admiratione dignum est, qo modo prava captantur occasiones, qodqe eorum cavssas seruantur homines qorum nullus est usus, & in ea inqirunt, qa inqirenda non sunt; & à necessariis ad stolidas qæstiunculas avertuntur.* Sic *sect.* 15. Εἴασαν δὲ οἱ ἄνθρωποι τὰ ἀναγκαῖα, τὰ περὶ πίστεως ἀληθείας, τὰ ἐν δοξολογίᾳ Θεοῦ, καὶ ὅθεν δ' ἂν εὕρωσιν, ἑαυτοῖς προσεπινοεῖν εἰς βλάβην. *At homines necessariis relictis, iis, qa cum fidei veritate, ac Dei prædicatione conjuncta sint, perniciosa sibi qæqe, undecunqe potuerint, excogitare contendunt.*

Ibid. sect. 21. Τὸ δὲ πρωτότοκον, ἐπειδὴ πρωτότοκός ἐστι, πρὸ πάσης κτίσεως εἶναι, καὶ πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, οὐ κατὰ τὴν ἐκ Μαρίας, ὡς ἄλλων υἱῶν ἀπ' αὐτῆς ὄντων. *Primogenitum vero nominat, eo qod ante creatas res omnes genitus est, & ut ait Apostolus, primogenitus in multis fratribus: non respectu ad Maria liberos habito, qasi alios illa pepererit.* Petavius *Fer.* κατὰ τὴν ἐκ M. qod constare non potest. legendum κατὰ σάρκα. vult Epiphanius qod & supra *sect.* 17. latius est prosecutus in Matthæi verbis illis, τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, τὸ πρωτότοκον, non ad Mariam, avt Christum, qà ab eà editus, referri, sed eam filii, qà Dei, à Patre generationem respicere, qæ ab æterno fuerat. coactè nimis.

Hæresi 79. qæ est *Collyridianorum sect.* 1. Κίφρον τινὰ ἤτοι δίφρον τετράγωνον. *Currum, sive sellam qadratam.* Petavius *forsan* τετρώορον. *qadrijugam. Maro Æn.*

Qadrijugo vehitur curru.

i. τετραόροις ἅρμασι.

In expositione fidei, sect. 9. dicitur Chrysippus statuisse, τὸ τέλος πάντων τὸ ἡδυπαθὲς εἶναι. qod est Stoico dogmati, cujus primipilus Chrysippus, ex diametro adversum: itaqe verba illa, avt sunt vitiata, & pro ἡδυπαθὲς legendum τὸ ἀπαθὲς, vel sunt loco mota, & ad Diogenem Rhodium, qi proximè subjungitur, pertinent. hujus enim dogma eodem loci commemoratur, τὰ σύμπαντα συνεστάναι ἐξ ἡδονῆς. *voluptate constare universa.* Nam qod de Cleanthe Stoico itidem supra retulerat, τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν λέγει εἶναι τὰς ἡδονάς. ita posse exponi opinatur Petavius, ut sensus sit, *Nullam nisi in honestate voluptatem inesse.* qô spectat, Marci Imperatoris illa, *lib.* 6. *sect.* 7. Ἑνὶ τέρπου καὶ προσαναπαύου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν σὺν μνήμῃ Θεοῦ. *Hoc uno te oblecta, in eoqe acqiesce, ut ab una, qa communitatem juvet, actione ad alteram transeas, numinis memor.* Ex *lib.* 8. *sect.* 26. Εὐφροσύνη ἀνθρώπου, ποιεῖν τὰ ἴδια ἀνθρώπου. *Homini volupe est, qa hominis propria sunt, facere.* Et *lib.* 10. *sect.* 33. Οὐ πρότερον παύσῃ στένων, πρὶν ἢ τοῦτο πάθῃς, ὅτι οἷόν ἐστι τοῖς ἡδυπαθοῦσιν ἡ τρυφή, τοιοῦτο σοι τὸ ποιεῖν τὰ οἰκεῖα τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ. ἀπόλαυσιν γὰρ δεῖ ὑπολαμβάνειν, πᾶν ὃ ἔξεστι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐνεργεῖν. *Ante ingemiscere non desinas, qam eo te adegeris, ut qod voluptuariis hominibus est luxu diffluere, hoc tibi fuerit ea facere, qa humana constitutioni conveniant: etenim pro oblectamento tibi esse debet, qicqid secundum naturam tuam agere tibi datur.* Accedit, qod Stoici, *Sapienti soli gaudium contingere* statuebant; *nec esse gaudium, nisi bonum;* utpote *qod sola virtus præstat:* ut Seneca *Epist.* 59. & 27. Verum nec de Chrysippo illa mentem istam admittunt; & *voluptatis* nomen ipsum abhorrebant Stoici.

Imperatorum Romanorum series apud eundem bis posita reperitur: in *ancorato sect.* 60. & in *de mensur. & ponder. sect.* 13. 16. 18. utrobiqe pessimè depravata: Sed ita tamen ut mendæ non pavcæ ex collatione locorum mutuâ tolli posse videantur. *v. g.* In tractatu posteriore, *sect.* 16. hæc reperiuntur. Τοῦτον (Antoninum Pium loqitur) διαδέχεται Καράκαλλος ὁ καὶ Γέτας, ὃς καὶ Μάρκος Αὐρήλιος Σευῆρ ἐλέγετο, καὶ βασιλεύει ἔτη ζ. *Hunc excipit Caracalla, qi & Geta, & Marcus Aurelius Verus dicebatur, annos septem.* Post *sect.* 18. Τελευτήσαντος δὲ Σευήρου διαδέχεται τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ Ἀντωνῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Γέτας ἄλλος, ὁ καὶ Καράκαλλος ἐπικληθείς, καὶ ποιεῖ ἔτη ζ. *Mortuo Severo succedit Antoninus ejus filius, qi & Geta & Caracalla nominatur. Imperavit annos septem.* At in priore *sect.* 60. Μετὰ

Ἀν-

Ἀντωνῖνον (Pius is) Μάρκος Αὐρηλιανὸς, ὁ καὶ Οὐῆρος, ἔτη ιθ. *Post Antoninum Marcus Aurelius, qi & Verus annos novendecim.* Et mox, Σεβῆρος ἔτη ιη. Ἀντωνῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ζ. *Severus annos octodecim, Antoninus filius annos septem.* In primo loco itaqe inducenda illa Καρακαλλος ὁ καὶ Γέτας. Cum sint planè irreptitia. Tum rescribendum, τοῦτον διαδέχεται Μάρκος Αὐρήλιος (qod & in *Ancorato* substituendum pro Αὐρηλιανὸς) ὃς καὶ Οὐῆρος ἐλέγετο, καὶ βασιλεύει ἔτη ιθ.

At *sect.* 18. legendum, Τ. δ. Σ. δ. τ. α. κ. Ἀντωνῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ καὶ Καρακαλλος, καὶ ἄλλος (*alius* filius ejus) ὁ καὶ Γέτας ἀδελφὸς, vel ὁ καὶ Κ. ν. καὶ α. ὁ καὶ Γ. nam ad tempus aliqod imperium gesserant unâ. Qod etiam in *Ancorato* legitur, Περτίναξ ἔτη ϛ΄, *Pertinax annos sex*, ex scripto altero corrigendum est, μῆνας ϛ΄. *menses sex.* Sic enim ibi, Κόμοδον δὲ διαδέχεται Περτίναξ ἄλλος, καὶ βασιλεύει μῆνας ἕξ. *Commodo succedit Pertinax, imperavit menses sex.* qanqam reverâ nec tot etiam menses imperavit. neqe enim, Capitolino avtore, ultra duos menses & 25. dies.

In *Ancorato sect.* 35. Παρὰ τοῦτο νομιζόμενον ἔστι εἶναι ὁλοσφύρητον τὸν ἄνθρωπον, &c. ὁλοσφύρητον illud vitiosum esse constat. Petavius ὁλοσφύρητον vult, vertitqe, *Qare utrum tandem totum hominem, velut molem qandam malleo ductilem ac solidam fuisse putabimus?* &c, rectè. sed legendum, ὁλοσφύρητον, non ὁλοσφύρητον. Hesychius. ὁλόσφυρος, ὁλοσφύρητος. Plinius *l.* 33. *c.* 4. *Avrea statua prima omnium nullâ inanitate, — qam vocant holosphyraton, in templo Anaitidos posita dicitur.*

Ibid. sect. 39. Εἰ γὰρ ἠγνόει ποῦ ἐστιν, οὐκ ἂν ἔλεγεν, ἐγέλασεν δὲ ἡ Σάῤῥα ἔνδον οὖσα, βουλόμενος αὐτῆς ἀποδεῖξαι τὴν σεμνότητα ὑπογραμμὸν τῶν θηλειῶν εὐσεβεῖν ἐν ἀληθείᾳ. deesse qippiam monet Petavius. qod ut suppleat, vertit: *Nam si ubi esset ignoraret, non diceret, Risit ergò Sara intra domum. Qibus verbis modestiam illius & gravitatem ostendere voluit, & ad earum, qæ ex animo pietatem seqi volunt, exemplum proponere.* Ego post οὖσα periodi absolutæ indice punctiunculâ adscriptâ, subjecerim tantum, ἀλλὰ βούλεται, &c. *Nam si ubi esset nesciret, non dixisset, Risit ergò,* &c. *Verum modestiam illius indicare voluit* (non verbis istis, sed interrogando ubi esset Sara) *qa pietati verè studiosis in exemplum cederet.* qanqam argumento parum valido usus est Epiphanius, qum verbis istis, qæ Mosis sunt historici, non Angeli hospitio excepti, ignorantiæ suspicione Angelum, an Dei filium, liberare conatur.

Ibid. sect. 40. Τὸ δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, ἡ σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνδεῖται σοφίας. sensus mancus est. Itaqe pro ἡ σοφία Petavius ἡ σοφία. Ego minore mutatione, ἡ σοφία &c. *qâ est Dei sapientia, sapientiâ non indiget.* vult illud Luc. 2. 52. de Christo dictum, *sapientiâ profecisse*, Christo, qâ homo, non qâ Deus, competere.

Ibid. sect. 55. Οὔτε μέρος Θεοῦ λέγομεν εἶναι τὴν ψυχὴν, οὔτε ἀλλότριον τοῦ ἐμφυσήματος. legendum ἐμφυσήσαντος. *Nec partem Dei dicimus animam esse, nec ab eo tamen qi insufflavit alienam.*

Ibid. sect. 62. Μὴ γὰρ ὁ Θεὸς βυρσοδέψης ἦν, ἵνα βυρσεύσας δέρματα, χιτῶνας ἐργάσηται τῷ Ἀδὰμ, καὶ τῇ Εὔᾳ; Origenes loqitur; *Num coriarius Deus erat, ut pellibus maceratis Adæ atqe Evæ tunicas conficeret?* pro βυρσοδέψης, βυρσοδέψης substitutum eunt. frustra. est enim βυρσοδέψης, ὁ τὰς βύρσας δέψων, τουτέστιν, ἐμβρέχων, *qi pelles macerat, irrigat.* qod est τοῦ βυρσοδέψου. βυρσεὺς, ἐκ τοῦ ἐμβρέχειν τὰ δέρματα. Svidas. nihil itaqe hic mutato est opus. avt siqid mutandum, pro βυρσεύσας, βυρσεύσας legendum, à βυρσεύω. βυρσεὺς, βυρσεύω; (ut βασιλεὺς, βασιλεύω) *coriarii more pelles apparo.* unde ἀβύρσευτος δορά. *pellis nondum apparata.*

Ibid. Πότε γὰρ τὰ θαυμαστὰ αὐτοῦ θέλων οὐκ εἰργάσατο, καὶ ἄψυχα εἰς ἔμψυχα μεταβαλεῖν; πότε οὐ δεδύνηται τὴν μὲν ῥάβδον Μωϋσέως ξηρὰν οὖσαν, καὶ ξυλίνην, ὄφιν ἔμψυχον ἐποίησε. &c. deesse nonnihil monent: at nihil deest, nisi interpunctio genuina. Πότε γὰρ τὰ θ. α. θ. οὐκ εἰργάσατο; καὶ ἄ, εἰς ἔ. μεταβαλεῖν, πότε οὐ δεδύνηται; τὴν μὲν ῥ. &c. nisi forsan qis pro μεταβαλεῖν, μεταβαλῶν voluerit. *Mirabilia sua, cum vellet, qando non confecit? Inanimata in animata mutandi qando illum potestas destituit? Qando Moysis virgam aridam ac ligneam non in vivum spirantemqe colubrum commutare potuit?*

Ibid. Cum Christus, inqit, in monumento linteamina reliqisset; γυμνὸς ἄρα ἐφαίνετο τοῖς μαθηταῖς &c. negativam interjici postulant: vertuntqe, *nudus utiqe discipulis videndum se non præbuit.* Et Scripturam vitiant, & sententiam corrumpunt. lego cum interrogatione, *num nudus ideò discipulis apparuit?*

Ibid. sect. 63. Ἵνα δὲ περισσότερον εἰς διόρθωσιν, καὶ προσθήκην, καὶ πληροφορίαν τῶν πιστῶν ἀσφάλειαν ἐνδείκνυμεν. pro διόρθωσιν Petavius διόρθωσιν substituendum suspicatur. Vertit tamen, *ad uberiorem fidelium cautionem & salutem institutionemqe, &c.* Ego, si qid mutandum videretur, διαπορθμίαν malim, & *successum, prosperitatem, provectionem* verterim. διόρθωσις enim istic qidem locum non habet. Verum, cum avtor ipse, qod & alibi monuimus, vocabula multa insolentiora usurpet, nihil temerè hic mutarim. Siqidem tam à φράττω *munio*, διάφραξις, qam à πράττω *ago*, διάπραξις, ἀναλόγως satis profluit. Verto itaqe, *ad uberiorem fidelium munitionem, tutelam & stabilimentum.*

Ibid. sect. 66. Γῆ δὲ δεχομένη τὸν ὑετὸν, αὔξει καρπὸν προστάγματι Κυρίου, προεκδιδοῦσα τὴν φύσιν προθυμοτέρως. τὸ δὲ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ πλεῖον ἔχει σπουδήν. Ista in *Hæres.* 74. *sect.* 3. avctiora, sed perperam, censente Petavio, sic leguntur: Γῆ δὲ δεχομένη τὸν ἐλπίδος γεωργὸν ὑετὸν, αὔξει καρπὸν τῷ δέχεσθαι προστάγματι Κυρίου, προεκδιδοῦσα τὴν φύσιν προθύμως; τῷ δὲ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ πλεῖον ἔχει σπουδήν. Petavius ad *Hæresin* illam pro τὸ & τῷ τῷ & τοῦ substituit: hoc rectè; incertum illud. vertit utrobiqe; *Terra* [*velut spei qendam cultorem & agricolam*] *pluviam excipiens, fructum ad maturitatem perducit, eaqe perfusa ex imperio Domini naturales fruges promptè ac libenter emittit, & ab eodem rursus accipiendi majori desiderio tenetur:* mihi illud τῷ δέχεσθαι suspectum est: si retinere visum, malim, τῷ δέχεσθαι προστάγματι δεσπότου, *imperium Domini qoddam excipiendo.* Sicut Seneca *Epist.* 61. *qi imperia libens excipit.* Sin ejiciendum videatur, qod & ipse avtumem, legerim προστάγματι δεσπότου προεκδιδοῦσα τὴν φύσιν προθύμως. *Adjectâ promptè Domini imperio naturâ, fructus producit, & ab eodem plus accipiendi studium,* sive *desiderium habet:* ut πλεῖον ad λαμβάνειν, non ad σπουδὴν ἔχει referatur. ὑετὸν, sive *pluviam*, *spei cultorem* appellavit, qia messis uberioris agricolæ spem facit: atqe retinendum hoc omninò, qicqid censuerit Petavius, qia mox ἀποδιδοὺς subjiciendo, ὁ τῆς ἀληθοῦς ἐλπίδος καρπὸς diçit, in eis qæ sequntur: qæ cum in hæresibus parum integrè habeantur, istinc poterunt emendari: ibi sic leguntur; Καὶ Μαρία μὲν ἀνιμᾶται τὸν λόγον εἰς σύλληψιν, ὡς ὑετὸν ἡ γῆ. ἑαυτὸν δὲ καρπὸν ἅγιον ἀποδείκνυσι, προσλαμβανόμενος θνητὴν φύσιν, οὕτως ἐκ αὐτῆς ἀνιμώσης. ὡς γῆ καὶ πόκος, ὁ τῆς ἀληθοῦς ἐλπίδος καρπὸς ἁγίοις ἐν προσδοκίᾳ. supplendum enim hinc, ὁ δὲ Θεοῦ λόγος προσλαμβ. & pro οὕτως ἐκ, οὕτως ἂν, vel etiam, οὕτως ὢν ἦν. & forsan etiam, ἡ τῶν ἁγίων προσδοκία. *Et Maria qidem sermonem Dei, ut concipiat, havrit & attrahit, ut pluviam tellus, ipse avtem Dei sermo fructum sanctum ostendit sese, assumptâ mortalis hominis naturâ, hoc modo igitur, ex attrahente illâ, ut tellus, ut vellus solet, extitit vera spei fructus ille, & sanctorum expectatio,* vel etiam, *sanctis tantopere expectatus & expetitus.* Mutuas avtem operas istic sponte locant sibi invicem scripta duo ista; cum nunc ex *Ancorato Arcula*, nunc ex *Arculâ Ancoratus* restitui possit. Qod si diligentius attendisset Petavius, nec in *Ancor.* illud *sect.* 67. ἐν δὲ γραφαῖς ἁγίαις τελείως ἡμῖν κατηγγέλθη, καὶ πιστεύεται, ἀπερίεργως, ἀφιλονείκως συνθημάτων αἰνοῦς. in *Animadvers.* sic emendasset, σύνθημα τῆς αἰνοῦς. Syntaxeos ratione spretâ prorsus; cum ex *Arculâ* veram lectionem promptum esset depromere, συνθημάτων αἰνοῦς. Nec in *Panario* sustinuisset, ἀπερίεργος, & ἀφιλόνεικος legendo, sententiam planè corrumpi. *Trinitas,* inqit, *in sacris Scripturis traditur, & symbolorum relationibus citra curiositatem avt contentionis libidinem creditur.*

Ibid.

Ibid. sect. 74. Εἰ γὰρ ἦν χρόνος πρὸ υἱοῦ, ζητηθήσεται ἄρα πάλιν, δι' οὗ καὶ ὁ πρὸ τοῦ υἱοῦ χρόνος ἦν, καὶ μυρία λοιπὸν εἰς φαντασίας ἐσδομυχοῦσαν ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων ὑπονοήσει τείδι τὸν ἡμέτερον λογισμὸν; &c. pro μυρία μυρία substituunt. Sine cavssa. *Si*, inqit, *dederimus ante filium tempus aliqod fuisse, qæstio futura est, per qem fuerit tempus illud qod filium præcessit, & innumerabilia ejusmodi subinde emergentia ratiocinationem nostram adigent ad imaginationem vanam in humanis sitam opinionibus.*

Ibid. sect. 84. Δύνει γὰρ ἡ ἡμέρα, καὶ νεκρῶν αἰνιττόμεθα τὸν τρόπον, κοιμησμὸν αἰνιττόμενος. Post ascriptam conjecturam, αἰνίττεται *forsan legendum. Locum leviter corruptum* submotuisse sat habens, deposuit Petavius. nec qà parte tamen indicatum; Ego verò havd leviter corruptum avtumo. Sic restitui posse existimo. Δύνει γὰρ ἡ ἡμέρα, καὶ νεκρῶν ἐντυλιττόμεθα τὸν τρόπον, κοιμησμὸν αἰνιττόμενοι. *Nam & dies occidit, & mortuorum in morem involvimur, mortu soporationem repræsentantes.* Κοιμησμὸν dixit, qod κοίμησιν dicere consveverunt. Ἐντυλίττεσθαι verò, tam de defunctis, qi fasciis & linteaminibus, Matth. 27. 59. qam de dormientibus, qi stragulis jacent involuti, usurpatur.

Seqitur *ibid.* Δρέπονται οἱ καρποὶ, καὶ ἡ στάσις τῶν ὄντων ἐκτέμνεται, τὸ ἡμῶν ἐκ τοῦ ἀπαλλαγῆς ὀρκιζόμενον τῆς περιουσίας. ἀνίσταται ἡ γῆ, καὶ βλαστάνει, ὅτι τὰ τεθλιμμένα μετὰ τὴν τομὴν ἀνασπάσεται. pro περιουσίας legi volunt τρίτης, pro τεθλιμμένα τετμημένα. Istud probem; illud havd item. Sed periochæ membra luxata suspicor, ita forsan collocanda. Σπείρεται ἡ γ. βλ. δρέπονται οἱ κ. καὶ ἡ σ. τ. ὀ. ἐ. τὸ ἡ. ὀ. κ. ὁ τῆς πε. ὅτι τὰ τετμημένα μ. τ. τ. α. *Seminatur terra & germinat, decerpuntur fructus, veruntqe status exciditur, indicantes obitus nostri larvâ istâ, excisa etiam post excisionem esse resurrectura.*

Ibid. sect. 107. Εὐγενῶν δὲ γονέων ὑπάρχων, [ἵνα οὕτως] ἀρξάμην, Ζεὺς τούτῳ ὄνομα, σχεδὸν δὲ πασῶν τῶν γυναικῶν ἀνὴρ γέγονεν. Hæc depravata nonnihil; uocisqe inclusa, tanqam superflua, surcillanda, censet Petavius. mihi aliqid potius interserendum: ἵνα οὕτως εἴπω. *Hujus verò filius, cui nomen Jupiter, nobilium, ut sic dicam, parentum cum esset omnium propemodum mulierum vir factus est.* Allusit Curionis illud, qi Jul. Cæsarem, *omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem* appellavit. Svet. *l.* 1. *c.* 52.

Ibid. sect. 109. Τά τε βαθύτατα τοῦ νόμου —— ἀναχριόμενοι ἐννοοῦσι, μάτην βλασφημοῦσι. legendum ἀναχριόμενοι, ἃ οὐ νοοῦσι, μ. β. *Profundissima legis—mysteria examini subjicientes, qæ non intelligunt, eis frustra obloquuntur.*

CAPUT XXXVII.

Lucæ verba cap. 2. *ver.* 52. *denuò expensa.* χάριν gratia, favor, existimatio, acceptatio grata, *Luc.* 2. 40. gratia super Christum, *qænam. Vulgata versio minus recta.* De habituali, infusâ, inhærente, *qi accipiant.* Sapientiam & gratiam *isti qi distingvant.* Spiritus super Simeonem, *qomodo, ibid. v.* 25. De gratiâ astante, dirigente, fovente, *Cajetanus.* De gratiâ, qæ gratiosum *apud alios, alisqe* acceptum faceret, *alii.* Gratia ἀπὸ Θεοῦ, & παρὰ Θεῷ. Gratia συστατικὴ, & προσδοκητικὴ, *Hymn.* 45. 2. & *Luc.* 4. 22. *loca parallela. itidem Luc.* 2. 40. & *Act.* 4. 33. *Erasmi ἀμφίβολον sublatum.* Gratiâ profecisse *Christum hominem, qia gratior & acceptior Patri factus. Christus homo an perpessionibus suis sibi qicqam meruerit. Locus Heb.* 2. 9. *expensus.* διὰ τὸ πάθημα, *an meritum passionis designet.* διὰ *tam* per, *qam* propter, *significare. ad seqentia ista qi referant.* Gloria, *aliis beatitas cœlestis, aliis nominis celebritas. Athanasio & Ambrosio scripta falsò tributa. Chrysostomiana qædam aliis asscripta. Gagnæi destructio nova rejecta. Ad antegressa qi referant. hi qo sensu accipiunt. Angelis minoratus Christus, carnem assumendo, crucem patiendo, an utroqe.* אלהים *Deus, an Angeli.* βραχύ τι, *pavlulum, an pavlisper. Bezam optimè & vertisse & explicasse. Hyperbata non infreqentia. Verba Apostoli Phil.* 2. 9. *discussa.* διὸ *an meritum designet. Qi sic exponunt, qosnam huc accersant. Anselmo tribuitur, qod est Hervæi. idqe à Bellarmino qi hujus esse agnoscit.* διὸ, & propterea *qandoqe non cavssæ sed consequentiæ. huc inclinare Anselmum & Calvinum.* Merito *rejecto*, præmium *tamen admitti.* Merendi & meriti *vocabula qâ actione priscis usurpata. De loci Evangelici, Luc.* 2. 52. *sensu ex prius disceptatis conclusio.*

VErba Lucæ Evangelistæ, cap. 2. vers. 52. qibus Christum hominem dicit, σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. *Sapientiâ & ætate*, sive *staturâ, & gratiâ apud Deum hominesqe profecisse*, alibi non semel expendimus; & de prioribus duobus membris fusiùs pavlò disseruimus: novissimum (neqe enim necessarium videbatur pluribus tunc agere) leviter tantùm, sed locis duobus attigimus. χάριν, sive *gratiam*, utrobiqe pro *favore, æstimatione, acceptatione gratâ* sumi, ex locorum geminorum, Histor. Reg. lib. 1. cap. 2. ver. 26. & Act. cap. 2. ver. 47. collatione factâ ostendimus. Respexisse videtur Evangelista, qod supra dixerat, ver. 40. *Crevit puer, & Spiritu corroborabatur, implebaturqe sapientiâ;* καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτό, *& gratia Dei erat super illum.* Verum de hoc loco morantur nos interpretes pleriqe: Siqidem vulgata versio; *& gratia Dei erat in illo*: qam qi seqwuntur, de *gratiâ habituali*, ut loquntur, sive *infusâ*, *inditâ, immanente, inhærente* necessariò accipiunt. Qin & è nostris Piscator, *Gratia nomine intelligitur benedictio ex gratiâ seu favore profecta, & in Christum collata.* Et Calvinus; *generalior est*, inqit, *qa seqitur, locatio, gratiam Domini fuisse super eum. comprehendit enim, qicqid in ipso excellentia resplendet.* Ita *sapientiam* etiam sub *gratia* vocabulo concludit. At Chemnitius *Harmon. Evang. cap.* 15. ita distingvit, ut σοφία significet *dona in mente, & intellectu;* χάρις verò *in reliquis animæ viribus, in sermonibus, gestibus, actionibus.* Nevtri accedo. Accersunt qod dictum est vers. 25. de Simeone, πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν. h. e. *Donum prophetandi erat in illo.* Piscator. *Spiritu Sancto præditus erat.* Castellio. nec abnuerim posse hoc de Simeone dici, qomodo de Christo ipso dictum est, Esajæ cap. 61. v. 1. רוח אדני עלי *Spiritus Domini est super me*; qanqam & aliter qoqe sumi qeat. q. d. *Spiritus Sanctus eo tempore aderat illi*, vel etiam, *illi supervenerat*: qia seqitur, *Spiritus impulsu templum intrasse*, ver. 27. Verum hoc loco aliter sumendum videtur, qod *Dei gratiam super Jesum puerum* extitisse perhibetur. Nec verò probare possum, qod Cajetanus, qi & vulgatæ errorem animadvertit, *Gratia Dei erat super illum, tanqam superintendens, gubernans, & fovens illum.* Veritatem propius accessisse videtur Gvalterus: *Qia*, inqit, *dilectus ille Dei erat, & ex Patris decreto homo factus fuerat, fieri non potuit, qin assumptum qoqe ab illo hominem, Pater singulari gratiâ donaret, qa illum omnibus gratiosum atqe acceptum faceret.* Chemnitius verò in sensum genuinum imprudens illapsus, ubi supra lavdatis subjunxit; *sermonibus, gestibus, actibus Christi adhuc pueri omnibus* (manarunt avtem ista, tam à *sapientiâ*, qæ & menti & intellectui, qam à *gratiâ* illâ, qæ aliis animæ facultatibus insidet) *additam fuisse peculiarem qandam gratiam divinam*: sensum hunc esse; *qod puer hic omnium oculos & animos in favorem, in gratiam sui converterit, non vulgaribus humanis dotibus, sicut aliqando in puerili ætate fieri solet, sed ob divinam qandam gratiam in sermonibus, gestibus, & actibus pueri hujus supra ætatem effulgentem: unde puer hic amabilis, gratus, & acceptus fuit, non tantum co[...]is & notis; nec tantum qod in templo sapientiâ qæstionum & responsionum, omnes Doctores in admirationem, imo qasi in stuporem converterit; sed qod inde animadvertebatur, puerum hunc divinâ gratiâ ipsi Deo singulari ratione gratum & acceptum esse.* Qibus verbis novissimis Evangelistæ mentem qasi acu, qod dicitur, qanqam aliud agens tetigisse videtur. *Gratia Dei erat super eum.* h. e. *singulari qadam ratione Deo gratus acceptusqe fuit*: ut χάρις Θεοῦ istic non tam sit χάρις ἀπὸ Θεοῦ, *gratia à Deo*, qam χάρις παρὰ Θεῷ, *gratia apud Deum.* poteslqe commodum hic ita distingvi χάρις

sive

sive *gratia*: est χάρις συστατική, *gratia, sive dispositio ejusmodi, qa hominum animos affectusqe conciliet. & gratum, amabilem, acceptum apud alios faciat*. de qâ Hymno 45 ver. 3. הוצק חן בשפתותיך Græc. ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου. Latinus *diffusa est gratia in labiis tuis*: *infusa est labiis tuis*. Junius. *effusa est in labia tua*. Tigurinus. Optime Castellio, *labra habes gratiâ perfusa*. sub Salomonis typo Christum loqitur, de qo pari mente dictum legimus; Luc. cap. 4. ver. 22. Ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος. *Stupebant ad sermones gratiæ ipsius*. i. e. *ad sermones gratiosos*, sive istiusmodi *gratiâ tinctos*. Est & χάρις προσδεκτική *gratia qâ qis alium gratum acceptumqe habet*: qæ est prioris illius effectus familiaris: hanc loquntur loci illi, qos supra indicavimus. Reg. lib. 1. cap. 2. ver. 6. & Act. c. 2. v. 47. nec minùs donum Dei ista, qàm superior illa, qod agnoscit Moses, Exod. cap. 11. ver. 3. David. Hymn. 106. v. 46. Et Salomon, Parœm. c. 3. v. 34. *humilibus, sive mansuetis, dat gratiam*; de qo loco alibi diximus. De illa sumunt Gvalterus & Chemnitius; de istâ ego malim. Eâ planè formulâ à Lucâ de Christo hic dicitur, καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτόν, qâ de Christianis alibi ab eodem dictum est. Act. c. 4. v. 33. Χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς. *Et gratia magna erat super eos omnes*. i. e. *magna fuit omnium gratia apud populum*. Piscator gratiosos acceptosqe admodum dicit fuisse, hos *apud homines*, illum *apud Deum*: hac avtem *gratiosâ existimatione atqe acceptatione profecisse ampliusqe provectum* Christum subjungit ver. 52. *tam apud homines qam & apud Deum*. Qod enim Erasmus in hunc locum *anceps* esse ait, *an Christum Evangelista sentiat profecisse dotibus divinitùs infusis, an gratiosiorem fuisse factum commendatione virtutum in eo sese proferentium*. Tollit planè τὸ ἀμφίβολον, & huc trahit necessariò clavsula illa, παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, *apud Deum & homines*: qæ sensum priorem omninò respuit. Itaqe rectè Illyricus in *Glossâ*; *Qotidie fiebat probatior Deo & hominibus*. Et in *Clave* adhuc luculentiùs; *Qotidie gratior & acceptior factus est Deo & hominibus; ex iis nempe qa gerebat*. Ita Theophylactus, καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστα ἔπραττε, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐπαινετά. *ea agebat, qa & Deo grata erant, & ab hominibus collavdata*: de se ipse, Joan c. 8. v. 29. Ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε. *Ea semper facio, qa patri sunt grata*. Atqe ita Jansenius *Concord. Evang. c. 12. Nomen gratiæ hic accipitur rectè pro acceptatione Dei, & favore, qo filium suum, nosqe per illum sibi gratos habet*.

Potest avtem forsan hinc lux aliqa accedere dogmati cuidam, qod à Theologis magni nominis, nostris etiam, in utramqe partem disceptatur, clariùs pavlo explicando & definiendo. Qæritur, Christus an obedientiâ, ad mortem usqe præstita, sive perpessionibus suis, sibi ipsi qicqam meruerit.

Affirmativam qi tuentur, duobus præcipuè locis innituntur: prior est ex epistolâ ad Hebræos c. 2. v. 9. Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' Ἀγγέλους ἠλαττωμένον, βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. Vulgata versio, *Eum avtem qi modico qam Angeli minoratus est, videmus Jesum, propter passionem mortis, gloriâ & honore coronatum*: h. e. *ex merito passionis exaltatum*. Hugo Barchinonensis & Nicolaus Lyranus. Sed & Thomas Cajetanus, cum tamen aliter qam illi, textum exponat ipse; *Exponit*, inqit, *hic avtor, minorationem ab Angelis fuisse meritum gloriæ & honoris*.

Verùm locus iste nihil hujusmodi insinuare videtur: potestqe explicationi huic ratione duplici occurri: vel ut dicatur διὰ illic non necessariò *propter* significare; vel necesse non esse, ut ad seqentia referatur. Primò itaqe respondere licuerit, præpositionem διὰ etiam accusativo junctam, *per*, non *propter*, sæpenumerò significare. Qo modo, ut alia taceam, havd pavca; apud Demosthenem ipsum in *Olynthiacâ* 1. Ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον, δι' ὃν μέγας γέγονεν, ἀσθενὴς ὢν τὸ κατ' ἀρχάς, Φίλιππος; *modum, qo*, vel *per qem*, (non *propter qem*) *imbecillis primò, magnus evasit*. Eundemqe pro coronâ; Φωκικοῦ συστάντος τοῦ πολέμου, οὐ δι' ἐμέ. οὐ γὰρ ἐπολιτευόμην πω. *Conflato Phocensi bello, non per me*, sive *meâ culpâ*; A *nondum enim ad rem publicam accesseram*. Dionysium itidem Halicarnasseum l. 8. Ὅτι τῆς καθόδου δι' ἐκεῖνον τυχὼν οὐ τὰ πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ θεραπεύσομαι. *Qod reditum per eum, sive ejus operâ consecutus, cupiditatibus tamen ejus obseqi nolim*. Apud Joannem deniqe Apoc. 12. 11. Καὶ αὐτοὶ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου, καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν. *Vicerunt eum ipsi per sangvinem agni, & per sermonem testimonii sui*.

Atqe ita sumpsisse videntur istic, cum veteres qiqe, tum & novitii etiam pleriqe; qanqam non eadem omnes ratione: Qidam enim, imò ipsi aliqando, qi seciùs alibi explicarunt, B ad seqentia ita referunt, ut *gloria & honor* iste, non *præmium cæleste*, intelligatur, qod *crucis merito* comparetur, sed *nominis celebritas*, qæ Christo obvenerit, *per mortem* illam infamem, ad suorum salutem sponte susceptam. Ita Joannes Chrysostomus, ὅταν δείκνυσιν, ὅτι δόξα καὶ τιμὴ ὁ σταυρός ἐστιν. *tum ostendit crucem esse honorem & gloriam*. Qo trahit & illud Joannis c. 12. v. 23. ubi Christus morti vicinus, *venit hora*, sive *tempus instat*, ἵνα δοξασθῇ, *ut glorificetur* filius hominis. A Chrysostomo idem sumpserunt Oecumenius, & Avtor ignobilis, qi Athanasii C nomen præfert, *ad Antiochum Qæst*. 128. Sed & in *Commentarios* transcripsere, qos ex Chrysostomianis *orationibus* consarcinatos, sub Ambrosii, Primasii, Haymonisqe, nomine evulgarunt: & favere possit videri, qod commatio subjungitur, Christum salutis nostræ avtorem διὰ παθημάτων τελειωθῆναι. Verum illud minus solidum videtur; nec avt cum scopo Apostolico, avt verbis etiam satis convenit: nam qod Gagnæus, qi sensum hunc non tam eliceret, qam exprimeret, distinctionem novam molitus est, ut sic legeret, *Eum qi modico qam Angeli minoratus est*, D *videmus Jesum propter passionem mortis, gloriâ & honore coronatum*: vis est nimia contextui immeritò facta.

Proinde & istorum nonnulli, & alii pleriqe aliò concedunt, & ad antegressa referunt clavsulam hanc. Secundò itaqe responderi potest, non esse necessarium, ut verba illa, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, *propter mortis perpessionem*, ad incisum posterius pertineant; qum ad antegressum referri & posse & debere etiam videantur; ut Christus nimirum *Angelis inferior factus* dicatur *propter mortis perpessionem*. Atqe huc concedunt prisci pleriqe; sed & recentiorum E turba non contemnenda. Joannes Chrysostomus ipse; Τὸν δὲ βραχύ τι ἠλαττωμένον βλέπομεν, φησί, Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. οὕτω τῷ χρηστῷ ἀπέλαυσε, Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. Theophylactus, Ὁ μὲν τρεῖς ἡμέρας γεγονὼς ἐν τῷ ᾅδῃ, ὡς ἄνθρωπος, βραχύ τι ἠλάττωται τῶν Ἀγγέλων, ὅτι μηδόλως θανάτῳ ὑποκειμένων ἐκείνων. Qod & idem ferè Oecumenius. Theodoretus itidem; Οὐ τῇ φύσει τῆς θεότητος τῶν ἀγγέλων ἠλάττωται, ἀλλὰ τῷ πάθει τῆς ἀνθρωπότητος. *Non naturâ divinitatis factus est Angelis minor, sed perpessione humanitatis*. Eodem modo citat & Maximus F *adversus Anomæos Dialog*. 2. qod sub Athanasii nomine prodiit, & prostat. Avgustinus (& ex Avgustino, Beda, & Glossa) *adversus Maximum. l. 3. c. 25. Eum avtem modico minus qam Angelos minoratum videmus Jesum, propter passionem mortis: non ergò propter naturam humanam, sed propter passionem mortis*. Thomas pariter uterqe. Aqinas; *Nos videmus Jesum eum, qi per passionem mortis modico minoratus est qam Angeli, cum gloriâ & honore coronatum. q. d. hæc minoratio non est intelligenda nisi propter passionem mortis*. Cajetanus. *Qoad illud, minoratus est pavlò minùs ab Ange-* G *lis, subjungit, propter passionem mortis: & jungendo aliam particulam subdit, Gloriâ & honore coronatum*. Qanqam secius pavlò qam Avgustinus, Sedulius; *Minorasti eum pavlò minùs ab Angelis; assumendo carnem, patiendo crucem*. Hervæus deniqe qi Anselmi nomen præfert, utramqe interpretationem conjunxit; *Videmus eum, qi factus est parum minor Angelis, propter passionem mortis; qia pati & mori potuit, qod beati Angeli non possunt, eum, inqam, qi talis factus est, Jesum scilicet videmus, oculis fidei, coronatum gloriâ & honore secundam animam & corpus: qi coronatus est propter passionem mortis: i. qia usqe ad mortem fuit obediens patri*. Verum utrumqe istud consistere non potest, cum Apostolus semel tantum, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, non iterato dixerit.

Sensum superiorem & patres prisci, & nostrum pleriqe dedere. Et omninò ad prægressa clavsulam illam referendam, qæ sequntur, evincunt: uti mox clariùs indicabitur. Itaqe commodiùs reddidit Theodorus Beza; *Sed Jesum illum videmus gloriâ & honore coronatum, qi parumper fuerat inferior Angelis factus, propter mortis perpessionem, ut beneficio Dei pro omnibus mortem gustaret.* Qam Jacobus Faber; *Videmus Jesum, qi pavlò minùs à Deo minoratus est, gloriâ & honore coronatum, propter passionem mortis, ut per gratiam Dei pro omnibus mortem gustaret.* Avt qam Castellio, *Sed pavlò genus minorem factum videmus Jesum, propter necis supplicium, gloriâ & honore coronatum, ut Dei beneficio pro cunctis pateretur mortem.* Frustraqe reclamat Franciscus Ribera, *Hyperbaton durum, nec necessarium, in verbis Apostoli admitti.* Qod qum rejecerit, incassum se torqet, nec extricat tamen, in clavsulæ adjectæ explicatione, cujus commoda cum antegressis connexio, nisi eo qo diximus, modo, nulla comparet: nec verò adeò est durum avt insolens hyperbaton, qin ejusmodi havd pavca, in scriptis tum sacris, tum & avtorum optimorum qoqe profanis deprehendantur. Discrepantiam versionis, *à Deo*, & *ab Angelis*, de qâ serram reciprocant Erasmus & Faber, qos, cui otium & animus est consulere, poterit, mitto; qia non tanti videtur ut in eâ immoremur. Sed nec magni est momenti, qod מעט, & βραχύ τι, Erasmus ad *diminutionis vel gradum, vel tempus* etiam referri posse monet, ut vel *pavlò*, vel *pavlisper* reddatur: Faber contra, illo, non & isto modo, posse sumi contendit; qum tamen Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, huc potiùs inclinent, *moraqe sub morte brevitatem* respici velint. Sed & Beza *pavlisper* reddidit, & ad *vita istic in servi formâ transacta curriculum* refert. Qi & istic ampliùs aliqid ipsum prægressis perspexisse videtur, & Apostoli cum verba dexterrimè expressisse, tum & mentem optimè assecutum. Siqidem, prout illi interpretantur, τὸ διὰ, hic non *propter*, sed *per* significaret; qo modo & Aqinatem reddidisse, imprudentem, puto, vidimus. Nec ex eorum explicationibus per *propter* commodè redditur. Itaqe cum Avgustinus, *mortis, non & incarnationis*, Sedulius verò *utriusqe ratione, diminutum præ Angelis* Christum dici existiment, acutè Beza, *hujus, non illius ratione, sed illius tamen cavssâ, diminutionem eam factam* hoc loci dictum avtumat: hoc vult; διὰ hîc *finem*, sive *cavssam finalem*, ut loquntur, designare: ut *diminutio in natura humanæ assumptione facta* prædicetur, sicut Philip. 2. 7. Διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, *propter mortis perpessionem*, sive *propter mortem perpetiendam*, h. e. *qo* in ea utiqe *mortem* (qod statim subjungitur) *Dei beneficio pro omnibus gustaret*, h. e. subire & perpeti posset. Qâ qidem explicatione nihil verius, nihil certius, nihil qod cum contextus serie scopoqe Apostolico fœliciùs conveniat. Porro cum ad *diminutionem* ista *mortis perpessio*, non ad evectionem referatur, ut illius *cavssa impellens*, non *procurans* hujus, consideretur, non potest ad *passionis meritum* stabiliendum qicqam istinc concludi.

Restat locus alter, qi ad cavssam hanc plus facere, non immeritò forsan videatur. Habetur is ad Philippens. cap. 2. v. 9. Ubi sic legitur, Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε. Vulgata. *Propter qod & Deus exaltavit eum.* sive ut Beza, *Qapropter etiam Deus ipsum in summam extulit sublimitatem: summopere extulit.* Castellio. *Cum præcessisset, Christum demisisse se, obedientem factum ad ipsam usqe, eamqe crucis, mortem.* Hinc Lombardus, qem confertim seqitur scholasticorum, qi dicuntur, turba, Sent. *l.* 3. *dist.* 18. *Concludit passione suâ meruisse Christum animæ impassibilitatem, carnis immortalitatem, nominis exaltationem: & aptè, inqit, dicit Apostolus, Christum exaltatum per impassibilitatis glariam, qia est humiliatus per mortis obedientiam. Humilitas ergo passionis, meritum fuit exaltationis.* Et Cajetanus, *Hæc meruit Christus homo, propter ejusdem obedientiam. Sed & è nostris* Zanchius. *Hæc particula, διὸ, sive* propter qod, *merita Christi denotat; qibus & sibi suam exaltationem, & nobis totam salutem promeruit.* Accersit Avgustinum, qem & Beda transcripsit in Joan. tract. 104. *Ut Christus resurrectione clarificaretur, priùs humiliatus est passione; humilitas claritatis est meritum: claritas humilitatis est præmium.* Et adv. Maximin. l. 2. c. 6. *Cum dicitur, propter qod eum exaltavit; satis apparet, propter qid exaltaverit.* i. e. *propter obedientiam usqe ad mortem crucis.* qibus gemina habet ibidem *l.* 3. *c.* 2. Nec secus Basilius *adv. Eunom. l.* 4. *c.* 5. & ex Basilio Oecumenius; διὰ τὴν ὑπακοήν, *propter obedientiam.* Accersunt & Ambrosium, sed supposititium; *qid & qantum humilitas mereatur, hic ostenditur, ut magis hanc appeteremus, calcatâ jactantiâ.* Accersunt &, sed frustra (nihil qicqam enim proloquntur accersiti) Cyrillum, *thesavr. l.* 3. *c.* 2. *Chrysostomum, Theophylactum, Primasium.* Accersit deniqe Bellarminus, post hos omnes, *de Christo l.* 5. *c.* 9. qem subticuisse satius fuerat, Anselmum. Anselmus enim hic, qem advocat, spurius est plane; nec Anselmus, sed Hervæus, si Fontano Minoritæ credimus; cujus etiam rei cum fidem qæ faciant, argumenta suppetunt idonea, tum & Bellarminus ipse in *scriptorib. Ecclesiast.* hujus non avtem illius esse agnoscit. Verùm nec Anselmus ὑποβολιμαῖος iste, testimonium satis clarum exhibet. *Ipse*, inqit, *se tantùm humiliavit, ut ultra non posset: propter qod & Deus tantùm exaltavit illum, ut ultra non posset.* Et Anselmus ipse verus & indubitatus in adversum plane contendit; *Cur Deus homo*, l. 1. c. 9. *Qod avtem Apostolus cum dixisset, Humiliavit semetipsum factus obediens usqe ad mortem, mortem avtem crucis; subdidit. propter qod & Deus illum exaltavit: non ita dictum est, qasi nullatenus potuisset pervenire ad hanc exaltationem, nisi per hanc mortis obedientiam, & hæc exaltatio non nisi in retributionem hujus obedientiæ collata sit. Priùs qàm pateretur dixit, Matth. c.* 11. *v.* 27. *Omnia sibi esse tradita à Patre; & iterum, Joan. c.* 16. *v.* 15. *Omnia Patris esse sua. Sed qomodo ipse cum Patre Sanctoqe Spiritu disposuerat se non aliter qàm per mortem celsitudinem omnipotentiæ suæ ostensurum mundo: qippe qod nisi per illam mortem fieri dispositum est; cum per illam fit, non incongruè dicitur propter illam fieri. Si enim intendimus aliqid facere: sed proponimus nos priùs aliud facturos, per qod illud fiat; cum jam factum est qod volumus præcedere, si fit qod intendimus: rectè dicitur, propterea fieri, qoniam factum est propter qod differebatur; qia non nisi per illud fieri dispositum erat. Nam si fluvium* [*accedo*] *qem ego vel navi transire possum, & propono me non nisi navi transiturum, & ideò differo me transmeare, qia navis abest: cum jam præsto est navis, si transeo; rectè de me dicitur, navis parata fuit, ideò transivit: Et non solum ita loqimur, qando per illud qod præcedere volumus; sed etiam qando non per illud, sed tantummodò post illud facere aliud aliqid statuimus. Si qis enim differt cibum sumere, propterea, qia nondum eâ die missæ celebrationi affuit: peracto qod priùs facere volebat, non incongruè dicitur illi: jam sume cibum, propterea qia jam fecisti propter qod sumere differebas.* Idem planè vult esse cum illo Lucæ. c. 24. v. 26. *Oportebat Christum ista pati, & in gloriam suam intrare.* Accedit qod Ribera ad illud Hebr. c. 1. v. 9. *Ideo unxit te Deus*, &c. *Thomas ait, Non meritum designari, sed finem; ut haberes hæc qæ dicta sunt, thronum æternitatis, sceptrum æqitatis, dilectionem justitiæ, odium iniqitatis. Et sæpe certe cavssa qæ redditur, non ad seqentia, sed ad præcedentia referenda est*, ut *Luc. c.* 4. *v.* 43. *Verum hoc etiam dicendum est, propterea sæpe poni Hebræorum more, ita ut cavssa nulla reddatur; sed ita ut redundet, & tantum præcedentia continuet cum seqentibus; sicut & qia & qoniam.* Luc. 1. 61. Jerem. 30. 16. Hosh. 2. 14. Joan. 7. 22. Hoc ergo sensu, tantum ratione *conseqentiæ* diceretur; cum dictionis Apostolicæ series scopusqe ampliùs aliqid exigere videatur. Itaqe Calvinus suspenso qasi pede hic incederet, *Dictio illativa conseqentiam hic magis sonat, qam cavssam.* Ego nevtri prorsus accedo: Nec *meritum*, nec meram conseqentiam agnosco. Meruit nobis morte suâ, ac perpessionibus suis, sive obedientiâ ad mortem usqe præstita, Christus, peccatorum remissionem, cum patre reconciliationem, salutem, vitam æternam: qia hac obedientiâ suâ, pro nobis debitoqe nostro, Deo patri satisfecit. Hæc avtem obedientia, qâ ista nobis promeruit, cum ex patris ipsius voluntate, & suscepta, & exhibita fuerit, adeo eidem grata acceptaqe fuit,

ut

ut etiam hac de cavssâ Christum hominem tantoperè evexerit, qâ qam gratam acceptamqe haberet eam, hac ratione ostenderet. Faciunt huc illa Christi ipsius verba, Joan. 10. 17. *Ideo diligit me pater, qia animam meam pono pro ovibus meis.* *Præmium* itaqe agnosco: atqe ita Piscator; *Humiliationi Christi opponit ejusdem exaltationem, tanqam modestiæ præmium.* Nec aliud qicqam Basilius, avt Anselmus ille putatitius: imò nihil aliud avt Avgustinus, avt Psevdo-Ambrosius ille: nam *merendi* verbum, *meriti* nomen, qo sensu usurpent passim illi, nec est opus monitu, & ipsi agnoscunt adversarii. Bellarminus ipse de B grat. & lib. arbitr. l. 1. c. 14. *Solet Avgustinus meritum appellare, qemlibet actum bonum, ratione cujus aliqid aliud accipimus.* Ambrosius verus, non fictitius ille, cum *super Lucam. l. 10. c. 22.* dixit de aqâ ad usus sacros sepositâ; *O aqa, qa sacramentum Christi esse meruisti.* Idemqe *de fugâ seculi c. 7.* ubi de serpente antiqo illo, cujus prudentiam imitari à Christo monemur, prout ipse exponit, Matth. 10. 16. *Ut & ille*, inqit, *spolietur suo, & qi alios exuere voluit, amittat qa sunt ipsius non venena, sed merita, natura.* Non tamen *aqa elemento*, opinor, & *diabolo* C multo minus, *meritum* ullum proprie dictum tribuere in animo habebat. *Præmium* itaqe admitto; qod particulâ διὸ insinuat, *meritum* non agnosco: qod & verbum ἐχαρίσατο ab Apostolo usurpatum excludit planè. Si qis, e. g. qo ære alieno obstrictum, vel carceris periculo subtrahat, vel etiam vinculis eximat, de suo, sponte suâ creditori satisfecerit, is hoc facto à debitore gratiam, debitori liberationem & exsolutionem, at à creditore sibi nihil qicqam promeruerit: potest tamen ex facto istoc perspecta D mens hominis liberalis & benefica, creditorem ita afficere, ut hac ratione hominem in amicorum numerum cooptet, & amplius illi aliqid gratificetur. Debuit multum Tyndaro, Philocrates Plavtinus, qod istius suscepto nomine in vinculis detinendum, & graviori etiam periculo exponendum se præbuit, qo libertate ille potiretur, nec tamen ab Hegione, cui hac ratione imposuit, commeruit qicqam. Atqi qæ nostri cavssâ sunt à Christo præstita, eo insuper magis Deo grata fuisse necesse est; qia ad ipsius præstitutum suscepta, ad ipsius voluntatem implendam præstita, ad ipsius gloriam dilatandam destinata sunt. In hoc E ergo munere exeqendo, qo majores progressus fecerat Christus, eò patri acceptiorem factum, cum ipsum, tum ea qæ ageret, testari Spiritum Sanctum, nihil habet ἀσύμφωνον, avt de qo multum ambigi possit.

CAPUT XXXVIII.

Verba Legis Mosaicæ, Devt. 23. 18. discussa. Canis *&* pre- F tium, *&* permutationem *prohibitam.* Canis decollatio *&* suillæ carnis oblatio, *pari loco habita.* *In asino licuisse, qod in cane non licebat.* Canis, *animal immundum, & vilissimum.* Canis *nomen per contemptum.* Canis mortuus, *Proverbiale.* Canis caput, *itidem.* *Id 2 Reg. 3. 8. variè à variis expositum.* Caput, *pro* persona, *pro præfecto.* ל *pro* על, adversus, contra. Canis, *catamitus, scortum masculum.* κύνες *qi, Apoc. 22. 15.* *De talibus Chrysostomi censura.* Canis *&* porcus, *in impuritatis notione.* Canis *in sævitia etiam ac immanitatis.* G *Verba Pavli Philip. 3. 1. perpensa.* κατατομὴ *eo loci qid sit, qidqe respiciat.* Canes *qâ ratione seductores illos appellet.* Canina facundia. Cave canem, *Proverbium unde tractum, à canibus aedium custodibus, an à rabidis.* Canis *ad fores in vinculis; etiam in pariete depictus.* Ostiarii *&* Janitores *qandoqe etiam vincti.* θύρας *&* πύλας *qid interfit.* *Gavlmini in Artemidoro lapsus, unde enatus.* *Dona ferentibus canis etiam blandus, mel ferenti Cerberus.* *Talmudistarum figmentum de leonibus ad Pharaonis avlam, canum vice custodibus, qi Mosi & Aaroni adblanditi sint.* *Par fabula Homerica de canibus avreis ad Alcinoi ædes.* Canis ὁ λαθροδήκτης. A cane muto, aqâ silente cavendum, *Proverbium Gallicum.* Canem timidum latrare A magis qam mordere. *Bactrianorum.* *Odia qo tectiora, magis periculosa: Præsertim sub officiorum specie delitescentia.*

CAnis nomen in literis sacris, nunc *immunditia*, nunc *sævitia* notam & notionem habet. Priore sensu usurpatur Devter. 23. 18. ubi *scorti merces, & canis pretium, ne in Dei sacrarium inferantur*, lege latâ cavetur. Qod Doctores Hebræi, non de *pretio* tantùm, qod *pro cane venali datum* est, sed de *permutatione* qoqe (sic enim Chaldæus) puta, *ubi canis ove permutatur*, inqit Jairus, in- B telligunt; qia *canis* nimirum, lege Mosaicâ *immundus* habebatur. Unde Esajæ c. 66. v. 3. *canis decollatio*, & *carnis suillæ immolatio* pari loco habentur: & utriqe confertur *ab impuris* profecta *oblatio*. Verum *porcus* & *asinus*, & alia havd pavca sunt animalia pro *immundis* habita, de qibus tamen nihil ejusmodi sancitur. Aliam itaqe rationem adjecit Abraham Esdræ: qia *canis* nomen *per contemptum* soleat adhiberi. Qod & Avgustinus monet *in Qæst. 37.* *Canis* certè pro *vilissimo* animali habetur: unde παροιμιῶδες illud Eccles. 9. 4. *Melius est cani* (h. e. abjectissimo animan- C ti) *vivo, qam leoni* (animalium generosissimo) *mortuo: canisqe* nomen non nisi de *homine contemptissimo atqe abjectissimo* usurpatur. Hebræi verò, qo rei alioqi per se vilis satis, vilitatem vehementius exprimant, *mortuum* etiam adjiciunt: de se David Savli Regi, 1 Reg. 24. 15. *Canem mortuum insectatur Rex Israel?* Ubi *canis* etiam & *pulex* ἐν παραλλήλῳ ponuntur. Et Davidi Mephibosheth. l. 2. c. 9. vers. 8. *Respicis ad canem mortuum, qalis sum ego.* Et de Shimæo Abishæus, c. 16. v. 9. *Cur maledicit Domino Regi canis mortuus iste?* Sed & ibid. l. 2. c. 3. v. 8. Abner Ishbosheto; D הראש כלב אנכי κεφαλὴ κυνὸς ἐγώ εἰμι; Græcus. *Num caput canis ego sum?* Vulgatus Interpres, *caput caninum, i. e. persona canina.* Junius, *caput* pro *homine* toto; sive *personâ* ipsa. Terentius *Evnucho.*

O lepidum caput.

Hieronymus *ad Theodosium*, *Obsessum omne crimine caput.* Neqe aliter Græci. Sophocles *Antigone*,

Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα.

Sororis ô mi Ismenes germanum caput.

i. e. ὦ ἀδελφὴ Ἰσμήνη. Scholia. *ô soror Ismene!* Demosthe- E nes *adversus Midiam.* Τί λέγεις, ὦ μιαρὰ κεφαλή; *qid ais, ô caput impurum!* i. homo impurissime. Xenænetus Laco, referente Plutarcho in *monit. Polit.* objicientibus qod è prælio fugisset; Μεθ' ὑμῶν γε, ὦ φίλαι κεφαλαί. *at vobiscum factum est, ô chara capita!*

Accedit eodem & Jairi expositio, qi aliter tamen explicandum censet, Chaldæo etiam in partes advocato, qi גבר הדיוט *virum vilem, abjectum, idiotam* interpretatur, vocabulo à Græcorum ἰδιώτης depravato. *Potius est mihi ut sim canis, h. e. abjectissimum mancipium in domo Davidis, qam ca-* F *put, i. e. præfectus principalis in domo tuâ.* Verum verba qî hæc admittant, ipse non video.

Probabilior hac interpretatio, qam Jairus idem proponit, & post Camium & Esajam probat Vatablus, Drusius etiam tuetur, *Proverb. clas. 2. lib. 3. Prov. 88.* ראש כלב i. e. שומר כלבים *caput canis, i. e. custos canum*, sive ממנה על הכלבים *canibus præfectus.* Qo modo Job. 30. 1. *Qorum patres sprevissem apponere canibus gregis mei: i. e. inter opiliones abjectissimos & custodes gregis mei habere.* Junius. *Custodiendis gregum meorum canibus præponere.* Mer- G cerus. Ut *caput* pro *præfecto, præposito, Principe* ponatur. Sicut Esajæ 7. 8. & Num. 7. 2. *præfectus canis*, pro *præfectus canibus.* Ut רב החבל *magister navta*, pro *navtarum.* Jonæ 1. 6. Adjiciunt isti, subjici etiam אשר ליהודה qo contemptus abjectioqe vehementiùs exprimatur, q. d. *num ego sum custos sive præfectus canibus tribus Juda, sive Davidis, qi è tribu eâ extitit;* h. e. inimici tui sive eorum qos tu odisti. Verum ego non satis asseqor, qare apud istos potiùs qam apud alios qosvis munus ejusmodi obire, ignominiosum habeatur.

Torsit interim Syntaxis hic magnos viros. Græci dissimularunt prorsus. Junius, *Qi fuerim Jehuda? i. e. qi defecerim à te cum tribu Juda?* Piscator: Ut interrogando neget. At vetus interpres, *adversum Judam*; sed ut ad

priora referat; Tigurinus. *qi contra Judam hodie beneficiis prosequor domum Savlis*, &c. Eodemqe Pagninus, Castellio, Genevenses, nostri concedunt. Ut ad seqentia pertineat; & hoc modo aptiùs procedit dictionis series: ל pro על *adversus, contra*; ut Hymn. 51.6. לך חטאתי *adversus te peccavi.* Et Hymn. 56.3. לחמים לי *pugnantes adversus me.* Et Hymn. 79.8. אל תזכר לנו *ne recordaris adversus nos.* Job. 8.4. *si filii tui* חטאו לו *peccaverint adversus illum.* Et cap. 20. v. 27. *terra insurget* לו *adversus ipsum.*

De *canis capite* sensus prior simplicior videtur, ut *caput caninum* pro *homuncione* sive *mancipio vilissimo* habeatur. *Canis* itaqe *pretium*, sive *permutationem* etiam, in Dei sacrarium inferri, vetitum putant, partim *immunditia*, partim *vilitatis* nomine, qæ utraqe nota *canis* appellatione designatur: atqe ita etiam Calvinus.

At Vatablus *canis* nomine *scortum masculum*, sive *puerum meritorium* designari censet: qem seqvntur Junius, Piscator, & Danæus noster: ut sicut *meretricis*, sic & *catamiti merces*, pro sacro allata interdicatur. Confirmant partim ex commatio prægresso, qo sancitur, *ne qa* C *meretrix, ne qis cinædus, in Dei populo habeatur.* Partim ex Apocalypseos c. 22. v. 15. ubi a civitate sanctâ, Hierosolymis cœlestibus, excludendi perhibentur οἱ κύνες καὶ οἱ πόρνοι, *canes & scortatores*; uti constanter vertunt. Cum tamen πόρνοι sint potiùs *cinædi*, *pueri meritorii*. Xenophon, *Memoral. l.* 1. Τὴν ὥραν ἐάν τις ἀργυρίου πωλῇ τῷ βουλομένῳ, πόρνον αὐτὸν ἀποκαλοῦσι. *Qi ætatis florem mercede prostituerit, hunc πόρνον appellamus.* Qo pertinet qod Joannes Chrysostomus *in Rom.* 1.27. *Orat.* 4. Ἵνα μάθῃς, ἡλίκον τοῦτό ἐστιν. εἴ τις ἐλθὼν ἐπηγγείλατο ἐξ ἀνθρώπου D κύνα ποιῆσαι, ἆρα οὐκ ἂν ὡς λυμεῶνα ἔφυγες; ἀλλ' ἰδοὺ, οὐ κύνα ἐξ ἀνθρώπου σεαυτὸν ἐποίησας, ἀλλὰ τὸ ζῶον τοῦτο ἀτιμότερον. ἐκεῖνο μὲν γὰρ χρήσιμον ἐπιτήδειον. ὁ δὲ ἐκπεπορνευμένος οὐδαμοῦ χρήσιμος. Τί δὲ, εἰπέ μοι, εἴ τις ἠπείλησε ποιεῖν τίκτειν ἄνδρας καὶ λοχεύεσθαι, οὐκ ἂν ἐπλήσθημεν θυμοῦ; ἀλλ' ἰδοὺ νῦν χαλεπώτερα ἐκείνου κατεσχημάτισαν οἱ τῇ μανίᾳ κατεχόμενοι. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον εἰς γυναικείαν μεταβαλεῖν φύσιν, καὶ μένοντα ἄνδρα γενέσθαι γυναῖκα. μᾶλλον δὲ μήτε τοῦτο, μήτε ἐκεῖνο. *Ut discas qam grande flagitium hoc sit: si qis ex homine canem facere te profiteatur, an non ut pestiferum averseris & fugias?* E *ecce avtem, non canem temet ipse fecisti, sed qiddam cane etiam vilius animal. canis enim ad usum aliqem utilem idoneus est: scortum avtem hujusmodi nullius est usus: qin & si qis minitet facturum se, ut viri parturirent ac parerent, an non animi nobis adversus hunc bile turgerent? at graviora sibi infligunt ipsi, rabie istiusmodi perciti. Neqe est enim par scelus, in naturam muliebrem virum transire, ac virum manentem mulierem fieri, vel potius nec istud, nec illud etiam.* Canibus scilicet propudia hujusmodi confert & canibus etiam cabiosis. In hac avtem *immunditia* & *impuritatis* notione, F *canem* & *porcum* sæpiusculè conjungi deprehendas. Sic Christus Matth. 7.6. *Ne detis qod sanctum est canibus; nec porcis margaritas projiciatis.* Et 2 Petr. 2. 22. *Canis ad vomitum reversus, & sus ad luti volutabrum.* De qo loco alibi diximus. Et Flaccus, *Ep.* 2. *l.* 1. de Ulysse, qi Circes pocula respuerat,

Qa si cum sociis stultus cupidusqe bibisset,
Sub Dominâ meretrice fuisset turpis, & excors,
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

Qemadmodum avtem *immunditiæ* & *impuritatis*; ita *sævitiæ* & *immanitatis* notione vocabulum *canis* adhibetur. G Elisæo Hazael, qam atrocia Rex factus designaturus esset, prædicenô, 4 Reg. 8. 13. *Numqid canis est servus tuus, ut facinora ejusmodi perpetret?* Inde Hymno 22. David hostes suos, *roboris* & *ferocitatis* nomine, *tavris* confert, vers. 12. *immanitatis* & *sævitiæ*, *canibus*, vers. 16. *Canes circumdederunt me; perfoderunt manus pedesqe meos.* Et vers. 20. *Eripe unicam, sive dilectam meam*, animam nempe, *à manu*, sive potestate, *canis*: De qo & alibi dictum aliqid. Sic Lucilius apud Varronem *de Lingv. Lat. l.* 6.

Neqam magnus homo, laniorum immani' canes ut.

Ita videtur usurpasse Apostolus, ad Philip. 3. 2. cum A dixit, βλέπετε τοὺς κύνας, *cavete canes.* Malè enim vetus interpres, *videte canes*: facit huc qod seqitur, βλέπετε τὴν κατατομήν, *cavete concisionem*: περιτομὴν allusisse liqet ex proximè adjectis: ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή, *nos enim circumcisio*, vera scilicet *sumus.* Περιτομὴ *circumcisio*, ut alibi sæpè, pro circumcisis. Rom. 15. 8. Galat. 2. 7, 8, 9. Ephes. 2. 11. qos avtem hic notat Apostolus, cum ipsi circumcisione suâ plurimum gloriabantur, tum & sub salutis necessitate, ritus id urgebant, & ab aliis exigebant. At verò Apostolus κατατομῆς potius qam περιτομῆς nomine B istos voluit insignitos. Appellationis rationem non omnes unam reddunt. Camerarius, κατατομὴν, inqit, καθ' ὑποκοριςμὸν vocari, i. e. *recisos* sive *concisos*, *qia jam tantùm lacerarent, secando corpora sua, sublatâ, post Christi adventum, circumcisione legitimâ.* In qo præeuntem habet Joannem Chrysostomum; Οὐδὲ τοῦ ὀνόματος αὐτῇ μεταδίδωσι. τί φησιν; ἡ περιτομὴ αὕτη κατατομή ἐστι. διὰ τί; οὐδὲν γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν, ἢ τὴν σάρκα κατατέμνουσιν. ὅταν γὰρ μὴ ᾖ νόμιμον τὸ γινόμενον, οὐδὲν ἄλλο, ἢ σαρκὸς τομή ἐστι καὶ κατατομή. *Ne nomine qidem ipsam impartit: & qid inqit? circumcisio illa* C *concisio est: qapropter? nihil enim aliud faciunt, qam qod carnem concidunt. Qando enim qod fit, legitimum non est; nihil aliud qam carnis sectio est & concisio.* Eodemqe refert idem, qod dixit, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, *cavete malos operarios*: Καὶ ἡμεῖς δὲ κατατομὴν λέγομεν, ὅταν τις εἰκῇ καὶ ἁπλῶς καὶ ἄνευ τέχνης τοῦτο ποιῇ. *Et nos vocabulum hoc de eis usurpamus, qi temerè, simpliciter, citra artem aliqid concidunt.* Explicatiùs ad Camerarii mentem Theophylactus; Μέγα καὶ τίμιον ἦν ποτε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἡ περιτομή, ὅπου γε καὶ τὸ σάββατον διὰ ταύτην ἔλυετο. ἐπεὶ δὲ νῦν ἤργηται, οὐδὲν ἄλλο D ἢ κατατομή ἐστιν. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι νόμιμον τὸ γινόμενον, τὴν σάρκα μόνον κατατέμνουσι. *Circumcisio apud Judaos olim magnum qid erat, & in pretio habebatur, quum propter illam sabbatum dissolveretur: postqam vero nunc cessavit, nihil aliud est qam concisio; qoniam qod fit, legitimum non est, solam carnem concidunt.* Et in eandem planè sententiam Oecumenius; Τὴν κατατομὴν τοὺς περιτετμημένους φησίν. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔτι νομίμως ἐγένετο παρὰ Ἰουδαίοις ἡ περιτομή (ἡ γὰρ νομίμη νῦν ἐστι τῷ πνεύματι περιτέμνεσθαι τὴν ψυχὴν) κατατομὴν αὐτὴν ἐκάλεσε, δηλῶν, ὅτι οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἡ περιτομή, ἢ σώματος E κατατομή. τῆς γὰρ ἀληθείας ἐλθούσης, ἀνάγκη τοὺς τύπους ἀργεῖν. *Concisionem circumcisos dicit, qia nondum facta erat apud Judaos vera & legitima circumcisio (legitima enim nunc est animam spiritualiter circumcidi) concisionem illam vocavit, declarans: circumcisionem nihil aliud esse qam carnis concisionem. Veritate enim veniente necesse est typos cessare.* Ubi perperam interpres, *qia nondum facta erat apud Judaos vera & legitima circumcisio*; pro eo qod esset, *quum jam non ampliùs apud Judaos legitima administraretur circumcisio.* Facit eodem qod Beza suspicatur, allusum ad *prophanas* illas *incisiones* F prohibitas Levit. 19. 18. & 21. 6. ut non alio loco haberi velit horum *circumcisionem*, qam qo *prophanam incisionem* illam. Verum aliam appellationis hujus rationem subjungunt iidem avtores; ὅτι τὴν ἐκκλησίαν ἐσπαράττον καὶ κατέτεμνον. *qia nimirum lacerabant & conscindebant Ecclesiam.* Atqe hunc sensum Beza repræsentavit. Notum avtem satis est canibus insitum ingenium, obvium qidvis discerpendi & dilacerandi. Qin & Evripidem, & Lucianum, ut de Jezabele defunctâ dicam nihil, vivos à canibus discerptos tradunt. Cæterum cur Apostolus *canes* illos dixerit, alias insuper G rationes afferunt interpretes, vel *impietatis* nomine, qod à Christo alieni, qo modo exteri *canes* dicti Matth. 15. 16. qod a Deo vero alieni: vel *ingratitudinis*, qod largientem etiam allatrarent; vel *maledicentia*, qod in Apostolum inveherentur, unde *canina facundia* in diverbium abierit. Et *Caninum studium præstantissimum qemqe allatrandi.* Columella *de re rustic, l.* 1. vel *impudentia*; Ὁ γὰρ ἀναιδὴς κύων προσαγορεύεται, Basilius *in Psalm.* 44. vel *impuritatis*, qia canis instar ad vomitum reverterentur; vel denique διὰ τὸ λαθροδήκτας qod *clanculum admorderent*: unde nisi sedulò observarentur, incavtioribus nocumentum havd contemnendum accresceret. Ita Ignatii nomen qi præfert, Epist. ad Ephes. Οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. εἰσὶ γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδῆκται. *Qui vestrum est, tanqam feras*

ras declinare: sunt enim canes rabidi, qi clanculum mordent. Atqe hoc novissimum cumprimis arridet: videtur enim παροιμιῶδες fuisse, qod Varro Satyræ cuidam titulum dedit, *βλέπε κύνα, cave canem.* Tractum à canibus ædium custodibus, qibus catenâ revinctis propè januam locus assignabatur, programmate prope posito, neqis temerè accedens noxam in se attraheret, *Cave canem.* Varro idem *Evmenidibus; Qod eâ die mea erat prabitio, in januam, cave canem, inscribi jubeo.* Hoc vult, qo convivas, qos ex condicto excepturus erat, arceret, caverent canem, januæ inscribendum curavit. Ita Aristophanea Lysistrata;

Πρός γε μέντοι τὴν θύραν
Προηγορεῦω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμὴν,
Ἀλλ᾽ εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα.
Hoc tamen denuncio,
Patere ut nemo postulet portam meam.
Sed si sapit, caveat canem.

Et de Vitellio Svetonius, *c.* 16. *Confugit in cellulam janitoris, religato pro foribus cane.* Programmati adjecta qandoqe canis effigies, picta sculptave, qo cavtio uberior daretur. Petronius de Trimalcionis ædibus; *Ad sinistram intrantibus non longe ab ostiarii cellâ, canis ingens catenâ vinctus, in pariete erat pictus, superqe qadratâ literâ scriptum, Cave, cave canem.* De canibus istiusmodi citat Gavlminus *ad libr. de vitâ Mosis, c.* 8. ex Artemidori *l.* 3. *Τῶν κυνῶν οἱ μὲν ἐπὶ θύραν τρέφονται.* qasi *ad fores,* sive *ad limina custodes,* ut Maro loqitur, Artemidoro dicantur. Verum imposuit illi anonymus qidam *ad Petronium animadversionum* avtor, apud qem sic legerat Artemidorus *l.* 3. *Τῶν κυνῶν οἱ μὲν ἐπὶ θύραν τρέφονται, οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων, οὓς οἰκίους καὶ δεσμίους λέγομεν.* Verum Artemidori *ὀνειροκριτικῶν* non *l.* 3. sed, *l.* 2. *c.* 11. ista habentur, neqe *ἐπὶ θύραν,* sed *ἐπὶ θήραν* ibi legitur, & omninò legendum est. Nec animadversoris, sed impressoris vitium fuisse videtur, qod secùs exhibetur: alioqi unum idemqe bis poneretur. *Canes alii ad venatum aluntur, alii ad rei familiaris custodiam: qos domus custodes & catenarios dicimus.* Geminam plane *canum* distributionem habemus in *venaticos* & *custodes,* apud Columellam, *l.* 7. *c.* 12. sed de *rusticis* ille, nos de *urbanis* agimus. Hinc qod Naso *artis l.* 2.

Avrea sunt verè nunc secula, plurimus avro
Venit honos: avro conciliatur amor.
Ipse licet venias Musis comitatus, Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Id Antipater Thessalonicensis sic extulit, *Anthologi. l.* 7.

Πάντα καλὰ, τὰ περισσὰ χρυσὸν ὅτι τὴν Ἀφροδίτην
Ἔξοχα καὶ πάντων εἶπεν ὁ Μαιονίδης.
Ἢν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς, φίλος, οὔτε θυρωρὸς
Ἐν ποσὶν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται.
Ἢν δ᾽ ἑτέρως ἔλθῃς, καὶ ὁ Κέρβερος —
Omnia Maonida (qi non?) praclara; sed illud
Summè pra reliqis, avrea dicta Venus.
Hoc qi gestat, amicus adest; non janitor illum,
Avt canis in foribus, qi arceat, ullus adest.
Nil tulerit; prasto qoqe Cerberus. —

Apud Homerum pariter. *Iliad.* χ. Priamus ait aluisse se,

Κύνας πυλαωροὺς ἐν προθύροισιν κρατῆρας.
Canes porta custodes, qi pro foribus excubabant.

Ubi Evstathius, *Ἔθος ἦν τοῖς αὐλαῖς θύρας τηρεῖσθαι ὑπὸ κυνῶν. Moris fuisse, ut fores atrienses à canibus custodirentur.* Qin & criticos qosdam apud Poetas *θυρωροὺς* malle; *θύρας γὰρ ἐπὶ οἴκων, πύλας ἐπὶ πόλεως λέγεσθαι.* Qia *θύραι* sive *fores, domus* dicuntur; *πύλαι* sive *porta, urbis.* Canes hujusmodi respexit Æschylus *Agamemnone,* ubi speculatorem inducit conqerentem, *κυνὸς δίκην κοιμώμενος, canis in morem perpetim excubare se.* Sicut avtem *canes,* sic & *ostiarii* sive *janitores* in vinculis ac catenis habebantur. Naso, *Amor. l.* 1. *Eleg.* 6.

Janitor, indignè dura religate catenâ.

Et, *à catenato repulsum janitore;* Columellæ, *lib.* 1. Et Svetonius, an qis alius, *de claris Rhetor. c.* 3. *L. Otacilius servisse dicitur, atqe etiam ostiarius veteri more, in catenâ fuisse.* Inde Afranius *Vopisco,*

A *Tintinnire janitoris impedimenta avdio.*

Itaqe utrumqe conjunxit Seneca, de Irâ, lib. 3. cap. 37. *Iratum vidisti amicum tuum ostiario cavssidici alicujus, avt divitis, qod intrantem submoverat; & ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti: irasceris ergò catenario cani? & hic, cum multum latravit, objecto cibo mansvescit.* Unum forsan eundemqe dicit: eodem saltem loco utrumqe habet. At verò avtor fabulosus *vita Mosis,* ad Pharaonis Ægyptii fores, non *canes,* sed *leones* duos statuit custodes, qi cum, custodibus ipsorum ministris absentibus, in adeuntes desævire

B consvevissent, in Mosen tamen & Aaronem ex Balaami consilio vinculis exolutis immissi, Mosis virgâ utiqe sapphirinâ deliniti, obvios summisse exceperint, catulorum instar, qi hero suo ex agro redeunti adblandiuntur: qo modo de leonibus Circæis fabulatur Poeta, *Odyss.* κ. *v.* 214.

Οὐδ᾽ οἵγ᾽ ὡρμήθησαν ἐπ᾽ ἀνδράσιν, ἀλλ᾽ ἄρα τοίγε
Οὐρῇσιν μακρῇσι περισσαίνοντες ἀνέσταν.
Ὡς δ᾽ ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαιτηθεν ἰόντα
Σαίνωσι. ——

C *Neqe illi irruerunt in viros, sed certe ipsi*
Caudis longis adblandientes assurgebant:
Qemadmodum qotìes dominum canes è convivio proficiscentem,
Circumblandiuntur. ——

Nec dispar fabula, qâ *Odyss.* η. Alcinoi ædibus tutandis pro foribus statuuntur utrinqe *canes* qidem, sed ex avro argentoqe Vulcani arte confecti, spirantes nihilominus, & immortales etiam. Ut cum Pharaonis *leonibus,* Alcinoi *canes* custodes meritò possint componi, nec minori hi qam

D illi miraculo deputari.

Cæterum Turnebus *Adversar. lib.* 15. *cap.* 4. *canes,* non *custodes* hos, sed *rabiosos* adagio illo, respici avtumat; & ex horum metu, aliosqe monentium vocibus, periculum vitarent, enatum proverbium, *Cave canem.*

Urbis incommoda recensens Flaccus, *l.* 2. *Epist.* 2.

Hac rabiosa canis fugit; hac lutulenta ruit sus.

Canis igitur cum sic affectus occurreret, *Cave canem,* sibi invicem occlamare consveverant. Nec in illos minus hoc convenit, qos *canum* nomine insignivit Apostolus; qum

E tanqam rabie qadam acti, Christi, & Apostolos impeterent, & corpus etiam convellerent.

Meminit & alterius adagii apud Gallos usitati Petrus Godofredus in *Proverbiis num.* 29. *Cave tibi à cane muto, & ab aqâ silente.* Qo monemur cavendos hostes taciturnos magis qam loqaces & jactabundos: periculosissima enim esse qæ latent. Hoc est qod Oecumenius *τὸ λαθροδήκτην, latenter mordentem,* dixit. Gobares *apud Curtium, lib.* 7. *sect.* 4. à Bactrianis vulgò dici, *Canem timidum vehementiùs latrare qam mordere. Altissima qaqe flumina minimo sono labi.* Certe latratu qi produnt, qid moliantur,

F qod intentatus cavere, ac cavendo vitare, monent ipsi. Qo modo ad Commodum ingressus, qem trucidandum susceperat, Cl. Pompejanus, *cum ferire potuisset, in hac verba prorumpendo, Hunc tibi pugionem Senatus mittit, detexit facinus fatuus, nec implevit.* narrant Herodianus. *l.* 1. & Lampridius in *Commodo.* Certiùs ab eis periculum, qi qæ intra se coqunt consilia, silentio tegunt. Qomodo Absalom cum Ammonis fratris vitæ strueret insidias. Reg. l. 2. c. 13. v. 22. siqidem ut Seneca in *Med.* 2.

G *Professa perdunt odia vindicta locum.*

Proinde hoc ipso argumento, sicut discipulos suos Christus Matth. cap. 10. vers. 17. *προσέχετε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, cavere ab hominibus.* Idem Lucilium suum monet. *Epist.* 103. ab hominibus maximè cavendum. *Ab homine,* inqit, *homini qotidianum periculum: adversus hoc te expedi, hoc intentis oculis intuere. nullum enim malum freqentius, nullum blandius: tempestas minatur, antequam surgat; crepant ædificia, antequam corruant: pranunciat fumus incendium: subita est ex homine pernicies, & eo diligentiùs tegitur, qo propiùs accedit.* Et hac ratione cavendi fuerant, qos *canum* nomine designavit Apostolus, siqidem nihil illi minus profitebantur & præ se ferebant, qam qod clanculum agebant: qippe cum sub Christi prædicandi prætextu, Christi & cru-

ci adversabantur, & Apostolis derogabant, & ovile diripiebant. Phil. cap. 1. v. 15, 16. & c. 3. v. 18. *Nemo avtem cavtius malus est, qam qi absconditur sub appellatione pietatis. tutum est iniqitatu exercitium, qod honestatis tegitur rudumento.* Ennodius *declam.* & Cicero *Verrin.* 3. *Nulla sunt occultiores insidiæ, qam hæ qæ latent in simulatione officii, avt in aliqo necessitudinis nomine. Nam eum qi palam est adversarius, facile cavendo vitare possis; hoc verò occultum, intestinum, ac domesticum malum, non modo existit, verum etiam opprimit, antequam perspicere atqe explorare possis.* Vide sis Davidis qerimoniam Hymno 55. vers. 14, 15, 16.

CAPUT XXXIX.

De verbis Christi, Joan. 8. 25. cum Pentecontarcho Pradensi congressus. De versione vulgatâ cum eodem velitatio. Ea Pradensi commendata & collavdata à perfectione, à fide, à dictione Grammatica consonâ, pure Latinâ. Versionis istius elegantia è multis pavcula. Omissiones havd contemnendæ. à contextu Græco aberrationes fœdæ. Versionem patrum fidam esse sæpenumerò, ubi verbum verbo redditur. Extare talia in versione vulgatâ, qibus sensus vel corrumpatur, vel non compareat. Exempla hujusce rei ex Bonfinii Philostrato complura. Non esse continuo Latinum, qicqid Græcæ dictioni ἀναλογεῖ *respondet. Formulas esse lingvæ cujusqe suas. In versione vulgatâ plurima non Latina, cum vocabula, tum & syntaxes deprehendi. Aliud Grammaticè, aliud Latinè loqi. Merlini Coccaji poemata qalia. Ejusdem esse, nihil barbarum in versione vulgata. Et obscœnum in Martiale nihil dejerare. Versionis vulgatæ censura, à viris doctis, etiam Pontificiis profecta. In Joan. 8. 25. vertendo, nec Latinam esse, Græcis ad amussim respondere. Qid ex Pradensis mente Latinum esse cupierit vulgata avtor. An qod esse cupierit, id & fuerit.* τὴν Ἀρχὴν, primo, τέλος tandem, deniqe, *Græcis. At non itidem* principium *avt* finem, *Latinis. Voces & Syntaxes ad normam Græcam præcisè ritu Latio efformatæ, nec Latina tamen. Verba illa,* qi & loqor vobis, *an ad amussim Græcis respondeant. Qi illud unde sit, Brugensem frustra qærere.* τὸ ὅτι *istic an superfluum, qod omitti debeat. Nonnum à Pradensi contra se advocatum.* τὸ ὅτι *adverbium emphaticum; &* ὅτι *conjunctionum* ἀποφάνσεως *cavsâ adhibitum, confundere Pradensem, sicut & alibi ut similitudinis adverbium, cum ut conjunctione finis intentionisve induce. Sed &* ergò, *ab* ὀργῇ, *illatîvam, cum* ergò, *à Græco* ἔργῳ, *qod* τῷ ἕνεκα, *vel* τῷ χάριν *respondeat. Thucydidis à se adducta verba Pradensem non cepisse.* Ὅτι per qia, & qoniam, & qod, in vulgaribus translationibus imperitissimè reddi, *Pradensis censet, cum in versione vulgatâ perpetim ferè id fiat.* Ὅτι *in mimesibus* περιττὸν *sit sæpe in vulgatâ redditum; sensu etiam qandoqe corrupto.* Ὅτι *conjunctio aliqi etiam Ciceroni, aliisqe classicis Scriptoribus per* qod *redditum; nunqam non avt expressum, avt in verbo inclusum. Pradensis* παρεμπλήρωσις*. in aliis ei fatere, qæ in vulgatâ nec ferdent. Ejusdem supercilium. De loci sensu statuere, qod nec Græca ferant, nec versio Latina sonet.* Ὅτι *relativum hic esse, ex Nonno discere potuisse; sensum genuinum ex Camerario & Bezâ.*

Don *Lavrentius Ramirez de Prado* (titulis enim amplissimis, pro gentis ingenio, nomen suum lectori commendatum voluit) in *Pentecontarcho* suo (neqe enim operi etiam titulum speciosum ac splendidum deesse voluit) *cap.* 32. ad verba Domini, Joannis c. 8. v. 25. fœliciùs explicanda, post alias omnium interpretationes, novi aliqid allaturum se cùm spem havd vanam, uti ipsi videbatur, concepisset; ad explicationem suam, viam munire voluit apparatu satis magnifico; partim *versionis vulgatæ*, qum avthenticam eam fieri conciliabuli Tridentini conventis placuerit, qæ hic barbarum tinniebat, defensionem instituendo; partim interpretum præcedentium explicationes varias elevando ac suggillando.

Primò itaqe stomachatur, *nec posse non seriò indignari* profitetur, *qod in Novi-Testamenti versione vulgatâ qicqam desideretur, qodqe rationes* nescio qas, à nescio qibus, *ad scriptionis modum excusandum, redditas* videat: *sic enim ad amussim omnia esse è Græco-Latinè conversa, ut Patrono & Curione non egeam: & qamvis Gregorius indignum vehementer existimarit, ut sacrum eloqium regulis Donati subjiceretur; ita tamen Latinè transcriptum esse, ut Grammaticorum normam non defugiat, si periti & strenui viri in lingvâ Latinâ de eo judicent.*

At næ tu verò, vir splendidissime, (ut ad te dictionis seriem dirigamus) avt non ex animo ista prolocutus es, sed qod liberè & ingenuè de scripto suo qodam (Erasmus ad Ludovicum Vivem *Epist. lib.* 19. inserta) Roterodamensis ille, *aliud tibi suggerebat animus, aliud calamus exarabat*; avt si ex animi sententiâ istud protulisti, ego sanè vel fascino aliqo correptum, vel φιλαυτίᾳ saltem καὶ κενοδοξίᾳ corruptum, fidenter pronunciaverim; unde factum, ut qæ minimè pulchra & concinna, imò sordida, barbara, solœca existant, tibi tamen Helenæ hujus Pontificiæ amasio, polita satis & elegantia admodum sint visa. Qalia enim qæso sunt illa? Lucæ, c. 11. v. 40. *Nonne qi fecit qod deforis est, etiam id qod de intus est fecit?* Ibidem c. 21. v. 36. *Et omnis populus manicabat ad eum in templo, avdire eum*, Matth. c. 13. v. 15. *Incrassatum est cor populi hujus.* Gal. c. 3. v. 1. *O insensati Galatæ.* Jacob. c. 1. v. 13. *Deus intentator malorum est.* Corinth. Ep. 1. c. 11. v. 5. *Unum est acsi decalvetur.* Ibid. c. 15. v. 50. *Neqe corruptio incorruptelam possidebit.* Ad eosdem Ep. 2. c. 4. v. 8. *Aporiamur; sed non destituimur.* Joannis c. 6. v. 45. *Et erunt omnes docibiles Dei.* Act. c. 9. v. 25. *Demiserunt eum, submittentes in sportâ.* Et cap. 10. v. 11. *qatuor initiis submitti de cœlo in terram.* Et c. 20. v. 5. *sustinuerunt nos Troade.* Thessal. Ep. 2. c. 1. v. 3. *qoniam supercrescit fides vestra.* Hebr. c. 5. v. 11. *Grandis sermo & interpretabilis ad dicendum*, ibid. c. 10. v. 23. *Teneamus confessionem indeclinabilem.* ibid. c. 13. v. 13. *improperium ejus portantes*, & ver. 16. *Talibus hostiis promeretur Deus.* Jacob. c. 5. v. 16. *Et alleviabit eum Deus.* Petri Epist. 1. c. 4. v. 12. *Nolite peregrinari in fervore.* Joannis Ep. 1. cap. 1. v. 8. & 10. *Si dixerimus, qoniam peccatum non habemus; & qoniam non peccavimus.* Verùm de hâc formulâ censorem Pradensem ipsum mox habebimus. Ejusdem Epist. 2. v. 4. *Majorem horum non habeo gratiam.*

Sed *ad amussim*, inqit, *omnia sunt è Græco Latinè conversa.* Itane vero! ut de eis nihil dicam qæ omisit prorsus interpres iste, nec voculas tantum, sed sententias integras, cum in Græco haberentur: è qo genere sunt Lucæ cap. 11. vers. 2. in orationis Dominicæ exordio; ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. in ipso orationis corpore, incisum integrum, bene longum; Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. in exitu, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Et Rom. 11. 6. Εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις. ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον.

Qam *ad amussim*, qæso, *ex Græco* ista? Lucæ 2. 15. Ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. *In terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.* Rom. 11. 32. Συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν. *Conclusit enim Deus omnia in incredulitatem. Ibidem c.* 13. *v.* 5. Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. *Ideo necessitate subditi estote.* Et, *c.* 14. *v.* 5. Ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. *Unusqisqe in suo sensu abundet.* 1 Cor. 14. 38. Εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω. *Si qis avtem ignorat, ignorabitur. Ibid. c.* 15. *v.* 51. Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. *Omnes qidem resurgemus; sed non omnes immutabimur.* 2 Cor. 1. 11. Ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. *Ut ex multarum personis facierum, ejus qæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. Ibid. c.* 11. *v.* 1. Ἀνέχεσθέ μου, *supportate me.* Ephes. 5. 32. Μυστήριον τοῦτο μέγα. *Sacramentum hoc magnum est.* Philip. 1. 13. Ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, *in omni Prætorio.* Acsi de pluribus prætoriis loqeretur. 2 Tim. 2. 24. Διδακτικόν, *docibilem.* Heb. 11. 21. Προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. *Adoravit fastigium virgæ ejus.*

Tum

Tum nec si qid *ad amussim*, verba ipsa qod attinet, Græco respoodeat, avt sensum statim fideliter exprimit; avt si exprimat, continuò Latinum est, vel qod Grammaticæ Latinæ leges ferant. Non statim, inqam, sensum fideliter, vel etiam commodè satis refert, qicqid Græcæ voculæ, formulævæ *ad amussim* respondet. V. g. Lucæ 11. 17. Οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει, *domus supra domum cadit.* Verba verbis respoodent, at oon sensus sensui; ἐπὶ & *supra*, & *adversus*, significat: hoc avtem loco, *adversus*, non *supra*. Et repetendum, ἐπὶ ἑαυτὸν διαμερισθεῖσα, *domus adversus domum*, h. e. adversus sese, *dissidens.* Qod docere poterat interpretem Matthæus cum Marco collatus. Πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς οὐ σταθήσεται. *Nec civitas, nec domus ulla adversus se dissidens, consistet.* Matth. 12. 25. sensus ergo, verbis interim nihilominus *ad amussim respondentibus*, corrumpitur. Sic Rom. 1. 31. cum ἀσυνθέτους, *incompositos* reddidit, an non αὐτολεξεὶ vertisse videtur? Nemo tamen, hinc qid voluerit Apostolus, intelliget. *Fœdifragos* potius dicere debuerat. 2 Cor. 11. 1. Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρόν τι τῇ ἀφροσύνῃ. *Utinam sustineretis modicum qid insipientiæ meæ.* Verbo sanè verbum reddidit, velut fidus interpres; oec tamen Apostoli mentem expressit, qi non *modicum qid insipientiæ suæ*, sed *parumper*, sive *pavlisper etiam sustinerent ipsum* Corinthii, postulat, qamvis *insipienter* qodammodo se gerere videretur. *Ephes.* 2. 10. Κτισθέντες ἐν Χριστῷ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς. *Creati in Christo in operibus bonis.* Cum, *ad opera bona*, vellet Apostolus.

Sed nec ideò etiam *Latinum* est, avt *ad lingvæ Latinæ leges desormatum*, qicqid αὐτολεξεὶ Græcum repræsentat. qis est enim in istis tam peregrinus, ut nesciat lingvas qasqe consvetudines, rationes, legesqe habere suas, qibus ab aliis plurimùm discrepent? Antonius qidam Bonfinius Sophistarum vitas à Philostrato Græcè conscriptas Latinè, nec Latinè, vertit: cum enim Græca Latinis, qæ eisdem prorsus responderent, vocabula exprimere studio habuerit, tum à mente Avtoris creberrimè qam longissimè recessit, tum nec Latinitatis sæpenumerò rationem ullam habuit; e.g. Qod de Favorino Philostratus; Θερμὸς δὲ οὕτω τις ἦν τὰ ἐρωτικά, ὡς καὶ μοιχοῦ λαβεῖν αἰτίαν ἐξ ἀνδρὸς ὑπάτου. Interpres; *Item in rebus amatoriis usqe adeò calidus, ut adulteri cavssam è consule viro reciperet.* Vides vocabula planè Latina, sed qæ inanem dant sine mente sonum. Et mox; Τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ φιλότιμον ἀγήρων ἡγουμένης. *Humana natura in insenescentem introducit gloriæ cupiditatem.* In Nicetâ; Ἀποπέμψαι δὲ οὐκ ἀθῷον μόνον, ἀλλὰ καὶ περίβλεπτον ἐν τοῖς ζηλωταῖς Σμυρναίων. *Non modo illæsum, sed Smyrnæis æmulatoribus circumspectum demisit.* In Scopeliano; Γυναῖκα ὁ πρεσβύτης ἠγάγετο ἀμφισβητήσιμον τι ἐκ τοῦ νόμου. *Mulierem semigamiam, & illegitimam senex duxit.* Et mox; Τινὶ δὲ ἐξώρους ᾠδάς. *Qod qidem intempestivis injucundum.* Ibidem; Παρῄει δὲ ἐς τὸν δῆμον ἀνειμένῳ τῷ προσώπῳ. *In populum solutâ personâ prodibat.* Ibid. Καί τινος τῶν ἀμφὶ Πολέμωνα τυμπανίζειν αὐτὸν φήσαντος, λαβόμενος ὁ Σκοπελιανὸς τοῦ σκώμματος, τυμπανίζω μὲν οὖν, εἶπεν, ἀλλὰ τῇ Αἴαντος ἀσπίδι. *Et dicente qodam so circa Polemonem tympanizare, Scopelianus tali cavillatione tactus, tympanizo, inqit, sed Ajacis scuto.* In Hippiâ; Ὁ Νέστωρ ὑποτίθεται τῷ Νεοπτολέμῳ ἃ χρὴ ἐπιτηδεῦσαι ἄνδρ' ἀγαθὸν φαίνεσθαι. *Nestor Neoptolemo ea supponebat, qa exerceri opus est, ut vir bonus aliqis esse videatur.* Meliùs vertit, ubi ab avtoris phrasi discessit, qam ubi verbum verbo reddere voluit. In Critiâ; Εἰ γὰρ μὴ ὁμολογήσει ὁ λόγος τῷ ἤθει, ἀλλοτρίᾳ γλώττῃ δόξομεν φθέγγεσθαι, ὥσπερ οἱ αὐλοί. *Nam qamvis oratio mores plerumqe non fatetur, à lingvâ tamen videmur alienâ loqi, qemadmodum tibiâ canentes.* Qam egregiam sententiam, qam fœdè depravavit, dum ὁμολογεῖν pro fateri sumit? In *Isocrate*; Ἡ Σειρὴν ἡ ἐφεστηκυῖα τῷ Ἰσοκράτους σήματι, ἐφέστηκε δὲ ᾄδουσα, πειθὼ κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρός. *Siren Isocratis ori prominens, qasi canens instituit, & hominis rhetoricæ persvasionis accusavit.* Ibid. Μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ ἐτελεύτα μὴ καρτερήσας τὴν ἀκρόασιν τοῦ Ἀθηναίων σφάλματος. *Erroris Athemensium avscultationem tolerare non potuit.* Habes verba accuratè reddita, sed ut mens avtoris oulla compareat. Innumera in illo scripto istiusmodi offendas: sed nihil opus *extra oleas* divagari. Hujus πόμματος copiam amplam satis suppeditabit interpres vulgatus. *Manicare* illud Lucæ 21. 36. τῷ ὀρθρίζειν Græcorum respondet exactè: Nec Latinum est tamen. Illud, *gratificavit nos*, *Ephes.* 1. 6. responderet aptè satis Græco illi, ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς, si id Latinè diceretur: verùm *gratificare aliqem*, pro *gratum facere*, sive *acceptum habere*, Latinis avribus insolens est. *Galat.* 3. 15. *Hominis confirmatum testamentum nemo spernit, avt superordinat*: ἐπιδιατάσσεται hoc sonare videtur. Nec tamen *superordinare testamentum*, avres Latinæ facilè ferent; qomodo nec *panem supersubstantialem*, licet τῷ ἐπιουσίῳ, Matth. 6. 11. respoodere videatur. Luc. 21. 24. *Cadent in ore gladii*: πεσοῦνται στόματι μαχαίρας. inseruit *in*, qod in Græco non invenerat. Sed 2 Petr. 2. 18. *Pellicientes in desideriis carnis*: omninò Græca verbatim expressit; δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκός. Nevtrum tamen Latinè elatum est. Neqe enim præpositionis istius usum hunc Latini agnoscunt: Matth. 20. 25. *Principes gentium dominantur eorum.* Et Rom. 14. 9. *Ut mortuorum & vivorum dominetur.* Atqe ita reverâ Græcè, κατακυριεύουσιν αὐτῶν, &, ἵνα καὶ νεκρῶν κυριεύσῃ. verùm non admittit syntaxin hanc Latina locutio.

At *nihil* comparet, *qod Grammaticorum normam desugiat, si periti saltem. & strenui viri in Lingvâ Latinâ judicent.*

Primò, havd sufficit ad dictionis puritatem si qid *Grammaticorum normam*, sive *regulas Grammaticas*, *non defugiat.* Nec invenustè dictum censet Fabius *Instit.* l. 6. c. 6. *Aliud esse Latinè, aliud Grammaticè loqi.* Scilicet de analogiâ & syntaxi solâ solicita est Grammatica: verba ipsa, verborumve significatus noo præscribit. Merlini Coccaji poemata, analogiam & Syntaxin observant plerumqe: nec dimidia tamen ferè pars horum Latina est, sed Itala. *Manicabat ad eum*, pro eo qod est, *manè eum conveniebat*; nec in verbi formâ peccat, & Syntaxin habet non respuendam: nec tamen *manico* ideò Latinum est: *Unum est acsi decalvetur*; nihil analogiæ avt Syntaxi adversum habet; nec Latina tamen locutio est.

Tum nova nobis procudenda fuerit Grammatici systematis fabrica, cujus *normam non defugiant* multa in versione hac deprehensa, cum à Donati, & Prisciani etiam regulis abscedant procul. Avt qænam Grammaticorum norma hactenus recepta admittet (præter superiùs allata illa, *dominantur eorum*, &, *docibiles Dei*) ista, Matth c. 20. v. 28. *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Et c. 22. v. 30. *In resurrectione neqe nubent, neqe nubentur?* Et ejusdem furfuris havd pavca. Ut ejusdem planè fuerit, nihil in vulgatâ versione barbarum offendi obnixè velle tueri; qi prior in Martiale nihil obscœnum occurrere, capite etiam obstricto, sustinuerit dejerare. *Dispeream*, inqit, *ad lib.* 1. *Ep.* 21. *Si qid in eo obscœnum offendi.*

At verò, *si peritos & strenuos in Lingvâ Latinâ viros judices habuerit*, cavssam scilicet obtinebit versio vulgata.

Num ergò imperiti, avt instrenui Pradensi nostro, Desiderius Erasmus, Jacobus Faber, Lavrentius Valla, Isidorus Clarius, Sixtus Senensis, Gvilhelmus Lindanus? atqi istis sententiam ferentibus, de versionis istius, non elegantiâ, dico, avt concinnitate, sed fide, commoditate, puritate, Latinitate actum est prorsus. Senensem unum avdiamus *Bibliotheca sancta* l. 8. *extremo*: *Ingenuè fatemur, in hac nostrâ novâ similiter* (editionem, non versionem, *novam* dicit) *nonnullas inveniri mendas, solœcismos, barbarismos, hyperbata, & multa parùm accommodatè versa, minùs Latinè expressa, obscurè & ambiguè interpretata; itemqe nonnulla superaddita, aliqa omissa, qædam transposita, immutata, ac vitio scriptorum depravata, qa Sanctus Pagninus, Thomas Cajetanus, Franciscus Foretius, & Hieronymus Oleastrius, viri ex Dominicanorum ordine eruditissimi indicarunt.* Qin Lindanus eo processit, *de optimo genere interpretandi.* lib. 3. ut *dubitari jure posse* censeat, *versionis hujus avtor anne Latinista qidem fuerit, sed sciolus aliqis duntaxat Græculus.*

Sed nemo horum forsan fuit *Pentecontarchus.* Strenuè tamen

A tamen rem gerere necesse habet, qi vel istos statione suâ depellere, vel versionem vulgatam adversus eos propugnare, voluerit.

Cæterùm, ne in limine diutiùs hæreamus, qid de loci, qi in manibus est, versione statuemus? Græca sunt, τὴν ἀρχὴν, ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. qæ interpres ille vertit, *Principium, qi & loqor vobis.* Num *Latinè* istud? num *ad amussim è Græco*, redditum? ita prorsus, si Domino Pradensi credimus. Primò enim *τὴν ἀρχὴν accusativus est, & subintelligitur præpositio κατὰ* i. e. ἐξ ἀρχῆς *prout & Nonnus interpretatur.* Et hoc te prior Beza vidit, scripsit: B verùm hunc si nominasses, nec novum videretur commentum tuum, & novatori aliqid tribuisses. Sed pergamus: *Vertit ergo interpres accuratè*, principium, *eadem præpositione suppressâ; cupiens eodem modo intelligere apud Latinos*, Principium, *qo apud Græcos*, τὴν ἀρχήν. Bene habet: rescivimus tandem, indicante Pradensi, qid *cupierit Latinum esse* interpres ille. Verum nondum avtoritatis hunc tantæ, tamqe latè patentis, vel in lingvâ Latinâ, vel in arte Grammaticâ censemus, ut qicqid illi allibuerit, pro Latino con- C festim habendum sit. esto, Græco accurate respondeat, at non statim avt Latinum, avt Grammaticum est etiam, qicqid Græcæ dictioni, *αὐτολεξεὶ* respondeat: alioqi Latinum fuerit, *insensatus, insuspicabilis, insubsidiatus, contenebror, conjucundor, condulcor, spuria vitulamina*; qibus tanqam gemmis qibusdam versionem suam exornavit interpres vulgatus, Sap. c. 3. v. 12. & alibi passim. Sirac. c. 11. v. 5. Esdr. l. 3. c. 9. v. 11. Num. c. 14. v. 44. & alibi. Sirac. c. 37. v. 4. & c. 40. v. 32. Sap. c. 4. v. 3. qia respondent scilicet exactè satis Græcis illis, *ἀναίσθητος, ἀνυπονόητος,* D *ἀβοήθητος, συσκοτίζομαι, συνδιαφθείρομαι, γλυκαίνομαι, μοσχεύματα.* Latina fuerint & *contraoculare*, pro *adversum contueri*, *olerissare*, pro *langvere*, cujus loco *betissare* Avgustus usurpabat. Sveton. l. 2. c. 87. *Pavimentare, toticolor*, qod Gaza avsus est; *ardet tui*, pro *te*; *sentio alicujus*, pro *aliqid*; *misereor te*; *gusto carnium*, &c. qia nimirum respondent accuratè ista Græcis illis, *ἀντοφθαλμεῖν, λαχανίζειν, ἐδαφίζειν, ὁλόχρους, αἰτεῖ σου, αἰσθάνομαί τινος, ἐλεῶ σε, γεύομαι κρεῶν.* Verum missis istis in rem præsentem veniamus. Exhibeat nobis ex classico avtore, lo- E cum unum saltem Pradensis, ubi *Principium* adverbialiter hoc sensu sumitur, Latinum esse dabimus. Sed non faciet opinor. Vel sic habeat; Græci qo modo ἀρχὴν pro *primò*, ita τέλος pro *tandem*, sive *denique*, usurpant. Ostendat ubi *finem* pari modo Latinus qispiam adhibuerit, & de vocabulo, *Principium*, pariter sumpto, non erimus illi ampliùs molesti.

Sed qæ seqvntur, num *ad amussim Græcis respondent*? ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. *qi & loqor vobis: ad amussim*, inqit. *Siqidem vocem* ὅτι, *qa in translatione Latinâ omittenda fuit*, F *rectè omisit. Nam ubi opponitur affirmandi cavssâ, ex Græci sermonis idiomate, aliqoties, ut hic, non transfertur.* in Thucydide, ὅτι ἐν βραχυτάτῳ, *in brevissimo tempore*; Et ὅτι ἐπ᾽ ἐλάχιστον, pro *minimo*: *qa vox in vulgaribus translationibus, non solum cum omitti debuit, non omittitur; sed etiam imperitissimè versa est, in qia, vel* qoniam, vel qod. *Cicero multa vertit ex Platone, & aliis, in qibus sæpissimè apparet vox* ὅτι, *qa in Cicerone unqam; sed cum Græcè dicitur*, dico qod verum est, *Cicero dicit*, dico verum esse. *pessimè etiam aliqi Latinorum, in capitibus librorum sic loqun-* G *tur*, Qod bella non sint justa: Qod Romani plures habeant Deos: Qod tria sint genera cavssarum; hæc & similia longè fœtent Latinis avtoribus, avribus forsan. Superciliose satis ista *Pentecontarchus* noster. Sed in rem qam agebat, pessimè prorsus excutiamus pavlisper.

Mitto qærere, unde *qi* illud: de qo tantopere se torqet Lucas Brugensis, dum hæret ambiguus, interpres ὃς legerit, an *qia* scripserit; qod sive ὅτι, sive ὅ τι scriptum sit, qi esse non possit.

Verùm, *qod omittendum fuerat*, inqit, *rectè omisit.* Qid illud? τὸ ὅτι. Qare avtem omittendum fuerat? qia nimirum ὅτι, *qando apponitur affirmandi cavssâ, aliqoties non transfertur.* At qænam ista consecutio? in usu aliqoties non transfertur, ergo istic omittendum fuerat: Tum qæ- A ritur, qem istic usum habeat τὸ ὅτι: non enim, opinor, qem ipse vult. Nonnus certè, qem supra advocaverat, pro relativo habet. Sic enim ille, ὅ,τι περ ὑμῖν) non ὅτι περ ὑμῖν, ut Pradensis metri etiam lege violatâ lavdavit)

Ἐξ ἀρχῆς ἐνέπεσον.

atqe ita Nonnum vertit, cum Heinsius, tum & Nansius; *qod vobis ab initio dixi.* nec aliter avt Nonnum intellexit Lucas Brugensis, avt Evangelistam cepit Nonnus, & rectè qidem. Porro perperam confundit dictator noster parti- B culam ὅτι ἀποφάσεως cavssâ appositam, cum ὅτι *αὐξήσεως* gratiâ usurpatâ, illa enim *conjunctio* est sæpenumerò *παρέλκουσα*, & Latinorum τῷ *qod* respondet; hæc avtem est *adverbium*, nec est merè superfluum, & Latine per *qam* exprimitur. qemadmodum in Thucydideis illis, qæ ex H. Stephani ille mutuatus est *Thesavro*, ὅτι ἐν βραχυτάτῳ, est, *qam brevissimè*: ὅτι ἐπ᾽ ἐλάχιστον, *qam minima.* Non est itaqe ὅτι, illic *affirmandi cavssâ* positum, nec qod omitti ex usu sit. Cæterùm non est hoc insolens Pradensi nostro, voces diversas, & significatus diversi, tanqam idem C sint sonentqe, confundere. Sic enim idem *ad Martialem, lib. 4. Epist. 27. ergò* conjunctionem illativam. (à Græco ἄρα, pro ἄρα, ut Caninius, vel ab ἄργῳ potiùs deductum) confundit, cum ergô, qod ab ἔργῳ, dativo τοῦ ἔργον profluxit, & τῷ ἕνεκα, sive χάριν respondet, ac *reapse* significare vult. qam sententiam nec refutatione dignam, merito censet V. C. Joannes Gerardus Vossius *de Analog.* l. 4. c. 26. sic *ut*, conjunctionem finis intentionisqe, cum *ut*, similitudinis indice adverbio, eandem facit, in *Pentecont.* c. 8. qod alibi indicamus.

D Sed *in vulgaribus translationibus*, inqit, τὸ ὅτι (non hoc, cujus exempla dederat, sed illud, qod ipse voluit) *cum omitti deberet, imperitissimè versum est per* qia, vel qoniam, *vel* qod. En qantum affectus valeat? *ὡς ἐπιτυφλώττει τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, cæcus est rei amatæ cognitor qi amat*, ut ex Platone *de Legib.* l 5. non semel Plutarchus *de discrim. adulat. & amic. pag.* 48. E. & alibi. *In vulgaribus scilicet translationibus imperitè per* qia, *vel* qoniam *vertitur.* qid ergò in novi instrumenti versione vulgatâ? peritè, putas, an imperitè? Qam freqentes enim ibi formulæ istæ? *Av-* E *divistis, qia dictum est antiqis*: Matth. cap. 5. v. 33. Et, *Ego dico vobis, qia nisi abundaverit justitia vestra*, &c. v. 20. Et, *qia omnis qi irascitur*, &c. v. 22. Et, *Scio qia homo durus es*, c. 25. v. 24. Et, *Si dixero, qia non scio eum*, Joan. cap. 8. v. 55. Sed & . *videns, qoniam illusus esset*, Matth. 2. 16. Et, *dico vobis, qoniam potens est Deus.* c. 3. v. 9. & Luc. 21. 30. *Scitis, qoniam propè est æstas.* Qin & scabie ista, adeò scatet versio illa, ut vix ullum extet in totâ historiâ Evangelicâ caput, in qo non elegantiæ istæ crebriùs occurrant.

F Illud verò qod ὅτι dicit modò *imperitissimè*, modò *pessimè*, per *qod* exprimi; atqe *apud Ciceronem, qum ex Græcis multa verterit, in qibus sæpissimè apparet vox* ὅτι, *eam nunqam comparere.* Primò usum τοῦ ὅτι *affirmantis*, vel sententias potiùs conjungentis, varium non advertit satis censor iste: qandoqe enim ad mimesin inducendam adhibetur, ubi aliorum verba citantur, dictionemqe qæ per mimesin enunciatur, orditur: Et tunc vacat plane. qod interpres iste, qem propugnat iste, non observavit; sed qod omittendum Latinè loqenti fuerat, expressit, nunc bar- G barè per *qia*, vel *qoniam*; sed ut sensus tamen integer maneret: Marc. 13. 6. *λέγοντες, ὅτι ἐγώ εἰμι. Dicentes, qia ego sum*, & cap. 5. vers. 23. *λέγων, ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει. Dicens, qoniam filia mea in extremis est.* nunc ut sensus etiam prorsus corrumpatur, per *qod*; Apoc. c. 3. v. 17. *ὅτι λέγεις, ὅτι πλούσιός εἰμι. qia dicis, qod dives sum.* qasi Christum, qi per epistolam ipsum alloqitur, angelus, non avtem semetipsum divitem dicat. Hic avtem usus τοῦ ὅτι, via avt ne vix qidem in eis offenditur, qæ ex Græcis Cicero transtulit, aliàs avtem τὸ ὅτι istud, seqentia prægressis conjungit, ubi continuâ serie, citra personæ alterius introductionem, contexitur oratio: nec tum vacat, sed omnino exprimi debet, ut integra sit dictio: qanqam non est necesse, ut per particulam *qod* exprimatur. Nec omisit

itaqe

itaqe Cicero, licet aliis formulis expresserit, ubicunqe occurrebat. V. G. qod Xenophon *Institut. Cyri. l. 8.* Ἐνεθυμήθη, ὅτι ἐγγύτερον τοῦ ἀνθρωπίνου θανάτῳ οὐδέν ἐστιν ὕπνου. Cicero *de Senect. Videtis, morti nihil esse tam simile, qam somnum.* qod Plato Timæo: Πάντῃ δὴ σαφὲς, ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον. Cicero *de univers. Non igitur dubium, qin æternitatem maluerit.* Etenim virtute sive potestate continetur formulis istis τὸ ὅτι: siqidem *nihil esse*, idem valet atqe, *qod nihil est: non dubium qin*, idem ac, *certum qod.* Nec abhorret Cicero etiam à formulis istis, qæ Pradensi nostro, non *sordent*, tantùm, sed *longè fœtent* etiam. *De Divinat. l. 1. Cato mirari se dicebat, qod non rideret aruspex, aruspicem cum vidisset.* Ad Attic. l. 10. Ep. 4. *cum scripsisset, qod cuperet me ad urbem venire.* De Legib. l. 1. *Illud extremum est, qod rectè vivendi ratio meliores efficit.* Ibid. l. 2. *qi, gaudeo, jura nostra ad naturam accommodari*; idem dixit *gaudeo qod te interpellavi.* denique, Tuscul. l. 3. *Sed se videre, qod pavcis annis magna accessio facta esset.* His citra numerum alia adjici poterant, cum ex Tullio, tum ex Plavto, Senecâ, Plinio, Flacco, Martiale, Clavdiano, Ulpiano, &c. qorum etiam segetem satis amplam exhibuit, post Henricum Stephanum *de falsò suspectâ Latinitate cap. 6. part. 2.* πολυμαθέστατος Joannes Vossius in *vel Grammatica thesavro* suo illo, omnium locupletissimo, *de constructione cap. 20. & 62.* ut cum Rhinocerote de naso contendere merito possit, cui Tulliana etiam, ut alios taceam, tantopere *fœtent*: mira interim hominem habet πρεσβυτοφιλίαν, cui cum in aliis *fœteant* ista tantopere, nec *sordent* qidem interpretis vulgati barbarismi putidissimi.

Verum hactenus de loci Evangelici versione vidimus, deqe usu particulæ ὅτι in genere dispeximus: ad interpretationem conseqens est ut transeamus. atqe hic novos rursus nobis in simpulo fluctus ciet Pradensis. *Qas turbas*, inqit, *dedit hujusce tempestatis avtoribus locus iste? qorum opiniones recensere, nimis longum esset; qas, ne videar navseam movere, missas facio.*

Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.

Scilicet qod ille apud Strattidem Comicum in *Phœnissis*,

Ξυνίετ' οὐδὲν, πᾶσα Θηβαίων πόλις,
οὐδὲν νοεῖ ——
Nihil intelligitis, tota turba interpretum,
Nil prorsus; turbas incassum tantùm datis.

Pradensis, οἷος πέπνυται. solus, qod res est vidit. Verum meminisse debuerat, Pentecontarchus noster, *turbas* illas, & interpretationum *dissidia*, bene magnam partem, à versionis, qam is tantopere prædicat, barbarie, vitiositateqe profluxisse. nec minorem forsan, qod non adverterint interpretes, in qo & ipse hallucinatus est, qum à Nonno tamen discere potuerint, τὸ ὅτι istic non *affirmandi particulam*, sed *relationis notam* existere. Cæterum qo fœliciter compescantur turbæ istæ, Palæmonis nostri tandem interpretationem avdiamus, cui vel constituendæ, vel statuminandæ tanto opus fuit molimine.

Verba, inqit, *sunt in Græco textu*, τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. *in translatione Latinâ. Principium, qi & loqor vobis. i. e. Ego, qi sum ipsa veritas, loqer vobis ea, qa à Patre, qi verax est, avdivi. Olim, ut ait D. Pavlus ad Hebr. c. 1. Deus loqens Patribus in Prophetis; novissimè diebus istis locutus est nobis in filio:* Hæc ille. Habet certe στόμαχον λίαν ἰσχυρότερον, qi ad ista non navseat; multò verò etiam valentiorem, qi admittere, ac concoqere qeat. qî enim ista, avt cum Græcis qicqam conveniunt, avt è versione etiam Latinâ elici possunt? Certè, qi sic intelligi postulat verba Christi; *facit ipse sic intelligendo, nihil ut intelligamus*, qod textus loqitur. Ita hiatu tanto tumens mons iste, murem nobis tandem ridiculum emisit. Consuluisset, qos pro imperitis & indoctis habet, vel Joachimum Camerarium, vel Theodorum Bezam; tum sensum genuinum, qem ex Nonno imprudens exhibuit ipse, non expositum nudè, sed firmatum uberrimè habere, tum & explicationes minùs sanas deprehendere poterat rejectas ac refutatas. Suam verò si nevtiqam apud illos offendisset, qod miraretur non erat, qum nihil sit miri, sensum à verbis ipsis tam longe discrepantem nemini antè cuiqam in mentem venisse.

CAPUT XL.

Hymni 51. versiculi 2. syntaxis varia. Aliter cum ibi, tum & alibi lectum olim qam nunc legatur. Verba sic sæpe juncta, ut alterum notionem habeat adverbialem. 1 Reg. 2. 3. Hosh. 1. 6. & 9. 9. Prov. 23. 35. Eccl. 10. 1. Esaj. 47. 1. Verbum infinitum finito adjectum, ל intercedente, nunc suppresso, nunc expresso, 2 Annal. 33. 6. Hymn. 78. 38. Esaj. 55. 7. Joel. 2. 20. de qo loco à Junio & Piscatore discessum. כי *qamvis Gen. 8. 21. & alibi. Verbum infinitum adverbialiter sumptum, 2 Reg. 1. 4. 4 Reg. 10. 18. Eccl. 5. 11. Lotione sedulâ ac numerosâ esse opus, immo. Peccatum in animâ, ut lepra in carne, macula in veste, aqis nullis elui potis. De vermo contrectato Talmudici qid. De mari qid prisci; aqæ marina vis. Explicata Esaj. 1. 15. & 23. 13. Jer. 2. 22.* Multiplicare smegma, *qî dicatur.* נכתם *ibi qid velit.* כתם avrum lectissimum *Hebrais*; macula, nota inusta, *Syris. Vitium animæ qam altè insideat, pertinaciter inhæreat. Deo detergente nihil non facilè elui. Deo voluisse fecisse. Consvetudinis vis. Natura an usus plus polleat. Conjuncta qantum valeant. Nec juncta virtuti divinæ non cedere. Lapsi in versione Basilii Tilmannus, Procopii Curterius. Cyrillus à Pontificiis purgatus. Esaja verba c. 1. v. 18. expensa. Rejecta de his Basilii, Procopii, Tertulliani argutia. Lepram colorem album, non rubrum inducere. Color russus, russeus, &* roseus. Russeum, *cum* purpureo *nunc confundi, nunc ab eodem distingui: rubrum utrunqe.* Lana, *pro* lanâ purâ, *candidâ. Defectus adjuncti, ut Hymn. 147. 16.* nonnullis, velleri qa *ratione similis* nix. *Mal. 1. 14. ellipsis adjuncti Camio observata, & Esaja 5. 2, 4.* באשים *ibi qid.* Labruscas, *avt* ὄμφακας *malè reddunt. Ad verbum* putridæ, fœtidæ, *ita Syrus, ubi Græcè* σαπρὸν *Matth. 12. 33. Luc. 6. 43.* באשה *Job. 31. 40. qod* ζιζάνια *Matth. 13. 25. Subjecti ellipsis, ut Exod. 12. 8. Num. 9. 11. 1 Sam. 17. 28. Nehem. 9. 38. Hymn. 73. 10. Gen 49. 22. Esaj. 17. 5, 6. Jud. 15. 5. 2 Reg. 2. 24. Jer. 4. 30. Paralip. 31. 21. De qo loco varia variorum sententia. Vestes geminas an duplicatas intelligi. Aliter in Davidis threnodiâ usurpari.* שנים *&* תולעת *an, & qomodò, discrepant. Camii patris argutia rejecta: filii inconstantia notata. Juncta plerunqe reperiri; sed ordine diverso: in Vestitu Pontificio & Tabernaculi instructurâ, istud præire, in expiationibus & lustrationibus istud.* תולע *seorsum Esaj. 1. 18. & Thren. 4. 5.* שני *seorsum Gen. 38. 28. Josh. 2. 18, 21. Cant. 4. 3.* שנים *2 Reg. 1. 24. Paralip. 31. 21.* תולעת *vermiculus: cocco innatus eum commendet, an corrumpat:* σκώληξ, vermis. Chermes, *&* Alchermes *Arabibus unde.* Chermesinus *color*, cramsin *nostrum.* תכלת *&* חלזון. *Marino* תולעת sericum, *malè.* שנים dibapha *non videri. Invento ea recentior multo; serò Romanis in usu; in priscis Græcis mentio rara. Camius* תולעת *colorem eundem cum* שני *sed intensiorem vult denotare. Camium Ursinus non ritè cepit. Camio favet Vatis methodus.* שני coccus; תולעת vermiculus. תולעת שני *&* שני תולעת *ut* צמר הלכיש *&* הלכיש צמר *Nec Camio, nec Esdraida in nonnullis assensum.* כרמיל *pro* coccino. *An inde* כרכם κλέφας *unde:* κόκκον ἐρυθρότερον. *Peccata coccino qare collata. Basilii Camiiqe ratio rejecta. Junii atqe Ursini admissa.* Κατὰ φοινίκια *qa. Oecolampadii opinationes rejecta.* Cædes, *& sangvinem fusum alludi.* דם *&* נשים *unde:* πορφύρεος θάνατος *qid. Theocriti & Diogenis joci inde arrepti. Ex Æliano qorundam argutia rejecta. Eustathii explicatio probata.* Purpurea anima, *Maroni qid.* Sangvis purpuræ *collatus.* Purpuræ *sangvinis concreti color.* Αἷμα φοινίκεον. Φοῖνιξ, Φοινὸς, Pœnus, *unde. Salmasii, Scaligeri, Junii dissensus.* Σανδύγες αἱματώδεις. Σάνδυγες *Hesychio.* Σάνδυξ *vox à Stephano prætermissa.* Φοινικίδες *in bello qersum. Colores diversi,* coccus, *&* purpura,

ra, vermis, & ostrum, puniceus, & purpureus, *affines tamen: unde usurpatio promiscua. Camius perperam confundit.* ארגמן *R. Jona* lacca. Lacca *unde.* דכים cædes. *Sangvinis reatus qam gravis. Gavlminus tumida de interpretibus universis censura. Buxtorfio affingit, qa nullus dicit.* Lingva coccinea *capiti* Σοτωμμενου *capitis affixa. De eâ delitia Judaica. Talmudicorum ex hoc Esaja loco elicita commenta putida. Gallos rubros peccati refertos, albos immunes.* Esav Edom *unde dictus.* Lebanon *unde, & an domus sanctuarii Mosi sic dicta.* Cocci, & hyssopi *in aspersionibus qis usus. De Gen. 38. 28. Paraem. 31. 21. Oleastris sententia. Coccinum in lustrationibus Messiæ sangvinem potius designasse qam peccati rubedinem. Eodem trahere freqentes funis colorem, qo à Rachabe demissi exploratores. Coccineum fuisse non videri. De eo Judæorum qorundam sententia. Sangvinis Christi virtus & efficacia, ex Apoc. 7. 14. 1 Joan. 1. 7.*

IN solenni exomologesi illâ, qam post Uriæ conjugem usurpatam, cœdem procuratam, pœnitentiæ suæ monumentum perenne extare voluit Rex piissimus, Hymn. 51. 2. Sic Deum alloqitur הרבה כבסני מעוני Qo loco tradit David Camius, contra qam codices nunc exhibent, הרב esse כתיב sive *scripturam*, הרבה verò קרי sive *lecturam*. Analysin Grammaticam qod attinet, Camius idem *verbum* utrumqe הרב & כבס vult esse לשון צווי h. e. modo *imperativo* enunciatum; הרבה autem dictum ut הרפה Devt. 9. 14. ubi tamen הרף non הרפה nunc legitur. Itaqe *ellipsin* subesse existimat, & post הרבה subintelligi הסדיך vel רחמיך ut sit sensus, *Multiplica benignitates, sive misericordias tuas; & ablue iniqitates meas.* qanqam nihil est necesse ut contextui ejusmodi qid interciatur: qum possit esse הרבה כבסני *multiplica lava me.* i.e. *multepere*, (liceat cum Plavto loqi) sive *identidem*, *me prolvas.* eadem planè Syntaxi, qâ dictum est, Hos. c. 9. v. 9. העמיקו שחתו *profundarunt, corruperunt.* pro eo qod est *profunde corruperunt se; sive profunde peccaverunt*, ut Hieronymus. Et ejusdem vatis, c. 1. v. 6. לא אוסיף עוד ארחם *Non addam adhuc miserebor.* h. e. *non addam ultra misereri*, ut Hieronymus, *non ulterius miserebor.* Prov. c. 23. v. 35. אוסיף אבקשנו עוד *adjiciam reqiram.* i. *adjiciam reqirere illud ulterius.* Esajæ c. 47. v. 1. לא תוסיפי יקראו לך *non adjicies vocabunt te.* sive, *non adjicies ut vocent te.* i. e. *non ultra vocaberis.* Hieronymus. Et Eccles. c. 10. v. 1. יבאיש יביע *fœtidum reddet, eructare faciet; sive fœtere eructare faciet*, h. e. *faciet ut fœtorem*, sive *fœtidum odorem eructet*, sive *exhalet, emittat.* Denique Reg. lib. 1. cap. 2. ver. 3. אל תרבו תדברו *Ne multiplicetis loqamini.* i. e. *Ne multis loqamini.* Junius. vel, *Ne loqamini multa, vel multum.*

De priore, Camio consentit Abraham Esdræ: הרב nempe esse *imperativum*, prout הרף Reg. l. 1. c. 15. v. 16. sed posterius existimat esse שם הפעל h. e. *infinitivi*, qem appellant, modi; ut sit Ellipsis particulæ ל כבסני pro לכבסני *multiplica lavare me.* h. e. *sæpius laves.* cui gemina syntaxis illa Annal. l. 2. c. 33. v. 6. הרבה לעשות *multiplicavit facere*, i. *sæpius fecit.* Et Hymn. 78. ver. 38. הרבה להשיב *multiplicavit revocare*, i. *sæpius revocavit.* Et Esajæ c. 55. v. 7. ירבה לסלוח *multiplicabit condonare*, i. *largiter & abunde condonabit.* Et Joel. c. 2. v. 20. הגדיל לעשות *magnificavit agere.* i. e. *magnificè egit.* Ubi Junius, *qia magnificè agit, aget*, Piscator. *Jehova scilicet* uterqe: at ego malim, *qamvis magna gesserit*, locustarum scilicet agmen illud. exterminabitur tamen, & intercidet, sive internecioni dabitur, fœtore solo pone relicto. כי pro *qamvis*, ut Gen. c. 8. v. 21. Josh. c. 17. v. 18. Hymn. 23. 4. Verum istud obiter. Ad locum, qi est in manibus, revertamur. Alteram conjecturam subjungit dictus Doctor uterqe: fieri utiqe posse, ut הרב sive הרבה sit *infinitivum*, qod & *adverbialiter* solet usurpari: ut sit הרבה כבסני *multiplicando lava*, vel *multum me prolue.* כאר בבסני Camius: atqe ita Græcus ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με. Latinus, *Lava me plurimum.* Ita Reg. l. 2. c. 1. v. 4. הרבה נפל *multiplicando cecidit è populo.* i. e. *populi plurimum*, sive, *plurimi e populo.* Et l. 4. c. 10. v. 18. יעבדנו הרבה *Jehu plurimum, amplius serviet illi, colet illum.* & Eccles. 5. 11. אם מעט ואם הרבה יאכל *sive parum, sive multum comedat.* Qomodocunqe ceperis, sensus idem futurus est. Vult sordes suas, à peccatis pridem admissis contractas, tam altè insedisse, tam pertinaciter inhærere, ut non unâ, sed numerosâ sæpiusqe repetitâ lotione sit opus, qâ possint efficaciter elui, ut munditiæ pristinæ anima sua restituatur.

Ad hunc itaqe hymnum scitè David Camius, חעון בנפש כמו כתם בבגד או נגע צלעת בגוף *Iniqitas in animâ, ut macula in veste, vel ut plaga lepræ in corpore.* Estqe reverâ peccati labes, non tantum ῥύπος δυσέκνιπτος, ut Cercides apud Stobæum, *tom. 2. tit. 4.* sive ῥύπος δυσέκπλυτος, ut Philo *de mundi immortalit.*; *sax notare ejusmodi qa haud facilè eluatur*; sed κηλὶς ἀνέκπλυτος *macula talis, ut nullâ arte, opere merè humanâ possit elui & expurgari.* Joannes Chrysostomus *in Matth. Orat. 36.* Ἡ ἁμαρτία τοιαύτην ἐνέθηκε κηλίδα, ὡς μηδὲ μυρίαις πηγαῖς ἐκκαθαίρεσθαι τὸ ταύτην δύνασθαι. *Tantam animæ maculam indit peccatum, ut nec fontibus innumeris ea qeat emundari.* Proinde de animâ vitio inqinata, usurpare licet, qod de familiâ suâ Oedipus Sophocleus v. 1216.

> *Οἶμαι γὰρ, οὔτ' ἂν Ἴστρον, οὔτε Φᾶσιν ἂν*
> *Νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην, ὅσα*
> *Κεύθει.*
> *Existimo enim, neqe Istrum, nec Phasin*
> *Abluere atqe expiare posse facinora, qa in hac domu*
> *Latent.*

Qod de se, post furorem agnitum, & per eum gesta, apud Senecam Hercules:

> *Qis Tanais? avt qis Nilus? avt qis Persicâ*
> *Violentus unda Tigris, avt Rhenus ferox,*
> *Tagusve Iberâ turbidus gazâ fluens,*
> *Abluere mî animam poterit? Arctoum licet*
> *Maotis in me gelida transfundat mare,*
> *Et tota Tethys per meas currat manus;*
> *Hærebit altum facinus.* ——

Qod denique de vermis contactu Targum Hierosolymitanum; referente Brugtono nostro in disceptatione *de veste sacerdotali*; *Si qis in manu suâ vermem continuerit, etiamsi se aqis Siloamiticis abluerit, vel universis etiam, qas Deus creavit, munditiem tamen integram haud est assecuturus.* Ita, qamvis de mari Evripides, in *Iphigen. Tavric.*

> *Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.*
> *Mortalium mare abluit mala omnia.*

Unde & *Iliad. α. v. 314.*

> Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματα βάλλον,

qi lustrarant ac expurgaverant se, in mare sordes & purgamenta projicere feruntur: *διὰ τὸ φύσει ῥυπτικὸν εἶναι τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ. qia purgandi sordesqe eluendi vim aqa marina obtineat.* Evstathius: de qo tamen videatur Plutarchus *Sympos. l. 1. c. 9.* At qod Justinus in *Collat. cum Tryph.* Ἁμαρτίας οὐδὲ τὸ τῆς θαλάσσης ἱκανὸν πᾶν ὕδωρ καθαρίσαι. i. *animæ mala, peccata*, nempe,

> —— *non ultima Tethys*
> *Non genitor Nympharum abluat Oceanus,*

ut cum Catullo loqamur; *Ne omnis qidem, qam mare totum exhibet, aqa, contractam inde notam, noxamqe emundare avt expiare poterit.* De se Job, cap. 9. v. 30. *etiamsi lavero me aqis nivalibus, & emundavero smegmate manus meas: tamen in foveâ lutosâ demersum me habebis, & contaminabunt me tantopere, ut abominabilem faciant, vestes mea.* Deusqe populo suo peccatis contaminato, Jerem. cap. 2. v. 22. *Etiamsi ablueris te nitro, & smegma copiosum adhibueris tibi*; Hebraicè, תרבי ברית *multiplices smegma*; qemadmodum, הרבי שיר *multiplica cantilenam.* Esajæ c. 23. v. 13. & תרבו תפלה *multiplicabitis orationem.* ibid. c. 1. v. 15.) *tamen insigniter maculosa est apud me neqitia tua.* Ubi occurrit verbum נכתם qod est in paginâ sacrâ τῶν ἅπαξ λεγομένων. Itaqe de versione, & interpretatione non satis conveniunt. Camius in *Comment.* qem & Vatablus seqitur נגלה *revelata, nota, manifesta est.* at in radicibus נרשם *notata, impressa, signata est*, à כתם qod *notam*, sive στίγμα *inustum* significet; qomodo Syrus usurpavit.

Ga-

Galat. c. 6. v. 17. Sive *insculpta*, *descripta est* qo modo Esajæ c. 65. v. 6. כתובה *Ecce coram me descripta est.* Calvinus & Pagninus, qos & nostri sequuntur, *signata est.* Castellio, *notata*: Tigurinus, *altiùs impressa*, scilicet qam ut dilui ac deleri qeat. Piscator; *mitet, sive splendet iniqitas tua. scilicet instar avri.* ut sit à כתם qo *avrum optimum* significatur, deductum: qod & Junio priori placuit; sed aliter explicanti; *etiamsi obducat se avro insigni iniqitas tua.* Mentem Vatis propiùs, puto, accesserunt; Chaldæus, qem & Jairus probat, כרשם כתמא *tanqam nota maculæ*; sive *macula impressa & insigniter inusta.* LXX. Κεκηλίδωται ἐν ταῖς ἀδικίαις σε. Syntaxi mutatâ. Et Hieronymus, *maculata es in iniqitate tuâ.* Proximè Oecolampadius; *maculam servat iniqitas tua.* כתם & Chaldæus כתמא κηλὶς σπῖλος, *nota insignior, macula*: inde כתם *maculare.* Syrus, Jacob. cap. 3. v. ϛ. de lingva מכתם σπιλοῦσα *commaculans corpus totum.* & נכתם *insigni aliqâ altiusqe impressâ notâ maculáve insigniri.* Ita verto, *insigniter maculosa est iniqitas tua.* qod Simocat. Epist. 25. Μεγάλαις γὰρ κηλῖσι τὸ βασιλικὸν τῆς ψυχῆς ὑμῶν καταστίζεται. *Magnis enim maculis hinc animæ ista majestas inqinatur.* Itaqe perinde est, ac si dixisset Vates: *Omnia cum feceris, abluendiqe te omnes rationes, etiam efficacissimas, adhibueris; insignes tamen & conspicuæ nimis mansuræ sunt, & apud te deprehendentur iniqitatis tuæ maculæ.* Ita nec aqa oniversa, nec smegma ullum, peccati maculas eluendi atqe expurgandi vim habent. Imò, qod *ad Evgen. de considerat. l.* 5. Bernardus; *Peccatum in animâ, atramentum in chartâ bibulâ: faciliùs charta deteritur; qam scriptura eraditur.*

Nec tamen, istud qum probè nosset, emundationem ideò desperat David; *Tu me expiato* (inqit, vers. 9.) *ut mundus sim*, vel, *& mundus ero: abluito me, ut præ nive albescam; & nive ipsâ candidior futurus sum.* Deum posse norat: qod homines neqeunt. Marc. 10. 27. qod leprâ infectus ille Christo, Matth. 8. 2. *Si volueris, Domine, mundare me potes.* Appositè Simon de Cassiâ *de relig. Christian. l.* 5. *c.* 11. *Si vult, potest; qi nihil vult, qod non possit*, Hymn. 115. 3. *cui voluisse fecisse est.* Ambros. *de bon. Mort. c.* 12. Ψιλῇ γὰρ τῇ βουλήσει δημιουργεῖ. καὶ τῷ μόνον θελῆσαι αὐτὸν, ἕπεται τὸ γεγενῆσθαι. *Sola voluntate operatur, & ejus solum velle factum esse consequitur.* Clemens Alexandrinus in *Hortator.* Itaqe post Cyrillum *ad Esaj. c.* 1. Procopius, Δυσέκπλυτον οὐδὲν. Θεοῦ διαχειριζομένου. *Detergente Deo, nil difficulter eluitur.* Hippocrates ipse lib. *de morb. sacr.* Τά γοῦν μέγιστα τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ἀνοσιώτατα, τὸ θεῖόν ἐστι τὸ καθαῖρον καὶ ἁγνίζον. *Peccata utiqe maxima & sceleratissima, numen divinum est, qod emundat & expiat.* Alludit avtem ὁ ὑμνῳδὸς ad lepræ expiationem, Levit. 14. 6, 7. qâ *hyssopo*, cum aliis qibusdam, aviculæ sangvini, aqæ fontanæ immisso, intinctis, à leprâ mundandus aspergebatur. Qod & Camius & Esdræ filius monuerunt.

Qod avtem de se sibi pollicetur David, si Deus gratiam hanc illi facere dignatus fuerit; idem populo suo ubi resipiscere, & ad mentem moremqe meliorem reverti voluerint, præstiturum se, qaliacunqe fuerint ipsorum facinora, Deus ipse per Vatem suum profitetur, Esaj. 1. 18.

De populo qidem suo Jeremias cap. 13. v. 23. *Si mutare poterit Æthiops cutem suam, avt Pardus maculas suas; & vos poteritis benè facere, qi malè facere edocti estis.* i. e. assveti. Hieronymus; *Qicqid enim*, inqit, *discitur, non natura est, sed studii & voluntatis: qæ nimiâ consvetudine & amore peccandi qodammodo in naturam convertitur.* Hoc ergo vult vates, hard fieri posse, ut in melius mutentur, qi malis inoleverint, & assveverint diotiùs. Et certè *usus* ac *consvetudinis* in utramqe partem vim ineluctabilem & invictam prædicant pleriqe qiqe. Gregorius Nyssenus *de Virgin. c.* 9. Ἄμαχόν ἐστιν ἐπὶ παντὸς ἡ συνήθεια. *In omni re difficilis est, qæ expugnetur, consvetudo.* Joannes Chrysostomus *in Ep.* 2. *ad Tim. Orat.* 6. Μεγάλη καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ ἐν τοῖς κακοῖς τῆς συνηθείας ἡ τυραννίς. *Multum & in bonis, & in malis valet consuetudinis vis.* Idemqe *Orat. Catech.* 1. Χαλεπὸν ἡ συνήθεια, καὶ δεινὸν ὑποσκελίσαι? *Gravis est consve-*

A *tudo, & labefactari difficilis.* Et mox; Μέγα γάρ ἐστιν ἡ συνήθεια, καὶ φύσεως ἔχει δύναμιν. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τινες τῶν ἔξωθεν δευτέραν φύσιν, τὴν συνήθειαν ἐκάλεσαν. *Magna enim est consvetudo, & naturæ vim habet: qapropter & exterorum qidam consvetudinem alteram naturam vocaverunt.* Idem *in Epist.* 1. *ad Cor. Orat.* 7. Ita Theophrast. *de cavssis plant. l.* 2. *c.* 7. *& l.* 3. *c.* 9. *& l.* 4. *c.* 12. Τὸ γὰρ ἔθος οἷον φύσις γίγνεται χρονισθέντων. *Consuetudo enim facta est qasi natura rerum, qæ longo tempore duraverunt.* Et Julianus in *Misopogon.* Ἔθος, φασὶ, δευτέρα φύσις. *Consuetudo*, inqit, *altera est natu-*

B *ra.* Cicer. *Tusc. l.* 2. *Consvetudinis magna vis est.* Et de Amic. *Maxima est vis vetustatis & consvetudinis. Consvetudo enim est altera natura.* Idem de finib. l. 5. Et Macrobius Saturn. l. 7. c. 9. *Consvetudinem secundam naturam pronunciavit usus.* Avgustinus de Music. l. 6. c. 7. *Non enim frustrà consvetudo qasi secunda, & qasi affabricata natura dicitur.* Joannes Sarisber. *Policrat. lib.* 3. *cap.* 8. *Usus enim agre dediscitur; & consvetudo alteri naturæ assistit.*

Qam licet expellas furcâ tamen usqe recurret.

Flaccus lib. 1. Epist. 10. Aristoteles *Rhetor. l.* 1. *c.* 11. Τὸ εἰθισ-

C μένον ὥσπερ πεφυκὸς ἤδη γίνεται. *Consvetum qasi natura insitum jam fit.* Et Avgustinus de Civit. Dei, l. 12. c. 3. *Vitium consvetudine nimiove progressu velut naturaliter inolevit.* Peoio Basilius Cæsarius, an Eustathius Sebastiensis in *Ascet. Reg. Lat.* 6. Οὐ μικρὸς οὗτος ὁ ἀγὼν, τὸ ἑαυτοῦ συνηθείας ἐπιλαθέσθαι. ἔθος γὰρ διὰ μακροῦ χρόνου βεβαιωθὲν, φύσεως ἰσχὺν λαμβάνει. *Non mediocri hoc eget contentione, ut consvetudinem suam aliqis pervincat. Consvetudo enim vetustate firmata naturæ vim solet nancisci.* Et Avgust. in Psal. 30. *Vincere consvetudinem dura est pugna.* Et de Serm. Dom. in Mont.

D l. 1. *Consvetudinem vincere difficillimum est.* Qi & videndus *de verb. Dom. Serm.* 44. Dinarch. *adv. Aristogit.* Πονηρίαν ἀρχομένην μὲν κωλῦσαι τάχα τις κολάζων δυνήσεται. ἐγκατεγηρακυῖαν δὲ ἀδύνατον εἶναι, λέγουσι. Qod Seneca ad Marc. c. 1. *Omnia vitia penitùs insidunt, nisi dum surgunt oppressa sint. Leviore medicinâ fuisset oriens adhuc restringenda mali vis: vehementiùs contra inveterata pugnandum est: nam vulnerum qoqe sanitas facilior est dum à sangvine recentia sunt: ubi corrupta in malum ulcus se verterunt difficiliùs curantur.* Et Avgustin. de Civit. Dei, l. 21. c. 16. *Siqi-*

E *dem nondum victoriarum consvetudine roborata sunt, faciliùs vincuntur & cadunt: si avtem vincere atqe imperare consveverint, laboriosâ difficultate superantur.* Qin & Seneca idem, Epist. 39. *Ob hoc miserrimi sunt, qod eò pervenerint, ut in consvetudinem adducti carere non possint: ita illis qa supervacua fuerant, facta sunt necessaria. Tum avtem consummata est infælicitas, & desinit esse remedio locus, ubi qa fuerant vitia, mores sunt.* (Qod *Naso* Metam. *l.* 2.

— nam morem fecerat usus.)

Fiunt enim, sicut conjunctione & sangvine, sic usu & consve-

F *tudine longâ, ubi animus sibi applicuit, usqe adeò chara, ut ab illis qam à vitâ divelli; gravius existimet.* Idem de Benefic, l. 1. c. 11. Bernardus de diverf. Serm. 14. *Misera nimiùm & miserabilis, humana fragilitas, etiam sine pruritu concupiscentia, avt impetu desiderii, solâ consvetudine ipsâ ad illicita trahitur. Est avtem consvetudo hæc gravis qædam & periculosa catena, solvenda utiqe faciliùs qam rumpenda: alioqin si forte violentiam qæras, & castigatione corporis speres consvetudini prævalere, timendum omninò est, ne perniciosus sit labor & priùs ipsa substantia deficiat, qam insolita concupi-*

G *scentia.* Hoc est qod Georgius Buchananus noster in *Bapist.*

Longo qod usu in pejus usqe induruit,
Multo faciliùs fregeris, qam flexeris.

Et qod Salvianus de Provident. l. 6. c. 14. *Inveteratâ in nobis malorum omnium labe, aliter jam vitiosi esse non possimus, qam ut omninò non simus. Ita prius est interire qam corrigi, prius ipsos qam in ipsis vitia non esse. Ibid. c.* 12. Qod avtem catenam dixit *consvetudinem*, respicere potuit Avgustini illud, Confess. l. 8. c. 5. *Ex voluntate facta est libido; & dum servitur libidini, facta est consvetudo; & dum consvetudini non resistitur, facta est necessitas, qibus qasi catena ansulis* (an *annulis*) *sibimet innexis constrictus tenebar.* Qod Juvenalis *Sat.* 7.

— *tenet ambitiosi*
Consvetudo mali. ——

Et Gregorius Romanus *in Job. 4. 28.* *Cum culpa in usum venerit, ut jam animus, etiamsi appetat, debilius resistit: quia quot vicibus prava freqentationis astringitur, quasi tot vinculis ad mentem ligatur. Tenent enim pravæ consvetudines, quem semel ceperunt atque quotidie duriores existunt; nec nisi cum vitâ ipsâ finiuntur. Ibid. l. 15. c. 4.* Qin & eadem usus, quâ Hymnodus sacer, imagine, Seneca *Epist. 59.* *Diu in istis vitiis jacuimus: elui difficile est: non enim inqinati sumus, sed infecti.* Et latiusculè Synesius *Epist. 44.* Ἄρτι βαφεῖσα μὲν ἡ ψυχὴ τάχιστα πλύνεται. πολλοῖς δὲ ὁ ῥύπος οὕτως εἰσέφυ βαθὺς ὡς ἀνεκπλύτως ἔχειν, καὶ φθάνειν διαφθαρῆναι πρὶν εἰς τὴν φύσιν ἐπανελθεῖν. ὅτι τὸ πάθος αὐτοῖς γέγονε φύσις, ἢ διὰ χρόνου πλῆθος ἢ διὰ μέγεθος. οἷον ἂν ἡ ἰσχύοι ψυχῇ καλῶς ἂν εἶχεν οἶμαι φθαρῆναι. ἐπεὶ δὲ, τὰ μὲν ἁμαρτήματα λόγον ἔχει πρὸς τὰς ἀνεκπλύτους κηλῖδας. Ἡ ψυχὴ δὲ οὐκ ἔστι πρὸς θοιμάτιον ἐκεῖνο τὸ πιναρόν τι καὶ οὐκ ἀντέχον. ἀλλ᾽ ἀθάνατος οὖσα, τινὰς δίκας ἀθανάτους, ὅσας ἁμαρτία δέδωκεν, ὡς ἀγνοήσαντος. h. e. *Recens qidem tincta anima celeriùs eluitur: verum multis tam altè penitus insedere sordes, ut eximi non sit, sed intercidant prius, quam ad puritatem genuinam redeant: siqidem affectio vitiosa eis in naturam jam transiit, vel temporis diuturnitate, vel mali vehementiâ. Expediret animæ sic habenti, si prorsus interire posset. Cæterum cum peccata jam macularum sint instar, quæ elui neqeunt; anima verò non sit similis vesti sordidæ, quæ desiccando deteratur, sed immortalis existat; pœnas ea jam æternas luit, abs incoctâ & elui nescia peccaverit.* Hæc ille. Porrò prædicatur qidem, ut Juvenalis *Sat. 10.* non custode tantùm & cura, sed etiam

Usu atque culturâ, natura potentior omni.

Qod & ex hoc ipso colligit ac confirmat Philosophus, propterea qod ideò *consvetudinis* vis tanta censetur, qia *naturæ vicem, & instar* habeat. Sic enim is *Ethic. Magn. l. 2. c. 6.* Δυσαπότριπτα τὰ φυσικὰ τῶν ἐξ ἔθους γινομένων. καὶ γὰρ τὸ ἔθος διὰ τοῦτο δοκεῖ ἰσχυρὸν εἶναι, ὅτι εἰς φύσιν καθίσταται. *Curatu difficiliora quæ naturalia quam quæ ex consvetudine gignuntur. Ob hoc siqidem valida esse videtur consvetudo, qod naturæ insideat.* Nec desunt tamen, qi usum naturâ potiorem, naturam usui succumbere contendant. Qod enim de *arte*, Heliodorus *Hist. Æthiop. l. 3.*

Τέχνη καὶ φύσιν οἶδε βιάζεσθαι.
Ars etiam naturæ vim facere novit.

Idem de *usu* Philo apud Antonium *Melissæ lib. 2. cap. 80.* Ἐγχρονίζον ἔθος φύσεως κρατικώτερόν ἐστι. *Mos diuturnus naturâ valentior existit.* Q. Curtius *lib. 5.* *Consvetudo naturâ potentior.* Et Clavdianus *in Coss. Mallii, v. 184.*

—— *naturâ fortior usus.*

Verum, qod in populo, qem Vates hîc allocutus est, usu venerat, cum duo ista, tum prævalidum, tum mutari nescium utrumqe, convenerint & conspiraverint; eveniat necesse est, ut qod Avgust. *ad Simplic. l. 1. q. 1.* *Natura & consvetudo (conjunctæ) robustissimam faciant & invictissimam cupiditatem.*

Nec sortis certè melioris erant, qos alter ille compellabat. Et hos nihilominus, *si acqieverint sibi, emundatum iri*, pollicetur numen cœleste. In eam planè mentem Basilius Cæsar. *in Esaj. c. 2. v. 18.* Ἐπειδὰν τὸ μὲν φοινικοῦν ὑδαρῶς πεφοίνικται· τὸ δὲ κόκκινον βαθύτερόν ἐστι καὶ κατακορῶς ἐρυθρόν. τὸ μὲν πρὸς χιόνα τὸ δὲ πρὸς ἔριον λευκὸν ἀναλογίαν ἔχειν ἐποίησε. ἐρυθροῦ μὲν τῷ χρώματι παρεικάζονται αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν, διὰ τὸ φοινικοῦν εἶναι τῶν ψυχῶν. καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς βάμμασι, τὸ μὲν πολλάκις καὶ φιλοπόνως καταβαφὲν, μονιμώτερον πῶς καὶ ἀνέκπλυτον τὴν βαφὴν κατεδέξατο, τὸ δὲ ἐπιπολαίως καὶ ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἐπιχρωσθὲν, εὐέκπλυτον ἔχει, καὶ διαπέπλυται τὴν βαφήν. οὕτω καὶ ψυχὴ πεπονθυῖα ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐν ἕξει τοῦ κακοῦ γενομένη, δυσέκνιπτον καὶ οἱονεὶ ἐγκεκαυμένην τὴν ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων ἀνεμάξατο κηλῖδα. ἧττον δὲ, καὶ οἱονεὶ ἐπιπολαιότερον προσομιλήσασα τῷ κακῷ, ὑδαρέστερον ἐχρώσθη καὶ καταπεπλάσθη τοῖς ἁμαρτήμασιν. h. e. *Qandoqidem dilutiùs inficitur, qod puniceum est; coccinum avtem altius & saturatiùs rubescit; idcircò ad nivem illud, ad lanam albam istud proportionem gerere* (A) *perhibetur: rubro nempe colori conferuntur peccata, qia animas nostras qasi rubedine qadam tingunt.* (Ita enim malo reddere, qam cum Galfrido Tilmanno, *qod sint rubri colores* (*coloris* f.) *pravi animarum.* Qod avtoris verba non admittunt: φοινικοῖ fortasse scripserat tanqam à φοινίσσω qod *colore illo tingere ac inficere* sonat.) *Et sicut in tincturis, qod repetitis vicibus multâqe sedulitate* (πολυπόνως f.) *intinctum est, tincturam firmiorem eluiqe nesciam excipit; qod avtem superficie tenus & perfunctoriè infectum est, tincturam habet maturè eluiqe facilem: ita & anima peccato infecta,* (πεπον- (B) θυῖα à πόνος. nam Tilmannus πεπονθυῖα legisse videtur, qum vertit, *peccatorum sanie suppurata*) *cum vitiositatis habitum jam contraxerit, impressam altiùs & inustam qodammodo geris peccatorum maculam, quæ vix aut ne vix qidem eluatur. Ea verò quæ minùs diu leviùsqe malo assrevit, dilutiùs infecta ac conspurcata est labe peccati.* Utravis ergò ratione infecta mens fuerit, emundationem & accuratissimam plane Dominus pollicetur. Id qod Cyrillus qoqe Alexandrinus observavit verbis illis, quæ qia Protestantium dogma tinniunt, in D. Lavrentii Humfredi nostri versione deleri jubent (C) Indicis Expurgatorii Hispani Avtores; Ὅτι δὲ τοὺς οὕτως μεμολυσμένους, καὶ τοὺς ἐπ᾽ ἔλαττον ἔτι ῥυπωθέντας, ἀποκαθαίρει ἡ διὰ πίστεως χάρις, ἀναγκαῖον. *Fidei avtem gratiam, cum his qi valdè inqinati sunt, tum etiam morbo minùs affectis, satis ad emundationem valituram esse, fidem facit.* Procopius itidem, qi Basilii non pavca in compendium redacta in *Commentarios* suos convectavit; inter quæ & illa. Τοῦ φοινικοῦ τὸ κόκκινον ἐστιν ἐρυθρότερον. ὅθεν ἀναλογεῖ τὸ μὲν πρὸς χιόνα, τὸ δὲ πρὸς ἔριον. ἐρυθρῷ δὲ χρώματι τὰς ἁμαρτίας ἀπείκασεν, ὡς φοινίσσουσας ἡμετέρων (D) ψυχῶν. ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐστι δυσέκπλυτος, ὡς ἐν χρώματι καὶ ἀνέκπλυτος. ὁ δὲ τῆς ἐπιπολῆς ἔχουσα μίξιν, εὐχερῶς ἀποπλύνεται. κατὰ λόγον τῶν ἁμαρτημάτων, τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἡ δυσκολίας καθαιρομένης. Ubi Joannes Curterius (qi & clavsulam extremam, interpunctionem vitiosam secutus, minùs commodè reddendo, dictionis seriem obturbavit,) illud, ὡς φοινίκας ἡμετέρων ψυχῶν, (pro qo φοινικᾶς apud Basilium legitur) vertit, *qod ad animas nostras lepræ instar se habeant.* Qod nec vocabulo Græco respondet; nec cum rei ipsius naturâ satis convenit: qum lepræ morbus, non *purpura rubedine*, sed *nivis albedine* affectorum corpora infi- (E) ciat. Regum Histor. l. 2. c. 5. v. 27. Itaqe & istic φοινικᾶς legendum existimo: eo magis, qia in sensum eum τῷ φοινίσσεσθαι verbo superiùs pavlò Avtor ipse est usus, verbis illis, αἵματι προσμεμιγμένας καθαίρων ἡμᾶς διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας. *sanguine contaminatos lavacri renovatione expians.* Cæterum quæ de *nive lanâqe* argutatur uterqe, Basilius utiqe (si hujus genuinus iste sit fœtus, qod Erasmo minùs arridet) & ex eodem Procopius, argutiora mihi qam solidiora videntur. Qo modo & Septimiana illa *in Scorpiac. c. 12.* (F) ubi Joannis illa ex Apocal. cap. 7. vers. 14. Ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν αὐτὰς ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου. *Laverunt stolas suas, & candidaverunt eas in sanguine agni.* Quæ his gemina vult esse; explicando: *Sordes qidem*, inqit, *baptismate abluuntur; maculæ verò martyrio candidantur; qia & Esajas ex russeo & coccino, niveum & laneum repromittit.* Et *advers. Marc. l. 4. cap. 10.* *Etsi fuerint delicta vestra, tanqam roseum, velut nivem exalbabo: etsi tanqam coccinum, velut lanam exalbabo: in roseo sanguinem ostendens prophetarum; in coccino Domini, ut* (G) *clariorem.* Scilicet alterâ imagine scelus populi illius depingi vult in prophetis mactandis, Matth. 23. 34, 37. alterâ in filio ipso interficiendo, Matth. 21. 38, 39. quæ cum superiùs allatis de baptismate & martyrio parum commodè consistunt: nam qod *roseum* hîc scribitur, qod *russeum* supra; id librariorum incuriâ, an consvetudine tunc insolitâ, crebriùs contigisse multis ostendit V. Cl. Salmasius ad Historiam Avgustam: sed & *russeum* pro vero *purpureo*, & *purpureum* pro *russo* sive *russeo* havd rarò usurpari: unde *purpurea tecta*, Vopisco in Avreliano, φοινικίδες, *tunicæ russeæ*; & *gregem purpureum* Martialis dixit, *l. 14. Epigr. 55.* pro *fætione russatâ*: qia ποινὸν, sive *rubrum* utrunqe: qod & apud Evstathium forsan ῥόδινον, sive ῥόσεον fuit, qod nunc ῥόδεον legitur, loco infra repræsentando: alio-

alioqi color *russeus*, sicut & *roseus*, à *purpureo* vero alius est. Qod & ex Capitolini *Albino* videre est, qi huic *omen imperii futuri* habitum refert, qod qum forte *lota atqe uda essent russula fasciola*, qas nascituro mater prægnans paraverat, *purpureâ* matris illigatus est *fasciâ*: unde illi joco nutricis etiam *Porphyrii* nomen inditum est.

Sed ad vatem nostrum redeamus: hujusqe verba (locus enim est insignitè insignissimus) accuratius pavlò pensitemus, fusiusqe proseqamur. *Etiamsi fuerint* כשנים *ut coccina* (ὡς φοινικοῦν, Græcus,) *peccata vestra, ut nix tamen albescent: etiamsi* כתולע *vermiculi instar rubra fuerint, ut lana tamen futura sunt.* וצמר *lanam* dixit, pro *lanâ purâ*, עמר נקא ut Dan. 7. 9. & apud Chaldæum Paraphrastem Cant. 4. 3. dicitur: h. e. nondum infectâ: qæ nivem candore imitatur. Qo modo Joannes, Apoc. cap. 1. v. 14. Αἱ τρίχες αὐτοῦ λευκαὶ ὡσεὶ ἔριον λευκὸν ὡς χιών, *capilli erant candidi ut lana alba tanqam nix*, est itaqe ellipsis epitheti. Cui geminam planè Camius deprehendisse se opinatur, Hymn. 147. 16. in verbis illis; *Edit nivem, sicut lanam*, i. e. *sicut lanam candidam*, qalis nix est: cum lana alioqi etiam furva & fusca sit. Qanqam non tam colorem Hymnographus respexisse eo loci videtur, qam levitatem qoqe; unde *plumea nivis crustula*, Arnobio l. 2. dictæ; speciemqe ac formam velleris, qam nivis exhibent, dum terram cooperiunt, eisqe qasi vellere qodam illam Deus convestit: qum subjungat statim, *pruinam, tanqam cinerem spargit*. Inde & Græcos veteres vatem sacrum imitatos τὴν χιόνα ἐριῶδες ὕδωρ, *nivem aqam lanatam*, sive *vellus aqosum*, dixisse, monet *ad Dionysium* περιηγητὴν Evstathius. Sed & Martialis l. 4. Ep. 3.

— densum tacitarum vellus aqarum,

pro *nive* περιφραστικῶς usurpavit: qod & Pradensis, tum *ad Martial.* tum & io *Pentecontarch.* c. 24. suggerit. Gildas itidem noster, in *Epist.* suorum increpatoriâ, ratione havd absimili, *nubium vellera* dixit; qorum speciem eæ scilicet referre videntur. Parem certè Camius idem ellipsin observat, Malac. 1. 14. in illis; *Maledictus machinator*, sive *impostor, qi cum marem* (integrum nempe) *in grege suo habeat, corruptum Deo, pro voto exolvendo, mactat.* Sed & mihi gemina videtur illa, Esaj. 5. 2, 4. ubi dicitur Dominus expectasse ut vinea sua ענבים *uvas* proferret, h. e. uvas bonas, nobiles, insignes. salubres. ענבים טובים ut rectè Camius. At illam באשים *fœtidas*, uvas scilicet protulisse: uti ex Saadiæ avtoritate Camius. Qod Matth. 12. 33. & Lucas 6. 43. καρπὸν σαπρὸν uterqe dixit. Syrus utrobiqe, פארא ביּשא *fructum fœtidum.* Neqe est opus, cum Jairo & Chasia, plantæ vitisve sylvestris genus novum comminisci. Avt cum Mercero, ὄμφακας; cum Junio, *labruscas* reddere. Qo loco notandum & illud, qemadmodum attributum qandoqe omittitur; ita & subjectum ipsum sæpenumerò subavdiendum relinqi siqidem באשים *fœtidas*, pro *uvis fœtidis* est dictum. Nec secus Job. 31. 40. באשה *fœda, fœtida*; herba utiqe: sed collectivè sumpta, pro herbis ejusmodi vilibus, qalia ζιζάνια dicta Matth. 13. 25. de qo alibi agimus: sed nec dispari modo in Paschæ solennibus, Exod. 12. 8. & Num. 9. 11. מררים *amara*, ἀντὶ τοῦ מררים עשבים pro *herbis amaris* legitur. Sed & קלי *tostum*; pro *frumento tosto*, 2 Reg. 17. 28. & אמנה *firmum*; pro *pacto firmo*, Nehem. 9. 38. & מלא *plenum*; pro *poculo pleno*, Hymn. 73. 10. & פרת *ferax*; *vitis*, scilicet Gen. 49. 22. & פריה qod idem valet, *arbor*, scilicet vel, *olea*, Esaj. 17. 6. & ibid. vers. 5. קמה *stans*; pro segete adhuc *consistente*, nondum demessâ, uti & Judic. 15. 5. pari avtem ratione etiam in vocabulo שני qod istic usurpatur, & *dibaphum* reddi solet, factum videre est 2 Reg. 1. 24. qo loco de Savle David in Threnodiâ, המלבישכם שני *qi coccino*, (i. e. *veste*, sive *panno coccino*) *vos amiciebat.* Et Jerem. 4. 30. כי תלבשי שני *etiamsi coccino* (i. e. amictu coccineo) *te amiciveris.* Et Parœm. 31. 21. כל ביתה לבש שנים qo tamen loco LXX. שנים non *coccina* avt *dibapha*, sed διπλᾶς χλαίνας, reddidere. Et Latinus *omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus.* Firmat, qod præcesserat; *non timet familia sua à nive*, sive à brumali frigore. Eodemqe modo exponunt Joseph, & alius

A nescio qis à Jajro lavdatus, כפל (ineptum est enim qod Jajrus ipse de *circumcisionis sangvine* nugatur) hos Pagninus, Junius, Piscator, Tigurinus seqvuntur. Licet Chaldæus זהורית & Abraham; qod Mercerus probat; & Castellio, nostriqe retinuere, *coccinea*. Sed prius illud magis placet. Qod etiam duplici ratione intelligi potest: vel ut *amictu gemino* instructi dicantur, ad æstatem altero, qi levior, ac tenuior; altero ad hyemem, qi crassior, frigoriqe depellendo commodior existat: ac tunc שנים idem hic fuerit, qod חליפות שמלות Genes. 45. 22. Εἵματα ἀμοιβάδια.

B sive ἐξαμοιβὰ, Homero *Odyss.* ξ. & Evstathio ibidem. Vel ut *indumentis duplicibus*, h. e. tanto pluribus brumali tempore muniti significentur, qam per æstatem gestare ex usu erat: sive etiam, qod eodem redit, ut *vestibus duplicatis* per id tempus amicti ferantur, qo modo Moses *avlaum*, sive *velum*, *complicare*, duplicare, jussus est. וכפלת Exod. 26. 9. Et *tunicam* poscentem, avtore Laertio, πτύξαι θοἰμάτιον, sive διπλῶσαι τὸ τρίβωνα, *complicare*, sive *duplicare*, *pallium* Diogenem jussit Antisthenes; qi & inde Διπλοείματος est Cercidæ dictus. Ita שני idem fuerit cum

C כפול qod de pectorali sacro-sancto Moses usurpavit. Exod. 28. 16. & 39. 9. qo accedit & qod *pallia, togaqe*, qibus hyeme saltem utimur, ita panno altero aliqo perpetim subsuto compingi consveverunt, ut *duplex* planè, vel *pallium*, vel *toga*, esse videatur. Nec placet tamen, qod שנים Oleastrius, in Davidis de Savlis obitu superius dictâ θρηνῳδίᾳ, huc trahit: cum ibi decoris, & speciositatis, hic commoditatis & munimenti tantùm, ratio habeatur. Ubi locum habet Columellæ illud *l. 12. c. 1. Cultam vestitamqe familiam utiliter magis habeant qam delicatè*; id est,

D munitam diligenter à frigoribus & imbribus. Et Flacci illud *serm. l. 1. Sat. 3.*

— toga qa defendere frigus,
Qamvis crassa, qeat. ——

Sed ut ad Esajam redeamus; frigidum nimis est, & qod bonitatis divinæ amplitudinem ac redundantiam imminuit, qod argutatur istic Joseph Camius, tanqam si Deus dixisset; *si peccata vestra fuerint instar* שנים *qi est cocco color dilutior, instar nivis albescent, at si instar* תולע *fuerint, qi est rubentior & saturatior color, instar velleris qod nivi candore cedit, fu-*

E *tura sunt.* Qasi minùs aliqid istic, qam illic promitteretur; & pro peccatorum gradibus, benignitas itidem divina, illis ampliùs, restrictiùs hisce, fuerit dispensanda. Qanqam & ejusmodi tinnire videantur, cum Procopii, tum & Basilii illa, superius allata. Meliùs David filius, qi eodem loco utrumqe habet. Qanqam תולעת qod *chermesinum* sive *crimasin* esse censet, שנים rubedine superare itidem velit; (prout & è nostris illi) idqe eo adjectum, qo significaretur qantumcunqe ruberent eorum peccata, toto tamen ut prorsùs emundarentur. Verum in *radicibus* utrumqe pro

F eodem sumi dicit; uti mox videbitur: de mente nihil ambigo: de vocabulorum significatu ambiguus hæsito. Siqidem in sacris literis שני & תולעת passim de uno eodemqe creberrimè usurpantur; & simul plerumqe ita adhibentur, ut nunc תולעת שני & השני dicatur. Exod. 28. 5, 6. Et alibi constanter in *vestibus* atqe *involucris* sacris; ounc שני תולעת & התולעת (cum שני semper in regiminis formâ contractiore) & hoc in *emundationibus* atqe *expiationibus* duntaxat. Levit. 14. 4. 49. Num. 19. 6. qod Apostolus ἔριον κόκκινον dixit, Heb. 9. 19. Scorsum raro deprehen-

G duntur; io formâ masculeâ, תולע Thren. 4. 5. qo modo & istic usurpatur. Et inde in formâ *Pual* enatum participium מתלעים *coccino* induti. Nahum. 2. 4. שני avtem Genes. 38. 28. io partu Tamaris. Ubi obstetrix gemellorum alterius manui alligasse fertur שני i. e. חוט השני *filum* שני *coccineum* ut plerique sumunt. Josuæ c. 2. in exploratorum historiâ, ubi nunc תקות חוט השני *funiculus e filo* שני v. 18. nunc תקות השני *funiculus* שני v. 21. dicitur. Et Cant. 4. 3. כחוט השני *coccineæ instar fili*, sive vittæ è filis contextæ, *labia tua*. Qo loco ad historiam illam Rahabicam respectum fuisse Jairus opinatur. In plurali verò שנים 2 Reg. 1. 24. sicut & hoc loco. Et Parœm. c. 31. in Bathshebæ monitis. De qibus supra dictum est; & post denuò videbitur:

Porrò תולע & תולעת inde dictum putant *coccineum*,

 qod

qod in *granis* sive *baccis*, unde color is confiebat, תולעת i. e. *vermiculi* qidam deprehenderentur. Qod & Jairus hic adnotavit; & Camius in *radic.* Pausanias itidem de *cocco baphico* in *Phocic.* Γίνεται δέ τι ἐν τῷ καρπῷ τῆς κόκκου βραχὺ ζῷον. ἔστι, εἰ αὐανθείη ἐς τὸν ἀέρα, ἀναπετόμενον ὁ καρπὸς, καὶ ἐοικὸς κώνωπι φαίνεται ἄν. οἱ δὲ πρότερον, πρὶν ἢ τὸ ζῷον κινηθῆναι, συλλέγουσι τῆς κόκκου τὸν καρπόν. καὶ ἐστὶ τοῖς ἐρίοις ἡ βαφὴ, τὸ αἷμα τοῦ ζῴου. *Cocci stirpis fructui innascitur animalculum: qod si fructu maturato, in aerem evaserit, volucre fit statim, culici non absimile: Proinde granum ante colligunt, qam proruperit animalculum: ita hujus sanguine tinguntur lana.* At Plinius *l.* 24. *c.* 4. coccum, unde vermiculi oriuntur, ait improbari. *Est*, inqit, *genus ex eo in Atticâ ferè & Asiâ nascens, celerrimè in vermiculum se mutans; qod ideò Scolecion* (σκωλήκιον) *vocant, improbantqe.* Sed & hinc σκώληξ Græcis junioribus, & *vermis* sive *vermiculus* Latinis, pro ipso *cocco*, sive *tincturâ* etiam inde confectâ. Inde σκώληξ ὁ Γαλατικὸς, & ὁ πορφυρὸς, in suppositivo Democriti opere *de tingendâ purpurâ*: qod Vir Cl. Salmasius monuit. Et Glossar. Κόκκος, *vermiculus*; κόκκος βάμμα, *vermicula*: &, *Fucus, vermiculus, unde vermis tinctum.* Qin & inde vir idem σκωληκόβαπτος Arabes censet fecisse suum *Gvermes*, sive *Chermes*. Unde & antidotum illis, è cocco isto, *Alchermes* dictum. His adjici potest, qod & תכלת qod ὑάκινθον Græci; Latini *Hyacinthum*, & *Hyacinthinum* reddidere, Jairus tingi tradit *sanie vermiculi* cujusdam, qi *flavi coloris* sit, & חלזון nuncupetur. Nec placet tamen qod Marinus in *Arcâ Noa* תולעת pro *Serico* sumi, qia ex *bombycis telâ* conficiebatur.

שָׁנִי *dibaphum* Junius constanter reddidit: atqe ita à plerisqe exponi solet, ut a שנה *iterare* nomen habeat. Itaqe *coccum iteratum* Castellio. Qod duplici ratione poterit intelligi, vel qod primò in vellere ipso, sive lanâ rudi, imbutum, tum in texto secundò tinctum dicatur; vel qod avt vellus avt textum ipsum eodem pharmaco bis fuerit intinctum, qo saturatior color fieret. Ego verò vix possum adduci ut existimem, tam antiqam fuisse istam tingendi rationem, ut non Mosis tantùm, sed & Jacobi temporibus *dibaphorum* istiusmodi usus familiaris extiterit; (qod de שָׁנִי liqidò satis constare videtur) sed ætatibus seqioribus & longè post secutis, gliscente jam luxuriâ, excogitatam fuisse. Idqe svadet vocabuli ipsius, Græcum cum sit, apud Græcos priscos raritas. De seculo certè multò recentiore, Plinius *l.* 9. *c.* 39. *Dibapha tunc* (h. e. *anno urbis condita septingentesimo*) *dicebatur, qa bis tincta esset, veluti magnifico impendio; qaliter nunc omnes penè commodiores purpura tinguntur.* Scilicet Ciceronis ævo apud Romanos horum usum cepisse, rariùs saltem habitum fuisse affirmat; qod suo freqens & familiare evaserat. Et videtur revera Ciceronis tempore magistratuum præcipuorum peculiare fuisse: unde illud istius in Vatinium dicterium, *ad Attic. l.* 2. *Ep.* 10. *Denique etiam Vatinii strumam sacerdotii* διβάφῳ *vestiant.* Et de Curtio jocus ejusdem, *ad Famil. l.* 2. *Ep.* 16. *Nam Curtius noster dibaphum cogitat. sed eum infector moratur.*

Camius uterqe qod supra monuimus, שָׁנִי & תולעת ita distingvunt, ut hunc, illo colorem intensiorem existiment: non avtem qod Zacharias Ursinus opinatus est; תולעת cum seorsim à שָׁנִי sumitur, sive ut ille loqitur, *vermiculus sine cocco* ponitur, *coloris excellentiam* notari: qod nec Camius dixit, nec est verisimile, ubi enim tincturam nobilissimam usurpatam avtumemus, nisi in Pontificis maximi amictu sacro & solenni? atqi de eis qotiescunqe sermo habetur, utrumqe simul nusqam non ponitur.

Camii verò sententiæ (ut de Tertulliano ac Basilio nihil repetam) astipulari videtur, dictionis propheticæ methodus. Neqe enim loco secundo תולע posuisset, si colorem intensiorem שָׁנִי designaret, qod primo loco posuerat: hinc saltem, dato *coccinum* esse תולע evincitur שָׁנִי non esse *dibaphum*, sive *coccinum* idem *iteratò tinctum*. Frigidum enim nimis esset, cum de *bis infecto* dixisset, de eodem simplici subjungere.

Mihi (si conjecturæ locus, & errori, si qis fuerit, venia dabitur) שָׁנִי *coccum*, תולעת *vermiculum*, existimem; ut nihil sit aliud תולעת שָׁנִי qam *vermiculus cocci*, sive *vermiculus coccinus*, qi cocco scilicet innascitur. שָׁנִי תולעת qam *coccus vermiculi*, sive κόκκος ὁ σκωλήκιος. *coccum vermiferum* diveris. Itaqe Esajæ verba sic reddiderim; *Etiamsi fuerint cocco tinctorum instar peccata vestra, nivis instar albescent: etiamsi vermiculo infecti instar rubra fuerint, lana instar futura sunt.* Facit huc qod Ezræ filius *ad Exod. c.* 25. *v.* 4. תולעת השני & שני ותולעת perinde dici volt, atqe צור החלמיש *rupem silicis*, sive *siliceum*, è silice. Deut. c. 8. v. 13. & חלמיש צור *silicem rupis*; ex qo rupes utiqe constabat. Ibid. c. 32. v. 13. Minùs enim probabile videtur, qod Camius in *radic.* suspicatur; עין תולעת i. e. *colorem* significare; ut אדום שני i. e. *rubedinem*: ut תולעת שני dictum sit עין אדום *color ruber.* שני תולעת sicut עין אדום *ruber color*, sive *rubedo coloris.* Certè unum ferè idemqe utroqe designare, ubi de coloribus agitur, liqido constare videtur: nam de alio שָׁנִי usu, infra videbitur. Nec dissentit Camius ipse. Sic enim in *radice*, השני הוא הכרמז *Shani est carmez.*: idemqe תולעת *tolahath*, *a vermiculis dicitur.* Et in *Esajam*, תולעת השני שהוא צבע קרימאזין *Tolahath shani est, qo crimazin, sive color chermesinus, tingitur.* Qin & in Josh. 2. 6. Esdraidæ ferè ζύμφωνος, asserit עץ הפשתים & פשתי העץ perinde dici, ac תולעת שני ac שני תולעת qanqam illa duo an sint ζυνώνυμα ambigi jure potest; & in istis Camius parum constat sibi; uti denuò etiam mox videbitur.

Illud interim observatu non indignum, qod Mosi in Tabernaculi apparatu describendo תולעת שני dictum est, id avtori Annalium sacrorum lib. 2. cap. 2. ver. 7, 14. & c. 3. v. 14. כרמיל appellatum videri. Unde & Cantic. c. 7. v. 6. *caput tuum est* ככרמל *ut coccinum*; *& vitta capitis tui* כארגמן *ut purpura*. nec כרמיל istud à כרמן multum abludit: & fortean, ut Græcis ab אי־פיל *Elphil* (si id rectè conjiciunt) ἐλέφας, (qod ab אלף ego malim, prout alibi indicatum) ab תר־בעל (citra controversiam) Ἀννίβας, ab Hillel הלל *Helles*; ita à *carmil*, vitiatâ ultimâ, factum sit *carmez*.

Cæterum voce תולעת *rubri coloris tincturam* designari, contextus ipsius verba disertè docent. Et *cocci* certe color is: unde κόκκου ἐρυθρότερον: i. e. *cocco rubicundiorem*, dixit, Dromo Comicus in *Psaltriâ*, referente lib. 6. Athenæo. Cur avtem tincturæ istiusmodi, peccata, eaqe atrociora, conferantur, ambigitur. Basilius, & ex Basilio Procopius, ideò, uti videtur, *rubedini* censent assimilari, qia animam, ὡς φοίνικι ἐλέφαντα μιαινόμενον, *velut ebur purpurâ intinctum*, sive *contaminatum*, ut Poeta loqitur, inficiunt, & candore nativo privant. Camius vult, qia color iste validus & notabilis admodum, atqe è longinqo conspicuus existat, tum qod maculæ à tincturâ hâc panno vestive illitæ, nullâ arte possint elui. Hieronymus *ad Latam*; *Lanarum conchylia* (h. e. ut Maro, *Georg. l.* 3.

—— *Tyrios incocta rubores*

Vellera. ——

à conchis ita, qo modo *coccinea* à *cocco* dicta) *qis in pristinum candorem revocet?* Et Fabius Institut. l. 1. c. 1. *Nec lanarum colores, qibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt.* At Franciscus Junius, & Zacharias Ursinus, ad *sangvinem* & *cruorem* potiùs respici censent, qo *manus horum pollutas & contaminatas* qestus fuerat, supra, v. 15. *Sangvine, vel cruoribus etiam, oppleta sunt manus vestra.* Qô & Tertullianum alicubi trahere supra ostendimus. Eodemqe Hieronymus inclinare videtur. *Peccata*, inqit, *qa prius, in modum coccini, sangvinea fuerant, dimittentur; & opera cruoris ac sangvinis veste Domini mutabuntur, qa de agni confecta est vellere.* Ita *peccata purpurea* fuerint, qo modo κοκκὰ φοινικᾶ, *mala punicea*, Aristophani in Pace, τὰ αἱματώδη, *cruenta*, sive *sangvinea*, à *cruoris* sive *sangvinis colore* sic dicta, uti Scholiastes *ibidem*. Nec probare tamen possum, qod Joannes Oecolampadius, *Peccata, qia rubro filo & coccino comparantur, ideò sangvinem dici.* Neqe id evincunt loca adducta ex Hymn. 51. 14. & Oseæ 4. 2. cum *sangvinis reatus* sive *effusio*, & *cædes* ipsa, utroqe loco designetur. Et multo minus, qod *Adami nomen* allusum

sum opinatur; qasi *de rubrâ terrâ* factus, hoc nomen acceperit *præsagio* qodam, *qod futurus esset peccator*. *Cædes* potius, & *sangvinis effusiones*, qas prius fuerat conqestus, & alibi sæpè populo suo exprobrat, spectari existimo. דם enim *sangvis* ab אדם *rubere*, detritâ primâ; ut נשים *fœmina*, ab אשים qod *viros* significat. Inde Homero *Iliad.* ε. v. 83. & π. v. 334. Πορφύρεος θάνατος, *mors purpurea*, i. e. *sangvinolenta*. Unde jocus, havd impunè tamen, Theocrito Sophistæ qæsitus; qi cum Alexander Rex, in reditum suum ab Asiâ subactâ *purpureas vestes* suis parari imperasset, qibus ἐπινίκια celebrarent, ajebat, *jam tandem intellexisse se qid Homero vellet mors purpurea*: refert Plutarchus *de puer. instit.* nec sine amarulentiâ aliqâ ex eodem fusit Diogenes, avtore Laertio, εἰς πορφυροκλέπτην πεφωραμένον, *in hominem in purpura furto deprehensum*, Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, &c. *Purpurea hunc mors corripuit.* Sed & in Ablabium, qi sub Constantio ab emissariis sublatus est, literis prius ab Imperatore traditis, per qas ad purpuram sumendam evocaretur, Evnapius in *Ædesio*, Ἀντὶ τῆς ἁλουργίδος, inqit, ὑπῆγεν αὐτῷ τὸν πορφύρεον θάνατον. *Purpura*, qam prætolabatur, *loco mortem illi purpuream intulerunt.* Πορφύρεος *Homero* θάνατος, ὁ ἐξ αἵματος, ut rectè Evstathius. Unde & Mæonidem imitatus Maro, *Æneid. l.* 9.

> *Purpuream vomit ille animam*; —

pro eo qod dixerat *l.* 2.

> — *Vitam cum sangvine fudit.*

Facit eodem, & de Menelao savciato imago illa, *Iliad.* δ. v. 141.

> Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ.

v. 146.

> Τοῖοί τοι Μενέλαε μιάνθην αἵματι μηροί.
>
> *Perinde ac ebur purpura tinxerit mulier aliqa,*
>
> *Talia tibi, Menelae, fœdata sunt cruore femora.*

Sangvine tincta & attaminata Menelai *femora*, confert *ebori purpurâ artificiosè infecto.* Qale in Thetidis pulvinari geniali canit Catullus *Epigr.* 60.

> — *Indo qod dente politum*
>
> *Tincta tegit roseo conchylis purpura fuco.*

(i. κογχυλίδος, an *conchyli*, pro *conchylii*, qod Scaliger mavult)

Nugas enim meras agunt Grammatici, qi Æliano *Hist. Animal. l.* 16. *c.* 1. referente, *purpuream mortem* dici volunt, *uno ictu peractam*; qo modo *murices*, *qi tinctura gratâ venantur interficere* consveverunt, ne qid cruori illi pretioso decedat. Rectè Plinius *l.* 9. *c.* 38. *de purpurâ*, *Lavs ei summa color sangvinis concreti, nigricans aspectu, idemqe suspectu refulgens.* Qæ Plinii verba sunt Evripidis illis in *Hecubâ* consentanea, ubi de Polyxenâ ad Achillis tumulum mactatâ Chorus;

> Τύμβου προβᾶσαν φοινισσομέναν
>
> Αἵματι παρθένον, ἐκ χρυσοφόρου
>
> Δέρης, νασμῷ μελαναυγεῖ.
>
> *Ad tumulum procidentem, purpurascentem*
>
> *Sangvine virginem, ex avrifero*
>
> *Collo, fulgidè nigricante rivo.*

Sangvini nempe colorem *purpureum* tribuit, hunc avtem *cum fulgore nigricantem* depingit. Subjicit Plinius: *unde & Homero purpureus dicitur sangvis.* Et reverâ Homero, non *mors* tantum *purpurea*, sed & *sangvis* ipse *purpureus* dicitur. *Iliad.* ρ. v. 370.

> — αἵματι δὲ χθὼν
>
> Δεύετο πορφυρέῳ. —
>
> — *purpureoqe cruore*
>
> *Terra rigabatur.* —

Qin & ἀπὸ τοῦ φόνου, sive *à cruore*, φοινικοῦν Græcis indeqe *puniceum* colorem Latinis, dictum, multis contendit confirmatqe Vir Cl. in *Plinianis Exercitationibus* Cl. Salmasius: qod nec Julio Scaligero displicet. Hesychius; φοινὸν πυῤῥόν. Svidas; φοινός, πυῤῥός, φόνιος. Rursus Hesychius; φοίνιον, πυῤῥόν, ἐρυθρόν. à φοινός, φοινίσσω, *cruento, sangvine inficio.* Homerus,

> — φοινίσσετο δ' αἵματι γαῖα.

Qod apud Homerum tamen nondum invenio. Verum sic

A de Ulysse, qem penes se habere avtumabat Ajax Sophocleus,

> Μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ.
>
> *Dorsum cruentatus flagellis occidet.*

Et sicut Αἵματι φοινιχθείς, — *Sangvine cruentatus, sive rubefactus*, (sic enim Evstathius *ad Iliad.* π. φοινιχθείς, ὁ ἐστιν ἐρυθρός) de Marte in *Scuto* Hesiodus: Ita de lupis cervum discerpentibus, Homerus, *Iliad.* π. v. 159.

> — πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινόν.
>
> — *malæ sunt sangvine cuiqe cruentæ.*

B Et de eqis, *Iliad.* ψ. v. 717.

> Πυκναὶ δὲ σμώδιγγες ἀνὰ πλευράς τε καὶ ὤμους
>
> Αἵματι φοινικόεσσαι ἀνέδραμον, —
>
> *Sangvine per latera atqe humeros hinc inde rubentes*
>
> *Exurgebant vibices.* —

Hoc est, qod Daphitas Grammaticus in disticho qodam, qo Reges Pergamenos, tanqam qi *Lysimachi mancipia* extitissent, (qod illi fatale fuit) Πορφύρεοι μώλωπες, *purpurea, sive purpurata, vibices.* Allusit enim, ambiguo ludens, tam ad plagarum notas, qibus servulorum terga
C depingi solent, qam & ad amictus, qibus iidem induti jam incedebant, regios. Refert Strabo *l.* 14. Ad Homeri avtem locum illum Evstathius; Τὸ δὲ φοινικόεσσαι, σαφῶς δηλοῖ καὶ φοίνικα ἵππον περὶ μικροῦ ῥηθῆναι, τὸν τοιοῦτόχροον, ἤγουν τὸν κατακόρως πυῤῥόν, καὶ ὡς οἷον ῥόδεον, ἢ αἱματῶδες. ὅθεν καὶ τὸ φοινικοῦν παραπέμπουσι χρῶμα. ἀπὸ τοῦ φόνου γὰρ, ὅ ἐστιν ὅτε τὸ αἷμα δηλοῖ. *Illud* φοινικόεσσαι *clarè indicat, & φοίνικα, qem paulò ante dixerat, equm hujusmodi coloris fuisse, nempe ad saturitatem rubrum, & qasi roseum* (de qo supra diximus) *vel etiam sangvine tinctum; unde &*
D φοινικοῦν, *sive puniceus color ille nuncupatus est: à* φόνος *siqidem deducitur, qod & sangvinem qandoqe significat.* Qin & pro eo qod illic σμώδιγγες αἵματι φοινικόεσσαι, supra *Il.* β. v. 267. σμῶδιξ αἱματόεσσα, *vibex cruenta*, dixerat: qod vocabulum cum nec Hesychius, nec Svidas omiserit, mirum fit Lexicographum diligentissimum æqè ac doctissimum subterfugisse. Qid tamen de illo Ῥώδιγγες statuendum sit hæreo, qod Hesychio eidem idem sonare dicitur. Ῥώδιγγες, πληγαὶ ὕφαιμοι ἀποκεκομμέναι αἱ δὲ μώλωπες. Aristophan. in *Acharn.*

E

> Μὴ νὴ καταξαίνετε τὸν ἄνδρα ἕως ἂν φοινικίδα.
>
> *Carminare ne pergamus hominem hunc usqe in purpuram.*

Hoc est, ut Scholiastes. Μὴ τύχῃ λίθοις αὐτὸν αἱμάσσειν, ὥστε φοινικοῦν αὐτῷ ποιῆσαι τὸ σῶμα. Qi & ex Aristotele *de Laconum repub.* subjicit, χρῶνται Λακεδαιμόνιοι φοινικίδι πρὸς πόλεμον. ὅτι τὸ δὲ χρώματος αἱματῶδες τοῦ δὲ αἵματος ἰδόντας ἧττον καταφρονεῖν. h. e. *Lacedæmonios in bellis puniceo uti amictu; ut color is, cum sangvineus existat, sangvinis fusi contemptum assvescat.* De bello deniqe Libanius,
F *declam.* 22. Ἔνθα πολλοὶ μὲν νεκροὶ, πολὺ δὲ αἷμα, γῆν φοινίττον, καὶ χειμάῤῥους ποταμούς. *Ubi multa qidem cadavera, sangvis avtem copiosus, terramqe tingens rubedine, & flumina inficiens.* Itaqe Svidas; φοινίξω αἱμάξω. βάψω πυῤῥώσω ἀπὸ τοῦ φόνου, ἢ ἀπὸ τοῦ φοίνικος, ὅτι πυῤῥός. φοινίξω, *cruentabo, sangvine tingam, incendam.* ἀπὸ τοῦ φόνου *cæde, vel à palma, qa est rufa.* probat illud ὁ πάνυ, rejicit istud. Et à φοινίσσω, φοινίξω, inqit, φοῖνιξ. ut αἱμάσσω, αἱμάξω, αἷμαξ. φυλάσσω, φυλάξω, φύλαξ. χαράσσω, χαράξω, χάραξ. à φοινὸς avtem φοινοὶ *Pœni.* Ita φοινὸς
G & φοῖνιξ idem fuerint planè, ejusdemqe originis: contra qam vir illustrissimus Josephus Scaliger ad Evsebium; qi φοῖνιξ vult esse Hebræorum פנחס qamqe Franciscus Junius, qi פנג Ezech. 27. 17. putat esse *Phœniciam.* Sed extra oleas.

Etiamsi avtem *purpura* sive *ostrum*, & *vermiculus* sive *coccinum*, tincturæ sint à se invicem diversæ: unde ארגמן sive ארגון & תולעת השני sive כרמיל à se invicem distingvantur Exod. 25. 4. & 2 Annal. 2. 7. qo modo & φοινικοῦν καὶ κόκκινον. Apoc. 18. 16. sed & Plinius *purpuram à cocco* dispescit, *lib.* 35. *c.* 9. de Lychnite gemma; *Unam esse, qa purpurâ radiet; alteram, qa cocco.* Tertullianus etiam *de cult. fœmin. l.* 2. *c.* 10. *Exciderat ei* (Deo utiqe) *cum universa nasci juberet, purpureas & coccineas oves mandare.*

dore. Et *puniceum* rursus *purpureumqe.* Xenophon *institut. Cyri, lib. 1.* ubi τὰς πορφυρίδας ἀπὸ τῶν φοινικίδων, *Purpureas à puniceis* discrevit. Et Tibullus itidem, *lib. 2. Eleg. 6.*

Illi selectos certent præbere colores,
Africa puniceum, purpureumqe Tyrus.

Utpote qæ cum regionibus, tum & originibus dispararentur: qum alterum Africa, alterum mitteret Phœnicia; stirpis alterum fructus, piscis alterum daret sanies: qin & alterum alteri superinduci solitum qandoqe. Plinius *lib. 9. c. 41. Cocco tinctum Tyrio tingi, ut fiat hysginum.* Tamen adeo sunt affines colores isti ut pro eisdem promiscuè sæpenumerò habeantur. Agnoscit hoc Julius Scaliger ὁ πάνυ, *de subtil. exercit. 325. sect. 13. Puniceus*, inqit, *affinis ostri, sive purpura, est adeò, ut ob natura confinia, sangvinem, tum puniceum, tum purpureum, legamus.* Et Hesychius; φοινικοῦν, πυῤῥὸν, κόκκινον. Hinc qod Matthæus Evangelista c. 27. v. 28. Χλαμύδα κοκκίνην, *chlamydem coccineam*, idem πορφύραν, *purpuram*, Marcus dixit, c. 15. v. 17. Nec tamen culpâ liberat hoc Caninium, qi in *radicibus*, ubi distinctiùs ista fuerant explicanda, confudit. Siqidem ibi ארגמן ait esse *colorem rubrum*, qi קרימז *crimez* dicitur, qod idem & de תולעת השני dixerat. Mox Saadiam refert dicere, תולעת השני esse כרמז *carmez*; *hoc autem si verum fuerit, aliud rubri coloris genus* ארגמן *esse; nec deesse* (inter qos & R. *Jonas* sit) *qi velint esse qod* לקא *laccam nuncupant.* Λάκχαν avtem Græcos recentiores, transpositis literis, pro κάλχαν sive κάλχην dixisse, avtor est Salmasius. Cujus pigmentum *rubra purpura* similitudinem habere ostendit, idem ex *Ara* Dosiadæ illis,

Ὅλος οὔ με λιβρὸς ἱρῶν
Λιβάδεσσιν οἷα κάλχης
Ὑπὸ φοινίσσει τέγγει.

Non me victimarum niger sangvis imbuit,
Ut purpura, vel sangvineo purpura liqore vestis tingitur.

qibus ille *sangvinem victimarum in arâ effusum* comparat. Rectè Esdræ filius, rubri coloris tincturam, diversam tamen, utramqe.

Porro דמים sive *sangvines*, pro *cade* usurpari, & איש דמים *virum sangvinum*, pro *viro sangvinolento*, h. e. *sangvini fundendo assveto*, deditoqe, vel *sangvine* etiam, sive *cade polluto*, norunt satis, qicunqe literas Hebraicas vel à limine salutarunt. peccata avtem atrocissima semper habita fuisse, qibus *sangvinis fusi reatus* contrahebatur, ostendunt, tum communis hominum, etiam exterorum, sensus; qi *homicidas furiis* exagitari constanter crediderunt, donec ritibus variis, & religione multiplici expiationem procurassent: (qo facit, & qod Rex religiosissimus, *peccatum suum cade perpetratâ admissum*, ob oculos sibi jugiter observari conqeritur. Hymno 51. v. 3.) tum & illa ejusdem supplicatio vehementissima, Ibid. v. 14. *A sangvinis reatu libera me, O Deus; O Deus mi salutifer.* deniqe qod *sangvine fuso, terra tota pollui* dicitur, *nec posse nisi sangvine homicida pariter fuso expiari.* Numer. 35. 33. Optimè Musculus; *Etiamsi fuerint peccata vestra, qorum plena sunt manus vestra, usqe adeò cruenta, ut sangvinis qoqe ruborem superent, velut nix tamen albescent.*

Verum *interpretum tota turba hic* ἀλαοσκοπίην ἔχει, *cæcam speculationem habet*, si Gilberto Gavlmino credimus. sic enim is pronunciat, *notarum in libros de Mosis vitâ & morte fabulosissimos;* l. 3. c. 5. *solus eruditissimus Buxtorfius rem vidit & docuit.*

Avdiamus ergo qid, qi reliqos universos hîc cæcutire pronunciat, solusqe sed Buxtorfio scilicet præeunte, id qod res est vidit, qo σκοτώματα, *vertiginem*, ab oculis nostris dispellat, Gavlminus ipse nobis repræsentet. *Hirci*, inqit, *de qo Levit. c. 16. v. 10. emittendi inter cornua ponebatur particula coccinea: qa si post hircum emissum albesceret, summum in populo gavdium fuit, qi hoc remissionis peccatorum signum arbitrabatur: ad hoc allusit Propheta. De panno qidem coccineo* istiusmodi, qem & לשון הזהורית sive *lingvam coccineam*, nuncupant, & miraculo ejusmodi in eodem exhiberi solito, qod 40 annis ante templum eversum cessasse

A ajunt, multa Moses Maimonides *de die expiat. cap. 3. sect. 4.* & Talmudici Doctores *in Joma c. 4. sect. 2.* Qin & eodem allusum Cant. 4. v. 3. verbis illis, qæ supra dedimus, Chaldæo placet Paraphrastæ. Rarusqe est in scriptis Talmudicis vel levissimè versatus, cui commenta istiusmodi nota non sint. Verum apud Mosen Dei mystam & amanuensem, tum de ritu isto, tum & de miraculo eidem adjecto, ne γρῦ qidem reperitur. Proinde illud inter Judaicas ἐθελοθρησκείας & nugamenta, hoc inter ματαιολογίας & figmenta mera, jure merito censeri debet. B Interim nugantur planè ipsi, qi nugamenta & figmenta istiusmodi respexisse volunt vatem sacrum, qæ ipsius sæculo nec extitisse qidem est verisimile. imò nasum ei deesse non injuria dixeris, cui non statim suboluerit, ex vatis sacri verbis perperam habitis ritum illum commentitium originem sumpsisse. præsertim si gentis illius vanissimæ consvetudinem adverterit; cui familiare nimis est, è literis sacris pro libitu suo hac illac petulanter detortis, miseréqe vexatis, commenta putidissima, & miracula nihilo minus portentosa procudere. Nec aliud qicqam Vir præclarus in C Lexico suo luculentissimo atqe elaboratissimo, hac de re habet, qam qod ex titulis *Joma* & *Rosh Hashanah* Talmudicorum commenta hæc, adscripto, ex qo firmatum ibant, loco hoc ipso, denarrat: nihilo amplius interim fidei avt firmitatis nugis hisce tribuens, qam ritui alteri illi superstitioso ac ridiculo, cujus meminit *Synagoga Judaica cap. 20.* Ubi ex ארח חיים sive *semitâ vita* (scripti Rabbinici nomen id) *sect. 602.* narrat Judæum patremfamilias qemqe pridie *festi propitiationis* diei solennis *gallum* sibi comparare, qo mortis genere non uno mactato, peccata sua D suorumqe expiet. hujus *intestina super tectum porrici*, qo corvi ea diripientes, unâ cum eis familiæ totius peccata, ad hirci ἀποπομπαίου instar, in desertum deferant. curare illos sedulò, *gallus* iste ut sit *albus. peccatum* namqe cum *rubrum* sit, qod ex hoc Esajæ loco colligunt, *gallum rubrum* censent esse ipsum *peccatis refertum*; nec idoneum ideò, qi ipsorum peccata perferat. *album* verò, cum sit peccati expers, ad hoc muneris aptum natum esse. Hæc ibi Buxtorfius. Alibi tamen apud nescio qem legisse memini, ideò *gallum rubrum* illis peccati plenum censeri, qia Esavum E referat, qi *à rubedine Edom* nomen acqisiverit. qanqam etiam aliam appellationis hujusce rationem Moses assignet. Gen. c. 25. v. 30.

Commento avtem huic havd est absimile, qod Jairus, *montem Lebanon* in Mosis voto Devt. c. 3. v. 25. *domum sanctuarii* interpretatur; inde sic dictam, ut fabularum fator sartorqe ille, qi de Mosis morte scripsit, ex Talmudicis suis, *qia in ea albescerent populi peccata* (*albedinis* enim significatum *Lebanon* habet) qod etiam ex Esajæ verbis hisce pro more suo acceptis eliciunt. Cum tamen Deus hâc ipsâ dis- F sertatione testatum faciat, tantùm abesse ab hoc, ut domum eam adeundo, victimasqe ibi mactando, id conseqerentur, ut è contrario, aditu cultuqe minus casto sanoqe delictorum reatum ampliùs adhuc contraherent. Nos verò unà cum nugamentis his, tanqam κόμματος ejusdem, planè & illud, Judæis cæculis, cumqe illis pariter ἀλλοτριῶν Gavlmino relinqimus.

Fit reverâ *coccini* mentio in leprosi, qi fuerat, expiatione. Levit. c. 14. v. 4, 6. qo loco adhiberi jubentur ad expiationem peragendam, *Lignum Cedrinum, Hyssopum,* & G שני תולעת qod Salomon Jairus vult *Lanam* esse *coccotinctam*: cui suffragari videtur, qod Apostolus Heb. 9. v. 19. in populo lustrando ἐρίου κοκκίνου, *lana coccinea* meminit. Moses avtem Maimonides, (sed nullo è paginâ sacrâ fundamento) ait *lanam hanc sicli*, sive *semuncia*, *ponderis fuisse.* Genevenses nostri, Scarlet-lace. i. e. *vittam coccineam*, vertere. At Hieronymus ab Oleastro vult esse *filum duplicatum coccinei coloris*: ut sit שני à שנה *duplicare*: qo modo idem accipi censet, & Genes. c. 38. v. 28. qo loco obstetrix narratur geminorum alterius, qam exeruerat, manui שני i. e. *filum duplicatum* alligasse: ut coloris ibi mentio nulla sit facta. idemqe confirmatum it ex Bathshebæ dictatis. in qibus *mulieris strenua sedulæqe familia* שנים *duplicibus*, sive *duplicatis vestibus*, adversus frigus hyemale

hyemale *munita* perhibetur, de qo superiùs pavlò diximus. Favetqe huic interpretationi, primò qod Græcus κεκλωσμένον κόκκινον, i. e. *coccinum retortum* verterit: tum usus, ad qem id adhibitum à plerisqe creditur. existimant enim, ad lustrationem aspersione peragendam, *hyssopum baculo sive ramulo cedrino*, *coccini* istius, qodcunqe fuerit, *adminiculo constrictum atqe alligatum* fuisse. Hunc avtem usum optime aptissiméqe præstat, vel *vitta coccinea*, vel *filum* etiam *coccinum*: qanqam de eo, qod Apostolus retulit, ambigi potest, an non *lanam infectam*, sive *vellus* ipsum, cum *hyssopo*, in populo lustrando adhibitam voluerit; ut tam *vellere* ipso *sangvine intincto*, qam & *hyssopo*, *cujus solius fasciculo ad postes agni Paschalis cruore tingendos* in Ægypto utebantur, Exod. 12. 22. populus fuerit aspersus. Ita שני ambigui significatus vox fuerit, qæ modò *filum*, modò *coccum baphicum* designet: de qo viderint eruditi.

Cæterum *coccineus* in istis, qas diximus, lustrationibus, *color*, non *peccati ruborem*, sed *Messiæ sangvinem*, qo ea abolentur, delineabat. Trahunt eodem veteres, Justinus *in Disput. cum Tryphon.* Irenæus *l.* 4. *c.*37. Origenes *in Jos. Orat.* 2. Hieronymus *ad Nepot.* Prudentius in *enchirid.* qomodo & è recentioribus Andreas Masius, Martinus Roa *singular. l.* 1. *c.* 3. & alii. *funiculum*, sive *funem coccinum*, uti vertere solent, h. e. *sangvinei coloris*, illum qo exploratores ex ædibus suis Raab cavpona demisisse narratur. Jos. c. 2. v. 15, 18, 21. Verum non video, cur non & illic שני *conduplicatum*, *contortum*, sive ut Plavtino verbo utar, *contortuplicatum* significet: qod Moses Exod. c. 26. ver. 1. משזר dixit ut *funis* intelligatur *filis duplicibus* חוטין שזירין ut Rabbini loquuntur, (nos twined, vel twisted thred diceremus) *contextus*. tali enim opus erat, qi non facile rumperetur, (qod de *filo triplicato* Salomon Eccles. c. 4. v. 12.) ad viros illos è loco tam excelso, qam urbis murus meritò fuisse creditur (ex Devt. c. 1. v. 28.) ad terram subjacentem citra discrimen demittendos. Certè *coccineum* ejusmodi apud se habuisse tenuioris, ut jure suspicemur, fortunæ mulierculam, vix fidem mereatur; & *Diphabum* etiam multò minùs. Ut Chaldæum mittam, qi חוטא h. e *fimbriam*, sive *panni particulam*, *è filis coccineis confectam*, interpretatur; non desunt e doctoribus Judæis, qi non חבל sive *funem*, qo demissi dicuntur viri illi, ver. 15. sed *chordulam* aliqam *è coccinei coloris filo contextam* qam in hospitis suæ ædibus conspiciebant, designari istic avtumant, eamqe ad fenestram illam illigandam, per qam demissi perhibentur: ut relativum hoc loco, non ad demissionis instrumentum, sed ad eam ædium partem, qâ exitus in demittendo patebat, referatur: Sed & istud eruditiores arbitrentur. At verò *Christi sangvinem*, *lanâ* illâ *coccineâ*, qa ad expiationem respersum populum refert Apostolus, aptissimè designari havd gravatim (credo) concesserit, qi Joannis periochen illam ex Apocal. c. 7. v. 14. superiùs allatam, sedulò perpenderit. Siqidem ut rectè Beda ad locum illum, *sangvis* alius qivis qum *contaminet* & *polluat* iste solus *emundat* & *eluit*. Eoqe *macerata*, ut Jacobus Genuensis *de Sanct. serm.* 52. *lactis instar dealbantur*. Nec mirum, *si atrocissimis sceleribus*, qibusqe *coccinum* æmulantur, *infecta anima*, *lanæ instar nivisve candefiant*, ubi *sangvine* illo *intincta* fuerint, qi *ab immunditie nullâ non purgare* penitùs perhibetur. Joannis Ep. 1. c. 1. v. 7. & Apoc. c. 1. v. 5.

CAPUT XLI.

Glossemata nunc esse qa olim vocabula familiaria. Glossemata *qid. Xylandri lapsus. Cadunt foliorum instar, vocabula.* Ἀρνεύειν, urinari, *olim in usu: inde* ἀρνευτὴς, *&* ἀρνευτὴς, urinator. ἀρνεύεσθαι *unde.* Βαττολογεῖν *Matth.* 6. 7. *qid sit, & unde. Batti tres.* ἐγκομβώσασθε 1 *Pet.* 5. 5. *&* ἐγκόμβωμα, *in priscorum scriptis jam vix comparere.* 2 *Pet.* 2, 22. *Parœmia dua, senarus duobus comprehensa.* Ἐξέραμα, ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ *vox nusqam alibi reperta.* Ἐξερᾶν *vomere apud Hippocratem & Dioscoridem minus hactenus observatum.* Pharicon, *venenum præsentaneum.* Καταξερᾶν exscreare *in aliqem.* Διερᾶν percolare *unde* διέραμα colus, *sive* colatura. *Vox Lexicographis omissa.* Ἀπερᾶν, effundere, egerere. *Casavbonus* solo illidere, *perperam.* κατερᾶν infundere, *in qo & Casavbonus par lapsus.* item defundere. *Dioscoridi restituta vox ea.* κατακρημνίζειν *qid. Pollucis interpres in eo lapsus.* Ἐρᾶν, κενοῦν, fundere; ἐνερᾶν infundere, κατερᾶν defundere, ἐξερᾶν effundere, διερᾶν transfundere. ἐρᾶν *propriè humi fundere, unde.* Ἔρανος *unde: ab* ἐρᾶν amare, *frustra deduci.* συνερᾶν, συμφέρειν. *Evstathius ex Athenæo restitutus. Athenæus interpolatus.* συμβολή, *qid, & unde.* הזל *Hebræis qis. Esajas* 46. 6. *explicatus.* Ἐρᾶν *non tam* deplere, *qam* educere. *Ita passim usurpari. apud Strabonem* egerere *melius reddi qam* evomere. Aqam egerere: *&* dapes egerere. Ejectio, *&* dejectio, *medicis qi distingvantur.* Ἐξέραμα egeries. *Act.* 13. 18. Τροποφορεῖν, *qid. Hesychius Drusio depravatus, non emendatus.* τροφοφορεῖν *ubi reperiatur, qid velit. An* τροφοφορεῖν *apud Lucam legendum. An* τροποφορεῖν *idem saltem velit. Junius & Beza à Drusio immeritò reprehensi. An sit* τροφὸν ἀνέχειν φορεῖν, *ex Num.* 11. 12. *Devt.* 32. 11. *an* τροφὴν φέρειν. *Græcis bis usurpatum Devt.* 1. 21. *pro* נשא *Heb.* gestare. τροποφορεῖν, *qasi* τρόπους φορεῖν, *Lucæ. Ita Græci: & Origines ab Hoeschelio restitutus. Historia id consentire.* אקוט *qid, Psal.* 95. 10. Φέρειν, *&* φορεῖν *in* δυσφορεῖν, βιοφορεῖν, αἰχμοφορεῖν *qid sonent: syntaxis perpensa.* τροποφορεῖν *hoc sensu Ciceronis usurpatum; item Aristophanis Scholiasta. Val. Maximi* σφάλμα μνημονικόν. *De conjugum mutuâ tolerantiâ Varronis dictum; de amicorum, Syri; de divinâ Lutheri:* σκάνδαλον, *&* σκανδαλίζεσθαι, *apud V. T. interpretes, N. scriptores, freqentius; in priscorum scriptis jam non deprehendi.* τὸ σκῶλον, *in eadem notione, pariter habere. ab Hebr.* כשל *ductum utrumqe videri.* σκῶλος *Homero qid; &* σκολιοβαλίζειν *Epicharmo. Svidas emendatus.* σκῶλον *&* σκάνδαλον *pro laqeo unde habuerint.* σκανδάληθρον, muscipula. *Hesychius restitutus.*

Αἱ πάλαι συνήθεις λέξεις, γλωσσήματα νῦν. inqit M. Antoninus Imperator *Commem. lib.* 4. *sect* 27. Qod vir doctus ac diligens Gvilielmus Xylander non est assecutus qum vertit. *Usitata qondam vocabula, nunc interpretationis loco sunt:* imò, *interpretamento nunc opus habent* qia scilicet ἀσυνήθη, ut Galenus in *Glossario Hippocratico*, i. e. *insveta* jam facta sunt. Ita enim *glossemata* Fabius *instit. lib.* 1. *cap.* 14. *voces minùs usitatas*, interpretatur. Idem nimirum voluit Marcus, qod olim in *arte poeticâ* Flaccus:

> *Ut sylva foliis pronos mutantur in annos;*
> *Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas;*
> *Et, juvenum ritu, florent modo nata vigentqe.*
> *Multa renascentur, qa nunc cecidere, cadentqe*
> *Qa nunc sunt in honore, vocabula, si volet usus,*
> *Qem penes arbitrium est, & jus, & norma loqendi.*

Cæterum verborum qorundam, qorum usus jam evanuit, nec in veterum scriptis extat ampliùs, vestigia tamen adhuc residua, sunt, ex qibus olim familiaria fuisse, liqido possit deprehendi. Verbi gratiâ: τὸ ἀρνεύεσθαι ἀντὶ τοῦ δύνειν, ἢ κολυμβᾶν, ἢ κυβιστᾶν, nusqam jam extare videtur. Eorum certè qi his investigandis dant operam, deprehendisse se hactenus nemo professus est. In usu tamen familiari fuisse docent, cum Latinum *urinari*: qod inde deductum vix qisqam, opinor, notationum peritus negaverit: tum vocabula apud Græcos ab eodem derivata ἀρνευτὴρ, καὶ ἀρνευτής. qorum utrumqe δύτην, κυβιστῆρα, κολυμβητὴν, i. e. *urinatorem* designat, ὃς ἐπὶ κεφαλὴν εἰς θάλασσαν δύνει, *qi capite prono in mare provolutus*, τὴν τῶν ἀρνῶν πορείαν μιμεῖται, *agnorum petulcorum morem motumqe imitatur*, (unde & vocabuli originem petunt) οἱ σκιρτῶντες, τοῖς μὲν ὀπισθίοις ποσὶν ἅλλονται, τὴν δὲ κεφαλὴν τῇ γῇ πελάζουσι, *qi dum exultim ludunt, pedes posteriores in aerem sursum efferunt, capitibus interim in terram pronis*, ut Evstathius. Alterum nobis ex Numenii ἁλιευτικῷ exhibet Athenæus

 Dipno-

Dipnosoph. lib. 7. qi hippurum piscem ἀρνευτὴν dixit, versu illo

Ἠὲ μέγαν συνόδοντα, ἢ ἀρνευτὴν ἵππουρον.
Avt magnum synodonta, avt arneuten hippurum.

qibus ille verbis (qod & Casavbonus monuit *cap.* 15.) non *hippurum* piscem *arneuten* etiam nuncupari voluit, (qod Gesnerus & Stephanus perperam censuere) sed hippurum piscem τοῦ ἀρνευτοῦ. i. e. *urinatoris* epitheto insignivit, διὰ τὸ συνεχὲς αὐτὸν ἐξάλλεσθαι, *propterea qod crebrò subsilire*, seseqe denuò, *urinatoris* more, in undas demittere consveverit, uti *ibidem* Athenæus: alterum Homerus usurpasse havd semel deprehenditur. *Iliad.* μ. v. 385. de Epicle ab Ajace saxo ingenti percusso.

— ὁ δ' ἄρ', ἀρνευτῆρι ἐοικὼς,
Κάππεσ' ἀφ' ὑψηλοῦ πύργου. —
— hic avtem urinatori similis
Decidit ab excelsa turri.

rursus *Iliad.* π. v. 742. de Crobrionâ Hectoris avrigâ à Patroclo pariter cæso,

— ὁ δ' ἄρ', ἀρνευτῆρι ἐοικὼς,
Κάππεσ' ἀπ' εὐεργέος δίφρου. —
— ille vero urinatori similis
Decidit ab artificiosè facto curru.

deniqe *Odyss.* μ. v. 413. de Ulyssis gubernatore mali casu excusso,

— ὁ δ' ἄρ', ἀρνευτῆρι ἐοικὼς,
Κάππεσ' ἀπ' ἰκριόφιν. ——
— ipse avtem urinatori similis
Decidit à tabulatis.

Pari modo & apud paginæ sacræ exaratores occurrunt vocabula nonnulla, qæ etiamsi in Græcorum veterum, qæ nunc extant, scriptis nullibi habeantur, tamen apud priscos Grajos in usu fuisse, certò satis constare videatur. Nos aliqot istic adnotabimus. Matth. cap. 6. ver. 7. Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε. etiamsi enim τὸ βαττολογεῖν, vel ἡ βαττολογία apud idoneum avtorem Græcum ullum nusqam jam compareat: patet tamen ista παροιμιώδη usuqe communi trita fuisse, nec à sacro sermone, sed ab historiâ exoticâ desumpta: Sive à *Batto* illo Cyrenæo, qem τραυλὸν fuisse, refert Herodotus *l.* 4. vocisqe corrigendæ gratiâ oraculum adiisse. Balbis avtem solenne est eadem identidem iterare. Unde & τὸ βαττολογίζειν dictum esse qi velint, monet Hesychius; cum ipse tamen κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς πεποιῆσθαι, *ad imitationem vocis factum esse* existimet: sive à *Batto* qodam poetâ ignobili ac inepto, qi hymnos prolixos sui similes condere solebat, ταυτολογίας καὶ ἀκαιρολογίας, *idem iisdem verbis dicentibus & intempestivis sermonibus* crebris refertos; qod Suidæ placet. Sive à rustico illo vetulo, Nelei armentario, qem vitio parili laborasse notat Naso *Fabul. lib.* 2. dum Mercurium, de bobus amissis reqisitum, sic alloqentem inducit;

— sub illis
Montibus, inqit, erant, & erant sub montibus illis.

Et huic denuò regerentem, ad ejusmodi imitationem, Mercurium;

— Me mihi perfide, prodis?
Me mihi prodis? ait. —

Certè πολυλογίαν ineptam eo vocabulo designari, verbis proximè adjectis Dominus ipse nos docet.

Περὶ τοῦ ἐγκομβώσασθαι, qod Petrus Ep. 1. c. 5. v. 5. habet, alibi dictum est. Id verò verbi, prout & verbale nomen ἐγκόμβωμα inde dedoctum, absqe ruderibus qibusdam antiqitatis collapsæ, qæ Grammaticorum nobis asservavit industria, in Græcorum veterum scriptis frustrà utrumqe qæreremus.

Petri ejusdem Epist. 2. c. 2. v. 22. habentur ex communi sermone depromptæ parœmiæ duæ, eæqe disticho, uti videri possit, jambico comprehensæ. Siqidem & poeticum spirant, & leviculâ deflexione jambus uterqe est integer.

Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα.
Ὗς δ' ἡ λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.
Suum est reversus denuò ad vomitum canis:
Et lota jam sus ad volutabrum luti.

A Reperitur prior in Salomonis parœmiis c. 26. v. 11. Verum ibi ἔμετος, qæ est vox usitatissima, habetur pro eo qod istic ἐξέραμα vocabulo insolentiore dicitur. qod licet apud Græcum priscum avtorem aliqem frustra qæsieris, etiamsi ruspando te fatiges, donec ramices tibi ruperis, tamen nec fuisse priscis illis ignotum prorsus, inde colligi potest, qod τὸ ἐξερᾷν verbum hoc ipso sensu apud Hippocratem reperitur *de morbis l.* 4. Καὶ ἐξερᾷ, καὶ πυρετταίνει. *Et vomit, & febricitat.* Eodem modo ego sanè ceperim & apud Dioscoridem *l.* 6. *c.* 19. (licet interpretes Ruellius &
B Marcellus aliò abeant) ubi præscribit methodum, eis medendi qi pharicum venenum sumpserint: Δεῖ δὲ, inqit, μετὰ τὸ ἐξερᾶσαι αὐτοὺς, ποτίζειν οἶνον ἀψινθίτην. *Oportet, illis, postqam vomuerint, vinum absinthio conditum potandum dare.* certè vix est ut eredere possim, *evacuationem, qæ dejectione fit*, expectari voluisse Dioscoridem in veneno tam præsentaneo, qale pharicon istud à Nicandro *lib.* 2. describitur,

—— ἐν δ' ἤματι μούνῳ
Ῥηιδίως αὐλῶνι βαρὺν κατενήρατο ἄνδρα,

C utpote qod

— intra diecula unius spatium
Hominem facilè qamvis robustum conficiat.

priusqam alexipharmaci qicqam præberet. Sed de hoc medici viderint. Arrianus verò in *Epicteti dissertationibus l.* 3. *c.* 13. composito κατεξερᾷν usus est. Μὴ κατεξέρα αὐτῷ τὸ σεαυτοῦ φλέγμα. *Noli pituitam tuam in eos evomere, excreare, egerere.* Atqe hæc περὶ τοῦ ἐξερᾷν, qod hoc sensu usurpatum Lexicographorum turba hactenus nusqam observavit.

D Sicut avtem τὸ ἐξερᾷν *vomendi*, ita τὸ διερᾷν *percolandi* significatum habuisse videtur; de qo tamen altum est qoqe apud eosdem silentium. Inde enim διέραμα apud Plutarchum *adversus Epicureos*, qos διεράματι τοῦ σώματος ait χρῆσθαι τῇ ψυχῇ, καθάπερ οἶνον ἐκ πονηροῦ καὶ μὴ στέγοντος ἀγγείου τὴν ἡδονὴν διαχέοντες ἐνταῦθα καὶ παλαιοῦντες, οἴεσθαι (ὥστε, Xylander) σεμνότερόν τι ποιεῖν καὶ τιμιώτερον. h. e. *Animam pro corporis colo qodam habere, qo voluptatem tanqam vinum inde velut ex vase qasso persluoqe defundant, atatemqe eidem concilient, ut honestius ac honorificentius qiddam reddatur.*

E Ejusdem cum istis originis sunt ἀπεράω qoqe & καταράω. qorum illud apud Strabonem *lib.* 1. reperitur. Ubi de mari Evxino agens, qod in Mediterraneum profluit, Μέχρι μὲν οὖν ἡ αὐτὴ ἦν, μὴ βιάζεσθαι πρὸς τὴν ἔκρυσιν. — ἐπειδὴ δὲ ὑπερεπιπόλασεν ἡ ἐντὸς, βιασθεῖσα καὶ ἀπεράσασα τὸ πλεονάζον. *Ut qamdiu eadem manebat* (utriusqe superficies) *non cogeretur aqa ad effluxum.* --- *postqam avtem interior facta est elatior, ibi demum vi erupit, & qod abundabat evomuit.* Ita, nec malè prorsus, reddidit Xylander: ut ἀπερᾷν sit idem
F qod ἐξερᾷν denotare supra ostendimus. At Casavbonus; ἀπεράσασα, inqit, *elegans vox, significat solo illidere*; & à *cottaborum ritu* sumptum avtumat: qæ vocis notio Strabonis dictioni mentiqe eò loci nevtiqam convenit. Alterum illud κατερᾷν scilicet apud Avtorem eundem *lib.* 17. habetur, ubi de crocodilo, qem sacrum habebant Ægyptii colendo curandoqe, Οἱ ἱερεῖς, οἱ μὲν διέστησαν αὐτοῦ τὸ στόμα, ὁ δὲ ἐνέθηκε τὸ πέμμα, καὶ πάλιν τὸ κρέας, εἶτα τὸ μελίκρατον κατήρασεν. Ubi denuò ἐκείνῳ, κατερᾷν *est solo illidere*. Perperam planè, contraqe rei gestæ ac narratæ veritatem. Re-
G ctiùs Xylander; *Sacerdotum alii belluæ os diducebant, alius placentam ingessit, posteaqe carnem, deinde mulsum infudit.* Apud Dioscoridem etiam vocabulum hoc crebriùs occurrit. *lib.* 2. *cap.* 87. Græc. 65. Lat. Ὅταν δὲ πυρωθῇ ἅπαν, κατεράσας εἰς ὕδωρ καὶ ψύξας, — ἐκ δευτέρου πύρου. *Ubi totum liqatum fuerit, in aqam defusum refrigeratumqe, iterum liqato.* Restituenda voa eadem apud eundem *lib.* 5. *cap.* 100. Græc. 56. Lat. ubi κατεράσας εἰς θυίαν, & κατεράσας εἰς λοπάδα κεραμέαν, *in mortarium, & in ollam fictilem, defundens*; pro καθεράσας bis legitur. Hujus avtem usum ea scripto isto in *Thesavrum* suum contulit Lexicographorum princeps: sed nec Pollux tacuit, qi *l.* 7. *c.* 33. Κατακερμαίζειν τὸν οἶνον ἀντὶ τοῦ κατερᾷν, in comœdiâ mediâ dictum monet, qod *vinum appetere*, frustra reddidisse interpretem.

cum

cum *defundere* debuisset, Salmasius *ad Solinum* docet. Originem vocabuli eodem loci Vir Cl. idem sic dedit, Ἐράσαι est κενῶσαι. inde καθερᾶν, ἀπερᾶν, ἐξερᾶν, *effundere* & *infundere*. Qin & idem Vir summus in *Observat. ad Jus Attic. & Rom. c. 2.* Ubi vocis Ἔρανος natales investigat; τὸ ἐρᾶν monet esse verbum Græcum antiqum pro *fundere*, unde ἐνερᾶν *infundere*, καθερᾶν *defundere*, ἐξερᾶν *effundere*, qibus & διερᾶν, *transfundere*, sive *percolare*, adjicere licuerit. Huic suffragantur, cum Anutius Fæsius in *Lexico Hippocratico*, tum & Henricus Stephanus in *Thesavro* suo *lingva Græca* locupletissimo. Qi & uterqe, Aristophanis *ad Vespas* Scholiaste præeunte, verbi ἐρᾶν originem ἀπὸ τῆς ἔρας τῆς γῆς arcessunt: ut ex ratione primigeniâ sit *humi fundere*. Qod avtem Vir Cl. ἐράσαι esse κενῶσαι, id ab Hesychio habet, cui ἐράσαι est κενῶν. Unde & ἐρᾶν sive ἐράσαι colligit esse *profundere*, sive *expendere*: sicut & συνερᾶν, sive συνεράσαι, *conferre*: (unde ἔρανος *cœna ex symbolis collatitia*) sed & *symbola*, sive id qod viritim eo fine confertur. Unde illud Eubuli *Oedipode*, apud Athenæum *lib. 6.*

> Ἐὰν δέ τις ἐπὶ δεῖπνον ἢ φίλον τιν' ἢ ξένον
> Καλέσας, ἔπειτα συμβολὰς ἐπράξατο,
> Φυγὰς γένοιτο, μηδὲν οἴκοθεν λαβών.
> *At si qis ad cœnam avt amicum avt hospitem*
> *Ubi vocavit, symbolas exegerit,*
> *Is exul abeat, nil domo secum ferens.*

Alexis itidem in *Mandragorizomenâ*, apud eundem, *l. 8.*

> Ἥξω φέρουσα συμβολὰς πίνειν ἅμα.
> *Veniam, feramqe symbolas mecum simul.*

Qâ voce utuntur etiam Latini. Terentius *Andria*, 1. 1.

> — *symbolam dedit, cœnavit.*

Et in Evnucho,

> — *ut de symbolis essemus.*

i. ederemus, epularemur simul. Ἔρανος ergò τὸ ἀπὸ συμβολῶν δεῖπνον, & ἔρανοι, αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων συναγωγαί. *Eranoi vero sunt hominum ad epulas conventus collata pecunia facti.* Uti Athen. *lib. 8. pag. 362. E.* qibus novissimis etiam τῆς συμβολῆς καὶ τῶν συμβολῶν notationem indicavit, ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν utiqe cui τὸ συνερᾶν respondeat, qod utrunqe *conferre*, *impendere*, vel *profundere* etiam *simul* possis dicere. In cœnas enim epulasqe collatitias istiusmodi profundere solent creberrime facultates suas helluones prodigi, qos זוללים appellant Hebræi, Devt. 21. 20. Parœm. 23. 20, 21. à qibus eleganti ductâ metaphorâ usus, de idololatris, qi in idolis suis adornandis nullis parcunt sumptibus, Vates sacer Esajas c. 46. v. 6. הזלים זהב מכיס *Qi è sacculo avrum profundunt*, vel *prodigunt*: οἱ ἐρανίζοντες, sive ἀπερανίζοντες. Hoc avtem idem & de verbi ἐρᾶν, & nominis ἔρανος inde deducti notione confirmat & dictus è more ex Evstathio *ad Odyss. α.* sed ex Athenæi codicibus *lib. 8.* restituto. Qo loco Athenæus τὸ συνερᾶν καὶ τὸ συμφέρειν ἐπ' ἀλλήλων tanqam συνώνυμα usurpavit. Qod & Budæo est observatum, nam qod τὸ ἐρᾶν τὸ ἐπιθυμεῖν in τῆς ἔρανος notatione, de qâ eo loci sermo habetur, Etymologus interpretatur; sed & Casavbonus τὸ συνερᾶν apud Athenæum *amoris mutui* notionem habere existimavit, id à verâ vocabuli ratione alienum esse videtur. *Etymologici*, sicut & *Veteris Lexici*, qem Stephanus lavdat, compilator cum τὸ συνερᾶν apud Δειπνοσοφιστῶν Avtorem qid vellet, minus assequerentur, dictionem genuinam interpolarunt; & pro eo qod ille ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ συμφέρειν dixerat, alter ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ συνεισφέρειν, alter cum minus commodè ea cohærere adverterat, ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ ἐπιθυμεῖν συνεισφέρειν, posuit, (qod & Stephano potius visum est) sed perperam uterqe. Rationem veram nec Casavbonus repudiasset, nec Stephanus insuper habuisset, si verbi istius usum in aliis ejusdem familiæ vocabulis familiarem satis accuratiùs perpendissent. Qanqam qod Hesychio ἐράσαι κενῶν dicitur in exemplis certe, qæ ὅλα τῷ φυλάκῳ Lexicographus diligentissimus ex Scriptoribus variis congessit τὸ ἐξερᾶν non tam *deplendi* sive *evacuandi*, qam *educendi extrahendive* significationem habere videatur. Etiamsi avtem illud ad istud necessario, nec prorsus tamen conseqi non abnuam, notiones tamen distinctæ ac diversæ sunt. Siqidem non *evacuatur* prorsus Evxinum Pelagus, qando in Mediterraneum τὸ πλεονάζον ἀπερᾷ, aqarum *qod superat egerit*. Ita enim malim, qam cum Xylandro, *evomit*. Qod modo Plinius minor *l. 9. Ep. 6. Fons egerit aqam & recipit; nam expulsa in altum in se cadit.* Qin & apud Hippocratem τὸ ἐξερᾷ, *egerit*, reddi poterat. Qo modo Naso *Fabul. l. 6. v. 663.* de Tereo,

> — *reserato pectore diras*
> *Egerere inde dapes.* —

Nisi qod vocabulum istud ambiguum est, & tam de *dejectione* qam de *ejectione*, uti distingvit hæc Celsus *l. 1. c. 3.* & *l. 2. c. 12.* dum loco altero illos notat, *qi qotidiè ejiciendo vorandi facultatem moliuntur*; altero, *dejectionem antiqos crebrâ alvi ductione omnibus ferè morbis molitos*, *refert*. Sed & ἐξέραμα reddi poterat *egeries*: qâ voce de fimo à Bonaso emisso usus est *Solinus c. 40.* Certè strictè loqendo, ἐξεράσθαι id dicitur, qod *educitur*, *egeritur*, *effunditur*; κενοῦσθαι id, qicqid est, unde vel *educi*, vel *egeri*, vel *effundi* qid perhibetur. V. gr. Ubi apud Laertium, à medicis qærit Heraclitus, Εἰ τις δύναιτο ἐπομβρίαν ποιῆσαι αὐχμόν, ὑγρὸν ἐξᾶραι, sive ut Stephanus legit, ἐξεράσαι, *nunqis depressis, an compressis, intestinis, humorem educere posset.* Ventrem qidem *evacuatum*, at humorem, non intestina ipsa, *eductum* volebat. Sed ad alia transeamus.

Actorum Apostolicorum, c. 13. v. 18. Ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. Et de Scripturâ, & de sensu ambigitur. Nonnulli Scripturam mutandam censent: eo qod apud Hesychium, qem locum hunc ob oculos habuisse opinantur, ἐτροφοφόρησεν, ἔθρεψεν, legant. ita enim legendum, non ἔτρεψεν. qod mirum Cl. Drusio non suboluisse, qi corrigere neglexit qod correctum oportuerat, mutavit qod mutatu opus non erat: frustra enim, qod & D. de Dieu prior monuit, pro ἐτροφοφόρησεν, ἐτροποφόρησεν rescripsit: hoc avtem verbi apud Maccabaicon Scriptorem, alterum, cap. 7. vers. 27. reperitur (qem locum & Hesychius respicere potuit:) Ubi mater filio, sua circa illum officia commendans, (qemadmodum de Penelope matre suâ Telemachus, *Odyss. β. v. 131.*

> Ἥ μ' ἔτεχ', ἥ μ' ἔθρεψε —
> *Qa me peperit, qa me enutrivit.*)

Ἐλέησόν με, inqit, τὴν ἐν γαστρὶ περιενέγκασάν σε μῆνας ἐννέα, καὶ θηλάσασάν σε ἔτη τρία, καὶ ἀγαγοῦσαν εἰς τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ τροφοφορήσασαν. *Miserere mei matris tuæ, qa te in utero novem menses circumgestavi, qa te per triennium lactavi, qa ad hanc usqe ætatem eduxi*, sive *provexi*, *qa educavi*, ut Tigurinus, sive *educationis molestias pertuli*, ut Junius. Ut τὸ τροφοφορεῖν sit τὸ τῆς ἀνατροφῆς πόνους καὶ τὰς δυσχερείας φέρειν, *nutricationis* sive *educationis labores molestiasqe perferre*. Alii Scripturam retinent; sed de sensu nihil demutant; putant enim τροποφορεῖν, εὐφωνίας caussâ, ἀντὶ τοῦ τροφοφορεῖν dictum: huc concedunt è nostris Andreas Dunæus in *Comment. ad Chrysostomum*, & Joannes Luidus, qi eruditis Græcorum exemplis (qæ utinam nobis vir magnus ille non invidisset) idem in suis ad se literis comprobasse refert V. C. Franciscus Junius. Syrus, qod & Drusius monuit, reddit simpliciter, ותרסי *& nutrivit eos.* Qomodo & Arabs & Æthiops interpretati perhibentur: nec secus Syrum vertit, vel Boderianus, vel Drusio qoqe attestante Tremellius, qi & interpretem eum ita vertisse monet, acsi ἔθρεψεν legisset; vel Junius etiam, à D. Ludovico de Diev frustrà, cum Bezâ (qem eâdem notâ simul involvit) notatus, qasi verterit, *& duxit*; qum & αἰνιγματωδῶς reddiderit, *& nutrivit*, & τὸ τροποφορεῖν adnotarit insuper accipi posse pro eo qod est, *nutricis instar ferre atqe educare*. Syrum avtem ita vertendo Beza avtumat respexisse verba Mosis, Num. 11. 12. ubi Deum interrogat, utrum ipse *populum illum numerosum gestare possit*, כאשר ישא האמן את־הינק ὡσεὶ ἄραι τιθηνὸς τὸν θηλάζοντα, *perinde ac puellum lactentem alumnus bajulaverit*: vel illa etiam Devt. 32. 11. ubi *Deus populum* eundem *gestasse* dicitur, *ad aqila instar, qa pullos* nondum volare potes *super alas bajulat*: qasi scilicet τροποφορεῖν, sit, qod

& Junius supra, *τροφοῦ δίκην φορεῖν, ad nutricis instar gestare*; qod tamen aliud est qam *pascere*, sive *enutrire*. Ad qod propiùs accessit Dunæus noster, qi vult τροφοφορεῖν, sive τροποφορεῖν, ad sonum elegantiorem, dictum, qasi sit, τὴν τροφὴν φορεῖν, vel φέρειν, *cibum & alimentum alicui ferre ac subministrare*; instar avis illius Homericæ *Iliad.* ι. v. 323.

> Ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι
> Μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι. κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ.
> *Sicut avtem avis nondum volucribus pullis affert*
> *Escam, postqam acqisierit: male avtem ei est ipsi.*

Verbum ipsum apud Græcos interpretes reperitur bis positum, Devteron. 1. 31. ubi Moses de populo Israelitico, Ἐτροποφόρησε ὁ Κύριος ὁ Θεός σου, ὡς εἴ τις τροποφορήσει ἄνθρωπος τὸν υἱόν. ubi Hebræi נשאך יהוה אלהיך כאשר ישא איש את־בנו *tulit*, avt *gestavit*, *te Jova Deus tuus, perinde acsi gestaret qis filium suum.*

Cæterum aliò trahunt in concione Apostolicâ pleriqe: itaqe vetus interpres, ἐτροποφόρησεν vertit, *Mores eorum sustinuit*: nec aliò Beza abscessit, qi reddit, *mores eorum pertulit*. Masius item in *Josh. c. 24. morositatem ipsorum patienter tulit*. Eodem ferè concedunt, Græci pleriqe, Origenem secuti. Nam Chrysostomum qod Junius refert priore modo legisse, is, sicut & Theophylactus, qi Joannem κατὰ πόδας seqi assolet, de voce istâ nihil qicqam habet, unde possit, qomodo is ceperit, dignosci. Verum Origenes *adversus Celsum l. 4.* cum verba illa ex Græcis Mosaica retulisset, ubi rectè V. C. David Heschælius pro ἐτροφοφόρησεν, ἐτροποφόρησε & τροποφορήσει restituit; subjungit, *οἱονεὶ ἀνθρώπου τρόπους πρὸς τὸ ἀνθρώπους λυσιτελὲς φορῶν. Acsi Deus homines alloqendo eorum mores in se suscipiat, eorumqe moribus ac captibus, in ipsorum utilitatem, se accommodet.* Ita verbi compositionem hanc agnoscit planè, licet à sensu supra posito deflectere videatur. Tum Athanasius, sive qis alius fuerit avtor, *Orationis de Blasphem. in Sp. Sanctum*: *Ἕως μὲν κατανοῦντος δι' ἄρτους καὶ ὕδωρ ἐγόγγυζον, ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοὺς ἦγεν ἔφερεν, ὡς εἴ τις τροφὸς τροποφορήσει τὸν ἑαυτοῦ υἱόν. Qamdiu ob panes & aqam tantùm obmurmurabant, tamdiu ille ferebat eos, perinde ac nutritius aliqis filium suum ferret.* Procopius deniqe apud Mosen ait, τὸ τροποφορεῖν κυρίως σημαίνειν, τὸ παῖδας δυσκολαίνοντας τρέφειν καὶ μεταφέρειν διὰ συμψελλισμοῦ καὶ συγκαταβάσεως. *τροποφορεῖν esse propriè, pueros morosè affectos unà balbutiendo, seseqe ipsis accommodando, circumducere & sedare.*

Cæterum insurgit adversus interpretationem hanc Dunæus noster; variisqe eam rationibus convellere conatur. Primò: *historia prius illud*, inqit, *melius convenit. Qid enim? cum illis manna de cælo pluit, coturnices attulit, nonne ἐτροφοφόρησεν, & cibum qasi præmansum in os qodammodo inseruit, qo modo de ave illâ ex Iliade dictum est?* At primò Mosis verba, qæ respexisse vult Apostolum, Devt. c. 1. v. 31. non admittunt hunc sensum, *tulit*, inqit, sive *gestavit vos Dominus per totam hanc viam.* atqe ita Symmachus, teste Procopio, rectè reddidit, ἐβάστασε. Tum; esto, historiæ consentiat sensus iste. at nec ille prior eidem qicqam adversatur. Imò, inqit, *adversatur qam maximè: qomodo enim Deus mores eorum in eremo pertulit, qos præter unum atqe alterum omnes prostravit in eremo.* κατεστρώθησαν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ. 1 Cor. 10. 5. In proclivi responsio est, Deum, etsi partim eos turmatim exitio dederit, cum in G impietatis havd ferendæ facinora prorumperent, partim etiam ob defectiones crebras pavlatim absumpserit, diu tamen mirandâ planè patientiâ ac lenitate morosos ipsorum mores pertulisse, & murmurantibus qoqe, Deumqe ac ministros ejus tantùm non jugiter inclamantibus & allatrantibus; necessaria semper suppeditasse, & adversus hostes suos, prout occasio fuerat, eosdem jugiter protexisse. Certè insignem numinis in populum illum sustinendo tolerantiam, multis prædicant post Mosen Devter. cap. 32. Vates Sacri Hymno præsertim 78. & 106. tangit strictim avtor Hymni 95. v. 10. ubi Deum de eo verbis illis conqerentem inducit, qæ & Apostolus respexisse havd immeritò censet Camerarius, *Qadraginta annis à populo isto vexa-*

A *tus sum.* אקוט metaphora est ab eis ducta, *qi qod fastidiunt & aversantur planè, ferre coguntur*, vel *ad sustinendum saltem animum obfirmant suum.* Sed ἀναλογία, inqit, *non fert ut τὸ τροποφορεῖν significet pravos aliorum mores ferre ac pati. φορεῖν enim non est perpeti, sed portare, gestare, ut ἐκφορεῖν, συμφορεῖν, exportare, comportare*, & δορυφορεῖν, ἀχθοφορεῖν, καρποφορεῖν. Ac certè, cum τὸ φορεῖν hoc sensu sit freqentissimum, qid ni & τὸ φέρειν hoc inde enatum eundem possit obtinere? qin & obtinere qandoqe satis clarum est. Sic enim cum δυς particulâ commissum B τὸ δυσφορεῖν significat *agrè, molestè aliqid ferre.* Maccabaicon avtor. l. 2. c. 4. v. 35. ἐδυσφόρουν ἐπὶ τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀδίκῳ φόνῳ. *viri cadem iniqam agrè ferebant.* & cap. 13. v. 25. ἐδυσφόρουν περὶ τῶν συνθηκῶν, *pacta graviter ferebant.* Herodianus *lib. 3.* Δυσφοροῦντα ἐπὶ τῷ μὴ εἰς ἐβούλετο τὰ τῆς πολιορκίας αὐτῷ προχωρεῖν. *agrè ferentem, qod non pro animo et obsidio procederet.* Et l. 5. οἱ στρατιῶται ἤχθοντο καὶ ἐδυσφόρουν. *milites angebantur & molestè ferebant*, ubi ἄχθεσθαι καὶ δυσφορεῖν ἐκ παραλλήλου ponuntur. Qin & τὸ βιοφορεῖσθαι pro *agrè, molestè, gravatim* aliqid *ferre* usurpatum, C licet Lexicographi id minùs adverterint, deprehendimus. De Athanasio Epiphanius *Hæres. 68. sect. 6.* Ἐντεῦθεν ἄρχεται βιοφορεῖσθαι καὶ λυπεῖσθαι διὰ τὸν μερισμὸν τῆς ἐκκλησίας. *Cepit inde molestè ferre & contristari ob Ecclesiæ divisionem.* Et Hæres. 69. *sect.* 10. de Alexandro: Κἀκείνου μὴ βουλομένου μετ' αὐτοῦ συναχθῆναι μήτε εἰς κοινωνίαν αὐτοῦ ἐλθεῖν, καὶ βιοφορουμένου καὶ στένοντος. *Cum avtem nollet cum illo unà conventus facere, avt communionem illam habere, sed agre ferret, & ingemisceret.* Qin & si ἀχθοφορεῖν de onere portando analogicè dicatur, certe moribus pravis, qi oneri D portantibus ac ferentibus gravi satis ac molesto fuerint, τὸ τοῦ φορεῖν ῥῆμα non minùs conveniat. Accedit qod Apostolus horsum respexit, qum Christianos homines hortatus est, Galat. 6. 2. ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, ut *suorum invicem onera portarent, bajularent*, i.e. mores suos invicem parum commodos sustinerent ac ferrent. Porrò si opposuerit vir doctus, τὸ δυσφορεῖν, non à δυς & φορέω verbo coalitum, sed à δύσφορος nomine deductum, ut τὸ δυσφορεῖν sit δύσφορως ἔχειν. neqe Syntaxin eandem admittere τὸ δυσφορεῖν, qam τὸ τροποφορεῖν istic obtinet: Posset ex adverso regeri, nec avem illam Homericam νεοσσοῖς, sed νεοσσοῖσι προφέρειν dictam: τροφὴν utiqe sive μάστακα, *cibum*, qo *nutricat*, non νεοττοὺς *pullos*, qos *nutricat*, φέρειν sive προφέρειν dicitur: ut nec hoc sensu sumptum τὸ τροφοφορεῖν personæ cui id munus præstatur accusativum admittat. Verum deniqe τὸ τροποφορεῖν istud, est *verbum inusitatum & qod nusqam legisse meminerit.* At fuisse in usu probat, qod Cicero *ad Attic. l. 13. Ep. 29.* usurpaverit; idqe cum syntaxi eadem qâ est usus Apostolus verbis illis; *In hoc* τὸ τῦφόν μου, πρὸς Θεῶν, τροποφόρησον, i.e. *ambitionem, elationem meam, per Deos obtestor te, sustineas, perferas.* Itaqe enim malim, qam avt cum Budæo, *indulgeas*; avt cum Victorino Strigelio, *eleganter feras*: qi uterqe Ciceronis illud adnotavit. Accedit qod Aristophanis Scholiastes *ad Ranas Act. 5. sc. 4.* atqe ex eodem Svidas in Σκύμνος, Æschyli effatum illud,

> Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.
> *Catulum leonis alere in urbe non decet.*

istis, tanqam alius cujuspiam, componens;

> Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν.
> Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.
> *Alere leonem in urbe primo havd convenit:*
> *Sin nutriatur, mores ferre convenit.*

Ὁ μὲν, inqit. συμβουλεύει ἀρχὴν μὴ δέξασθαι. ὁ δὲ, ἢ μὴ καταδέξασθαι, ἢ καταδεξάμενον τροποφορεῖν. *Alter nec recipere omninò consulit: alter vel non recipere, vel recepti mores ferre.* Τροποφορεῖν, dixit, qod Poeta τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν, *moribus inservire*, sive ut Valerius Maximus, *obseqi.* Sic enim is extulit *l. 7. c. 2, Non oportere in urbe nutriri leonem: sin avtem sit altus, obseqi ei convenire.* Verum memoriâ lapsus hic à Pericle prolatum id refert, cujus nulla in illo dramate persona: Qod & Leopardus monuit *Emend. l. 8. c. 12.* Et verò, nec Æschylo etiam, sed comico ipsi tribuit Plutarchus, apud qem etiam pro ἐκτραφῇ ἐκτρέφῃ, *si qis enutrierit*,

sed

sed minùs commodè, opinor, legitur. Optimè, locum hunc explicans, Lutherus in *Psalm.* 130. *Deum tulisse dicit Apostolus mores eorum, sicut bonus maritus fert mores uxoris, praceptor discipulorum, princeps suorum avlicorum: qod si hac vita civilis opus habet istâ ἐπιεικείᾳ, ut non summo jure homines omnia inter se agant, qantò magis necesse est, Deum esse τροποφόρον in hac nostrâ tum imbecillitate, tum pravitate?* Respexit vir sanctus forsan, cum de marito diceret, qod Varro apud Gellium *l.* 1. *c.* 17. (cum eodem saltem convenit probè) *Vitium uxoris avt tollendum, avt ferendum est: qi tollit vitium, uxorem commodiorem praestat; qi fert, sese meliorem facit.* Certe qod Cicero *Famil. l.* 9. *Ep.* 6. *Non est idem ferre, si qid ferendum est; & probare, si qid probandum non est.* Siqidem ferre possumus in aliis multa, qæ non probamus tamen. Qio & illud Syri, qod vulgo concipitur.

Amicis vitia si feras, facis tua.

Gruterus invertit, legiqe postulat,

Amici vitia ni feras, facis tua.

In eandem hanc classem redigi potest τὸ σκάνδαλον; qod apud antiqos Græcæ lingvæ avtores deprehendere hactenus neqiverunt, qi sunt rerum istarum indagatores diligentissimi atqe acerrimi. Verum apud Hellenistas, qos nuncupant, crebrum est atqe admodum familiare. Siqidem veteris Instrumenti Interpretes Græcanici, qi Septuaginta nomen præferunt, (à qibus & Novi Scriptores videntur sumpsisse, apud qos non minùs freqenter occurrit) nunc דפי Hymn. 50. 21. nunc מוקש Josh. 23. 13. Judic. 2. 3. & 8. 27. 1 Reg. 18. 21. Hymn. 69. 27. & 106. 34. & 140. 6. & 141. 10. nunc כסל Hymn. 49. 13. (qo loco tamen כשל legisse videntur) nunc מכשול Levit. 19. 14. 1 Reg. 25. 31. Hymn. 119. 164. σκάνδαλον reddiderunt. Nec minùs freqens in scriptis Evangelicis atqe Apostolicis est, cum nomen σκάνδαλον, tum & inde deductum verbum σκανδαλίζειν. Propterea Origenes *adversus Celsum lib.* 5. Ἀληθῶς δὲ, inqit, τὸ τοῦ σκανδάλου ὄνομα πολὺ ἐν τοῖς γράμμασι τούτοις ἐστίν. *Freqens est in scriptis hisce scandali nomen.* Posset forsan & τὸ σκῶλον his eisdem accenseri, qod interpretes iidem iidem, nunc pro מכשול usurpant, 2 Annal. 28. 23. & Esajæ 57. 14. nunc pro מוקש Exod. 10. 7. & Devt. 7. 16. nunc pro עכר Judic. 11. 35. Etiamsi ex Homeri *Iliad.* ν. v. 564. σκῶλος πυρίκαυστος, sed formâ masculinâ adducunt Hesychius & Etymologus, pro *sude adusto*, atqe *igne indurato*, qo jaculi avt sagittæ vice utebantur: à qo scriptores posteri, avtore Evstathio, τὸ σκῶλον μετεπλάσθη, ἀντὶ τοῦ ἐμποδίου, *pro offendiculo sive impedimento traduxerunt.* Svidas etiam ex poetâ innominato σκώλους ἐμπῆξαι, *sudes praacutas infigere*;

Τοῦ μὲν ἐγὼ καὶ ζῶντος ἀναιδέος ἐμπήξαιμι
Σκώλους ὀφθαλμοῖς, καὶ εἰ θέμις, αἷμα πιοίμην.
Hujus qidem ego viventis impudentis infigerem
Spinas oculis, & si fas, carnes crudas devorarem.

Ubi pro ἀναιδέος, qæ vox nihili est, malim cum Henrico Stephano, ἀναιδέως, qam cum Æmilio Porto, ἀναιδέος, ut ζῶντος ad hominem, ἀναιδέως ad oculos referatur. Sed & ὀφθαλμοῖσι legendum, (qod illi insuper habuerunt) clarum satis videtur. Nam qod subjungit idem ex fabulis Æsopicis, in qibus asinus lupo,

Ἔκ μοι σκῶλον ἔξελκε, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσεν ὁπλῇ.
Mihi spinam extrahe, qod mihi malum incidit in ungulam.

Seqioris est ævi. Verum inde compositum τὸ σκωλοβατίζειν, *qasi per sudes praacutos & offendicula incedere*, ex Epicharmi *Persis* itidem Etymologus. Qanqam havd familiare priscis fuisse videtur, in eo sensu præsertim, in qo veteris Instrumenti interpretes sint usi; & τὸ σκάνδαλον multo minus, cujus vocabuli ex priscis avtoribus nullum hactenus exemplum à qoqam adductum comparet hactenus. Qin & originem exoticam sapere utrumqe videatur כשל sive מכשול σκῶλον, & inde σκάνδαλον, immutatione leviusculâ. Inde enim malim, qam a Græcorum σκάζω. qanqam & hoc sb Hebræâ radice illâ Georgius Cruciger & Stephanus Gvichardus in *lingvarum harmoniâ* deducunt. Cæterum mirari qis possit, qare τὸ מוקש qod *laqeum* sive *tendiculam* propriè significat, per σκῶλον & σκάνδαλον toties reddiderunt: Id verò à prisco vocabuli hujus usu tractum videtur, unde etiam non insolens prorsùs antiqis illis fuisse τὸ τοῦ σκανδάλου ὄνομα meritò qis suspicetur. Siqidem cognatum huic τὸ σκανδάληθρον, pro *muscipulâ* sumptum reperitur, vel pro *perticâ* saltem *ligneâ* in decipulis ita positâ, ut dum inclinando corruit, bestiolam incidentem intercipiat. Aristophanes *Acharnens.*

Κἆτ᾽ ἀνθελκόμενος ἠρώτα, σκανδάληθρ᾽ ἱστὰς ἐπῶν.
Dictionum interrogat retractos capticunculis.

Ἐπῶν σκανδάληθρα, dixit *verborum decipula*, qibus homines simplices & technarum ejusmodi ignari ab astutis captari, circumveniri, atqe irretiri consveverunt. Eodem avtem sensu & τὸ σκάνδαλον, cui ortum suum τὸ σκανδάληθρον debere nemo non viderit, usurpatum monet τῶν γλωσσογράφων princeps (si eruditis credimus) Hesychius, cujus ista, sed perperam habita, sunt. Σκανδαλίθειμος καὶ σκάνδαλον, τὸ ἐν τοῖς μυάγροις. Forsan sic restituenda, Σκανδάληθρ᾽ ἱστὰς. σκανδάληθρον καὶ σκάνδαλον τὸ ἐν μυάγροις. Et illo potuit Aristophaneum, qod protulimus, dictum, isto interpretum sacrorum usum, qod Grammatico illi havd est infreqens, respexisse. Nam de lectione alterâ, qæ Aristophanis interpres nugatur solens, nec navci sunt.

CAPUT XLII.

Hypocritas simiis *compares. Ab imitatione affectatâ nominis id multis hasisse. Adulatorem officiorum specie amicum genuinum; hypocritas hareticosqe ritibus externis sapenumerò Christianos veros superare.* Diabolum Dei simium, *hujus* sacramenta excrementis *suis imitari.* Circumcisionem *hinc à Judais ad exteros traductam. Ab Ægyptiis eam didicisse Judaos, Herodoto & Juliano falsò affirmatum. Josepho idem falsissimè à Pradensi appingi. Polliceri scriptores nonnunqam, qa non prastant. Prastasse &, qa jam non comparent: in Herodoto id ex Aristotele probari. Plinius dixisse ait, qa apud illum jam non leguntur.* Christianorum sacramenta *amulatum Satanam. Judaorum ritus etiam*, sacrificia *cumprimis affectasse. Ea temporibus Judaicis longè antiqiora. Ante Mosem à Deo non fuisse instituta, perperam pseudo-Justinus. Nec rectiùs antiqos illos, qi sacrificia eo fine instituta, qo ab Ægyptiâ superstitione, Ethnicâ dæmonolatriâ, cui populus assveverat, ad se cum traduceret, cum alioqi non probaret.* Mundorum atqe immundorum *distinctio Mosis seculo antiqior. Non esse superstitionis amulam religionem, sed hujus illam affectatricem. Diabolum sacrificia arrogasse sibi, qo pro Deo vero haberetur. Spiritualium ea symbola, Christi in cruce immolandi praenuncia fuisse. Objecta ex Hymn.* 50. *& Esaj.* 1. *diluta. Rabbinorum error parilis. Judaorum de Mose Maimonide elogium. Jer.* 7. 22. *explicatus.* Ἐκ τοῦ κοινοῦ *suppleta Esaj.* 58. 13. *1 Tim.* 2. 14. Sacrificia *esse* sacramenta. *Rationes in adversum refutata. Esse ritus, gratia spiritualis signa, pactorum conventorum Deum inter hominemqe sigilla. Eis vicissim sibi obsignare illos. Exod.* 24. 8. *Psalm.* 50. 5. *Ritus peculiaris. Qo Deus Abraha. Gen.* 15. 9.–18. *& an ex ritu Chaldaico illud Deo usurpatum. Qo Judai Deo. Jer.* 34. 18. *Qod vitulo illi; idem porco Ethnici in pactis pangendis: canè in lustrationibus Bœoti ac Macedones. An huc respiciant Devt.* 29. 12. *2 Annal.* 15. 12. *Nehem.* 10. 30. *Jer.* 34. 10. *non videri. Immanis ritus illius imitatio, in Pythei filio Xerxis, in Astydamiâ Pelei.*

HYpocritas, nominis Christiani professores, Gregorius Nyssenus *Orat. de professione Christiana* simiis confert, qi gestus humanos imitantur, cum hominis tamen nihil habeant, sed sint bestiolæ contemptissimæ. Qemadmodum itaqe Rusticum Regulus referente Plinio minore *Epist.* 5. *lib.* 1. *Stoicorum simiam*: Et Poetam nescio qem, *Calvi & Catulli*, qos ineptè imitari co-

natus est, *simium*, Flaccus nuncupat. *Sat.* 10. *lib.* 1. Et Cestius Rhetor. Argentarium, *simium suum*; cujus avditor erat & imitator: ut M. Seneca, *Controv.* 26. & Cyprianus Novatianum, *Ecclesiæ Catholicæ simiam*, cujus ritus æmulabatur, *Epist.* 73. Et Tatianum Sophistam *sui temporis simiam* dictum testatur Capitolinus in *Maximino minore*, qod cuncta imitaretur: qod de Alcibiade Plutarchus *pag.* 203. C. Ἀλκιβιάδης δὲ διὰ χρηστῶν ἰὼν καὶ πονηρῶν ὁμοίως, οὐδὲν ἦν ἀμίμητον. *Alcibiades vero juxta inter bonos versans & pravos nihil non imitari volebat.* Sed & Adulatorem *simiam* Plutarchus idem *lib. de discrim. adulat & amic.* qod amici munera & officia imitetur; idqe qandoqe tam artificiose & studiose, ut qamvis affectu benevolo omni destitutus, amicum tamen genuinum sedulitate officiosâ & obseqiis externis, multis etiam parasangis anteeat: ita istos nomine specieqe tenus tantum Christianos, cum μόρφωσιν εὐσεβείας externam tantum ferant, veritate avtem virtuteqe destituantur internâ, non Christianos ille, sed *simios* horum censet, qos reverâ ritibus actibusqe externis non imitantur duntaxat, sed aliqandò etiam exuperant. Id qod in Montanistis est videre, qos rigido vitæ instituto, jejuniis statis, xerophagiis crebris, nuptiis secundis abrogatis, lapsis veniâ abnegatâ, in persecutione fugâ damnatâ, Christianos orthodoxos tantopere antecessisse, ut hos pro *Psychicis* ac *choicis* præ semet ipsis habuerint, ex Tertulliani dissertationibus, postqam ad eam sectam descivarat scriptis, liqidò patet. Qemadmodum avtem hosce ille *Christianorum simios*; ita diabolum *Dei simium* non ineptè qis dixerit. Sicut enim illi piorum ritus, sic Dei cultus iste est studiose æmulatus. Qum enim Deum animadverteret *sacramenta* qædam instituisse, qibus tanqam symbolis tesserisqe qibusdam, cultores sui illi se obstrictos profiterentur; & ipse non tam *sacramenta*, qam *execramenta*, ut Avgustinus loqitur, habere voluit, qibus rituum illorom religionem perverse imitaretur. Hoc est qod Tertullianus *Exhort. castit. c.* 11. *Dei sacramenta satanas affectat.* Et in *Præscript. Hæretic. c.* 40. *Diabolus ipsas qoqe res sacramentorum divinorum mysteriis æmulatur.*

Ita *circumcisionem* à Deo Judæis præceptam & ipse ad exteras qasdam gentes sui asseclas traduxit. Frustra enim Herodotus est, qi *lib.* 2. *Syros* Palæstinæ incolas, hoc est, *Judæos*, qi ex Palæstinæ incolis soli hoc faciebant, uti rectè Josephus *adversus Appionem*, *l.* 1. *ab Ægyptiis* ritum eum tradit havsisse. Frustra & Julianus Christiani nominis desertor perfidus & impugnator acerrimus; qi in suo illo adversus religionem nostram scripto, *Judæos* asserit, *Chaldæos cum forent*, περιτομὴν μαθεῖν Αἰγυπτίοις ἐπιξενωθέντας. *Qum apud Ægyptios peregrinarentur circumcisionem ab illis didicisse.*

Cæterum insignem facit Josepho injuriam Ramirezius in *Pentecontarch. c.* 4. qem in eadem vult cum Herodoto sententiâ fuisse, rationes avtem, qas reddit, calumniæ istius, futiles sunt planè: altera est qia Herodoti illud refert, *nullo de circumcisione addito verbo.* Qod nec verùm est prorsus; addit enim de suo, qod supra retulimus. Nec necessarium fuerat, qum hoc tantùm fine Herodotum adduxisset, qo ostenderet, historicum illum non fuisse Gentis Judaicæ penitus ignarum; sed τρόπῳ τινὶ *aliqo modo* saltem eorum meminisse. Idqe ex *Syrorum qi Palæstinam incolebant circumcisione* eidem commemoratâ constare; licet hoc de eadem *ab Ægyptiis acceptâ*, nec verum sit, nec vel verbulo probare Josephus se insinuet. Altera ratio est, qia *cum Antiqu. l.* 1. *c.* 3. *de circumcisionis cavssâ alibi acturum se polliceatur, nusqam alibi fidem persolvat, nisi eo in loco.* Qæ ratio plumâ certè levior est. Josephus reverâ *Antiq. l.* 1. *c.* 11. *Circumcisionis originem* primam narrat, his verbis, Προστάττει δὲ ὁ θεὸς αὐτοῦ γένος, βουλόμενος μένειν τοῖς ἄλλοις μὴ συμφυρόμενον, περιτέμνεσθαι τὰ αἰδοῖα. *Mandavit Deus genus Abrahæ, qo ab aliis distingveretur, circumcidi.* Rationem avtem sive cavssam præcepti hujus (qam ex parte hic attigerat) *pollicetur alibi se manifeste ostensurum*: ἐν ἄλλοις δηλώσω. Qid avtem si hoc alibi nusqam deprehendatur præstitisse? multa facturos se promittunt mortales, qæ posteà vel per oblivionem, vel per necessitatem aliqam non præstant. Tum, an in aliqo opere præstiterit, qod jam non extat, incertum est. Scilicet Herodotus *lib.* 1. cum *Ninum* urbem *à Cyaxare repugnatam* retulisset, *modum expugnationis fusius alibi narraturum se* pollicetur. Qod in eis tamen qæ extant nusqam præstasse deprehenditur, & præstasse tamen docent, qæ ex Aristotelis *Hist. Anim. l.* 8. *c.* 18. alibi lavdamus. Plinius avtem *Hist. Nat. l.* 24. *c.* 10. *de hypocistide inter hederas dixisse se* affirmat; cum de eâ nihil qicqam comperiatur dixisse, ubi *de hederis* verba habet. Verum qalis est ista conseqentia? *nusqam alibi de circumcisionis cavssâ, qod pollicitus est implevit; ergo ibi implevit, ubi de cavssâ ejusdem nihil dicit.* Vel etiam, *ideò Herodoto assentitur, & in ejusdem sententiam manibus pedibusqe ire se innuit,* (Pradensis sunt verba) *qod Judæos ab Ægyptiis eam refert accepisse.* Qum Josephus disertè loco ab ipso indicato, narret, *Abrahamum de eâ pro se stirpeqe suâ mandatum à Deo accepisse*: idqe hoc fine ab eo institutum, *qo hoc tanqam Symbolo, ab exteris qibusqe dignoscerentur.* Qin & capite proximo extremo, ubi *Isaaci circumcisionem* retulerat, *inde ait circumcisionis octiduæ consvetudinem ad gentem eam demanasse.* Qi ergo potuit cum Herodoto sentire, qi verbis disertissimis Herodoto contradicit. Non ergò ab exterâ gente aliqâ pervenit circumcisio ad Judæos; nec ejusmodi aliqid unqam dixit Josephus, sensitve; sed horum æmulatione pravâ ritum illum gentes aliæ susceperunt.

Qo modo avtem populi veteris, sic & Christiani sacros ritus æmulatus est hostis ille generis humani. Tertullianus *Præscript. c.* 40. *Ipsas res, de qibus sacramenta Christi administrantur, æmulanter affectavit exprimere in negotiis idololatriæ.* At qasnam illas? ea nimirum, qæ in Baptismo Christiano, & in sacrâ Cœnâ adhibentur, elementa. *Tingit enim, inqit, & ipse qosdam, utiqe credentes & fideles suos: celebrat & panis oblationem.*

Porrò inter alia *sacramenta*, nulla magis, qam *sacrificia* Judæorum illa affectavit. Tertullianus ibid. *Cæterum si Numæ Pompilii superstitiones revolvamus, si sacerdotalia officia, insignia, & privilegia, si sacrificalia ministeria, & instrumenta; & vasa ipsorum sacrificiorum ac piaculorum, & votorum curiositates consideremus, nonne manifeste Diabolus morositatem illam Judaicæ legis imitatus est?* Qanqam Judaicis temporibus antiqior etiam longè fuerat sacrificiorum immolandi ritus, ab initio ipso statim post lapsum hominem à Deo ipso institutus. Qod cum ex fratrum duorum immolationibus liqet, à Mose scripto traditis, Genes. 4. 4. tum & ex victimis, cum mactandi ratione, à Noacho post diluvium jam desitum repetitâ. Ibid. c. 8. v. 20. & ab Abrahæ ejusqe posteris ante populum Israeliticum ex Ægypto liberatum per ætates inde decurrentes continuatâ. Nec avdiendus, qem pro Justino gratis extruserunt, Avthor *ad ab Orthodoxis qæsita responsorum Qæst.* 84. qum affirmat, Οὐδένα τῶν θυσάντων τὰ ἄλογα θυσίαν τῷ Θεῷ πρὸ τοῦ νόμου κατὰ τὴν θείαν διάταξιν θῦσαι. *Neminem eorum, qi ante legem per Mosen latam ex animantibus hostiam Deo mactaverant, ex Dei præcepto ac præscripto id executum esse.* Unde enim, nisi edicto divino edocti ac muniti ejusmodi aliqid moliri avsi fuissent?

Qemadmodum itaqe erravit manifesto Herodotus, cum *Circumcisionem ab Ægyptiis ad Judæos derivatam* prodidit; ita non minus à vero recesserunt è priscis nostris nonnulli, qum pecudum immolandi ritum, non qidem ab Ægyptiis traxisse Judæos, sed Ægyptiacæ superstitionis ratione apud populum Judaicum à Deo constitutum censuere. In his Theodoretus *in Levit.* cujus hæc sunt, *Qæst.* 1. Ἐπειδὴ χρόνον συχνὸν ἐν Αἰγύπτῳ διατετέλεκεν ὁ λαὸς, θύειν δαίμοσιν ἐδιδάχθη· συγχωρήσει τὰς θυσίας ἵνα ταῖς δεισιδαιμονίαις (τῇ δεισιδαιμονίᾳ, legendum) [illegible]. *Qoniam populus in Ægypto diu commoratus, dæmonibus immolare didicerat, ideo sacrificia Deus eis concesserat, qo à dæmonum cultu ac superstitione illâ averteret.* Subjungit & hac de cavssâ *animantia*, qorum plurima colebant Ægyptii, in duas illas *mundorum & immundorum* classes Deum dispescuisse, ἵνα τὰ μὲν ὡς ἀκάθαρτα βδελυττόμενοι μὴ θεοποιῶσι, τὰ δὲ ὡς θύοντες, μὴ θεοὺς ὑπολαμβάνωσιν. *Ut ista tanqam impura aversati, Deos ne facerent; illa cum mactarent, nec Deos esse*

esse reputarent. Non advertit utiqe seculis etiam Ægyptiacam transmigrationem longè antegressis, *mundorum immundorumqe distinctionem* illam obtinuisse. Genes. 7. 2. & 8. 20. Cæterum obiter ex periochâ istâ docemur Theodoretum hunc (contra qam statuit Robertus Coqus noster, in *Patrum qorundam censurâ*) eundem ipsum esse, qi *adversus Græcos*, Clementem Alexandrinum æmulatus, scripsit, & *de horum affectibus curandis* opus suum inscripsit; qum de hoc ipso argumento, tum alibi locorum, tum, *ἐν τοῖς πρὸς Ἕλληνας συγγεγραμμένοις*, tractavisse se profiteatur. Gemina enim his habentur, qæ repetere nihil opus est, operis illius *libro*, an *sermone*, *septimo*. Idem Theodoreto prior tradiderat Epiphanius *adversus hæreticos, lib. 2. tom. 2. Hæresi* 66. qæ est *Manichæorum*. In eadem sententia est Avtor *operis imperfecti*, qod Chrysostomo qidam tribuunt, *in Matth. Orat.* 32. ubi *sacrificiorum ritum* cum *diroso libello* contendens, *Freqenter*, inqit, *Moses propter populi duritiam, injustitiam qasi justitiam præcipit; ut in eremo hostias offerre Deo: qia & de Ægypto egressi erant, corpore, non animo; nam totam Ægyptum secum in moribus bajulabant, videns itaqe Moses propter dilectionem carnalem circa studia sacrificiorum eos esse inclinatos, si mandasset eos recedere à sacrificiis non fuerat avdiendus, qia annosa passio medicamento momentaneo non curatur: jussit eos sacrificare qidem, sed jam non dæmonibus, sicut in Ægypto, sed Deo vivo. Dimidium mali permisit, ne totum perderet bonum.* Mosi scilicet adscribit, qod Dei erat: & abjectè ac profanè nimis de institutis sacro-sanctis loqitur. Qin & Chrysostomus ipse, etiamsi ab initio hæc divinitùs instituta agnoscat; tamen ideò *permissa* potius à Deo qàm *præcepta* vult ista, qo deis falsis immolare promptum hominis ingenium hac ratione contineret, *in Genes. Orat.* 27. Idemqe *in Psalm.* 49. *συνεχώρησε θυσίας, ἵνα ἀνέλῃ θυσίας.* *Sacrificia concessit, ut sacrificia tolleret.* Hieronymus itidem *in Esaja c.* 1. *Porro juxta Hebraicum, nunqam se Deus hostias Judæorum voluisse demonstrat: qod & in* xlix. *Psalmo legimus. Hostia ergo & immolatio victimarum, non principaliter à Deo qæsita sunt, sed ne Idolis offerentur.* Qi subdit tamen; *Et ut de carnalibus victimis qasi per typum & imaginem ad spirituales hostias transiremus.* Eodem inclinat alicubi & Tertullianus, ipse sibi hac in parte adversatus. Sic enim differit, *adversus Marcionem, l.* 2. *c.* 18. *Sacrificiorum onera, & operationum, & oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehendat, qasi Deus talia sibi propriè desideraverit, qi tam manifeste exclamat, Qo mihi multitudinem sacrificiorum vestrerum? &, qis exqisivit ista de manibus vestris? sed illam Dei industriam sentiat, qà populum pronum in idololatriam & transgressionem, ejusmodi officiis religioni suæ voluit astringere, qibus superstitio seculi agebatur; ut ab eâ avocaret illos, sibi jubens fieri qasi desiderans, ne simulacris faciendis delinqeret.* Et rursus *c.* 22. *Diximus de sacrificiorum rationali institutione; avocante scilicet ab idolis ad Deum officia ea; qæ si rursus ejecerit dicens, Qo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum? Voluit intelligi, qod non sibi ea propriè exegisset.* Ita *superstitionis æmulam* facit hic *religionem*, cujus illam prius *imitatricem* statuerat. Et hoc verius rectiusqe. Siqidem, qod Avgustinus noo ooo loco monuit. *Epist.* 49. *Qæst.* 3. &, *de Trinit. l.* 4. *c.* 13. &, *de Civit. Dei. l.* 10. *c.* 19. &, *contr. adv. leg. & prophet. l.* 1. *c.* 14. Dæmones cum *sacrificiorum cultum Deum verum sibi soli* sub sanctione severissimâ asseruisse adverterent, Exod. 22. 20. *divinitatis* avtem *opinionem* cum primis affectasent, ideò eundem sibi à *suis cultoribus* arrogarunt, qo *Dei veri loco* apud illos haberentur. Verum alio fine instituebantur sacrificia, qod & Origenes *adv. Celsum. l.* 4. & Avgustinus in locis supra adnotatis inculcat, ut *rerum spiritualium* & *cælestium symbola* existerent; *Significativa*, inqit Epist. 49. *fuerunt sacrificia illa, & qarundam rerum similitudines, qibus admonemur ad ea ipsa qorum similitudines sunt, sive scrutanda, sive noscenda, sive recolenda.* Præcipuè avtem *sacrificium unicum consummatissimum* illud *præfigurabant* à Christo Domino immolandum: qod Hieronymus supra attigerat. Et fusiùs Avgustinus *contr. adv. leg.* loco adnotato proseqitur. *Sicut*, inqit, *res una multis locutionibus & multis linguis significari potest: sic unum verum & singulare sacrificium multis est antea sacrificiorum significatum figuris.* Unde & *adversus Favstum* idem *l.* 20. *c.* 21. *Hujus sacrificii caro & sangvis ante adventum Christi per victimas similitudinum promittebatur; in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur; post ascensum Christi per sacramentum memoria celebratur.* Nam qod ad loca illa attinet ex Hymno 50. & Esajæ c. 1. ab illo adducta. Priore loco, qod & Avgustinus monuit, docet Deus duntaxat populum suum, sacrificia se exigere, *non qod eis egeat, avt propter se expetat. Nobis enim colere prodest Deum, non ipsi Deo: qi tam non sacrificiis, qam nec lavdibus nostris eget.* Posteriore verò, qod & Judæi apud Chrysostomum *adversus Jud. Orat.* 4. *Οὐκ ἔστι τῶν θυσιῶν κατηγορία ἀλλὰ τῆς τῶν προσαγόντων πονηρίας ἔγκλημα. διὰ τοῦτο οὐκ ἐδέχετο τὰς θυσίας, ἐπειδὴ μιαραῖς αὐτὰς προσῆγον χερσί.* *Non est sacrificiorum ipsorum criminatio, sed hostias adducentium improbitatis accusatio: propterea non fuerunt victimæ illæ Deo acceptæ, qia manibus impuris eas admovebant.* Sed & qod de *Sabbatis* eodem loci Tertullianus *operis dicti l.* 4. *c.* 12. *Vestra, dicendo, hominum ea deputat, non sua, qæ sine timore Dei celebrat populus plenus delictis.* Idem & de *sacrificiis* dicere licebit; ingrata pariter utraqe Deo fuerunt; non qia cultus ejusmodi nollet, sed qod nollet ab ejusmodi coli.

Qin nec ab errore nostrorum nonnullorum illo immunes prorsus sunt Doctores Hebræi: qem religionis, opinor, Christianæ odio magis, qam judicio certo, amplexati sunt, ne Messiæ cædem mortemqe cruentam cogerentur agnoscere sacrificiis illis præfiguratam. Siqidem, qi inter illos, doctorum omnium ferè suffragiis, principatum tenet, utpote de qo dicere consveverunt, avtore Eliâ in *præfatione Thisbi*; *A Mose ad Mosem non surrexit similis Mosi*, Moses Ægyptius Maimonis filius, in מורה נבוכים sive *Perplexorum Doctore*, *l.* 3. *c.* 32. rituum sacrorum originem & occasionem sic tradit. *Cum Tsabiorum superstitio, qi corpora cælestia, Deos arbitrati, templis conditis, altaribus victimisqe mactatis & immolatis colebant, per orbem terrarum longe lateqe diffusa diu obtinuisset; nec fieri posset, ut natura humana ab eis protinus abduceretur prorsus, qibus longo tempore jam assrevisset; idcircò Deum, non ab istiusmodi ritibus externis ad meram rerum spiritualium contemplationem populum suum traduxisse; sed cultus illos à rebus creatis fictitiisqe numinibus ad venerandum nomen suum transtulisse.* Proinde Jeremiæ verba illa exponens, ex c. 7. v. 22. qibus Deus negat se *de holocavstis & hostiis patribus mandasse, qum è terrâ Ægyptiacâ eos educeret*, Primo omnium ferè, ut ait, aliorum sententiam rejicit, qi ista *non præcepta, sed permissa*, tantum, avtumant, qod & Camius commemorat, & inde colligi refert, qod *in legibus de holocavstis hostiisqe non jubeantur ea offerri, sed si qis ea obtulerit, ut sic appareantur.* Levit. 1. 2. Tum duplicem ipse affert interpretationem: alteram, ut dicat, (qod & Jaius habet) *Non fuisse primo loco datum, post eductionem ex Ægypto, mandatum de sacrificiis, sed de voce suâ avdiendâ, sive obedientiâ sibi præstandâ*, Exod. 15. 26. *atqe hoc fuisse præceptionum suarum principium.* Ita sensus fuerit, *Non sum locutus*, h. e. *non sum primo locutus de victimis.* Qo modo Piscator illud Pavli ad Timoth. cap. 2. vers. 14. *Adam non est deceptus*, i. e. *non est primus deceptus.* Verum ibi *ἐκ τοῦ πρώτου*, *primus*, è versu proximo suppletur: sicut Esajæ c. 28. v. 13. in interdicto Sabbatico, *Neqe verbum locutus fueris. Tuum*, utiqe, ex incisis antegressis: qod & Camius insinuat. Alteram dat, qam & *potiorem* ducit; ut dicatur, *Non intentione primariâ & principali datum illud de sacrificiis exhibendis mandatum*; qod Camius, *radicem* sive *fundamentum præcepti in istis non esse. Siqidem primariam suam intentionem esse, ut ipsum apprehendant, nec alii cuiqam serviant, sitqe ipse eis in Deum, illi ipsi in populum. Secundariâ avtem intentione de oblationibus præceptum datum, ut hoc ipsum inde addiscerent.* Certè, qod apud Homerum illud *Iliad.* 1. v. 55.

Οὔ τίς τοι τὸν μῦθον ὀνόσσεται.

Nemo tibi hunc sermonem vituperabit.

ô doctorum præstantissime;

Ἀλλ' οὐ τέλος ἵκεο μύθων.

Sed

Sed non ad finem pervenisti consiliorum.

Havd male prorsus ista, etiamsi plenè minus, dixisti. Sed qod subjungis, in vitio planè cubat. *Hac scilicet de causâ ritus illos Deum ab exterorum more ad nomen suum transtulisse.* Ita scilicet falsus cultus vero prior extiterit; & ab exterorum *superstitionibus*, qas odisse & abominari se passim profitetur, *religiones* suas Deus fuerit mutuatus. Qod nec *veritati*, nec *pietati*, nec *rationi* est consentaneum.

Cæterum in *sacramentorum* censu meritò statuit *sacrificia* Tertullianus: frustraqe sunt qi ab illis secludunt ista. Etiamsi enim *sacramenta* omnia *sacrificia* non sint; at *sacrificia* tamen omnia sunt & *sacramenta*, & hoc tanqam genere continentur. Nec sunt momenti alicujus, qæ in contrarium adduci solent: qale est illud Bellarmini de Missâ l. 1. c. 22. *Sacramentis omnibus hoc esse commune, ut ab alio dentur, ab alio accipiantur; neqe ullus sibi ipsi sacramentum administret. Cum sacrificium etiam pro se qis offerre qeat.* Heb. 5. 3. Neqe enim illud in *sacramentum* perpetuum est; qod ex *agni paschalis* esu patet; ut de *Cœnâ dominicâ* nihil dicam. Nec aliusmodi Melanchthonis illud in loc. Commun. 13. sect. 9. *Sacramenta esse signa & notas promissionum, in qibus Deus nobis aliqid exhibet: sacrificia non esse propriè signa promissionum, sed opera qa nos Deo reddimus.* Sive, ut *in eundem* Steckelius; *Per sacramenta Deum nobiscum agere; per sacrificia nos cum Deo.* Siqidem tam *sacrificia*, qam & *sacramenta*, notæ & signa erant rerum à Deo promissarum; tam *pecudis immolatio*, *reatus remissi*, Levit. 6. 6, 7. qam *præputii præcisio*, *vitii expurgandi*. Devter. 30. 6. Deinde tam *per sacrificia nobiscum Deus agit*; qam & *per sacramenta nos cum Deo.* Siqidem *per sacrificia*, sicut & *per sacramenta* reliqa, *pacta conventa*, *& Deus hominibus obsignat*: ita enim de *victima* sangvine Moses Exod. 24. 8. *Sangvis est fœderis, qod vobiscum Deus pepigit*: Et *homines* vicissim *obsignant Deo.* Sic enim Psaltes Hymn. 50. 5. *Conveniant apud me sancti mei, qi sacrificio fœdus pepigere mecum.* Certè qomodocunqe sacramentum definire libuerit; sive *ritum sacrum* hoc nomine designari voluerimus, qomodo prisci sæpenumero sumunt, sive *signum visibile gratiæ invisibilis*; qomodo ex Avgustino pleriqe delineant; sive cum Apostolo, qod potissimum & exactissimum fuerit, *sigillum fœderis gratiosi*; qod enim de uno ille, *circumcisione* nempe, Rom. 4. 11. qam σημεῖον καὶ σφραγῖδα nuncupat, est reliqis omnibus commune: qocunqe, inqam, istorum modo *sacramentum* sumere placuerit, non excludetur à sacramenti ratione *sacrificium* qodqe legitimum; cum sit & *ritus sacer*, & *gratiæ invisitata symbolum*, & *fœderis inter Deum hominemqe gratiosi obsignatorium sigillum.*

Qod *vicissim sibi invicem Deum hominemqe sacrificio interveniente*, *pacta conventa obsignare* dixi, liqidò patebit ex ritu solenni, cujus in paginâ sacrâ duobus tantum locis mentio reperitur: qorum ex altero alteri lux mutua accedet. Prior habetur Genes. 15. qo loco *de terrâ Canaanitide in possessionem posteris suis cessurâ*, *cum Abrahâ stipulaturus Deus*, præcepit eidem, ut *vitulam*, *capram*, *arietem*, *triennem qemqe*, sumeret, & *per medium dissectorum partes cujusqe dimidiatas, alteram è regione alterius collocaret.* Qod ubi factum est, dicitur sole jam condito *fumi ardentis cum face accensâ species*, qæ Dei nempe *stipulantis* vicem obiret, *per segmenta sic disposita pertransiisse*; qo significaretur *Deum pactum cum Abrahâ inisse*, qod illo qasi *signo* aspectabili *obsignasset*, vers. 9, 10, 17, 18. Rectè itaqe locum illum enarrans Cyrillus *adversus Julian.* l. 10. σχισθεὶς ἐτέθη, (τὰ διχοτομηθέντα) ὡς ἀντικρὺ μὲν δὴ μέσον διέρχεσθαι μέλλοντος Θεοῦ. *Ita positas ex opposito sibi invicem partes illas discissas, tanquam Deo ipso per eas mox permeaturo.* At non pariter rectè, qod subjungit, Ἦν ἐν ἔθει Χαλδαίοις τὰς ἀσφαλεστέρας ποιεῖσθαι τοὺς ὅρκους, διὰ μέσων ἰέναι τῶν διχοτομημάτων. *Chaldæis in more positum erat, juramentorum firmissima transigendo, per segmenta dimidia ritu tali transire.* Vult Deum scilicet κατὰ τὸ ἐν ἔθει Χαλδαίοις συνθεῖναι τὸν ὅρκον οἰκονομικῶς, *ritum Chaldæis familiarem ac usitatum secutum in juramento administrando*, qod nec liqere, nec verisimile qidem esse mihi videtur. Alter locus est huic geminus (qod & post Camium Theodoretus observat) Jeremiæ c. 34. Ibi populus *pactorum conventorum cum Deo* religionis violatæ nomine à vate sacro conventus; cum admissi pœnitentiam profiteretur, od pacta denuò statuenda ritum hunc usurpasse legitur. *Vitulum assumptum medium pariter dissecabant, & per partes è diverso positas permeabant: ita fœdus cum Deo sanxisse* perhibentur, *transeundo per partes vituli illius dimidias, qem in duo dissecuerant.* vers. 18. Sicut ergo opud exteros in fœderibus pangendis *porcum* adhibebant, *qem post recitatas fœderis leges, silice feriebat*, cujus id munus erat; *votis unà conceptis, ut eum qi prior fidem fefellisset, Jupiter eodem modo feriret, qo ille porcum, & tanto magis, qanto magis potest pollerqe*; ut notum est ex Livii *Hist.* l. 1. Ita isti *vitulum* usurpabant, qo, ut dictum est, *dissecto*, qasi *signo* qodam aspectabili *pactum sanciebant*, & tanqam διχοτομηθῆναι pariter (ut Evangelista loqitur, Matth. 24. 51.) dignos, *exitio* ejusmodi, *eo facto sese tacite devovebant, si pactum cum Deo initum*, & *hac ratione ex parte suâ obsignatum violarent.* Ut rectè Jaius explicat. Ad hunc ritum refert David Camius, qod Devt. 29. 12. לעברך בברית *Ut transeas in fœdus Domini*, h. e. *ut fœdus ineas cum Domino: qia per animantium partes divisas transeundo fœdera qasi obsignabantur.* Eodem & Piscator, qod 2 Annal. 15. 12. de populo sub Asa Rege dicitur, ויבאו בברית *Et introiverunt*, sive *ingressi sunt*, *in fœdus*, *i. e.* inqit ille, *in medium partium vituli dissecti ad fœderis confirmationem.* Sed & qod de eis qi sub Nehemiâ à captivitate Babylonicâ reduces agebant, Nehem. 10. 30. באים באלה ושבועה *ineuntes*, sive *ingredientes in execrationem & juramentum*, i. e. *in spatium interjectum inter duo segmenta vituli, qem dissecuerant in conf. fœd. atqe ita sese execrabantur, si juramentum in fœdere factum violarent.* Ita severà sumenda videri posset formula illa in Jeremiæ loco supra adducto, Commat. 10. אשר באו בברית *qi fœdus ingressi sunt*; qum fœdus illud hoc ritu obsignatum narretur. Qo tamen loco Scholiastes doctissimus pariter ac diligentissimus ille nihil ejusmodi adnotavit. Verum בא בברית *fœdus ingredi*, sicut *inire* Latinis simpliciter sumitur pro *pactum cum aliqo contrahere*, etiam citra ritum talem intervenientem: qo modo in Historiâ Jonathæ ac Davidis videre licet. 1 Reg. 20. 8.

Nec hunc avtem ritum insuper habuit hostis generis humani, qin ad se suosqe etiam transferret, animantis duntaxat adhibiti specie mutatâ. Sic enim Plutarchus de Bœotiis in *problem. Roman. Quæst.* 111. Βοιωτοῖς δημοσίᾳ καθαρμός ἐστι, κυνὸς διχοτομηθέντος τῶν μερῶν διεξελθεῖν. *Apud Bœotos expiationis publicæ ritus est, per canis in duas partes dissecti segmenta pertransire.* De Macedonibus pariter Q. Curtius, l. 10. c. 9. *Macedonum Reges ita lustrare soliti erant milites, ut discissa canis viscera ultimo in campo, in qem deduceretur exercitus; ab utraqe abjicerentur parte; intra id spatium armati omnes starent, hinc eqites, illinc phalanx.* Et explicatiùs pavlò Livius l. 40. *Exercitus lustrandi solenne est tale. Caput mediæ canis præcisa & prior pars ad dextram cum extis, posterior ad lævam via ponitur: inter hanc hostiam copia divisa traducuntur: præferuntur primo agmini arma insignia omnium ab ultimâ origine Macedoniæ Regum: Deinde Rex ipse cum liberis seqitur: proxima est regia cohors, custodesqe corporis: postremum agmen Macedonum cætera multitudo claudit.* Eodem planè modo apud Vatem sacrum refertur; *Judæorum principes, avlicos, Præsules, totumqe populum inter vituli dissecti partes traductos.* Jerem. 34. 19. qos omnes ob pactum, qod eo ritu obsignaverant, violatum, Deus exitio non uni diris disertissimis devovet. Ibid. vers. 17, 20. Interesse tamen inter hunc Macedonum & Judæorum ritum illum videtur, qod ibi *vitulus* per dorsi spinam, qomodo lanii pecudes dissecare consveverunt, à capite ad cavdam usqe discissus videtur; cum hic *canis* per illa transversim divisus dicitur, qomodo serrâ dissectos qosdam retulisse plerisqe censetur Apostolus, Hebr. 11. 37. qanqam & de istis ambigi potest, prout alibi docebimus. Qin & Cyrillus suo etiam καὶ εἰς δεῦρο apud barbaros qosdam ritu pari juramenta consvevisse transigi testatur *adversus Jul.* l. 10. Porrò lustrationis genus hoc immanitate insigni imitatus Persarum Rex Xerxes perhibetur. Seneca, *de irâ*, l. 3.

l. 3. c. 17. Xerxes Pythio qinqe filiorum patri, unius vacationem petenti, qem vellet eligere permisit; deinde qem elegerat, in partes duas distractum ab utroqe via latere posuit; & hac victimâ lustravit exercitum. Id avtem ab Herodoto habet, qi *l. 7.* his verbis facinus id extulit, Ἐκέλευε τοῖσι προσετέτακτο ταῦτα πρήσσειν, τῶν Πυθίεω παίδων ἐξευρόντας τὸν πρεσβύτατον μέσον διαταμεῖν. διαταμόντας δὲ, τὸ ἡμίτομον διαθεῖναι, τὸ μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ τῆς ὁδοῦ, τὸ δ᾽ ἐπ᾽ ἀριστερά. ταύτῃ διεξιέναι τὸν στρατόν. *Conqiri jussit ab eis, qibus id exeqi injunctum est, Pythii filium natu maximum, inventumqe dissecari, & dissecti partes dimidias, ad via dextras alteram, ad sinistras alteram, collocari, qâ exercitus pertransiret.* Qin & justiore de cavsâ Astydamiam Acasti conjugem supplicio parili affecisse Peleum, avtor est Apollodorus *Bibliothec. l. 3.* cum enim Peleum illa, qem de concubitu frustra interpellaverat, pudicitiæ tentatæ apud maritum, qomodo *Josephum Domina*, Genes. 39. *Hippolytum noverca*, insimulasset, ille, re agnitâ, comprehensam eam trucidavit, καὶ διελὼν μέλη διήγαγε δι᾽ αὐτῆς τὸν στρατὸν εἰς τὴν πόλιν, *perqe membra ejusdem à se invicem divisa, exercitum in urbem, cui Acastus præfuerat, qasi hostiâ istiusmodi lustratum expiatumqe, perduxit.*

CAPUT XLIII.

Vocabulis perperam vel junctis, vel divulsis sensum sæpè corrumpi. Hinc οὔδαλα apud Homerum. qid eo significatum velint. Σκύβαλα, *Phil. 3. 8. Pavlo qid.* Σκύβαλον, stercus, caninum *propriè.* σκύβαλα, excrementa. σκυβαλίζειν, ruspinare. *Glossarium restitutum.* ἀποσκυβαλίζειν, excernere. σκύβαλον, retrimentum, fæx. retrimentum, *sive* recrementum, *urinam etiam comprehendere. Varro restitutus.* σκύβαλον, scoria. *Inde nummi σκυβαλικοί.* σκύβαλα frugum purgamenta. Inde σκυβαλίζειν ἀθερίζειν. Ἀθερίζειν, *qid & unde. Stephani in eo lapsus.* ἄχυρα ἀθερολογεῖν, *unde* ἀθεροβρωτεῖν; ἀθερολοῖον, *item* ἀθερόλογον, *idem.* ἀποσκυβαλίζειν, *de capillorum defluvio usurpatum.* σκύβαλα, *qasi* κυσίβαλα, furfures, aptudæ, ἀποβρέγματα, canicæ, *eadem unde. &* panis canicaceus, *qi* πιτυρίας *&* πιτυρίτης *Græcis.* Μαγδαλιά, *qid; qid eâ pastum esse. Synesius emendatus & explicatus.* κρίμνον, *&* κρῖ hordeum. σκύβαλα stirpium decidua, qisqiliæ. Homo qisqiliæ; *ut* homo nec navci. qisqilia, *unde.* Cicatrix *unde.* σκύβαλα *qasi* κυσίβαλα mensarum decidua. σκυβαλίζειν, *ut* σκορακίζειν, *Danao. Osse canes committi. ossa pisces.* Ossa canibus ostendere, *Proverbium unde acceptum. Plato apud Laertium & Apulejum restitutus. Ab Apulejo havd rite redditus. Antoninus emendatus.* Cani paleas dare, asinæ ossa, *Proverbium. Hyrcani festiva responsio.* σκύβαλα micæ. *Item* φλογίσματα, φλύσματα. Ἀπλόφεγγοι, hettæ. ψαθία *an cum his eadem. Etymologus per* ἀντίφρασιν *plerumqe sic dictus.* Hettæ *unde dicta. Festi an Pavli ineptia. Callimachus restitutus,* σκύβαλα λείψανα, *mensarum reliqua.* ἐκφατνίσματα. φάτνη *pro* mensa. *Parasiti canibus similes.* αἰκάλλειν *qid. Ælianus explicatus.* ἀπομαγδαλιά *qid. Hesychius emendatus; & Aristophanis scholiastes.* μαγδαλιά, *eadem* ἀπομαγδαλίς *&* ἀπομαγδαλιά. Mappæ *loco ad mensam; ad qam conviva secum tulerint, & discedentes avferebant. hoc qo fine fieri solitum.* κυνάδας *dictas easdem, non, ut Casavbonus* κύνας. *nominis ratio. Svidas & scholiastes restituti. pro tesseris eadem in Phiditiis usurpata. In culinis earundem usus.* Magdaliâ pastus. *&,* canis è magdaliâ vivens; *Proverbia, qid velint. Theophylactus emendatus. Attali imago lepida à cane vorati. Canes mensarum asseclæ Græcis qi nuncupati.* σκυβάλισμα τραπέζης. σκύβαλα, *vocabulum qam aptum ad Apostoli institutum. Antisthenis dictum: in qo lapsi nonnulli. & Stilponis geminum. Homeri locus expensus, illustratus, ex conjecturâ reformatus.* ἐπαιτῶ *ibi qid.* οὐδ᾽ ἅλα δοίης, παροιμιῶδες. *Sal tenuioribus pulmenti loco.* ἅλα καὶ δύο κρόμμυα. Sal *&* acetum. Sal *&* cepe. Sal *&* thymus. Sal *&* cuminum. *Plutarchus explicatus. in qo lapsus Erasmus, dum paræmiographos devios seqitur.* ἅλα λείχειν, salem lingere. *&* ἁλίαν τρυπᾶν, terebrare salinum, *qid. in qo frustra qi fuerint.* Ἅλς *pro* sale *an in singulari reperiatur. H. Stephano negatum id, mirum. pro mari, plurali carere; prout &* γῆ *sive* γαῖα terra. *Latinis &* maria; *&* terras *dici.* ἅλς *ut* πορεῖ ἅλα θεῖον, *&* ἅλα φιλοθρέμμονα *cur dixerint. Sal obsonium svavissimum.* χαρίτων *nomen sali inditum. Plutarchus Budæo ac Stephano parum rite acceptus.* Ἅλμη *pro eis qos Latini sales. Proverbium inde tractum, Zenobio perperam habitum.* Ἅλμη salsitas *in diverbio illo, non* maria. *Fabius restitutus: à Brodæo immeritò vapulans.* Ridicula *&* salsa *non esse* ἀναλα. φορτα. Chia qalis. *Sales Attici, Romani.* Nihil palato *sine sale non insipidum.* ἀναβρωτον *qid. apud Plutarchum frustra mutatum iri.* Elpistici *philosophi.* ἀλυποτηρὸς *qid. Pollux emendatus. ejusdem versio reformata. Plutarchi hiatus suppleti.* φίλτρον, amatorium, lenocinium, conciliatura, *de sale usurpatum, qâ notione* lenocinium *dici qeat.* Pisces sale indigere, *qâ ratione dictum sit. In hoc lapsus Erasmus. Vera etiam minus verisimilia.* faces oleo indigere, *ut pisces sale.* cepe *potus condimentum; nec salem minus. Sal condiendo carnes & cadavera conservat. Ægyptiorum ritus. Sal animæ instar. nec id sui soli. carnium suillo generi gratissimum. Plutarchus restitutus & explicatus.* κρέα, carnes; *unde* carnifex, *&* κρεουργία. *Eusebius emendatus.* Viscera, *&* Exta, *qi distingvantur.* Pactum salis, *qid. in hoc frustra fuisse è Rabbinis. Salem sterilitatem inducere. Sale sata loca qorsum.* aratrum inducendi *navibus dirutis, solumqe* sale conserendi *ritus.* כלודים *qid, & unde.* נמלחו *qid Esaja 51. 6.* כן *ibidem* pediculus. Salem vehens indormis. *&* sal eodem redit, unde exierat. *Adagia unde tracta. Salem alia corrumpere, alia conservare: humido cedere. Solis ignisqe effectus disparati.* Nihil utilius sale & sole. Lux mundi, sal terræ, *Matth. 5. 13. 14. ministri verbi qâ ratione dicti. Rejecta hic veterum qorundam argutia. De discipulis, non Apostolis solis id dictum. Gratia divina sal dicta Marc. 9. 30.* Σαπρὸν *qicqid non inde prodit. Sal cur* θεοφιλέστατον *ei dictum. Victimis qibusqe salem adhibitum. Verba Christi, Marc. 9.29. expensa & explicata; à Scaligero frustra solicitata.* πυρὶ βαπτίζεσθαι, *Matth. 3. 11. De vino qod Jud. 9. 13. Sal in exterorum sacris.* οὐλόχυται, *&* mola salsa, *qid. Epiroticis qibusdam, aliisqe ante salis usum inventum, id nunqam observatum. Mensa sine salino profana.* Salem & mensam transgredi. Sal, panis, mensa communis, *amicitiæ symbola.* Panem non frangendum; *&,* panem frangere, *qid velit utrumqe. Locus 1 Cor. 16. 17. explicatus. Item Esr. 4. 14. Vulgata versio reformata.* Salarium *unde. Rabbinorum ineptia.* Salis modius unâ comestus, *qid velit. Proverbium qoddam hinc ab Apostolo confictum videri.*

Vocabula librariorum incuriâ, vel in partes discerpta, vel in unum plura coalita, novos sensus nothosqe, in avtorum etiam nobilium scripta sæpenumero invexere. Ita qod apud Homerum dixerat Antinoum perstringendo Ulysses, *Odyss. ρ. v. 455.*

> Οὐ σύ γ᾽ ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ᾽ ἅλα δοίης,
>
> *Non tu enim ex tua domo ei qi a te petierit neqe salem dares.*

Callistratus, teste Evstathio, cum in codicibus qibusdam οὔδαλα conjunctim scriptum offendisset, (reclamante licet Aristarcho, qi mendum id & animadverterat, & sustulerat) pro genuino asseruit: spurioqe, qod Poetæ supposuerat, partui, interpretamentum prole suâ stercorariâ havd indignum adjecit. Siqidem οὔδαλα interpretatus est κόπρια, *stercora*, vel λύματα, *aedium purgamenta*, τὰ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ κείμενα, *qæ in pavimento jacentia scopis everri consveverunt.*

Proinde, Callistratum si avdimus, id Poetæ fuerint τὰ οὔδαλα, qod τὰ σκύβαλα Apostolo ad Philip. c. 3. v. 8. qo loco τὰ πάντα, inqit, ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι; *omnia præ Christo esse sibi* σκύβαλα profitetur. Ubi Syrus זבלא *stercora*: qemadmodum & vulgata versio Latina cum reliqis ple-

risqe. Qanqam & hoc alii aliter interpretantur Grammatici. Hotum enim nonnulli qidem *stercora* itidem exponunt. Glossarium σκύβαλον, *stercus*. à qa mente, opinor, ibidem σκυβαλίζειν inde ductum, *ruspinare*, exponitur. Glossarii verba, qia corrupta sunt, dabimus, medelam insuper, qantum possumus daturi. *Ruspinat*, χειροτρίβει. *Rutilat*, ἐρευνᾷ. σκυβαλίζει. Emendat ad Festum Scaliger, *Ruspat*, ἐρευνᾷ. aliud nihil movet. Ego malim, *Rutilat*, κιρρωνεῖ. *Ruspinat*, σκυβαλίζει, vel potius. qia ob vocabulorum affinitatem alterum omissum videatur. *Ruspinat*, χειροτριβεῖ, ἐρευνᾷ, σκυβαλίζει. *Rutilat*, κιρρωνεῖ. *Ruspe*, *ruspino*, ut *ago*, *agino*; *urgo*, *urgino*, & alia permulta. σκυβαλίζειν, ergo est *ruspari*, qo modo in *sterqilinio* gallinæ assolent. Sed & σκύβαλα, κόπρος. Hesychius & Etymologus, Ἀπαύτημα, τὸ σκύβαλον. &, σκύβαλον, τὸ δ' ἐντέρων ἐκδιδόμενον, κυσίβαλον τι ὄν. tanqam si propriè ac primario sit *stercus caninum*. Sed qod latius tamen laxiusqe sumi docet, cum illud Avtoris innominati à Svidâ in κλυστὴρ lavdatum, Κλυστῆρι προσθέμενος (προσθέμενος, opinor) ὑπεξήγαγε τῆς ἑαυτοῦ γαστρὸς τὰ σκύβαλα. *Clystere adhibito, è ventre suo excrementa eduxit*: tum & Alexander, Aphrodisæus an Trallianus potiùs, qi in *problematibus* ita sæpe usurpat. Etenim *l. 2. Qæst.* 63. inter τὰ τῆς φύσεως πεψάσης περιττώματα, *natura à coctione peractâ excrementa*, recenset, πτύαλον, σκύβαλον, οὖρον, βλένναν, *salivam*, *stercus*, *urinam*, *mucum*. *l.* 1. *Q.* 90. qærit, διὰ τί λευκὸν ἔχουσι τὸ σκύβαλον οἱ ἰκτερικοί. *Cur stercus album habeant icterici. ibid. Qæst.* 18. de senibus; ἀπροαιρέτως ἐξίασι σκύβαλον καὶ οὖρον, *stercus urinamqe temerè emittunt*. Inde ἀποσκυβαλίζεσθαι *excerni*, Epicteto, apud Stobæum *tom.* 2. *tit.* 5. ubi ea qæ in venerem concedunt, ait ἀποσκυβαλίζεσθαι καὶ συντρίβειν. & Zonaræ *Annal. tom.* 3. in *Constantio*, de Ario, ἀποσκυβαλισθῆναι τὰ περιττώματα. Hoc itaqe sensu, idem Apostolus, ex censu sensuqe suo, de rebus qibusqe mundanis dixerit, si cum Christo componentur, qod de amantium facultatibus Geta Plavtinus *Truc. 2.* 7.

Amator bona sua pro stercore habet.

qod de Cratete Apulejus in *florid.* 2. *rem familiarem abjecisse, velut onus stercoris, magis labori, qam usui.*

Ab hoc avtem significatu tractum avtumo, qod & pro *fæce*, sive *scoria*, & *crassamento* τὸ σκύβαλον usurpatur. Glossarium σκύβαλον. *Retrimentum*. qod est *olei sedimentum*, *fæx crassior*. Varro, *de re rustic. l.* 1. *c.* 64. *Amurca cum ex olea est expressa, qi est humor aqatilis, ac retrimentum*: qanqam *retrimentum* de *stercore* qoqe usurpavit Varro idem *Prometheo* 2. unde citat Nonius: *Retrimenta cibi, qa exierunt* (*qà exirent*, legendum) *per posticum vallem secernunt*. al. feci. At Salmasius *ad Solinum*. *Retrimenta ubi qa exierant per posticum è valle secernunt*. Sed & Macrobius *Saturn. lib.* 7. *cap.* 15. qi *urinam* qoqe hoc nomine comprehendit. *Poterat*, inqit, *utriusqe rei stomachus retrimenta tradere, cui nunc solius cibi tradit.* Et mox: *In urinâ, qa est retrimentum potus, nullum cibi vestigium reperitur: sed nec aliqâ qalitate illorum retrimentorum, vel coloris, vel odoris inficitur.* *Retrimentum* dixit, qod Plutarchus *Sympos. Probl. l.* 7. *c.* 1. unde ista mutuatus est, περίττωμα: pro qo apud Gellium, qi & Plutarchum lavdat. *l.* 17. *c.* 11. *recrementum* legitur. Sed ad σκύβαλον redimus. Ad metalla etiam id vocabuli transfertur. Discorides *l.* 5. *c.* 85. de cadmiâ ad medicinæ usum parandâ; τὸ σκύβαλον πᾶν ἐν τῷ ὀθονίῳ μενεῖ. *crassamentum omne in linteolo manebit*. atqe inde τὸ σκυβαλικὸν, *scoriâ permistum*. Timocreon apud Plutarchum, Themistoclem conqeritus fidem sibi de reditu in patriam datam fefellisse, ἀργυρίοις σκυβαλικοῖσι πεισθέντα, *nummis non tam argenteis, qàm è scoriâ confectis, avt scoriâ saltem vitiatis, corruptum*. Et σκυβαλῶδες pro *feculento*. Maximus *Schol. in Dionysium*. τὸ σκυβαλῶδες καὶ παχὺ τῆς ὕλης μέρος. *qod feculentus crassiqe materia inest*. Excoqitur enim & excernitur, ut *stercus* ab animante, ita *fæx* & *scoria* ab inanimatis.

Alii σκύβαλα interpretantur, *purgamenta frugum*, paleas, aceres, aristas; qæ inter frumenta purganda, vel cribro excidunt, vel vanno excutiuntur. Priscianus *l.* 5. *Acus, aceris*, qod Græci σκύβαλον vocant, id est, *purgamentum frumenti*. Hesychius: σκυβαλισμὸς, ἐκφαύλισμα, καὶ τὸ ἀδόκιμον. ἐκ μεταφορᾶς τῶν σκυβάλων, τῶν ἀχύρων. Σκυβαλισμὸς, *contemptus*, *reprobatio*, *metaphora petita à frugum purgamentis*, *à paleis*.

Allusit & Sirachides c. 27. v. 4. ἐν σείσματι κοσκίνου διαμένει κοπρία. οὕτω σκύβαλα ἀνθρώπου ἐν λογισμῷ αὐτοῦ. *Sicut in cribri concussione remanent sordes; ita hominis in cogitatione suâ, purgamenta* qædam; palearum, sordium, fæcum instar. ubi tamen Junius *exuvias* maluit. Disertè Joannes Chrysostomus ad hunc locum; σκύβαλον τὸ ἄχυρον. Theophylactus. σκύβαλα, ἤγουν τὰ ἄχυρα, ἔτι ἡ καλάμη. qod posterius & Photius in *Scholiis*: σκύβαλα, ἤγουν ἡ καλάμη. Et Oecumenius; τὸ σκύβαλον κτηνώδης ἐστὶ τροφή. est *jumentorum cibus*: qæ tam *paleâ* utiqe qam & *stipulâ* pascuntur. Inde σκυβαλίζειν, *purgamenta* istiusmodi *excutere*. Hesychius: Ἀθερίζειν, ἀποδοκιμάζειν, σκυβαλίζειν. ubi prior significatio est metaphorica & figurata; qo modo & Svidæ illud; Ἀθερίζων, ἀποδοκιμάζων. Nec possum satis mirari, qod Lexicographus incomparabilis, *Ad ungvem exige, Exactè examina*, (tanqam ab ἀθερὴς, qod Hesychio est ἀκριβὴς, deductum sit) reddere voluerit, qum τὸ ἀποδοκιμάζειν, *improbare*, sive *rejicere* significet. Unde & Etymologus, qi hoc idem habet, sed in modo diverso, metaphoricum esse monet, ἀπὸ τῶν ἀθέρων, τῶν ἐκ τῆς ἅλω ἀποῤῥιπτομένων. qanqam ἀθέρας *spicas* is *inutiles cassasqe* interpretatur: apud qem & ἀθερίζειν exponitur, ἀργεῖν, καταφρονεῖν, ἀφρονεῖν. (forsan, ἀγεῖν καταφρονεῖν vel etiam ἀτιμάζειν, qod & apud Hesychium legitur.) Et, Ἀθερίσαι, ὀλιγωρῆσαι. Posterior propria est, ἀθέρας, sive σκύβαλα *secernere*, *semovere*, *excutere*, *evannare*. qod τῷ πτύῳ, sive *ventilabro* fieri solet. qod & inde Homero, *Odyss.* λ. v. 127. ἀθηρηλοιγὸν, Sophocli, Evstathio referente, ἀθηρόβρωτον, aliis, Hesychio monente, ἀθηρολοὸν, ὡς τὸ τῶν ἀθέρων ὀλεθρευτικὸν, qasi *purgamentorum istiusmodi pernicies*, dicitur. *Siqidem*, inqit Evstathius, ἐν τῷ λικμᾶσθαι, σῖτος μὲν ἀποτίθεται, καὶ ἄχυρον δὲ παραλαμβάνεται, ἀθέρες δὲ οὐδαμοῦ εἰσιν, ἅτε λεπτυνθέντες καὶ ῥιπισθέντες ἀνέμῳ. h. e. *Inter ventilandum, frumentum qidem seponitur; palearum etiam cura aliqa habetur*, (habent enim χρήσιμόν τι, *usum aliqem*, sive *utile aliqid*, inqit Chrysostomus) *arista verò nusqam consistit, ut qa comminuta vento abripiatur*. At Etymologus ἀθερολόγον idem dici tradit; unde &, Orione avtore, ἀθηρολοιγὸν, istud enatum sit, τὸ τοὺς ἀθέρας διαλέγειν ἢ διαχωρίζειν, *qod purgamenta ea secernat & separet*. qo modo Xenophon, τὸ πτύον τοὺς ἀθέρας διαλέγει. *secernit aristas ventilabrum*. Et Lucianus *Anacharside*; Οἱ λικμῶντες τὸν πυρὸν τὴν ἄχνην καὶ τοὺς ἀθέρας ἀποφυσῶσι. *Frumentum ventilantes, aceres aristasqe flatu excutiunt*. Hinc emendandus Hesychius: Ἀθέριξαι, ἀποφύλησαι, legendum, ἀποφύσησαι. A σκυβαλίζειν *purgamenta istiusmodi abjicere*, est & ἀποσκυβαλίζειν Synesio usurpatum in *Calvitiei encomio*: Ἀλλ' οὔτε εὐμόδρυον ἐν τῷ φυτῷ πρὶν ἀποῤῥυῆναι. νοῦς τε οὐκ ἂν προσγένοιτο κεφαλῇ, πρὶν τελεσθεῖσαν ἀποσκυβαλίσαι τὰ περιττά. καθάπερ ὑπὸ πτυὸς, ἢ χρόνου. *Sed nec fructus stirpi, priusqam defloruerit; nec mens capiti accesserit, donec perfectionem jam adeptum, superflua qaqe, temporis, veluti ventilabri, ope operaqe excusserit.*

Qin & σκύβαλα *surfures*, sive *apludas* exponunt, pelliculas eas qæ vel ubi moluntur pinsunturve farra, abscedunt, vel inter farinam cribrandam, à polline secretæ, in cribro manent. Etymologus: Ἀποβρᾶσαι, τὸ διαπτίσαι πυροὺς ἢ ἄλευρα. ὅθεν καὶ ἀποβράσματα, σκύβαλα πυρῶν. Ἀποβρᾶσαι *tundere frumenta, sive farinam*: unde & ἀποβράσματα *surfures frumenti*. Et Hesychius: Ἀποβράσματα, τὰ σκύβαλα τῶν πυρῶν. pro qo Svidas, τὰ πίτυρα τῶν πυρῶν, *surfures tritici*, adductis Callimachi verbis illis,

— οὐδὲν ἀπέβρασεν φαῦλον ἀλετρίς.

— *nihil mali molitrix à tritico secrevit*.

i. e. *pistrix* uti ex Lucilio Varro & Festus; cui hinc deductum Scybales nomen in *Moreti*, qisqis is fuit avtore; uti ex Cod. M. S. Scaliger restituit. Πίτυρα avtem, Hesychio explicante, sunt τὰ τῶν σίτων ἢ κριθῶν φλοιά. lege φλοιάρια. *frumenti hordeive pellicula sive tunicula*. Accedit

dic si Grammaticis fides, à notatione argumentum. sicut enim ζκύβαλα qasi κυσίβαλα Græcis, ita *canica*, eædem Latinis à *canibus* dictæ, qibus in escam cedebant. Festus: *Canica, furfures de farre; à cibo canum sic dicta.* Inde *panes canicacei*, qos πιτυρίτας Græci: ut ex Philemone nescio qo Athenæus *lib.* 2. & πιτυρίας, ut Pollux *l.* 6. *c.* 11. qi & φαυλοτέρους, h. e. *viliores* esse hos ait. Pacuvius:

Qi apud te tanqam servos, est canicaceum panem.

Canicaceum dicebant; qod e *canicis*, sive *farre* fieret. Juvenalis Sat. 4.

— & sordes farris mordere canini.

Sed & Aristophanis *ad equites* Scholiastes: Μαγδαλιά, τὰ τῶν ἀλφίτων ἀποβλήματα, ἡ τῶν κυνῶν τροφή. *Magdalia, hordei rejectamenta, sive furfures, qibus canes pascebantur.* Unde opinatur is, sed falsus, proverbiale illud, ἀπὸ μαγδαλιᾶς σιτούμενος, à comico dici, qasi ἀπὸ ἁπλῆς τροφῆς ὁρμώμενος, *à victu tenui vilíqe profectus* diceretur, cum is *pingui offâ* se *pastum* vellet. uti mox videbitur.

Huc pertinere avtumo, qod ex Oraculo nescio qo producit Synesius in *dissertatione de insomniis*; de animâ humanâ ad superiora enitente;

Ου τῷ τῆς ὕλης κρημνῷ σκύβαλον καταλείψει.

ubi ὕλης κρημνὸς qid faciat, avt qid velit, nullus video: sed nec qid τῷ ὕλης τῷ κρημνῷ, avt τῷ κρημνῷ καὶ τῷ ζκυβάλῳ, ecqid enim ad *materiam præcipitium*, avt ad *præcipitium* ζκύβαλον? nec hanc tamen lectionem, qæ mihi qidem absurdissima videtur, repudiavere, avt suspectam etiam habuere, vel Dionysius Petavius, qi Latinè vertit, vel qi Synesium commentariis havd prorsus contemnendis illustravit, Nicephorus Gregoras. sed legendum omninò κριμνῷ, vel etiam κρίμνῳ. Hesychius. Κριμνὸς, ἡ κριθή. Svidas. Κρίμνον, ἡ κριθή, *hordeum*: unde κρῖ Homericum: &, κρίμνον, τὸ παχὺ τῶν ἀλφίτων, *farina pars crassior*, qæ *pollini* opponitur. atqe ita sumi a medicis docet Dioscorides *l.* 2. *c.* 112. Galenus *de simplic. medic. l.* 7. *in Prognost. comment.* 2. & alibi sæpe. materiam itaqe *farina crassioris* confert cujus ne ζκύβαλον, h. e. *ne pelliculam* qidem *relictura sit anima, qam non expurgatam dederit*, ubi inferioribus istis subducens se, in altiora enisa fuerit.

Porrò ζκύβαλα etiam *surculorum, sarmentorum, cremiorum decidua* dicuntur; Charisius *l.* 1. *Qisqilia*, φρυγανῶν χαίτη, ζκύβαλα. qanqam in excusis, sed distinctione, credo, perperam collocatâ, ζκύβαλα *reliqa*, legitur. Philoxeni *glossa*. *Qisqilia*, ζκύβαλα, qod ambigit Vossius *de Analog. l.* 2. *c.* 43. nevtrum sit, an fœmineum. sed hoc potiùs esse svadet illud Nævii, an Novii, in *Tegulariâ*, an *Tegulariâ*,

Abi, abi, deturbate saxo; homo non qisqilia.

dictum est, qod Scaliger monuit, *homo non qisqiliæ*, in gignendi casu singulari; ut, *homo non naves*, Plavti *Trucul.* 2. 7. h. e. ut ibidem eidem, *homo nihili*. Festus: *Qisqiliæ dicuntur, qicqid ex arboribus minutis surculorum foliorumve cadit, velut qicqidcadia.* Qod si potius à Græco deducimus? ζκύβαλα, *sqilia*, & reduplicatione factâ *qisqilia*, ut ἐσχάρα, ἐσχαρεὺς *carrix*, & literâ primâ repetitâ, *cicatrix*. qanqam Julius Scaliger *de causs. Ling. Lat. cap.* 139. & *ad Arist. Hist. Animal. lib.* 5. *Qisqilias*, à *qisqis* dici vult; ut sit τὸ τυχὸν, *vile* & *obvium*: & *homo qisqilia*, ὁ τυχὼν, *qilibet, qisqis est, vulgus* ἀνώνυμον. sed hoc alii viderint.

Deniqe ζκύβαλα alii exponunt *mensarum decidua, manuumqe purgamenta*, qæ *canibus projiciuntur*, eisve in partem concedunt. Svidas: ζκύβαλον κυρίως, κυσίβαλόν τι ὄν, τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον. Σκύβαλον *proprie vocatur id, qod canibus est projectum.* unde & Dunæus noster in *notis ad Chrysost.* suspicatur τὸ ζκυβαλίζειν ἀπὸ τοῦ ἐς κύνας factum esse; sicut τὸ ζκορακίζειν καὶ ἀποσκορακίζειν, ab eo qod dici solet, ἐς κόρακας. Ita ζκυβάλων nomine veniunt ossa, panis carnisve frustula, aliaqe ejusmodi, qæ solent *canibus projici*, ac de qibus illi secum invicem rixari consveverunt. Siqidem, ut Gregorius Nazianzenus *Epist.* 22. Κυσὶ βρῶμα ῥιφὲν ἐν μέσῳ, καὶ ἀλλήλων ὁπλίζει. Ejusmodi aliqid

A *in medio projectum, canes inter se committit.* Ita Epictetus *Dissert. l.* 2. *c.* 21. Κυνάρια οὐδέποτ' εἶδες σαίνοντα καὶ προσπαίζοντα ἀλλήλοις, ἵν' εἴπης οὐδὲν φιλικώτερον; ἀλλ' ὅπως (ὡς ἂν, f.) ἴδης τί (τις f.) ἐστὶ φιλία, βάλε κρέας εἰς μέσον, καὶ γνώσῃ. *Nunqam ne vidisti catulos ita secum invicem colludentes sibiqe invicem adblandientes, ut nihil amantius, avt amicum magis videretur? Verùm ut noris qanam ea amicitia existat, offam in medium projicias, mox videbis*: scilicet, qod proverbio dici solet vulgari;

Dum canis os rodit, socium qem diligit, odit.

B Respexit huc Julianus Ægypti præfectus, in *Epigrammate* illo, qod ex *Anthologia, lib.* 7. retulit Hadrianus Junius *cent.* 9. *adag.* 33. ubi postqam amicam suam multus celebraverat, his tandem verbis se revocat, sibiqe silentium indicit:

Ἀλλὰ τί μηνύεις κύσιν ὀστᾶ;

Sed canibus cur monstras ossa.

q. d. qid prædicatione tuâ amicam tuam aliis prodis qi hac ratione invitentur & irritentur, ut osse canes? Platonem utiqe imitatus is est, qi *Epigrammate* illo (qod Hadria-

C nus Junius, si tunc in animo habuisset, ad fontem primum sive ἀρχέτυπον adagium retulisset) *in Alexin* amasium suum Laertio & Apulejo referentibus, sic lusit,

Νῦν ὅτε μηδὲν, Ἄλεξις, ὅσον μόνον, εἶφ', ὅτι καλὸς
Ὤπται, καὶ πάντη πᾶς τις ἐπιστρέφεται.
Θυμὲ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσῃ
Ὕστερον: οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

i. e. vertente *in Apologiâ* Apulejo; (nam Ambrosius Camaldunus Laertii interpres nihil planè hic vidit:)

Dixerat hic tantùm cum nil nisi, pulcher Alexis
D *Extitit; & vertunt qilibet in te oculos.*
Cur, anime, os canibus monstras, angisqe dolore
Postmodo? non Phædro sic prius excidimus.

Eò libentius integrum posui, ut integritati, qam pavci forsan desiderabant, restituam. Idem enim est passus in hoc epigrammate Plato, qod Poetarum princeps in versiculo illo, cujus occasione in argumentum istud incidimus. Coaluerunt librariorum incuriâ, qæ erant à se invicem dispescenda. Ego itaqe (condonet Apulejus mihi) sic vertisse præoptarim.

E *Dixeram ego tantùm, Pulcher mihi visus Alexis:*
Mox certatim omnes vertere in hunc oculos.
Cur, anime, os canibus monstras? tibi deinde creabit
Mæstitiam hoc. Phædrum non ita perdidimus?

Primò se, non Alexin, alloqitur Plato; & loqitur de se. Itaqe εἶφ' illud, est εἶπα, non εἶπε. tum legendum, ἀνιήσει σ' ὕστερον. h. e. ἀνιήσει σε ὕστερον. neqe enim τὸ ἀνιήσῃ unqam passivè sumitur. Pythagoras in avreo carmine;

Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετόπισθ' ἀνιήσει.

F *Hæc peragas, qæ non post sint tibi cavssa doloris,*

sese, non alios illos, ægrè dicit id habiturum, qi Alexin forsan hac ratione amissurus sit, qo modo Phædrum prius amiserat; avt rivales saltem habiturus havd pavcos, qi canum ritu, de Alexide, tanqam de osse objecto, sint inter se concertaturi; par mendum apud Marcum Imperatorem *comment. l.* 12. *c.* 3. obiter sustulerim.

Ὅσα σε μέλλοντα ταράσσει.

pro ταράσσει σε. *qæcunqe tanqam futura, te perturbant.* In *Anthologiâ* verò *l.* 3. *c.* 33. pro πᾶς τις ἐπιστρέφεται, legi-

G tur, πᾶσι περίβλεπτος. qod eodem tamen recidit. Sed & Marcus Imperator *l.* 7. *sect.* 3. inter ea, qibus res humanas confert, de qibus, tanqam eximiis qibusdam & studio singulari dignis, tam acriter inter se digladiantur miseri mortales, ponit, κυνιδίοις ὀστάριον ἐρριμμένον, ψωμίον εἰς τὰς τῶν ἰχθύων δεξαμενάς, *ossiculum canibus objectum, offulam in piscinam missam*, qam pisces scilicet certatim rapiant, ut canes illud. qod latius explicantem fusiusqe prosecutum videsis Epictetum loco supra memorato. Et ea omnia ζκύβαλα pariter Apostolo. Inde & proverbium in eos qi munera præpostere ac incongrue largiuntur, Κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστᾶ. *Cani das paleas, asino ossa.* Cum illa *asinorum*, ista *canum* sint esca. Spectat horsum & Luciani illud *de mercede conductis, ut apud divites degant, stu-*

diosis: Κατακλίνεσθαι μάρτυς μόνον τῶν παραφερομένων, τὰ ὀστᾶ, οἱ ἀφίησιν μέχρι σοῦ, ὥσπερ αἱ κύνες, περιεσθίων. *Accumbis huc illuc transvolantium spectator, ossa sola, si usqe ad te pertigerint, canum instar, arrodens.* Spectat eodem & Hyrcani facetum illud Ptolomæo Regi redditum. Cum enim ad mensam regiam convivæ reliqi, carnibus absumptis, ossa coram Hyrcano deposuerant, Tryphoqe scurra, arreptâ inde Hyrcanum perstringendi ansa, Regi dixisset, posse ipsum inde conjecturam facere, qo modo pater Hyrcani Syriam totam denudasset, perinde planè ac carnibus ossa illa Hyrcanus. Rex avtem cum risu ab Hyrcano qæreret, unde coram ipso tot ossa: respondit: Ἐμοί τοῖς μὲν γὰρ κύνας τὰ ὀστᾶ σὺν τοῖς κρέασι κατεσθίειν, ὥσπερ οὗτοι. οἱ δὲ ἄνθρωποι τὰ μὲν κρέας ἐσθίουσι, τὰ δὲ ὀστᾶ ῥίπτουσιν, ὥσπερ ἄνθρωπος ὢν κἀγὼ πεποίηκα. *Havd mirum id: canes enim ossa unà cum carnibus absumunt: qod & isti faciunt: homines verò carnibus absumptis ossa projiciunt: qod & ipse facio, homo cum sim.* Svidas ex Josepho *Antiq. lib.* 12. *c.* 4. Sed & qo Cynicos ille apud Athenæum, *l.* 3. alloqitur: Τὰς ἡσυχίας οὐκ ἄγετε, ἕως ἄν τις ὑμῖν, ὡς κυνιδίοις ἄρτον ἢ ὀστοῦν προρρίψῃ. *Non qiescitis, & latrare cessatis, donec, velut catulis, vobis panem vel ossa projiciat.* Σκύβαλα itidem fuerint, *mica*, qæ à mensa inter vescendum decidunt, & canibus sive catulis familiaribus in escam cedunt. Matth. 15. 26. & Marc. 7. 28. Καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. *Etiam catelli vescuntur de micis, qa cadunt è mensa dominorum suorum.* Atqe hinc forsan Pythagoræ præceptum illud; Τὰ πίπτοντα μὴ ἀναιρεῖσθαι, sive, Μὴ γεύεσθαι ὧν ἂν καταπέσῃ τῆς τραπέζης ἐκτός. *Mensa decidua non tollenda.* Ut etiam canibus scilicet aliqid concederetur. Qemadmodum Romanis moris erat, Τὴν τράπεζαν οὐκ ἀναιρεῖσθαι κενὴν, ἀλλὰ πάντως τινὸς ἐπόντος. *In mensâ semper aliqid relinqere; qod servis cederet.* Plutarchus in *Roman. consvetud. Qæst.* 64. Et *Sympos. l.* 7. *c.* 4. qo loco, & de servis subjungit illud, Χαίρουσι γὰρ οὐχ οὕτως λαμβάνοντες, ὡς μεταλαμβάνοντες. *Non tam accipere eis volupe est, qam participare.* Qo facit & qod de Cyro Xenophon *Instit. lib.* 8. Ἔπεμπε δὲ καὶ τῶν οἰκετῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης, ὁπότε τινὰ ἐπαινέσειε. καὶ τὸ σῖτον δὲ πάντων τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τὴν αὑτοῦ τράπεζαν ἐπετίθετο, οἰόμενος ὥσπερ καὶ τοῖς κυσὶν, ἐμποιεῖν τινα καὶ τοῦτο εὔνοιαν. Qo loco qod Philelphus pro κυσί, κοινοῖ substitutum iret, nihil erat; avt qod Leunclavius in versione istud potius seqeretur. *A mensâ suâ*, inqit, *missis è famulis honorabat illum, qacumqe collavdaret: qin & famulorum commeatum omnem mensa sua apponi volebat; cum hoc benevolentiam qandam eis ingenerare existimaret, prout & canibus assolet.* Περὶ τούτου τοῦ σκυβάλου, Leonides Epigrammatarius; qi *Antholog. l.* 1. *c.* 33. murem in ædibus suis conspectum sic affatur;

> Τῇ, τί μάταια διώκεις τὸν μυχὸν, ὦ φιλολίχνε,
> Οὐδ' ἀπὸ δειπνιδίων γλίσχρος σκύβαλα;
> *Ecqid in hoc gurgustiolo rimare, Ligurra,*
> *Nil σκυβάλων reliqum cænula nostra dabit.*

Vel,

> *Nec micam reliqam*, ψιχίον.

Qo eodem loco & Aristo Epigrammatarius alter murem pariter monet è casâ suâ ad divitis alicujus ædes commigrare, in qibus caveat δεῖπνον συχνὸν ἀπὸ σκυβάλων, *Cœnam freqentem & amplam satis à mensarum deciduis reliquisqe.* Hoc genus sunt qæ in ὕδ' ἄλα Hesychius, sed depravatus, opinor, ἄρτον τὰ φλογίσματα, & Ægyptiis ὕδαλα nuncupari monet, si scriptura eâ ex parte integra sit. Qod Casavbono *ad Theocrit. c.* 21. minùs videtur. Callistrati dubio procul lectionem eam in animo habuit. Sunt avtem ἄρτων φλογίσματα, qæ Latinis *betta* dicuntur, Græcis ἀντίφαγοι, an ἀντίφραχοι, utrumqe enim legitur; sed hoc, opinor, mendosè: unde & Latinum illud per apocopen enatum videtur. Nam ludit nos hic de notatione Festus, an Festi mutilator & vitiator Pavlus; qo modo & de vocis Græcæ origine, Etymologus, per antiphrasin plerumqe sic dictus. Hesychius; Ἀντίφραχος, τὸ ἐλάχιστον. οἱ δὲ τὰς τῶν ἄρτων φλυκταίνας. οἱ δὲ τὰς καλουμένας ψίχας. legendum ψίχας. Ἀντίφραχος, *minimum qid: nonnullis panum sunt pustu-*

A *la, nonnullis dicta mica.* Sic enim Etymologus, sed vocum transpositione vitiatus: Ἀντίφραγος, ὅθεν τὸ ἀντίφραχός τις εἶναι, ἡ ἐπὶ τῶν ἄρτων, ἡ ἀπὸ τῆς φλογὸς γινομένη ῥῆξις. αἱ δὲ τῶν κλωμένων ἄρτων τὰ ψιχίδια, τίθεται ἡ λέξις ἐπὶ τῶν ἐλαχίστων. Athenæus verò *l.* 14. ex Apollodoro Atheniense, & Theodoro in *Glossis Atticis*, τὰ ἄρτων ἀποψαυόμενα, aliis ψωθία, aliis ἀντίφραγοι dici. Qæ eadem & Eustathius habet ad *Odyss.* ι. Qanqam distingvit αὐτὰ τῶν ψωθίων σὺν ἀντιφράγους, Pollux *l.* 7. *c.* 5. Τοῦ γε μὲν ἄρτου, αἱ μὲν ἐκ τοῦ ἄνω μέρους οἷον φλύκταιναι, ἀντίφραγοι. αἱ δὲ
B ἐκ τοῦ κάτω ψωθία. *Panis itaqe in parte superiore veluti pustula dicuntur betta: inferiores vero contosta.* Sed legendum cum Sylburgio ψαθία, qasi in superiore parte panis ἀντίφραγοι dicantur, qæ inferiore ψαθία. At Eustathius ad Odyss. ι. ex Pavsaniâ, ψωθία esse ὑπερεξέχοντα ἄρτου θραύσματα. ἢ τα ὑποκάτω τοῦ ἄρτου. qæ eadem & aliis ἀντιφράγους dici: ut utraqe in panum *parte inferiore* existant; qod minùs probabile videtur. Cæterum *pustulas* qasdam *bullarum instar, in panibus plus justo coctis eminentes* esse volunt ἀντιφράγους, *qa inter frangendum dissilire & in mi-*
C *cas discedere solent.* Nec aliud *betta* Latinis. Gloss. vet. *Betta*, φλυκτὶς ἄρτου. Festus; *Hetta res minimi pretii; qasi hieta, idest, hiatus hominis: alii pusulam dixerunt esse, qa in coqendo pane solet adsurgere: à qâ accipimus rem nullius pretii, cum dicimus, non betto te facio*: legendum *betta*. ut sit casus gignendi, qomodo supra *qisqilia*. Inde natum, ut pro re minimâ vilique qævis usurpetur: itaqe qod Theocritus iis est; Οὐδ' ἅλα δοίης, id Callimachus, referente Etymologo, dixit,

> — οὐδὲ τὸν ἀντίφραγον τις ἔδωκεν.

D Ita enim restituit Casavbonus, qod vitiosè legitur, *ἐδίδωκεν*, vel forsan ad formulam proverbialem propiùs accedendo,

> —— οὐδὲ τὸν ἀντίφραγον κέ τοι δοίη.
> —— *est tibi nec micam ille daturus.*

Huc facere videtur, qod ex *Onomastico Veteri* adducit Vossius *de Analog. l.* 1. *c.* 43. *Minutia*, λεπτὸν, σκύβαλον.

Ad σκύβαλα ista pertinent, mensarum non *decidua* tantum, sed & *reliqa*, τὰ λείψανα, τὰ ἀνάλεκτα, sive *reliqua-*
E *rum frustula*, ad mensam, vel tollendam, vel sublatam everri solita; unde & ἐκφατνίσματα dicta sunt. Sunt ἐκφατνίσματα, ἀπὸ τῆς φάτνης propriè primarioqe sic nuncupata, qod & Hesychius monet, τὰ ἐκβαλλόμενα, ὅτε καθαίρουσι τὰς φάτνας. *Ea qa everruntur & abjiciuntur purgamenta, ubi jumentorum emundantur præsepia.* Verum, sicut ἡ φάτνη, ita & τὰ ἐκφατνίσματα de mensâ vilique ac *convictu* humano, qandoqe usurpatus utrumqe. Hesychius; Φάτνη, καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ τῶν κτηνῶν, καὶ εἴ τι τῶν τοιούτων. *Φάτνη & mensa, & præsepe jumentorum, & si qid talium.*
F Et Svidas, Φάτνη, ἡ τράπεζα. Qod & firmat is locis ex Æliano duobus; qorum altero Messenii dicuntur, τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς φάτνης οἱονεὶ ἐληλακότας (Epicureos designans) ἐξελάσαι, *eos qi ex præsepi eodem qodammodò esitarant*, h. e. convictu ejusmodi usi fuerant, expulisse. Qanqam Æliani ipsius ea sint verba, an alius cujuspiam scriptoris, ex Æliano (qi de grege Epicureis à Messeniis expulso, rem simpliciter refert *Hist. Var. lib.* 9. *cap.* 12.) id suis verbis narrantis, ambigi potest. Altero nescio qis dicitur, Antonini Imperatoris, θωπεύειν καὶ αἰκάλλειν τὴν φάτνην, *men-*
G *sam affectari adblandiendo & adulando, canis instar.* Siqidem τὸ αἰκάλλειν, qod monet Scholiastes *ad comico in Eqitibus* verba illa,

> Ἔπειτ' ἐθώπευ', ἐκολάκευ', ἐξηπάτα.
> *Blandiendo, demulcendo, adulandoqe ceperas.*

κυνός ἐστι, τοῖς ὠσὶ καὶ τῇ οὐρᾷ σαίνοντος τοὺς οἰκείους. *canum est, qi avribus cavdaqe motitatis familiaribus adblandiuntur.* Qorum & idem *ad Aves ejusdem* observat esse, αἰκάλλειν μὲν τοὺς γνωρίμους, ὑλακτεῖν δὲ τοὺς ξένους, *notis adblandiri, ignotos allatrare.* Tam parasitorum artem, qam canum est, ad mensam eis, qos mensæ cavssâ colunt & affectantur, adblandiri. Nec alienum prorsus hic fuerit, qod Theron parasitus apud Menandrum gloriatur, ὅτι ξένων ἀνθρώπους, φάτνην αὐτοῦ ὅπως ἔχων, narrat Ælianus, *Hist. Animal.* *l.* 9.

l. 9. c. 7. *qod cum homines*, i. e. *opes fortunasqe eorum*, *atteveret*, (ita reddidit Gesnerus, tanqam a *ψήγματα lima* deductum sit) vel, *cum derideat nasoqe suspendat*, (ut Grotius mavult) *eosdem tamen ipsos pro præsepi habeat*: dum è mensis utiqe illorum victitat. Inde igitur ἐκφατνίζειν, *è mensâ reliqias colligo*, *analecta tollo*. Qod & Evstathius observat *ad Odyss.* μ. unde Athenæo *lib.* 4. Ἐκφατνιζόμενα σωρεύματα, *reliqiarum*, *qas converterant*, *acervi*. Atqe hinc tandem ἐκφατνίσματα, qæ *reliqia converritor* (ut Apulejus in *Apologiâ* loqitur) *è mensâ*, post convivas dapibus satiatos, *colligebat*. Hæc famulis qandoqe in commeatum cedebant; qod Athenæus *libro* prædicto havd semel monet: sed *catellis canibusqe* etiam inde *frustula offulaqe* accedebant: qod & eodem avtore liqet. Apud hunc enim *lib.* 6. Cynicos perstringens Ulpianus, è ministris aliqem sic alloqitur, Λεῦκε, καὶ ἐκφατνίσματα ἔστιν ἄρτων ἔχεις, δὸς τοῖς κυσίν. *Luci*, *si qid frustulorum panis inter mensa reliqias habes*, *canibus hæc des*, *obsecro*. Et *lib.* 3. Τοὺς δὲ Κυνικοὺς ἔτι παρακελεύομαι, σιωπᾶν κεχορτασμένους ἀφθόνως. πλὴν εἰ μὴ καὶ τῶν σιαγόνων καὶ τῶν κεφαλαίων κατατρῶξαι βούλονται καὶ τὰ ὀστᾶ. μηδεὶς φθόνος αὐτοῖς ἀπολαύειν, ὡς κυσὶ, ὅτι γὰρ εἰσι, καὶ τύχοιτο καλεῖσθαι. —— νόμος δὲ λοίψαν ἐκβάλλεσθαι κυσὶ, ἐν Κρήσσαις ὁ Εὐριπίδης ἔφη. *Cynicos verò istos exsatiatos largiter qiescere jubeo*, *nisi forte maxillarum capitumve ossa arrodere libuerit*, *ista siqidem*, *qum canes sint*, *eoqe nomine glorientur*, *nemo illis inviderit*. — *Mos canibus autem reliqias comedere*. Ut Euripides in *Cressis*.

Sed & inter σκύβαλα habetur *offula* illa, qâ ubi *manus* à mensâ surgentes *absterserant*, *canibus* eam *projicere* moris habebant. Ea, ab usu hoc, ἀπομαγδαλία, dicta. Hesychius; Ἀπομαγδαλία, σῖτος ἐν ᾧ τὰς χεῖρας ἀπομάττονται ἐν τοῖς δείπνοις, βάλλοντες δὲ τοῖς κυσὶν, ἀπολύοντες ἀπὸ δείπνων. Ἀπομαγδαλία, *furfur*, *qo manus purgabant in conviviis*, *id projiciebant canibus*, *à cœna discedentes*. Qæ Grammatici verba parum sincera videntur, forsan legendum pro σῖτος στέαρ, & ἔβαλλον τε δὴ τ. κ. Sic enim Svidas; ex qo Aristophanis *ad Eqit.* Scholiastes emendandus; Ἡ τῶν κυνῶν τροφή. ἤτοι ἦν στέαρ καὶ λίπος. μετὰ γὰρ τὸ δεῖπνον εἰς τὸ στέαρ ἀπεψῶντο τὸ λίπος, καὶ τοῖς κυσὶν ἐρρίπτουν. *Canum cibus*, *qi erat furfur & adeps*: *post convivium enim in furfures adipem abradebant*, *& canibus projiciebant*. Qod avtem ἀπολύοντες ἀπὸ δείπνων, *à cœnâ discedentes sive redeuntes* dixit, respexit Homericum illud. *Odyss.* κ.

> Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄνακτα κύνες δαιτηθεν ἰόντα
> Σαίνωσ'. αἰεὶ γάρ τε φέρει μειλίγματα θυμοῦ.
> *Sicut hero catulus redeunti blandus adulat*
> *A cœnâ*: *fert namqe aliqid qod leniat iram*.

Ubi Evstathius, μειλίγματα θυμοῦ, κρέα τινὰ, ἢ μαγδαλιαὶ μειλίσσουσι κύνας. Μειλίγματα θυμοῦ, *carnes qædam & furfures demulcentes canes*. Clarius Pollux. *lib.* 6. c. 14. Οἱ δὲ πάλαι. ψιχὶ καλουμένας ἀπομαγδαλίας (κατὰ τὸ τῶν χειρομάκτρων) ἐχρῶντο, αἳ ἦσαν τὸ ἐν τῷ ἄρτῳ μαλακὸν καὶ σταιτῶδες, εἰς ὃ ἀποψώμενοι, τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρέβαλλον. *Prisci verò* (*mapparum sive mantelium loco*) *apomagdaliis utebantur*, *erant avtem hæ pars panis mollior & farinosa*, *qâ ubi manus absterserant*, *canibus eam projiciebant*. Addit eandem hac de cavssâ κυνάδα Lacedæmoniis dici. Qin & μαγδαλια eadem dicta. Evstathius *ad Iliad.* δ. ἡ μαγδαλία, ζύμωμά τι, ἐν ᾧ ἀποματτόμενοι τὰ ἐκ τῶν βρωμάτων λιπαρὰ ῥύπη οἱ παλαιοὶ, ἐρρίπτουν κυσίν. ἡ μαγδαλία, *farina fermento subacta*, *qam*, *cum illa ciborum crassiores sordes abstersissent*, *canibus projiciebant*. Idem in *Odyss.* ν. Μαγδαλιαὶ παρὰ κωμικῷ, παρὰ δὲ ἄλλοις ἀπομαγδαλιαὶ καὶ ἀπομαγδαλίς, ψωμὸς εἰς ὃν ἐκματτόμενοι μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐρρίπτουν κυσί. Μαγδαλιὰ *comico*, *aliis* ἀπομαγδαλιὰ *&* ἀπομαγδαλίς, *panis massa*, *qam post convivium illa purgati canibus projiciebant*. Et ad lib. seq. ζύμη ἐκμάττουσα χεῖρας λιπαρὰς ἀπὸ συσσιτίας, καὶ ἐρριπτομένη κυσὶ, καὶ λεγομένη μαγδαλία. *Panis massa purgabat manus unguine repletas à convivio*, *& projiciebatur canibus*, *& dicebatur* μαγδαλία. Pavsanias ad cœnam secum convivas attulisse avtor est. Sic enim is apud eundem; Ἀπομαγδαλιὰ, ᾗ ὁ ἔφερον ἐπὶ τὸ δεῖπνον, εἰς ὃ τὰς χεῖρας ἀποματτόμενοι, εἶτα κυσὶν ἔβαλλον. Ἀπομαγδαλιὰ, *farina triticea*, *qam in convivium delatam*, *cum illa manus abstersissent*, *deinde canibus projiciebant*. Unde & Dioscoridem eandem tradit κύνα dixisse. Verum ex Polluce κυνάδα omnino legendum. Etenim Dioscorides ille *de politiâ Laconicâ* scripsit, ut ex Athenæo discere est, *lib.* 4. qi & ipse *lib.* 9. ἀπομαγδαλίας Lacedæmoniis κυνάδας dictas, ex Polemone *de nominibus obscuris*, testatur. Nec assentiri possum V. Cl. Casavbono, qi κύνας qoqe vult dictas; Evstathii, puto, loco illo, parum sano subnixus. Hisce avtem *apomagdaliis calculorum* etiam, sive *tesserarum* vice, in advenis ad *Phiditia* admitti poscentibus, usos Lacedæmonios, refert in *Lycurgo* Plutarchus. Qin & cœnâ peractâ secum abstulisse & Homerus supra docet, & monet Evstathius *ad Odyss.* ν. ex scriptore antiqo. is Harmodius Lepreates esse noscitur ex Athenæo, qo avtore *Dipnosoph.* *l.* 4. de Phigaliæ civitatis Arcadicæ civibus hoc ille scripto tradidit. Μετὰ τὸ δεῖπνον, inqit, σπονδὰς ποιοῦνται, οὐκ ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, ἀλλ' ἀποματτόμενοι τοῖς ψωμίοις, καὶ τὴν ἀπομαγδαλίαν ἕκαστος ἀποφέρει. *A cœnâ libabant*, *non manus lavantes*, *sed offulis abstergentes*: *suamqe secum qilibet apomagdaliam avferebat*. Id avtem ait, ex superstitione qadam factitatum, adversus nocturnos, qos ab Hecate metuebant, terrores. Sed videtur potiùs, vel ad *canes* in viâ obvios alienos, vel ad suos domi præstolantes, demitigandos, istud fieri consvevisse. Allusit eò festive, sed lascivius pavlò, Plavtus *Pœnulo. act.* 5. *sc.* 4. *v.* 64. Ubi cum puellis qidam,

> *Etiam me mea allatrant canes?*

respondet altera;

> — *at tu herclè alludiato*:
> *Dato mihi pro offâ savium*, *pro offâ linguam objicito*:
> *Ita hanc canem faciam tibi oleo tranqilliorem*.

Offulâ istiusmodi abstergebant etiam se coqi, qæ *canibus culinariis* mox in victum cedebat. Svidas, & comici Scholiastes ex Svidâ denuò restituendus: Ἀπομαγδαλιὰ, τὸ στέαρ, ᾧ ἀπομάττονται οἱ μάγειροι, ὅταν ἐκεῖθεν χειρομακτρον. καὶ μετὰ τὴν ἐργασίαν, ἀπορρίπτουσι τοῖς κυσίν. Ἀπομαγδαλιὰ, *furfur*, *qo coqi manus abstergent*, *qod vocabant manuum purgamentum*, *& post opus absolutum canibus projiciebant*. Inde ortum habuere diverbium, ἀπὸ μαγδαλίας σιτούμενος, ἐπὶ τῶν ζώντων ῥυπαρῶς, *Magdaliâ pastus*, *de eis qi sordidè victitant*, ut Evstathius *ad Odyss.* τ. Et Κύων ζῶν ἀπὸ μαγδαλίας, ἐπὶ τῶν λιχνῶν καὶ παρασίτων. *Canis è magdaliâ vivens*, *de gulonibus & parasitis*. Allusit ad *canes* istiusmodi comicus *in Equitibus*; ubi Cleoni Allantopola Agoracritus,

> Ὑπερβαλεῖσθαί σ' οἴομαι τοῖς τοιούτοις, ἢ μάτην γ' ἂν
> Ἀπὸ μαγδαλιᾶς σιτούμενος, τοσοῦτος ἐκτραφείην.
> *Ego me superaturum te rebus confido ejusmodi*, *avt jam*
> *Frustra videbor tam bene pastus magdaliâ saginâ*.

Et huic vicissim Cleon,

> Ἀπὸ μαγδαλιᾶς, ὥσπερ κύων, ὦ παμπόνηρε, πῶς οὖν
> Κυνὸς βορὰν σιτούμενος, μαχεῖ σὺ κυνοκεφάλῳ;
> *Dape magdaliâ*, *tanqam canis*, *scelestè*, *qomodo ergò*
> *Tu*, *qi canis escâ victitas cunicipiti repugnes?*

Allusit eodem & Theophylactus Bulgar. qi *Epist.* 41. Lazarum qendam, hominem improbum & cupiditatis inexplebilis, confert, Τῶν κυνῶν τῶν τραπεζήων καὶ (fortasse συσσιτίων lege συσσίτων) τινὶ, πρὸς ἓν μόνον ὁρῶντι, ὅ τι ἂν ἐπιρριφείη αὐτῷ, καὶ καθυλακτοῦντι μὲν πρότερον, ὑπερυλακτοῦντι δὲ ὕστερον. *E canibus mensa assvetis*, *& nocere tantum peritis*, *alicui*; *utpote qi hoc unum respiciat*, *nunqid ipsi projiciatur*, *& ante projiciendum allatret*, *nec post projectum etiam latratu desistat*. Qâ eadem imagine usus est & Attalus Stoicus apud Senecam, Epist. 72. *Vidisti aliqando canem missa à Domino frusta panis avt carnis aperto ore captantem? qicqid excepit*, *protinus integrum devorat*, *& semper ad spem futuri hiat*. *Idem evenit nobis*: *qicqid expectantibus fortuna projecit*, *id sine ullâ voluptate demittimus*, *statim ad rapinam alterius erecti & attenti*. *Canes* hujusmodi *mensarum assecla* τραπεζῆες dicuntur Homero *Iliad.* χ. v. 69. & ψ. v. 173. Hesychius; Τραπεζῆες, οἱ περὶ τὰς τραπέζας λιχνεύοντες. Τραπεζῆες *ad mensas avide qærentes*. Et, Τραπεζίας, παρὰ τῷ παιδὶ τρεφομένας, legendum τραπεζέας, ἀπὸ. Iidem, monente Evstathio, Τραπεζῖται, ἐπιτραπεζίδιοι, & τραπεζολοίχοι dicti.

Svidas, Τραπεζῆες κύνες, οἱ ὑποκάτω τραπέζης. Τραπεζῆτας canis, *sub mensa jacens*. Respexit eodem Phocylides, *alienâ qadrâ vivere* dehortando.

> Μηδ' ἄλλων παρὰ δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης.
> *Reliqias ne gustа epularum à mensâ alienâ.*

Nam σκύβαλα etiam λείψανα *reliqia*. Vel etiam,

> *Offam ne dapis avt mensa comedas aliena.*

Nam σκύβαλον, ἀπομαγδαλιά, & hæc ψωμίς, ψωμός, ζώμευμα, *offa*; uti supra vidimus. Hoc est avtem *parasitis* cum *canibus* illis, qos supra diximus, commune, unde & τραπεζεῦς. & ἐπιτραπέζιοι, &, Παρατραπεζίδιοι iidem dicti: qod ex Hesychio & Svidâ discimus: *mensarum assecla*, ut Ciceronis nomine Latro, sive qis alius declamator *in Salustium*.

Τὸ σκύβαλον ergò cum *vile* qodvis *rejectamentum* designet; qalia sunt *excrementa* animantium, liqorum *faces* & *fraces*, metallorum *scoria*, stirpium *decidua*, frugum *purgamenta*, farinæ *furfures*, mensarum *analecta*, manuum *apomactra*, qæ *canibus* destinantur, unde τὸ σκυβαλίζεσθαι, ἀντὶ τοῦ εἰς σκύβαλον ἀποδοκιμάζεσθαι, ἀτιμάζεσθαι, περιφρονεῖσθαι, ἐξουθενεῖσθαι, ut Hesychius & Svidas, pro *rejici*, *sperni*, *abjici*, *vilipendi*, *pro nihilo haberi*, usurpatur: qo pertinet illud Sirachidæ c. 26. v. 35. effatum, ubi inter res indignatione summâ dignas ponit, ἄνδρες συνετοὶ ἐὰν σκυβαλισθῶσι, *viri intelligentes si flocci fiant*: uti Junius reddidit. Patet hinc qam signato usus fuerit vocabulo Apostolus, qo reliqa omnia, præ Christo, Christiqe notitiâ, tanqam *reculas*, plane *reiculas*, nihili facere se profitetur. Atqe οὔλαλα, si cum Callistrato geminâ ferè, sed non genuinâ credo, notione sumamus, sensus poetæ futurus fuerit ex Ulyssis personâ, Antinoum egeno cuiqam, qod Lazaro olim dives ille, Luc 16. 21. nec ea *mensa decidua* dilargiturum esse, qæ *canibus* etiam *conceduntur*.

Verum Callistratus hic idem passus videtur, qod eruditis nonnullis in Antisthenis dicto qodam usu venit. Cum enim is adolescenti, qi in disciplinam ipsi dare se desiderabat, ecqid opus esset, sciscitanti, ex ambiguo sciens volens ludendo responderit, Βιβλιαρίου καὶ νοῦ, καὶ γραφείου καὶ νοῦ, καὶ πινακιδίου καὶ νοῦ. τὸν νοῦν παρεμφαίνων, uti subjunxit, qi refert lib. 6. Laertius. ita id repræsentarunt codices Laertiani, acsi καινοῦ conjunctim, non καὶ νοῦ divisim protulisset, unde & Ambrosius interpretando, & recensendo Erasmus, vir illo multò major, perperam reddiderunt uterqe ac si *libello novo*, & *stylo novo*, *novaqe tabellâ*, *opus* illi fore dixisset; qum, *libello & mente*, *stylo ac mente*, *tabellâ menteqe* is voluerit. Qod & Diogenes monuit, & Isaacus Casavbonus in Annot. tum & Pavlus Leopardus in Emendat. l. 2. c. 4. observarunt. Cui geminum est planè Stilponis illud, qi Cratetem, qem per hyemem frigore rigentem conspicabatur, sic est allocutus, Ὦ Κράτης. δοκεῖς μοι χρείαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ. qasi *veste novâ opus habere* diceret, cum ἱματίου καὶ νοῦ, *veste menteqe* vellet, qod & Laertius lib. 2. ubi hoc retulisset, statim suggessit.

Sed ad Poetam redeamus. Pro eo itaqe qod perperam committendo οὔλαλα Callistratus legendum censuerat, rectiùs extulit, distinctione restitutâ Aristarchus, prout & apud Dionem Prusæum in *Erboico*, sive *Venatore* legitur,— οὐδ' ἅλα δοίης, *nec salis*, qomodo nec panis dives in parabolâ Evangelicâ ille, *micam de tuo daturus esses*, qi cibum alienum & ab aliis datum egeno invides. Sed locum integrum, qo pleniùs pavlò excutiamus, repræsentare non pigebit.

> Οὐ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπαίτῃ οὐδ' ἅλα δοίης,
> Ὃς νῦν ἀλλοτρίοισι παρήμενος, οὔτι μοι ἔτλης
> Σίτου ἀποπροελὼν δόμεναι. τὰ δὲ πολλὰ πάρεστιν.

Qæritur qid velit hic σῷ ἐπαίτῃ. Et Hadrianus Junius qidem *Centur*. 8. *Adag*. 10. *opilionem* interpretatur. Qi nempe ideo dictus sit ἐπαίτης ἐπὶ τοῖς προβάτοις, ὁ τοῖς ποιμνίοις ἐφιστάμενος, *qod pecori gregibusve præficiatur*. Cui interpretationi favet, qod Sophocles in Ajace, ποιμνίων ἐπαίτας, pro *pastoribus* dixit. Scholia. ἐπαίτας, τοὺς ποιμένας. Sed & Plato in *Apolog*. μόσχων ἢ πώλων ἐπαίτην pro, *vitulorum pullorumve custode*, *& curatore*. Siqidem ἐπαίτης, dicitur, ὁ ἐφεστηκὼς τῷ πράγματι αὐτῷ, *qi rei cujuslibet curam gerit*, ut Etymologus; non tantum ἐν τοῖς κοινοῖς, *qi rei publica alicujus*, ut Svidas. Qum pro *mendico* nusqam alibi lectum compareat. Accedit qod σῷ ἐπαίτῃ dictum est, *opilioni tuo*, *nec salis micam concessurus esses*; & alieno multò minus. Verum in diversum abeunt interpretes pleriqe, & *mendicum* exponunt. Evstathius; Ἐπαίτην τὸν ἐπαίτην λέγει, παρὰ τὸ ἐφίστασθαι. Moxqe ex Aristophane Grammatico, ἐπαίτην, ἐπὶ τοῦ μεταιτοῦντος, παρ' Ὁμήρῳ, τίθεσθαι. Hesychius; ἐπαίτης, ἐφέτης ὁ ἐπαιτῶν. ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι. Et plenius adhuc; ἐπαίτῃ, μεταίτῃ, ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι τῇ τραπέζῃ. Etymologus deniqe; ἐπαίτης, καὶ ὁ ἐπαιτῶν. Adductи hoc ipso Homeri loco, qem & illi dubio procul respexerunt. In hanc ergo partem concedit tota Grammaticorum turba, ut *mendicum* ἐπαίτου nomine designatum, contra qam Junius, omninò statuant. Verum hoc dato, qid erit σῷ ἐπαίτῃ, *mendico tuo*? qasi mendicos is, avt alius qisqam sibi peculiares habere consveverit: & sicut *opilionem suum* dicere poterat, ita & *mendicum tuum* pariter dicere voluerit: qod certè minùs commodè enunciatum videatur. Contra consensum sanè cum codicum, tum & interpretum tam universalem hiscere vix avsim. Aliis tamen, suspicionem meam cum prodiderim, censendam relinqam: ea avtem gemina fuerit, τῷ ἐπαίτῃ. an αὐτὸς σῷ, legendum sit: ut vel mendicus simpliciter qivis intelligatur, vel alieno *suum* ipsius qod detur opponatur. Et hoc malim; qia eo seqentia collineant. Sic itaqe reddiderim;

> *Mendico, ipse tuis ex adibus havd salis unqam*
> *Vel micam dederis, dape qi nunc ex alienâ*
> *Nil impertiris, cum copia suppetat ampla.*

Οὐδ' ἅλα, *nec salem*, sive *nec micam salis*, περὶ τῶν ἐλαχίστων καὶ εὐτελεστάτων, *de re minimâ & vilissimâ*, usurpari monet Evstathius. Accedit Theocriti, an Moschi, (nam huic vindicat Heinsius) avtoritas; apud qem in *Collogio*, Daphnidi proco multa pollicitanti Puella,

> Φῂς μοι πάντα δόμεν. τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.

Hesychius; Οὐδ' ἅλα, οὐδὲ τὸ ψυχρὸν καὶ ἄφθονον εἰς χρῆσιν. Proverbiale esse vult, *de re frigidâ*, *jejunâ*, *tenui*, *qæqe cum copiosa plerumqe suppetat*, *nemini soleat negari*. Hinc Leonides Epigrammate supra memorato sibi ad victum superesse & sufficere etiam ait, ἅλα καὶ δύο κρίμνα, *micam salis*; & *hordei granula duo*. Sic enim exponit Evstathius *ad Iliad*. ι. *Salem* certe *pulmentarii* vice usos veteres, (tenuioris præsertim sortis qi fuerant) avtor est ex Varrone Plinius *Hist. Nat. l*. 31. *c*. 7. *Esitasse enim*, inqit, *salem cum pane*, ex proverbio apparet. Proverbium qodnam velit, ambigitur. Unum suggerit Erasmus, *Salem cum caseo edere*. Qia codices nonnulli legunt, *Salem cum pane & caseo esitasse*: *Unde conjicere*, inqit, *licet tale fuisse dictum*; *Nihil convivio deerat*: *habuimus salem*, *panem*, *& caseum*: avt, *Ne sis solicitus*, *qo me apparatu accipias*: *præter salem*, *panem*, *& caseum*, *nihil reqiram*. Sed hæ meræ conjecturæ sunt. Alia duo Campensis adnotat; alterum, Ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν, *Salem & mensam ne transgrediaris*. De qo infra videbitur: alterum, ἅλα λείχειν, *salem lingere*. *atqe hoc magis putem*. Usus est Diogenes, referente *lib*. 6. Laertio, cum ad se evocanti Cratero respondit, Βούλομαι ἐν Ἀθήναις ἅλα λείχειν, ἢ παρὰ Κρατέρῳ τῆς πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν. *Malim Athenis salem lingere*, *qam apud Craterum mensâ etiam lavtissimâ frui*. Servulo petulanti leno apud Plavtum *Persâ*. 3. 3.

> *Referunda ego natam lingvam habeo gratia*,
> *Eodem mihi pretio sal perhibetur*, *qo tibi*.
> *Nisi me has defendet*, *nunqam delinget salem*.

Hoc vult, lingvæ suæ nisi maledicta maledicenti regerere prompta sit, ne salem qidem concessum iri, qi servulo, qod suum est facienti, concedi solet. Sed & militi advenæ leno alter, *Curcul*. 4. 4.

> — *hic hodie apud me nunqam delinges salem.*

Ne micam qidem salis apud me gustabis, nedum ut cœnâ adventoriâ excipiaris. *Sali* idem *acetum* addit. *Rudent*. 4. 2.

> *Sed hoc rex cum aceto pransurus est & sale*, *sine bono pulmento.*

Cepe, Persius, *Satyr*. 3.

— tu

— *tunicatum cum sale mordens*
Cepe. —

Thymum Lucianus, *de mercede conductis*; Τῶν μὲν δὴ σοι τὸ πρῶτον, ὦ ἑταῖρε, καὶ ἥδιστον ἐκεῖνο δεῖπνον. οὐκ ἐμοί γε τὸ θύμον καὶ τῶν λευκῶν ἁλῶν ἥδιον, ὁπηνίκα βουλοίμην, καὶ ὁπόσον, ἀδεῶς ἐσθιόμενον. Ait se *majore cum lubentiâ thymo saléque candido libere vesci, qam conductum illum cœnâ locupletis alicujus lavtissimâ.* Cuminum Plutarchus *Sympos. l. 5. c. 10.* ex Proverbio Græco, Οἱ περὶ ἅλα καὶ κύμινον. *Qi circa salem & cuminum versantur*: sive. *Qibus cum sale & cumino res est.* Qo Apollophanes Grammaticus ibi designari vult, Τοὺς οὕτω συνήθεις τῶν φίλων, ὥστε καὶ περὶ ἅλα δεῖπνεῖν καὶ κύμινον. *Amicos adeò sibi invicem familiares, ut etiam sale & cumino cœnitent simul.* Qanqam apud eundem *l. 4. c. 1.* legatur, Οἱ καὶ περὶ ἅλα καὶ κύαμον. *Qi sale & fabâ victitant.* Qod Erasmus *Chil. 2. cent. adag. 12.* vitiose sic extulit, Ἐκεῖνο δέ πως ὑμᾶς λέληθε τὸ περὶ ἅλα καὶ κύμινον, ὅτι τὸ μὲν ποικίλον ἐστὶ, τὸ δὲ ἥδιον. Vertitqe, *At illud fortasse vos fugit, qod ajunt, qi juxta salem & cuminum, qod illud qidem lavtius, hoc svavius.* Non jam qæro κύαμον, an κύμινον legi debeat: hoc enim H. Stephano magis arridet. Qæro tantòm, qid *lavtius* in *sale*, qid *svavius* in *cumino*. Verba novissima apud Plutarchum aliud sonant; Ὅτι τὸ μὲν ποικίλον ἥδιον ἐστι. τὸ δὲ ἥδιον διαφθαρτικώτερον, ὃ τὴν ὑπερβολὴν ἀφῄρει. adversus eos disserit, qi victum simplicem vario prælatum ibant: hos appellat τοὺς περὶ ἅλα, καὶ κύαμον, an κύμινον, non contendo; parùm enim interrerit, utpote qi tenui admodum diætæ assvescerent. Itaqe, *Vos*, inqit, *qi sale ac fabâ*, an *cumino*, *victitatis, nescio qo modo latet!, victum varium svaviorem esse: appetitum avtem excitandi potius esse, qod svavius est, modus duntaxat ne excedatur.* Frustra enim sunt Zenobius & Diogenianus, qos & Erasmus secutus est, qi κύαμον legentes, ad *vatum ritum*, nescio qem, trahunt, deqe eis intelligunt, *qi scire se simulant ea qa nesciunt.* Finitimum huic de sale lingendo aliud est item Græcorum, ἁλίαν τρυπᾶν, *salinum terebrare.* Apollonius *ad Evphratem, Epist. 7.* Πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σείειν. ἐμοὶ δὲ εἴη τὴν ἁλίαν τρυπᾶν ἐν Θέμιδος οἴκῳ. *Mercatori, ajunt, omnis movendus est rudens: mihi verò liceat in Themidis ade vel salinum terebrare.* h. e. mihi jus fasqe colenti, vel pavperrimè degere ac parcissimè victitare contingat. Idem est prorsus qod Persius *Satyr. 5.*

Verte aliqd; jura: sed Jupiter avdiet, ehev.

Verte aliqid, jura: verba sunt ad mercaturam exercendam hortantis. Hoc est, qod ille, proverbiali itidem locutione, Πάντα κάλων σεῖε, *Versuram facito*, nihilqe interim speroas, nec *perjurium* etiam; qod ad rem faciendam conducat. Excipit is, qem alloqitur, *at Jupiter avdiet*, & succensebit. Regerit ille,

Varo, regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si cum Jove vivere tendis,

At tu stolide, in summâ egestate vitam transigas oportet, duobus digitis primoribus salis pavxillum sat habens delibare, si vitam piè sanctéqe instituere volueris. Qod ille apud Plavtum *Rudente 4. 7.*

Istò tu pavper es, cum nimis sanctè pius.

Salinum ergò *terebrare*, est *sali digitorum vestigia imprimere*, sive, *digito sali impresso vestigium facere.* Ut post Casavbonum, Marcilius: non ut Psevdo-Cornutus, *discum digito terendo pertundere.* Sive, ut Tornorupæus, *Propter salis inopiam, ut micas & reliqias qasdam ejus concha tenaciter inhærentes revellat, digitis salinum penè terebrare.* Nec rite avt Apollonium, avt Persium cepit Joannes Mevrsius, *Mantissa c. 2.* qum *salinum terebrare*, pro *pavperem esse*, ideò positum censuit, *qod tales nimirum essent, qi isto opere vitam tolerarent*: qasi artificium avt opificium aliqod intelligeretur.

Cæterum istic mirari satis non possum, cur vir rei Græcæ peritissimus Henricus Stephanus, Ἅλς *numero singulari pro sale, apud vetustum aliqem Scriptorem legere se neget meminisse; nisi qum dicitur*, Ἅλς Ἰνδικὸς, *Sal Indicum*; ἁλὸς ἄνθος, *flos salis, & si qa appellationis hujusmodi.* Itaqe in plurali tantum posuit; Ἅλες, ἁλῶν, ἁλσί, ἅλας, *Sal.* Ut πυροί, inqit, *pro tritico, & alia nonnulla.* Ἅλς certè pro mari poetis usurpatum numerum singularem non excedere negat Evstathius, *Odyss. λ.* sicut & γῆ sive γαῖα pro *terrâ.* Cum Latinis tamen & *maria* & *terra* dicantur. Sed & de recto singulari τοῦ ἅλς pro *sale* si locutus esset vir eruditissimus, aliud forsan fuisset. Jam miraculi mihi ferè loco existit, ut loca veterum alia prætercam, illa Homeri hominem diligentissimum, & memoriæ planè stupendæ, eô loci fugisse, qæ ipse alibi lavdaverat; istud, οὐδ' ἅλα δοίης, in Ὀδυσσ. & ex *Iliad. 1. v. 214.* Πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο. *Insperfit dio sale*; in Πάσσε. De qo loco multis disseruit Plutarchus *Problem. l. 5. c. 1.* ubi qærit qare ἅλα θεῖον, *salem divum*, sive *divinum*, Poeta nuncupaverit; Plato etiam in *Timæo*, Κατὰ νόμον, θεοφιλέστατον, *Legis ratione, Deo gratissimum*, prædicaverit. Cujus ille rei varias assignat rationes: qas, cum in *salis* mentionem inciderimus, dispicere non pigebit.

Primò igitur, *saporis* ratione sic dictum censet: qia *edulus* scilicet qibusqe *saporem conciliat.* Proinde hinc colligit ὄψον ἥδιστον, *obsonium svavissimum salem esse*, ὅτι τῶν ἄλλων ὄψων καὶ ἡδύσματα οἱ ἅλες. *Qia obsoniorum cæterorum obsonium qoddam & qasi condimentum sal ipsum sit.* Unde & οἱ ἅλες sint vulgo χάριτες nuncupati: hoc enim est qod dixit, χαρίτων nomen ab aliqibus *Salis* inditum, qod & Cælius Rhodiginus *Antiq. Lect. l. 27. c. 24.* animadvertit, Διὸ καὶ ἔνιοι χάριτας προσαγορεύουσιν αὐτούς. τοὺς ἅλας, utiqe, i. e. *salem.* Qod idem & *l. 7.* in *præfat.* repetit. Τὸν ἅλα θεῖον Ὅμηρος, οἱ δὲ πολλοὶ καὶ χάριτας καλοῦσιν, adjectâ etiam nuncupationis ratione, ὅτι ἐπὶ τὰ πλεῖστα μιγνύμενος, ἀνάρμοστα τῇ γεύσει καὶ προσφιλῆ ποιεῖ καὶ κεχαρισμένα. *Qod edulus plerisqe immistus, gustui ea conciliet, & palato amica gratáqe faciat.* *Salem*, inqam, vult χαρίτων vocabulo; non avtem *sermonis lepores; & venustatem speciei salis nomine designari*; qod avtumarunt viri magni Henricus Stephanus, & Gvilielmus Budæus; qaoqam apud Græcos iste id reperisse se negat.

Ἅλμην reverâ sic qandoqe sumi, docet Proverbium illud, Ἅλμη οὐκ ἔνεστ' αὐτῷ. de qo tamen Parœmiographis inter se non convenit. Siqidem Zenobius vult εἰρωνικῶς dici, περὶ ἁλμυροῦ καὶ ἀηδοῦς, *de re, sive personâ, salsâ & insvavi.* Qem locum V. C. Andreas Schottus, tanqam mendosum, frustra sollicitat: proqe ἁλμυροῦ vult ἀγλευκοῦς ex Svidâ rescribi. Subest error, fateor; sed avtoris is, non exscriptoris, est: qi εἰρωνικῶς, & tanqam per ἀντίφρασιν, dictum existimavit, ἅλμην οὐκ ἐνεῖναι alicui, cum ea etiam qam maximè insit. Itaqe ex Zenobii mente ἅλμη istic male sonaret, & *muria* vertendum fuerit. Plavtus *Pœnul. 1. 2.*

Soror, cogita, amabo, item nos perhiberi,
Qasi salsa muriatica esse avtumantur,
Sine omni lepore, & sine svavitate.
Nisi multâ aqâ usqe & diu macerantur,
Olent, salsa sunt, tangere ut non velis: item nos sumus
Ejus seminis mulieres: sunt insulsa admodum
Atqe invenusta sine munditiâ & sumptu.

Ἁλμυρὸν, dixit Zenobius, qo modo *salsum* hic de *muriaticis* Plavtus, qæ tamen insulsa sunt adeò & insvavia, ut nec tangere qisqam velit. Cæterum rectius reliqi, non εἰρωνικῶς, sed ἁπλῶς dictum accipiunt. Ἅλμη οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ. *Salsedo, sive salsitas, illi nulla inest*: h. e. nihil in se *salsi*, in mentem meliorem accepti, habet; ἐπὶ τοῦ ἀηδοῦς καὶ ἀναρτύτου *de insvavi atqe insipido, nullo sale condito*: inqit Diogenianus. Qem transcripsit Apostolius. ἐπὶ τοῦ ἀγλευκοῦς καὶ ἀηδοῦς, *de injucundo & insvavi*; Svidas. ἐπὶ ἀηδοῦς, *de insvavi*; Gregorius Cyprius.

Ἅλμην ergò, sive *salsitudinem*, hoc sensu sumi, adagium hoc argumento esse satis claro videtur. An & ἅλες, sive *sales* Græcis, nondum satis comperi. Verum *sales* Latinos sic usurpare, avtorem habemus idoneum satis Plinium majorem. Sic enim is *Hist. Nat. l. 3. c. 7.* *Sal pulmentarii vicem implet, excitans aviditatem, invitansqe in omnibus cibis; ita ut sit peculiaris ex eo intellectus inter innumera condimenta; ergò herculè vita humaniter sine sale neqit degere: adeoqe*

deoqe necessarium elementum est, ut transierit intellectus ad voluptates animi qoqe. Nam ita sales appellantur: omnisqe vitæ lepos, & summa hilaritas, laborumqe reqies non alio magis vocabulo constat. Attestatur & usus. Fabius *Instit. l.* 6. *c.* 3. Sed vitiatus, & vitii illati occasione à Brodæo vapulans immerenter, *Miscell. l.* 6. *c.* 12. *Salsum in consuetudine pro ridiculo tantùm accipimus: naturâ non utiqe hoc est; qanqam & ridicula oportet esse salsa. Nam & Cicero* (*de Oratore lib.* 2.) *omne qod salsum sit, ait esse Atticorum: non qia sunt maximè ad risum compositi: & Catullus cum dicit,*

Nulla in tam magno est corpore mica salis,

hoc dicit, nihil in corpore ejus esse ridiculum. Ubi qis non primo statim intuitu intercidisse negativam advertat? *salsum* omne ait *ridiculum* haberi, nec esse tamen. Neqe enim ista ἀντιστρέφουσιν, *ridiculum* qidem *omne salsum* esse debere; at *non salsum omne* statim & *ridiculum* esse. Instat in Atticis qorum peculiaris dictio *salsa* Ciceroni censeatur; cum tamen risui illi minus indulgeant. Instat in Catullo, qi cum *nec micam salis* esse *in magno corpore* dixerit, non hoc voluit, *nihil* esse in illius corpore *ridiculi*. Legendum itaqe, *non hoc dicit*. Et seqentia confirmant; *Salsum igitur erit, qod non erit insulsum; velut qoddam simplex orationis condimentum, qod sentitur latente judicio, velut palato, excitatq'e & à tædio defendit orationem.* Scilicet orationi salsum hoc planè præstat qod sales ipsi cibis. Non ergò Catullum exponit Fabius, qod Joannes Brodæus & Robertus Stephanus opinati sunt, acsi *nihil ridiculi* Qintiæ inesse dixisset, sed negat prorsus id voluisse Poetam. Hæc ubi chartis illeveram, vitium istud & à Mureto inter alia *Var. lect. l.* 19. *c.* 6. animadversum deprehendi: qi strictim tangendo, *Vulgò*, inqit, *detracta negatio, Fabium ipsum ridiculum facit.* Idemqe aliud ibidem & indicat & tollit mendum, ubi *salsum* pro *salsum* in *ridiculi* argumento irrepserat; qo loco Fabius, *Ridiculum dictum plerumqe salsum est, semper humile, sæpe ex industriâ depravatum.* Constat interim ex Catulli loco illo, tam de corpore, qam & de oratione, *salis* vocabulum in *leporis ac venustatis* sensu usurpari. Itaqe qod de Qintiæ corpore Catullus, idem planè de insulsi cujusdam poematibus Martialis. Sed utrumqe integrum proponere havd abs re fuerit, qo possint meliùs invicem contendi. Catullus *Epigram.* 82.

Qintia formosa est multis: mihi candida, longa,
Recta est. Hæc ego. Sic singula confiteor.
Totum illud, formosa, nego. Nam nulla venustas,
Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Martialis avtem, *lib.* 7. *Epigr.* 24.

Dulcia cum tantum scribas Epigrammata semper,
Et cerussatâ candidiora cute;
Nullâqe mica salis, nec amari fellis in illis
Gutta sit; ò demens, vis tamen illa legi?
Nec cibus ipse juvat morsu fravdatus aceti;
Nec grata est facies, cui gelasinus abest.
Infanti melimela dato, fatuasqe mariscas:
Nam mihi, qæ novit pungere, chia sapit.

Chiam verò sapere cur dicat, alibi docet, *l.* 13. *Ep.* 23.

Chia seni similis Baccho, qem Sotia misit,
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

Cicero deniqe summus ille dicendi magister, *de Oratore l.* 1. *Libandus est omni genere urbanitatis, facetiarum qidam lepos; qo tanqam sale perspergatur omnis oratio. Ei qidem sales, in dicendo nimirum qantum valent.* Idem de Orat. perfect. Qi & licet *Atticos* præ cæteris, qos prius dixerat, *Siculis, Rhodiis, Byzantiis, excellere in hoc genere* affirmet, *de Orat. l.* 2. Suos tamen & hisce præponere est avsus, *Famil. ad Patum, lib.* 9. *Ep.* 15. *Accedunt non Attici, sed salsiores, qam illi Atticorum, Romani veteres atqe urbani sales.* Ut Martialis etiam sibi non defuisse videatur, cum *Canio* amico *lepore tinctos Attico sales, lib.* 3. *Epist.* 20. sibi *Romano lepidos sale libellos*, tribuit, *lib.* 8. *Ep.* 3.

Sed ut ad *salem* ipsum redeamus. Hanc ejusdem dotem Plutarchus idem *ejusdem operis, l.* 4. *c.* 4. dissertatione benè longâ, sed miserè mutilatâ sub Symmachi personâ latiùs proseqitur. Qam ex parte aliqa saltem restituere conabimur. *Salem* ergò qo *optimum* esse probet *obsonium*, sic

A argumentatur. Εἰ ὄψον ἐστὶ τὸ τὴν τροφὴν ἡδυνόμενον, ὄψον ἂν εἴη τὸ μάλιστα τὴν ὄρεξιν ἐπὶ τῷ σίτῳ κατασχεῖν δυνάμενον. *Si obsonium est, qod cibum svavem facit, optimum futurum est obsonium, qod appetitum in edulio diutissimè contineat.* Pergit collatione similium ostendere qid sit qod appetitum in vescendo contineat maximè. Locus est valdè mancus, qi sic poterit restitui, Xylandro aliqâ ex parte præeunte. Ὥσπερ οὖν οἱ περὶ ἐλπίδος ἐλπιστικοὶ φιλόσοφοι συνεκτικώτατον εἶναι τοῦ βίου τὸ ἐλπίζειν ἀποφαίνονται, τῷ παντὸς ἐλπίδος οὐχ ἡδυνομένου — τοιοῦτον (lego, τῷ ἀπόντος τῆς
B ἐλπίδος τοῦ ἡδυνομένου, οὐχὶ ἀνεκτὸν) εἶναι τὸν βίον. οὕτω καὶ τῆς ἐπὶ τὴν τροφὴν ὀρέξεως συνεκτικὸν θετέον, οὗ μὴ παρόντος ἄχαρις γίνεται τροφὴ πᾶσα, καὶ δύσβρωτος. Vocem novissimam solicitant & suspectam habent. Itaqe alii ex veteri codice, δυστρόφητος, qod istic nullâ ratione qadrat; δυστρόφητος potiùs foret, πρὸς τὸ προκείμενον, si id vocabuli legeretur: alii ex conjecturâ, δυσπρόσιτος, qod cum isto idem valeret, & admissu difficilem significaret. Verum mihi nihil qicqam, mutatu opus videtur. Sicut enim ἄβρωτος cibus, *qi non comeditur*, avtori nostro hoc ipso in
C opere *l.* 8. *c.* 9. Πολλὰ γὰρ τῶν ἀγεύστων καὶ ἀβρώτων πρότερον, ἥδιστα νῦν γέγονεν. *Multa eorum, qæ olim nec gustabantur, nec comedebantur, nunc gratissima evaserunt.* Ita δύσβρωτος, *qi ægrè nec facile comeditur.* Hoc itaqe dicit: *Qemadmodum Philosophi, Elpistici nuncupati, spem esse, qæ vitam maximè contineat, inde colligunt, qod absqe hac, qæ eam condiat, vita nec vitalis sit: eodem modo illud statuendum est ad escæ appetitum continendum plurimum conducere, à cujus absentiâ cibus omnis ingratus fiat, & qi vix gustari sive comedi possit.* Hoc avtem *salem* esse subjungit, Οὐχ ἥκιστα, οὐδὲν, ὡς ἔπος
D εἰπεῖν, ἐστὶν ἐδώδιμον. *Sine qo nihil ferè est esus idoneum. Ne panis qidem, qem ἐμμιγνύμενος συνηδύνει, immistus etiam svavem sapidumqe facit.* Cui adjici poterat, qod inde ἅλες ἡδυντῆρες dicti Eratostheni. Sic enim Hesychius, ἡδυντῆρες, οἱ ἅλες. Ἐρατοσθένης, ex qo emendandus Pollux, apud qem *l.* 6. *c.* 10. *sect.* 2. vitiosè legitur, ὀνομάζονται δὲ καὶ οἱ ἄλες (ἅλες, legendum) ἡδυντῆρες, διὰ τὸ ἡδύνειν. Qod Gvalterum interpretem in fravdem illexit; ut verteret, *Tum & haleces conditores à condiendo dixerunt.* Sed pergit avtor noster; Τῶν ἄλλων ὄψων οἱ ἅλες ἥδιον ὄψον εἰσί. *Obsoniorum*
E *omnium sal obsonium est gratissimum.* Καὶ τῶν ὄψων μόνον ἀπαραίτητοι. *Et ejusmodi, qo solo carere neqeas, etiamsi qam tenuissimè & parcissimè victum instituas.* Ὡς γὰρ τὰ χρώματα τὸ   τὸς, οὕτως οἱ χυμοὶ   λ@ δέονται περὶ τὸ   σιν τὴν αἴσθησιν. legendum lacunis & contractioribus factis & suppletis: ὡς γὰρ τὰ χρώματα φωτός. οὕτως οἱ χυμοὶ ἁλὸς δέονται περὶ τὸ κινῆσαι τὴν αἴσθησιν. Ita enim malim, qam cum Stephano περὶ τὸ ἥσαι. vel etiam; qo & lacunæ intervallo & inciso seqenti pleniùs respondeat; ὡς γὰρ τὰ χρώματα περὶ τὸ ἐμφῆναι τὴν ὄψιν φωτός. *Sicut colo-*
F *res, ut visum afficiant, lumine; ita sapores, qo sensum moveant gustumqe irritent, sale indigent; molesti aliogi huic & ingrati futuri.* Ita enim distinctione factâ legendum, εἰ δὲ μὴ, βαρεῖς τῇ γεύσει προσπίπτουσι καὶ ναυτιώδεις. Qâ non animadversâ Xylander, & parum commodè vertit, *nisi graves etiam & molesti accidant.* Et loco sincero vitii suspecti indicem asteriscum affixit. Deniqe *salem* ait esse πρὸς τὰ ἄλλα ὄψα, *ad alias qasvis lavtitias* φίλτρον καὶ δέλεαρ. qæ verba cum signatissima sint, qi Latinè exprimam, nondum invenio. Siqidem φίλτρον, sive *amatorium* verterim, qod
G Seneca in Hecatonis dicto Epist. 9. *Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento; si vis amari, ama:* sive *lenocinium.* Qo modo idem *de Benefic. l.* 1. *c.* 11. *Lenocinium est muneri, antecedens metus.* Sive honestiore, sed idem pollente vocabulo, ex eodem. *Epist.* 97. *conciliatricem*; nihil horum hoc qidem loco satisfacit, δέλεαρ forsan faciliùs fœliciùsqe pavlò licebit, *illecebram*, sive *illicium*. Hoc vult, *salem* esse, *qi ad escam omnem etiam lavtissimam gustandam illiciat, eamqe appetitum qasi conciliet*, vel *hunc* etiam *appetitum.* Qanqam non malè qis *sali* etiam *lenocinium* tribuerit. Celebre est Socratis illud, qod ex Xenophonte *Commentar. l.* 1. lavdant Plutarchus in *Præcept. salubr. de garrul. de curios.* & *Sympos. l.* 4. *c.* 1. Clemens *Pædag. l.* 2. *c.* 1. & Theodoretus *Therapeut. l.* 12. Φυλάττεσθαι δεῖν τὰ πείθοντα μὴ πεινῶντας

ταύτας ἐσθίειν, μηδὲ διψῶντας πίνειν. *Cavenda, qæ non esurientes comedere, nec sitientes svadeant bibere.* Γοητεύοντα τὰς ὀρέξεις, *appetitiones nostras velut præstigiis qibusdam sallentia*, ut scite Clemens. hoc avtem in utroqe genere *salsa* plurimum præstare clarissimè comprobat usus assiduus. Nihil itaqe est edulii, qod non *sale* indigeat; cum ut Job. c. 6. v. 6. תפל כלי מלח *insipidum* sit, qicqid *insulsum*: *insulsum* enim qid est, nisi qod *sine sale*?

Salis avtem in eduliis condiendis usum dum refero, mentem subit dictio proverbialis qædam, καὶ ἰχθύες ἁλὸς δέονται, *etiam pisces indigent sale.* Usus est Clemens Strom. *l.* 1. Οὐ πάντων ἀκροᾶται. Ὑμεῖς ἐστὲ οἱ ἅλες τῆς γῆς. εἰσὶ γάρ τινες τῶν καὶ λόγου ἐπαΐοντες, τοῖς ἰχθύσι τοῖς θαλασσίοις ἐοικότες, οἳ δὲ ἐν ἅλμῃ ἐκ γενετῆς τρεφόμενοι, ἁλῶν ὅμως πρὸς ἡδυσμένην δέονται. *Non est illud omnibus dictum*, Vos estis sal terræ (Matth. c. 5. v. 13.) *sunt enim & è sermonis avditoribus qidam piscibus marinis similes, qi qamvis ab ortu in mari salso enutriti sint, ad conditturam tamen sale opus habent.* Et Clementem imitatus Theodoretus *therapevtic. l.* 2. Πάντας γὰρ ἀμείνους εἰδέναι νομίζουσι τὴν ἀλήθειαν, ἐπειδὴ τοῖς τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν μαθήμασιν ἐνετράφησαν, καὶ συνιδεῖν οὐκ ἐθέλουσιν, ὡς οἱ θαλάττιοι ἰχθύες, ἐν ἅλμῃ μὲν τρέφονται ὅτι μάλιστα πλείστῃ, ἁλῶν δὲ ὅμως εἰς ἡδυσμένην προσδέονται. *Omnium optimè nosse se veritatem existimant: ut qi disertorum hominum institutis fuerint innutriti. nec advertunt, pisces marinos, licet in aqâ salsâ freqentissimâ qam maximè nutriantur, sale tamen, qo condiantur, opus habere.* Ortum habuisse videtur adagialis locutio, ab Androclis Pitthei dicto, qod Parœmiographi havd ritè cepere. Ἰχθὺς δεῖται ἁλός. i. e. *Piscis indiget sale. de re absurdâ & incredibili*, inqit Erasmus. *Neqe enim verisimile est, pisces in mari agentes opus habere sale.* qi & subjungit; *hoc videtur à populo reclamatum Androcli Pitensi, qum legem qandam reprehendens dixisset*, δέονται οἱ νόμοι νόμου διορθώσοντος. i. e. *egent leges lege correctrice.* καὶ γὰρ ἰχθύες ἁλός. *Nam & pisces sale. Leges enim in hoc data sunt, ut ad harum regulam corrigantur hominum actiones. qod si ipsa leges indigent correctione, leges non sunt. Idqe non minùs absurdum sit, qam si pisces marini dicerentur egere sale.* Verum aliter planè narrat Aristoteles *Rhetor. l.* 2. *c.* 24. à qo etiam hoc adductum est, qo argumenti istius exemplum daret, ὅτι εἰ ἄπιστον καὶ μὴ εἰκός, ἀληθὲς ἂν εἴη. *Verum posse esse etiam qod incredibile minusqe verisimile videtur.* qod primò Poetarum duorum testimoniis firmat. qorum alterum est Agathonis istud;

> Τάχ' ἄν τις εἰκὸς αὐτὸ τοῦτ' εἶναι λέγοι,
> Βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα.
> *Benè fortè dicas esse & hoc probabile,*
> *Sæpè evenire qod nec sit probabile.*

ignoti istud alterum:

> Ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἐν βροτοῖς ψευδηγορεῖν
> Πιθανὸν, νομίζειν χρή σε καὶ τοὐναντίον,
> Ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνειν βροτοῖς.
> *Nam si inter homines est freqens mendacium*
> *Credibile, qid ni eveniat è contrario,*
> *Verum esse & illud qod fidem vix invenit?*

qod ipse contractius sic extulit *Poetic. c.* 17. Εἰκὸς γὰρ, γίνεσθαι πολλὰ, καὶ παρὰ τὸ εἰκός. Et concisiùs adhuc *c.* 24. Εἰκὸς, καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς γίνεσθαι. Demum exemplis qibusdam illustrat. In qibus est Androclis istud, qi cum legis alicujus abrogationem svadendo dixisset, *etiam leges opus habere lege aliqâ qæ ipsas, ubi perperam habent, corrigat*, & ad dictum id, tanqam qod absurdum saperet, tumultuaretur concio, subjecit ipse, καὶ γὰρ οἱ ἰχθύες ἁλός, καίτοι οὐκ εἰκὸς, οὐδὲ πιθανὸν ἐν ἅλμῃ τρεφομένους δεῖσθαι ἁλός. καὶ τὰ στέμφυλα ἐλαίου, καίτοι ἄπιστον, ἐξ ὧν ἔλαιον γίνεται, ταῦτα δεῖσθαι ἐλαίου. Nihil hoc absurdi habere; *siqidem & pisces sale indigere*: qod tamen nevtiqam verisimile avt probabile videatur, eos qi in salsâ aluntur, sale indigere: *& fraces oleo; qum tamen vix* fidem mereri videatur, ea oleo indigere, ex qibus oleum exprimitur. Non fuit itaqe istud populi dictum oratorem dictionis absurdæ arguentis; sed oratoris ipsius dictionem suam, qæ absurda videbatur, adversus censuram iniqam illam & a ratione omni alienam defendentis. *Pisces avtem sale indigere*, non qidem dum in mari degunt, sed πρὸς ἡδυσμένην, ut rectè Clemens & Theodoretus explicant, *dum ad hominum usum esumqe apparantur*, ex re culinariâ

A nemini non est notissimum. qin nec, dum in culinâ apparantur tantùm, sed & dum in mensâ gustantur, ni eum è culinâ vel è conditorio etiam, secum attulerint. Cum itaqe τὸ ὄψον, qod Athenæus *l.* 7. & Plutarchus prior monuerunt, in genere qidem πᾶν τὸ προσόψημα, sive πᾶν τὸ μετὰ ἄρτου ἐσθιόμενον, ut Heracleo *Schol.* id omne dicatur, *qod cum pane comeditur*; Sed qia in istis à rerum harum peritis avidisqe primas ferre censebantur, obtinuerit ut pisces peculiariter & præcipuè præ aliis hoc nomine insignirentur; ea tamen habetur *salis* prærogativa, ut etiam *pisces* qi ὄψου
B nomen reliqis præreptum ierint, hoc ὄψον, ingrati alioqi futuri, & ipsi desiderent. Denige, qod Evstathius ad illud *Iliad.* λ. v. 629.

> —— κρόμυον ποτῷ ὄψον.

Ἰχθύες μὲν καὶ κρέας, ὄψον σιτίου ἄρτου. ὁ δὲ ἅλς, καὶ ἄρτου καὶ τῶν ἄλλων ἐδεσμάτων. κρόμυον δὲ τοῦ ποτοῦ. Ὄψον sive *condimentum esse pani qidem pisces carnesqe; pani verò reliqisqe edulis, salem; potui avtem cepe.* Nec hinc *sali* derogari sustinet Plutarchus, Οὐ πρὸς τὴν τροφὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς πόσιν ὄψον, ὄντα ἅλας. *Salem* contendens *non cibi solius, sed &*
C *potus condimentum esse.* Ita enim qoqe ὄψον vertere liceat: cum sit βρώσεως ἥδυσμα, τὸ ὄψον, ut ex Athenæo Evstathius.

Atqe hæc de *salis* usu in *condiendo*, seqitur de ejusdem dote in *conservando*; cujus itidem ratione, *dum* sive *divinum* Poetæ *salem* dictum avtumat avtor idem. Et utroqe respectu animæ vicem habere, munusqe præstare *salem*, contendit. Siqidem primô, *Sympos. l.* 4. *c.* 4. cum juxta dictum Heracliti, inqit, Νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι. *Cadavera sterqiliniis sint abjectiora*: κρέας δὲ πᾶν νεκρόν ἐστιν, ἢ νεκροῦ μέρος. *caro avtem omnis, vel cadaver sit ipsum, vel ca-*
D *daveris saltem pars qadam*: (unde & Marcus Imperator *Comment. lib.* 6. *sect.* 12. monet, ἐπὶ τῶν ὄψων καὶ τῶν τοιούτων ἐδωδίμων φαντασίαν λαμβάνειν, ὅτι οὗτος μὲν νεκρὸς ἰχθύος, οὗτος δὲ νεκρὸς ὄρνιθος, *ut de edulis qibusvis sic cogitemus, cadaver istud piscis, istud alitis est*) ἡ τῶν ἁλῶν δύναμις, ὥσπερ ψυχὴ παραγινομένη, χάριν αὐτῷ καὶ ἡδονὴν προστίθησι. *vis salis, animæ instar, accedens, gratiam eidem saporemqe conciliat.* Atqe hoc primum *condituræ* ratione *sal* præstat: tum conditis insuper *diuturnitatem* & perennitatem propemodum qandam largitur. Sic enim idem *l.* 5. *c.* 10. Τῶν
E σωμάτων τὰ νεκρὰ διατηροῦν ἄσηπτα καὶ μόνιμα πολὺν χρόνον, ἀντιτάσσεται τῷ θανάτῳ, καὶ οὐκ ἐᾷ παντελῶς ἐξολέσθαι καὶ ἀφανισθῆναι τὸ θνητόν. ἀλλ' ὥσπερ ἡ ψυχὴ, θειότατον οὖσα τῶν ἡμετέρων, τὰ ζῷα συνέχει, καὶ ῥεῖν οὐκ ἐᾷ τὸν ὄγκον. οὕτως ἡ τῶν ἁλῶν φύσις τὰ νεκρὰ παραλαμβάνουσα, καὶ μιμουμένη τὸ τῆς ψυχῆς ἔργον, ἀντιλαμβάνεται φερομένων ἐπὶ τὴν φθορὰν, καὶ κρατεῖ, καὶ ἵστησιν, ἁρμονίαν παρέχουσα καὶ φιλίαν πρὸς ἄλληλα τοῖς μέρεσι. *Sal mortuorum cadavera putredine immunia ac durabilia diu conservando, morti resistit, nec disperire & aboleri prorsus id qod mortuum est patitur. Sed velut anima,*
F *qâ nihil in nobis divinius, animantia continet, nec molem corporis diffluere permittit: ita salis natura, animæ opus hac in parte imitata, ad corruptionem tendentibus suppetias fert, dum accepta cadavera constringit & cohibet, & inter partes secum invicem compagem amicam firmamqe constituit.* De cadaveribus Ægyptio ritu conditis Plato in *Phædone*; Συμπεσὸν τὸ σῶμα καὶ ταριχευθὲν, ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ταριχευθέντες, ὀλίγου ὅλον μένει ἀμήχανον ὅσον χρόνον. *Corpus ipsum ubi conciderit, sale tamen conditum, qo modo condire suos Ægyptii solent, integrum ferè immensum qantum temporis perdurat.*
G A corporis perduratione istâ salis ope procuratâ, ad animæ perennitatem svadendam argumentum mutuatur. Plinius itidem *l.* 31. *c.* 9. *Sal corpora astringit, siccat, alligat: defuncta etiam à putredine vindicat, ut durent ista per secula.* Subjicit Plutarchus lepidum illud, ut & Plinius *Hist. Nat. l.* 8. *c.* 51. de *genere suillo* dictum, qod veteribus qibusdam, Varro *Rei Rust. l.* 2. *c.* 4. Stoicorum aliqibus, Plutarchus ipse; Chrysippo, Cicero *de Nat. Deor. l.* 2. Et Porphyrius *de abstinent. l.* 3. Cleanthi, Clemens Alex. *Strom. l.* 7. adscribunt; Ἀνθ' ἁλῶν αὐτοὺς ἔχειν τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα. Ita enim Clemens extulit. *Sui animam pro sale datam, ne carnes putiscerent.* Ideò de suibus dictum, qia in cœno lutoqe perpetim agant. Τίς, γάρ, φασιν. ἥδεται βορβόρῳ μᾶλλον, ἢ καθαρῷ ὕδατι, καὶ ἐπὶ φορυτῷ μαργαίνουσι, κατὰ Δημόκριτον. Clemens in *Protrept.* &

 Stromat.

Stromat. l. 1. Καὶ ὕδωρ ἄλλο θολερὸν βορβόρῳ χαίρειν ὗν καὶ κόπρῳ ἐπιμαργεῖν καὶ αἰσθήσεως ἐρωτικῆς. Plutarchus noster *Sympos. l.* 4. *c.* 5. *Siqidem sues, ajunt, cœno magis delectantur qam fonte puro, & in sterqilinio insanum qantum volutantur; ut Democritus loqitur. Nec ullum animal certiimus luto locisqe sordidis & immundis gavdere magis.* Itaqe Plinius *l.* 8. *c.* 51. *Suillo generi volutatio grata.* Imò, *gratissima. lib.* 7. *cap.* 9. Columella. Et, *illorum est reqies, ut lavatio hominis.* Varro. *lib.* 2. *c.* 4. *Sues enim cœno lavari, ut cortales aves pulvere & cinere, dixit Heraclitus.* Columella idem *lib.* 8. *cap.* 4. *Heraclito* videtur tribuere, qod *Democrito* Clemens. Verum in dicti istius mentione vitiati sunt Plutarchi codices. τὴν ὗν σάρκα κρέα γεγονέναι λέγειν, τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ἅλας, παρεσπαρμένης ὑπὸ τῆς διαμονῆς. Porphyrius, τῇ σαρκὶ τὴν ψυχὴν ὁ Θεὸς οἷον ἅλας ἀνέμιξεν. *Deum suis carni animam, tanqam salem immiscuisse:* qod & Plutarchi novissima sonant. Sed verbis primoribus vitium subest: in qibus cum ex aliorum sententiâ explicandis, tum & ex conjecturâ suâ emaculandis, sudat multum V. C. H. Stephanus, nec sibi satisfacit tamen. lego, τῆς ὑὸς, vel etiam, τῆς ὑῶν, (ut à lectione receptâ qam minimo recedatur) σάρκα κρέα γεγονέναι. inest dicto lepos festivus, qem Latinè havd facilè exprimas. De cadavere mortuo κρέα magis qam σάρκα usurpare assolent; nisi cum distinctionis cavsâ σαρκὸς vocabulo utuntur, qo ab ossibus aliisve partibus in animante, à nucleo sive osse etiam in fructibus, partes σαρκώδεις ἢ σαρκοειδεῖς dispescant. Itaqe in sacrâ paginâ ubi de *carne viventis* adhuc sermo habetur, σαρκὸς vocabulum adhibetur. Jacobi c. 5. v. 3. Καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ. *Et tanqam ignis exedet carnes vestras.* at ubi de inanimis loqitur Pavlus, Rom. c. 14. v. 21. Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα. *Bonum est carnes non comedere.* Et, *carnes nullas unqam comedam.* Inde κρέα νέμειν, ἔδειν, δαίνυσθαι, *Carnes distribuere, comedere, epulari,* passim apud Poetarum Principem. Unde & κρεωνομίας τῶν φόνων, *cæsarum carnium divulsionem,* dixit Clemens *Protrept. pag.* 9. D. pro qo apud Evsebium *Præpar. l.* 2. *c.* 3. legitur κρεανομίας τῶν φόνων. Arnobius verò, qem Canterus ea Clementis respexisse avtumat, *caprorum viscera dissipata* reddidit; tanqam si ἐρίφων legerit; qod & Vigerus observavit. κρεανομίας enim, an κρεωνομίας, an κρεανομίας etiam, qod apud Athenæum reperitur, legas, parum interest; cum possit κρεανομία dici, sicut κρεωδοσία, & κρεοδαισία, ὁ μερισμὸς τῶν κρεῶν. Svidas: qod Latini *visceratonem.* Eodem enim sensu, *viscus* & *viscera* usurparunt isti, qo Græci κρέα. Naso, sub Pythagoræ personâ, adversus eos qi animantium carnibus vescebantur, declamans, *Metamorph. l.* 15.

Hev qantum scelus est in viscere viscera condi;
Congestoqe avidum pingvescere corpore corpus;
Alteriusqe animantem animantis vivere leto?

Et mox:

—— de putri viscere passim
Florigeræ nascuntur apes ——

Servius ad illud Maronis. *Æn. l.* 3.

Visceribus miserorum, & sangvine vescitur atro.

Viscera propriè carnes sunt. rursusqe ad illud *l.* 6.

Et solida imponit tavrorum viscera flammis.

Non exta dicit, sed carnes: nam viscera sunt, qicqid inter ossa & cutem est. Inde & τρία κρέα. Xenophonti *Cyri Institut. l.* 2. & τρίπλαγα κρέα, Athenæo *l.* 4. non pro *tribus carnis generibus,* sed pro *tribus carnium portionibus, sive frustis.* Inde & κρεουργὸς, *lanius,* qi in carnibus conficiendis & concidendis versatur. Sed & hinc Latinis *Carnificis* nomen. Donatus, an qis alius, *in Terent. Phorm. Carnifex, qia ex hominibus carnes facit.* & *in Andr. Carnifex, carnifice dignus: vel dignus qi caro sive carnes fiat. qo modo, carcer, vir carcere dignus.* Contra ergò planè, qam illi, qi, avtore Stephano, alii, σάρκα νῦν *carnem nunc mortuam, factam fuisse* κρέας. i. e. *carnem animatam, dum anima salis instar aspersa fuerat;* alii, *suillam tum demum esse veram carnem, qando anima salis instar, per eam diffusa, facit ut consistat & permaneat:* hoc potius dicit avtor, τῶν ὑῶν σάρκα, *carnem suillam,* κρέα γεγονέναι, *qasi morticinum qiddam, sive cadaveris alicujus carnes, existere, qibus anima, salis instar, in-*

A *spersa accesserit, qo diutiùs perdurarent.* Accedit huc qod Philo habet *Orat. de mundi structurâ:* qod enim illi de porcis, iste de piscibus. πρὸς αὐτοῖς μόνοις τῶν σωμάτων διαμονὴν, ἐνδιατρίβουσαν αὐτοῖς τὸ ψυχοειδὲς, καθάπερ φασὶ τοὺς ἅλας τοῖς κρέασιν, ὅπως μὴ ῥᾳδίως φθείρονται. Ubi κρεῶν nomine, *mactatorum ad usum humanum carnes* intelligit.

Cum avtem, τοὺς ἅλας ἐπὶ πολὺ διαφυλάττειν ποιεῖ τὰ ἅλας ut Evstathius *ad Iliad.* 1. *Sal faciat, ut eo conspersa & condita qam diutissimè incorrupta perdurent;* inde natum est ut
B בְּרִית מֶלַח *pactum, sive fœdus, salis,* h. e. *salitum, sale conditum,* & qasi obsignatum, pro *incorruptibili, inviolabili, firmatissimo, perpetuo, in ævum omne permansuro,* in sacris literis usurpetur. Sic enim habemus, Numer. c. 18. v. 19. & Annal. *l.* 2. *c.* 13. *v.* 5. ubi LXX. διαθήκην αἰώνιον, *pactum æternum,* vertere. Jairus, בקיום ואמנה *stabilitum & firmatum.* Camius in *radic.* בגזר שלא תספק *decisum, qod terminum finemve non sit habiturum.* Cæterum argutius pavlò qam solidius, qod cum Jairus idem, tum & Abraham Esdræ filius, alludi volunt sententiam di-
C vinam, de terris qibusdam latam, qas frugiferæ fertilesqe cum prius extitissent, *salsitudini ac vastitati* Deus ita devoverit, ut nihil deinceps in perpetuum proferre avt progerminare qeant. qo fine lavdant loca illa ex Hymno 107. v. 34. Devter. c. 29. v. 23. Zeph. c. 2. v. 9. qibus accedit, qod Plinius, *l.* 31. *c.* 7. *Omnis locus, in qo reperitur sal sponte nascens, sterilis est, nihilqe profert in totum.* Sic enim ex cod. vet. Campensis avtoris verba reconcinnat. Legimus & Abimelechum, ubi Sichemitarum urbem vi cepisset, civibus internecioni datis, *civitatis dirutæ solum sale
D conseviisse; ut ne esset deinceps unqam tellus ibi idonea vel frugibus serendis, vel vitibus conserendis,* inqit Levi Gersomides: vel potius, εἰς ἀκαρπίας δήλωσιν, ut Theodoretus; *in devastationis & detestationis perpetuæ symbolum,* ut Junius. Neqe enim efficere planè potis erat, qod vel effectum dare, vel designatum saltem eo ritu, volebat. non magis qam Fridericus Ænobarbus, qum *Mediolano everso aratrum induxit,* & *sale* itidem *consevit.* Qod ex *Annalibus Svevicis* refert Calvisius in *Chronic.* Et Petrus Martyr ad eam Abimelechi historiam. Aliud est reverâ, qod aut Deus
E potest, aut natura ipsa loci alicujus non patitur. Cæterum non est verisimile, Deum in *pacto gratioso* incundo, ad *execrationes* diras, & *vastitates* ingratas atqe infœlices, respectum aliqem habuisse.

Cæterum, qod obiter observasse, non piguerit, tametsi carnes *conservare* natum sit, *sal pannos* tamen, *vestesqe* tam lineas qam & laneas idem corrumpit. Inde Hebræis מלחים Jerem. 38. v. 11, 12. *panni obsoleti usqe diuturno detriti, ac evanidi qodammodo* effecti, tanqam qi *sale corrupti* sint, à מלח, qod *salem* illis significat, sic dicti. A
F qâ eadem radice & נמלח verbo pro *corrumpi, evanidum fieri,* usus est Esajas, 51. 6. *Cœli, nubis instar,* נמלחו *evanescent, terraqe vestis instar, veterascet,* (qod posterius de utroqe Lyrodus extulit Hymn. 102. 27.) *& incolæ istius interibunt,* sive *defungentur* כמו־כן qod reddunt, *sicut hac,* Hieronymus, *in eundem modum,* Tigurinus, *similiter,* Junius. at Ludovicus Dievsius (cui ego calculum lubens concedo meum) in *Annot. Posthum. ut pediculus:* sive, *pediculi instar.* certè כן est *pediculus;* unde כנים *pediculi,* Exod. c. 8. v. 16, 27, 18. Tractus avtem videtur verbi illius usus
G iste, vel à *pannis, qi sale admisso corrumpuntur,* vel à *sale* ipso, qi *humore qovis admisso* facilè *dissolvitur.* Inde Parœmias apud Zenobium 23. & 120. Ἅλας ἄγων καθεύδεις. *Salem vehens indormis.* Et,

Ἁλῶν δὲ φόρτος ὅθεν ἦλθεν, ἐνθ' ἔβη.

lege ὅθεν περ', ut Jambus erigatur.

Sal abiit illuc, unde dimanaverat.

Sive,

Sal abiit illuc denuò, unde & extitit.

Ortas ferunt ex navcleri infortunio, cui sal, qem vehebat, per navtarum somno indulgentium incuriam, mari irrumpente dissipatus est. Nota satis est & ex Plutarcho *de animantium terrestrium atqe aqatilium collatâ invicem solertiâ,* muli historia, qi sale onustus, à lapsu in amnis transitu

fortuito resurgenti, onus minui cum sensisset, eodem loci deinceps sponte procumbere consveverat, donec ex Thaletis consilio spongiis salis loco onustus, rem contra qam expectaverat, deprehenderet evenisse. Ita qemadmodum ut Theodoretus *in Exod. Qæst.* 12. Ὁ ἥλιος τὸν μὲν κηρὸν ὑγραίνει, τὸν δὲ πηλὸν ξηραίνει, καὶ τὸν μὲν μαλάττει, τὸν δὲ σκληρύνει. *Sol ceram qidem liqefacit, lutum vero exsiccat: & illam qidem emollit, hoc avtem indurat.* Et Aristoteles *Problem. l.* 1. 417. Τὸ πῦρ καὶ τήκει τὸν κρύσταλλον, καὶ πήγνυσι τοὺς ἅλας. hoc est, ut Gregorius *in Ezek. Homil.* 17. *Sol & lutum durat, & ceram liqat: Ignisqe* idem *& glaciem liqefacit, & salem constringit.* Unde Maro, *Eclog.* 8.

Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liqescit.

ad eundem modum & *sal*, cum alia constringat, & conservet, alia tamen dissolvit atqe corrumpit; qumqe alia complura à dissolutione conservate natum sit, adversus humidum, qo minus ab eo dissolvatur, tueri semetipsum non potest.

Verum hoc misso, à salis usu gemino illo, qo & *edulia condire*, & *corpera conservare* consveverit, liqere poterit, & amplius etiam si adjecerimus, qod è *sermone communi* Plinius refert, *l.* 31. *c.* 9. *nihil esse corporibus utilius sale & sole*; qasi de utilitate etiam cum *sole* contendere *sal* qeat; qam aptè Christus Dominus Christianos homines, ut τὸ φῶς τοῦ κόσμου, i. e. *mundi lucem*: sic τὸ ἅλας τῆς γῆς, *terræ salem* appellaverit, in concione celeberrimâ illâ, qam Matthæus scripto tradidit, *cap.* 5. *v.* 13, 14. neqe enim ad *sermonis Evangelici præcones* solos restringendæ sunt appellationes illæ, prout pleriqe interpretes explicare solent; cum ad *totum populi Christiani cœtum* pertineant. Ad *Apostolos* reverâ peculiariter refert Jo. Chrysostomus *in Matth. Orat.* 15. & argutatur à naturâ *salis*, qod *putrida non restituat*, sed à *putore* tantùm, *integra qæ sunt, conservat*; (ὅτι γὰρ ἀνασώζειν τὰ διεφθαρμένα ἤδη ἐπανασωζόμενα ἅλας οὐ δύναται) *Apostolorum non fuisse munus*, τὰ σεσηπότα διορθῶσαι, *eos, qi in peccatis computruerant, corrigere*, (hoc enim *Christi solius* esse) sed ἀνανεωθέντα πρότερον, καὶ δυσωδίας ἀπαλλαγέντα, ἐν τῇ νεαρότητι κατέχειν καὶ διατηρεῖν, *restituta jam & putore pristino exempta, in eo statu continere & conservare.* Atqi ut nihil dicam, non fuisse necesse, ut per omnia planè similitudo illa conveniret: & hanc dici posse *salis spiritualis* prærogativam, ut non tantùm, qod sal vulgaris solet, à putore integra conservet, sed &, qod sali illi negatum est, putrida qoqe, integritati sanitatiqe pristinæ restituat. qo facit, qod Avgustinus *de Serm. Domin. in mont. l.* 1. *Peccatoribus condiendis & extingvendis putoribus, Apostolicum salem Dominum misisse.* Ut hoc, inqam, missum faciam, Apostolis certè Christi tributa est potestas tam peccatorum sordibus & putredine mortales miseros eximendi, qam exemptos eosdem in posterum ab eisdem sartos tectos conservandi. qanqam tam ad hoc munus exeqendum, qam ad illud præstandum Christi ope operâqe interveniente indigebant. Proinde etiam ulteriùs hic argutando progressus avtor *operis* (qod inter Chrysostomiana scripta prostat) in Matth. Orat. 10. imperfecti. *Sali comparatos vult Apostolos, respectu populi Christiani, qem in agnitione Dei, & sanctitate conservabant. qia sal carnem tenet ne putrescat, putridam avtem restituere non potest. Luci verò, respectu gentium, qas ad scientiæ lucem producunt. qia lucis opus est, & tenebras solvere, & in tenebris posita illustrare.* Cæterum & idem ipse Chrysostomus ista latiùs diducit, & ad *Christiani nominis professores* pios omnes extendit, in Evangelistam eundem Orat. 15. Τὸν γὰρ πιστὸν, inqit, οὐκ ἀπὸ τῆς δωρεᾶς χρὴ φαίνεσθαι μόνον, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ζωῆς τῆς καινῆς. τὸν πιστὸν φωστῆρα δεῖ εἶναι τοῦ κόσμου καὶ ἅλας. *Fidelem oportet non à dono tantùm* (sive à Baptismo, qem illi δωρεὰν appellabant) *sed à vitæ novitate dignosci. fidelem oportet esse mundi lucem salemqe.* Et Chrysostomi nomen præferens, sed alius, opinor, à Chrysostomo, *in Hymn.* 97. novam à salis epitheto captans argutiolam; *Non jam timeo serpentem terram comedentem: non enim sum ultra terra, sed sal. ante Christi adventum terra eram: ubi avtem venit Dominus, in salem me mutavit. Sal enim ex aqâ fit & vento. Salem itaqe meritò appellavit nos Dominus, qoniam ex aqâ & Spiritu regeneravit.*

Nec aliter Chrysostomo priores, Clemens, qem supra dedimus; & Origenes *adversus Celsum l.* 8. qi & ipse aliam qoqe ex salis imagine argutiolam elicit. Ἅλες γάρ εἰσι τηρητικοὶ τῶν τῆς ἐπὶ γῆς συστάσεως τοῦ κόσμου, οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι. *Dei cultores sinceri*, dum manent tales, *sunt sal terræ; qia genus humanum in terris agentium, ipsamqe mundi istius fabricam*, absqe illis foret, mox ruituram, *salis instar ipsi continent ac conservant*; qo modo justi qinqaginta civitates qinqe ab interitu vindicassent. Genes. c. 18. v. 26. cui favere videatur, qod Philo, *de Sacrific.* Οἱ ἅλες διαμονῆς τῶν συμπάντων σύμβολον. οἷς καὶ ἂν περιπασθῶσι, διατηροῦσι. *Salem in sacris stabilitatis universi symbolum esse; qia hoc aspersa conservantur.*

Sed ad Christi verba revertamur. Ad omnes ea in universum *Christianos* pertinere meritò affirmamus. Neqe enim *Apostolos* solos, qos ad ministerium sacrum illud nondum designaverat, sed μαθητὰς *discipulos* suos, qod & Isidorus Pelusiota monuit, *l.* 1. *Ep.* 16. qi tunc aderant universos, eâ oratione allocutus est Christus, vers. 1, 2. Nec sunt aliusmodi præcepta ea omnia, vel qæ præcesserant, de *pavpertate spirituali, tristitiâ secundum Deum, justitiæ esurie sitiqe, mansvetâ ac pacificâ conversatione, opprobriis damnisqe pietatis cavssâ æqanimiter sustinendis*; vel qæ seqųntur etiam, de *operibus bonis ad Dei gloriam jugiter exeqendis*, de *præceptis divinis qibusqe* etiam *ad affectuum intimorum puritatem ac munditiem studiosè accurateqe observandis*, de *juramentorum religione, inimicorum dilectione, in eleemosynis largiendis, officiisqe divinis præstandis intentionis piâ curâ, vanitatis cavtelâ*, cæterisqe *vitæ piè probéqe instituendæ monitis*; qam qæ tam Christianos spectant, obligantqe universos, qam Ecclesiæ Dei ministros gregiqe Dominico præfectos. Tam sunt illi ergò *professionis*, qam isti *prædicationis* ratione, *lux mundi*, ὡς φωστῆρες φαίνεσθε ἐν τῷ κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, *laternarum instar in mundo collucentes*, dum *vita*, qi & *lucis* est, *sermonem prætendunt*, Phil. cap. 2. vers. 15. 16. Tam & *sal terræ*, soli scilicet gratiæ divinæ *sale conditi*; absqe qibus foret, ut mundus universus, instar carnis morticinæ tabidæqe putisceret.

Aptissimè itidem *gratia divina*, menti humanæ indita, *salis* nomine insignitur. Marci, cap. 9. v. 50. Ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας. *Salem in vobis habetote.* Ea est enim, qæ ἀπὸ τῆς ἐν κόσμῳ φθορᾶς, ut Petrus *Ep.* 2. *c.* 1. *v.* 4. loqitur, *à corruptela, qæ in mundo grassatur, tabe vindicat animam conservatqe*; qæqe hoc est *animæ*, qod *anima corpori*, qod *sal carnibus*. Ea est deniqe, qæ cum animam ipsam, tum & omnia qæ ab eâ prodeunt ac profluunt, facit Deo hominibusqe bonis grata acceptaqe: & sine qâ putidum & ingratum est prorsùs, qicqid à qoqam proficiscitur: unde & *sermo* omnis hac destitutus, σαπρὸς, h. e. *putidus* vocatur, Ephes. cap. 4. v. 29. sicut & contra hac tinctus, ἅλατι ἠρτυμένος, *sale conditus* dicitur; Coloss. cap. 4. vers. 6. qi saporem utrinqe gratum conciliet, faciatqe ut avribus sordè mundatis acceptus svavisqe accidat. *Avris enim sermones, ut cibos palatum percipit & probat.* Elihu apud Jobum, c. 33. vers. 3. & Pythio Lydo Xerxes apud Herodotum, *lib.* 7. ἐν τοῖσι ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμός. ὃς χρηστὰ μὲν ἀκούσας, τέρψιος ἐμπιπλέει τὸ σῶμα. ὑπεναντία δὲ τούτων ἀκούσας ἀνοιδέει. *Habitat in avribus hominum animus: qi ubi bona acceperit, corpus* (sive *hominem*) *voluptate perfundit; ubi his adversa, intumescit & succenset.*

Muniunt avtem hæc viam & ad illud, qod ex Platone subjunxerat Plutarchus; *salem* nimirum, ut Homero θεῖον *divinum*, ita Platoni θεοφιλέστατον *Deo gratissimum* dici. & Plato qidem in Timæo, κατὰ νόμον ἀνθρώπων, *ex lege* sive *instituto humano*, talem esse *salem* dixit. poterat & κατὰ θεῖον νόμον, *ex lege ac instituto divino*, esse eundem, dixisse. Siqidem ex lege divinâ Mosis ministerio promulgatâ, *nihil sacri sine sale* peragebatur. Levit. cap. 2. v. 13. *Omnem muneris tui oblationem sale condito: nec desit unqam munere tuo sal fœderis Dei tui; sed cum omni oblatione tuâ salem simul fac admoveas.* Qô alludens Christus, Marci cap. 9. vers. 49. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται. *Unusqisqe enim igne salietur: & victima omnis sale con-*

conditur, sive *salietur*. Qem locum Josephus Scaliger mendi, non suspectum sed manifestum habet: censetqe legendum πᾶσα γὰρ πυρία, ut sic vertatur, *omne sacrificium & holocaustum salietur, & omnis oblatio sale salietur.* qod movere forsan posset, si vocabulum πυρία apud ullum avtorem idoneum hoc sensu positum compareret. mihi sedulò suspenti nondum qicqam occurrit, qod huc facere possit, excepto hoc, ex *dissertatione secundâ*, qæ *de carnium esu* prostat sub Plutarchi nomine; Τὰ δὲ Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους δόγματα, νόμοι τῶν παλαιῶν ἦσαν Ἑλλήνων, καὶ πυρία καὶ δίαιτα. ubi videri possit avtor hic, qisqis is est, dicere; *Pythagoræ atqe Empedoclis dogmata, de cæde animantium non admittendâ, nihil esse aliud, qam Græcorum veterum leges, sacrificia, vitæ qoad victum instituta.* Utpote qi nihil, vel ad aram, vel ad mensam, animantum mactarint. Verum vocem eam eô loci mendosam esse non dubitat Henricus Stephanus: & Xylander in versione prorsus omisit: Scaligero verò se opponit Ludovicus Dieusius & præter codicum omnium ac interpretum etiam consensum, argumentis & ἀνακολουθίᾳ, & ἀσυναρτήτῳ, rem agit: i. *non esse magis portentosam loqendi genus*, πυρὶ ἁλίζεσθαι, qam πυρὶ βαπτίζεσθαι, Matth. c. 3. v. 11. *Unum idemqe utrobiqe insinuari; ibi aqam spiritualem, qâ baptizantur, istic salem spiritualem, qo condiuntur fideles, vim ignis obtinere: qe nisi affectus suos pravos expurgari patiantur, gehennæ ignem, de qo proximè dixerat, experiendum fore aliqando. omnem enim hominem igne saliendum, si non jam divina gratia, certè aliqando igne divina ira.* & certè idem est ignis metallis, qod aqa vestibus, corporibusqe animantium. Scoriam illorum exurit ignis; sordes horum aqa eluit. Sed & *salis* ac *ignis* eadem purgandi & excoqendi natura; qod Calvinus monuit. adjici potest, qod *sali* vulgò tribui solet, id *igni*, sive à Prodico, ut Plutarchus *de valetud. conserv.* sive ab Eveno, ut idem *Sympos. l. 7. & Platon. Qæst. 9.* sive ab utroqe, ὅτι τῶν ἡδυσμάτων ἄριστον ἐστὶ τὸ πῦρ. *Condimentum omnium præstantissimum & suavissimum, ignem esse.*

Verum eo magis *ignem* hîc in inciso priore posuit, qia de *igne gehennali* ante dixerat, in qem mittendi sint, qi à scoriâ istic expurgati non fuerint: salem in altero, qia de *sale insulso* subjecturus erat, sed & de *sterqilinio* ex Matth. 5. 13. & Luc. 14. 35. cui insulsa & putida qæqe destinantur. Tum, si πυρία legatur, *defore, qod τῷ ἁλὶ in membro altero respondeat. cum si πυρὶ retineatur, conferri inter se duos saliendi modos, qorum alter sit τῷ πυρὶ, alter τῷ ἁλὶ, sicut* Matth. c. 3. *duo proponuntur baptizandi modi, alter τῷ ὕδατι, alter τῷ πυρί. Et qemodo ibi baptizandi, ita istic condiendi modum utrumqe conjungi debere. Saliendum enim hominem & sale & igne, si Deo acceptus esse, ignemqe æternum effugere velis; sicut in sacrificiis olim utrumqe & sal & ignis adhibebatur.*

Ex Dei itaqe præcepto *victimis* muneribusqe *sal* adjiciebatur: indeqe θεοφιλὴς dici merito poterat; qia sicut *cibos hominibus*, ita *hostias* immolatas, *Deo* gratas reddebat. qo modo *vinum* propterea Jothamo dicitur, *non homines tantùm, sed & Deum* ipsum *exhilarare*; Judic. 9. 13. qod Maro Georg. l. 2.

> —— *mensis, & Deis accepta.*

qia utiqe *ad oblationes legales adhibebatur*, ut rectè David Camius & Levi Gersonides; nec, si Salomoni Jairo credimus, *ante fusum libamen, hymnum ordiri solenne fuerat.* ad victimam enim unamqamqe, sicut nec *molam salsam*, qod prius dictum; sic nec *vini libamen*, qod alibi monemus, deesse fas erat. Num. 15. 5. Nec admittendum, qod Piscator, Junium in hoc Martyremqe prævios deserens, *Deos hominesqe*, vertendum, *principes ac plebejos pariter*, interpretandum arbitratur: qum & de *oleo*, perinde ac de *vino* sit dictum, commatio 9. Deum hominesqe eodem honorari: propterea qod *oleo* etiam (ut usus ejusdem religios impræsentiarum omittamus) qotqot ex frugibus, sive farre, sive farinâ, confectæ erant oblationes, hoc vel intinctæ ac delibutæ, vel immistæ etiam, Deo admovebantur. Levit. c. 2. v. 1, 4. & Num. c. 15. v. 4, 6. qod & Doctores Judæi adnotarunt. Ita nec *cibus* ferè ullus *sine sale ho-*

A *mini gratus*: nec accepta *Deo sine sale oblatio* ulla: qæ & ipsa in sacrâ paginâ *Dei cibus* dicitur, Malac. 1. 12. Sicut & *altare mensa* ejusdem. Ezek. 41. 22. & 44. 16.

Sed & apud exteros ad *sacrificia* qæqe *sal* adjungebatur: nec citra hunc rite procurata habebantur. Hinc οὐλόχυται, Græcis, *mola salsa* Latinis. Svidas: Οὐλαὶ καὶ οὐλαὶ, αἱ μεθ' ἁλῶν μεμιγμέναι κριθαὶ, καὶ τοῖς θύμασιν ἐπιβαλλόμεναι. Οὐλαὶ *& οὐλαὶ, hordeum sale mixtum, qod victimis injicitur.* Et inde οὐλόχυται, qas & κριθὰς μεθ' ἁλῶν, ἃς ἐπέχεον τοῖς βωμοῖς πρὸ τῆς ἱερουργίας, exponit Eustathius.
B *Hordea cum sale, qa victimis adjiciebant; qæqe anteqam sacris operarentur, altaribus inspergebant.* Nec aliud *mola salsa.* Festus: *Mola; far tostum, & sale sparsum. qod eo molito hostiæ aspergantur.* Servius ad illud Maronis *Eclog. 8. Sparge molam: far & salem: qod alibi, salsa fruges. Æneid.* scilicet *l. 12.* ad qem locum Servius idem: *Salsa fruges, sal & far; qod dicitur mola salsa: qâ & frons victimæ, & foci aspergebantur, & cultri. fiebant autem de hornâ fruge, & horno sale.* Spectat horsum Flacci illud insigne sanè *Carm. l. 3. Od. 23.*

C
> *Immunis aram si tetigit manus*
> *Non sumptuosa blandior hostia,*
> *Mollibit aversos Penates,*
> *Thure pio & saliente micâ.*

Nec non Plinii in *Præfat. ad Vespasianum Imperatorem. Et molâ tantùm salsâ litant, qi non habent Thura.* Cui finitimum est qod de tenuiorum oblationibus Deus ipse edixit. Levit. 5. 11. Negat revera apud Athenionem comicum in *Samothracibus* coqus referente *lib. 14.* Athenæo, *Salem primis temporibus, victimis inspersum*, cum hu-
D jus usus nondum esset repertus. Regionumqe intra continentem à mari longiùs dissitarum, incolas, *salis usu diu caruisse* verisimile est; qales illi, qos Tiresias *Odyss. λ. v. 121.* loqitur,

> —— οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
> Ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν.
> —— *qi non sciunt mare,*
> *Viri, neqe sale conditum cibum comedunt.*

qod de Epirotis Pausanias in *Atticis*, οἱ μηδὲ ἁλόντος Ἰλίου θάλασσαν οἱ αὐτοὶ, μηδὲ ἁλσὶν ἠπίσταντο χρῆσθαι. *qorum ad*
E *Ilium captam, nec mare, nec salis usum multi norant.* apud qos idcirco ritus iste tunc temporis obtinere neqibat. Cæterum ubi *salis usus* innotuit, qod & comicus ille monet, sicut, cibis, sic & sacris adhiberi ceperat. Sed Athenionem ipsum avdiamus.

> Ὅθεν ἔτι καὶ νῦν, inqit, τῶν πρότερον μεμνημένοι,
> Τὰ σπλάγχνα τοῖς θεοῖσιν ὀπτῶσι φλογὶ,
> Ἅλας οὐ προσφέροντες. οὐ γὰρ ἦσαν οὐδέπω
> Εἰς τὴν τοιαύτην χρῆσιν ἐξηυρημένοι.
> Ὡς δ' ἤρεσ' αὐτοῖς ὕστερον, καὶ τοὺς ἅλας
F
> Προσάγουσιν ἤδη τῶν ἱερῶν, γεγραμμένα
> Τὰ πάτρια διατηροῦντες.
> *Unde & nunc memores morum qi fuerant priùs,*
> *Qa Diis sacrantur, exta tradunt ignibus,*
> *Sale non adhibito: nam principio non erat*
> *Usus saliendi ad condituram cognitus.*
> *Sed ut hoc postilla placuit, tunc etiam salem,*
> *Nunc patrio ex præscripto sacris admovent.*

Qin nec animantium illorum corporibus, qorum exta citra salem torrebantur, *molam salsam* defuisse verisimi-
G le sit. Plinius, *lib. 31. cap. 8. Salis maximè in sacris intelligitur avtoritas; qando nulla conficiuntur sine molâ salsâ.*

Qin & *mensam privatam sine salino profanam habitam*, docet Justus Lipsius *Saturnal. lib. 1. cap. 2.* ex Arnobii illis. *Sacras facitis mensas salinorum appositu.* Et Pythagoram suis mandasse refert, *lib. 8.* Laertius, Ἅλας παρατίθεσθαι, πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ δικαίου. οἱ γὰρ ἅλες πᾶν σώζουσιν, ὅ τι ἂν παραλάβωσι. *Salem mensæ apponerent; qi juris justiqe observandi admoneret: propterea qod salis natura ea est, ut qicqid acceperit conservet.* Inde monitum proverbiale, Ἅλα καὶ τράπεζαν, ut Zenobius; sive ἅλας καὶ τράπεζαν, ut Diogenianus, & Apostolius exhibent, μὴ παραβαίνειν, *salem & mensam ne transgrediare*: qo vetamur *amicitiæ jura* vio-

violare. Siqidem *mensa communis amicitiam conciliat.* Unde A Theocritus *Idyll.*

> Οἱ μίαν ἄμφω ἐπεῖχον ἀεὶ δαινύντο τράπεζαν.
> *Mensam epulabantur sociam qi semper ad unam.*

Et de Polymnestore apud Evripidem Hecuba;

> Κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί.
> *Exceptus mensa sæpè communi mihi.*

Sub Domini Christi personâ de Judâ proditore Rex Psalmodus Hymno 40. 9. qo perfidiam hominis traduceret magis; *Etiam familiaris*, inqit, *amicus meus*, *qi pane meo vescebatur*, *adversus me calcaneum sustulit.* Sed & Pytha- B gotas suos, ἄρτον μὴ καταγνύειν, *panem frangere* vetuit. Cujus interdicti rationem hanc assignat Laertius; Ὅτι ἐπὶ ἕνα οἱ πάλαι τῶν φίλων ἐφοίτων, καθάπερ καὶ νῦν οἱ βάρβαροι, μηδὲ διαιρεῖν, ὃς συνάγει αὐτούς. *Qia ad panem unum eundemqe sumendum convenire solebant amici; prout & adhuc moris est barbaris: nec dividi oportere, qod ipsos invicem compingit.* Cæterum, nisi frangatur panis, qo modo ussui, aut participationi futurus est? itaqe in sacrâ paginâ, tam *panem comedere*, Luc. 14. 1. qam & eundem *frangere*, ibid. cap. 24. vers. 35. & Act. 20. 7. pro eo qod est *cibum simul sumere* usurpatur. Curtius certè, *l.* 8. *c.* 4. C tradit, *Macedones ritu patrio fœdus, qod sanctissimum vellent haberi, sic inire solitos, ne panem gladio divisum uterqe libaret.* Nec abscedunt religionis Christianæ mysteria veneranda, qæ ex Christi instituto, *pane* ritu solenni *fracto* & communicantium singulis *distributo* conficiuntur. Matth. 26. 26. & 1 Corinth. 11. 23, 24. Disertissimè δὲ ἐμφαντικώτατα Apostolus mysterium id explicans, ad 1 Cor. 10. 16, 17. Τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ ἐστιν; *Qem frangimus panem*, *annon communicatio est corporis Christi?* Et subjicit statim; Ὅτι εἷς ἄρτος, ἓν D σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. qod vulgo vertunt, *Qoniam unus panis*, *unum corpus multi sumus.* Minùs clarè, involutè nimis. Meliùs clariusqe Theodorus Beza, *Qoniam unus est panis*, *unum corpus multi sumus: qum eodem pane vescimur omnes.* H. e. nos, qi multi sumus, unum corpus conficimus; Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. Qod hinc tanqam signo qodam aspectabili, rituqe sacro testamur in unum nos utiqe corpus, qasi coaluisse. Col. 3. 15. Bezæ interpretationem probat firmatqe amplius Vir Cl. Petrus Picherellus in *Expos. verb. Cœn. Qoniam*, inqit, *unus pa-* E *nis* [*est*] (*in cœnâ*, supp. Nam a cœnâ exemplum adducitur, & seqentia hoc satis arguunt) *unum corpus multi sumus: omnes enim ex uno pane participamus.* Dicit Pavlus unum panem in cœna de qo participamus, significare nos esse unum corpus mysticum in Christo, ut Rom. c. 12. vers. 4. qi caput sit; & singula fracti illius panis frusta qæ singuli sumimus, nos singulos, qi etiam ejus corporis singula membra sumus. Hanc interpretationem comprobare videtur Damascenus l. 4. sub finem c. 14. & *Sermo de Cœnâ* apud Cyprianum. Sic Avgustinus in *exposit.* Psalm. 147. *Er-* F *go*, inqit, *si unus panis totum corpus Christi*, *membra Christi frusta panis sunt.* Qia ergò à sanctificato pane adducitur exemplum, panem in cœnâ necesse est esse. Hæc ille; de qo hocqe ipso Apostoli loco, nos alibi plura.

Mensa itaqe *communis*, sicut & *contubernium*, *amicitiæ* erat *tessera*; inde verò contractum *amicitiæ fœdus sacrosanctum* etiam haberi, *salis usus* faciebat. Proinde & cum *contubernio salem* conjunxit Demosthenes *adversus Midiam*: ἁλῶν κεκοινωνηκώς, καὶ ὁμωρόφιος γεγενημένος. *salem communem esitans*, *& sub eodem tecto degens*: Sed & pro *pane*, qem G Hymnodus posuit, *salem* poterat usurpare. Origenes certè non tacuit *adversus Celsum l.* 2. ubi cum is dixisset de proditore illo historiam suggillando, Ἄνθρωπος μὲν ὁ κοινωνήσας τραπέζης, οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπιβουλεύσειε. πολὺ πλέον ὁ Θεῷ συνευωχηθεὶς οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπίβουλος ἐγένετο. *Homines cujusqam mensa qi particeps factus fuerit, haud eidem insidiaretur: multò minùs, qi Dei conviva extiterit, insidias illi strueret.* regerit Origenes: Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι πολλοὶ κοινωνήσαντες ἁλῶν καὶ τραπέζης, ἐπεβούλευσαν τοῖς συνεσθίουσι; *Ecqis nescit, multos, qi salis mensæqe ejusdem fuerint participes, eis qibuscum convivati fuerant, insidiatos.* Mox subjungit, Lycambem, objiciente id Archilocho, μετὰ ἅλας καὶ τρα-

A πέζαν συνθήκας ἀθετῆσαι, *post salem & mensam fœdera violasse*: ipsiusqe Poetæ verba repræsentat.

> Ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν.
> *Transgressus es jus grande jurandum, mensam salemqe.*

Idemqe in *Matth. Serm.* 35. de Judâ; *Neqe salis ejusdem*, *neqe mensæ*, *neqe panis communicati memor est factus.* Sed nec Joannes ὁ χρυσόστομος *salis* mentionem omisit, de eodem isto agens *in Joan. Orat.* 72. Οὔτε τὴν τράπεζαν ᾐδέσθη, οὔτε αὐτοῦ ἄρτου κοινωνήσας, ἡ κοινωνία τῶν ἁλῶν οὐκ ἐπέστρεψε. *Nec mensam est reveritus*, *panis ejusdem factus particeps: nec salis communio pudore injecto cohibuit.*

B Huc pertineret illud Toparcharum Regis Persæ, Esdræ, c. 4. v. 14. si versioni veteri ratio justa constaret, qæ sic reddidit; *Nos autem memores salis, qod in Palatio comedimus; & qia læsiones regis videre nefas ducimus.* Ita de Palatii *sale* dicerent, qod de *Civitatis*, Æschines *Orat.* περὶ παραπρεσβείας; σὺ γὰρ τῆς πόλεως ἅλας καὶ δημοσίαν τράπεζαν περὶ πλείστου δεῖ φῂς ποιεῖσθαι. *Civitatis salem*, *mensamqe publicam plurimùm facere profitetur.* Verum ad verbum sic habet, *propterea qod palatii salem salimus*, vel etiam *sale salimus.* h. e. ut rectè Junius, *salarium de Regis palatio per-* C *cipimus.* Plinius *l.* 37. *c.* 7. *Honoribus etiam militiæqe sal interponitur; salariis inde dictis, magnâ apud antiqos avtoritate.* Ineptiunt enim planè & istic, Doctores Hebræi Jairus & Camius, cum exponunt, *eo quod Templum, Hierosolymitanum nempe, vastavimus, & in salsilaginem*, i. e. *solitudinem redegimus*: & ad verborum sensum istum firmandum adscribunt Vatum verba, Esajæ, c. 51. v. 6. & Jerem. c. 17. v. 6. qoqo enim modo contextus verba versaverint, mentem qam volunt ipsi, nunqam elicient.

D Aliò itidem spectat, qod habet Tullius in *Lælio*, *Verum esse qod vulgò dicitur*, *Multos modios salis edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit.* Monet enim hoc, qod & Aristoteles docet *Ethic. Nicomach. l.* 8. *c.* 3. Ὅτι προσδεῖται χρόνου καὶ συνηθείας, *temporis spatio diuturno*, *& consvetudine mutuâ multâ*, *opus esse*, *ad eorum mores nimirum & ingenia dignoscenda qibuscum amicitiam sumus contracturi*: eo qod, οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι. *Non possunt homines se invicem perspectos habere, priusqam salis, qi proverbio fertur*, *mensuram simul esitarint.* Ea qæ sit, narrat idem *Evdem. l.* 7. *c.* 2. ubi, adducto Poetæ innominati E hemistichio,

> —— οὐδ' ἄνευ χρόνου φίλος.
> *Neqe fit amicus absqe spatio temporis.*

διὸ, inquit, εἰς παροιμίαν ἐλήλυθεν ὁ μέδιμνος τῶν ἁλῶν, *unde salis modius in proverbium devenit.* Plutarchus itaqe, περὶ πολυφιλίας. Τηλίγετός τις καὶ ὀψίγονος ἔστω, τὸ θρυλούμενον ἐκεῖνον χρόνῳ τῶν ἁλῶν συγκατεδηδοκὼς μέδιμνον. *Tanqam sero jam ferè genitus gnatus, amicus esto, qocum salis vulgò decantatum modium per temporis diuturnitatem unà esitaveris.* Qi & idem περὶ φιλαδελφίας, τοὺς οὐκ ἀναμείναντας τὸν θρυλούμενον τῶν ἁλῶν μέδιμνον, *eos*, notat, *qi salis mo-* F *dium istum non expectantes, amicitias temerè contrahunt.*

Huc tamen spectabit, si Apostolius fide dignus habeatur, περὶ τῶν ἀχαρίστων, *de ingratis*, ut ille refert, usurpatum proverbium, Ἁλῶν μέδιμνον ἀποφαγών, *qi salis modium absumpsit.* Malè enim Petrus Pantinus reddidit, *salis medimnum devorans.* Sensus enim hic subsit necesse est, ut *salis medimnum*, sive *modium*, *apud eum qis esitaverit*, qocum tamen parùm amicè jam agat. Qomodo de Judâ supra conqestus est Hymnodus; de Polymestore Hecuba, G & de Gnathonide Parasito festivè apud Lucianum Timon, Ὁ πρώην ὅλον πίθον αὐτὸς μοι ἐμέσας βρόχον, πότε ἅλας πολλοὺς παρ' ἐμοὶ ἐμμεμεκώς. *Qi cum dolia integra apud me aliqando evomuisset, nuper symbolam petenti laqeum porrexerat.* At me habet suspicio absqe avtore idoneo, de suo ipsius cerebro proverbium istud commentum Apostolium. Vix enim qisqam de ingrato diverbium eis verbis conceperit, ut dicat, nihil aliud adjiciens, *Qi salis modium esitavit.* Itaque tradentis fidei, legentis censuræ relinqo. Mihi interim verendum qis forsan censuerit, ne loco proverbii antiqi, ἅλας φυὲς, à lectoribus, ἅλας αἰδὲς, avdiam. Proinde manum de tabulâ, & de sale qidem, ne tædio nimio affectis insulsi habeamur, ista suffecerint: ad alia digredimur.

CAPUT XLIV.

Mendas in scriptis tam sacris qam profanis extare, qa codicis vix ullius ope tolli qeant. Id unde natum sit, doctorum sententia. E rituali nostro exemplum unum & alterum. In codicibus sacris, eorumqe versionibus, idem à Jacobo Cappello demonstratum. Ex hoc genere videri ἐπρίσθησαν illud Heb. 11. 37. πεῖραν λαβεῖν, qid ibid. v. 36. in eo lapsi post Delænum, Tigurinus & Hentenius, explorati sunt, *vertendo. πεῖραν λαβεῖν, idem qod Sophocles, ἀρπάζειν, πειράσαι, non πειρασθῆναι. πειρᾶσθαι itidem* explorare. *πειρᾶσαι etiam* experiri: *& πεῖραν λαβεῖν, Deut. 28. 56. Inter suppliciorum species peculiares τὸ πειρασθῆναι vix locum tueri. Retinendum qi censeant; & qo sensu. πειράζειν an de calamitate gravi absolutè usurpetur Hellenistis, & πειράζειν ἐν φόνῳ μαχαίρας,* gladio tollere, *eisdem. Exemplum usus hujusce desiderari. Surreptitium qi censuevint: & unde surripuisse. Suppositititum qi; & cujus loco suppositum. πυράζειν an legatur. πύρασον Homero nomen proprium, non verbum.* Ustulare, *qid; & an apostoli loco conveniat. πυρῶσαι,* accendere, incendere: *in Herodiano lapsi Bassus, & Stephanus.* Axiochi *qis avtor. Furiarum tadæ angvesque. Serrani inadvertentia. πυρῶσαι etiam* urere, cremare. *Apud V. T. interpretes respondere τῷ צרף* explorare, expurgare. *πειρᾶσαι & πυρῶσαι juncta Hymn. 26. 2. alterum pro altero suppositum Hymn. 16. 2.* per ignem traducere *qid. ἐπρήσθησαν apud Apostolum legendum videri. Vocum assonantiis delectatum Apostolum. πρῆσαι, ἐμπρῆσαι, καταπρῆσαι, idem qod πυρῶσαι; & inde deductum.* Vivicomburium, *suppliciorum atrocissimum, & ἡ διὰ πυρὸς δοκιμασία, in fidelium certaminibus adeò freqentem, ab Apostolo prætermissam non videri. τυμπανίζειν qid. Inde ἀποτυμπανίζειν, notione non unâ. Phrynichus aliter qam Casavbono reconcinnatus. Josephi interpretis licentia. Josephus à Jasonis abbreviatore dissensus. Juvenalis explicatus.* Tunica incendialis, *qa &* molesta, *qam gravis. Seneca & Chrysostomi de justitia cavssa ejusmodi perferentibus dicta consentanea.*

Rectè observavit jam pridem Vir doctissimus Jacobus Cappellus in *Historiâ sacrâ & exoticâ ad annum 2311. Mendas quasdem* (in scriptis tam sacris, qam & profanis) *esse tam vetusta indolis; ut nullius codicis avtoritate possint tolli.* Mali hujusce rationem redditam habemus à Ludovico Vive, *de cavssis corruptarum artium l. 1. Fuerunt,* inqit, *semper librarii homines imperiti, qi libris transcribendis tenuitatem suam sustentarent; qi si vel minimum cogitationem aliò divertissent, mendum inducebant unum atqe alterum, imò permulta penitus inextricabilia. Ea in plurimos codices transfundebantur, qi ex codice illo exscribebantur, velut ab exemplari. Factum inde, cum exemplar illud haberi ampliùs desiisset, ut nullâ codicis forsan cujusqam avtoritate mendum hoc vel illud tolli posset.* Qæ avtem secutis post seculis emersit, ars typographica, sicut codicum copiam plurimum avxit, ita mendas cum eis pariter longè lateqe propalavit. Nec id Vivem fugiebat, *Qod nunc,* inqit, *crebrius fit in libris impressis, in qibus nullum est mendum, qod non in mille codicibus incidere sit necesse.* Qid avtem mirum, ubi scripti alicujus editio prima (qod non rarò contingere videmus) mendarum ferax fuerit, si manuscriptis priscis tandem vel nullis, vel pavcis oppido relictis, nec eis qidem à vitio moltiplici puris, in seqentibus ita fuerint propagatæ harum havd pavcæ, ut nullus codex à qibusdam saltem integer haberetur. Qin & illud magis mirandum, potuisse hoc usu venire, qod & Cappellus monuit, & experientia confirmat, in codicibus eis, qi communiter in Ecclesiâ leguntur. In Rituali nostro, ne longiùs abeam, mendum unum & alterum istiusmodi animadverti. In formulâ sponsalium matrimonialium, spondent contrahentes alter alteri sese invicem nevtiqam deserturos, till death us de part, h. e. *donec mors nos decesserit,* sensu planè nullo; cum certum sit, ab avtoribus primis conceptum conscriptumqe fuisse,

A till death us do part, h. e. *donec mors nos separaverit.* In Hymni verò 119. metricè concinnati, versu 39. prece supplice à Deo petitur, Rebuke and shame from me expel, *Opprobrium & ignominiam à me expellas.* Qod nemo, qi attentiùs saltem animum adverterit, non statim intelligat, ab initio fuisse, repel, *repellas.* Nec tamen codex, opinor, ullus reperietur, qi à mendis istis immunis sit. Qod si in eis scriptis obtinere potuerit, qæ nec altioris sunt ævi, & hominum omne genus manibus assiduò teruntur qæqe io cœtibus sacris creberrimè vel recitantur vel decantantur; B qid in aliis par est usu venire, qæ cum ævi remotioris sunt, tum qia in usu minùs freqenti sint, ideo minus perpenduntur? Qin nec codices ipsos sacrosanctos à Spiritu Sancto dictatos, mendas istiusmodi effugisse, tam in versionibus, qam & in fontibus ipsis, Cappellus idem clarè satis demonstrasse videtur, suffragantibus, non Pontificiis tantùm, sed & religionis reformatæ viris eruditissimis.

Ex locis tam antiqvitùs, tam generaliter vitiatis videtur posse censeri Apostoli illud ad Hebræos c. 11. v. 37. qo loco varia necis genera, viris piis, qi divinæ veritati sangvine C suo litarunt, illata, verbis istis denarrantur: Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Vulgatus. *Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt.* Beza; *Lapidati sunt, dissecti sunt, tentati sunt, gladio cæsi sunt.* At quis non statim advertit illud, *tentati sunt,* istic locum non habere? Nolo præscribere, priùs dictum fuisse, vers. 36. Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον. Qod Galterus Delænus Henrici Regis 8. biblioscopus (cujus versionem, qi Regis ipsius codex fuerat, penes me habeo) reddidit, *Alii ludibriis & flagris ex-* D *plorati sunt.* Qod & secuti sunt, cum Tigurinus & Hentenius Oecumenii interpres, tum & Genevenses nostri; qi sic reddunt, Others have been tried by mockings and scourgings. Tanqam si *ludibriis ac flagellis tentati atqe explorati* dicerentur: idem avtem continuò de *tentatione* sive *exploratione* rursus inculcari, minus existat verisimile. Verum enimvero, aliud illud πεῖραν ἔλαβον, sonat; nec πεῖραν ibi *tentationem,* avt *explorationem,* sed *experientiam* & *perpessionem* significat: alioqi πεῖραν λαβεῖν, est *periculum facere,* sive *sumere;* qod πεῖραν ἁρπάζειν Sophocles dixit E in *Ajace;* atqe ita Triclinius exponit; πειρᾶσαι, non πειρασθῆναι, *explorare,* non *explorari.* Qomodo Xenophon, Τῶν θεῶν πεῖραν λαμβάνειν, εἴ τι σοι ἐθέλουσι συμβουλεύειν. *Deos tentare,* sive *explorare, numqid consulere tibi velint.* Et Herodianus *l. 1.* Πεῖραν τῆς γνώμης τῶν στρατιωτῶν λαβεῖν. *Militum animos pertentare,* sive *explorare.* Qo modo & τὸ πειρᾶσθαι ipsum Thucydidi freqenter usurpatur; *lib. 4.* Μᾶλλον ἐπιθυμήσειν αὐτοὺς, πειρωμένους. *Magis expetituros, ubi periculum fecissent.* Et, Ὅτι ὀργώντων ἡμῶν πειρᾶσθαι. h. e. πεῖραν λήψεσθαι πολεμεῖν ἡμᾶς ἐπιθυμούντων, ut rectè F Æm. Portus. Et ne longiùs abeamus, avtor ipse istic commat. 29. Ἧς πεῖραν λαβόντες Αἰγύπτιοι, *qod tentantes Ægyptii, absorpti sunt.* Istic verò πεῖραν λαβεῖν nihil est aliud, qam πειρᾶσαι, experiri, perpetiendo, scilicet. Suidas; Πείρασαν, (πείρασαν legendum docet locus subjunctus) ἀντὶ πεῖραν ἔλαβον. Πείρασαν, *tentarunt, periculum fecerunt, experti sunt.*

> Τὴν δὲ χάριν δώρων πείρασαν ἐν θανάτῳ.
> *Donorum gratiam, qanam ea esset, in morte experti sunt.*

G De Ajace ac Hectore sermo est, qorum ille huic balteum, qo postqam ab Achille cæsus est, bigis raptandus alligabatur; iste illi ensem, dono dederat, qo se ipse post interfecit. Habetur in *Epigram. Antholog. lib. 3. cap. 14.* Ita Devter. c. 28. v. 56. Græci interpretes, Ἡ ἁπαλὴ καὶ ἡ τρυφερὰ σφόδρα, ἧς οὐχὶ πεῖραν ἔλαβεν ὁ ποὺς αὐτῆς βαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. *Mulier tenera & delicata, cujus pes non est gressum in solo expertus:* h. e. *qa pede,* sive *plantâ pedis,* (uti Hebraicè habetur) *terram nunqam attigerat.* Et in *Salomonis,* qæ fertur, *Sapient. c. 18. v. 20.* Ἥψατο καὶ τῶν δικαίων πεῖρα θανάτου. *Justi qoqe mortem experti sunt.* Et Dionysius pariter Alex. *in Epist. ad Fabium Antioch.* apud Evseb. *l. 6. c. 41.* Μηδέπω βασάνων πεῖραν λαβοῦσα. *Nondum tormenta experta,* i. *perpessa.* Proin ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖ-

ραν

ραν λαβεῖν, est *ludibria ac flagella experiri, sustinere, perpeti*. Recteqe Vetus Interpres reddidit, *Ludibria & verbera experti*. Nec Beza secus; *Ludibria & flagella sunt experti*. Castalio itidem; *Ludibria & scuticas experti sunt*. Illud itaque, tanqam qod nihil huc faciat, mitto: de versione qorundam minùs idoneâ monuisse tantùm contentus.

Cæterum, cum varia pœnarum suppliciorumqe capitalium genera in commatio hoc ipso recenseat Apostolus, qibus ad necem usque divexati sunt servi Dei fidissimi testesqe constantissimi; ἐπειράσθησαν illud, qod nec fati genus certum & peculiare aliqod, imò verò nec ullum etiam omninò designat, sed *tentationis* duntaxat, sive *explorationis* significatum habet, qam sit hîc loco alieno insertum, nemo statim non advertat. Nec certè utrinqe stipantia mortium acerbiorum genera locum illi facilè sunt istic concessura. Viderunt hoc viri summi; varieqe de negotio hoc pronunciavere.

Retinendum censet Vir πολυμαθέστατος Daniel Heinsius; qia πεῖρα, πειρασμὸς & πειράζειν, *Hellenistis*, qos appellat, *de calamitate qavis absolutè usurpetur*. Qo sensu & istic sumendum censet: adjecto tamen, *nisi qis distingvere malit, ut ἐπειράσθησαν ἐν φόνῳ μαχαίρας conjungatur, ac deinde ἀπέθανον seqatur; hoc modo, ἐπειράσθησαν ἐν φόνῳ μαχαίρας, ἀπέθανον. gladiis minacibus tentati sunt; cum avtem non deficerent, sublati sunt*. Subjungit demum, *eâdem lingvâ* (Hellenisticam qam vocat) πειράζειν ἐν φόνῳ μαχαίρας, *idem esse simpliciter, qod ἀναιρεῖν μαχαίρᾳ vel ἐν μαχαίρᾳ, gladio tollere*. Ita foret simpliciter, *gladio sublati sunt, mortui sunt*.

Verum vereor, ut ista aliis persvadere possit Vir Cl. siqidem, 1. generalis illa verbi significatio illud est ipsum qod obstat, qo minùs inter certa ac specialia suppliciorum genera utrinqe sita locum istic facilè tueatur. Tum hiulca ac defecta videtur futura dictio Apostolica, si de *gladio objecto exploratione factâ* intelligatur, quâ nihil territi sese morti objecerint. 3. Repetitio futura est minùs necessaria illius qod supra clariùs fuerat elocutus, vers. 35. de liberatione, cum ea proponeretur, rejectâ. 4. Formulæ istius πειράζειν ἐν φόνῳ μαχαίρας *pro gladio tollere* usurpatæ exemplum aliqod jure desideratur. Deniqe, etiamsi dari posset, istic tamen admitti commodè neqiret, cum ἀπέθανον illud, qod seqitur, tunc planè redundaret.

Alii contra non retinendum, sed furcillandum ac rejiciendum existimant; utpote qod à calamo Apostolico nevtiqam profluxerit. Sed & isti in partes diversas abeunt. Siqidem alii surreptitium planè, alii suppositititium suspicantur.

Ex priorum numero est Vir doctissimus pariter ac diligentissimus Theodorus Beza. Is enim omninò *ex margine* censet *in contextum irrepsisse*: ubi qispiam pro ἐπειράσθησαν perperam ἐπρίσθησαν annotarat. *Nec posse aliter statuere* profitetur, *Qorsum enim*, inqit, *istud de tentatione post acerbissimarum pœnarum commemorationem posteà subjicit?* Qin & *Syrum Interpretem non agnoscere monet*. Idem planè prior suspicatus fuerat Erasmus: qi & ideò magis adjectitium statuit, qia *apud Chrysostomum & Theophylactum particula hujus mentio nulla fiat*. Qanqam *in Theodoreti commentariis* habetur. Istis accedit in *Annotationibus* Hugo Grotius, qi *ἐκ διττογραφίας in textum irrepsisse* monet; *nec inter mortium genera hic locum habere*.

Evsebius certò *Præparat. Evangel. lib. 12. cap. 10.* omisit planè, dum Apostoli locum hunc in hæc verba recenset, ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Ut non sine ratione probabili suspicandum sit, apud Clementem Alexandrinum *Stromat. l. 4. c. 6.* ubi eadem illa sic repræsentantur; ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. ἐπρίσθησαν istud τοῦ ἐπειράσθησαν vice à scioli alicujus manu malâ haberi; omissum enim à Clemente τὸ ἐπειράσθησαν, vix est ut possit à qoqam credi.

Ex posteriore classe est Vir sagacissimus Franciscus Junius. Huic *vitiatum* suboluit, qod in contextu extiterat. Itaqe in *Parallel. lib. 3.* sibi profitetur *omnium maximè probari, non ut expungatur, sed ut levissimâ potiùs mutatione, pro ἐπειράσθησαν legatur ἐπυράσθησαν. qod verbum ne ipse qidem Homerus ignoraverit*. Hunc, qem & transcripsit, Joannes

A Piscator κατὰ πόδα secutus est. At mihi, qanqam sedulò rimanti, apud Homerum nec verbum istud occurrit, nec vestigium qidem ejusdem ullum: nisi si forte τὸ Πύρασον, qod *Iliad. λ. vers. 491.* legitur, sed est viri cujusdam nomen proprium, viro occupatissimo aliud agenti imposuit. Qin nec alibi uspiam id vocabuli, vel in Græcæ lingvæ avtoribus, vel in vocabulariis, repertum iri existimo.

Itaqe D. Beza, si qid substituendum videatur, & conjecturæ locus detur, legendum putat ἐπυρώθησαν. qod vertit,
B *ustulati sunt*. Qanqam exilius qiddam hoc sonat, qam pro rei subjectæ atrocitate, qæ & necem illatam intelligi necessariò postulat. Atqe est τὸ πυροῦσθαι sanè vocabulum satis usitatum. Qod *accendere*, sive *incendere* significat, unde Herodianus *lib. 8.* Aqilejenses Maximini copiis obsessos narrat, vasa qædam sulphure, bitumine piceqe referta πυρώσαντας, ἅμα τῷ προσπελάζειν τοῖς τείχεσι τὸν στρατόν, διασκεδάσαι, *ubi accenderant, in exercitum, simulac mœnibus successerat, dispersisse*. Qem locum, nec Angelus Bassus, nec Henricus Stephanus, rectè cepere, cum *exercitum*
C *ignibus injectis dissipaiunt*, reddidere. Idemqe mox ibidem, Maximini milites refert, τοὺς θώρακας πυρουμένους ἀποῤῥίψαι, *thoraces suos hac ratione incensos sive ignitos*, cum ignis vim non sustinerent, *abjecisse*. Significat idem & *ustulare*, sive *torrere*. Æschines, uti ex Laertii fide creditur, in *Axiocho*, de impiis improbisqe apud inferos admissorum hic pœnas luentibus; Ἔνθα θηρσὶ περιλιχμώμενοι, καὶ λαμπάσιν ἐπιμόνως πυρούμενοι Ποινῶν — αἰδίοις τιμωρίαις τρύχονται. *Ubi angvium lingvis circumlambentibus exerciti, & Furiarum tædis perpetuo ustulati, suppliciis divexantur æter-*
D *nis*. Notæ sunt Furiarum *tæda*, sive *lampades*; ut de *angvibus* nihil dicam. Qibus Serranus istic non animadversis, dictionis & venustatem & vim etiam imminuit. Huc pertinet, qod de Martyribus Theodoretus *Therapevt. l. 8.* Προτεῖναι λαμπάσι καὶ ὄνυξι τὰς πλευράς. *Objicere tædis ungulisqe latera*. Illis utiqe *ustulanda*, istis *descobinanda*, ut cum Septimio loquamur. Significat & simpliciter, *urere, cremare*. Svidas; Πυρῶ, φλέγω, ἢ καίω. Et Evstath. ad *Iliad. λ.* ex avtore innominato, πυρώσω πόλιν, ἤγουν καύσω. *Urbem incendam*. sive, *comburam*. Ut de *Vivicom-*
E *burio* qoqe τὸ πυροῦσθαι accipi qeat, vel de qovis supplicii genere, qo per ignis flammarumve vim vita excluditur.

Verum premit hic *interpretem recentiorem* (uti solens nuncupat) vir clarissimus; instatqe, *nihil in his emendandum non consultis*, qos appellitat, *Hellenistis*. Et hos ergò consulamus, an suppeditent qicqam, qod emendationi isti suffragetur. Apud Græcos itaqe Vet. Test. interpretes verbum istud τὸ πυροῦσθαι ita sumitur creberrimè, ut τῷ צרף Hebræorum respondeat, & *urendo*, sive *conflando*
F *explorare*, atqe etiam *expurgare* significet. Ita usurpant, Hymno 66. 10. Ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. *Qasi igne explorasti nos; prout argentum igne exploratur*. Et mox, vers. 12. Διήλθομεν διὰ πυρός, *per ignem transivimus*. Qod de eis qoqe usurpatur, qi ignibus immissi, in eis animam exhalarunt. Siqidem qod de Achazo Rege dicitur, Histor. Reg. l. 2. c. 16. v. 3. *filium suum*, διήγαγεν ἐν πυρὶ, *per ignem transire fecit, traduxit*. Idem 2 Annal. 28. 3. sic narratur; *Filios suos igne cremavit*, sive *combussit*. ויבער Hebr. qanqam Græci hic qoqe, ἤγαγε διὰ πυρός. qasi
G literis transpositis ויעבר legerint. Sed qod in Hymno ibi πυροῦσθαι dictum est, id in Parœmiis δοκιμάζειν dicitur c. 17. v. 3. Ὥσπερ δοκιμάζεται ἐν καμίνῳ ἄργυρος καὶ χρυσός· οὕτω δὲ δοκιμάζονται καρδίαι ὁ Κύριος. Ita enim incisum posterius reddidere Aqila, Symmachus & Theodotion Triumviri, ad Hebraica propiùs rectiusque qam LXX. qi vocantur, *Sicut in fornace argentum avrumqe exploratur: ita corda explorat Dominus*. Et c. 27. v. 21. Δοκίμιον ἀργυρίῳ, καὶ χρυσῷ πύρωσις. *Examen argento, & conflatio, sive exploratio igne facta, avro*. Inde Hesychius; Πύρωσις, δοκιμασία. Et Petrus Apost. Ep. 1. c. 4. v. 12. Μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, &c. qo loco τῆς πυρώσεως, qam & εἰς πειρασμὸν, *ad explorationem* ait institui, nomine, varias illas genus omne tribulationes, qibus exponebantur atqe

exer-

exercebantur sui temporis fideles, designat. Inde & idem ibid. c. 1. v. 7. Ἵνα τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως πολὺ τιμιώτερον χρυσίου διὰ πυρὸς δοκιμαζομένου. h. e. *Ut exploratio fidei vestra, qæ est avro multo majoris pretii*, &c. ubi χρυσίον διὰ πυρὸς δοκιμαζόμενον, idem est, cum eo qod Apoc. 3. 18. Joanni dicitur, ἐκ πυρὸς πεπυρωμένον, *avrum igni excoctum*; nec *exploratum* tantum, sed & *expurgatum & defæcatum*, sicut & τὰ λόγια Κυρίου, *eloqia divina*, πεπυρωμένα dicuntur, Hymn. 18. 30. Reg. Hist. l. 2. c. 22. v. 31. & Parœm. c. 30. v. 5. qod plenius planiusqe (& adhuc etiam clariùs, si Hebraica adeantur, futurum) effertur Hymn. 11. 7. Τὰ λόγια Κυρίου, λόγια ἁγνά. ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως. Eloqia Dei, *pura eloqia: argenti instar in catino testaceo conflati, septiesqe expurgati*, sive *recocti*, ut Maronis ex *Æneid.* 8. verbo utar. Ita τὸ πυροῦσθαι, *ignire*, tam *expurgare*, qam & *explorare* significat. Siqidem ignis ope non dignoscitur tantùm metallorum τὸ γνήσιον καὶ τὸ τίμιον, sint ne reverâ qod videntur esse, an speciem faciemqe ementitam ferant; sed & fæce eliqatâ & semotâ, puriora præstantioraqe, ea qæ genuina sunt, evadunt. Qo modo sumendum qod Zachar. 13. 9. dicitur; Διάξω διὰ πυρὸς, καὶ πυρώσω αὐτοὺς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. καὶ δοκιμῶ αὐτοὺς, ὡς δοκιμάζεται τὸ χρυσίον. *Per ignem traducam, & conflabo eos, sicut argentum conflatur: & probabo*, sive *probam reddam, sicut avrum probatur.* Et Daniel. 11. 31. Τοῦ πυρῶσαι αὐτούς. qod c. 12. v. 9. ἵνα πυρωθῶσι. *Ut tribulationum qasi igne qodam*, (sicut & *afflictionum catinus* dicitur, Esajæ 48. 10.) *conflati* qodammodo, *expurgeatur*. Et disertissimè Esajæ 1. 25. Καὶ πυρώσω σε εἰς καθαρόν. *Et excoqam te, donec purus fias.* Ubi etiam Symmachus, Πυρώσω εἰς καθαρὸν τὴν σκωρίαν σου. *Excoqam, donec purus sis, scoriam tuam.* Sed ut ad significatum priorem illum redeamus, qo *exploratio* designatur. Sicut Hymn. 26. 2. hæc tria, δοκιμάσαι, πειράσαι, πυρῶσαι, tanqam συνώνυμα idemqe pollentia conjunguntur, verbis illis; Δοκίμασόν με, καὶ πείρασόν με, πύρωσον τοὺς νεφρούς μου, καὶ τὴν καρδίαν μου. *Proba me, & explora me, uraqe*, sive *igne adhibito, examina renes meos & cor meum.* Ita Hymn. 16. 2. ubi in eandem planè mentem dicitur, Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ἐπύρωσάς με. Non desunt, (qod & Kircherus submonuit) qi pro ἐπύρωσας legant ἐπείρασάς με qo modo interpres eruditissimus vice versâ hoc loco, pro ἐπρίσθησαν ἐπειράσθησαν substituendum ariolatur. Qod si admittatur, verti possit, ex vocabuli usu creberrimo, *igne explorati sunt*, sive *igneam*, & qidem propriè ac peculiariter sic dictam, *explorationem subiere.* Qo modo & de Sereno ex Origenis discipulis Euseb. *Hist. Eccles. l.* 6. *c.* 4. Διὰ πυρὸς τὴν δοκιμὴν ἧς παρείληφε πίστεως παρεσχημένος. *Fidem, qam perceperat, igne dedisse exploratam.* Ut vel ad trium Dei servorum historiam alludatur, qui in caminum accensum & incensum Tyranni Babylonii mandato sunt conjecti. Dan. 3. 19. 20. vel ad aliorum etiam certamina celeberrima referatur, qi ab igne cruciatus ad mortem usqe sunt perpessi: mirariqe subeat, cur hac ratione *recentioris*, uti vocat, *interpretis*, emendationem hanc submotum eat Vir Clariss. qasi *Hellenistis*, qos nuncupat, *inconsultis* prolatam. Qum ei, qos hoc nomine vult designatos, scriptores, non minùs vocabuli hujus τοῦ πυροῦσθαι usui isti, qi tam familiaris atqe adeò peculiaris est illis, qam τοῦ πειράζειν eo, qo ipse sumi postulat, sensu adhibito, favere, ex locis supra lavdatis liqido satis comperiantur.

Verum, ut ipse qoqe, post tot summorum virorum conjecturas, meam animi vel sententiam vel suspicionem saltem, proferam. Ego mutatione havd minùs proclivi, non ἐπυρώθησαν, sed qod huic finitimum, qodqe ad lectionem vulgatam etiam pavlò propiùs accedit, ἐπυρίσθησαν legerim: atqe ita scripsisse Apostolum ipsum existimo. Notum est satis, qam crebræ apud Apostolum nostrum παρονομασίαι passim occurrant: in qo Esajam prophetam imitatus videtur. Observatum hoc Joanni Piscatori *ad Ephes.* 5. 1. *Apparet*, inqit, *Apostolum delectatum fuisse istâ vocum assonantiâ, qam παρήχησιν & παρονομασίαν Græci Rhetores appellitant.* Ista è multis id adfirmant ad Rom. 1. 29. Πεπληρωμένους — πορνείᾳ, πονηρίᾳ. *Oppletos injustitia*,

A *scortatione.* Mox ibid. μεστοὺς φθόνου, φόνου, *plenos invidia, cæde.* (sicut & ad Galat. cap. 5. vers. 21. Φθόνοι, φόνοι.) rursusqe ibid. v. 31. Ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, *desipientes, fœdifragos.* ad Tim. Ep. 2. cap. 3. vers. 2. Φίλαυτοι, φιλάργυροι, *sui amantes, avari.* & vers. 4. Φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, *voluptatum amantes potius qam amantes Dei.* ad Rom. cap. 2. vers. 1. Ἐν ᾧ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις, *hoc ipso qod damnas alterum, teipsum condemnas.* ad Corinth. Epist. 1. cap. 11. vers. 31. Εἰ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα, *si nos ipsos dijudicaremus, non judicaremur.* ad
B Rom. c. 11. v. 19. Ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι, *defracti sunt rami.* ibid. c. 12. v. 3. Μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, *ne supra modum sapias, ultra qam oportet sapere, sed sapias ad sobrietatem.* ad Corinth. Epist. 1. cap. 9. vers. 21. Τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος. μὴ ὢν ἄνομος Χριστῷ. *Ex legibus ut exlex, non tamen exlex Christo.* & cap. 12. vers. 26. Εἰ πάσχει ἕν, συμπάσχει πάντα. *Sive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* & cap. 13. vers. 6. Οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ. *Non gaudet injustitia, gratulatur avtem veritati.* ad
C eosdem Epist. 2. cap. 5. vers. 8. Ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον. *Adesse in corpore, peregre abesse à Domino.* ad 2 Thess. 3. 11. Μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους, *Nihil agentes, sed maniter satagentes.* ad Philem. v. 11. Τόν ποτέ σοι ἄχρηστον. νυνὶ δὲ σοὶ εὔχρηστον, *qondam tibi inutilem, nunc vero tibi perutilem.* ad Philip. 3. 2, 3. Βλέπετε τὴν κατατομήν. ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή. *Cavete concisionem, nos enim sumus circumcisio.* In hac ipsa Epistolâ, cap. 2. vers. 10. Δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, *per qem & propter qem sunt omnia.* c. 3. v. 12. Καρδία πονηρὰ ἀπιστίας
D ἐν τῷ ἀποστῆναι. *Cor malum incredulum desciscendo à Deo.* cap. 5. vers. 8. Ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθεν, *didicit ex iis qæ passus est.* & v. 14. Καλοῦ τε καὶ κακοῦ, *boni ac mali.* c. 7. v. 3. Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, *sine patre, sine matre.* c. 9. v. 10. Ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι, *in cibo & potu.* Hoc ipso deniqe capite v. 27. Τὸν ἀόρατον, ὡς ὁρῶν, *ut qi videret eum qi est invisibilis.* Poterant alia havd pavca adjici; sed ad ista forsan navseabunt nonnulli. Pari ergò modo, hoc in loco, eadem dictionis figurâ usum, scripsisse avtumo Apostolum, ἐπρίσθησαν, ἐπυρίσθησαν, *serrati sunt, cremati sunt.* He-
E sychius πρῆσαι, (malè codices excusi, πρῆξαι) φλέξαι, ἐμπρῆσαι. Et ἔπρησεν, ἔκαυσεν. Et rursus, πρῆσεν, ἐνέπρησεν, ἔφλεξεν. Et Suidas, πρῆσαι, καῦσαι. Et, Καταπρησθῇ, κατακαυθῇ. Κελεύσαντος Κύρου, ἵνα καταπρησθῇ ζῶν. *Cum jussisset Cyrus, ut vivus cremaretur.* Significatum certè qod attinet, hoc, an illud dixeris, parum interest. Siqidem qod πρῆσαι πυρὸς, sive διὰ πυρὸς, Homerus dixit, *Iliad.* β. v. 415. id alius nescio qis, πάλιν πυρῶσαι, monet Evstathius; qi & ab hoc illud deducit, πυρῶ, πρῶ, πρήθω. qod istic malim, qia παρονομασίαις delectari Aposto-
F lum video, qæ hic sponte suâ sese oggerebat.

Certè *vivicomburium*, (liceat cum Septimio loqi) pœnarumqe ac suppliciorum species multiformes, in qibus ignis flammarumqe vis, faces accensæ, laminæ candentes, craticulæ, sartagines, ad Dei servos cruciandos adhibebantur, qum tam freqentia fuerint, nec istis immaniora ferè ulla existant, non est verisimile ea siluisse prorsus Apostolum, cum minus atrocia pleraqe recensuerit. Hoc cruciatus genere in Judæos, sub Maccabæorum tempora, desævisse Antiochum illum Θεομάχον, testatur Jasonis Cyrenæi abbrevia-
G tor ille, *c.* 7. *v.* 5. Qo loco, tyrannum narrat, ubi τήγανα καὶ λέβητας ἐκπυροῦσθαι sartagines & lebetes succendi jusserat, primum è septem illis fratribus celeberrimis, qos & Ecclesia Christiana in Martyrum suorum laterculum admisit, lingvâ prius excisâ, corpore toto scuticis excoriato artubusqe extremis qibusqe confractis, mandasse, τῷ πυρὶ προσάγειν ἔμπνουν ἔτι, καὶ τηγανίζειν, *pyra admoveri spirantem adhuc, & torreri in sartagine.* Qod avtem ille τηγανίζειν dixit, id LXX. Interpretes, supplicium idem designantes, ἀποτηγανίζειν dixere. Jerem. 29. 22. Siqidem qod de Achabo & Sedechiâ psevdoprophetis scriptum est ibi, קלם באש *igne eos torruit Rex Babylonicus*, id illi reddidere, ἀπετηγάνισεν ἐν πυρί, *in sartagine ad necem usqe igne torruit*: eam enim vim habere avtumo particulam

A lam ἀπὸ in ἀποτηγανίζειν, qam & in ἀποτυμπανίζειν, de qo posteà videbitur. Aliter enim usurpatur à Phrynicho comico, referente Athenæo *l.* 6. & Evstathio *ad Iliad.* τ, ubi dicit,

Ἡδὺ δ' ἀποτηγανίζειν ἄνευ συμβολῶν,

Vel, ut Casavbono magis placet,

— ἡδύ γε
Ἀποτηγανίζειν ἐστὶ συμβολῶν ἄνευ.

At qid si (mutandum siqid videbitur) legerimus?

Ἡδὺ δ' ἀποτηγανίζεται συμβολῶν ἄνευ.

B *Qam svave, gratis vivere ex sartagine.*

Parasitorum scilicet vitam alludit, qorum privilegium habebatur, epulari συμβολαῖς ἢ κατακλεῖσθαι. ut comicorum apud Athenæum *ibidem* non unus. Ita disertè Parasitus ille in Timoclis *Dracontio*, qo nomine *Athletis* suppares facit *Parasitos*,

Χαίρουσι δείπνοις ἡδοναῖς ἀσυμβόλοις.
Epulis fruuntur lavtis absqe symbolâ.

Ἀσυμβόλοις forsan. Qo modo Cresibius Cynicus, qi qærenti cuidam, ecqid è Philosophiâ emolumenti perciperet, respondit, *τὸ ἀσυμβόλως δειπνεῖν, qod citra symbolam cœnitaret.* Refert idem *lib.* 4. Athenæus.

C Sed hæc obiter: qo materia festiviore aliqâ, argumenti, non severioris, sed sævioris & truculentioris tristitiam leniamus. Ad Maccabæica revertimur. Athletarum fortissimorum matrem, post filios Martyrii coronam adeptos narrat Josephus *de Maccabæis c.* 17. Ἑαυτὴν ῥῖψαι κατὰ τῆς πυρᾶς, cum in eo esset, ut satellitum manibus prehenderetur, neqis eorum corpus attingeret suum, *in pyram accensam sponte semet conjecisse.* Qo modo Evsebius *l.* 6. *c.* 41. ex Dionysii Alexandrini *ad Fabium Epistolâ*, Qintam qandam, *εἰς πῦρ ἀνημμένον κατεπεφλέχθαι, in ignem, qo cremata est, insiluisse.* Cæterum Latinus Josephi interpres, longe secus narrat de matre illud. Siqidem dum tragœdiam protollere est avidus, eam *tyrannicè raptam, teneris artubus nudatam, in altum manibus alligatis, savis illisam flagellis, lassis mœrentem uberibus, ac flammivoma addictam sartagini, ambustos tandem ultro filios concomitatam in pœnas,* refert. Magnam scilicet sibi usurpant interpretes in avtoribus transferendis libertatem. Qin & Josephus idem *operis ejusdem cap.* 6. *igne subjecto torrefactum* refert Eleazarum illum à qem aliâ ratione interiisse tradit Avtor Ἀπόκρυφος ille, *c.* 6. *v.* 30.

Ejusdem generis cruciatus varios, Christiani nominis professores, à tyrannis eorumqe satellitio, pertulisse, Historiæ testantur Ecclesiasticæ, veterumqe monumenta scriptorum. De sui temporis fidelibus Tertullianus *Apologet. c.* 12. *Ignibus urimur.* Et *c.* 49. *Judicatur in nos gladius, & ignibus, & crucibus, & bestiis.* Et mox, *c.* 50. *Sarmentitios & Semaxios appellatis, qia ad stipitem dimidii axis revincti, sarmentorum ambitu exurimur.* Id certè sub Nerone tantâ cum immanitate designatum, ut Christiani nominis osoribus qoqe miserationem extorqeret, narrat, eidem infensissimus ipse, Tacitus *Annal. l.* 15. *Pereuntibus,* inqit, *addita ludibria; ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent; avt crucibus affixi; avt flammandi, atqe ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.* Respexit horsum Juvenalis *Sat.* 1. verbis illis;

— tedâ lucebis in illâ,
Qa stantes ardent, qi fixo gutture fumant.

Vesto scilicet *pice, sulphure, bitumine, ignium alimentis, & illitâ & intextâ,* ut Seneca *Epist.* 14. qam *tunicam incendialem,* Tertullianus *ad Nation. l.* 1. *c.* 18. *molestam,* appellabat vulgus ludibundum, (qod ex Juvenale *Sat.* 1. aliisqe discimus) miseros illos ipsi miseriores induebant. Tum ad palum defixum alligatos, unco gutturi supposito, qo arrecto capite consisterent, vel admotis facibus, vel subjectis sarmentis, urebant. Qod qidem supplicii genus qam immanes intolerandosqe cieret cruciatus, intelligendum dat *Epigrammate* illo *lib.* 10. 25. Martialis.

In matutinâ nuper spectatus arenâ
Mutius, imposuit qi sua membra focis,
Si patiens, fortisqe tibi, durusqe videtur;
Abderitanæ pectora plebis habes.

Nam cum dicatur, tunicâ præsente molestâ,
Ure manum; plus est, dicere, Non facio.

Hoc vult, leviculum qid videri, cum eo qi Mutii partes agebat, qod de Mutio narrat *l.* 2. Livius, (licet Dionysius Halicarnasseus nihil ejusmodi commemoret) foco ardenti manum exurendam immittere, qo tunicæ istiusmodi cruciatus suffugias.

Legimus apud Evsebium *Histor. Eccles. l.* 5. *c.* 1. in *Lugdunensium ac Viennensium ad fratres Asiaticos Epistolâ*, Sanctum Diaconum, χαλκαῖς λεπίσι διαπύροις, *ateis sqamis,* B sive *laminis corpori undiqe affixis ustulatum*; post pavlò, qod & in aliis qibusdam perpetratum) ἐπὶ σιδηρᾶς καθέδρας τηγανιζόμενον, *cathedra ferrea insidentem, fuisse torrefactum.* Blandinamqe mulierem τὸ τήγανον, sive *sartaginem, expertam.* Legimus apud Prudentium *de Coronis, carm.* 5. Vincentium in grabato ferreo collocatum; & apud eundem *ibid. c.* 2. Lavrentium diaconum, apud Evsebium *l.* 8. *c.* 6. Petrum qendam avlicum, craticulæ ferreæ impositos, qo ad necem usqe igne lento urerentur. Antiochiæ itidem havd pavcos ἐσχάραις κατοπτωμένους, sive *craticulis assatos,* C refert Evsebius idem *ibid. c.* 12. Occurrunt apud eundem passim, ut de aliis nihil dicam, fideles Christi martyres pyris accensis cremari, & vivicomburio ex hâc vitâ sublati. Nec alio genere cruciatus in veritatis divinæ professores & propugnatores Dei famulos, sub Antichristi Romulei regimine tyrannico, sævitum crebriùs, abundè probant temporum recentiorum, nostræqe cum primis, Britanniarum, historiæ. Deniqe nullus ferè est scriptor, qi carnificinæ sævitiæqe instrumenta recensendo, ignium disertè non meminerit: nec est vero simile, qod in suppli-D ciis, immanioribus præsertim, locum nusqam propè non obtinet, præcipuum plerumqe ac principalem occupat, id omittere ac silere prorsus Apostolum voluisse. Hoc avtem inter cætera hoc loco cum recensuisse videatur, vicini vocabuli sono affini illectum, probabile satis est, pro more suo, id verbo à continenter antegresso havd multum abludente, cum tam commodè se offerret, havd invitum designasse. Qo eodem & Theodoretus, sed composito, in argumento eodem est usus, *Therapevt. lib.* 8. verbis illis, ἀποτυμπανισθῆναι προσθέμενος, καὶ ἀνασκολοπισθῆναι, καὶ E μένειν καὶ ἐμπρησθῆναι. qo loco & *exustionem tympano, cruciqe arrecta* subjicit, tanqam illis etiam crudelius perpessuqe difficilius. Qin igitur Apostolus, ἐνεπρήσθησαν, ἐπειράσθησαν, scripserit, vix est ut possim ambigere. Hanc avtem de servis Dei illis, Domino suo fidissimis, qi τὸ διὰ πυρὸς βάπτισμα λαβόντες, διὰ πυρὸς ἐτελειώθησαν, *ignis baptismate initiati, per ignem sunt consummati*, (uti Origenes apud Evsebium *l.* 6. *c.* 4.) dissertationem meliùs clavdere non possum, qam Senecæ illis, *de benefic.* l. 4. c. 22. *Prodest & in igne pietas: qi si singulis membris admoveatur, & pav-F latim vivum corpus circumeat, licet ipsum bonâ conscientiâ plenum stillet; placebit illi ignis, per qem fides collucebat.* id qod in sanctis illis luculentissimè liqebat. Hoc est enim qod Joannes Chrysostomus *ad Ep.* 2. *Corinth. Orat.* 1. Τί πυρὸς χεῖρον; τί βασάνων διηνεκῶν ὀδυνηρότερον, ὃ τοι πάντων τυραννικώτερον εἰς ὀδύνης λόγον ἐστί. καὶ οὐδὲν ἂν γένοιτο ὀδυνῶν χαλεπώτερον. ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα τῇ αἰσθήσει ἀφόρητα, ταῦτα φορητὰ καὶ ποθεινὰ διὰ τὴν κατὰ Θεὸν ἡδονὴν γίνεται. κἂν ἀπάγῃς τὸν μάρτυρα ἔτι ἐμπνέοντα μικρὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου ἢ ἀπὸ τοῦ τηγάνου, πολλὴν εὑρήσεις τὴν κεχυμένην αὐτῷ χαρὰν, ὅσην οὐδὲ εἰπεῖν ἐστι. *Qid* G *igne gravius? qid tormentis jugibus ærumnosius? omnium istiud, dolorem qod attinet, tyrannidem maximam obtinet: nec potest dolor ullus intolerabilior esse, qam qi inde accedit. Veruntamen, qa avditu etiam intolerabilia sunt, ea & tolerabilia & desiderabilia qoqe fiunt per eam qa secundum Deum est, voluptatem. martyremqe spirantem adhuc si à palo avt sartagine pavlisper abduxeris, lætitiam penes eum tantam deprehendes, qanta verbis nec exprimi qeat.*

CAPUT XLV.

Serræ *supplicium Heb.* 11. 37. Serrare, *Hieronymo usurpatum; in Stilo reperiri frustra existimatum. Ad Esajam referri,*

ferri, ex traditione Judaicâ. Plurale de uno aliqo sæpenumerò usurpari. Evangelista hac ratione non semel, conciliati. Ambrosius mendo liberatus. Harmonius videri qedam, qa Primasio tribuuntur. Esajam sub Manasse vaticinatum non videri. De fugâ vatis in truncum cavum, in qo serrâ ligneâ dissectus sit, fabula. Nec hunc, & hunc solum multò minus, id supplicii passum, constare. Serræ ferreæ *in hoc supplicio genere usus orientalibus, aliisqe freqens. De eo locus 2 Reg. 12. 31. ex 1 Annal. 20. 3. explicatus.* Megæræ *nomen hinc Casavbono frustra deductum; cum Græcum planè sit. Crebra vocum in linguis variis similitudo, qibus origenis nulla communio. Amos 1. 3. explicatus. Historiola de Susannâ unde Hebraicè scripta Africano negatur. Valenti, & Cajo exercitum* serræ *supplicium. Eò an Christus respexerit Matth. 24. 51. varia de eo loco sententia. De modo hujus supplicii qæsitum; transversim per ilia, an divisim per spinam dorsi dissecuerint. qâ methodo in viâ hac alterâ usi, à summis, an ab imis orsi. Platonica de Protoplastis fabula. Zonaræ relatio haud verisimilis. Locus Esdr. 6. 11. à Drusio, minus probabiliter explicatus. Σκόλοψ & ἀνασκολόπισις qid. Hesychio parum accuratè delineata: à Senecâ accuratius.* Crux *acuta, qid.* Crux *unde dicta. Notationes de eâ vulgares rejecta. Διχοτομήσει qid. Loci Esdræ versiones variæ rejectæ. Supplicium in eo capitale designatum. Jairum sensum genuinum proximè accessisse.* צלב *Chaldaicè ac Syriacè* suffigere, suspendere, crucifigere. צליבא crux. מחא delere, *è medio tollere. Paraphrasis tam Syriaca, qam Chaldaica, Targum dici poterit. Ex Targum Esdras explicatus.*

IN capite prægresso de verbulo uno apud Apostolum ad Hebr. c. 11. v. 37. deflexione levicula ac proclivi admodum immutato, post alios viros insignissimos, conjecturam nostram exposuimus. Eâ occasione de suppliciorum genere uno & altero ab Apostolo eodem loci commemorato dispiciemus ulterius.

Inter alia ergò pœnarum genera, qas pertulisse narrantur Dei famuli, dum fidei veritatiqe testimonium tulere, *serra* supplicium recensetur ἐπρίσθησαν; qod vetus interpres reddidit; *secti sunt*. Beza: *dissecti sunt*. Ad verbum, *serrâ dissecti sunt*, *serrati sunt*, ut Hieronymus, qo verbo & Silius usus Lexicographis, sed falsis, dicitur: apud hunc enim *belli Punic. l.* 6. non *serravit*, qod nullo sensu ipsi legunt, sed *servavit* legendum, & in libris emendatioribus legitur, verbis illis,

— galeisqe comantes
Arte servavit ramos Junonius angvis.

De Esajâ Vate dictum intelligunt, qem a Manasse tradunt πρισθῆναι εἰς δύο, ut Epiphanius in *vitis Prophet.* *medium serrâ dissectum*, sive, ut Dorotheus in *Synopsi*, *sectum in duas partes*. Addunt Theophylactus & Occumenius, ξυλίνῳ πρίονι, *serrâ ligneâ divisum*, qo pœna magis protolleretur. Qod ex Justino *adversus Tryphonem* accepisse videntur; à suis, ille. Hieronymus *in Esajam lib.* 15. *extremo, ad initium cap.* 57. *Esajam putant Judæi de suâ prophetare morte, qod serrandus sit à Manasse serrâ ligneâ; qæ apud eos certissima traditio est: unde & nostrorum plurimi illud qod de passione sanctorum ad Hebræos ponitur, serrati sunt, ad Esajam referunt passionem.* Tertulliani etiam nomen qi præfert, *carminis adversus Marcionem l.* 3. de Esajâ,

Qem sectum ligno crudeli morte peremit.

Qod is tamen populo, non Manassi, tribuit. Septimius ipse *de Patient. c.* 14. *His patientiæ viribus secatur Esajas, & de Domino non tacet: lapidatur Stephanus, & veniam hostibus suis postulat.* Plurali numero dictum avtumant, cum Esajas unus intelligatur, sicut *latrones*, pro *latronum altero*. Matth. 27. 44. *in Prophetis*, pro *in uno aliqo Prophetarum*. Esajâ scilicet Joan. 6. 45. Ex Esajæ 54. 13. *filios suos*. Annal. sacr. l. 2. c. 28. v. 3. i.e. *unum è filiis suis*. Reg. Hist. l. 2. c. 16. v. 3. uti supra monuimus. Et Annal. lib. eod. c. 24. v. 25. *propter cædem filiorum Jejada*, cum Zacarias unus occisus narretur, *ibid. supr.* vers. 20, 22. Ita Hieronymus *in Matth. l.* 4. *ad c.* 26. *v.* 8. Matthæum scri- A bere, *indignatos Apostolos*, cum Joannes c. 12. v. 4. *Judam solum contristatum*, dixerit; *per Syllepsin tropum, qa & pro uno omnes, & pro multis unus appellari soleat. Sicut Apostolus ad Hebræos, serrati sunt, dixit, cum unum tantummodò Esajam sectum Judæi avtument.* Ambrosius *in Lucam l.* 10. *ad c.* 23. *v.* 39. de latronibus unà cum Christo suffixis agens; *Potuit de uno pluraliter dicere; sicut ad Hebræos habes, In caprinis pellibus ambulabant, secti sunt, & leonum molas (malas, legendum) obstruxerunt: cum solus Elias melotem habuisse, Esajas sectus esse, Daniel à leonibus* B *intactus mansisse doceatur.* Qi & idem *de Jacob & vitâ beatâ l.* 2. *l.* 9. *Neget beatum, Esajam, cum medius secaretur; Jeremiam, cum mergeretur.* Qanqam *lapidibus* obrutum interiisse hunc tradunt. Avgustinus itidem *de consens. Evangel. l.* 3. *c.* 26. *Matthæus & Marcus, latrones dicendo, pluralem numerum pro singulari posuerunt: sicut in Epist. ad Hebræos legimus pluraliter dictum: clavserunt ora leonum, cum solus Daniel significari intelligatur: & secti sunt, cum de solo Esajâ tradatur.* Avtor denique *Commentariorum in hanc Epistolam*, qos alii Primasio, alii Haymoni tribuunt, C & hujus ego potiùs qam illius (licet aliò abeat vir summus, qem meritissimò veneror) censuerim, cum prolixiores sint multo qam qi Primasio tribuuntur reliqi, & ad eos propiùs accedunt, tum & stylo modoqe tractandi, qi Haymonis esse existimantur; *Hic*, inqit, *pluralis numerus pro singulari positus est: neminem enim legimus sanctorum in Veteri Testamento sectum, nisi Esajam Prophetam; qem fecit secari serrâ ligneâ Manasses Rex, qi filiam ejus habebat in uxorem.* De traditione ipsâ nihil statuo. Cui tamen eo minùs fidem adhibeo, qia ante Manassem in solio D regni constitutum per novissima Regis Ezekiæ tempora Esajas vaticinio unà cum vitâ defunctus videtur, cum ultra hunc sub qo id muneris obierit, Regis nullius, in eis recensendis, mentio ulla compareat: & de serrâ ligneâ multo minùs; cui repugnat etiam altera ex eadem fabularum officinâ traditio, qâ vatem hunc narrant, cum à Manasse proseqente fugiens in arborem qandam se abdidisset; ad Regis mandatum, unâ cum arboris trunco, in qo delitescebat, medium serrâ dissectum. Ligna avtem crassa arborumqe truncos totos tam grandes, ut hominem integrum admittere & in se possint continere, *serris ligneis* dissecari E posse, fidem apud me certè nullam planè mereatur. Cæterum nihil prohibet, qo minùs de pluribus dictum intelligatur, & in pluribus id perpetratum fuerit, cum nullum non tormenti genus ad Dei sanctos vexandos cruciandosqe adhibuerint Tyranni immanes, sub qibus illi agebant; familiare verò orientalibus fuerit, (qod & Casavbonus ad Svetonii Cajum monuit) sed & aliis qoqe usurpatum, istud *serrâ ferreâ* (de *ligneâ* enim, qod supra dictum, qis credat?) dissecandi trucidandiqe F supplicium. In Davidis historiâ 2 Reg. 12. 31. narratur is Ammonitas, inter alia, במגרות הברזל *serris ferreis supposuisse*. Qod, 1 Annal. 20. 3. explicatiùs dicitur, וישר במגרה Græcus διέπρισεν πρίοσι, *serrâ dissecuit*. Nec assentior tamen viro doctissimo, qi *Megæra* Furiarum ultricum uni nomen hinc tractum vult, qia מגרה Hebræis *serram* designat; qum notatio ad manum, sit Græca, à μεγαίρω *invideo*: Invidia avtem, qâ

— Siculos non invenisse tyrannos
Tormentum majus —

G Persium agnoscentem habemus, in Furiarum numero meritò possit censeri, ex Nasone *Metamor. l.* 2. ut meritò possit hic viro τῷ πάνυ suggeri, qod ipse *de Satyr. Rom. l.* 2. *c.* 4. observavit, *in omnibus linguis inveniri voces consimiles, qæ nullâ tamen originis communione junguntur*; ita, inqit, *Hebræis* סותר *est qi tegit; Græcis σωτὴρ, qi protegit.* משורה *est mensura.* אצילה μασχάλη, *axilla*. Nec tamen avt Græca hæc, avt Latina, ab Hebraicis illis deducta, qum *certas apud suos* habeant *notationes*. Cæterum ut ad *serræ* supplicium redeamus, idem spectavit & Græcus interpres Amos. c. 1. v. 3. apud qem Damascenorum adversus Gileaditas sævitia sic describitur ἀνθ' ὧν ἔπριζον πρίοσι σιδηροῖς. *qæ serris ferreis dissecuerant Gileaditas.* qanqam Hebraica aliud exhibent, על דושם בחרצות הברזל eo qod tribu-

lis

lis ferreis trituraverint eos. In historiâ Susannæ v. 55. & 59. Daniel inducitur, senum, qi in necem illius conspiraverant, & adulterii admissi ream peragere nitebantur, alteri, qi ὑπὸ πρῖνον, *sub ilice*, compressam vidisse affirmaverat, ad arboris nomen alludendo interminatus, πρίσειν αὐτὸν τὸν ἄγγελον, *Serrâ dissecturum eum Angelum Dei*; alteri, qi ὑπὸ σχῖνον, *sub lentisco*, σχίσειν αὐτόν, *fore ut diffinderetur*. qo argumento Africanus in *Epistolâ ad Origenem* contendit, historiam illam fuisse à Græculo aliqo confictam & confectam, cum in lingvâ sacrâ, ὀνομάτων γενόμεναι, *notationes*, sive *cognominationes illæ*, nullæ deprehendantur. De Valente Nicephorus Callisti *Hist. l.* 11. *c.* 4. Τὰς μὲν πρίοσιν ἀπηνῶς διελὼν, ἀπέκτεινε, *qosdam serris dissectos crudeliter trucidavit.* De Cajo Svetonius *l.* 4. *c.*27. *Multos honesti ordinis medios serrâ dissecabat.* Respexisse videtur hoc supplicii genus Dominus Christus, apud Matthæum c. 24. v. 51. cum servo neqam interminatur, διχοτομήσει αὐτὸν ὁ Κύριος *medium dissecturum eum Dominum suum*: Vulg. *dividet eum*. qo modo & Syrus נפלג *dividet*, in duas scilicet partes, sicut Joan. c. 7. v. 14. כד דין פלג *cum divisi essent*, in duas scilicet partes, sive *dimidiati essent dies festi*, pro eo qod Græcè dictum est, τῆς ἑορτῆς μεσούσης. Latine *die festo mediante*, vel, *festo*, potius, sine *die*. Arabs, ישקה ומסוח *medium dissecabit*. Hebræus יבקע *findet*, Erasmus, *dissecabit*. Disertissimè Camerarius; *secabit medium*, *in duas partes discindet*: qod, inqit, *supplicium nunc etiam apud Barbaros usurpari traditur*: additqe qod de Esajâ Justinus. Poterat & qod Sabacum Æthiopem narrat Herodotus *l.* 6. viso nocturno jussum sacerdotes Ægyptios μέσους διαταμεῖν. Longiusculè verò petitum videtur, qod Hieronymus, (qem tamen Theodorus Beza, Franciscus Junius, & Joannes Piscator sequuntur) *separabit illum à sanctorum consortio.* ut διχοτομεῖν sit, ἀντὶ τοῦ ἀφορίζειν. Et longiùs adhuc, qod Origenes *de principiis l.* 2. & *in ad Roman. c.* 2. *de spiritu ab animâ separando*, ex *Hebr. c.* 4. *v.* 12. qi *spiritus*, vel *Spiritus Sanctus*, vel *spiritus Angelicus*, vel *mens humana*, superior animæ pars, intelligatur. Præ qo malim ego de animâ à corpore per mortem disjungendâ sumere: per eam siqidem structuræ humanæ compagea, qâ partes duæ illæ ita prius coaluerant, ut unum συνουσίωμα, unam personam constituerent, εἰς δύο τέμνεται, qasi *dissecatur*, & *in duo* seorsum jam ὑφεστώμενα *dividitur*; homo avtem qi ex eis conjunctus constabat, διχοτομεῖται qodammodo, dum horum alterum ab altero separatur. Qô facit, qod mortem Tertullianus definivit *discidium carnis & animæ*; *de resurrect. carn. c.* 19. Habet Christi dicto παράλληλον & Epictetus *dissertat. l.* 3. *c.* 22. Οὐ γὰρ ἐν οἰκίᾳ καλῶς οἰκουμένῃ παρελθών τις αὐτὸς ἑαυτῷ λέγει, ἐμὲ δεῖ οἰκονόμον εἶναι. εἰ δὲ μή, ἐπιστραφεὶς ὁ Κύριος, καὶ ἰδὼν αὐτὸν σοβαρῶς διατασσόμενον, ἑλκύσας ἔτεμεν. *Neqe enim in familiâ probè constitutâ, dicit apud se in medium prodiens qisqam, Me esse oportet dispensatorem: alioqi Dominus reversus, ubi fastuosè se gerentem deprehenderit, tractum dissecturus*, vel etiam, *concisurus est.* qo modo Daniel c. 3. v. 29. qod & nonnulli huc trahunt, in Chaldæi Regis edicto, הדמין יתעבד *frusta fiet*, membratim discerpetur. & Homerus *Odyss. ε.* v. 338.

— ἵνα καὶ σε διαμελεϊστὶ τάμωσι.

— *ut te illic membratim incidat.*

Sed Epicteti illud generalius; hoc aliud est. Casavbonus verò, qi de sensu Bezam secutus videtur, Matthæi illud Hebraismum merum esse avtumat, cum ob seqentia, tum ob loca similia, Joan. c. 13. v. 8. & Apoc. cap. 21. v. 8. Qem avtem Hebraismum voluerit, indicatum optat Ludovicus de Diev. Camerarius certè, qem forsan ob oculos habebat; sed aliud agens minùs forsan advertebat vir doctissimus, post superiùs exhibita subjungit: *Et reseret eum inter vanos & simulatores. Hebraicâ phrasi, qâ pars communitatem & societatem & conjunctionem denotat*: qod ad seqentia pertinet, τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει. eodemqe spectant loca illa a viro doctissimo designata. Optimè Dievsius *à victimis piacularibus translatum* putat, qæ διχοτομεῖσθαι solebant. qod & noa alibi indicavimus. Certè in *victimarum* negotio LXX. qi dicuntur interpretes, pro verbo נתח qod *dissecare*, sive *membratim concidere*, significat, διχοτομεῖν usurpant: Exod. 29. vers. 17. & pro נתחים qod *partes*, *membra*, διχοτομήματα. Exod. c. 29. v. 17. & Levit. 1. 8. laxiore scilicet significatu. qod & Hesychius observasse videtur, cum διχοτομήματα, τμήματα exponit: qum alioqi non nisi *in partes duas divisa* intelligantur.

Cæterum de immani illo, per sævitiam, an ludibrium, an utrumqe junctim, corpora humana, *serrâ dissecandi* facinore, duo qæri possunt. Alterum, hominesne medios transversim per ilia dissecarint; ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ ταῖς θριξὶ τέμνοντες, *qo modo ova pilis intersecant*, ut Plato loqitur in Symposio; qoqe modo canem in *ritu lustratorio* Macedones, qod ex Q. Curtio discimus; & Vmidium Flaccianum, *Serm. l.* 1. *Sat.* 1. *Liberta securi divisit medium*; sed & Bithynos multoa à curribus falcatis, in *bello Mithridatico*, narrat Appianus: an verô per cervicem spinamqe dorsi diffiderint, qo modo pecudes plerumqe victimarii & lanii; qoqe modo ἀνδρογύνους illos, sive *Hermaphroditos*, geminis corporibus instructos, δίχα Διὶ τετμημένους, ὥσπερ λίσπας καὶ ψήττας, *discidisse* Jovem fabulatur sub Aristophanis nomine Plato, *tanqam vermes qosdam passeresve marinos*, qi ex uno in duos divisi videntur; unde illud mulierculæ in comici illius *Lysistratâ* execramentum,

Ἐγὼ δέ γ᾽ ἄν, κἂν ὥσπερ ἡ ψῆττα, δοκῶ
Δοῦναι ἂν ἐμαυτῆς παρατεμοῦσα θἤμισυ.
Ego velut passer divisa in partes duas
Nunqam recusem.

Alterum, si detur istud, qæsitum est: à capite ne ac cervice dissecandi initium fecerint; ut caput primo loco diffissum dederint, ὥσπερ τοὺς ἐν ταῖς στήλαις ἐκτετυπωμένους, τοὺς κατὰ τὰς ῥῖνας διαπεπρισμένους, *qo modo videre est in simulacris hominum columnis insculptis*, & *Regum veterum imaginibus in nummis eorum expressis*, *qa per nares faciemqe qasi serrâ dissecta exhibentur*, tum per cervicem ad dorsum descenderint; qod *victimariis* solenne fuisse putant; eoqe spectare τετραχηλίσθαι verbum ab Apostolo usurpatum, Heb. c. 4. v. 12. de qo Beza ibi videatur: ad qem modum & Sclerum Joannis Tzimiscæ Imperatorem, Zonaras *tom.* 3. narrat, in barbari cujusdam caput ea vehementiâ gladium suum impegisse, ὡς δίχα τμηθῆναι βάρβαρον, καὶ ἡμίτομα τὰ μέρη αὐτοῦ τοῦ ἵππου ἐκπεσεῖν, *ut dissecto in duas partes corpore, medietates ex utroqe latere ab eqo delaberentur.* fabulæ, puto, qam historiæ propior narratio. an à partibus infimis orsi, in superiora desierint; qo modo lanii apud nos nunc dierum assolent, qi ubi pecudem mactatam à pedibus posterioribus suspenderint, à cavdâ inchoant dissectionem: qaqe ratione Esajas serrâ dissectus in *Adrichomii tabulis* pingitur.

Horum priore modo egisse in *serra* supplicio censet ad Svetonium *Vir* Clarissimus. Cui sententiæ favet Dionis Nicæi illud *l.* 68. in Xiphilini *epitome*, de rebellantibus, qi Cyrenen incolebant, sub Trajano, Judæis; Πολλοὺς δὲ καὶ μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον. *Multos etiam à vertice medios serrâ dissecabant.* Favet & mulieris illa havd muliebris vox apud tragicum incertum à Clemente *Stromat. l.* 4. lavdatum,

Ἀλλ᾽ ἐκπυθέσθαι τἀμὰ χρῄζεις φρενός,
Οὔτ᾽ ἂν κατακτάς, οὔτε πρήσας ἐξ ἄκρου
Δεινὸν κάθοις πρίονας εἰς ἄκρους πόδας,
Πύθοιο ἄν.
Qa sciscitari de meo vis pectore,
Non si cremes me, sive serris asperis
Seces ad imos vertice à summo pedes,
Resciscas unqam.

Qanqam fieri potest nihilominùs, ut transversos etiam dissecuerint. Certè ludibrio magis qam cruciatui indulgebant, qi à capite ordiebantur, cum fisso semel capite, mali sensus omnis non potuerit non protinus cessasse.

Neqe verò facilè possum induci, ut V. Cl. Domino Ludovico Dievsio assensum præbeam, qi illud Esdræ c. 6. v. 11. וזקיף יתמחא עלוהי reddit, *Lignum elevatum percutiatur super ipsum*: qod & interpretatur, acsi *palus ipse sursum elevatus ictibus crebris corpori humano ita infigendus dicatur, ut a capite summo per nates ipsos transadigatur.* ideoqe, עלוהי *dictum*, *qia à summo corpore incipiebant. qa*

 crude-

crudelis, inqit, *mors erat, & orientalibus satis usitata.* Cæterum nec me memini supplicii istiusmodi exemplum uspiam legisse. mihiqe acerbior multo immitiorqe videtur, si à partibus inferioribus immissus infixusqe palus ille foret, homine utiqe in cruciatu diro diutius detento. Certè ἐν τῷ σκολόψι (sive ἀνασκολοπίζειν cum Herodoto aliisqe dicere libuerit) hac utebantur methodo. Σκόλοψιν autem qid sit, docebit Hesychius verbis hisce: Σκόλοψιν· οἱ ἀθῆναι. τὸ γὰρ παλαιὸν τοὺς κακουργοῦντας ἀνεσκολόπιζον, ὀξύνοντες ξύλον διὰ τῆς ῥάχεως καὶ τοῦ νώτου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ὀπτωμένων ἰχθύων ἐπὶ ὀβελίσκων. hoc est, (vertente Lipsio, *de cruce*, *l.* 1. *c.* 6.) *Suffixionem* dixeris, qasi *assationem*. *nam antiqitus maleficos sudi suffigebant, acuto ligno penetrantes spinam & dorsum, sicuti assos in verubus pisces. assos*, vel *assandos* potiùs. assandi enim figuntur verubus illi, non jam assi. itaqe nos mallemus dicere, *a spitting of men.* sed & *assationem* minus accuratè avtor ille. neqe enim eo fine malefici illi suffigebantur, qo ad ignem versati torrerentur; sed qo per cruciatus gravissimos supplicio illo tollerentur. Cæterum, rem ipsam qod attinet, qid in genere fieri solitum, indicavit satis Hesychius. de modo procedendi Seneca plenius edocebit. Is *Epist.* 23. *Cogita*, inqit, *hoc loco carcerem & cruces, & adactum per medium hominem, qi per os emergat, stipitem.* Idemqe in *Consol. ad Marc. c.* 20. *Video istic cruces, nec unius generis, sed aliter ab aliis fabricatas. alii capite conversos in terram suspendere; alii per obscœna stipitem egerunt.* Eodem facit & Mecænatis illud de *acutâ cruce* apud eundem *Epist.* 101.

Hanc mihi, vel acutâ
Si sedeam cruce, sustine.

ita Lipsio desingeote: qæ tamen ego cum Acidalio sic legere malim,

Vita dum superest, bene est,
Hanc mihi; vel acutam
Subde, sustineo, crucem.

Ea παραφράζων Seneca; *Suffigas licet, & acutam sessuro crucem subdas: est tanti vulnus suum premere, & patibulo pendere districtum, dum differat id qod est in malis optimum, supplicii finem.* *Crucem* appellat, qam & à *patibulo* distingvit, *sudem scilicet*, avt *palum stipitemve*, qem σκόλοπα Græci dicunt, & χάρακα, unde *crucis* nomen Latinis, ut rectè Fullerus noster, *miscel.* non à *cruribus*, ut Franciscus Junius, qasi sit primario *palus bifidatus*, sive *furca*, *cujus in diversum aguntur crura*; nec à *cruciatu*, ut Augustinus *de Dialect. c.* 6. & Isidorus, *Origin. l.* 5. *c.* 17. qos confertim seqitur Grammaticorum turba; qum hoc potius ab illo dictum sit. In *Heliogabalo* Lampridius de propudii illius asseclis, *qum alios ab imâ parte perfoderent, ut mors esset vita consentiens.* hoc ipsum supplicii genus planè designatum volebat.

Sed nec dispar hac in parte ab *anascolopsi* τῇ διχοτομήσει qam appellant ratio, qâ cruribus diductis, corpus ab inferioribus inchoando in partes geminas diffindebatur. Eam nobis sic depingit Plutarchus *in Alexandro*, qi Bessum Darii Domini sui proditorem atqe interfectorem hoc supplicio sustulit. Ὀρθίων δένδρων εἰς ταὐτὸ καμφθέντων ἑκατέρῳ μέρος προσαρτήσας τοῦ σώματος, εἶτα μεθεὶς ἑκάτερον, ὡς ὥρμητο ῥύμῃ φερόμενον, τὸ προσῆκον μέρος, νείμασθαι. *Arborum directarum duarum cacuminibus in unum uti coirent inflexis, earum utriqe corporis partem illigaverit; qæ mox denuò à se invicem soluta, cum impetu magno in sedes situsqe pristinos ferrentur, partem sibi annexam utraqe secum simul corripiendo, hominem medium diffcidit.* Vopiscus itidem in *Avreliano*, qi militem in hospitis uxore adulterum supplicio parili affecit; *Ita punivit, ut duarum arborum capita inflecteret, & ad pedes militis deligaret, eademqe subitò dimitteret, ut scissus ille utrinqe penderet.*

Sed ad Esdræ locum regredimur: qem qo clariùs dispiciatur, integrum exhibebimus. Verba sic habent: *Qisqis verbum hoc, sive rem istam mutaverit, tollatur lignum ex domo ejus,* וזקיף יתמחא עלוהי *domusqe illius sterqilinium ob istud fiat.* De medio duntaxat inciso, qid velit; qæritur. Et זקיף qidem, qod *erectum* sonare videtur, ad *lignum* plerqe referunt. Huc propendere videtur Abraham Esdræ filius; involutiùs interim sensum suum sic proferens; *Et lignum ad suspendendum illum, sit elatum, sive elevatum, super illum, ut super lignum suspendatur.* Clariùs pavlò vetus interpres Latinus; *Tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in illo.* Pagninus: *Diruatur lignum è domo ejus, & erectum suspendatur in eo.* Ex qo sensum commodum per leges Grammaticas expiscari vix licuerit. Disertiùs versio Tigurina; *Tollatur trabs de domo ejus, in qam erectam suspendatur.* Nec abscedit Itala. Nostræ versiones antiqiores pariter; There shall bee a beam taken from his house and set up / and he shall be hanged thereon. Nec aliter multo recentiores: Genevensis, The wood shall be pulled down from his house / and shall be set up / and he shall be hanged thereon. Novissima verò; Let timber be pulled down from his house / and being set up let him be hanged thereon. Etiamsi avtem Syntaxis qam sequntur isti duriuscula videatur; (qod & ex Pagnini versione patet) ea tamen concinnari havd incommodè qeat, si dixerimus, זקיף עלוהי dictum ἀντὶ τῷ על אשר זקיף *super qo erecto*: qæ forma est freqentissima.

Verùm יתמחא pro *suspendi*, ubi legatur, avt qî dicatur, ratio nulla profertur. Proinde alio hîc abeunt alii havd incelebres viri. Tremellius & Junius; *Amoveatur lignum à domo ejus, qo erecto aboleatur in eo.* nec aliter Piscator; nisi qod pro *aboleatur*, *deleatur* reponit. qo modo & Buxtorfius, *& in erecto* (ligno) *deleatur*. i. e. *suspendatur*: Ut ne cum alteris illis non conspiret. Isti scilicet ad vocabuli Hebraici usum respexerunt. Apud Hebræos siqidem freqenter admodum usurpatum id reperitur, pro *delere, abolere, destruere, è medio tollere*. Gen. cap. 6. vers. 7. & cap. 7. vers. 4. Exod. cap. 17. vers. 14. Ezek. cap. 6. vers. 6. & alibi. In qo ego calculum illis havd gravatim meum concesserim, etiamsi de voce alterâ in diversum discedam.

Hi siqidem omnes זקיף ad *lignum* referunt: at non desunt, qos hîc seqi malim, qi ad hominem potiùs referendum existiment. Schindlerus in *Pentaglosso*; *Et erectus cadatur in eo.* Id qod avidè arripuit, Ludovicus Dievsius, cum locum vellet *de virgarum plagis potiùs accipi, qam de suspendio*: qia in *percutiendi* significatu vocabulum istud est Chaldæis Syrisqe usitatum. Dan. cap. 2. vers. 34, 35. Matth. cap. 5. vers. 39. & cap. 26. vers. 31. *Erectus*, inqit, *unà cum ligno, virgarum plagis cadatur ad illud. Ita moris erat, ut delinqentes erecti ad palum caderentur.* Et Græcus istis interpres favere videatur; apud qem legitur, καὶ ὠρθωμένος παγήσεται ἐπ' αὐτοῦ. Ita enim, qæ & Romanam seqi profitetur, editio Parisina exhibet: adnotato tamen in qibusdam codicibus πληγήσεται haberi. Cæterum vir doctissimus, dum ea qæ sequntur penitiùs perpendit, de hominis *domicilio in Latrinam vertendo*, à sententiâ istâ discedere coactus, *& exterminii pœnam necessariam intelligendam* agnoscens, ad superiùs allatam interpretationem dilabitur; qæ mihi qidem omnium, qas hactenus viderim, probabilitatis minimum obtinere videtur.

Verborum sensum genuinum proximè accessit Salomon Jarius. זקיף inqit, *affine est illi Hymni* 145. *vers.* 14. & 146. *vers.* 8. ubi זקף significat *erigere, facere ut stet*, sive *consistat*: itaqe sic intelligenda verba censet, *stans*, sive *consistens*, (h. e. erectus) *super ligno destruatur*. Mihi deniqe planissimè ac simplicissimè verti posse videtur, *& in eo suffixus è medio tollatur*. Utriusqe vocabuli notio ea qam dedimus locis mox allatis clarissimè comprobabitur: זקף itaqe Chaldæis Syrisqe non *erigere* tantùm, sed & *suffigere*, sive *cruci affigere*, & *in patibulo* etiam *suspendere*, significat: id qod, cum tam obvium existat, mirum sit mihi, interpretum nemini hic in mentem venisse. Ester c. 9. v. 13. ubi Hebraicè habetur יתלו על העץ *suspenderunt in ligno*. Targum זקפו על צליבא *suspenderunt in patibulo*. In Syriacâ Novi Instrumenti versione in *crucifigendi* sensu passim usurpatur, Matth. 27. 35. וזקפוהי *crucifixerunt eum*. Ib. v. 23. נזדקף *crucifigatur*. & vers. 38. ואזדקפו *& crucifigebant*: qin & nusqam, loco uno excepto, per totam versionem illam usurpari vocem hanc viri docti

docti observarunt. תְּלִי ergô, cum sit passivæ notionis participium, ex familiari lingvæ Syriacæ, quâ Esdræ illa concepta & conscripta sunt, est, *suspensus*, *suffixus*, *affixus*, *crucifixus*. Unde & צְלִיבָא pro *cruce*, sive *patibulo*, Matth. 16. 24. 1 Corinth. 1. 18. & alibi passim. At τὸ מחא sive מחה Chaldaicè & Syriacè qid? certè, non est tantum *cædere*, sive *percutere*, sed *occidere* qoqe, & *è medio tollere*. Ita enim usurpatur, non in contextu tantum Hebraico, uti est superiùs uberrimè demonstratum sed & in Targum, sive paraphrasi, qam Chaldaicam appellant, Syriacam poterant, (cum characteris ejusdem cum Esdræ his & Danielis ejusdem planè sit;) ut videre est Gen. 6. 7. & 7. 23. Devt. 9. 14. & 25. 19. 4 Reg. 14. 27. Nec diffitentur hoc interpretum pleriqe etiam illi, qi in alia hic à nobis eunt. Adjiciam duntaxat, eadem ipsa qæ hic habentur in Targum Ester ad c. 7. v. 9. de Hamane ita usurpata deprehendi, ut alium, qam qem eis nos sensum dedimus, verba nevtiqam admittant.

CAPUT XLVI.

Περὶ τοῦ τυμπανίζεσθαι, καὶ τοῦ τυμπανισμοῦ dissertatio. Τυμπανίζεσθαι qibusdam ἐκδέρεσθαι, excoriari. Alis κρεμασθῆναι, ἀνασκολοπίζεσθαι, suffigi, suspendi: Utrumqe hoc τοῦ τυμπανισμοῦ forsan vel antecedens, vel consеqens fuerit. Apud Hesychium loco mota complura. τύμπανον, palus, vel patibulum. Lucilii in Astrologos Scomma. Σφαιρίζεσθαι qid: σφαῖραι, cestus, uncos, malè Langius. Σφαιρομαχία Laconum qalis. Apud Lexicographos vocabulis ea sæpè tribuuntur, qa sunt rei significata vel antecedentia, vel concomitantia. τυμπανισμὸς an sit ἀποκεφαλισμός. Id unde profluxerit, Stephano ignotum, mox indicandum. Ita Theodoreto usurpatum: non & Apostolo. Equleum & fidiculas intendi, velle nonnullos. Plutarchus emendatus. Fustuarium alii. Svidas emaculatus. A tympano, qod cæditur, Erasmus; qo cæditur potius, alii. Prælia fustibus primo inita & exacta. Fustuarii pœna, in Legib. βάκλα, bacula; ut tabula, τάβλα. & similia. Scholiastes ex Svidâ emendatus, Svidas ex Scholiaste suppletus. Hesychius restitutus. Fustibus cædi, ignominiosum. Eo modo sublati Dionysii emissarii. Praxiteles itidem Athenis, qi arietem vivum excoriaverat. In hoc exprimendo dilutior Schottus. τυμπανίζειν fustibus cædere; ἀποτυμπανίζειν, id ad necem usqe exeqi; ut ἀποτηγανίζειν. Distentionem & fustigationem τοῦ τυμπανισμοῦ nomine comprehendi qi velint: ab eis cur discessum. Evsebius & Nicephorus, alter ex altero restitutus uterqe. τυμπανίζειν, & ἀποτυμπανίζειν, de nece violentâ usurpata, qacunqe id ratione fieret: pari modo usurpata ἀποτομεῖν, Græcis: jugulare, Latinis, to massacer / nostris. Regulus qalis: in eum salsum Plinii dictum. De Baltasari cæde minus probabilia Scaliger. Evsebius suppletus. Evstathii error, ad qem alii impegerant, Casavbono frustrà comprobatus. Ad gladium se, an ad cultrum locare, *Seneca qid.*

IN capite antegresso de *serra* supplicio, cujus mentio ad Hebræos c. 11. v. 37. aliisqe qibusdam dispunximus. In hoc, qo legentium tædio consulatur, novo sumpto initio, de alio supplicii genere, qod eodem loci reperitur, cum Deo bono, dispiciemus. Is est ἀποτυμπανισμός, sic enim *ibidem commate* 35. Apostolus, Ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, inqit: qod ab interpretibus variè exponitur.

Sunt enim, Oecumenio referente, qi τυμπανίζεσθαι, ἐκδέρεσθαι exponunt: h. e. *excoriari*. Qo supplicio affecti narrantur fratres illi, in *Maccabæorum Historia l.* 2. *c.* 7. cute viventibus detracta. Hesychius certè inter alia, Τυμπανίζονται, ἐκδέρονται interpretatur.

Alii *suspendium*, vel *suffixionem*, designari existimant. Et conjunxit reverâ duo ista Theodoretus *Therapevtica l.* 3. Τοὺς ἀνδροφόνους ἀνασκολοπίζοντας καὶ ἀποτυμπανίζοντας. Sed ita, ut pro diversis habuisse videatur. Qod & patet clariùs, cum ex eis, qæ de pœnis Martyrum *lib.* 8. supra repræsentavimus, tum ex eis etiam, qæ de eisdem rursus habet. *lib.* 9. Εὐεργέτας χάριν δόντας, καὶ σωτῆρας καὶ ἰατρούς, ὡς ἐπιβούλους καὶ πολεμίους, οἱ μὲν ἐξήλαυνον, οἱ δὲ καὶ κατέλευον, οἱ δὲ πέδαις καὶ ποδοκάκαις ἔδεσμον. καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀπετυμπάνιζον, τοὺς δὲ ἀνεσκολόπιζον, τοὺς δὲ θηρίοις παρεδίδοσαν. *Eos qi benefici ac servatores & medici fuerant, pro insidiatoribus hostibusqe habentes, alii pellebant, alii lapidabant, alii pedicis cippisqe obstringebant: horumqe alios tympanis tollebant, alios suffigebant, alios bestiis objiciebant.* At Hesychius, ἐτυμπανίσθησαν, ἐκρεμάσθησαν, ἐσφαιρίσθησαν. qo & retrahendum avtumo, qod loco dubio procul motum, (provt in avtore illo havd pavca) ad calcem ferè literæ A rejectum offenditur, ἀπετυμπανίσθησαν, ἐκρεμάσθησαν. non qod alterum altero explicare voluerit; sed qod locum hunc Apostoli animo tunc obversatum designare visum esset, in qo verba illa reperiuntur. Potest avtem de *suspendio* istud, non tam ipsum τοῦ τυμπανισμοῦ supplicium, qam vel antegressa, vel conseqentia spectare.

Antegressa spectare potuit, qia suspendi consveverant, sive machinæ alicui affigi, qibus vel pelle direptâ, vel plagis illatis, pœnæ erant irrogandæ. Qin & τύμπανον qandoqe dicitur, *palus*, *patibulum*, sive machina illa, ad qam devincti plagis afficiebantur. in *Maccab. Histor. l.* 2. *c.* 6. de Eleazaro, τοῖς πληγαῖς πλῆθος μέλλοντι, qi *plagis conficiendus* erat; (sic enim vers. 30. dicitur) αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσῆγε, *ad tympanum sponte suâ processit.* v. 19. & rursus, v. 28. ἐπὶ τὸ τύμπανον εὐθέως ἦλθε. *ad tympanum statim, sive rectâ, accessit.* Eodem forsan fecerit & qod apud Lucianum in *Cataplo* Clotho; Τοὺς δὲ ἀπὸ δικαστηρίων ἄγετε παραγαγών. λέγω δὲ τοὺς ἐκ τυμπάνου, καὶ τοὺς ἀνασκολοπισθέντας. *Cedo istuc eos, qi à tribunalibus veniunt: eos dico, qi à tympano, eosqe qi suffixi sunt.* Sed & qod Lucilius de Astrologis, in *Antholog. l.* 2. *c.* 6. *Epigram.* 1.

Ἄξιοι οἱ πάντες τυχεῖν πάντες ἑνὸς τυμπάνου.
Uno sunt omnes tympano, sive *palo*, avt *patibulo*, *digni.*

docent enim seqentia *palum* sive *stipitem* designari, ad qem deligari solebant, qi bestiis objiciebantur. *ita*, inqit, *tandem videbimus eos verè nosse*, jam expertos scilicet *qid tavrus, qid leo possit*, allusit signa cælestia ab his denominata, qorum scientiam illi profitebantur, qalem in inferiora ista efficaciam qasqe vires obtinerent.

Sed qid illo ἐσφαιρίσθησαν apud Hesychium faciemus? avt qid illo sibi verbo voluit Grammaticus? conjecturam meam proferam: judicent alii. & istud forsan ad hoc, de qo agimus, pertineat. Siqidem σφαῖραι sunt *cestus*, *pila plumbea*. vel & *ænea*, *corio insuta*, qibus corpora malè mulctabantur. Pollux *l.* 3. *c.* 30. *sect.* 5. de pugilatu. σφαῖραι τὰ ὅπλα, ἀφ' ὧν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν, καὶ σφαιρομαχία, apud Aristomenem in *Hercule exercitatore*, de eis, non qi *pilâ lusoriâ*, sed qi *cestibus* concertabant, usurpata. nec aliunde, opinor, τὴν σφαιρομαχίαν, exercitium Spartanis peculiare; ut Evstathius *ad Odyss.* θ. ita σφαιρισθῆναι, *cestibus cædi* fuerit. eadem scilicet analogiâ, σφαιρίζειν est σφαίραις πλήττειν. *cestibus cædere*, qâ τυμπανίζειν, τυμπάνοις πλήττειν, *fustibus ferire*, & *plectere*, uti mox videbitur. σφαῖραι ejusmodi fuerint μολυβδίδες illæ, qibus μαστιζόμενος, *flagellatus cæsusve* narratus diaconus orthodoxus, in Petri Alexandrini *Epistolâ*, apud Nicephorum *lib.* 11. *cap.* 28. frustra enim est Joannes Langius, qi *uncos plumbeos* reddidit.

Potest & de *suspendio* illud, ad ea qæ τὸν τυμπανισμὸν subseqebantur pertinere. Siqidem corpora eorum etiam, qibus vel cutis detracta, vel plagæ illatæ fuerant, suffigi suspendiqe solebant. De Cleomene Plutarchus, ex Ptolomæi Regis mandato, κρεμάσαι κατεβυρσωμένον, *direptâ pelle corpus suspendere datum*. Atqe hoc forsan volunt Grammaticorum illa apud Suidam & Etymologum, τυμπανίζεται. ξύλῳ πλήττεται, ἐκδέρεται καὶ κρεμᾶται. *Tympanizatur*, *fuste cæditur*, *excoriatur*, & *suspenditur*: non qod verbum illud ista omnia significet; sed qod in supplicio illo affectis ista sæpenumero convenirent, usqe veniret ut fu-

ste cæsorum corpora eis etiam modis exciperentur. alioqi τῷ τυμπανίζεσθαι vocabulo nevtrum horum designari, avt ortus vocabuli, avt usus evincit. Hoc est avtem Lexicographis illis familiare, ea sub eodem vocabulo, licet disparata, comprehendere & repræsentare, qæ illud qod idipsum peculiariter designat, vel conseqi, vel concomitari consvevere. Ita Hesychius: Τυπείς, πληγείς ἐκ χειρός, ἢ τρωθείς, ἢ τεθνεώς. cum tamen τὸ τύπτεσθαι, nec vulnerari, nec cadere significet. Et rursus; τύψαι, ἔκχεαι, ἐκκένωσον, τρῶσον, δάμασον. quum τύπτειν tamen, nec effundere, nec domare significet.

Alii ἐτυμπανίσθησαν exponunt ἀπετμήθησαν, sive ἀπεκεφαλίσθησαν, *gladio occisi, capite truncati sunt*: Ita Theophylactus & Oecumenius. Sed & disertissimè, illis prior, Joannes Chrysostomus, *in ad Hebr. Orat.* 11. Ἀποτυμπανισμὸς λέγεται ὁ ἀποκεφαλισμός. h.e. ut Hugo Cardinalis expressit, *Tympanismus est decollatio*: sive, verbum istud ἀποτυμπανισμὸς, *decollationem* designat. Fortè, inqit Illyricus, *qod capite truncati speciem qandam tympani habent.* Verum hanc in illis egn nullam video. Accedit Varinus Favorinus; Ἀποτυμπανισθῆναι ταυτόν ἐστι τῷ τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. qnd is unde habuerit, nescire se Henricus Stephanus profitetur. habuit avtem ab Evstathio; iste ab Athenæn, sed minus dextrè accepto; uti mox indicabitur. Concedit eodem & Victorinus Strigelius, adductus ex Plutarchi *Dione*, verbis istis de Dionysii emissariis, οἳ μὲν ὑπὸ πρῶτον δίκην ἐδίδοσαν, ὅσοι δὲ προσετύγχανόντων τυμπανιζόμενοι. qæ ille vertit, *hi primùm persolverunt pœnam, capite truncati*. Cæterum nec Plutarchi verba sunt necessario sic interpretanda, & aliud aliqid voluisse Apostnlum patet, cum commatio penè proximo, τῶν ἐν μαχαίρας φόνῳ ἀποθανόντων. *eorum qi gladio sunt cæsi*, ab his seorsum meminerit. Cæterum ita planè usurpavit Theodoretus *in Devter. Quæst.* 42. Τὸν μὲν καλλίνικον κατέλευσαν Στέφανον. ξύλῳ δὲ τὸν μέγαν ἀνεῖλον Ἰάκωβον. εἰς χαριτείαν δὲ αὐτῶν καὶ τὸν ἕτερον Ἰάκωβον Ἡρώδης ἀπετυμπάνισε. *Victorem eximium Stephanum lapidarunt: Jacobum verò majorem fuste sustulerunt: sed & in ipsorum gratiam Jacobum alterum Herodes*, ἀνεῖλε μαχαίρᾳ, *gladio sustulit*. Sic enim habetur, Act. cap. 12. vers. 2.

Alii *equlei* supplicium intelligunt. Vetus interpres, qem & Beza seqitur, hoc loco, *distenti sunt*. Sed Jacobus Faber, *distensi sunt*, mavult: ut à *distendor*, non à *distineor*, venire dignoscatur. *Funibus enim, inqit, & nervis artus & membra extensi fuere nonnullis ad supplicia, ut tympana extendi solent. qo modo & postea martyres in catastis pro Christi nomine trochleis funibus & nervis alligati, crudelissimè distracti sunt.* Ita à *tympano* bellico vocabulum hoc sumptum fuerit, sive, ut Erasmus, *à corio, qod in tympano distenditur.* Thomas uterqe, Aqinas, & Cajetanus, *distenti sunt in equleis*: Sed & Acciaolus apud Theodoretum in *Therapevticâ*, τυμπανισθῆναι, vertit, *fidiculis distendi*. Castellio, generaliùs, *cruciati sunt*. Syrus; אתמתו בשׁוּרא *in cruciatu mortui sunt.* Camerarius; *supplicio affecti sunt ultimo per cruciatus: ut de uno*, inqit, *omnia intelligantur. nam* τυμπανίζεσθαι *pulsationis & jactationis erat supplicium.* Atqe huc forsan spectare possit, qod de Ptolemæo Rege Plutarchus in *lib. de adulatoris & amici discrimine*: ἐπεὶ δὲ καὶ Πτολεμαίῳ φιλομαθεῖν δοκοῦντι, περὶ γλώττης καὶ στιχιδίου καὶ ἱστορίας, μαχόμενοι, μέχρι μεσῶν νυκτῶν ἀπέτεινον. ὠμότητι δὲ χρωμένου καὶ ὕβρει, καὶ τυμπανίζοντος καὶ πλοῦντος, οὐδεὶς ἐνίστατο. ubi suspecta mihi vox τὸ πλοῦντος. nec satisfacit, qod Erasmus, *vectigalibus populum onerante*, vertit. M. S. Xylandro teste, πλεῦντος. rescribo, στρεβλοῦντος. Ista enim duo apud Origenem etiam junctim posita deprehendo, *adversus Celsum l.* 8. verbis illis. Ἀλλ' οὐδ' εἰκῇ παρέχομεν τὸ σῶμα στρεβλοῦν καὶ ἀποτυμπανίζειν. *Sed nec temerè corpus torqendum, tympanoqe cruciandum, vel cædendum* (*verberandum*, Gelenius) *præbemus*. Et rursus: Καὶ θεοφιλές γε τὸ δι' ἀρετὴν ἀποτυμπανίζεσθαι, καὶ δι' εὐσέβειαν στρεβλοῦσθαι, καὶ δι' ὁσιότητα ἀποθνήσκειν, ὀλίγους εἶναι νενομισμένον. *Gratum esse Deo, virtutis cavsâ tympana sustinere*, (*verberari*, Gelenius) *& religionis gratiâ torqeri, & pietatis ratione occumbere, non*

A *sine cavsâ justâ censemus.* Sed ad Plutarchum revertamur. *Ptolemæum, inqit, qi affectabantur, viri eruditi, cum literarum studiosus Rex videretur, de glossâ aliqâ, avt versiculo, avt historiolâ, disceptationes ad mediam usqe noctem protrahebant. Verum crudeliter ac contumeliosè adversus suos se gerenti, cruciatusqe atqe tormenta adhibenti, nemo illorum ex adverso se opponere sustinebat.* Cæterum tam generatim hic locutum Apostolum, havd fit verisimile; cum tot perpessionum genera sigillatim recenseat.

Alii denique ad *fustuarium* referunt. Theophylactus, ex B qorundam sententiâ, τυμπανισθῆναι esse ῥοπάλοις τυφθῆναι, *fustibus cædi*: & Oecumenius, ἐτυμπανίσθησαν, διὰ ῥοπάλων, (Favorinus; εἰς ῥόπαλα) ἀνῃρέθησαν, *fustibus interierunt*: qo modo de Olympin, qi Stiliconi insidias struxerat, Olympiodorus *Histor. l.* 1. apud Photium *Bibliothec. cod.* 80. Ῥοπάλοις παιόμενος ἀναιρεῖται. *Fustibus cæsus interiit.* Eademqe mente de Persis Herodotus. Καὶ τοῖσι σκυτάλοισι ἔπαισον οἱ Πέρσαι. pro qo in Svidæ codicibus Frobenianis vitiosè τοῖς σκυτάλησι legitur, nec sinceriùs in à Porto editis, τῇς σκυτάλῃσι. vitii Svidas ipse monere poteC rat, qi σκύταλον non σκυτάλην, eo loci dicit, apud Herodotum & Aristophanem esse ῥόπαλον sive βακτηρίαν ἀκρόπαχυ, *fustem, clavam*. Unde & apud Hesychium, Σκυταλωμένη, ξύλῳ τυπτομένη: legendum τυπτομένη. *fustigata, fusto cæsa*. De Chosroâ Persarum Rege Zonaras *tom.* 3. in *Mavritii Historiâ*: Ῥοπάλοις ὀφείλοντος ὑπὸ τῶν λαγάνων τυπτόμενον τὸν πατέρα ἀποθανεῖν. *Patrem ad mortem usqe per ilia fustibus cædi jusserat.*

Ita, inqit Erasmus, *à tympano fuerit, qod ictibus crebris cæditur.* Atqe ita Hemmingius, *crebris ictibus cæsi, ut tymD panum*. Verum de notatione vocabuli aliò abscedunt Grammatici: nec à *tympano, qod cæditur*, sed à *tympano, qo cæditur*, tractum volunt. Etymologus; Ἀποτυμπανίσαι, οὐχ ἁπλῶς τὸ ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ τυμπάνῳ. ἀπὸ τυμπάνου, ὅ ἐστι ξύλον, ὅπερ σκυτάλην καλοῦσι. Τὸ γὰρ παλαιὸν ξύλοις ἀνῄρουν τοὺς πολεμίους. ὕστερον δὲ τῷ ξίφει. *Ἀποτυμπανίσαι, non est simpliciter occidere, sed fuste id exeqi: à* τύμπανον, *qod baculum fustemve significat: antiqitus enim fustibus in bello hostes tollebant; qos eosdem post ense.* Ita Plinius, *l.* 7. *c.* 56. *Prælium Afri contra Ægyptios primi fecere fustibus, qos vocant phaE langas.* Et Horatius *Sat.* 3.

> —primo
> *Ungvibus & pugnis, dein fustibus, atqe ita porrò*
> *Pugnabant armis.*—

Sed & in maleficis, vel castigandis, vel necandis etiam, *fuste* utebantur. De hoc genere supplicii Polybius l. 6. in disciplinâ, qæ apud Romanos obtinebat, militari; Τὴς λαχοῦσας ξυλοκοπεῖ. *Ex eis, qi stationem deseruerant, sorte ductos fuste necat*, ut Tacitus *l.* 3. Livius itidem *l.* 5. *Fustuarium meretur, qi signa relinqit, avt præsidio decedit.* InF de in *Jure Civili l.* 48. tit. *de Pœnis, leg.* 7. ex Callistrato; *Fustium admonitio.* Et *leg.* 10. ex Marcello; *Ex qibus cavsis liber fustibus cæditur.* Tam enim *liberos* qandoqe, qam *& servos fustibus cædebant*: κἂν δοῦλός τις ᾖ, κἂν τι ἐλεύθερος. Favorinus. Sed & Christi famulos ob nominis Christiani professionem *fustuarium* passos, ξύλοις παιομένους, patet ex Dionysii Alexandrini *ad Fabium Antioch.* Et Philex Ægyptii *ad Thmuitas* suos *Epistolis*, apud Evsebium *l.* 6. *c.* 41. & *l.* 8. *c.* 10. & Niceph. *l.* 5. *c.* 3n. & *l.* 7. *c.* 9. De Jacobo fratre Domini, cum Theodoretus supra allatus, G tum & Evsebius (eumqe secuti historiæ Ecclesiasticæ scriptores) ex Clementis Alex. *Hypotyp. l.* 7. *Histor. Eccles. l.* 2. *c.* 1. & ex Hegesippi avtoritate *Comment. l.* 5. *ibid. c.* 23. (qo tamen locn in Græcis Evsebii codicibus pro *Hegesippi Josephi* nomen irrepsit) & Epiphanius *Hæres.* 66. *sect.* 20. ξύλῳ πληγέντα, *fuste percussum*, interiisse, constanter tradunt. Timotheum etiam Ephesi Episcopum, qem & *Apostolum* nuncupat, narrat Photius *cod.* 254. ex libro *de ejusdem Martyrio* conscripto, ῥοπάλοις ἀναιρεθῆναι, fustibus è medio fuisse sublatum, Ex Martyrum actis sub Diocletiano passorum, Qintum & Felicem qendam *fustibus exploratos*: Felices alios duos eisdem cognomines *ad necem usqe cæsos*, habemus apud Baronium *Annal. tom.* 2. *ann.* 303. Valens etiam Imperator, lege latâ, ut monachi militarent,

tent, dolentes *fustibus jussit occidi. Chronic. ætat. 6. ann.* 364. Huc spectant, qæ suggerunt nobis Grammatici. Hesychius; Τύμπανον, εἶδος τιμωρίας. Et Etymologus; Ἠ παρὰ τὸ τύπτω τύμπανον, καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ τύμπανον, τὸ τοῦ δημίου ξύλον, ᾧ τοὺς παραδιδομένους μετοχετεύεται. *Tympanum, carnificis lignum, qo traditos sibi mulctat malè.* Et Svidas; Τύμπανα, βάκλα, παρὰ τὸ τύπτειν, ξύλα, ἐν οἷς ἐτυμπάνιζον. ἐχρῶντο γὰρ ταύτῃ τῇ τιμωρίᾳ. *Tympana sunt bacula (βάκλα, bacula; ut φίβλη, fibula; τάβλα, tabula, σύβλα, subula) à tundendo sic dicta: ligna, qibus tympanismum exeqebantur: hoc enim supplicii genere utebantur.* Qæ eadem & Scholiastes habet, ad illud *Aristophanis Pluto act. 2. scen. 4.*

Ὦ τύμπανα, καὶ κύφωνες, οὐκ ἀρήξετε;

O tympana, & cyphones, non succurretis?

Sed ex Svidâ emendandus Scholiastes, qi pro ἐν οἷς malè ἐφ' οἷς exhibet; Svidas vicissim è Scholiaste supplendus; Ἡ βάκλα, inqæ, παρὰ τὸ τύπτειν. ἤγουν ξύλα, οἷς τύπτονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις οἱ τιμωρούμενοι. *Vel bacula simpliciter, vel fustes. qibus coram tribunali cæduntur, qi supplicio sunt afficiendi.* Eodem pertinet, qod Svidas idem, Τυπαῖς, πληγαῖς, ἔχοντας τύμπανα καὶ τυπάς. τυπὰς, πληγάς. *Typais, plagis, habentes tympana & typas, hoc est, plagas, percussiones.* Apud Photium *cod.* 242. de Juliano Damascius in *vitâ Isidori*; Σιωπῇ ἐδέξατο καρτερῶν τὰς πολλὰς ἐπὶ τοῦ νώτου διὰ τῶν τυμπάνων πληγάς. καὶ γὰρ πολλαῖς ἐπαίετο βακτηρίαις. μηδὲν ὅλως φθεγξάμενος. *Multas silentio excepit tergo plagas tympanis illatas; baculis enim multis cædebatur; nihil qicqam prolocutus.* Τύμπανον itaqe est ξύλον, ζωτικὰ, βακτηρία. Gallicè, *massaculum*, & *billot*; nostris, a cudgel, an handstaffe, a bottle, a club; (qanqam ista aliqatenus à se invicem distingvuntur) *fustis, clava, baculus*, qo cæduntur, vel qæstioni subjecti, vel plagis addicti, vel è medio etiam tollendi. Atqe inde τυμπανίζειν dictum & ἀποτυμπανίζειν, qod Latini, *fustigare*, & *fusto cædere*, Græci ξυλοκοπεῖν, Galli *assommer*, *massacrer*, & *massaculare*: & τυμπανισμὸς, qod Siculi & Argivi σκυταλισμὸν, Polybius ξυλοκοπίαν, Galli *massaculamentum*: qod & monuit Illustrissimus Josephus Scaliger *ad Berosi fragmenta*; & in *Canon. Isagog. l. 3. part. 2. c. 1.* suffragantur Grammatici. Hesychius; Τυμπανίζεται, παίεται ἰσχυρῶς τύπτεται, Et, Ἀποτυμπανίσαι, ξύλῳ ἀνελεῖν. ἀποτυμπανίσαι legendum svadet series; ξύλῳ, sensus. Svidas itidem: ἀποτυμπανίσαι, αἰσχρῶς φονεῦσαι, *ignominiosè occidere.* Qia fuste, qam ense tolli fœdius videbatur: qum fuste desertores, servuli, abjectissimi qiqe, canes qoqe cæderentur: nec aliter reperim apud Plutarchum *Dione*, qod supra adductum est, & in *lib. de Curiositate* eisdem ferè verbis repetitum, de tyranni emissariis, ὑπὸ τῶν προσαγωγίδων τυμπανιζόμενος, & συναμβάνοντες ἀπετυμπάνιζον. *Ut obvium qemqe habuit vulgus promiscuum, fustibus baculisve correptum prosternebant.* Nec diceremus, they knockt them down. Ita usurpasse videtur Aristoteles *Rhetor. l. 2. c. 6.* ubi de eis agens, qi adversus metum ulteriorem jam obduruerunt: Οὔτε οἱ ἤδη πεπονθέναι νομίζοντες τὰ δεινὰ, καὶ ἀπεψυγμένοι πρὸς τὸ μέλλον, ὥσπερ οἱ ἀποτυμπανιζόμενοι ἤδη. *Nec ei metuunt, qi dira jam perpessos se putant, & de futuro animum jam despondarunt, ut qi fustuario jam pene sunt enecti.* Et ibid. *c. 8.* Ἀντιφῶν ὁ ποιητὴς μέλλων ἀποτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, ἰδὼν τοὺς συναποθνήσκειν μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους, ὡς ᾖεσαν διὰ τῶν πυλῶν, Τί ἐγκαλύπτεσθε; ἔφη. ἢ μὴ αὔριον τις ὑμᾶς ἴδῃ τούτων; *Antiphon Poeta cum Dionysii jussu fustuario necandus duceretur, videretqe eos qi una morituri erant, dum per portam exibant, capita obnubere, Qorsum, inqit, capita obnubitis? an ne horum qis cras vos videat.* Neqe enim placet, qod interpres eruditissimus, τὸ ἀποτυμπανίζεσθαι, illic *fidiculis cruciari*, istic *torqeri*, reddiderit. Apud Photium in *Biblioth. cod.* 279. ex Helladii *Chrestomathiæ l. 4.* narratur Athenienses Praxitelem qendam, ὀργισθέντας ἀποτυμπανίσαι, ὅτι κριὸν ἐξέδειρε ζῶντα, *eo qod arietem vivum excoriasset, crudelitatem detestatos fustibus occidisse.* Dilutè siqidem nimis V. C. Andreas Schottus, *fustibus cadentes puniebant.* Imò, *trucidarunt* planè, τὸν ἄνδρα μισήσαντες, ὡς τυραννικὸν ἔχοντα φρόνημα, *tanqam qi tyrannico præditus es-*

A *set ingenio, hominem illum aversati.* Qin & ibidem refertur, per seditionem qandam, qæ ideò σκυταλισμὸς est dicta, *maiorum ἀμφίδας fustibus sese cædentes invicem mille qingentos homines Argis occubuisse.* Ita σκυταλισμὸς & τυμπανισμὸς idem fuerint. Τυμπανίζειν ergò est *fustibus cædere*; ἀποτυμπανίζειν, *eisdem, ad necem usqe cædere, occidere.* Qod de τηγανίζειν & ἀποτηγανίζειν supra monuimus. Atqe hoc ego qidem sensu usurpasse Apostolum censuerim, qum supplicii crudeliter exacti, sive carnificinæ immanis genus qoddam, à reliqis, qæ recenset plura, distin-
B ctum insinuet. Atqe ita Henricus Stephanus, ἐτυμπανίσθησαν, *fustuario mulctati sunt, fustibus cæsi sunt.*

Cæterum Franciscus Ribera utrumqe comprehendi censet, & *distentionem* corporis & *fustigationem. Tympanum, inqit, tormenti genus est, qo homines distendebantur, & plagis multis feriebantur, instar tympanorum.* Qod Eleazari adductâ superiùs historiâ et confirmatum. Eodem ferè concedit & Franciscus Junius. Verba viri clarissimi, qæ qia disertiora sunt, describere non gravabor, *Parallelorum l. 3.* leguntur ista: *Nomen Græcum τύμπανον, di-*
C *ctum ἀπὸ τοῦ τύπτειν, qod est verberare, modo instrumentum illud significat, qod pulsatur, vel in qod pulsatur: modo instrumentum pulsans, i. e. fustem, ad pulsationem, cujuscunqe ea sit generis, accommodum. Instrumentum qod pulsatur, duobus modis accipitur: nam aut lusionis est, cujus artifices tympanista & tympanotriba appellantur; aut tormenti est, qo utebantur carnifices. Erat autem hoc tormentum ejusmodi, ut reorum corpora distenderentur gravissimè, machinâ tractoriâ, qam Græci etiam γέρανον appellaverunt, adeò ut miseri nullam corporis sui partem vel latam ungvem movere*
D *possent, sed fustigantium & pulsantium plagis, in omnes partes essent expositi: qapropter etiam illud instrumentum à Græcis τύμπανον fuit nominatum. Eo autem tormenti genere veteres utebantur, sive ad qæstionem, ut docent Juris consulti; sive ad necem, ut exemplum est 2 Maccab. 6. sive ad extorqendam παλινῳδίαν & abnegationem fidei, ut testis est Historia Ecclesiastica.* Hæc ille. Cui favere videntur, qæ de Eleazaro, qæqe ex Luciano, supra adducta sunt. Pertinet huc qod apud Evsebium *l. 8. c. 10.* & Nicephorum *l. 7. c. 9.* ex Phileæ *Epistolâ* prius etiam memoratâ refertur. Οἱ
E μὲν ὀπίσω τὼ χεῖρε δεθέντες περὶ τῷ ξύλῳ ἐξήρτηντο. καὶ μαγγάνοις τισὶ διετείνοντο πᾶν μέλος. ἔπειτα διὰ παντὸς τοῦ σώματος, ἐπῆγον ἐν κελεύσεως οἱ βασανισταὶ, οὐ καθάπερ τοῖς φονεῦσιν ἐπὶ τῶν πλευρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς γαστρὸς, καὶ τῶν κνημῶν, καὶ παρειῶν, ταῖς ἀμυντηρίοις κολάσεις. Ita ex utroqe concinnavi, alterius ex alterius codicibus alternatim restitutis: meliùs enim apud Evsebium διετείνοντο, qam apud Nicephorum διέτεινον, legitur: contra rectiùs apud Nicephorum κολάσεις, qam apud Evsebium ἐπικλαζον. nam, τὸ ξύλον cum Evsebio, an τῷ ξύλῳ cum Nicephoro
F legas, nihil interest. *Qidam manibus post terga revinctis, circa lignum qoddam pendentes, machinis qibusdam per membra omnia distendebantur: tum corpori toti, id jussi tortores, non lateribus solis, qod homicidis fieri solet, sed ventri etiam, cruribusqe & maxillis, tormenta crudelitatis instrumentis, irrogabant.* Machinam ejusmodi, qalem V. Cl. vult, planè describit: qanqam in Historiâ Ecclesiasticâ *tympani* nomine designatam machinam eam nusqam deprehendo. Nec ab eâ τὸ τυμπανίζειν, dictum existimo, qum extra ritum aut machinæ usum ejusmodi, pro *fustibus cædere*, idqe ex
G notione primariâ, sumi videatur; & à *fuste qo cæditur*, dici; qod & Grammaticorum filiis omninò probatur. Machina autem illa non hinc nomen traxisse videtur, qod *tympani instar pulsaretur*; neqe enim machina ipsa cædebatur; sed inde potius, qod *tympano*, sive *fusti*, destinarentur corpora ad eam deligata.

Illud adjicere, non abs usu fuerit, τὸ ἀποτυμπανίζεσθαι latiori etiam significatu non raro usurpari. Qum enim modus iste tollendi miseros mortales, utpote qi promptus nimis & proclivis esset, freqentiùs adhiberetur, inde natum est ut τυμπανίζεσθαι & ἀποτυμπανίζεσθαι dicerentur, οἱ μόρῳ βιαίῳ ἀποθανόντες, *qi vi aliqâ è medio tollebantur*, sive *fuste*, sive *reste*, sive *ferro* id fieret. Qod idem & in aliis cum vocabulis, tum lingvis usu venire deprehenditur. Sic enim

enim δειροτομεῖν & ἀποδειροτομεῖν. cum *decollare*, sive *cervicem incidere*, propriè significet, &, ex conseqenti, *peculiari hac ratione perimere*; generaliùs tamen de cæde usurpatur qovis modo perpetratâ: ita Achilli Lycaon de se ac Polydoro germano suo, *Iliad.* φ. *v.* 89.

—— ἄμφω δ' ἄμφω δειροτομήσεις.

—— *tu decollabis utrumqe.*

Cum tamen & Polydorus, non *ense cervice cæsâ*, sed *jaculo ventrem transfixus* interiisset, & incertum foret, qo mortis genere ipsum Achilles esset affecturus. Sic *jugulare* Latinis, qod vox ipsa docet, est primariò *jugulo inciso* B *necare*: unde Regulo illi, qem Plinius min. *l.* 1. *Epist.* 5. *bipedum omnium neqissimum* Modestus; ibid. *l.* 4. *Epist.* 24. *Virum malum dicendi imperitum*, dixit Senecio, jactanti, *in cavssis agendis se jugulum statim petere, hunc premere*; respondit falsè Plinius, ibid. *l.* 1. *Epist.* 20. *posse fieri, ut genu esset, avt tibia, avt talus, ubi ille jugulum putaret.* Et tamen *jugulatum* dicimus, hominem qoqo modo interemptum.

Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones,

C inqit Flaccus *l.* 1. *Epist.* 2. Sed & de morbo Celsus *l.* 3. *c.* 15. *Qartana neminem jugulat.* Et de vino aqâ infusâ vitiato ac corrupto Martialis *l.* 1. *Epist.* 19.

—— *scelus est jugulare Falernum.*

Qi & *curas mero jugulari* dixit, *l.* 8. *Epist.* 51.

Ut jugulem curas, nomen utrumqe bibam.

Et *pudorem*, *l.* 1. *Epist.* 107.

Et durum jugules mero pudorem.

Qin & nos vocabulo à Gallis mutuato, dicimus to massacre, pro *occidere*;] & massacred, qasi *massaculatum*, h. e. *massacula*, sive *fuste sublatum de medio*, etiam qi pu- D *gione perfossus*, vel *cultris* etiam *concisus* fuerit. Pari ergò ratione τὸ τυμπανίζειν, tam simplex qam & compositum, pro *qoqo modo cruciare* & *trucidare* usurpatur. Inde Theodoreti Scholiastes, Τυμπανισθῆναι exponit ἀνηλεῶς φονευθῆναι, *immaniter trucidari*. Et Hesychius; ἀποτυμπανισθείς, ἀμαθυνθείς. Itaqe qod ex Megasthenis *Indicorum l.* 4. Abydenus *l.* 1. *de rebus Assyriis* ab Eusebio *Præparat. Evangel. l.* 9. *c.* 41. lavdatus, de Laborosoarchodo Rege Babylonio, βιαίῳ μόρῳ ἀποθανόντος, i. e. *morte violentâ sub-* E *lato*, dixit: idem de eodem narrans, Josepho *adversus Apionem lib.* 1. lavdante, Megasthene posterior Berosus *Chaldæus. l.* 3. Ἐπιβουλευθεὶς δὲ διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. *Cum prava indolis indicia multa daret, ab amicis per insidias interemptus est.* Neqe enim necessarium est, ut cum viro illustrissimo statuamus, *amicos qi in convivium scilicet inermes venerant*, τοῖς τυχοῦσιν ὅπλοις, *qod fors objecit, ligno avt scamno, avt tali id genus, miserum illum adolescentem oppressisse.* Prætergam enim qod præsumit gratis, in convivio occisum F fuisse, eumqe esse qi Baltasar Danieli dicitur; qid lignis & scamnis tantoqe molimine opus fuit ad peragendum, qod pugione unico, vel fasciola etiam transigi poterat? Sed & qod Danielis c. 7. v. 11. Hebraicè, קְטִילַת חֵיוְתָא & in LXX. qæ fertur versione, dictum est. ἀνῃρέθη τὸ θηρίον καὶ ἀπώλετο, *sublata est peritqe bestia illa.* Idem Justinus *adversus Tryphonem*, proferens, ἀπετυμπανίσθη, inqit, τὸ θηρίον. καὶ ἀπώλετο. Ita sumendum existimo, qod Demosthenes *Philippic.* 4. Προσίεσθ' γενήσεσθ' καὶ τοὺς πεπρακότας αὑτοὺς ἐκείνῳ φανερῶς μισεῖν καὶ ἀποτυμπανίζειν. *Eos qi* G *se Philippo vendiderent, odio apertè habere, & supplicio capitali tollere, suscendum est.* Qodqe idem *adversus Æschinem de legat. male obit.* Ἀπεστυμπανισμένος ἐκεῖνος ἂν ὑπὸ τοῦ βασιλέως. *Effecisset hoc, ut à Rege capitali supplicio afficerentur.* Eodem planè modo sumere licuerit & apud Plutarchum *de superstitione*, ubi superstitiosulorum pravas de Deis opiniones exagitans, ait malle se opinari aliqem Plutarchum nec fuisse, qam ita fuisse affectum, ut si qis cum vicinus vel non invitaverit, vel non compellaverit, διαδέσθαι τὸ σῶμα στρεφθεὶς καὶ συλλαβὼν ἀποτυμπανισεῖ τὸ παιδίον, *hominem mordicus prehensum, comesturus sit, vel filiolum correptum interempturus*, ad terram, puta, illidendo: qo modo de elephante idem *lib. de Animal. terrest. & aqat. Solert.* ἐν συνειλεγμένοις μειρακίοις ἐξάρας, ὥσπερ ἐδοξεν ἀποτυμπα-

A νίζειν, *è pueris, qi per lasciviam stylis eum pungebant, unum correptum sublimem extulit, & illidendo interempturus videbatur.* Idemqe rursus *de Stoic. contradict. c.* 29. *Jupiter*, inqit, *ex Stoicorum placitis*, φύσας αὐτοὺς καὶ αὐξήσας ἀποτυμπανίζει, φθορὰς καὶ ὀλέθρους μηχανώμενος τῶν τροφίμων. *qos genuit & educavit ipse, liberos suos interficit, perdendi occasiones commentus.* Pertinet huc & qod apud Eusebium *Hist. Eccles. l.* 5. *c.* 1. reperitur in *Epistolâ Viennensium ac Lugdunensium piorum nomine ad fratres Asiaticos* conscriptâ: ubi cum Cæsarem, dictum fuerat, ad Galliarum B præfectum in mandatis dedisse, τοὺς μὲν [ὁμολογοῦντας, forsan; deest enim aliqid] ἀποτυμπανισθῆναι. εἰ δέ τινες ἀρνοῖντο, τούτους ἀπολυθῆναι, *ut negantes dimitteret: reliqos tympano tolleret*: ut verba sonant. Subjungitur mox de præfecto; Ὅσοι μὲν ἐδόκουν πολιτείαν Ῥωμαίων ἐσχηκέναι, τούτων ἀπέτεμνε τὰς κεφαλάς. τοὺς δὲ λοιποὺς ἔπεμπεν εἰς θηρία. *qotqot cives Romanos esse deprehendebat; eis capita amputavit: reliqos avtem bestiis objecit.* Ita tam gladiis cæsi, qam & à bestiis dilaniati, ἀποτυμπανισθῆναι dicuntur utriqe. Facit eodem & qod apud Athenæum *Dipnosoph. l.* 4. Euphorion C Chalcidensis in *Commentariis Historicis*: Παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις προτίθεσθαι πέντε μνᾶς τοῖς ὑπομένουσι βουλομένοις τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι πελέκει, ὥστε τοὺς κληρονόμους κομίσασθαι τὸ ἆθλον. καὶ πολλάκις ἀπογραφομένους πλείους δικαιολογεῖσθαι, καθὸ δικαιότατός ἐστιν ἕκαστος αὐτῶν ἀποτυμπανισθῆναι. *Apud Romanos moris fuisse, ut qinqe minæ eis præmium, ad heredes perventurum, proponeretur, qi securi caput amputandum præberent: datisqe nominibus plures sæpenumero serum invicem contendisse, ecqis eorum potissimum deberet eo fato defungi.* Ubi posteriore inciso ἀποτυμπανισθῆναι qod priore D τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι dixerat: ut & hoc sub illo comprehendatur, non idem prorsus cum illo existat. Qod Evstathium fefellit, qi *doctè* qidem, censente ad Athenæum Casavbono, qod mihi tamen minùs videtur, postqam Euphorionis ex Athenæo illa adduxerat, Ὅρα, inqit, ὅτι τὸ ἀποτυμπανισθῆναι ταὐτόν ἐστι τῷ τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. *Vide*, inqit, ἀποτυμπανισθῆναι *idem esse atqe decollari*, sive *capite truncari*. Cum tamen Euphorionis verba istud nevtiqam evincant. Hæc avtem Evstathii Favorinus, qod supra monuimus, in *Lexicon* suum transtulit: ut Grammati- E cis ac Lexicographis, nisi tabulis obsignatis agant, non sic semper fidendum. Interim qod Euphorion dixit, de *capite securi tollendo*, qid ni & de *jugulo cultro incidendo*, in usu fuerit? ut tam de hoc necis genere, qam de illo, sponte subeundo pacta inierint hòmines malè feriati illi, sangvinisqe sui prodigi. Certè ex Posidonio *Hist. l.* 23. disertè narrat avtor idem, non defuisse apud Celtas, qi avro argentoqe, vel vini etiam cadis aliqot, conducti, postqam ista inter familiares ac necessarios distribuerant, supino super scutis corpore jacerent, ἕως παραστάς τις ξίφει τὸν λαιμὸν διακόψῃ, *donec accedens qispiam gladio* (qid ni avtem F avt cultro?) *gulam eis dissecaret.* Itaqe illud Senecæ Epist. 87. de homine incerto, *utrum se ad gladium locet, an ad cultrum.* In qo ambiguus hæret Lipsius, & cum *pulpitum* ante pro *cultro* substitutum iret, post, voce retentâ, qia *gladius gladiatorum* est, *culter venatorum*, deliberare vult hominem desperabundum, *gladiatorem* an *bestiarium* se faciat. *Saturnal. l.* 2. *c.* 3. Et *ad Senec. Epist. potest forsan*, inqit, *& huc trahi. dubitare miserum utiqe, ad pugnam gladiatoriam, an ad necem à cultro spontaneam se locet.* G Cæterum etiamsi ex eis qæ allata sunt, constet, laxiore significatu τὸ τυμπανίζειν καὶ τὸ ἀποτυμπανίζειν usurpari, ut nullum ferè non mortis cruciabilis vi illatæ genus comprehendat apud Apostolum tamen restrictiùs sumendum, dictionis series contextusqe compages evincit.

CAPUT XLVII.

Iram insaniæ assidere, proclivem esse ad insaniam viam. Imò insaniam esse meram. insaniam ira fortem, qis. & qî dixeris, ab insaniâ iram, non tam excessu qam tempore distare; leviorem, qâ brevior; graviorem, qâ spontanea. Iræ

atqe

atqe insaniæ indicia communia. Ex eis est τριγμὸς ὀδόντων, *dentium cum stridore collisio.* Insaniæ, & fatalis, *indicium, Hippocrati. In Iracundia gestus idem Seneca graphicè depictus. Ab hoc minus animadverso novum tormenti genus,* dentium serraturn, *Libanii interpreti procusum.* ὀδόντας πρίειν, & διαπρίειν, *idem.* σιαγόνας *etiam apud eum, qi fabulas Æsopicas Jambis ligatas dedit.* Βρύκειν, *sive* βρύχειν *idem.* Πρίεσθαι & διαπρίεσθαι ταῖς καρδίαις, *qid. in qo vertendo Beza minùs constans.* Fremere, frendere, findi, *qi distingvantur.* ῥήγνυσθαι, & διαῤῥήγνυσθαι, rumpi. *à Vecmesio ista perperam confundi. Ira symptomata utraqe, sed notionis, originis, sedis diversa.* Βρυγμὸς ὀδόντων *in cruciatibus gehennalibus ad frigoris rationem ridiculè traduci. Jobi dictum ineptissimè huc trahi. Gehenna* ignes *prædicare paginam sacram,* nives *non agnoscere.*

IRatus *insano assidet.* Id sensere, opinor, qibus, avtore Plutarcho, dicta est, Μανία σύντροφος ἡ ὀργή. Proclivis certè, nec infreqens, lapsus ab istâ in illam. Seneca *de irâ, l. 2. c. 36. Nulla celerior ad insaniam via est. multi continuaverunt iræ furorem, nec qam expulerant, mentem unqam receperunt.* Disertè Philemon comicus,

> Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα.
>
> *Furiamur omnes, ira nos qoties rapit.*

Et Galenus *de affect. cur. c. 5.* Ὁ θυμὸς οὐδὲν διαφέρει μανίας. *Iracundia insaniâ distat nihil.* Qio & *ad Demetriadem* Pelagius; (qod ex Avgustino & Orosio discimus, non Hieronymus, inter cujus opera reperitur) *Qid iracundo furor suus confert; qem ira ita ab omni consilio ac mente deturbat, ut dum irascitur, insanire credatur?* & *in Galat. c. 5.* Hieronymus ipse; *Ira species est furoris.* Distat certè ab insaniâ iracundia, non tam intensionis & vehementiæ ratione; qod Apollonius *ad Macedonem* vult, qi τὸ ὀξυθυμίας τὸ ἄνθος, μανίαν, *insaniam appellavit iracundiæ florem.* qo modo πυρὸς ἄνθος, *flammam,* Æschylus; & *Liberi florem* Plavtus dixit, pro vino præstantissimo: ut iræ excessus & vehementia summa esse intelligatur *insania*: qum insaniam aliqam exuperet etiam qandoqe excandescentia; leviorqe ac lenior sit excandescentia insania aliqa. Distat tantùm tractu temporis, actuqe voluntatis: qarum illa insaniâ leviorem iram, hæc etiam graviorem qadantenus facit. Illius intuitu, μανία ὀλιγοχρόνιος, ὁ θυμός, Basilio, ἡ ὀργή, Themistio; &, *ira furor brevis,* est Flacco dicta: Catoqe Censor, τὸ ὀργιζόμενον τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν. *Iratum ab insano tempore duntaxat distare* dixit. Istius, μανία αὐθαίρετος, ἡ ὀργή. *Ira furor spontaneus.* Joanni Chrysostomo est definita, *Orat. de mansvetudine*: & Plutarchus, illorum corrigendo sententiam, qi μανίᾳ ὁμόσιχον τὴν ὀργήν. *Iram unà cum insania pari passu incedere,* dixerant, μᾶλλον δὲ μανία, τῷ μὲν χρόνῳ ἧττον, τῷ δὲ ἑκουσίῳ μείζον, ὅτι τὸ αὐθαίρετον αὐτῇ πρόσεστι. *Imò potiùs,* inqit, *insania qadam & ipsa est, temporis qidem protractu levior, ex voluntatis tamen assensu gravior; qia sponte nostrâ nos arripit.* Utriusqe certè συμπτώματα καὶ τεκμήρια eadem habentur pleraqe. De irâ Seneca *l. 1. c. 1. Ut furentium certa indicia sunt: ita irascentium eadem indicia sunt:* qod Galenus qoqe loco superiùs designato ostendit. Inter alia πρίσις ὀδόντων sive *dentium cum stridore collisio,* & hujus & illius nota datur. *Furoris & fatalis,* signum facit Hippocrates in *prognostico*: Ὀδόντας δὲ πρίειν ἐν πυρετῷ, ὁκόσοισι μὴ ξύνηθές ἐστιν ἀπὸ παίδων, μανικὸν καὶ θανατῶδες. *In febribus, dentibus stridere,* sive *dentes collidere, qibus id à puero non consueverit, insania mortisqe indicium est.* Qod Celsus, *l. 2. c. 6.* secus pavlo dixit; *In propinqo mors est, ubi is qi mentis suæ non est, neqe id facere sanus solet, dentibus stridet.* Nisi forsan illud ejusdem respexit, *Prorrhetic. l. 1. sect. 48.* Ὀδόντων πρίσις ὀλέθριος, οἷσι μὴ σύνηθες καὶ ὑγιαίνουσι. *Dentium stridor, qibus is per sanitatem non est usitatus, mortis est index.* At apud Plutarchum *de irâ coercendâ,* inter indicia ea qibus se prodit iracundia, recensentur, δήγματα χειλῶν, καὶ πρίσεις ὀδόντων. *labiorum admorsus, dentiumqe stridores.* Et Hieronymus *in Joel. c. 1. Ira furori*

A *proxima, mentis suæ impotem facit in tantùm, ut labia tremant, dentes concrepent. &c.* Sed γραφικώτατα Seneca *de Irâ lib. 3. cap. 4. Adjice dentium inter se arietatorum, ut aliqem esse cupientium, non alium sonum, qam est apris tela sua attritu acuentibus.* Dexterrimè & *collisionem dentium* & *stridorem* inde enatum expressit.

Istud minùs advertentes, nova de suo cerebro commenti sunt nonnulli suppliciorum & pœnarum genera; alii in cognitionibus, qæ habentur istic judiciariis, alii apud inferos, in eis torqendis, qi cruciatibus æternis ad-
B dicti fuerint. En illis est Fredericus Morellius, an qis alius (qod magis avtumem, qi sub hujus nomine sese venditat) orationum Libanianarum interpres. Libanius in *vitâ suâ* qæstionem à Limenio Heracleæ præfecto habitam his verbis descripsit; Ἀρχὴν ἐποιεῖτο τῶν πειστῶν, τὸ πολλάκις τῶν βασάνων. — ἐν ᾗ πρῶτον ἤκουσα βασανιστὰς ἀπειπεῖν. πρίων δὲ τοὺς ὀδόντας, καὶ τοῦ γε δευτέρου σώματος ἀποσυλεθέντος ἀξιώματι, πῦρ ἠπείλει τῷ κατατετμημένῳ. φάσκων, οὐ λήξειν πρὶν τὰ αὐτῷ φίλα ῥήματα. Ea interpres ille, qisqis est, sic reddidit; *Initium judicii statuit ab ærumnosi qæstione & tor-*
C *turâ; in quâ primum tortores, animum despondisse avdivi, dum serrâ dentes secuit: deinde reliqi corporis decore mutilato, ignem minitatur conciso; dictitans se non cessaturum, ante chara sibi vocabula.* Qæ certè, prout & alia in eodem opere freqentia, sunt, ut libere dicam, non tam interpretationes, qam interpretationum monstra qædam: ut enim à novissimis illis ordiar, qænam qæso sunt, illa chara vocabula, qæ à torto avdire volebat is, qi qæstioni præsedit? Οὐ λήξειν πρὶν τὰ αὐτῷ φίλα ῥήματα, est, *Non ante cessaturum se, qam qa ipse vellet ab illo avdiret.* h. e. priusqam ea protulisset,
D ad qæ extorqenda miserum hominem qæstioni subjecerat. Tum τοῦ γε δευτέρου σώματος ἀποσυλεθέντος ἀξιώματι, aliud longè sonat, qam qod interpres est opinatus; nempe, *à secundo,* vel *secundi* etiam, *corpore, hominis dignitate depulsus.* Sistebantur scilicet judicio duo: horum alter tenuioris fortunæ homuncio statim tortoribus objiciebatur; qi cum animo obfirmato tormenta admitteret, nec lassatus carnificibus qicqam eloqi sustineret, qod extundere præfectus cuperet, *fremebat* ille *frendebatqe,* qasi consilio frustratus; cumqe alterum, qi dignitate ampliore pollebat,
E arripere aut attingere hac ratione subvereretur, cum priore illo denuò agere cœpit, post ferri carnificinam, examen ab igne minitans, ni animo suo obseqeretur. Ita πρίειν τοὺς ὀδόντας Aristophani usurpatum, *Ranis. 4. 1.*

> Μὴ πρῖε τοὺς ὀδόντας. —
>
> *Dentibus frendere noli.* —

Et διαπρίειν τοὺς ὀδόντας, Lucianus *lib. de calumniâ*; Προσίεται μὲν καὶ προσμειδιᾷ τοῖς χείλεσι. μισεῖ δὲ καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας διαπρίει. *Excipit amicè, labiisqe abblanditur: odit tamen, clanculumqe dentibus frendet.* Licentiùs pavlò Ba-
F brius an Gabrias, in *fabulis Æsopicis,* pro ὀδόντας πρίειν, *dentibus frendere,* σιαγόνας πρίειν, *maxillis frendere* dixit.

> Κάπρος δ' ἄπο, τὰς σιαγόνας πρίων.
>
> *At ille malis mox stridendo dixerat.*

Qod Svidas exponit, βρύκων. hoc avtem Hesychius; συγκρούων τοὺς ὀδόντας μετὰ ψόφου. *Cum stridore dentes collidens.* Ita πρίειν τοὺς ὀδόντας, καὶ βρύκειν ἤτοι βρύχειν, idem prorsus fuerint.

Aliud autem est à πρίειν dicto τὸ διαπρίεσθαι: cum *ad animi affectum* internum istud, illud ad *corporis gestum* ex-
G ternum referatur: sed ut iræ flagrantioris sive doloris etiam vehementioris communis uterqe effectum existat. Distingvit plane Lucas, Act. Apost. c. 7. v. 54. ubi de Stephani adversariis ad viri pii ἀπολογίαν animo exulceratis, idqe claris indiciis palam facientibus; Διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας. *Fendebantur cordibus suis, & frendebant dentibus in eum.* Ita enim malo, *findebantur,* cum Bezâ; vel *dissecabantur,* cum vulgato interprete, qam avt *urebantur,* cum Castellione; avt cum Henrico Stephano & Piscatore, *frendebant.* Qod tamen secutus est Beza ejusdem libri c. 5. v. 33. ubi vox eadem reperitur. Οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο. *Hi avditis findebantur illi.* Qod ibi διεπρίοντο ταῖς καρδίαις, idem istic διεπρίοντο simpliciter dixit: qomodo & Viennenses ac Lugdunenses pii in

Epistolâ ad fratres Asiaticos. Eusebius *Hist. Eccles. l. 5. c. 1.* Μεγάλως ἐχαλέπαινον καὶ διεπρίοντο καθ᾽ ἡμῶν. *Vehementer excandescebant, & adversum nos findebantur.* Qo loco, seqitur etiam, ἐνεβριμῶντο καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας, *fremebant, dentibusqe frendebant.* Qorum illud ad internam animi affectionem spectat, hoc ad indicia ejusdem exterius sese exerentia, in *oris fremitu*, *dentiumqe stridore*. Sed & Dionysius Alexandrinus in *Epist. ad Fabium Antioch.* apud Eusebium *l. 6. c. 41.* de Martyribus dolore atqe indignatione acerbissimâ percitis, eum defectionem spectare è suis qendam animadverterent, Κρινομένου δέ τινος ὡς Χριστιανοῦ, καὶ πρὸς ἄρνησιν ἤδη ῥέποντος, ἔτριζον οἱ παρεστηκότες. *Et cum qidam ob Christianam religionem, in judicium inductus, jam jamqe negaturus Christum videretur, illi adstantes dentibus striderunt.* Qod idem narrans Nicephorus *lib. 5. cap. 31.* Ἀγανακτοῦντες ἦσαν, καὶ διεπρίοντο. *Indignationem præ se ferentes ringebant.* ita πρίεσθαι & διαπρίεσθαι dicitur Græcis, qo modo *findi* Latinis. Persius *Satyr. 3.*

— *turgescit vitrea bilis:*
Findor. —

h. e. ῥήγνυμαι τῇ χολῇ καὶ λύπῃ. ut optimè Casavbonus. Siqidem eodem sensu, ῥήγνυσθαι etiam & διαῤῥήγνυσθαι dicitur. Arrianus in *Epicteti Dissertat. l. 1. c. 13.* Ὅταν δὲ θερμὸν αἰτήσαντός σου μὴ ὑπακούσῃ ὁ παῖς, ἢ ὑπακούσας χλιαρώτερον ἐνέγκῃ, μὴ χαλεπαίνειν, μηδὲ ῥήγνυσθαι. *Ne agrè feras, neve rumpare, ubi calidum poscenti te, servulus vel non attulerit, vel tepidiorem obtulerit.* Dio Prus. *Orat. 39.* διεῤῥήγνυντο καὶ χαλεπῶς ἔφερον, *rumpebantur molesteqe ferebant.* De ebrio Basilius Cæsar. *Orat. de jejunio 1.* Λοιδορεῖται, τύπτει, ἀπειλεῖ, ἀρᾶται, διαῤῥήγνυται. *Conviciatur, tundit, comminatur, execratur, rumpitur.* Hoc est qod Flaccus *Sermon. l. 1. Sat. 3.*

Rumperis & latras. —

Cui geminum & qod idem *Orat. de irâ*; Ἔασον αὐτὸν ἀπεχθῶς σε καθυλακτεῖν. ἐφ᾽ ἑαυτοῦ διαῤῥήγνυσθαι. *Patere illum adversus te incassum oblatrare, apud se findatur & disrumpatur.* Marcus Imperator *Commentar. l. 8. sect. 4.* Ὅτι οὐδὲν ἧττον τὰ αὐτὰ ποιήσουσι κἂν σὺ διαῤῥαγῇς. *Qod eadem nihilo minùs facturi sunt, etiamsi tu te ruperis.* Ad qem de hac formulâ plura diximus. Male itaqe Veemesius noster apud Lucam τὸ διαπρίεσθαι ταῖς καρδίαις καὶ τὸ βρύχειν, qod est πρίειν τοὺς ὀδόντας, pro eodem habet, qum illa sit *cordium*, hæc *dentium* affectio: hæc à *serra ligna secantis strepitu*; illa ab eis qæ *serrâ discinduntur* mutuatam metaphoram habeat, qod de altero isto rectè monuit Camerarius. Sed ab interiore affectu illo, qo dissecantur qodammodo & rumpuntur homines irâ flagrantes, enascitur proditqe se exteriùs gestus ille rabiosus dentium cum sono stridulo arietantium; à spiritu nimirum acriore, & impetu intensiore, *rupturo se, nisi eruperit*; ut scitè Seneca *de irâ lib. 2. cap. 35.*

Qod autem in formulâ istâ πρισμὸς ὀδόντων, idem alio vocabulo huic Synonymo βρυγμὸς ὀδόντων dicitur. Qum verò βρυγμὸς ὀδόντων, apud inferos cruciatis passim tribuatur, Luc. 13. 28. Matth. 8. 12. & 13. 42. 50. & 22. 13. & 24. 51. & 25. 30. Et *dentium cum stridore collisio* frigore vexatos invadere consueverit; (Hesychius, Βρυγμὸς ἀπὸ τοῦ βρύχειν. ὅ ἐστι τοὺς ὀδόντας πιέζοντα ψόφον ἀποτελεῖν, ὡς ἐν ῥίγει συμβαίνει. *Brugmos à βρύχειν, qod est dentibus compressis sive collisis stridorem edere; prout in frigore usu venit:*) ansam hinc arripuerunt havd pavci, novum apud inferos cruciatus genus procudendi, qod à frigore utiqe intensissimo proveniat. At verò inferorum *ignes* ac calores passim, in sacris literis, *frigora* nusqam prædicantur. Matth. 5. 22. & 13. 42, 50. & 18. 8, 9. & 25. 41. Marc. 9. 33—48. Judæ v. 7. Apoc. 14. 10. & 19. 20. & 20. 10, 14, 15. & 21. 8. Beda tamen *in Matth. c. 24.* *Qod dicit illic esse fletum & stridorem dentium, duplicem pœnam gehennæ exprimit, ignis & frigoris.* Qod & confirmatum it, Jobi verbis c. 24. v. 19. prout vetus interpres reddidit, *Ad calorem ignis transit ab aqis nivium.* Qod & Albertus *lib. de Sacramentis*, de pœnis infernalibus exponit; *Non qasi transitus fiat de loco in locum, sed qantum ad sensum; sicut febricitans prius torqetur frigore, posteà calore.* Qin & Hieronymus *in Matth. c. 10.* *Duplicem esse gehennam, nimirum ignis & frigoris in Job plenissime legimus.* Atqe ita Jobum enarrat, sed ambiguus tamen, qi Hieronymi nomen ementitur. Verum aliud sonant Jobi verba, scilicet. *Siccitas atqe æstus abripiunt aqas nivales.* Alioqi trahit, prout οἱ ἀλληγοροῦντες pro suo qisqe libitu, Jobi dictum Gregorius; qem consulere poterit, cui tempus operamqe inutiliter terere otium & lubido est. Sed *Glossæ* itidem *ordinariæ* consarcinator *in Matth. c. 8.* *Stridor dentium de frigore solet excitari: qia ibi transibunt ab aqis nivium ad calorem nimium.* Hos seqguntur Rabanus, Remigius, Haymo, Hugo, alii confertim. Verum βρυγμὸς ὀδόντων iste, sive *dentium collisio*, sicut & πρισμὸς ὀδόντων illa, de qâ superius diximus, non *frigoris*, sed *indignationis* & *impatientiæ* indicium præfert, vel etiam *doloris & horroris*, ut non incommodè Cornelius Jansenius *Concordant. Evang.* Maneat ergò, cui testimonium dat Spiritus Sanctus, *ignis gehennalis ardor*; *nix cum frigore suo*, commentum vel delirium potiùs cerebri humani, à *spiritûs igne* colliqescat.

CAPUT XLVIII.

De Tikkun Sophrim *variantes doctorum sententia. Locus Ezek. 8. 17. qi eò refertur expensus.* זמורה *in fœtoris notione qi sumpserint. Et qam variè explicarint. Biblia Buxtorfiana mendo liberata.* עשש *duplex. Fœdus qorundam in Peoris cultu ritus. Crepitum emissum sacris vitium facere Romanis existimatum. Qâ ratione Scribarum correctio loco isto opportuna habita fuerit. Adversus interpretationes illas exceptiones.* זמורה ramum, *sive* palmitem *ubiqe denotare. Metaphoricè qi sumant.* אף nasus, *in* iracundiæ *notione: qia in naribus ira se prodit.* Ramum, *sive* palmitem *simpliciter qi sumant. De ritibus idololatricis minus verisimilia nonnulla. De palmitis manusve inter adorandum* osculo. *Verba Job. 31. 27. explicata.* נשק *qid propriè designet. unde amphibolia Gen. 41. 40.* Adorare, *unde dictum.* Adorare, enixe orare. *Laurus capiti supposita, ad somnia qid faciat. Junii expositio, qam primò dederat, post demutata. Ad εἰρεσιώνην Atticam retulisse videri. Ea qomam fuerit. De eâ Clemens cum Porphyrio collatus. Senarius secundus aliter Casavbono conceptus: tertius à Grotio qi deformatus.* Ὄλαι, *sive* Ὀλαί, *qd.* χαυνάκια *in crusione, cum grano salis sumenda. De* εἰρεσιώνης *origine sententiæ variantes. Liber idem cum* Sole. Ὄσχη, *unde* Ὀσχοφόρια, *qd.* זמורה. *D. Bootio* thyrsus. *Qis is, unde constiterit, qomodo usurpatus fuerit.*

DE *Tikkun Sophrim*, sive *Scribarum correctione*, qam dicunt, Doctores Hebræi, vam variè senserunt & scripserunt. E nostris Petrus Galatinus *de arcan. Catholic. veritat. l. 1. c. 8.* & *l. 8. c. 19.* affirmat, *sacræ scripturæ verba ipsa eis in locis*, qibus ista adhibita refertur, *fuisse à Scribis illis depravata.* Itaqe refingi & reformari debere. Huic ex adverso opposuit se Salomon Glassius *Philologia sacra l. 1. tr. 2. part. 2. sect. 1. art. 1.* contenditqe, loca illa *neutiqam esse depravata*; sed *correctionem aliqam*, si qa saltem facta fuerit mutatio, *ubi vitium prius suberat, necessario adhibitam.* Joannes verò Buxtorfius in *literis ad Glassium datis*, *Nihil qicqam ab eo, qod Spiritus Sancti amanuenses ipsi scripserant, immutatum locis illis haberi; sed sapientes Hebræorum nasutiores, animadversâ inconvenientiâ (uti ipsi censebant) qadam in locis illis, scripsisse; aliter autores ipsos loqi debuisse, & secundum cohærentiam propositi textus sic vel sic scribere; sed pro eo maluisse sic scribere, & id sic efferre, ut illud hodie in textu est; ob rationes qasdam, qas assignant ipsi, vanas certè frivolasqe illas; qod & Abraham Esdræ filius aliqoties monuerit.*

Nos, controversiâ istâ in medio sic relictâ, ut ad Buxtorfii tamen sententiam accedere libere profiteamur: unum ex eis locis, qibus correctio hæc adhibita perhibetur, discutiemus

entiemus hoc capite; interpretationes varias, & discrepantes plurimum, secum invicem committentes. Verba sunt Ezekielis cap. 8. vers. 17. והנם שלחים את־הזמורה אל־אפם ubi difficultas maxima in verbo זמורה interpretando consistit. A זמר verbo deductum, claret satis. Verum hoc alii aliter accipiunt. Qidam enim in *fœtoris* significatu sumunt. Itaqe Chald. בהתא reddit; qod *pudendi* sive *opprobrii* notionem habet. Camius in *Lexico*, הריח הרע *odorem malum* interpretatur: nec aliter Jairus in *Commentariis*: qod & Genevenses nostri admiserunt. Variè tamen & hi exponunt. Jairus; זמורה *malum odorem, qem illi spiritu, sive flatu à parte posticâ prodeunte, cantantes emittunt.* Manahem verò, sive Manes, מזמרים eodem lavdante, *Vatem ait horum thymiamata, sive suffitus, qos adolebant, nidoremqe à victimis eorum proficiscentem, rei turpi ac pudenda comparare, stercori scilicet ejusdemqe fœtori.* Idemqe ferè Camius; qi זמורה exponit עטוש בלמטה (ita enim legendum, qod in *Bibliis Buxtorfianis* עטש perperam habetur) *flatum inferiorem*, sive qi *deorsum sonat*, ut ille loqitur. Siqidem עטוש qod propriè *sternutationem* significat, duplicem faciunt, עטוש בלמעלה sive *sternutationem de parte superiore, qa è naribus procedit*; & עטוש מלמטה sive *sternutationem* (sic enim honestiore pavlò vocabulo nuncupant) *de parte inferiori, qa à natibus prodit.* Additqe idem דרך כנוי hic sumi זמורה acsi esset זמר cum affixo *pro vocabulo fœmineo*, qod ad קטרת i. e. *suffitum* referretur: qod non persvadet tamen. Sed & in *Radicibus* secùs ipse. Ita hic ad munera & suffimenta refert, qasi gravem tetrumqe ea, non gratum svavemqe spirare dicerentur odorem: qo modo Esajæ 1. 13. pronunciat Dominus, impiorum adolentium suffitus, abominabiles esse sibi. Eodemqe concedit Ludovicus Lavaterus, in hoc parum constans sibi: *fœtorem malum*, inqit, *suffitum idolothytum intelligit, qo piis naribus nihil est graveolentius.* Ille ad *cantiones* retulisse videtur; qasi *modulationes* illorum pari loco ac *ventris crepitus* fœdos fœtidosqe habeat: qo modo apud Senecam *Epist.* 91. de hominum vulgo Cynice satis Demetrius Cynicus; *Eodem loco sibi esse voces imperitorum, qo ventre redditos crepitus: nihil enim referre, sursum illi an deorsum soneus.* Qam interpretationem alludens Hieronymus; *Hæreticos*, ait, *qando lavdare voluerint Deum, magis turpi sonitu blasphemare atqe irridere æstimandos.* Ita a זמר qa *psallendi* notionem habet, sed abusive nimis sumpto, זמורה hic deductum foret. Atqe ita Symmachus reddidit; *Qasi emittentes sonitum per similitudinem cantici in naribus suis. Qa interpretatio*, inqit Hieronymus, *fœdum ravcumqe sonum de naribus procedentem in Dei contemptum significat.* Qasi consulto Deum subsannando, de nare loqerentur: qod LXX. interpretes μυκτηρίζοντες, reddidere. Verum & alio modo intelligi potest, qod Jairus Manesqe dixere: etiam *parte posticâ* impios hosce *Deum verum salutasse*: eodemqe spectare, qod dictum est vers. 16. *posteriora sua habuisse templo obversa.* Ita certe cepisse eos Vatablus videtur, qi ex Rabbinorum qorundam sententiâ exponit, *Mittunt crepitum ventris in faciem meam. q. d. videntur mihi in faciem oppedere.* Sed & Oecolampadius, qi ex eorundem, sed in re seriâ ludentium, mente, *nudatis natibus adversus templum & sanctuarium pepedisse.* Ut de his dictum sit à Vate, qod Flacco ille *lib.* 1. *satyr.* 9. *Vin' tu curtis Judæis oppedere?* Neqe enim fidem meretur ullam, qod nonnulli, narrante Calvino, *in honorem Solis* scilicet *oppedere solitos.* Nisi si forsan *Solem* Deum suum in eadem cum illo sententiâ credebant fuisse, qi (referente Erasmo in *convivio fabuloso*) *eam qâ sedemus corporis humani partem honestissimam honoratissimamqe censebat*; ratione adjectâ, *qia pro honoris dignitatisqe ratione consessus disponi soleat.* Qem idcirco obviam factum Antonius qidam, non *oris affatu*, sed partis illius, cui honorem ille ampliorem asseruerat, qo honestius exciperet, *crepitu claro salutavit.* Qanqam *in Peoris idoli cultu* (qem cum *Priapo* eundem nostri complures putant) solenne fuisse, *coram imagine ipsius* ut Gemara Hierosolymitana, *nates nudare*, ut Babylonica *crepitum etiam emittere*, avtor est V. Cl. Const. Imperatorius in *Middoth. cap.* 3. *sect.* 4. Cæterum salutationes istiusmodi, tantùm abest ab eo qod Deis suis gratas opinati sunt Romani veteres, ut eis casu humano intervenientibus sacra vitiari etiam censuerint. Cato apud Festum, *Orat. in L. Veturium*; *Domi cum avspicamus, honorem me Deûm immortalium velim habuisse: servi, ancilla, si qis eorum sub centone crepuit, qod ego non sensi, nullum mihi vitium facit.* Faceret ergô, si vel sensisset, vel fecisset ipse temerè.

Juxta dictas avtem plerasqe doctorum interpretationes, qod & Camius monuit, & Lyranus itidem animadvertit, admittenda esset illa *Scribarum correctio*: qum enim parum honestum videretur, ad Dei nares odorem halitumqe istiusmodi emitti, visum scilicet nasutioribus istis, avt Vatem ipsum, avt Scribas saltem, qod Vates parum honestè extulerat, honestiùs definxisse, & pro *naribus meis*, Dei utiqe loqentis, *nares ipsorum* substituisse. Qod Jairus rursus ita ἀντιφθέγξει, ut *fœtorem istum, qem in Dei contumeliam & opprobrium emittunt, ad nares ipsorum rediturum* denuncietur. Qo modo apud Malachiam c. 2. v. 3. victimariis profanis interminatur Dominus, *Victimarum suarum stercora, semet in eorum ora rejecturum.* Eodemqe facit qod Lavaterus refert ex *Germanorum diverbio*, qibus *odorem tetrum sibi facere* perhibentur, *qi ingratos sese & odiosos reddunt.* Pagninus verò, qem & Genevenses secuti sunt, *emittunt fœtorem ad nares suas.* & Castellio, *odorem emittunt in nares illorum.*

Verùm nec avt istiusmodi qicqam comminisci est opus, nec interpretationes etiam admittere, qæ istiusmodi qicqam postulent: nec avt in *fœtendi* significatu verbum זמר usqam reperitur; avt denique pro *cantu* זמורה uspiam, sed זמרה passim, usurpatur. A זמר verò, qod *putare*, & *putando purgare* significat, זמורה pro *ramo* sive *palmite*, cum apud vatem hunc ipsum, cap. 15. v. 3. tum & alibi non semel occurrit. Num. c. 13. v. 23. & Esajæ, c. 17. v. 10. atqe ita hic vertisse Theodotionem, ex qo in editionem τῶν ἑβδομήκοντα translatum sit, ἐκτείνουσι τὰ κλῆμα, *extendunt ramum*, avtor est Hieronymus; qi & ipse reddidit; *Adhibent ramum naribus suis.* nec abscedunt nostrates.

Cæterum & qi זמורה *ramum* vertunt, alii propriè, alii figuratè sumunt. Figuratè sumit Joannes Oecolampadius, & de *gloriatione in impietatibus* interpretatur: *Palmam*, inqit, *sibi asserunt, tanqam victoribus, gavdentqe in illis, tanqam in odoribus rosarum, qa naribus adhibentur.* Figuratè sumit & Joannes Calvinus: qi *emittere eos ramum in iracundiam suam*, (sic enim reddidit) ita interpretatur, acsi dictum sit, *eos mala malis cumulando, in perniciem suam Deum adversus se provocare.* itaqe *enallagen* esse vult *numeri*; & singularem pro plurali positum. *Cum ita ramos emiserit & pullularit eorum improbitas, non adversus secundam tantùm legis tabulam, sed adversus priorem etiam longe latéqe grassando, fore tandem, ut in perniciem suam excandescentia divina furorem experiantur.* Cui geminum videri possit, qod c. 7. v. 10, 11. denunciatur, *eodem ipso die, vel mane etiam, fore ut propere adveniat & efflorescat virga furoris divini, eo qod superbia germinaverit. & violentia in virgam improbitatis adoleverit.* Sed & *nasus*, sive *nares*, pro *iracundiâ* passim; qia index ejusdem habetur ea, in eaqe plurimum se prodit. Theocritus *Idyll.* 1.

— ἐστί γα πικρός,
Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.
— *asper habetur:*
Illiusqe gravis sub naribus æstuat ira.

Verum loci hujus ista non sunt. Præivisse reverâ hic Calvino Theodoretus videtur. Sic enim ille; Ἐξέτειναν τῆς ἀσεβείας τὰ κλήματα, ὥστε πᾶσαν δεῖξαι τὴν γῆν ἀνομίας πλήρη γενομένην. *Extendunt palmitem*, i. e. *propagarunt ramos impietatis suæ; ut terra tota tandem iniqitate referta fuerit.* Sed coacta nimis videtur ista interpretatio. Sumit deniqe figuratè & Ludovicus Lavaterus, qi παροιμιῶδες vult fuisse dictum hoc, ejusdem cum illis mentis. *Suo jumento sibi malum accersit, Turdus sibi malum cacat, &c.* qo *significetur, qod suis sceleribus sibi ipsis pœnam accersant. adhibent naso suo ramum.* h. e. *sceleribus suis, hostes suos armant, & qasi ramos eis præbent, qibus feriant faciem eorum.* Nos certè pro-

verbio vernaculo dicimus, *Virgam natibus propriis concinnasse aliqem*, qi id molitus sit, qod in malum pœnamqe sibi ipsi cesserit. Verum מטה i. e. *virgam* sive *baculum*, hac notione usurpatum in sacris legimus; Esajæ c. 10. v. 5. & c. 9. v. 4. & cap. 30. ver. 31, 32. & alibi; זמורה *i. e. ramum*, sive *palmitem* non item.

Alii ergò pleriqe propriè & simpliciter *ramum* sive *palmitem* intelligunt. Hieronymus obscuriùs pavlò, qia corruptus opinor, *Significat 25. viros illos, non solùm templum habere post tergum, sed instar (in honorem, f.) idolorum applicare ramum ad nares suas; havd dubium qin palmarum, qa Græco sermone τὰ βαΐα vocant: ut per hoc eos idola adorare significet.* Clariùs Vatablus; *Videtur adorationis qoddam fuisse genus, ut ramo aliqo idola tangerent; deinde eum ori suo admoverent.* Strictiùs Piscator; *Adhibent palmitem ad nasum suum: scilicet in honorem solis.* Fusiùs Hugo Barchin. *Per hoc notat idololatriam; qia sacrificantes idolis, superponebant capitibus suis, coronas de ramis palmarum, ita qod rami descendebant usqe ad nares: vel de lavro potest intelligi cujus ramum postqam sacrificaverant superponebant capitibus suis, qi descendebat usqe ad nares; ut sic somnia vera viderent: vel poterat esse, qod cum idola sua erant in eminenti posita, qia non poterant illuc attingere, ramis tangebant, & tunc osculabantur ramos. Item consuetudo fuit gentilium, qod qando remoti erant à loco idolorum suorum, manus extendebant versus locum illum, & ea qa tenebant; & tunc in veneratione idolorum manus osculabantur & ea qa tenebant.* unde habetur Job. cap. 31. v. 27. *Si osculatus sum manum meam.* Novissima hæc, qæ & Lyranus habet, & cum Hieronymo ferè consentiunt, aliqid verisimile continere videntur. De loco illo Jobi, qem & isthic lavdavit Hieronymus, sic idem ipse *Apolog. adversus Ruffin.* 1. *Qi aderant, solent deosculari manum, & capita summittere, qod se B. Job elementis ac idolis fecisse negat, dicens; si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & osculatus sum manum meam ore.* Ubi Drusius *Observat. l. 1. c. 20.* Pagninum reprehendit, qod vertit, *& osculatum est manum meam os meum.* Sed & Junium Piscator, qod reddiderit, *Et osculatum est os meum & manus mea*; qasi לפי esset, *cum ore meo*: qod secus est. Ipse versionem tuetur, qam Drusius prior exhibuit, *Et osculata est manus mea os meum*, argumento à Syntaxi ducto, qâ particula ל *osculationis subjecto*, sive *ei* *qam qis osculatur*, *præponi* consvevit. Prov. c. 7. v. 13. Reg. l. 2. c. 15. v. 5. & l. 3. c. 19. v. 18. Ubi vulgatus interpres, *Omne os, qod non adoravit eum.* Baalem scilicet *osculans manum*: qod ultimum *glossema* merum esse, sed à ritu hoc enatum, certum est; cum nec Hebræi codices, nec Græci etiam agnoscant. Syntaxeos rationem adjungit, *à verbi* נשק significatione primariâ qâ in genere *applicare* significet; unde pro *armis*, *vel qia corpori induentis applicantur, ut galea, thorax, tibialia, vel corpori illius, qi illis feritur, ut lancea, telum, sagitta, gladius.* Unde & orta ἀμφιβολία Genes. 41. v. 40. dictum Pharaonis *ad osculum* hoc aliis, aliis *ad armaturam* trahentibus. Itaqe verti potuit, *Si manus mea applicuit se ori meo.* Hanc avtem sive *oris ad manum demissionem*, sive *manus ad os applicationem*, *cultus & venerationis indicium* fuisse docent; cum illud Hymni 2. v. 12. *Osculamini filium*: qod Hieronymus, *Adorate*, vertit: tum cæterorum etiam praxis, & scripta. Plinius, *l. 28. c. 2. In adorando dextram ad os referimus, totum corpus circumagimus: qod in lævum fecisse Galliæ religiosius credunt.* Apulejus *Apolog.* 1. *Si fanum aliqod prætereat, nefas habet, adorandi gratiâ manum labris admovere.* Minutius noster in Octavio: *Cæcilius simulacro Serapidis denotato, ut vulgus superstitiosus solet, manum ori admovens, osculum labiis pressit*: qod ad amussim versioni Drusianæ competit. Hinc & ipsum *adorandi* verbum profluxisse avtumant Criticorum primarii, Lipsius *Elect. l. 2. c. 6.* Et Pithæus *Advers. l. 1. c. 7.* Qin & Gvilielmus Turnerus noster in *vulpecula venatu part. 1. adorare* Latinum monet τῷ προσκυνεῖν Græcorum respondere, qod *osculandi* notionem palam præferat. qanqam *adoro* qandoqe etiam pro *enixè oro rogoqe* sumi videtur, ut in Propertiano illo, *l. 1. eleg. 4.*

—— *maneat sic semper, adoro.*

i. e. *valde & vehementer oro.* ut Lipsius *var. lect. l. 3. c. 7.* sed & *adorare* qandoqe etiam pro *exeqi*, *agere*. qod ex XII. Tab. in illis apud Festum, *Si furtum adorat, nec manifestum erit*; observat Jacobus Rævardus *c. 26.* atqe ita Minutius; *Exeqias adoramus eadem tranqillitate qâ vivimus.* Atqe hæc in transitu ex occasione interpretationis illius, qam loco ultimo Cardinalis, non Hieronymus, sed Hugo proposuit. Cæterum de *coronis è palmâ* confectis, (qæ *manu*, qod & Hieronymus, potiùs qam *capite*, *soluta* magis, qam *serta* gestari consveverant) vel de *lavro* etiam *ad nares demissâ, qo somnia, vel certiora, vel feliciora, obvenirent*; (qanqam & Fulgentius *mytholog. l. 1. onirocriticos Scriptores* promittere refert, *lavrum si dormientis ad caput posuerit qis, vera somnia visurum*;) qæ apud Hugonem præmissa sunt; inepta & nugatoria planè videntur, nec qæ ad locum hunc qicqam facere possint. Tremellius & Junius in editionibus prægressis; *Admittunt palmitem ante faciem suam.* h. e. *in causâ idololatriæ tantoperè æstuant & feruntur in superstitionem præcipites, ut vel ineptissimum qodqe lignum occupent in fabricandis idolis, potiùs qam ut idolo careant. est enim vitis sarmentum omnium ad fabricationem incommodissimum ineptissimumqe, c. 15. v. 2.* Ita reverâ de suis Flaccus, *l. 1. Sat. 8.*

> *Olim truncus eram ficulnus inutile lignum,*
> *Cum faber incertus scamnum faceretne, Priapum*
> *Maluit esse Deum ——*

certè qum tam vile reptile nullum fuerit qod in Deorum suorum numerum non admiserint; ut patet ex vers. 10. nimirum fuerit, si ex sarmento qovis simulacra conficerent, qibus Deos istiusmodi colerent. Verum in folium divinum postqam abjectissima ista evexerant, par erat ut honorificentiùs jam haberent, qod Ægyptius ille suâ olim matulâ in Deorum alicujus formam effictâ monuit: Et Ægyptii ipsi templis avgustissimis, animanti vilissimo alicui, puta feli, vel ichnevmoni, dedicatis, ostenderunt: nec verisimile videtur, viros hosce è suis primarios, non in idolorum suorum cultu curiosos satis & sumptuosos etiam extitisse. Cæterum interpretationem istam refellere nihil opus fuerit, cum eam qi prodiderunt primò, postea rejecerint ipsi; & in cogitationibus curisqe secundis, aliam hujus amotæ loco substituerint. Sic enim in editione postremâ Junius; *præmittunt plantarum surculos ante faciem suam*, h. e. *ramos omni ferè fructu τῆς ὀπώρας onustos, qasi primitias, soli idolisqe suis offerunt.* εἰρεσιώνην respexisse nemo pavlò eruditior non statim deprehendet, qam Clemens *Stromat. l. 4.* ἀπανθισμάτων προσφοράν, i. e. *oblationem floridam* vocat. Erat is, uti Plutarchus in *Theseo* depingit, κλάδος ἐλαίας ἐρίῳ μὲν ἐστεμμένος, παντοδαπῶν δὲ ἀνάπλεως καταργμάτων, i. *olea ramus lanâ* (unde & nomen) *obvolutus, fructuum primitiis omne genus onustus.* Verum non *oleæ* solius, sed & *lavri* ramus εἰρεσιώνην constituebat. Aristophanis *ad Plutum* Scholiastes & Suidas. Εἰρεσιώνη θαλλὸς ἐλαίας ἢ δάφνης, ἐξ ἐρίων καὶ θαλλοῦ συμπεπλεγμένος, ἔχων ἄρτους ἐξηρτημένους, καὶ κοτύλην, καὶ σῦκα, καὶ πάντα τὰ ἀγαθά. *Eiresione ramus erat oleæ vel lavri, ex lana ramoqe complicatis, à qo dependebant panis, cotyla, ficus, bona qæqe.* Unde carmen in rami istius circumgestatione accini solitum;

> Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει, καὶ πίονας ἄρτους,
> Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι,
> Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃ.
> *Fert ficus, panes fert pingves Eiresione,*
> *Et mella in cotylâ, atqe oleum qo te ungere possis,*
> *Facundam & calicem, qo somnus concilietur.*

Sophocles itidem, in Polyide, (qod ex Porphyrio *de abstinent. l. 2.* discimus) à Clemente *Stromat. l. 4.* & Euripidis *ad Phæniss.* Scholiaste, lavdatus;

> Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλὸς, ἦν δὲ κ' ἀμπέλου
> Σπονδή τε, καὶ ῥὰξ εὖ τεθησαυρισμένη.
> Ἐνῆν δὲ παγκαρπεία συμμιγὴς ὀλαῖς,
> Λίπος τ' ἐλαίας, καὶ τὸ ποικιλώτατον
> Ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.
> *Huic inerat ovium vellus: inerat vitium*
> *Latex & uva, cui suus perstat vigor;*
> *Et fructuum omne frugibus mistum genus;*

Et

A *Et pingvis olea sudor; & flavens, apis*
Qod multiforme struxit è ceris, opus.
Senarium tertium alter pavlò, sed verbis eisdem conce-
ptum, dedit Clemens, (qem & Casavbonus in notis ad
Strabonem seqitur; licet versu secundo, ab utroqe disce-
dens, Clementem dico Porphyriumqe, ἐντεθεσαυρισμένη,
legat)
Ἐλαίου δ᾽ συμμιγὲς ἅλεσι παγκαρπία.
qem Grotius in excerptis cui sic defugere maluerit,
Ἐν τῷ δ᾽ παγκαρπία συμμιγὲς φθλαῖς.
B Curqe versionem suam ab eis verbis ordiatur, *Vesti inerat*,
&c. non satis intelligo. neqe enim φθλαῖς qid hîc velit, vi-
deo. Et ἅλεσι ab avtore ipso esse videtur: siqidem, Ὀ-
λαι, κριθαί, ἀπαρχαί. Hesychius. qod Plutarchus, κατάργ-
ματα, *frugum fructuumqe primitia*. Svidas item, sed re-
jecto in ultimam accentu, ὀλαὶ καὶ οὐλαί, αἱ μεθ᾽ ἁλῶν με-
μιγμέναι κριθαί, καὶ τοῖς θύμασιν ἐπιβαλλόμεναι. *Hordea*
sale permista, sive *mola salsa*: *qa victimis injiciebantur*.
Unde οὐλοχύται dictæ. Nec hæc *Erresione* abfuisse est verisi-
mile. Etenim εἰρεσιώνη etiam θυσία habita est, ut monet
C Porphyrius. Hinc apud Timoclem comicum, Clemen-
te indem referente, cum dixisset qidam, qos ex agri co-
lendi studio fructus perciperet, recensendo, σῦκ᾽, ἔλαιον,
ἰσχάδας, μέλι, *ficus*, *oleum*, *caricas*, *mel*; subjicit al-
ter is, cui narrat ista,
Σὺ μὲν εἰρεσιώνην, οὐ γεωργίαν λέγεις.
At tu erresionen, non agri cultum refers.
Παρυγιαίνειν qod dixit Poeta, cum salis grano, uti Ju-
risperiti loqi amant, est accipiendum: neqe enim ea erat
εἰρεσιώνη, qæ nonnulla ferre poterat. Non *poma*, non
D *pyra* sic enim apud Strabonem *l.* 1. Hipparchus, & ex
Hipparcho Geographus ipse. Τὸ μὲν οὖν ἅπασαν ζητεῖν ἐπ-
ετοιμεῖν αὐτῷ, πρὸς ὁπωσιλονοῦν ἄλλος δοίη τῇ φιλοτιμίᾳ.
ὡς ἂν εἴποι, φησὶ ὁ Ἵππαρχος, Ἀττικῆς εἰρεσιώνης κατηγο-
ρεῖν, καὶ ἃ μὴ δυνατὴ φέρειν, μῆλα καὶ ὄχνας, οὕτως ἐκεῖνο
πᾶν μάθημα, καὶ πᾶσαν τέχνην. *Proinde omnia illi* (Ho-
mero) *si qis arrogare voluerit, ambitioni addictum nimis hunc*
jure qis censeat. Perinde siqidem est, ut Hipparchus ait, ac si
qis Attica erisiona etiam qa ferre neqit, mala, pyraqe adesse
dicat, ita disciplinas omnes artesqe omnes poeta tribuere. Ita
E enim locum illum Casavbonus & emendat & explicat. De
ritus origine havd perinde consentiunt. Alii enim, è qi-
bus est Plutarchus, ad Thesei è Creta reditum referunt: qi
ex voto Apollini eam consecraverit, & ad templi ejusdem
vestibulum collocaverit. Alii aliâ de cavsâ primò usurpa-
tum tradunt; idqe ex oraculi monitu, οἱ μὲν λιμοῦ, οἱ δ᾽
λοιμοῦ, τὴν οἰκουμένην κατασχόντος, *alii ad famem*, *alii*

A *ad pestem*, *qa tunc orbem occupaverat*, depellendam. Qæ
apud Svidam, Evstathium ad *Il.* χ. & Aristophanis scholia-
stem *ad Plut.* & *Nub.* legas licet. Svidas avtem nunc ex Cra-
tete Apollini, nunc ex aliis Apollini & Horis, mox ex aliis
& Cereri, consecratam refert. At reliqi omnes constanter,
Apollini dicatam. Potest tamen ut utriqe sacra fuerit, & A-
pollini qidem ob pestem, Cereri ob sterilitatem ἀφορίαν vel
averruncatam vel averruncandam. Qanqam & hac ratione
utriqe communis esse potuerit, qum & Ceres frugibus, &
Apollo, qi idem & Sol Horis, qæ eisdem producendis inser-
B viunt, præsideat. Hujusmodi ergò ritum aliqem a Judæis
hisce idololatris usurpatum avtumat V. C. in *solis*, qem &
ipsi colebant, honorem. Alia verò fuit ὄσχη qam in *Oscophoris*
gestabant in Liberi Patris venerationem. Erat enim is *palmes*
uvis onustus. Ὄσχη, κλῆμα βότρυς ἐξηρτημένους ἔχον. Svi-
das ex Harpocratione & Hesychius, Ὄσχαι, κλήματα βο-
τρύων γέμοντα.

Deniqe vir doctissimus mihiqe amicissimus Arnoldus
Bootius, qem solum ferè habeo qi cum studia ista commu-
nicem, de hoc loco consultus, non tam *Phœbi* qam *Bacchi*
C sacra respici hic putat (qanqam & *Liberum* patrem cum *So-*
le qi eundem faciant non desunt) non tam εἰρεσιώνην qam
thyrsum intelligi. Ipsa viri eruditissimi verba (qi enim me-
lius qeam) repræsentabo. *Puto*, inqit, זמורה *significare*
thyrsum, *qem Bacchi festo in honorem ejus gestare Idololatra*
solebant, *atqe his verbis* עלוחים אל־אפם *denotari certum*
gestum, *qo concussus inter saltandum vel adorandum thyrsus fa-*
ciei ac naribus admoveretur. In Græciâ qidem atqe alibi, ubi
hedera copia, ex eâ & viteis palmitibus inter se implexis, tum
capiti coronas, tum hastis velamenta, atqe sic thyrsos, concin-
D *nare solebant. Sed qum in Syriâ nullam fuisse hederam, illis*
saltem temporibus, discamus ex Theophrasto, l. 4. Hist. c. 4.)
puto, illic cultores Bacchi solis vitis frondibus usos, ac fortasse
non hastas iis vestitas, sed firmiora per se flagella vitea ge-
stasse. Ubi זמורה *idem hic, qod & alibi semper, significet.*
Posse avtem solos per se palmites, hastis non inductos, thyrsos
appellari; percipere ex Josepho licet, qi ramos illos, in festo
scenopegiorum gestari solitos à Judæis, qos Rabini הושענא
vocant, hoc nomine donat lib. 13. Antiq. c. 21. & Hesychius
inter alias thyrsi explicationes etiam κλάδον ponit. Solere av-
E *tem Orgiastas illos, non tenere thyrsos tantùm, sed & variè*
qatere atqe agitare, satis constat: atqe ex Evripidis tragœdia,
cui Bacchæ nomen, aliqam multis locis doceri potest. Et verò
ista mihi cum simplicissima, tum & verissima, videtur in-
terpretatio: cui insuper explicandæ, qum clarissima exi-
stat, nec verbulo adjecto opus fuerit.

F I N I S.

I N D E X

Locorum Sacræ Scripturæ, qæ in Scriptis his citantur, explicantur, illuſtrantur.

v. 14.

Cap.

v. 1.

v. 63.

Cap.

Cap.

I N D E X

Avtorum, qi extra Sacros Scriptores in Scriptis his citantur, notantur, explicantur, illuſtrantur, emendantur.

Κέρατα

Hymn.

In

Sup-

I N D E X.

l. 3.

cap.

δαι...

N. v.

2 Reg.

Mal-

Hymn.

1 Trist.

Νικητῆ

Plautus.

Platon.

Epist.

Οὐδ.

Κόμβοδες

l. 4.

Τὸν

I N D E X

Rerum, regularum, legum, figurarum, dictorum, fabularum, historiarum notatu maximè dignarum.

Con-

Fides

Initiationis

Marty-

Punica

INDEX

Vocum & formularum Hebraicarum, Chaldaicarum, & Syriacarum, de qibus in Scriptis his agitur.

I N D E X

Vocum Græcarum.

I N D E X

Vocum Latinarum.

INDEX

Vocum Anglicanarum.

I N D E X

Proverbialium locutionum, qæ in hoc libro illuſtrantur avt explicantur.